1240093439.
[illegible] HOSPITAL REAL
[illegible] ADA
B
50
77

[illegible] MICHAELIS

# CORTIADA

[illegible] CANCELLARIUM

[illegible] Cathaloniæ

# [illegible] ECISIONES

[illegible] SACRI REGII

[illegible] LONIÆ,

[illegible]

[illegible]

## TOM[illegible] TERTIUS.

*[illegible] ACCURATIOR*

*[illegible] Revisa*

FACULTAD DE DERECHO
BIBLIOTECA
[illegible] ADA

[illegible] MDCCXXVII.
[illegible] Balleoniana.
[illegible]

N
187(3)

R. 38.888

# DON MICHAELIS
# DE CORTIADA
## REGIAM CANCELLARIAM
Regentis in Regia Audientia Cathaloniæ

# DECISIONES
## CANCELLARII & SACRI REGII
## SENATUS CATHALONIÆ,
*SIVE*
## PRAXIS CONTENTIONUM
& Competentiarum Regnorum Inclytæ Coronæ Aragonum ſuper reciproca in Laicos & Clericos Juriſdictione:

## TOMUS TERTIUS.

*EDITIO NOVISSIMA PRIORIBUS ACCURATIOR & correctior, prætereà aucta Indicibus Argumentorum & Rerum Notabilium locupletiſſimis.*



FACULTAD DE DERECHO
BIBLIOTECA
GRANADA

VENETIIS, MDCCXXVII.
Ex Typographia Balleoniana.
*SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.*

# APPROBATIO,

## ET CENSURA

### *NOB. BONAVENTURAE DE TRISTANY,*

*Boffil, & Benach, Barcinonenſis, olim Aſſeſſoris Generalis Congregationis Clauſtralis Divi Benedicti Provinciæ Tarraconenſis, Cæſarauguſtanæ, Navarræ, & Majoricarum Epiſcopatus, & Sacræ Provinciæ Eccleſiaſticæ Tarraconæ; Poſt eà Aſſeſſoris, & Advocati Fiſcalis R. Tribunalis Capitaniæ Generalis; Pauperum Carceratorum Sancti Officii Advocati, Auditoris Generalis Claſſium Regni Sardiniæ; Prioris Curiarum Vicariæ, & Bajuliæ Barcinonæ; Judicis Clamantium, & Reclamantium pro ſua R. Majeſtate in dictis Curiis, & in eis Advocati Fiſcalis, Auditoriſque Tabulæ teſtamentorum, & piarum cauſarum; Deinde Judicis R. Curiæ, & tandem in R. Audientia Civili Senatoris, Conſultoris, tum Tribunalis Sancti Officii, tum Judicis Brevis Apoſtolici.*

RECENS elucubratum deciſionum volumen, gratiſſimis Imperiis Domini Joſephi Romaguera J. U. D. Officialis & Vicarii Generalis in Epiſcopatu Barcinonenſi, & in ejus Univerſitate Decreti Profeſſoris, morem gerens, ſedula quantum licuit attentione perlegi, vixque tam elaborati operis magnifica limina ſalutavi, vix celeberrimi Auctoris nomen, imò Numen noſtræ juriſptudentiæ NOB. DOM. MICHAELEM DE CORTIADA agnovi, cum adorabundus, & ſupplex millenis, & oſculis, & amplexibus, tanti genitoris ſobolem proſecutus, tamquam ultima ſenecta progenitum, quibus decet obſequiis Benjaminum dilectiſſimum adoravi: illico igitur cenſoris ſupercilium contrahens, totum me ad Penegyrim tuis evocari imperiis credidi: quare pro cenſura elogium, pro criſi Panegyricum adortus ex ipſomet auctoris nomine auſpicatum Anagramma ſortitus, ipſam induxi Aſtræam repetitis immortalibus laureis digniſſima tanti Herois tempora redimentem.

# APPROBATIO

*NOBILIS DON CHRISTOPHORI DE POTAU PHILOS. J. V. D. Olim in Regio Barcinonenſi Gymnaſio veſpertini Juris Civilis Anteceſſoris, poſtea in Regio Criminali Conſilio Judicis Regiæ Curiæ, nunc Regii Conſiliarii in R. A. Civili Principatus Cathaloniæ.*

ADMODUM Reverendus Dominus meus: Dominus D. Ollegarius Monſerrat, Archidiaconus major, & Canonicus Almæ Metropolitanæ Eccleſiæ Tarracon. olim Officialis, & Vicarii Generalis Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Tarraconæ, nunc Judex ſubdelegatus Tribunalis Brevis Apoſtolici, Regius Conſiliarius, & meritiſſimus Cancellarius Sacri Catholici, & Regii Conſilii Principatus Cathaloniæ. Meum ſi quod eſt, extorquet judicium non cenſuram: *Cenſoris judicium nihil fere adfert niſi ruborem*, prædixit Cicero *de Republica lib.* 5. Pro evulganda prælo Tertia parte Deciſionum Reverendi Cancellarii, & Sacri Regii Senatus Cathaloniæ pro recto contentionum, & competentiarum Regnorum Inclytæ Coronæ Aragonum, ſuper juriſdictione Eccleſiaſtica in Clericos & Laicos jamdiu publicæ utilitati pollicita, ſed diutius ab eruditis expetita: Auctore mihi gratiſſimo, & colendiſſimo Domino meo: Nobili Domino Don Michaele de Cortiada J. C. Illerdenſi, olim in Patrio Gymnaſio Primario Juris Civilis Interprete, deinde Regio Conſiliario, & Fiſci Advocato in Criminalibus, in Regio Conſilio Regni Sardiniæ, illinc Regio Senatore, & Fiſci Advocato Patrimoniali clariſſimo in Regia Audientia Principatus Cathaloniæ, nunc autem, Oculatiſſimo regente Regiam Cancellariam in eodem Sacro Catholico, & Regio Cathaloniæ Conſilio ſemper Auguſto.

Quid ergo de tanto, tamque excellenti opere ſentiam, malim de aliorum, quàm de meo judicio commonſtrare. Loquantur alii, quod ego pro facultatula mea vix, ac ne vix quidem eloqui poſſum, operis ſplendore raptus, & ſoliditate maturiſſimæ electionis allectus. Novus enim Encomiaſten, & ſanè non parem; quis exambiet, ad cujus Encomia lucidiſſima quæque juriſprudentiæ noviſſima lumina, & ornamenta conſpirarunt. Neſcio ſiquidem cur non opus ſit bonum, cujus Auctor eſt optimus, aut qui non ſit fatus Regius, quem ingeniorum Aquila ad Solis rotam, & trutinam nimiopere comprobavit. Timantem Pictorem veteres celebrabant, quòd in ejus operibus pius ſemper aliquid intelligeretur, quàm pingeretur, ut auctor eſt Lypſius. Non diſſimilia arbitrabuntur diſerti hujuſce Auctoris, noſtrique meritiſſimi Regentis opera, quæ præſtantiſſimam cum præ ſe ferant ſapientiam, præſtantiorem quamdam inſinuant. Sed Elogiis ſuperſedere hic cogor, ne cum pro mea in tantum Virum benevolentia commendationem protraham, ei ingenii mei culpa deſeri videantur. Quod ſi ut ajebat Tullius pro Milone: *Ea eſt profectò jucunda, veraque laus, quæ ex virtute, & à Viris laude dignis proficiſcitur*: Silebo omnino, ut diſertiſſimi, aliique felicis, & optimæ notæ Heroes in Aſtreæ Cœlo veluti clariſſima Sydera utique micantes, & totius juriſprudentiæ Regnorum Coronæ Hiſpanicæ facilè Principes eloquantur. Eorum judicium de duobus prioribus Auctoris præſtantiſſimis voluminibus, meum eſto de tertio, mihi commiſſo: non tam ad cenſuram, quàm ad diſciplinam.

# INDEX
# ARGUMENTORUM DECISIONUM,
## Quæ in hoc Tertio Tomo continentur.

DECISIO CXXI.
AN Cardinales gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendique ſint coram judice Eccleſiaſtico. pag. 1.

DECISIO CXXII.
An Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi conveniendi ſint apud judicem Eccleſiaſticum. 3.

DECISIO CXXIII.
An univerſitas Eccleſiaſtica, ut eſt Capitulum, Communitas, & Collegium Eccleſiarum conveniri debeat apud judicem Eccleſiaſticum. 7.

DECISIO CXXIV.
An Abbates, Abbatiſſæ, Conventus, & Monaſteria Religioſorum, & Monialium gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, convenirique debeant coram judice Eccleſiaſtico. 14.

DECISIO CXXV.
An Clericus in ſacris Ordinibus conſtitutus gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque ſit apud judicem Eccleſiaſticum. 24.

DECISIO CXXVI.
An Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus, non beneficiatus, nec conjugatus ſpectato jure communi ante Concilium Tridentinum, gaudebat privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque erat apud judicem Eccleſiaſticum. 30.

DECISIO CXXVII.
An Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus non beneficiatus, nec conjugatus de jure novo poſt Sacrum Concilium Tridentinum gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, convenirique debeat coram judice Eccleſiaſtico. 34.

DECISIO CXXVIII.
De requiſito Clericatus, ut quis ſpectato jure novo poſt Concilium Tridentinum *ſeſſ. 23. de reform. cap. 6.* gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici. 41.

DECISIO CXXIX.
An Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus obtinens beneficium Eccleſiaſticum gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici conveniendusque ſit apud judicem Eccleſiaſticum. 56.

DECISIO CXXX.
De requiſito tonſuræ, ut quis gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici. 75.

DECISIO CXXXI.
De requiſito habitus Clericalis, ut quis gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici. 78.

DECISIO CXXXII.
De requiſito ſervitii in Eccleſia, ut Clericus primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici. 86.

DECISIO CXXXIII
De requiſito mandati Epiſcopi ad inſerviendum alicui Eccleſiæ, ut Clericus primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici. 91.

DECISIO CXXXIV.
De requiſito verſationis in Seminario Clericorum de licentia Epiſcopi, ut Clericus primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici. 99.

DECISIO CXXXV.
De requiſito verſationis in aliqua ſchola, vel univerſitate de licentia Epiſcopi, ut Clericus primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici. 100.

DECISIO CXXXVI.
An Clericus primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum conjugatus gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici. 109.

DECISIO CXXXVII.
An Religioſus profeſſus in quacumque Religione approbata à Summo Pontifice gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici. 118.

DECISIO CXXXVIII.
An Equites ſancti Joannis Hieroſolymitani gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendique ſint apud judicem Eccleſiaſticum. 129.

DECISIO CXXXIX.
An Equites ordinum militarium Hiſpaniæ ſancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendique ſint apud judicem Eccleſiaſticum. 136.

DECISIO CXL.
An ſervientes Eccleſiæ verè adſtricti, & deputati ejus ſervitio gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, & ſint conveniendi coram judice Eccleſiaſtico. 142.

DECISIO CXLI.
An Hoſpitale, & ejus Rector, Prior, Gubernator; Adminiſtrator, Hoſpitalarius, ſeu alius miniſter laicus quocumque nomine vocetur gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, ſitque conveniendus apud judicem Eccleſiaſticum. 145.

DECISIO CXLII.
An operarii laici Eccleſiæ gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici. 148.

DECISIO CXLIII.
An Confratria, ſeu Confraternitas laicorum gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendaque ſit apud judicem Eccleſiaſticum. 150.

DE-

## INDEX.

DECISIO CXLIV.
An uxor, vidua, & filii Clerici conjugati, ac Equitis ordinum militarium ſancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendique ſint coram judice Eccleſiaſtico. 156.

DECISIO CXLV.
An famuli laici, ſeu familiares Epiſcopi gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendique ſint coram judice Eccleſiaſtico. 163.

DECISIO CXLVI.
An famuli, & coloni laici Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendique ſint coram judice Eccleſiaſtico. 173.

DECISIO CXLVII.
An Clericus, tam in actione perſonali, quàm reali gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque ſit coram judice Eccleſiaſtico. 178.

DECISIO CXLVIII.
An Clericus poſſeſſor Baroniæ, ſi ea petatur, gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque ſit apud judicem Eccleſiaſticum. 184.

DECISIO CXLIX.
An Clericus poſſidens rem ſubjectam pacto de retrovendendo pro ejus recuperatione gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque ſit apud judicem Eccleſiaſticum. 195.

DECISIO CL.
An Clericus in cauſa juris retractus, congrui, ſive protomiſeos ratione conſanguinitatis, vel vicinitatis gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendique debeat apud judicem Eccleſiaſticum. 212.

DECISIO CLI.
An Clericus hæres laici pro rebus hæreditariis gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque ſit coram judice Eccleſiaſtico. 217.

DECISIO CLII.
An laicus hæres Clerici pro rebus hæreditariis ſit conveniendus coram judice Eccleſiaſtico. 224.

DECISIO CLIII.
An Clericus fidejuſſor laici gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque ſit apud judicem Eccleſiaſticum. 228.

DECISIO CLIV.
An Clericus tacitè, vel expreſſè poſſit renuntiare privilegio fori Eccleſiaſtici conſentiendo in judicem ſæcularem. 233.

DECISIO CLV.
An Clericus conventus coram judice ſæculari in quacumque parte judicii poſſit opponere exceptionem fori declinatoriam. 234.

DECISIO CLVI.
An Clericus conventus coram judice ſæculari retardans opponere exceptionem fori declinatoriam ſit in expenſis condemnandus. 236.

DECISIO CLVII.
An tutor Clerico minori, aut prodigo, vel mentecapto dari debeat per judicem Eccleſiaſticum. 240.

DECISIO CLVIII.
An decretum in alienatione, tranſactione, & permutatione bonorum immobilium Clerici minoris ſit interponendum à judice Eccleſiaſtico. 245.

DECISIO CLIX.
An cognitio præeminentiæ inter laicos ſuper jure habendi ſedile, ſcamnum, ſive banchum ſedendi in priori, digniori, & altiori loco, prius offerendi, & recipiendi pacem in Eccleſia, & in Proceſſionibus extra Eccleſiam pertineat ad judicem Eccleſiaſticum. 247.

DECISIO CLX.
An cauſa fabricationis ſepulturæ inter laicos pertineat ad judicem Eccleſiaſticum. 249.

DECISIO CLXI.
An cognitio appoſitionis terminorum pro confinibus duarum Parochiarum pertineat ad judicem Eccleſiaſticum. 251.

DECISIO CLXII.
An nuntius Curiæ Eccleſiaſticæ poſſit incedere per Civitatem ad dandas intimas proviſionum judicialium in Curia Eccleſiaſtica factarum. 252.

DECISIO CLXIII.
An Clericus Officialis & Vicarius Generalis Epiſcopi, ſi poſteà efficiatur bigamus teneatur de emolumentis perceptis rationem reddere coram Epiſcopo. 253.

DECISIO CLXIV.
An laici operarii Eccleſiæ teneantur reddere computum emolumentorum apud judicem Eccleſiaſticum. 255.

DECISIO CLXV.
An laicus conductor decimarum, prædiorum Eccleſiaſticorum, ſeu fructuum Beneficiorum, ſi non ſolvit pretium, ſeu mercedem conductionis, ſit conveniendus coram judice Eccleſiaſtico. 255.

DECISIO CLXVI.
An Magiſter in Grammatica, vel in modo legendi, & ſcribendi poſſit docere pueros ſine licentia Ordinarii Eccleſiaſtici. 258.

DECISIO CLXVII.
An laicus ratione juramenti poſſit conveniri coram judice Eccleſiaſtico. 259.

DECISIO CLXVIII.
An laicus vigore clauſularum renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque judicis poſſit conveniri coram judice Eccleſiaſtico. 268.

DECISIO CLXIX.
An laicus poſſit prorogare juriſdictionem judicis Eccleſiaſtici. 272.

DECISIO CLXX.
An inducentes, & retrahentes habitatores alicujus loci à præſtatione, & elargitione oblationum in Eccleſia conveniendi ſint apud judicem Eccleſiaſticum. 279.

DECISIO CLXXI.
An laicus violator dierum Feſtorum de præcepto ſit puniendus per judicem Eccleſiaſticum. 283.

DECISIO CLXXII.
An laicus poſſit cogi cenſuris per judicem Eccleſiaſticum ad perhibendum teſtimonium veritatis in Curia Eccleſiaſtica. 287.

DECISIO CLXXIII.
An puellæ nubilis ſequeſtrum ad effectum indagationis conſenſus matrimonialis pertineat, & ſpectet ad judicem Eccleſiaſticum. 291.

DE-

DECISIO CLXXIV.
An matrimonialis cauſæ cognitio pertineat ad judicem Eccleſiaſticum. 295.

DECISIO CLXXV.
An cognitio conceſſionis, ſeu denegationis licentiæ, ſeu diſpenſationis ad contrahendum matrimonium in forma Eccleſiæ, factis, vel non factis monitionibus, inter raptorem, & raptam pertineat ad judicem Eccleſiaſticum. 303.

DECISIO CLXXVI.
An Rectores, Parochi, & Curati Eccleſiarum Parochialium poſſint in ſuis Parochiis à perſonis ſæcularibus recipere teſtamenta, codicillos, & alias ſcripturas ultimarum voluntatum, & alia inſtrumenta contractuum. 305.

DECISIO CLXXVII.
An laicus turbans juriſdictionem Eccleſiaſticam efficiatur de foro Eccleſiaſtico, poſſitque conveniri apud Judicem Eccleſiaſticum. 313.

DECISIO CLXXVIII.
An laicus ratione evictionis permiſſæ Clerico poſſit conveniri coram judice Eccleſiaſtico. Et è contrà, an Clericus pro evictione poſſit conveniri coram judice ſæculari. 315.

DECISIO CLXXIX.
An Clericus citatus in Curia ſæculari ſi ſua putaverit intereſſe, vel opponens ſe in cauſa vertente in Curia ſæculari poſſit forum declinare. 319.

DECISIO CLXXX.
Quis ſit judex competens ad compellendum Parochos, & Parochianos ad reparationem Eccleſiarum Parochialium. 320.

DECISIO CLXXXI.
An uſuræ, & ſimoniæ cognitio pertineat ad judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem. 328.

DECISIO CLXXXII.
An ſit appellandum, & recurrendum ad judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem à proviſione Cathedrarum. 337.

DECISIO CLXXXIII.
Cognitio an Confratres poſſint mutare Confratriam de una Eccleſia ad aliam, pertineat ad judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem. 338.

DECISIO CLXXXIV.
An cognitio ad removendum tamquam ſuſpectum laicum adminiſtratorem cauſæ piæ, pertineat ad judicem Eccleſiaſticum. 339.

DECISIO CLXXXV.
Abſolutio à juramento ad effectum agendi coram quo judice ſit petenda Eccleſiaſtico, vel ſæculari. 341.

DECISIO CLXXXVI.
Decimarum quis ſit judex competens Eccleſiaſticus, vel ſæcularis. 349.

DECISIO CLXXXVII.
An laici decimarum debitores circa modum, & formam eas ſolvendi conveniendi ſint coram judice Eccleſiaſtico, vel ſæculari. 356.

DECISIO CLXXXVIII.
An laici debitores decimarum, ut eas deferant ad horreum, ſeu domum Epiſcopi, Capituli, Parochi, ſeu alterius Clerici ſint conveniendi coram judice Eccleſiaſtico, vel ſæculari. 358.

DECISIO CLXXXIX.
An laici debitores decimarum, ſi fraudem committunt in earum ſolutione conveniendi ſint apud judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem. 360.

DECISIO CXC.
Primitiarum, quis ſit judex competens Eccleſiaſticus, vel ſæcularis. 362.

DECISIO CXCI.
Novalium, quis ſit judex competens Eccleſiaſticus, vel ſæcularis. 364.

DECISIO CXCII.
An juris comeſtiorum ſive *de menjars*, vigiliarum, aut ſiſſenorum, ſit judex competens Eccleſiaſticus, vel ſæcularis, 366.

DECISIO CXCIII.
Taſcharum quis ſit judex competens Eccleſiaſticus, vel ſæcularis. 366.

DECISIO CXCIV.
An laicus pro ſolutione annuæ præſtationis Eccleſiæ, ſeu Clerico poſſit conveniri coram judice Eccleſiaſtico. 367.

DECISIO CXCV.
An laicus pro hæreditate, rebus, vel bonis ad Eccleſiam, ſeu Clericum ſpectantibus poſſit conveniri apud judicem Eccleſiaſticum, vel debeat conveniri coram judice ſæculari. 368.

DECISIO CXCVI.
An laicus pro ſolutione Canonis, ſeu annui cenſus poſſit per Eccleſiam ſeu Clericum conveniri apud judicem Eccleſiaſticum. 370.

DECISIO CXCVII.
An laicus pro ſolutione penſionis cenſualis poſſit conveniri per Eccleſiam; ſeu Clericum apud judicem Eccleſiaſticum. 372.

DECISIO CXCVIII.
An laicus pro ſolutione penſionis violari poſſit per Eccleſiam, ſeu Clericum conveniri, coram judice Eccleſiaſtico. 373.

DECISIO CXCIX.
An laicus pro recognitione bonorum, quæ habet in emphyteuſim ab Eccleſia, ſeu Clerico poſſit per Eccleſiam, ſeu Clericum conveniri coram judice Eccleſiaſtico. 377.

DECISIO CC.
An finium regundorum actione inter Eccleſiaſticos intentata cognoſcat judex Eccleſiaſticus, vel ſæcularis. 378.

DECISIO CCI.
Gabellas an teneantur ſolvere Clerici pertineat cognitio ad judicem laicum, vel ad Eccleſiaſticum. 380.

DECISIO CCII.
An laici exigentes gabellas à Clericis ſubjiciantur juriſdictioni judicis Eccleſiaſtici. 385.

DECISIO CCIII.
An Gabellæ comprehendant Clericos pertineat cognitio ad judicem Eccleſiaſticum. 385.

DECISIO CCIV.
An Clerici parentibus, ſeu fratribus ſuis laicis alimenta in eorum domibus præſtantes, ſeu famulos ſæculares ſuſtentantes teneantur ſolvere gabellas, pro parte, quam parentes, ac illorum fratres, ſeu famuli ſæculares conſumunt, ejuſque cognitio pertineat ad judicem Eccleſiaſticum. 388.

DE-

DECISIO CCV.
An Clerici, & alii exempti, qui non tenentur ſolvere gabellas, teneantur res, quas deferunt, denuntiare, & manifeſtare gabellariis, aliàs incidant in commiſſum, & an ejus declaratio pertineat ad judicem Eccleſiaſticum. 392.

DECISIO CCVI.
An Clerici, qui emunt frumentum per totum annum, poſſint vendere, quod ſupereſt pretio currenti abſque ſolutione gabellarum. 395.

DECISIO CCVII.
An Clericis liceat habere tabernas, & in eis pro illorum uſu & familiæ vendere vinum, & collectum ex redditibus ſuorum Beneficiorum, vel bonorum patrimonialium laicis vendere, ejuſque cognitio pertineat ad judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem. 398.

DECISIO CCVIII.
An ſtatutum laicorum prohibens introduci, vel immitti in Civitatem, Villam, & oppidum victualia, verbi gratia, vinum, frumentum, legumina, & oleum, aut aliud extraneum extra territorium collectum, comprehendat Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas ejuſque cognitio pertineat ad judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem. 404.

DECISIO CCIX.
An ſtatutum laicorum prohibens extrahi vinum, frumentum, legumina, oleum & alia victualia extra territorium comprehendat Clericos & Eccleſiaſticas perſonas, ejuſque cognitio pertineat ad judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem. 407.

DECISIO CCX.
An Clerici, qui vinum, frumentum, & alios fructus ex prædiis ſuorum bonorum patrimonialium collectos, extrahunt de uno loco ad alium, vel introducunt in aliquem locum, ut ibi carius vendant, teneantur ſolvere gabellas. 413.

DECISIO CCXI.
An Capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum poſſit habere macellum ad ſcindendas carnes, ejuſque cognitio pertineat ad judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem. 418.

DECISIO CCXII.
An Capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum poſſit depaſci facere ſua pecora neceſſaria pro macello in paſcuis Univerſitatis, & privatorum. 424.

DECISIO CCXIII.
An cives poſſint depaſci facere ſua pecora, & animalia in terris Eccleſiæ, & Eccleſiaſticarum perſonarum. 431.

DECISIO CCXIV.
An pecora Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum, paſcentes, teneantur manifeſtare morbum pecorum ſub pœna à ſtatuto Civitatis impoſita, ejuſque cognitio pertineat ad judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem. 436.

DECISIO CCXV.
An pecora Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Eccleſiaſticorum pro macello ad ſuſtentationem, & diviſionem Clericorum, vel alia pecora, & eorum animalia, ſi inveniantur depaſcere herbas vetitas, & prohibitas, aut damnum fecerint, poſſint pro damno dato, vel pœnis impoſitis capi, detineri, & pignorari, & per quem, judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem. 438.

DECISIO CCXVI.
An Capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum poſſit habere furnum ad coquendum panem Eccleſiaſticorum, ejuſque cognitio pertineat ad judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem. 444.

DECISIO CCXVII.
An Capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum poſſit tenere domum ad vendendum nivem perſonis Eccleſiaſticis, ejuſque cognitio pertinet ad judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem. 448.

DECISIO CCXVIII.
An Capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum poſſit habere piſcariam, ſive cætoriam, vulgò *peſcaderia*, ad vendendum piſces perſonis Eccleſiaſticis, ejuſque cognitio pertineat ad judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem. 450.

DECISIO CCXIX.
An Clerici teneantur ſolvere gabellam, ſeu ſiſam impoſitam ob communem Reſpublicæ neceſſitatem quoad bona inſeparabilia & indiviſibilia, quæ ſunt penes venditores venalia, & in eorum dominio, ſuper frumento, pane, carne, piſcibus, vino, oleo, pannis, & aliis ad id genus ad victum & veſtitum ſpectantibus, ejuſque cognitio pertinet ad judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem. 452.

DON

# DON MICHAELIS DE CORTIADA REGII SENATORIS,

& Fiſci Advocati Patrimonialis.

# DECISIONES

Cancellarii, & Sacri Regii Senatus

# CATHALONIÆ,

*SIVE*

## PRAXIS CONTENTIONUM

& Competentiarum Regnorum Inclytæ Coronæ Aragonum, ſuper Juriſdictione Eccleſiaſtica in Clericos, & Laicos.

## TOMUS TERTIUS.

*ARGUMENTUM.*

An Cardinales gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, ſintque conveniendi apud Judicem Eccleſiaſticum.

*SUMMARIUM.*

1 *Papa vices Dei gerit in terris.*
2 *Papa eſt major omnibus hominibus.*
3 *Papa in hoc ſæculo non habet ſuperiorem, & à nemine judicatur, ſed ſolum Deum habet ultorem.*
4 *Cardinales gaudent privilegio fori, numer.* 4. 13. *et* 14.
5 *Cardinales dicuntur Divi, et repræſentant Eccleſiam.*
6 *Cardinales ſunt pars corporis Papæ, et conſtituunt unum corpus cum Papa.*
7 *Cardinales gaudent privilegiis Epiſcoporum.*
8 *Cardinales propter officium ſunt digniores Patriarchis, Archiepiſcopis, et Epiſcopis.*
9 *Cardinales in materia favorabili veniunt appellatione Clericorum, ſecus in odioſis.*
10 *Cardinales comprehenduntur in diſpoſitionibus favorabilibus, ſecus in odioſis.*
11 *Cardinalium familiares gaudent privilegio fori.*
12 *Cardinales conveniendi ſunt coram Summo Pontifice.*
15 *Cardinales an comprehendantur in legibus, et Conſtitutionibus generalibus, et in concernentibus bonum, et utilitatem Eccleſiæ.*
16 *Cardinali an ſit credendum circa legationem, aut juriſdictionis conceſſionem, abſque eo quod literas edat.*
17 *Cardinales proviſi de Dignitate, ſeu Canonicatu Eccleſiæ, in qua viget ſtatutum requirens fieri probationes ſuper puritate ſanguinis, an includantur ſub diſpoſitione talis ſtatuti.*
18 *Cardinales non naturales an comprehendantur in Bulla Pontificia, qua mandatur beneficia danda eſſe naturalibus.*
19 *Cardinales electi Epiſcopi, ſive Archiepiſcopi an poſſint conferre beneficia, et juriſdictionem exercere ante captam poſſeſſionem, et oſtenſionem literarum.*

## DECISIO CXXI.

1 PAPA vices Dei gerit in terris, gloſ. verbo Papa in procem, clementinarum, ubi
Barboſa numer. 7. idem Barboſa de jure
Eccleſ. Univer. lib. 1. cap. 2. à numer. 1.
Gonzalez ad reg. 8. Cancellar. gl. 1. num.
33. Solorzano di jure indiar. tom. 1. l. 2.
c. 23. à num. 71. Cardoſo in praxi judic. verbo Papa,
num. 1. & eſt major omnibus hominibus, cap. ſolitæ, de
2 majorit. & obedien. Gonzalez ad reg. 8. Cancel. gl. 1. num.
34. Cardoſa in praxi jud. verbo Papa, num. 5. Barboſa de jure Eccleſ. Univer. lib. 1. cap. 2. numer. 4. Solorzano
3 de jure indiar. tom. 1. lib. 2. cap. 23. num. 74. Ideoque ſuperiorem in hoc ſeculo non habet, & à nemine judicatur, ſed ſolum Deum habet ultorem, can. ſi Papa, ubi Barboſa num. 42. in fine, 40. diſtin. can. nemo, can. cuncta per mundum 9. quæſt. 3. capit. licet, ubi Barboſa numer. 6. Fermoſin, numer. 6. de elect. idem Fermoſin, in cap. veniſſent 12. quæſt. 8. de judiciis, idem Barboſa in cap. 6. num. 8. de elect. & de jure Eccleſ. Univer. lib. 1. cap. 2. numer. 67. & in repertor. jud. verbo Papa, verſic. Papa nullum. Decius in cap. ſignificaſti, à num. 14. de elect. Cavalcan. de brachio Reg. par. 5. num. 19. Maſtril. de Magiſt. lib. 1. cap. 2. num. 4. Jul. Clar. §. fin. quæſt. 35. à numer. 2. Cevallos comm. controv. comm. quæſt. 645. à num. 11. Guazin. defen. 1. capitul. 39. numer. 4. Thom. del bene de imm. Eccleſ. tom. 1. cap. 5. dubit. 9. numer. 16. & 17. noſter Oliva de jure Fiſci, capit. 15. num. 71. Scialoya de foro compet. part. 1. cap. 34. à numer. 1. Berarr noſter in ſpecul. viſit. cap. 23. numer. 8. Don Didacus Anton. Frances de Urrutigoyti, de intruſione, cap. 23. num. 13.

4 Et ſic ab Eminentiſſimis Cardinalibus exordior. Qui indubitanter gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, & ſunt à foro judicis ſecularis exempti, conveniendique ſunt apud Judicem Eccleſiaſticum, deciſionem referam, num. 13. & probatur ex ſequentibus.

5 Primò, quia Cardinales dicuntur Divi, & repræſentant Eccleſiam, Pariſ. de reſig. benefic. lib. 7. quæſt. 3. num. 13. Barboſa de jure Eccleſ. Univ. lib. 1. capit. 4. numer. 7. & 8. & in repertor. judic. verbo Cardinales, verſic. Cardinales repræſentat, Fermoſin. in rub. quæſt.
6 2. num. 13. de offic. Archipresbyt. Et ſunt pars corporis Papæ, conſtituuntque unum corpus cum Papa, Garcia de nobilit. gloſ. 48. §. 3. num. 43. & 44. Carol. de Graſ. de effect. Cler. in prælud. num. 307. Hermoſil. ad Greg. Lopez. in prolog. gloſſ. 2. num. 47. tom. 1. Sperel. deciſ. 128. num. 39. in fine, lib. 1. Urſellius conſl. 147. ſub numer. 127. Barboſa de jure Eccleſ. Univ. lib. 1. cap. 4. numer. 17. & 18. & voto 125. à num. 18. lib. 3. Fermoſin, in rub. quæſt. 2. num. 7. 11. & 17. de offic. Archipresbyt.

7 Secundò, quia Cardinales gaudent privilegiis Epiſcoporum, privilegiaque Epiſcopis diverſis in rebus conceſſa propter ſtatus Dignitatem, competunt Cardinalibus, Diana reſol. moral. part. 5. tract. 2. reſol. 10. 46. 47. 48. & 77. & part. 6. tract. 8. & miſcel. 3. reſol. 40. & in coordinat. part. 9. tract. 7. reſol. 33. 34. 47. 48. & 49. §. 7. Sperel. deciſ. 128. numer. 40. lib. 1. Imò Cardinales propter officium ſunt majores Patriarchis,
8 Archiepiſcopis, & Epiſcopis in adminiſtratione, Garcia de nobilit. gloſ. 48. §. 3. num. 41. & 57. Moneta de conſervator. cap. 5. numer. 37. Tuſchus practicar. concluſ. lit. C. concil. 100. numer. 11. Saccia de appel. quæſt. 2. numer. 30. Loter. de re benef. lib. 1. quæſt. 8. à numer. 57. Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 4. à numer. 24. & voto 125. num. 25. lib. 3. & in repertor. judic. verbo Cardinales ante finem principii, Fermoſin. in rub. quæſt. 2. num. 23. de offic. Archipresbyt. Diana reſol. moral. part. 5. tract. 2. reſol. 1. & part. 6. tract. 8. & miſcel. 3. reſolut. 40. & in coordinat. part. 9. tract. 7. reſol. 1. & 49. §. 8. Sed Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, ut in deciſione ſequenti; ergo &c.

9 Tertiò, quia Clerici gaudent privilegio fori, ut infrà deciſione 125. Ergo eo gaudent Cardinales. Conſequentia probatur, quia Cardinales in materia favorabili veniunt appellatione clericorum, ſecus in odioſis, Bellet. in diſquiſit. Cler. par. 1. tit. de diſciplina Clericali, §. 3. numer. 8. Lezana in ſumma, verbo Clericus, ſub num. 1. Sanctarel. var. reſol. par. 1. quæſt. 38. nu. 13. Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. num. 5. & 8. & appellat. 51. num. 6. Diana reſol. moral. par. 5. tract. 2. reſol. 69. & in coordinat. par. 6. tract. 7. reſol.
68. Et diſpoſitiones † favorabiles comprehendunt Car- 10
dinales, ſecus odioſæ, Barboſa plures citat de jure Eccleſ. univer. lib. 1. cap. 4. num. 60. & voto 125. numer. 17. lib. 3. Dominus Vice Cancellarius Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura obſervat. 6. num. 66. & privilegium fori, immunitatiſque Eccleſiaſticæ favorabile eſt, ut infrà, deciſ. 123. num. 8.

Quartò, quia familiares Cardinalium gaudent pri- 11
vilegio fori, Diana reſol. moral. part. 5. tract. 2. reſol. 25. & in coordinat. part. 9. tract. 7. reſol. Thom. del Bene de imm. Eccleſ. tom. 1. cap. 4. dubit. 9. num. 7. & dubit. 15. ſect. 2. num. 26. Barboſa de jure Eccleſ. univer. lib. 1. cap. 4. num. 85. & alii citandi deciſ. 145.

Ergo à fortiori eo gaudere debent Cardinales. Per regulam propter quod unumquodque tale, & illud magis, de qua latè Lara de anniver. liber. 1. cap. 24. à num. 1. Barboſa in authent. multo magis, C. de Sacroſ. Eccleſ. & loco comm. 73.

Adeoque Eminentiſſimi Cardinales gaudent privi- 12
legio fori, ut conveniendi ſint coram Summo Pontifice; ſunt enim lites, & cauſæ inter Cardinales quomodolibet vertentes per Summum Pontificem tantùm, privativè quoad alios, appellatione remota, decidendæ, ex motu proprio Pauli IV. ſub die 9. Januarii 1556. in Bullario novo, tom. 1. fol. 724. Gigas de penſionib. quæſt. 45. num. 1. Jul. Clar. §. fin. quæſt. 35. num. 10. & 11. Spinus in ſpecul. teſtam. gloſ. 5. num. 24. Guazinus defen. 1. cap. 39. num. 17. Loter. de re benef. lib. 1. quæſt. 8. num. 48. Machado en ſu perfeto confeſſor, tom. 2. lib. 4. part. 7. tract. 3. docum. 5. numer. 1. Scialoya de foro compet. par. 1. cap. 34. numer. 8. Barboſa de jure Eccleſ. univer. lib. 1. cap. 4. num. 79. Diana reſol. moral. par. 5. tract. 7. reſol. 23. & in coordinat. par. 9. tract. 7. reſol. 71.

Hæc de jure nullam habent difficultatem. Sed quia 13
in Cathalonia ex immemoriali conſuetudine Dominus Rex, ſeu ejus Locum tenens Generalis, ac Regia Audientia, & Vicarii Regii in ſuis vicariis cognoſcere conſueverunt de cauſis civilibus deſcendentibus ex contractu, vel quaſi Eccleſiaſticorum exemptorum, qui in hac Provincia ſuperiorem non habent, ut tradidi deciſ. 10. nu. 190. par. 1. videtur dicendum, quod Dominus Rex cognoſcere poterat de cauſis civilibus Cardinalium deſcendentibus ex contractu, vel quaſi, ut in exemplari antiquo relato per Michaelem Ferrer. part. 1. obſerv. Guber. cap. 63. Verùm quia hæc regalia hodie non practicatur in Cathalonia ut dixi deciſ. 10. num. 200. part. 1. Inde hodie eſt in Cathalonia certiſſimum, quod Cardinales gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, & conveniri non poſſunt coram Judice ſeculari. Ita fuit in Catalonia deciſum per Cancellarium Caſſador, Conſultoribus Setra, Llobregat, Ros, & Sorras 21. Januarii 1569. in favorem Illuſtriſſimi Domini Georgii, tituli Sancti Laurentii Preſbyteri Cardinalis de Arman Jaco, Abbatis, ſeu perpetuo adminiſtratoris Abbatiæ Beatæ Mariæ de la Graſſa, Ordinis Divi Benedicti, Carcaſſonen. Diœceſis, contra Joannem Boer. Villæ Perpiniani, ſuper ſolutione quarundam quantitatum per dictum Cardinalem debitarum in quodam chirographo in Civitate Avenionen. Regni Franciæ, ſua manu ſubſignato.

Ampliatur hæc obſervantia Cathaloniæ, etiamſi 14
Cardinales non declinent forum, nec recuſent judicium ſeculare, ſed illud ſpontè, & voluntariè ſubintrent, nihilominus contra antiquam obſervantiam relatam per Michaelem Ferrer par. 1. obſer. Guber. cap. 63. Hodie in Cathalonia cauſæ contra Cardinales admittendæ non ſunt in Curia ſeculari, & ſi inadvertenter fuerint admiſſæ, ſuperſedendum eſt in earum cognitione, Oliba de jure Fiſci. cap. 14. num. 9. Non enim Cardinales poſſunt renuntiare foro ſuo, & ſe

ſubmit-

ſubmittere juriſdictioni Judicis ſecularis, *ex dicendis infra, deciſ.* 154.

15 Quæro 1. An Cardinales comprehendantur in legibus, & conſtitutionibus generalibus, & in concernentibus bonum, & utilitatem Eccleſiæ? Videndi ſunt Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 24. *à numer.* 5. Menochius *conſ.* 190. *numer.* 11. 12. *&* 13. Riccius *collect.* 1224. Dexart. *ad capit.reg.Sard.cap.*2.*num.*4.5. *&* 6. *de Epiſc.& Cler.* Barboſa *de jure Eccleſ. un. lib.* 1. *cap.*4. *à num.*54.*& voto* 125.*num.*6.*&* 7.*lib.*3.*& in cap.* 1.*numer.*4.*de offic.deleg.in* 6.*& de poteſt.Epiſcop. par.*3. *alleg.*57. *num.*93.*& allegat.*111.*numer.*35. Diana *reſol. mor.par.*5.*tract.*2.*reſol.*16.*&* 17. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 7. *reſol.* 31. *&* 33. Fermoſin. *in cap. licet.* 6. *numer.* 14. *de electione*, Pareja *de inſtrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſol.* 3. *à num.* 25. Dominus Vice Cancel. Don Chriſtoph. Crepi de Valdaura *obſer.* 6. *numer.* 66.

16 Quæro 2. An credendum ſit Cardinali circa legationem, aut juriſdictionis conceſſionem abſque eo, quod literas edat? Videndi ſunt Gabriel *com. concluſ. lib.*1. *de probat. concluſ.* 1. *à numer.*1. Maſcard. *de prob. titul. concluſ.* 140. *numer.* 1. Farinac. *in praxi, part.*1. *quæſt.* 63. *à numer.* 55. Narbona *l.* 60. *gloſ. unica, num.* 66. *tit.* 4. *lib.* 2. *recopil.* Pacian. *de probat. lib.* 2. *capit.* 33. *à numer.* 66. Azor. *inſtit. moral. liber.* 5. *capit.* 26. *quæſt.*8. Barboſa *in can. noviſſimus* 97. *diſtinct. & de jure Eccleſ. univ.lib.*1. *cap.*4.*num.*63.64.65. *&* 66. Diana *reſol.moral.part.*5.*tract.*2.*reſol.*31.*& in coordinat.part.* 9.*tract.*7.*reſol.*69.*& in ſum.nu.part.*1.*verbo Cardinales, num.*21.Pareja *de inſtrum.edit.tom.*1.*tit.*2.*reſol.*3.*num.* 33. *&* 34. Fermoſin. *in cap. tranſmiſſam* 15. *quæſt.* 7. *de electione*.

17 Quæro 3. An Cardinales proviſi de Dignitate, ſeu Canonicatu Eccleſiæ, in qua viget ſtatutum requirens probationes fieri ſuper puritate ſanguinis, includantur ſub diſpoſitione talis ſtatuti? Reſp. quod non, Barboſa latè probat *voto* 125. *lib.* 3. ſequitur dominus Vice Cancellar. Don Chriſtoph. Creſpi de Valdaura *obſer.* 6. *num.* 66. *in fine*.

18 Quæro 4. An Cardinales non naturales comprehendantur in Bulla Pontificia, quæ ſtatuit beneficia danda eſſe naturalibus? Negat Dexart *ad cap. reg. Sardin. num.cap.*2.*num.*3.*in fine*, 4.5. *&* 6. *de Epiſcop.& Cler.* affirmat Dominus Vice Cancel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſerv.* 6. *num.* 66.

19 Quæro 5. An Cardinales electi Epiſcopi, ſive Archiepiſcopi poſſint conferre beneficia, & juriſdictionem exercere ante cæptam poſſeſſionem, & oſtenſionem literarum? Affirmant Gonzalez *ad reg.*8.*Cancell. gloſ.*24.*num.*7.Seraphin.*deciſ.*1144. *num.*3. alios plures citant Diana *reſol. moral. part.* 5. *tract.* 2. *reſol.* 45. *&* 45.*& in coordinat. part.*9. *tract.*7. *reſol.*53. *&* 54. *& in ſum. verbo Cardinales, num.* 48. Barboſa *in extravag. injunctæ, num.* 5. *de elect. & de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.*111.*numer.*35.*& de jure Eccleſ.univ.lib.*1.*capit.* 4. *numer.* 71. Rota in una Toletana Parochialis de Alcaudete apud Gratian. *de benef. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 252. negat, & probat Pareja *de inſtrum. edit. tom.*1. *titul.* 2. *reſol.* 3. *à numer.* 25. & ſtante conſuetudine hanc ſequitur Garcia *de benef. part.* 5. *cap.* 4. *numer.* 262. videndus Fermoſin *in cap. tranſmiſſam* 15. *quæſt.* 6. *à num.* 1. *ad* 11. *& num.* 15, 16. *&* 17. *de electione*.

---

*ARGUMENTUM.*

## An Patriarchæ, Archiepiſcopi & Epiſcopi conveniendi ſint apud judicem Eccleſiaſticum.

*SUMMARIUM.*

1 *Patriarchæ, & Archiepiſcopi reſpectu exequutionis, & exercitii majorem habent ſolicitudinem quàm Epiſcopi, & præcellunt cæteros Epiſcopos, & ſunt perſonæ magis privilegiatæ.*

2 *Patriarchæ, & Archiepiſcopi reſpectu ordinis in ſubſtantia, id eſt reſpectu characteris nihil plus habent quàm Epiſcopi.*

3 *Patriarcharum appellatione non veniunt Archiepiſcopi, & Epiſcopi.*

4 *Epiſcoporum appellatione veniunt Patriarchæ, & Archiepiſcopi in favorabilibus; ſecus in odioſis, & num.* 5.

6 *Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi gaudent privilegio fori, & num.* 21.

7 *Epiſcopi, & omnes alii in quacumque Eccleſiaſtica Dignitate conſtituti continentur in favorabilibus appellatione Clericorum, ſecus in odioſis.*

8 *Patriarchæ ſubeſſe debent ei, qui eſt in ſuo territorio.*

9 *Patriarchæ conveniendi ſunt coram Summo Pontifice.*

10 *Archiepiſcopi conveniri debent coram Patriarchis, num.* 10. *intellige in civilibus, ſecus in criminalibus, nam de delictis Archiepiſcopi non cognoſcit Concilium Provinciale, ſed ſolus Papa, num.* 11. *niſi Patriarchæ, & Archiepiſcopi delinquant in aliena Diœceſi, num.* 12. *& quomodo hoc procedat, num.* 13. *& quid hodie practicetur, num.* 14.

15 *Epiſcopi conveniri debent coram Archiepiſcopis, ſunt enim Archiepiſcopi judices ordinarii Epiſcoporum, num.* 15. *ſi expreſſum in jure reperiatur, aliàs ſecus, num.* 16.

17 *Epiſcopi conveniri debent in cauſis civilibus tantùm coram Archiepiſcopis Metropolitanis, num.* 17. *ſi ſunt rei, ſecus ſi actores, num.* 18. *verùm hodie in praxi contrarium ſervatur, num.* 19. *& quid in cauſis criminalibus, num.* 20.

22 *Judices ſæculares de cauſis Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum cognoſcentes ſunt ipſo jure excommunicati.*

23 *Archiepiſcopi an poſſint punire Vicarios Generales, & alios quoslibet Officiales Epiſcoporum ſuffraganeorum, num.* 23. *&* 24.

25 *Vicarii Generales Archiepiſcoporum an poſſint punire Vicarios Generales, & alios Officiales Epiſcoporum ſuffraganeorum, n.*25.26.*&* 27.

28 *Archiepiſcopus quando dicatur præſens, remiſſivè.*

29 *Vicarii Generales, & alii Officiales Epiſcoporum ſuffraganeorum, quando dicantur delinquere intuitu officii, ut ab Archiepiſcopis puniri poſſint.*

30 *Archiepiſcopi non poſſunt diſpenſare, abſque cauſa in legibus, & conſtitutionibus latis in Concilio Provinciali.*

31 *Archiepiſcopi, & Epiſcopi poſſunt diſpenſare, abſque cauſa in legibus, & conſtitutionibus in Synodo Diœceſana latis, num.* 31, *& idem eſt in ſuis propriis legibus, & edictis, n.*32. *&* 33.

34 *Archiepiſcopi poſſunt conſtituere Officiales Metropolitanos in Diœceſibus Epiſcoporum ſuorum ſuffraganeorum, qui de cauſis appellationum cognoſcant.*

35 *Archiepiſcopus non poteſt eximere ſubditum à juriſdictione Epiſcopi ſui ſuffraganei.*

36 *Legatus à latere non poteſt eximere ſubditum à juriſdictione Ordinarii.*

## DECISIO CXXII.

Patriarchæ, & Archiepiſcopi, licèt reſpectu exequutionis, & exercitii majorem habeant juriſdictionem, quàm Epiſcopi, Zabarel. *in clement. Archiepiſcoporum* 7. *de privileg.* & cæteros Epiſcopos honore præcellant, Geminian. *in can. per ſingulos el.* 29. *quæſt.* 3. & ſint perſonæ magis privilegiatæ, *can. ſervatis, can.igitur* 25.*quæſt.*2.Barboſa *de poteſt.Epiſcop. par.*1.*tit.*4.*num.*1. *& de jure Eccleſ. univ.lib.*1. *capit.* 7. *num.* 9. *&* 10. Fermoſin, *in rub. quæſt.* 2. *num.* 86. *de off. Archipresbyt.* Ventriglia *de juriſdict. Archiepiſ.cap.* 3. *num.* 1. *in fine*. 1

Tamen reſpectu ordinis in ſubſtantia, ideſt reſpectu characteris, Patriarchæ, & Archiepiſcopi nihil 2

hil plus habent, quàm Epiſcopi, *can. in novo*, *et ibi gloſſ. verbo Pari*, Archidiac. *num.* 12. Geminian. *num.* 4. *diſt.* 21. *can.* 1. *diſt.* 99. *can. Novatianus* 7. *quæſt.* 1. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. par.* 1. *tit.* 4. *num.* 1. *et plures laudat de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 3. *et cap.* 7. *nu.* 8. Riccius *collect.* 2489. *verſ. Et primo*, Ventriglia *de juriſdict. Archiepiſ. cap.* 1. *num.* 3. *et cap.* 3. *numer.* 1. Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſput.* 2. *ſub num.* 180.

3 Licèt etiam Patriarcharum appellatione non veniant Archiepiſcopi, & Epiſcopi, *can. multi Archiepiſcopi* 99. *diſt.* Carol. de Graſ. *de effect. Cleric. in præludio*, *num.* 323. *in fine*.

4 Tamen Epiſcoporum appellatione veniunt Patriarchæ, & Archiepiſcopi, Carol. de Graſ. poſt alios *loco proxime citato*, *num.* 323. Barboſa *appellat.* 89. *num.* 1. *et de jure Eccleſiæ univerſ. libr.* 1. *cap.* 10. *numer.* 1. Ventriglia *de juriſdic. Archiepiſ. cap.* 3. *num.* 2. etiam in materia ſtricta, & pœnali, Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 42. *num.* 19. ſed alii verius docent id ſolum procedere in favorabilibus; ſecus in odioſis, & in materia correctoria, Barboſa *appellat.* 89. *num.* 8. Ventriglia *de juriſdic. cap.* 3. *num.* 2.

5 Unde omnia, quæ de Epiſcopis dicuntur, ea quoque in Patriarchis, & Archiepiſcopis locum habent, Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 42. *num.* 19. *in fine*. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 10. *in fine*. Ideòque de eis omnibus conſtituo regulam generalem.

6 Quod Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi gaudent privilegio fori, & ſunt a foro ſeculari exempti, eorumque cauſæ ad judicem ſecularem trahi non poſſunt, id enim ſpecialiter ſupra cæteros Clericos Sacri Canones vetant, *in can.* 1. *et per totum.* 11. *quæſt.* 1. & civilis conſtitutio in leg. ſi qua per calumniam, C. de Epiſcop. & Clericis, ſic Barboſa *de poteſtat. Epiſcop. par.* 3. *allegat.* 111. *num.* 1. *in princip.* notant Thomas *deciſ.* 98. *numer.* 1. *tom.* 1. Reg. Don Laurent. Mattheu. *de regim. Reg. Valen. cap.* 10. §. 2. *numer.* 61. Gambacurta *de immunit. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 1.

7 Ratio eſt, quia Epiſcopi ratione poteſtatis ordinis Epiſcopalis ſunt cæteris Clericis, & Sacerdotibus ſuperiores, ut probat Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 6. *dubit.* 9. *ſect.* 1. *num.* 10. Tum quia Epiſcopi, & omnes alii in quacunque Dignitate Eccleſiaſtica conſtituti continentur in favorabilibus appellatione Clericorum, *cap. per exempti*, *de privileg. in* 6. *cap. bonæ el.* 1. *juncta gloſ. de poſtulat. Prælat.* ſecus in odioſis, & ſtricta interpretatione, *cap. quam periculum*, *de ſenten. excom. in* 6. *cap. in fidei favorem*, *de hæret. in* 6. Riccius *in praxi aurea*, *reſol.* 292. Cardoſ. *in praxi jud. verbo Clericus*, *num.* 2. Ambroſin. *de immunit. Eccleſ. capitul.* 22. *numer.* 3. *in fine*, Lezana *in ſum. verbo Clericus ſub numer.* 1. plures laudat Carolus de Graſ. *de effect. Clericat. in prælud. à numer.* 258. alios addit Barboſa *appellat.* 51. *numer.* 1. *in fine*, & *numer.* 3. 4. & 5. & *in rub. de Cler. non reſid. num.* 6. & *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 3. 4. 6. & 7. Si materia, de qua tractatur, eſt proportionabilis, & conveniens tam Clericis, quàm Epiſcopis, & aliis quibuſcumque in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, Carol. de Graſ. *de effectib. Cler. in prælud. num.* 265. & privilegium fori, immunitatiſque Eccleſiaſticæ favorabile eſt, *ut infra*, *deciſ.* 123. eſtque proportionabile, & conveniens Epiſcopis, & quibuſcumque aliis in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, ut de ſe patet. Ergo, &c. Tum etiam, quia ſi familiares laici Epiſcoporum gaudent privilegio fori, *ut infra*, *deciſ.* 145. Ergo à fortiori eo gaudere debent Epiſcopi, *ex dict. deciſ.* 121. *num.* 9.

8 Imò licèt Patriarchæ ſubeſſe debeant ei, qui eſt in ſuo territorio, Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 10. *part.* 2. *num.* 70. Hermoſilla ad Gregor. Lopez *in prologo*, *gloſ.* 2. *num.* 59. *verſic. Si vero*, Barboſa *de jure Eccleſ. univ. liber.* 1. *cap.* 6. *num.* 25. *in fine*, Fermoſin. *in rub. quæſt.* 2. *numer.* 38. *de off. Archipreſ.*

9 Tamen Patriarchæ conveniendi ſunt coram Summo Pontifice; eſt enim Papa judex competens Patriarcharum, *can. fin.* 21. *diſt.* Jul. Clar. §. *fin. quæſt.* 35. *num.* 12. *verſ. Ulterius quæro*, Guazin. *de defenreor. defen.* 1. *cap.* 39. *numer.* 18. Scialoya *de foro compet. cap.* 34. *num.* 9. *par.* 1. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 1. *tit.* 3. *cap.* 1. *num.* 2. & *de jure Eccleſ. un. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 14.

Archiepiſcopi conveniri debent coram Patriarchis; 10 ſunt enim Patriarchæ judices ordinarii omnium Archiepiſcoporum, *cap. antiqua* ubi Abbas, *num.* 2. *in fine*, & *num.* 3. Butrius *num.* 3. *de privileg.* Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 41. *num.* 29. Barboſa *de poteſtat. Epiſ. par.* 1. *tit.* 3. *cap.* 1. *num.* 34. Ventriglia *de juriſdict. Archiepiſc. cap.* 2. *num.* 5. *in fine*, Fermoſin. *in rub. quæſt.* 2. *num.* 31. *de offic. Archipresby.* Regens Don Laurent. Mattheu. *de reg. Regn. Valent. cap.* 70. §. 2. *num.* 52. alios addunt Barboſa *de jure Eccleſ. un. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 36. Ventriglia *de juriſdic. Archiepiſc. cap.* 34. *num.* 10. *in fine*.

Intellige in civilibus, eo modo, quo dicam de 11 cauſis civilibus Epiſcoporum, ſecus in criminalibus; Siquidem de delictis Archiepiſcopi non poteſt cognoſcere Concilium Provinciale, Scialoya *de foro comp. cap.* 34. *numer.* 10. Ventriglia *de juriſdict. Archiep. cap.* 40. *à numer.* 1. Neque cognoſcit Patriarcha, *ut infra*, *numer.* 20. Sed ſolùm Summus Pontifex eſt illius judex competens, *can. fin.* 22. *diſt.* Jul. Clar. Guazin & Scialoya, *locis citatis*, *numer.* 9. Niſi Patriarchæ † & 12 Archiepiſcopi delinquant in aliena Diœceſi, nam tunc de jure antiquo potuerunt puniri ab Epiſcopo illius Diœceſis, ubi deliquiſſent, licèt minore ipſis delinquentibus, & ita communiter teneri teſtatur Marian. Socin. *in cap.* 1. *num.* 18. *de raptorib.* quem ſequuntur Julius Clarus, §. *fin. quæſt.* 35. *numer.* 14. *verſ. Quod ſi Archiepiſcopus*, ubi Bajard. *numer.* 15. Decian. *tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *capit.* 27. *numer.* 22. Cabal. *reſol. crim. caſu* 53. *num.* 9. Farinac. *frag. crim. par.* 2. *litera I. num.* 973. *verſic. Facit ſecundo*, Azevedo *l.* 1. *num.* 87. 88. & 89. *tit.* 16. *lib.* 8. *recopil.* Fermoſinus *in cap. poſtulaſti* 15. *quæſt.* 15. *numer.* 4. & 5. *de foro compet.* Guazin. *defen.* 1. *capit.* 39. *numer.* 21. Scialoya *de foro compet. cap.* 34. *num.* 9. Dummodo † Epiſcopus in cujus 13 Diœceſi deliquiſſent Patriarchæ, & Archiepiſcopi, non eſſet ſuffraganeus ipſorum Patriarcharum, & Archiepiſcoporum; nam tunc non poterat Epiſcopus punire Patriarchas, & Archiepiſcopos in ſua Diœceſi delinquentes, Abbas *in cap. inferior*, *poſt numer.* 1. ubi Imola *numer.* 11. *de majorit. & obed.* Socinus *in cap. poſtulaſti*, *numer.* 8. & 9. *de foro compet.* & *in capit.* 1. *numer.* 19. *de raptorib.* Jul. Clar. §. *fin. quæſt.* 35. *num.* 14. *verſ. Quod tamen intellige*, ubi Bajard. *num.* 17. Decian. *tract. crim. tom.* 1. *titul.* 4. *cap.* 11. *num.* 24. Cabal. *reſol. crim. caſu* 53. *num.* 6. Azevedo *l.* 1. *numer.* 90. & 91. *titul.* 16. *lib.* 8. *recop.* Fermoſin. *in cap. poſtulaſti* 14. *quæſt.* 13. *num.* 6. *de foro comp.* Guazin. *defen.* 1. *cap.* 39. *num.* 21. Sanfelic. *deciſ.* 65. *num.* 10. & 11. Scialoya *de foro compet. cap.* 43. *num.* 9. Ego *deciſ.* 27. *numer.* 112. *part.* 1. Verùm hodie † 14 contra Patriarchas, & Epiſcopos delinquentes ſemper Summus Pontifex cognoſcit, & non Epiſcopus illius Diœceſis, ubi delictum factum fuit, ut docet Guazin. *defen.* 1. *cap.* 39. *numer.* 21. & ita practicari teſtatur Scialoya *de foro compet. cap.* 34. *num.* 9. *in fine*.

Epiſcopi conveniri debent coram Archiepiſcopis, 15 ſunt enim Archiepiſcopi judices ordinarii omnium Epiſcoporum ſuffraganeorum ſuæ Provinciæ, *can. quia cognovimus* 10. *quæſt.* 3. *cap. paſtoralis*, *in prin.* ubi Abbas, *numer.* 2. *de off. ordin. can. ſi Clericus* 11. *quæſt.* 1. *cap. ſolicitudinem*, *de appellat. gloſ. in can. Metropolitanum* 2. *quæſt.* 7. *gloſ. in can.* 1. *verbo Comitibus*, *in fine* 99. *diſt. gloſ. in cap. ſicut unire*, *verbo Attentare*, *de exceſ. Prælat. gloſ. in authent. Clericus*, *verbo Epiſcopale*, *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* docent poſt Antiquos, Sbrox. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæſt.* 58. *in prin.* Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 42. *num.* 16. Paz *in prax. part.* 2. *prælud.* 1. *numer.* 17. Zerola *in praxi Epiſcop. verbo Archiepiſcopus*, *verſic. Secundo*, Moneta *de commut. ultim. volunt. cap.* 5. *num.* 280. Fermoſin. *in cap.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 6. *de foro compet.* Germon *de ſacror.*

*tror. imm. lib.* 3. *cap.* 7. *numer.* 33. & 44. Solorzano *de
jure Ind. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 26. Barboſa *in cap.
paſtoralis, numer,* 4. *de off. ordin. & de poteſt. Epiſcop.
par.* 1. *tit.* 1. *cap.* 6. *num.* 13. *in fine, & part.* 1. *tit.* 4. *nu-
mer.* 27. *& de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 7. *numer.* 44.
Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 14. *dubit.*
10. *à numer.* 8. Ventriglia *de juriſd. Archiepiſ. cap.* 87.
*numer.* 1, Regens Don Laurent. Matth. *de reg. Regn.
Valent. cap.* 7. §. 4. *num,* 132. Ripoll. *var, reſol. cap.* 1.
*numer.* 470. Ego *deciſ.* 32. *numer.* 10. *par.* 1. Intel-
16 lige † ſi expreſſum in jure reperiatur; ſecus autem
ſi expreſſum in jure non reperitur, nam tunc Ar-
chiepiſcopi in ipſos Epiſcopos ſuffraganeos, & reſpe-
ctu ſuarum cauſarum nullam habent poteſtatem, &
ideò Archiepiſcopis procedere volentibus reſponderi
poteſt, quia ſufficit, quod caſus iſte non inveniatur
expreſsè conceſſus, *gloſs. in clement. ſi una, verbo
Menſæ tuæ. de reb. Eccleſ. alienand.* Hoſtien. *in cap.*
1. *de translat. Epiſcop.* Decius *in cap. ſolicitudinem,
num.* 11. *de appellat.* Felin. *in cap. paſtoralis, in princip.
de off. ordin. & in cap. cum in officiis, num.* 7. *præſcrip.*
Seraphin. *deciſ.* 1212. *num.* 2. *deciſ.* 1222, *num.* 3. Lo-
terius *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 22. *à numer.* 38. Barboſa
*de poteſt. Epiſcop. part.* 1. *titul.* 4. *numer.* 27. *in fine,
& de jure Eccleſ. univ. lib.* 1, *cap.* 7. *num.* 45. & ita de-
claraſſe Sacram Congregationem Epiſcoporum facta
relatione Clementi VIII. ac de ejus mandato vivæ
vocis oraculo deſuper habito 13. Octobris 1600.
teſtantur Scaccia *de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæſt.*
8. *numer.* 98. *verſic. Declara* 4. Ventriglia *de ju-
riſdict. Archiep. cap.* 87. *num.* 2. *& cap.* 156. *nu-
mer.* 3. referunt Ciarlin. *controv. foren. lib.* 2. *cap.*
125. *num.* 100. Rodoer. ad Marin. *reſol. jur. cap.*
17. *num.* 1.

17 Sed in propoſito advertunt Doctores, & conſti-
tuunt regulam generalem. Quod Archiepiſcopi Me-
tropolitani cognoſcere poſſunt de cauſis civilibus
tantùm Epiſcoporum ſuffraganeorum, ita ut qui-
cumque habeant actionem contra Epiſcopos, quam-
vis ſint eorum ſubditi, poſſunt in cauſis civilibus illos
convenire coram Archiepiſcopis Metropolitanis, et-
jam abſque petitione veniæ, *can. quia cognovimus*
10. *quæſt.* 5. Abbas *in cap. paſtoralis, numer.* 2. *de off.
ordin. & in cap. legebatur, ſub num.* 3. *de majorit. &
obed.* Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæſt.* 58. *numer.* 6. Ge-
nuenſis *in praxi Archiepiſc. Neapolit. cap.* 70. *num.* 1.
Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 22. *numer.* 26. Pereira
*de manu reg. par.* 2. *cap.* 22. *numer.* 14. Marinis *reſol.
jur. lib,* 1. *capit.* 18. *numer.* 2. *&* 6. plures Barboſa *de
poteſt. Epiſcop. part.* 1. *tit.* 4. *numer.* 28. *& part.* 3.
*alleg.* 112. *numer.* 18. *et de jure Eccleſi. univ. lib.* 1. *cap.*
7. *num.* 46. *et in authen. nullus Epiſcopus, numer.* 3. *C.
de Epiſcop. et Cler.* Ventriglia *de juriſd. Archiep. cap.*
39. *numer.* 5. *et cap.* 87. *num.* 5. & alii citati *numer.* 15.
18 Intellige, † ſi Epiſcopi ſint rei, nam tunc in civili-
bus coram Archiepiſcopis Metropolitanis debent de
jure conveniri; ſecus autem ſi Epiſcopi ſunt actores,
& convenire volunt Clericos ſuos ſubditos, quo caſu
non poſſunt illos convenire coram Archiepiſcopis,
cum Archiepiſcopi non ſint judices Clericorum ſub-
ditorum Epiſcopis, neque Epiſcopi debent eſſe judi-
ces in cauſa propria, & ideo ad hujuſmodi cauſas de-
cidendas eligi debent arbitri auctoritate juris, ad
quos eligendos poſſunt Epiſcopi ſubditos ſuos com-
pellere, & à ſententia arbitrorum non appellatur ad
Archiepiſcopos Metropolitanos, ſed ad Papam, plu-
res citant Barboſa *de poteſt Epiſcop. part.* 1. *titul.* 4. *ſub
num.* 28. *et de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 7. *ſub num.*
46. Ripoll. *var. reſol. cap.* 1. *à num.* 470. Ego alios cu-
mulavi *deciſ.* 32. *à num.* 10. *part.* 1. adde Ventrigliam
*de juriſd. Archiep. cap.* 87. *ſub numer.* 5. notat Pereira *de
manut. reg. part.* 2. *cap.* 22. *num.* 14. *in fine*. Verum licèt
19 † hæc ſententia vera ſit, & de jure recepta, quod E-
piſcopi in cauſis civilibus, in quibus ſunt rei, coram
Archiepiſcopis Metropolitanis debeant conveniri:
Nihilominus in praxi declaratum fuit per ſacram
Congregationem Cardinalium negotiis Epiſcopo-
rum, & Regularium præpoſitam ſcribendo Epiſco-
po Rhegienſi 31. Maii 1588. Archiepiſcopos Metro-
politanos non poſſe eſſe judices in cauſis civilibus, nec
poſſe judicare cauſas civiles, quæ agitantur contra E-
piſcopos ſuffraganeos, teſtantur Barboſa, *de jure Ec-
cleſ. univer. lib.* 1. *capit.* 7. *ſub num.* 46. *in fine, et deciſ.
Apoſt.* 41. *numer.* 12. *et in collect. ad Concil. Trident.
ſeſſ.* 13. *de reformat. cap.* 8. *num.* 2. Ventriglia *in Praxi,
part.* 1. *annot.* 49. *num.* 31. *et de juriſdict. Archiepiſc.
cap.* 87. *numer.* 5. *prope finem, et cap.* 156. *numer.* 15.
probat Loterius *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 22. *à num.* 30.
Unde Archiepiſcopi, & Epiſcopi non poſſunt proro-
gare juriſdictionem alterius judicis Eccleſiaſtici abſ-
que conſenſu ſummi Pontificis, Socin. *in cap. ſigni-
ficaſti, numer.* 15. *de foro comp.* Carleval. *de judic. lib.*
1. *diſp.* 2. *num.* 1110. Scial. *de foro compet. cap.* 12. *nu-
mer.* 20. & ſic hodie in cauſis civilibus non poſſunt E-
piſcopi conveniri coram Archiepiſcopis Metropolita-
nis, niſi in caſibus à jure permiſſis, ſic concludit
Ventriglia *de juriſdict. Archiepiſcopi, quæſt.* 87. *num.*
5. *in fine*.

In cauſis verò criminalibus, an Epiſcopi judicari, 20
& puniri de jure debeant ab Archiepiſcopis cum Con-
ſilio Metropolitano? & an Archiepiſcopi in crimina-
libus judicari, & puniri debeant ab Patriarchis, &
Legatis de latere? & an hodie Papa ſolus cognoſcat de
delictis Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum tam in
cauſis criminalibus gravioribus, quàm minoribus,
& ab eo ſolo deponi, & privari poſſint? & an Con-
cilium Provinciale hodie in cauſis criminalibus gra-
vioribus contra Epiſcopos poſſit formare proceſſum ad
effectum tranſmittendi illum ſummo Pontifici? & quæ
dicantur cauſæ graviores, & quæ cauſæ minores, &
de tota materia videndi ſunt *Can. præceptis* 12. *diſt.
Can. Concilia* 17. *diſt. Can. quorundam* 34. *diſt. Can.
nullam* 2. *quæſt.* 5. *Can. quamvis* 1. *quæſt.* 6. *Can. frater*
16. *quæſt.* 1. *cap. inquiſitores, de hæret. in* 6. *Concil. Tri-
dent. ſeſſ.* 16. *de reformat. cap.* 8. *et ſeſſ.* 24. *de reformat.
capitul.* 5. Jul. Clar. §. *fin. quæſt.* 35. *numer.* 13. Guazin.
*defen.* 1. *cap.* 39. *numer.* 19. Genuen. *in prax. Archiep.
Neap. capit.* 70. *numer.* 1. *in fine*, Papon *lib.* 7. *titul.*
7. *arreſt.* 45. Gonzalez *ad reg.* 8. *cancel. gl.* 41. *num.* 5.
20. *et* 21. Navarr. *conſ.* 2. *de foro compet.* Salzedo *ad
Bernard. Diaz. in praxi crim. capitul.* 124. *litera A.*
Sbroz. *de Off. Vicar. liber.* 2. *quæſt.* 59. *numer.* 1. *et* 2.
Ugolin. *de off. Epiſc. cap.* 2. §. 2. *numer.* 4. *verſic.* 11.
Gratian. *diſcep. foren. capit.* 169. *num.* 15. Pariſius *de
reſig. benef. lib.* 1. *quæſt.* 10. *numer.* 40. Thom. del Bene
*de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 6. *dubit.* 9. *ſect.* 1. *à num.*
11. *et capitul.* 8. *dubit.* 47. *ſect.* 6. *a num.* 14. *et tom.* 2.
*cap.* 14. *dubit.* 20. *ſect.* 1. *num.* 12. 13. *et* 14. Fermoſin.
*in rub. quæſt.* 2. *num.* 31. *de off. Archipreſ.* Marinis *reſol.
jur. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 2. *et* 6. Barboſa *de poteſt. Epiſc.
part.* 1. *titul.* 4. *numer.* 28. *verſic. de cauſis, et part.* 3.
*alleg.* 112. *et in cap.* 2. *numer.* 2. *de accuſat. et in auth.
nullus Epiſcopus, num.* 2. *et* 3. *C. de Epiſc. et Cler. et
de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 26. *et* 27. *et cap.*
7. *num.* 47. *et in collectan. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 13.
*de refor. cap.* 8. *et ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 5. Sperel. *dec.*
112. *numer.* 34. *liber.* 2. Pereira *de manut. reg. part.* 2.
*cap.* 22. *numer.* 14. 15. *et* 16. Riccius *in praxi Eccleſ.
part.* 4. *reſol.* 490. *cum ſeq. et deciſ.* 142. *part.* 4. Alze-
do *de præcel. Epiſc. dignit. part.* 1. *cap.* 7. *à numer.* 1.
Venero à Leyva *in exam. Epiſc. lib.* 4. *cap.* 8. Galganet.
*de jure pub. lib.* 3. *tit.* 10. *à num.* 5. Lotterius *de re benef.
lib.* 1. *quæſt.* 22. *à num.* 49. Ventriglia *de juriſd. Archiepiſ.
cap.* 39. *à num.* 5. *et c.* 56. *toto. et c.* 87. *numer.* 6. Domi-
nus Vicecancellarius Don Chriſtophorus Creſpi de
Valdaura *obſerv.* 51. *num.* 18. ego *deciſ.* 32. *numer.* 10.
*part.* 1.

Prædicta de jure nullam habent difficultatem quod 21
Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi gaudent pri-
vilegio fori Eccleſiaſtici, & ſint à foro Seculari exem-
pti. Sed quia Patriarchæ, & Archiepiſcopi non ha-
bent Superiorem in Provincia, & Epiſcopi hodie nec
in cauſis civilibus poſſunt conveniri coram Archiepiſ-
copis, & in Cathalonia ex conſuetudine immemo-
riali Dominus Rex, ſeu ejus Locum tenens Genera-
lis, ac Regia Audientia, & Vicarii Regii in ſuis Vi-
cariis cognoſcere conſueverunt de cauſis civilibus de-
ſcendentibus ex contractu, vel quaſi, Eccleſiaſticorum

exemptorum, qui in Provincia Superiorem non habent, *ut dixi*, *deciſ.* 10. *num.* 190. *part.* 1. videtur dicendum, quod Dominus Rex cognoſcere poteſt de cauſis civilibus Patriarcharum, Archiepiſcoporum & Epiſcoporum deſcendentibus ex contractu, vel quaſi. Verùm quia hæc regalia hodie non practicatur in Cathalonia, *ut tradidit*, *deciſ.* 10. *num.* 200. *part.* 1. *et dicam infrà*, *deciſ.* 124. Inde in Cathalonia hodie eſt certiſſimum, quod Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, & coram judice Seculari conveniri non poſſunt.

22 Adeòque Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi gaudent de jure privilegio fori, quod judices Seculares de cauſis Epiſcoporum cognoſcentes quocumque titulo ſunt ipſo jure excommunicari, Alzedo *de præcel. Epiſc. dignit. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 9.

23 Quæro 1. An Archiepiſcopus poſſit punire Vicarios generales, & alios quos libet Officiales Epiſcoporum ſuffraganeorum? Reſp. quod ſi Vicarii Generales, & alii quilibet Officiales Epiſcoporum ſuffraganeorum delinquunt uti privatæ perſonæ, & non intuitu, & ratione Officii, ac jnriſdictionis, tunc Archiepiſcopi ſunt penitus incompetentes, ac proinde non poſſunt contra eos procedere, nec ſe intromittere, ſed illorum judices competentes ſunt ipſi Epiſcopi ſuffraganei, *textus ita intelligendus in cap.* 1. *de foro compet. in* 6. Si verò Vicarii Generales, & alii quilibet Officiales Epiſcoporum ſuffraganeorum delinquunt intuitu Officii, ac in iis, quæ ſunt juriſdictionis offendendo juriſdictionem Archiepiſcoporum, tunc Archiepiſcopi ſunt illorum judices competentes, eoſque punire poſſunt, *ſi gl. in cap.* 1. *verbo rationabili cauſa, de Offic. Vicarii in* 6. Genuen. *in prax. Archiepiſ. Neapol. cap.* 70. *num.* 2. Sbrozi *de Off. Vicarii*, *lib.* 2. *quæſt.* 59. *num.* 6. Lotterius *de re beneſ. lib.* 2. *quæſt.* 22. *num.* 100. Gratian. *diſc. foren. cap.* 169. *num.* 14. Riccius *in prax. lib.* 3. *reſol.* 22. *num.* 7. Guazin. *def.* 1. *cap.* 39. *numer.* 19. *in fine*, Urſellius *concl.* 138. *numer.* 20. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 1. *tit.* 4. *num.* 17. *et part.* 3. *allegat.* 53. *num.* 184. *et de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 29. *et in cap.* 1. *num.* 2. *et* 7. *de Off. Vicar. in* 6. Donat. Anton. de Marinis *reſol. jur. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 3. *ubi* Rodoer. *num.* 1. 2. *et* 4. Scialoya *de foro compet. capit.* 33. *num.* 119. Ventriglia *in prax. part.* 1. *annot.* 49. *n.* 36. *et de juriſdict. Archiepiſc. cap.* 88. *num.* 1. *et cap.* 147. *num.* 2.

24 Adeo ut Archiepiſcopi poſſint punire Vicarios Generales, & alios quoslibet Officiales Epiſcoporum ſuffraganeorum delinquentes intuitu Officii illorum juriſdictionem offendendo, non ſolum cenſuris, ut docent Gratian. *diſcept. foren. cap.* 169. *num.* 14. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 5. *tit.* 4. *num.* 17. *et par.* 3. *alleg.* 53. *num.* 184. *et in cap.* 1. *num.* 2. *de off. Vicar. in* 6. *et de jure Eccleſ. uni. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 29. Ventriglia *de juriſd. Archiep. cap.* 88. *num.* 1. *in fine*; *et num.* 6. *in fine*, *et cap.* 147. *num.* 2. Scialoya, *de foro compet. cap.* 33. *num.* 119. Sed etiam poſſunt eos carcerare, & ad carceres Metropolitanos aſportari facere, modo carceratio fiat circunſpectè, & ſine ignominia, ſic obſervatum refert, Donat. Anton. de Marinis *reſol. jur. lib.* 1. *cap.* 18. *numer.* 5. ſequitur Ventriglia *de juriſd. Archiep. cap.* 88. *num.* 6.

25 Quinimò Vicarii Generales Archiepiſcoporum punire poſſunt Vicarios Generales & alios quoslibet Officiales Epiſcoporum ſuffraganeorum in omnibus caſibus, in quibus Archiepiſcopi eos punire poſſunt, & contra illos procedere, Marchus *deciſ.* 483. *num.* 2. *lib.* 1. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 169. *num.* 16. Urſellius *concl.* 138. *numer.* 22. Scialoya *de foro compet. cap.* 33. *ſub num.* 119. Rodoerius ad Marinis *reſol. jur. cap.*
26 18. *num.* 5. Intellige † abſentibus Archiepiſcopis, nam ſi Archiepiſcopi ſint præſentes in ſuis Provinciis; nulla tunc eſt poteſtas ſuorum Vicariorum Generalium in Vicarios Generales, & alios Officiales Epiſcoporum ſuffraganeorum, *cap. de Off. ord. in* 6. Barboſa & ab eo relati *de jure Eccleſ. uni. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 28. *et in cap.* 1. *num.* 8. *de off. ordinar. in* 6. Ventriglia *de juriſd. Archiep. cap.* 147. *numer.* 3. quidquid cum Merol. dicat Scialoya *de foro compet. cap.* 33. *ſub num.* 119.

Addunt tamen aliqui, quod ſi Vicarii Generales 27
Archiepiſcoporum de facto procedant ad cenſuras, etiam præſentibus Archiepiſcopis, cenſuræ ligant, quia ſummus Pontifex *in cap.* 1. §. *fin. de off. ordin. in* 6. Solùm prohibet, ne Vicarii Archiepiſcoporum ferant cenſuras in Epiſcopos ſuffraganeos, præſentibus Archiepiſcopis, non tamen irritat aliter factum, *ita gl. in dicto*, §. *fin. verbo attentare*, Ventriglia *in prax. annotat.* 49. *num.* 39. *in fine*, Merolla *in theolog. mor. tom.* 3. *diſp.* 7. *cap.* 5. *de juriſd. Archiep. num.* 567. *verſ. Oppoſitum*, quos citat idem Ventriglia *de juriſd. Archiep. cap.* 147. *num.* 3.

Archiepiſcopus quando dicatur præſens, *vide gloſ.* 28
*in cap.* 1. §. *fin. verbo illam de off. ord. in* 6. Merollam *loco proximè citato*, *verſ. tunc autem*, Ventrigliam *de juriſdict. Archiep. cap.* 147. *num.* 4.

Vicarii Generales, & alii Officiales Epiſcoporum 29
ſuffraganeorum Epiſcoporum quando dicantur delinquere intuitu officii, ut ab Archiepiſcopis puniri poſſint; Videndi ſunt Genuenſis *in prax. Neapol. cap.* 70. *numer.* 2. Donat. Anton. de Marinis, *reſol. jur. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 4. ubi Rodoer. *numer.* 3. Lotterius *de re beneſ. lib.* 1. *cap.* 22. *numer.* 101. Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.* 1. *tit.* 4. *num.* 17. *& de jure Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 30. Rota *deciſ.* 54. *numer.* 3. *et* 4. *par.* 1. *diverſ.* Ventriglia *de juriſd. Archiep. cap.* 88. *numer.* 2. 3. 4. *et* 5.

Quæro 2. an Archiepiſcopi poſſint diſpenſare abſ- 30
que cauſa in conſtitutionibus, legibus & decretis in Concilio provinciali latis? Reſp. quod non, quia ſunt inferiores Concilio Provinciali, ità Suarez *de legibus*, *lib.* 6. *cap.* 15. *à num.* 5. Merolla *tom.* 2. *diſp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 18. *num.* 163. Salas *de legib. diſp.* 20. *ſect.* 4. *num.* 46. Sperell. *deciſ.* 112. *numer.* 35. *lib.* 1. Villalobos *in ſumm. tom.* 1. *tract.* 2. *dif.* 41. *n.* 5. *verſ. mas no es lo miſmo*, Caſtro Palao *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 6. *puncto* 4. *numer.* 3. *et ſeq.* Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 17. *à numer.* 35. Pontius *de matrim. lib.* 8. *cap.* 6. *à numer.* 11. Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.* 2. *alleg.* 34. *nu.* 8. Diana *reſol. moral. par.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 26. *et par.* 9. *tract.* 6. *micel. reſol.* 39. *alias* 40. *et in coordinat. part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 39. *verſic. quæro etiam ſecundo*, *et part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 17. Ventriglia *de juriſdict. Archiep. capitul.* 37. *num.* 2. *et* 3. *et capit.* 38. *numer.* 5. *verſic. ſed hic quæro*. Qui idem dicunt de Epiſcopis, Pontius *de matrim. lib.* 8. *cap.* 6. *num.* 10. Sperell. *deciſ.* 112. *numer.* 33. *et* 34. *lib.* 2. Diana *reſol. moral. par.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 26. *et in coordinat. tom.* 3. *tract.* 2. *reſ.* 39. *verſic. et ideo, ibi ſimiliter nullus.*

Poſſunt tamen Archiepiſcopi; & Epiſcopi diſpen- 31
ſare abſque cauſa in conſtitutionibus, legibus, & decretis in Synodo Diœceſana latis, ut de veriori teſtantur, Suarez *de legib. lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 8. Salas *de legib. diſput.* 20. *ſect.* 4. *num.* 33. Azor. *inſtit. moral. tom.* 1. *lib.* 5. *c.* 15. *qu.* 3. Villalobos *in ſumm. tom.* 1. *tract.* 2. *diff.* 40. *numer.* 5. *verſ. lo meſmo*, Caſtro Palao *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 6. *punct.* 4. *num.* 3. *& ſeq.* Sanchez *de matr. lib.* 8. *diſp.* 17. *num.* 32. *&* 33. Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.* 2. *allegat.* 34. *num.* 3. Diana *reſol. mor. par.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 26. *& in coordinat. par.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 39. *verſ. Sed quæro hic obiter.*

Sicut Archiepiſcopi, & Epiſcopi diſpenſare poſſunt 32
abſque cauſa in ſuis propriis legibus & edictis, Salas *de leg. diſp.* 20. *ſect.* 4. *num.* 47. Azor. *inſtit. mor. lib.* 5. *cap.* 15. *quæſt.* 3. & alii quos refert & ſequitur, Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſput.* 17. *à num.* 26. quibus addendi ſunt Villalobos *in ſum. tom.* 1. *tract.* 2. *diff.* 41. *numer.* 5. *verſ. lo meſmo*, Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 2. *alleg.* 34. *num.* 2. Urſellius *concl.* 138. *numer.* 55. Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 6. *punct.* 4. *num.* 3. Diana *reſol. mor. par.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 26. *& in coordinat. tom.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 39. *in prin.* Et quid ſi † iſtæ leges, 33
conſtitutiones, & edicta tranſiiſſent in contractum, vel à Papa confirmatæ, vel juramento roboratæ ſint, videndi Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſput.* 17. *num.* 29. 30. *&* 31. Salas *de leg. diſput.* 20. *ſect.* 3. *num.* 29. Urſellius *concl.* 138. *numer.* 56. *&* 57. Barboſa *de poteſt.*

*poteſt. Epiſ. par. 2. alleg.* 34. *nu.* 5. 6. *&* 7. Diana *reſol. mor. par.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 26. *&* 27. *& par.* 9. *tract.* 6. *miſcel. reſol.* 36. *aliàs* 41. *& in coordinat. par.* 3. *tract.* 3. *reſol.* 39. *verſ. & ideo, in fine, reſol.* 40. *&* 41.

34 Quæro 3. An Archiepiſcopi conſtituere poſſint Officiales Metropolitanos in Diœceſibus Epiſcoporum ſuffraganeorum, qui de cauſis appellationum cognoſcant. Reſp. quod licèt aliqui dicant quod ſic, tam pro cauſis tam appellatis, & delatis, quàm pro cauſis appellandis, & devolvendis, præcipuè ſi id conſuetudine obtentum ſit, Barboſa poſt alios *de jure Eccleſ. uni. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 59. *&* 60. Verius eſt, quod pro cauſis jam appellatis, & delatis poſſunt Officiales Metropolitanos conſtituere in Diœceſibus Epiſcoporum ſuffraganeorum; pro cauſis tamen futuris appellandis, & devolvendis non poſſunt hujuſmodi Officiales Metropolitanos conſtituere in Diœceſibus Epiſcoporum ſuffraganeorum, niſi aliud ſit de conſuetudine, *cap.* 1. ubi Barboſa *num.* 1. *&* 2. *de off. ordin. in* 6. Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 45. §. 2. *num.* 21. *&* 22. Lotterius *de re beneſ. lib.* 1. *quæſt.* 22. *nu.* 63. Seraph. *deciſ.* 27. *num.* 34. Urſellius *concl.* 138. *num.* 24. Solorzanus *de jure Ind. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 36. *& cap.* 9. *num.* 42. Riccius *in prax. par.* 1. *reſol.* 421. Paz *in praxi, tom.* 2. *prælud.* 1. *à num.* 14. *uſque ad finem*, Vega *in rub. à num.* 8. *de foro compet.* Rodoer ad Marinis, *reſol. jur. lib.* 1. *cap.* 17. *nu.* 10. *&* 11. Machado *par.* 7. *tract.* 1. *documen.* 5. *num.* 2. Ventriglia *in praxi, annot.* 49. *&* 92. *in fine*, *de juriſd. Archiep. cap.* 145. *num.* 4. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gl. par.* 2. *num.* 86. vide in conformationem infrà *deciſ.* 136. *num.* 10.

35 Quæro 4. an Archiepiſcopus poſſit eximere ſubditum à juriſdictione ſui Epiſcopi ſuffraganei? Reſp. quod non, quia eſt reſervatum Papæ, & ſi exemptionem Archiepiſcopus concedat, non valet, Ciarlin. *contr. for. lib.* 2. *capit.* 125. *num.* 75. *&* 76. *& num.* 101. refert declarationem Sacræ Congregationis, ſequitur Rodoer. ad Marinis, *reſol. jur. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 8. quidquid dicat Marinis *reſol. jur. lib.* 1. *cap.* 19. *à num.* 4.

36 Et idem in Legato à latere, qui non poteſt ſubditum Ordinarii ab ejus juriſdictione eximere, Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 80. Ciarlin *controv. foren. lib.* 2. *cap.* 125. *à num.* 77.

---

## *ARGUMENTUM.*

### An Univerſitas Eccleſiaſtica, ut eſt Capitulum, Communitas, & Collegium Eccleſiarum conveniri debeat apud Judicem Eccleſiaſticum.

### *SUMMARIUM.*

1 *Univerſitas Eccleſiaſtica, ut eſt Capitulum, Communitas, et Collegium Clericorum gaudet privilegio fori.*

2 *Corpora Eccleſiaſtica, licèt non habeant majus, aut fortius privilegium fori, quam ſingulæ perſonæ Eccleſiaſticæ, nu.* 2. *Tamen cum perſonæ Eccleſiaſticæ particulares gaudeant privilegio fori, multo magis eo gaudere debet Univerſitas, Capitulum, Communitas, et Collegium Clericorum. num.* 3.

4 *Perſonæ appellatione, inſpecta propria nominis ſignificatione non venit Capitulum, Communitas, et Collegium, num.* 4. *benè tamen continetur latè ſumpto vocabulo, ac minus propria ſignificatione, numer.* 5. *et in aliis caſibus, de quibus, num.* 6. *et* 7.

8 *Privilegium fori, immunitatiſque Eccleſiaſticæ favorabile eſt, latiſſimè interpretandum, nu.* 8. *intellige, num.* 9. 10. *et* 11.

12 *Collegia ſortiuntur forum, quem habent perſonæ in eis degentes.*

13 *Capitulum, Communitas, et Collegium Eccleſiæ reſtituitur in integrum, eodem jure, quo Eccleſia.*

14 *Citatio contra Capitulum Canonicorum, Communitatem Presbiterorum Monaſterium Monachorum, ſeu Monialium, Civitatem, vel Univerſitatem, an debeat fieri Capitulariter, ſeu Collegialiter, num.* 14. 15. 16. *et* 17.

18 *Univerſitas, ut legitimè citetur, debet citari major pars Juratorum, aliàs procedimenta ſunt nulla, nu.* 18. *niſi ſubſequatur cum expreſſa, vel tacita approbatione Univerſitatis, nu.* 19. *vel conſtituiſſet procuratorem, numer.* 20. *et* 21. *vel in cauſa comparuiſſet, num.* 22. *cum ſeq.*

22 *Citationis defectus purgatur per comparitionem partis, num.* 22. *et per comparitionem procuratoris, num.* 23. 24. *et* 25. *etiamſi pars, ſeu ejus procurator comparuiſſet ad effectum excipiendi de nullitate citationis, num.* 26. *et* 27.

28 *Jurati Univerſitatum, qui de novo extrahuntur an ſint citandi ſingulis annis, ubi Jurati prædeceſſores fuerunt citati.*

29 *Syndicus Capituli, Communitatis, vel Monaſterii, Civitatis, ſeu Univerſitatis an poſſit in principio cauſæ citari, num.* 29. 44. *et* 45.

30 *Citatio prima in iis, quæ ſunt levis præjudicii, poteſt incipere à procuratore, quamvis dominus ſit præſens.*

31 *Citatio prima in iis, quæ ſunt gravis præjudicii, non poteſt incipere à procuratore, ſed ipſi reo notificanda eſt, num.* 31. *ſi principalis eſt præſens, ſecus ſi abſens à Regno, vel Provincia, nu.* 32. *&* 33. *amplia, & declara, num.* 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. *&* 42.

42 *Abſens in propoſito quis dicatur, num.* 42. *&* 43.

48 *Procurator rei abſentis in initio cauſæ citatus poteſt petere dilationem ad conſulendum dominum.*

49 *Syndicus Univerſitatis habens mandatum à ſolis Juratis, et non ab ipſa Univerſitate, an agere poſſit. Et an Jurati ſoli agere poſſint nomine Univerſitatis.*

50 *Citatio prima debet eſſe perſonalis, & domi fieri non poteſt, num.* 50. *et quid de ſtylo Regiæ Audientiæ, num.* 51.

52 *Citatio, et præſentatio literarum citationis fieri non poteſt diebus feriatis in honorem Dei, num.* 52. *ſecus in diebus feriatis in utilitatem hominum, num.* 53.

## DECISIO CXXIII.

UNiverſitas Eccleſiaſtica, ut eſt Capitulum, Communitas, & Collegium Eccleſiarum non poteſt conveniri coram Judice ſęculari, ſed conveniri debet coram Judice Eccleſiaſtico; gaudet enim fori Eccleſiaſtici privilegio, ſic docent Aufrerius, Decianus, & Camil de Curte, quos citat Carol. de Graſſis *de effect. Cler. effectu* 1. *num.* 126. quibus addendi ſunt Gail. *lib.* 1. *obſer.* 30. *num.* 3. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 46. *verſic. Amplia*, ubi de Univerſitate Eccleſiaſtica delinquente, Fontanella *deciſ.* 335. *num.* 9. ubi, quod non poteſt renuntiare privilegio fori *part.* 2. Scobar. *de Pontif. et reg. juriſdic. cap.* 21. *num.* 332. *et* 333. ubi quod hæc concluſio nullam probationem flagitat, Fermoſin. *in cap. ſi diligenti, quæſt.* 6. *de foro compet.* alios addo infra *deciſ.* 154. conducit Ripoll. *var. cap.* 4. *num.* 19. & in addit. ad Peguer. *rub.* 9. *ſub n.* 12. *et de Magiſt. Logiæ Maris, cap.* 10. *num.* 13. Ita fuit in Cathalonia deciſum. Primò per Cancellarium Rovirola, conſultoribus Benach, Calba de Valleſca, & Senjuſt. 16. Sept. 1598. in favorem Communitatis Presbyterorum Eccleſiæ Parochialis Sanctæ Columbæ de Queralt, contra Nobilem Petrum de Queralt, & Andream Ninot ejuſdem Villæ. Secundo per eundem Cancellarium Rovirola, eodem die cum eiſdem Conſultoribus in favorem dictæ Communitatis Presbyterorum Eccleſiæ Parochialis Sanctæ Columbę de Queralt, contra Nobilem Petrum de Queralt. Tertio eundem Cancellarium Rovirola, conſultoribus Dalmau, Fontanet, Ferrer, Calba de Valleſca, y Puigmija 19. Martii 1601. in favorem Capituli Eccleſię Cathedralis Ilerden. contra Syndicum Civitatis Ilerdæ ſuper Termino della Cogullada per dictum Capitulum poſſeſſo, quem Syndicus dictæ Ci- 1

vitatis luere prætendebat. Quartò per Cancellarium
Aguilana,conſultoribus Senjuſt,Mijavila Franqueſa,&
Ferruz 12. Auguſti 1611. in favorem Capituli Sedis
Urgellin contra Nobiles conjuges Don Ybrandum, &
Domnam Agnetam Coſcon petentes dictum Capitu-
lum condemnari ad deſerendum vacuam,& expeditam
poſſeſſionem Villæ de Alos, Bajuliæ, juriſdictionis
illius. Quintò per Cancellarium Puigmari 8. Februa-
rii 1627. in favorem Epiſcopi, & Capituli Sedis Elnen,
nec non Sacriſtæ, & Hebdomadarii Eccleſiæ Paro-
chialis Loci de Bages, contra Joſephum Reart Bur-
genſem Villæ Perpiniani. Sextò per Cancellarium
Eril, conſultoribus Carreres, & Guerau 8. Martii
1533. in favorem Communitatis Presbyterorum Ec-
cleſiæ Parochiali Beatæ Mariæ de Pinu Civitatis Bar-
cinonæ, & in aliis innumerabilibus caſibus.

2 Probatur primò. Quia licet corpora Eccleſiaſtica
non habeant majus, aut fortius privilegium fori,
quam ſingulæ perſonæ Eccleſiaſticæ, Fontanella *dec.*
*335. n. 9. par.* 2. cum eædem rationes, quæ procedunt
de quolibet Clerico, procedant etiam in qualibet ſpe-
ciali Communitate Eccleſiaſtica, ut dicunt Suar. &
3 Caſt. Palaus *loci citatis*, *num.* 1. Tamen † cum parti-
culares perſonę Eccleſiaſticę gaudeant privilegio fori,
multo magis eo gaudere debet Univerſitas, Capitu-
lum, Communitas, & Collegium Eccleſiaſticum,
ſic Farinac. *in praxi*, *par.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 46. *verſic.*
*Amplia*,

4 Probatur ſecundò, quia licet appellatione perſo-
næ, inſpecta propria nominis ſignificatione, non ve-
niat Capitulum, Univerſitas, Communitas, & Col-
legium, Maſcard. *de gener. ſtat. interpret. concl.* 4. *nu.* 9.
Seraphin. *deciſ.* 1450. *n.* 3. Ramirez *de lege reg.* §. 35. *n.* 2.
Burat. *dec.* 253. *nu.* 1. 2. & 3. Ludoviſ. *deciſ.* 576. *à nu.*
6. ubi Beltramin. *num.* 17. Larrea *alleg.* 11. *numer.* 8.
Fontanella *deciſ.* 522. *nu.* 1. & 2. *par.* 2. abundè Gonza-
lez *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 37. *à num.* 2. Tuſchus *practicar.*
*concl. lit. P. concl.* 218. *à n.* 1. Riccius *collect.* 1067. Barbo-
5 ſa *appellat.* 198. *à nu.* 1. *ad* 8. Tamen † largè, & impro-
priè, latoque ſumpto vocabulo, ac minus propria ſi-
gnificatione, continetur Capitulum, Communitas,
Univerſitas, & Collegium appellatione perſonæ,
Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 37. *num.* 50. Tuſchus
*pract. concl. litera P. concluſ.* 318. *num. fin.* Burat. *dec.*
253. *numer.* 8. Barboſa *appellat.* 198. *num.* 9. & quan-
6 do † materia ſubjecta eſt apta, & proportionabilis ad
comprehendendum Capitulum, communitatem,
Univerſitatem, & Collegium ex identitate rationis,
quamvis ratio non ſit ſcripta, ſed unica aſſignari poſ-
ſit, appellatione perſonæ comprehenditur Capitulum,
Collegium, Communitas, & Univerſitas, Gonza-
lez *ad reg.* 8. *cancel. gloſ.* 37. *nu.* 41. Burat. *deciſ.* 253. *à*
*num.* 4. Larrea *allegat.* 11. *nu.* 8. Beltramin. ad Ludoviſ.
7 *deciſ.* 576. *nu.* 18. Barboſ. *appellat.* 198. *num.* 10. & etiam
in materiis favorabilibus perſonæ appellatione venit
Collegium, Capitulum, Univerſitas, & Communi-
tas; Gonzalez *ad reg.* 8. *cancell. gl.* 37. *n.* 36. Tuſchus
*pract. concl. litera P. concl.* 318. *nu.* 15. Barboſa *appellat.*
8 198. *nu.* 11. Privilegium † namque fori, immunitatiſ-
que Eccleſiaſticæ favorabile eſt, Salzedo *in theatro ho-*
*nor. gl.* 53. *nu.* 90. *in fine*, latiſſimèque interpretandum
Ego pluries laudavi *deciſ.* 46. *num.* 11. *par.* 2. quibus ad-
dendi ſunt Sperell. *deciſ.* 63. *nu.* 10. *lib.* 1. Carol. de Graſ.
*de effect. Clericat. in proœm. nu.* 419. & *effectu* 1. *nu.* 1198.
*in fine*, Zerola *in praxi Epiſc. par.* 1. *verbo Clericus, verſ.*
*Ad ſecundum in fine*, *ibi: ſexto quia*, Marian. Anto-
nin. *lib.* 1. *reſol.* 75. *nu.* 3. *verſ. quod omnino*, & *nu.* 8. Bar-
boſa *de jure Eccleſ. uni. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *n.* 36. *verſ. Hic*
*tamen*, Thom. del Bene *de immu. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4.
9 *dub.* 15. *ſect.* 1. *nu.* 23. Si ex vi † verborum id rationabi-
liter deduci poteſt, Ciarlin. *controv. foren. cap.* 198. *n.*
18. & 19. *lib.* 2. *per text. in l. quod conſtitutum*, *ff. de*
10 *teſt. milit.* & ubicumque † eadem militat ratio, ſecus
ſi diverſa, Ciarlin. *contr. foren. cap.* 198. *n.* 20. *lib.* 2. *ad*
*text. in leg. non poſunt & in leg. ſeq. l. jura non in ſingu-*
*las, ubi gloſs.* & *Doctores*, *ff. de legib. cap. translato de*
*conſtitut. cap.* 2. *de translat. Epiſcop.* Ac in terminis
11 † habilibus, & juxta capacitatem ſubjectorum, Thom.
del Bene *de immu. Eccleſ. tom.* 2. *capit.* 16. *dubit.* 10.
*ſect.* 4. *numer.* 23. Carol. de Graſ. *de effect. Clericat.*
*effectu* 1. *numer.* 1222. Quæ hic reſpectu Capituli,
Communitatis, Univerſitatis, & Collegii Eccleſia-
rum verificantur, procedunt, & militant, ut de
ſe patet, eſtque notiſſimum, nullaque indiget pro-
batione.

Probatur tertiò quia regulariter Collegia ſortiuntur 12
forum, quod habent perſonæ in eis degentes, ita ut
ſi ſunt Clericorum, eſt judex Epiſcopus, ſi laicorum,
judex ſecularis: & ſi in Collegiis eſt mixtura perſona-
rum Eccleſiaſticarum, & ſecularium, ſi Eccleſiaſticæ
perſonæ plures ſunt, Collegia Eccleſiaſtica erunt, &
juriſdictionis Eccleſiaſticæ. Idemque eſt, quando tot
Eccleſiaſtici ſunt, quot laici, nam ratione mixtu-
ræ res à nobiliori ſubjecto denominabitur, *ut infra*,
*dec.* 125. ergo à fortiori Capitulum, Communitas,
Collegium, & Univerſitas Eccleſiarum, cum perſo-
næ in eis degentes ſint Presbyteri, Diaconi, vel Sub-
diaconi, aut ſaltem Beneficiati gaudere debent privi-
legio fori Eccleſiaſtici.

Probatur quartò, quia quod dicitur de Eccleſia pro- 13
cedit in Capitulo. Communitate, Collegio & Uni-
verſitate Eccleſiæ. Nam ſicut Eccleſia reſtitui debet,
& reſtituitur in integrum jure minoris, ſic etiam Ca-
pitulum, Univerſitas, Communitas, & Collegium
Eccleſiæ reſtituitur in integrum eodem jure, quo Ec-
cleſia, ut dicam *deciſ....num....*

Quæro 1. Si cauſa eſt movenda contra Capitulum, 14
ſeu communitatem Eccleſiæ Cathedralis Collegiatæ,
ſeu Parochialis, aut contra Communitatem, ſeu Mo-
naſterium Religioſorum, vel Monialium, aut contra
Univerſitatem alicujus Civitatis, Villæ, Oppidi vel
loci, aut contra Collegium, ſeu Confratriam, an ſit
neceſſarium citare totum Capitulum, totam Commu-
nitatem, totum Monaſterium, ſeu Conventum, ac
totam Univerſitatem, Collegium, ſeu confratriam?
de jure videndi ſunt *gloſſa in cap. ſi capitulum de conceſ.*
*præb. in* 6. Capreolus *in l. non poteſt. ff. de reg. jur.* Van-
tius *de nullit. ex defect. citat. nu.* 144. Guid. Pape *dec.* 321.
& ibi Ranch. *in annotat.* Maranta *de ord. jud. part.* 6. *tit.*
*de citatione*, *nu.* 44. Portoles, §. *citatio Univerſitatis*,
*nu.* 1. Tuſchus *pract. concl. liera C. concluſ.* 251. Parla-
dorius *rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. par.* 5. §. 9. *nu.* 17. Loſeus
*de jure Univer. par.* 2. *cap.* 1. *à nu.* 60. Niger *de exception.*
*cap.* 12. §. 5. Borell. *in ſum. deciſ. par.* 1. *tit.* 44. *de citat.*
*à nu.* 26. Seſſe *deciſ.* 159. *lib.* 2. & *deciſ.* 356. *num.* 36.
*lib.* 3. Penna *deciſ. Rotæ* 359. Ludoviſ. *deciſ.* 584. *nu.* 2.
Seraphin. *deciſ.* 1046. *nu.* 5. Daniel. *de Nobilibus controv.*
*diſcep.* 1. *nu.* 31. Corſetus *quæſt. form.* 10. Virgil. *de legit.*
*perſonar. cap.* 21. *num.* 29. Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 49. Ca-
valler. *deciſ.* 408. *nu.* 1. Farinac. *in repertor. jud. verbo*
*citato num.* 4. Riccius *collect.* 2104. *verſi. Intellige ſe-*
*cundo*, Fermoſin. *in cap.* 1, *qu.* 3. *nu.* 20. *de cauſa poſſe*
& *propriet.* Barboſa *in cap. ſi cap. nu.* 2. *de conceſ. præben.*
*in* 6. Mieres *in Cur. Perpiniani Regis Petr.* 3. *par.* 1.
*collat.* 6. *de in jus vocando numer.* 25. *fol.* 335. *in novis*,
ubi Deſpuiol *verbo citare non eſt neceſſarium*, *fol.* 42.
Peguera *deciſ.* 71. *num.* 6. *part.* 1. Ripoll. *var. cap.* 3.
*à num.* 157. & *in addit. ad Peguer. in prax. civ. rub.* 6.
*à nu.* 42. Xammar *de privileg. Barcin.* §. 14. *à num.* 25.
Domiliu *in* §. *plebiſcitum, dubit.* 61. & 128. Baron. *de*
*citat. quæſt.* 8. *nu.* 41. & 42. *lib.* 1. & *in addit. nu.* 8. *lib.* 3.
Donat. Anton. de Marinis *cap.* 340. *nu.* 4. 5. & 6. *lib.* 1.
Beltramin ad Ludoviſ. *deciſ.* 584. *nu.* 6. Poſtius *de manu-*
*ten. obſer.* 107. *num.* 10. 11. & 12. qui ultimi de jure do-
cent citationem contra capitulum, communitatem,
collegium, Monaſterium, civitatem, Univerſita-
tem, & confratriam fieri debere capitulariter, &
collegialiter. Et quod ſi capitulum, communitas,
collegium, Monaſterium civitas, Univerſitas, &
confratria non reperitur congregatum, & congrega-
ta, debet Nuntius, ſeu Portarius inſtantiam facere
apud eum, qui habet facultatem congregandi, ut
congreget certa hora, & tunc ſi capitulum, commu-
nitas, collegium, Monaſterium, civitas, Univer-
ſitas, & confratria non congregatur, valet citatio,
etiam non capitulariter, ſeu collegialiter facta *per gl.*
*verbo factum in cap. ſi capitulo de conceſ. præben. in* 6:

Apud nos verò in Cathalonia receptum eſt, quod ſi 15
citatio

citatio dirigitur capitulo canonicorum, ſeu commu-
nitati, & collegio clericorum, ſufficit, quòd præſen-
tetur Decano, Archidiacono, Rectori, Vicario per-
petuo, vel illi, qui in capitulo canonicorum, ſeu
communitati, & collegio clericorum ſolet præſidere.
Et ſi citatio dirigitur conventui, Monaſterio, ſeu
collegio Religioſorum, ſufficit, quod citatio præ-
ſentetur Abbati, Priori, Guardiano, aut Prælato il-
lius conventus, Monaſterii, ſeu collegii Religioſo-
rum. Et ſi citatio dirigitur conventui, Monaſterio,
ſeu collegio Monialium, ſufficit, quod citatio præ-
ſentetur Abbatiſſæ, Prioriſſæ, ſeu Prælatæ illius con-
ventus, Monaſterii, & collegii Monialium. Et ſi
citatio dirigitur Univerſitati alicujus civitatis, Vil-
læ, Oppidi, aut Loci, collegii, ſeu confratriæ, ſuf-
ficit, quod citatio præſentetur conſiliariis, Patiariis,
Juratis, ſeu conſulibus illius Univerſitatis, civitatis,
Villæ, Oppidi, aut Loci, Prioribus, Proceribus,
ſeu Adminiſtratoribus illius collegii, ſeu confratriæ,
ſequendo Guid. Papam *deciſ.* 321. & ibi Ranchin. *in
annotationib.* Seſſe *deciſ.* 159. *nu.* 2. *&* 3. *lib.* 2. *& dec.* 356.
*nu.* 36. *lib.* 3. Fermoſin *in cap.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 20. *de cauſa
poſſe. & propr.* Reg. Mattheu *de regi. Reg. Valen. cap.*
10. §. 1. *nu.* 88. *verſi. Nec inutile*, Peguera *deciſ.* 71. *n.*
6. *par.* 1. Ripoll. *var. cat.* 3. *num.* 157. 158. *&* 322. *& in
addit. ad Peguer. in praxi civi. rub.* 6. *num.* 44. Mieres,
16 & Deſpujol *locis citatis*, *nu.* 14. Etiam ſi † præſenta-
tio, intimatio, ſeu notificatio citationis non fiat in
loco communi, in quo capitulum, communitas,
collegium, Monaſterium, Univerſitas, ſeu confra-
tria ſolet congregari, quidquid dicat Ripoll. in addit.
ad Peguer. *rub.* 6. *nu.* 45. Quia in Cathalonia valida eſt
citatio, cenſeturque legitimè facta Decano, Archi-
diacono, Rectori, Vicario Perpetuo, Abbati, Prio-
ri, Guardiano, aut Prælato capituli, communitatis,
collegii, Monaſterii, ſeu conventus, conſiliariis,
Patiariis, Juratis, conſulibus, Prioribus, Proceri-
bus, ſeu Adminiſtratoribus Univerſitatis, Civitatis,
Villæ, Oppidi, Loci, collegii, ſeu confratriæ, quam-
vis non fiat in loco communi, in quo capitulum com-
munitas, Monaſterium, Univerſitas civitas, Villa, col-
legium, ſeu confratria congregari ſolet, & ita obſerva-
tur in Regia Audientia Cathaloniæ, vidique in ea plu-
17 ries practicatum. Ratio eſt, † quia caput ſolum eſt
in conſideratione, quando ſub uno corpore ejuſdem
naturæ, & qualitatis plura continentur, *l. Cajus ſe-
jus, ff. de legat.* 2. *gloſ. in l. jubemus la* 2. *Cod. de Sa-
croſanct. Eccleſ.* Gomez *in l.* 45. *Tauri à num.* 38. pun-
ctim Seſſe *deciſ.* 159. *num.* 4. *lib.* 2. Ripoll. *var. cap.* 3.
*num.* 159. in cujus ornatum plura congerunt Poſtius *de
manuten. obſer.* 73. *art.* 6. Salgado *de ſuppli. ad San-
ctiſ. part.* 2. *cap.* 5. §. 3. *à num.* 27. *ad* 36. *& in labyr.
cred. par.* 1. *cap.* 4. *à nu.* 25. Dominus Vice Cancellarius
Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſer.* 15. *à nu-
mer* 255.

18 Advertè primò, quod licet Peguera *deciſ.* 71. *num.*
6. *par.* 1. dicat in citatione Univerſitatis eſſe citandos
Juratos, aut ſaltem unum eorum, cum quo concor-
dat obſervantia Reg. Aragonum, de qua Portoles ad
Molin. §. *citatio Univerſitatis*, *num.* 1. refert, & ſe-
quitur Reg. Mattheu *de regi. Reg. Valen. cap.* 10. §. 1. *nu.*
88. Verius tamen eſt in Cathalonia, quod in citatione
Univerſitatis, civitatis, Villæ, Oppidi, Loci, col-
legii, aut confratriæ debet citati major pars conſilia-
riorum Patiariorum, Juratorum, conſulum, Prio-
rum, Procerum, & Adminiſtratorum ut pote ſi ſunt
ſex, debent citari quatuor, ſi ſunt quinque, vel qua-
tuor, debent citari tres, & ſimiliter ſi ſunt tres, de-
bent citari duo, & ita reſpectivè major pars ſemper
citari debet, alias ſi major pars non citatur, proſe-
quaturque lis, & fiat ſententia, omnia procedimenta
ſunt nulla, ut probat de jure Cancer. *par.* 1. *var. cap.* 7.
*nu.* 27. *verſic. Sic in Conſulibus*. Et ſic deciſum per Re-
giam audientiam de anno 1608. in favorem Univerſi-
tatis Calidarum de Montebovino, contra Fiſci Procu-
ratorem Bajuliæ Generalis, fuiſſeque declaratam ſen-
tentiam nullam, eo quod ex quatuor conſulibus dictæ
Univerſitatis duo tantum fuerunt citati, refert Cancer
*par.* 1. *var. cap.* 7. *nu.* 27. *in fine*, ſequitur Ripoll. *in addit.*
*ad Peguer. in praxi civ. rubr.* 6. *nu.* 42. & ita inconcuſſe
obſervatur, & practicatur. Et ſi ſolùm ſunt duo,
debent iſti duo citari, ut vidi pluries in Regia Au-
dientia obſervatum.

Limita primò, ſi ſubſequatur expreſſa, vel tacita 19
approbatio capituli, communitatis, Monaſterii,
Univerſitatis Villæ, Oppidi, Loci collegii, ſeu con-
fratriæ, nam tunc ſanatur citatio Juratorum illegiti-
mè facta, Poſtius *de manuten. obſer.* 107. *nu.* 14. *verſic.
Viterius*, *& poſt tractatum*, *deciſ.* 414. *num.* 9.

Limita ſecundò, ſi Capitulum, Communitas Mo- 20
naſterium, Univerſitas, Civitas, Villa, Collegium,
ſeu Confratria Procuratorem, Syndicum, aut Oeco-
nomum conſtituiſſet, nam per ſolam conſtitutionem
Procuratoris, Syndici, aut Oeconomi ſanatur, pur-
gatur, & convalidatur citatio non legitimè facta, Rota
*deciſ.* 11. *de dolo & contum.* Felin. *in cap. cum contingat
à nu.* 8. *de except.* Ludoviſ. *deciſ.* 27. *nu.* 4. ubi Beltramin.
*num.* 12. Cavaller. *deciſ.* 500. *num.* 1. Gratian. *diſcept.
foren. cap.* 156. *num.* 4. Seraphin. *deciſ.* 867. *num.* 14. Reg.
Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 10. *cap.* 1. *ſub nu.* 1. Po-
ſtius *de manut. obſer.* 107. *nu.* 14. *& poſt tract. deciſ.* 75. *nu.*
4. *&* 5. Ferentil. ad Burat. *deciſ.* 727. *num.* 11. Ciroc-
chus *diſcept.* 78. *num.* 4. *&* 5. etiam ſi longè poſt cita-
tionem fuiſſet conſtitutus Syndicus, Procurator,
ſeu Oeconomus Beltramin. ad Ludoviſ. *deciſ.* 27. *num.*
12. Cirocchus *diſcept.* 78. *nu.* 105. *in fine*. Dummodo
Procurator, † Syndicus, vel Oeconomus ſit conſti- 21
tutus poſt factam citationem Juratorum, ſeu Admini-
ſtratorum illegitimè factam; aliàs enim ex conſtitu-
tione Procuratoris, vel Syndici ante citationem non
purgatur defectus citationis, Lancellot. *de attentat.
par.* 2. *cap.* 4. *num.* 136. Cavaller. *deciſ.* 500. *num.* 2. Ton-
dut. *de præven. Jud. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 18. Beltramin. ad
Ludoviſ. *deciſ.* 27. *num.* 12. *in fine*. Ferentill. ad Burat.
*deciſ.* 727. *num.* 12. Poſtius *de manutent. obſerv.* 107.
*num.* 14. Reg. Vico *ad prag. Reg. Surd. lib.* 1. *tit.* 10.
*cap.* 1. *ſub num.* 10.

Limita tertiò, ſi Procurator ſeu Syndicus in cauſa 22
comparuiſſet. Siquidem nedùm per comparitionem
citati purgatur, convalidatur, & ſanatur omnis de-
fectus citationis, *l.* 1. *juncta gloſ. verbo ſententia*, ubi
Bartol. & Bal. *ff. de feriis*, *leg. quamvis*, ubi Bar-
tol. *ff. de in jus vocando*, Ramon. Boer. Pariſ. Me-
nochi. Varal. Azini & Gail. quos citat Flamin. Chartar.
*deciſ. Genuæ* 14. *nu.* 9. quibus addendi ſunt Lancellot. *de
attent. par.* 2. *cap.* 4. *nu.* 115. *&* 116. Tuſchus *pract. con-
clu. lit. C. conclu.* 246. Gratianus *diſcep. foren. cap.* 156.
*nu.* 1. *&* 2. *& cap.* 546. *à nu.* 12. Farinac. *frag. crim. par.* 2.
*lit. L. num.* 392. Palma *in praxi part.* 2. *gloſ.* 13. *à num.* 1.
Seraphin. *deciſ.* 1441. *num.* 4. Tondut. *de præven. jud. par.*
1. *cap.* 9. *num.* 17. Gutier. *lib.* 1. *pract. quæſt.* 133. *num.* 12.
Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancellar. in annotat. à num.* 71. *&*
§. 7. *procemi. à num.* 147. Roxas *deciſ.* 108. *num.* 12. Ni-
ger *excep.* 12. §. 4. *num.* 137. Riccius *collect.* 1408. *verſi.
Limita quinto*, Mantica *deciſ.* 352. *num.* 9. *&* 10. Poſtius
*de manuten. obſer.* 44. *à num.* 46. *& poſt tract. deciſ.* 67. *nu.*
8. *& deciſ.* 75. *num.* 2. *& deciſ.* 427. *à num.* 4. *& deciſ.* 445.
*num.* 3. Baron. *de citat. tom.* 1. *qu.* 44. *num.* 5. *& tom. nu.* 3.
*in annotat. num.* 7. Barboſa *voto* 57. *à num.* 25. *lib.* 2. *& in
repertor. pract. concl. verbo citatio verſic. Citatio illegi-
ma*, Ludoviſ. *deci.* 27. *num.* 3. ubi Beltramin. *num.* 9. Fe-
rentil. ad Burat. *deciſ.* 727. *num.* 8. Suelves *conſ.* 21. *nu.* 8.
*& conſ.* 61. *num.* 14. *lib.* 1. Noguerol. *allegat.* 36. *num.* 17.
Ripoll. *var. cap.* 3. *à numer.* 80. Fontanella *de pact. nupt.
tom.* 1. *clauſ.* 3. *gloſ.* 3. *num.* 58.

Sed etiam per comparitionem Procuratoris; ſufficit 23
enim comparitio Procuratoris in lite, ut omnis defe-
ctus citationis purgetur, Ruin. Burſat. Bertazol. Be-
reta, Roman. quos citat Flamin. Chartar. *deciſ. Rotæ
Genuæ* 14. *num.* 8. quibus addendi ſunt Seraphin. *deciſ.*
1441. *num.* 4. Beltramin. ad Ludoviſ. *deciſ.* 27. *num.* 11.
Baron. *de citat. tom.* 1. *quæſt.* 44. *num.* 6. *& tom.* 3. *in anno-
tat. num.* 8. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 1. *tit.* 10.
*cap.* 1. *ſub num.* 10. Tondut. *de præver. judi. par.* 1. *cap.* 9.
*num.* 17. Noguerol. *allegat.* 36. *num.* 18. Ferentill. ad Bu-
rat. *deciſ* 727. *num.* 9. Poſtius *de manuten. obſer.* 84. *num.*
47. *& obſer.* 107. *num.* 14. *& poſt tract. deciſ.* 75. *à num.*
3. *& deciſ.* 431. *num.* 10. *& deciſ.* 520. *num.* 10. Luca in
ani-

BIBLIOTECA
GRANADA

in animadver. ad Gratian. diſcept. forenſ. cap. 145. nu. 8. Barboſa in clement. cauſam ſub nu. 3. de elect. Cirocchus diſcept. 78. n. 106.

24 Sive Procurator compareat cum ſpeciali mandato ad illam cauſam, ut requiri voluerunt Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 135. Seraphin. deciſ. 1366. n. 2. & alii per Barboſam in clement. cauſam, n. 3. in fine de elect. et in repertor. verbo citatio, verſ. Citatio illegitima, fol. 52. ſive cum generali, ſemper enim per comparitionem Procuratoris mandatum generale habentis purgatur omnis citationis defectus, juxta veriorem ſententiam, de qua Seraphin. deciſ. 654. Cavaller. deciſ. 500. ſub num. 2. Beltramin. ad Ludoviſ. deciſ. 27. num. 14. Poſthius de manuten. obſer. 84. n. 47. in fine, et obſerv. 107. n. 14. et poſt tract. deciſ. 75. à n. 3. Sperell. deciſ. 48. n. 38. lib. 1. Ferentil. ad Burat. dec. 727. n. 10. Reg. Vico ad prag. Reg. Sard. lib. 1. tit. 10. cap. 1. num. 10. in fine, Cirocchus diſcept. 78. num. 107. Tondut. de præven. jud. par. 1. cap. 9. num. 17. Farinac. deciſ. 736. n. 1. tom. 2. recent. Noguerol. allegatione 36. num. 18.

35 Quamvis Procurator, Syndicus, vel Oeconomus generaliter conſtitutus eſſet ante citationem & comparuiſſet poſt citationem, deduxiſſetque generalitatem ad ſpeciem reſpectu cauſæ, in qua Jurati, vel alii fuerunt non legitimè citati, ex tali enim comparitione Procuratoris, Syndici, aut Oeconomi ante citationem conſtituti purgatur vitium, & defectus citationis. In hoc enim differt conſtitutio Procuratoris à comparitione Procuratoris, nam per conſtitutionem Procuratoris factam ante citationem non purgatur defectus citationis, ut dictum eſt n. 21. & per comparitionem Procuratoris conſtituti ante citationem purgatur defectus citationis, ſic Beltramin ad Ludoviſ. deciſ. 27. n. 13. Reg. Vico ad prag. Reg. Sard. lib. 1. tit. 10. cap. 1. ſub n. 10. quidquid dicat Tondut. de præven. jud. p. 1. cap. 9. n. 19. nam Cavaller. in quo ipſe ſe fundat deciſ. 500. n. 2. loquitur de conſtitutione Procuratoris ante citationem.

26 Quinimò ſi citatus, vel ejus Procurator comparet in cauſa ad effectum excipiendi de nullitate citationis, nihilominus ejus vitium purgatur, Lancellot. de attentat. p. 2. cap. 4. in præfat. n. 117. Miſinget. obſer. 19. cent. 3. et obſerv. 54. centur. 4. Gail. lib. 1. obſerv. 58. Seraphin. deciſ. 1441. n. 4. verſ. Obſtat, Chartar. deciſ. Genuæ 14. n. 8. Guttier. lib. 1. pract. quæſt. 133. num. 12. Beltramin. ad Ludoviſ. deciſ. 27. n. 10. Suelves conſ. 61. num. 14. verſ. et prædicta, l. 1. Tondut. de præven. jud. par. 1. cap. 9. n. 21. Poſthius de manutent. obſer. 84. n. 47. et poſt tractat. deciſ. 75. à n. 6. et deciſ. 441. n. 11. Cirocchus diſcept. 78. n. 106. Ripoll. var. cap. 3. à num. 118. Fontanella de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 3. gloſ. 3. n. 58. ita fuit per me proviſum in cauſa Nobilis Joannis de Marymon ex una, & Nobilis Franciſci Junyent civitatis Barcinonæ ex altera, actuario Payſſa nunc Fabra. Quidquid dicant Coſta, & ab eo relati remed. ſubſid. 13. n. 12. & quidquid in contrarium practicari in Senatu dicat Cancer. par. 3. var. reſol. cap. 16. n. 114. Quod
27 procedit † etiam ſi Procurator abſentis habeat mandatum limitatum, quod prima citatio non poſſit incipere à Procuratore, nihilominus ſi ipſe Procurator citetur, & compareat, allegando in vim exceptionis dilatoriæ nullitatem citationis, habilitatur cauſa, & ſanatur defectus citationis. Sic fuit proviſum ad mei relationem, & iterum ad relationem Nobilis Fabricii Pons de Caſtelvi in cauſis referendis, num. 34. Unde exiſtimo, quod ſi Procurator comparet in cauſa cum proteſtatione, quatenus ſuus principalis fuerit legitimè citatus, nihilominus validat judicium, etiam ſi talis proteſtatio in ejus mandato contineretur, quidquid dicant Cavaller. deciſion. 500. numer. 2. Poſthius de manut. obſerv. 107. num. 14. et poſt tractat. deciſion. 75. num. 6.

28 Adverte ſecundò, quod licèt dubium ſit, an Conſiliarii, Patiarii, Jurati, & Conſules Univerſitatis, civitatis, Villæ, Oppidi, ſeu Loci, Priores, Proceres, ſeu Adminiſtratores Collegii, ſeu confratriæ cum ſingulis annis mutentur, citandi ſint noviter extracti iterum de novo? Ea prævaluit diſtinctio, quod ſi in cauſa comparuit Syndicus legitimè ab Univerſitate conſtitutus, non ſunt citandi noviter extracti Conſiliarii, Patiarii, Jurati, Conſules, Priores, Proceres, ſeu Adminiſtratores, eo quia Syndicus, ſeu Procurator per comparitionem effectus fuit dominus litis. Si verò Syndicus, ſeu Procurator non comparuit in cauſa, tunc Conſiliarii, Patiarii, Jurati, Conſules, Priores, Proceres, ſeu Adminiſtratores noviter extracti ſingulis annis ſunt citandi. Literiſque citatoriis præſentatis, erunt ipſæ reproducendæ cum omnibus procedimentis, & actor tenetur probare N. & N. extractos eſſe novos Conſiliarios, Patiaros, Juratos, Priores, Proceres, ſeu Adminiſtratores talis Univerſitatis, civitatis, Villæ, Oppidi, collegii, ſeu confratriæ, & ut tales palam, & publicè teneri, & reputari, & ſic eſt continuò faciendum donec, & quouſque ſententia lata ſit, ita Ripoll. var. c. 3. à n. 316. ad 325. et in addit. ad Peguer. in praxi civili, rub. 6. n. 47. et 48. ſic fuit per me declaratum ſententia lata 13. Aprilis 1665. in cauſa Rectoris, & communitatis Presbyterorum Sancti Joannis de Platea civitatis Ilerdæ ex una, & Juratorum Loci de Albatarrech ex altera, his verbis: Attento conſtat fuiſſe citatos ad preſentem cauſam Michaelem Joannem Tarros, & Mathiam Comes, 10. Octobris 1662. uti Juratos eo tunc dicti Loci de Albatarrech, & non apparet eos eſſe Juratos dicti Loci ſaltem eo modo, quo de jure conſtare debet. Nec etiam conſtat Juratos dicti Loci noviter extractos, qui ſingulis annis mutantur, fuiſſe citatos ad continuandam cauſam, nec Syndicum Univerſitatis dicti loci in hac cauſa comparuiſſe. Ideo in petitis impoſitum fuit ſilentium dictis Rectori & communitati Presbyterorum Eccleſie Parochialis Sancti Joannis Civitatis Ilerdæ, & Jurati dicti loci de Albatarrech abſoluti, notario Fabra. Et iterum cum fuiſſent citati pro evictione Franciſcus Blaſco, & Gaſpar Eſplugues uti Capitanei Communitatis Presbyterorum Ville Tarrege, quia non conſtitit, eos eſſe capitaneos, fuit Petro Joanni Oliver agricolæ Ilerdæ in dicta evictione impoſitum ſilentium, & dicta communitas Presbyterorum Villæ Tarregæ ab ea abſoluti, ſententia per me lata in cauſa Joſephi Gomar I. V. Doctoris civitatis Ilerdæ contra dictum Oliver. 7. Octobris 1666. Actuario Fabra. Et fuit etiam ita declaratum in Regia Audientia in favorem Patiariorum civitatis Ilerdæ, in cauſa inter Adminiſtratores cauſæ piæ Joannis Llobet ex una, & Nobiles conjuges Hieronymum Ribes, & Mariam Ribes, & de Boxados ex altera 12. Julii 1672. referente Nobili Joſepho de Ferrer. Regio Conſiliario, Scriba Famada.

Quæro 2. An in cauſis tractandis contra capitulum, 29
communitatem, Monaſterium, Univerſitatem, collegium, & confratriam neceſſariò ſint citandi Decanus, Archidiaconus, Rector, Vicarius Perpetuus, ſeu ille qui in capitulo, & communitate ſolet præſidere, Prior, Guardianus, ſeu Prælatus Monaſterii, Conſiliarii, Patiarii, Jurati, ſeu conſules Univerſitatum, civitatum, Villarum, Oppidorum, & Locorum, Priore, & Proceres, ſeu Adminiſtratores collegii, ſeu confratriæ? An verò ſufficiat citare Syndicum, Procuratorem, ſeu Oeconomum capituli communitatis, Monaſterii, Univerſitatis, collegii, ſe confratriæ?

Ratio dubitandi eſt, quia licèt prima citatio in iis, 30
quæ ſunt levis præjudicii, poſſit incipere à Procuratore, quamvis dominus ſit præſens, l. quamvis, ubi Bartol. n. 10. et 11. ff. de Procurat. Jaſon. in l. 3. n. 2. verſic. Secundo limita, C. de Procurat. Socin. in rub. de dilation. art. 5. n. 5. verſ. Si vero, Abbas in cap. cauſam, n. 11. de dolo, et contum. Baron. de cit. q. 26. n. 5. tom. 1. Reg. Vico ad prag. Reg. Sard. lib. 1. tit. 10. cap. 1. n. 7. in fine, Gratian. et alii ſtatim allegandi.

Tamen in iis, quæ ſunt gravis præjudicii, prima ci- 31
tatio non poteſt incipere à Procuratore, ſed ipſi reo notificanda eſt, cap. cauſam gl. verbo ad domum, de dolo; et contum. Jaſon. in l. eum qui, n. 1. Caſtren. n. 2. C. de Procurat. Decius conſ. 460. à n. 51. Tiraquel. de retract. §. 8. n. 76. Gratian. deciſ. 154. n. 2. et diſcept. forenſ. cap. 145. à n. 1. et capit. 530. n. 76. Franchis deciſ. 462. n. 2. et 3. Giurba deciſ. 25. n. 3. in fine 4. et 5. Roman. conſ.

454.

454. à n.4. Valenzuela conſ.157. n.74. Tondut. de præ-vent. judic. par.1. cap.9. n.59. Maſtrill. deciſ.226. num. 226. ubi ampliat, etiam ſi Procurator ſit conſtitutus cum ampliſſimis clauſulis, par.3. Reg. Vico ad prag. Reg. Sard. tom.1. tit.10. cap.1. num.5. et 6. Barboſa in cap. dilectus, n.2. in fine de Procurat. Fermoſin. in cap. 1. quæſt. 3. à n. 6. de cauſa poſſeſs. et propriet. Baron. de cit. quæſt.26. à n.1. tom.1. et in annot. n.1. tom.3. Pereira deciſ.34. n.11. Valaſc. conſ.144. n.10. Bardaxi foro 1. n.6. de in jus vocando, Reg. Mattheu de regim. Reg. Valen. cap.10. §.1. n.26. Luca in animadvert. ad Gratian. diſcept. forenſ. cap.145. à n.1. ex noſtris Peguera in praxi civil. rub.6. n.5. ubi Ripol. n.52. Xammar. de privileg. Barcin. §.24. num.26. Cancer. par.1. var. c. 14. num.122.

32 Intellige, ſi reus principalis eſt præſens in Regno, ſeu Provincia; ſecus ſi abſens à Provincia, ſeu Regno, nam iſto caſu, prima citatio poteſt incipere à Procuratore rei, etiam in cauſa gravis præjudicii, capit. cauſam de dolo, et contum. cap. fin. de eo qui mit. in poſſeſs. clement. cauſam de elect. libr.1. §. final. ff. de liber. agnoſcen. lib. aut qui aliter, §. et ſi forte, ff. quod vi aut clam, lib. item ait, §. hæc autem reſtitutio, lib. is qui reipublicæ, ff. ex quib. cauſ. majorat. l. meminerint C. unde vi, l. ita demum 13. C. de Procurat. l. cum Clericis §.1. C. de Epiſc. et Cler. Jaſon. in lib. eum qui, n.1. verſ. Intellige, Caſtren. num.2. Alexand. n.2. C. de Procurat. Socin. in rub. de dilat. art.5. n.5. verſ. Aut dominus, Tiraquel. de retract. §.9. gloſ.3. n.8. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed.8. numer.76. Treviſan. deciſ.55. n.4. et 5. verſ. Ulterius, l.1. Roman. conſ.454. num. 5. Tondut. de præven. jud. par.1. cap.9. n.59. Gratian. deciſ.154. n. 3. et diſcept. forenſ. cap.145. n.2. Portoles ad Molin. §. citatio generalis, num.13. Fermoſin. in cap.1. quæſt. 3. num.8. de cauſ. poſſeſ. et propriet. Scaccia de jud. libr.2. cap.18. à n.664. Giurba obſer.101. à n.1. Reg. Vico ad prag. Reg. Sard. lib.1. tit.10. cap.1. numer.7. Baron. de citat. quæſt.26. à num.9. tom.1. Barboſa in cap. dilectus, n.1. de Procur. Ripoll. var. capit. 3. à numer.111. & ita obſervari in Rota teſtantur eadem Rota deciſ. 16. de jud. in antiquis, et deciſ.422. numer.5. par.1. diverſor. Caſſador. deciſ.1. n. 1. de dilation. Ludoviſ. deciſ. 127. n.8. ubi Beltramin. n.12. Seraphin. deciſ.654. à n.3. & in Regno Aragonum deciſum refert Suelves conſ. 61. num.9. in fine, lib.1. & in hoc Principatu Cathaloniæ deciſionem laudat Canc. par.2. var. cap. 14. n. 123. et 125. & vidi pluries obſervatum in cauſis motis in Regia Audientia contra Excellentiſſimos Duces Cardonæ, Duces Seſſæ, & Marchiones Aytonæ, deciſiones noſtri Senatus refero infra, n.34. 38. et 42. et dec.134. n. 12. et 14. & in his terminis intelligendi ſunt Valaſcus conſult. 144. à n.1. et 10. Franchis deciſ.177. n. 4. et 5. Portoles ad Molin. §. citatio ad domum, n.5. Golinus de Procurat. part.2. capit.3. à num.32. Faber. in C. lib. 2. titul.6. defin.25. num.4. Bolunnos in cur. Philip. par. 1. §. 12. n.10. in fine, Garzia de Nobilit. cap. 3. §.1. n. 4. Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. par. 5. cap. 9. n. 31. Bardaxi foro 1. n.6. de in jus vocando, Marinis lib. 2. quotid. cap.43. num.1. Reg. Mattheu de regim. Reg. Valen. cap.10. §.1. num.49. 50. et 51. & alii citati per

33 Suelves conſil.61. num.9. libr.1. Quia partis † appellatione venit tàm principalis, quàm Procurator, Giurba deciſ.25. n.6. Gratian. diſcept. forenſ. cap.145. n. 2. Poſthius de manut. obſer.48. n.31. in ſubſidium abſente principali, Gratian. diſcept. forenſ. c.145. n.2. Poſthius de manut. obſerv.48. num.32.

34 Quod procedit, quamvis in mandato, ſeu procuratione adſit clauſula, quod prima citatio debeat fieri in perſonam conſtituentis, & quod non poſſit incipere à Procuratore, nihilominus abſente reo principali à Regno, ſeu Provincia poteſt prima citatio incipere à Procuratore rei, etiam in cauſa gravis præjudicii, ita fuit in Regia Audientia Cathaloniæ facto verbo proviſum ad mei relationem 14. Julii 1660. in favorem Comitis de Peralada, Marchionis de Angleſola, contra Marchionem Aytonæ, Actuario Preve. Et die 15. Novembr. 1667. per Nobilem Fabricium Pons de Caſtellvi in favorem Marchioniſſæ de Leganez, contra Ducem de Seſſa. Quæ in gradu ſupplicationis 14. Novembris 1668. ad relationem Magnifici Joſephi de Aleny fuit confirmata, Notario Joanne Fores, & Montagut, nunc Cortell. In quibus quidem cauſis Procuratores Ducis de Seſſa, & Marchionis de Aytona comparuerunt in cauſa, & oppoſuerunt in vim exceptionis dilatoriæ nullitatem citationis, eo quia habebant in mandatis, primam citationem non poſſe incipere à Procuratoribus, ſed repulſam paſſi fuerunt, & cauſa habilitata fuit, quidquid in noſtris terminis contrarium doceant Giurba deciſ.25. num. 3. in fine, Maſtril. deciſ.226. numer.12. lib.3. Baron. de citat. quæſt.261. numer.10. in fine, tom.1. Tum quia iſtorum dictum non habet locum reo abſente à Regno, ſeu Provincia, ut notat juxta ſuam praxim Maſtrill. deciſ. 226. num. 13. lib. 3. Tum quia in iis caſibus per comparationem Procuratoris purgatur omnis defectus citationis, ex traditis ſupra à num. 22.

Procedit etiam, ſi Procurator ſolum habeat man- 35
datum ad cauſam principalem, licet non habeat ad cauſam appellationis, abſente reo principali a Regno, prima citatio à Procuratore incipere poteſt, & ſi cauſa ſit gravis præjudicii, Triviſan. deciſ. 55. n.5. lib.1.

Et pariter procedit, nedum in Procuratore prin- 36
cipalis, ſed etiam in ejus ſubſtituto, à quo prima citatio incipere poteſt in cauſa gravis præjudicii, abſente reo principali à Regno, ſeu Provincia, Triviſan. deciſ.55. n.2. verſ. Nec poteſt, et n.6. et 7. lib.1. ſic fuit in Regia Audientia facto verbo declaratum ad mei relationem 14. Decembris 1654. quam declarationem infra refero, n.42. quia Procurator ſubſtitutus virtute clauſulæ ſubſtituendi eſt Procurator mandantis, & non ſubſtituentis, lib. ſi ita, §. geſſiſſe, ff. de adminiſt. tutor. l. item eorum, §.1. ff. quod cujuſque univ. nomin. gl. in c.1. verbo ſubſtituendi ubi Anchar. num.5. de procurat. in 6. Rota deciſ.4. n. 8. de offic. Vicar. in novis, & deciſ.33. n.1. & 2. & dec. 38. num.2. de Procurator. in 6. Franchis deciſ.212. Caſtillo deciſ.119. num.1. tom.2. Trentacinq. var. reſolut. lib.1. reſol.3. de Procuratoribus, n.5. verſ. Et talis ſubſtitutus, Golinus de Procurat. par.2. capit. 5. 95. alios addunt Marinis in obſervat. ad Reverter deciſ.151. n.1. in fine, Barboſa in cap.1. à num.1. de Procurat. in 6. in additamentis, Noguerol. allegat.11. n.103. & 104. & allegat. 36. n.48. & 49.

Ut autem prima citatio in cauſa gravis præjudicii 37
poſſit incipere à Procuratore rei abſentis à Regno, ſeu Provincia, debet habere Procurator mandatum ſufficiens, & de eo in actis cauſæ judici conſtare, Vantius de nullitat. ex defect. citat. numer.84. & de nullitat. ex defect. mandati, num.62. Riminald. conſil.216. Reg. Vico ad prag. Regni Sard. lib.1. titul.10. cap.1. num.7. Ripoll. var. cap.3. num.112. Duran. deciſ.142. num.1. Rota Genuen. deciſ.14. n.36. & ſeq. Fermoſin. in cap. 1. quæſt.3. num.8. de cauſa poſſeſ. & proprietat. Suelves conſ.61. n.9. lib.1. Poſthius de manutent. poſt tract. dec. 492. n.3. Baron. de citat. quæſt.26. n.4. tom.1. & in annotat. n.2. & 3. tom.3. Melius obſerv. forenſ. cap.45. n. 26. Reg. Mattheu de regim. Reg. Valen. capit.10. §. 1. num. 53.

Dicitur autem iſto caſu mandatum ſufficiens, ne- 38
dum quando eſt ſpeciale ad talem cauſam, ut in caſibus Triviſani deciſ.44. lib.1. Valaſci conſult.144. à n.1. Franchis deciſ.177. num. 5. & 6. & quando eſt cum libera, & generali adminiſtratione, ut in caſu Ripoll. var. cap.3. à num.11. & quando eſt cum plena poteſtate, ut loquitur Bardaxi foro 1. numer.6. de in jus vocando, ſed etiam quando eſt generale, poteſt prima citatio in cauſa gravis præjudicii incipere à Procuratore rei abſentis à Regno Rota deciſ.422. num.5. par.1. div. Seraphin. deciſ.654. num.4. alios addunt Ludoviſ. dec. 127. numer.8. ubi Beltraminus, num.12. Gratian. dec. 154. num.7. & ſatis eſt quod habeat Procurator mandatum generale ad lites, ut citari poſſit in cauſa gravis præjudicii reo abſente à Regno, & cauſam cum eo agitari, Gratian. deciſ. 154. numer. 8. in fine, & praxi Hiſpaniæ ita receptum teſtantur Garzia de Nobilit.

bilit.gloſ.3. §. 1.num.4. Parlador.*rer.quotid. lib.2. capit. fin.par.5.§.91.num.31. verſ. Ex quibus*, Noguerol. *allegat.36.num.18. in fine*, deciſum referunt Suelves *conſ. lib.61.num.9.lib.1.*Reg.Mattheu.*de reg. Reg.Valen.cap. 10.§. 1. num.50. & 51. & ſub num.53.*ut in caſibus Maſtril. *deciſ. 116. lib. 2.* Caſtillo. *deciſ. 13. tom. 1.* noſter doctiſſimus Senator Don Petrus de Amigant in addit. ad Peguer. *in praxi civ. rub. 6. numer. 18.* ubi teſtatur hanc eſſe quotidianam praxim Senatus, & fuiſſe formaliter declaratum facto verbo proviſione facta per Magnificum, poſtea Nobilem Joſephum Rull. nunc Regentem Cancellariam 16. Septembris 1661. in cauſa Joſephi Caramany montis à Provincia, & Annæ Sala, & Caramany, Notario Fores. Et antea fuiſſe proviſum ad mei relationem 18. Decembris 1654. quæ fuit confirmata referente Nobili Joanne Cellers Martii 1655. in cauſa Franciſci Ordano, contra Carolum Martin, ſcriba nunc Fores. Quas ultimas infra refero *num. 44.*

39 An autem mandatum dicatur ſufficiens, ſi Procurator ſit tantum conſtitutus ad agendum, vel ſit tantum conſtitutus ad exigendum cum ampliſſimis clauſulis, vel ſit conſtitutus ad agendum, exigendum, & gubernandum, ut poſſit citari in initio cauſæ gravis præjudicij reo abſente à Regno, & eo comparente habilitetur judicium? Doctores ſunt diſcordes. Quidam affirmant. Alteri negant. Alii diſtinguunt inter Procuratorem actoris, & rei. Videndi ſunt Bartol.*in l.matris, §. pœna,ff.de Procurat.* Abbas *in cap.accedens, num. 5. de Procurator*, Garcia *de Nobilit.gloſ.3.§.1. nu.5.6.& 7.* Parlador.*rer. quotid. lib.2.cap.fin.par.5.§.9.nu.31.*Menchaca *lib. 2. uſu freq. cap.23.à num. 1.* Barboſa *in cap. conſtitutus, num. 3. de Procurat.*Mantica *de tacit.lib.7.tit.16.numer.26. & 27.* Golinus *de Procurator.par.2.cap.3.num.1.& à num. 25.* Baron.*de citat.tom.3.in annotat.ad quæſt.26.num.25.& 26.*& magis in terminis Franchis *deciſ.177. num.5.* ubi Luca *in obſervat.num.7.& 8.*Rovit.*ad prag.Reg.Neap. rub.de Procurator.num.45.*Thoro *in compen. deciſ. part. 3. verbo Procurator abſentis, fol. 516.* Revertet *deciſ.* ubi Marinis *in obſerv. num.1.*

40 Requiritur etiam, ut Procurator rei abſentis à Regno utiliter citetur, quod conſtet de uſu, & receptione mandati, Valaſc. *conſult.144. num.7.* Pereyra *deciſ. 34. numer. 9. & 10.* Ripol. *var. cap. 3. numer. 255.* Cancer. *par.1.var.cap. 14. num.109.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.369. num.14. & cap.877.num.15.* Muſcatel. *in prax. part.2. gloſ. comparentis,à numer.42.* Manent. *deciſ.21.num.24.* Golin. *de Procurat. par.2.cap.3.num. 4. 5. & 10.* Reg. Mattheu. *de regim. Reg. Valent. capit. 10. §. 1. num. 54.*

41 Sed nota, quod ſi Procurator ſemel acceptavit mandatum quo ad aliam litem abſque proteſtatione, vel reſtrictione, & illud ſit datum ad omnes lites, non poteſt poſtea mandatum recuſare, ſed judicium ſuſcipere cogitur, Pet. Barboſ. *in l. quæ dotis, numer. 158. verſ. Item ſecundo, & num. 159. ff. ſolut. matrim.* Auguſtin. Barboſa *in element. 1. num. 3. & 4. de Procurat.* Faber *in C.lib.2.tit.6. defin.25.* Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valent. cap.10.§.1.num.55.*

42 Abſens in propoſito quis dicatur? Plures ſunt opiniones, de quibus Socin. *in rub. de dilat. art.17. num. 24.* Urſellius *in ſuis concluſ. verbo Abſens, a num.1.* tamen, & communis eſt reſolutio. Quod abſens hoc in caſu nedum dicitur, qui eſt extra Provinciam, ubi ſolitus erat morari, *cap. cauſam de dolo, & contum.cap. fin. de eo qui mittitur in poſſeſſ.clement. cauſam,de elect.* Triviſan. *deciſ. 55. num. lib. 1.* Menoch. *de arb. jud. caſu. 40. num. 11.* Cancer. ſic intelligendus *par. 2. var. cap.*
43 *14. num. 124.* Sed etiam † abſens iſto in caſu dicitur, qui eſt extra Provinciam, ubi judicium agitandum eſt, etſi ibi non ſit ſolitus morari,nec habeat domicilium, verbi gratia, ſi Titius originarius Regni Caſtellæ, in eo Regno domicilium habeat & ſit citandus in Principatu Cathaloniæ, licèt non dicatur abeſſe reſpectu Regni Caſtellæ, dicitur tamen abeſſe reſpectu Principatus Cathaloniæ, ubi judicium agitandum eſt, & ſic in caſu abſentiæ Titii à Principatu Cathaloniæ, prima citatio ab ejus Procuratore incipere poteſt; *ut videtur conſiderare textus in clement. cauſam, ibi: vel ſi dominus in remotis exiſtat, de elect.* & apertè colligitur ex Franchis *deciſ. 177.* ubi rei erant exteri, & fuit eorum Procurator citatus, Faber *in C. lib. 2. tit.de in jus vocando,defin.2.*Baron.*de citat.tom.1. quæſt. 26.num.18.& 19.* Rota *deciſ.16. de judiciis in antiquis*, Ludoviſ. *deciſ. 127. num. 8.* Seraphin.*deciſ.654. num.3.* & ita vidi ſemper practicatum in prædictis cauſis Ducis Cardonæ, Duci Seſſæ, & Marchionis Aytonæ.

Ex quibus cùm Carolus Martin Mercator Sardiniæ 44
repertus Barcinonæ die 25. Julij 1640. pro tollendo ſequeſtro poſito per Conſules Logiæ Maris in aliquibus Tynnis ad inſtantiam Joannis Franciſci Ordano promiſiſſet illos, ſeu illorum valorem reſtituere, & pro majori ſecuritate dediſſet fidejuſſores cum obligatione bonorum principalis, & fidejuſſorum. Et poſtea die 28. Julij 1640. dictus Carolus Martin conſtituiſſet Procuratorem ſuum Raphaelem Llampilles ad omnes cauſas, & lites motas, & movendas, tam principales, quàm appellationis, cum facultate ſubſtituendi, & die 10. Decembris 1641. dictus Llampilles, tam nomine proprio, quàm ut Procurator quarumcumque Univerſitatum, Communitatum & ſingularum perſonarum utendo dicta facultate ſubſtituendi per ſuos principales attributa; conſtituiſſet, & ſubſtituiſſet in Procuratorem ſuum, & ſuorum principalium Salvadorum Vilaro, qui quidem Vilaro comparuit in cauſa, & ei fuerunt factæ intimæ. Et cùm poſtea dictus Llampilles cauſam reaſſumpſiſſet, & binæ fuiſſent prolatæ ſententiæ tempore turbationum, de quibus petitur reviſio, & dictus Llampilles deceſſiſſet, declaratum fuit in Regia Audientie facto verbo ad mei relationem 18. Decembris 1654. dictum Salvadorum Vilaro eſſe in cauſa citandum, quia dictus Carolus Martin principalis erat abſens à Principatu Cathaloniæ. Quæ ad relationem Nobilis Joannis de Cellers de menſe Martii 1655. fuit in gradu ſupplicationis confirmata, Scriba Didaco Cortell.

Benè tamen verum eſt, quod ſi is, qui abeſt à Pro- 45
vincia, eſt citandus, & in ea domicilium habeat, citatio fieri debet in domo citandi, relinquendo literas citatorias alicui de domo, & ſi domus eſt clauſa, eas foribus affigere, & ſi adeſt Procurator, ei etiam citationem præſentare, Faber *in C. lib. 2. tit. 2. de in jus vocando, defin. 1.* Triviſan. *deciſ. 55. in prin. libr. 1.* Cancer. cum deciſione noſtri Senatus, & obſervantia *par. 2. var. cap. 14. num. 125.*

Sed quæſtioni propoſitæ *numer. 29.* Reſp. quod in 46
cauſis tangentibus Capitulum Canonicorum, Communitatem Presbyterorum, Monaſteriorum Religioſorum, ſeu Monialium, ſufficit, quod prima citatio fiat Syndico, Oeconomo, ſeu Procuratori Capituli, Communitatis, ſeu Monaſterii, *textus eſt notabilis in lib. omnes, §.hoc nihilominus,*ubi Barboſa *num. 12. C. de Epiſcop.& Cler.*Guido Papa *deciſ. 321.* Riccius *coll. 1104. verſ. Intellige ſecundo, ibi: Sed non defuerunt*, Seſſe *deciſ. 159. num. 3. lib. 2.* Ripoll. *var. cap. 3. num. 157. & 158.* Baronius remiſſivè *tom. 1. de citat. quæſt. 8. num. 42.* Peguera *deciſ. 71. num. 1. tom.1.* Fermoſin. *in cap.1.quæſt.3.nu.20. de cauſ. poſſe & propriet.* Daniel *de Nobilibus controv.diſp.1. numer.31.* Bolannos *in cur. Philip. par.1.§.10.num.13.& §.12. num.10.* ſic fuit obſervatum in Regia Audientia Aulæ Regentis Cancellariam ad mei relationem in cauſa per Joſephum Montells, & Taxent cauſa jactatorum mota contra Monaſterium Fratrum Prædicatorum Ordinis Divi Dominici Civitatis Tarraconæ, in qua ejus Oeconomus tantum citatus fuit, quidquid dicant Baron. & ab eo relati *de citat. tom. 1. quæſt. 26. num. 8.* Marinis *lib. 1. reſol. jur. cap. 340. num. 3.* Quod procedit etiam ſi copia citationis dimitteretur in manibus janitoris, ſi ita ſit ſtylus, Poſtius *de manuten. obſerv. 107. num. 12. & poſt. tract. deciſ. 520. numer. 9.* Et ego credo, quod in Cathalonia ſuſtineretur citatio dimiſſa copia in manibus janitoris, *ex infra dicendis, numer. 51.* Quinimò licèt citatio dimiſſa à curſore, ſeu portario ad turnum Monaſterii Monialium nulla ſit, ex quo turnus eſt locus omnibus patens, Maceraten. *lib.1.var. reſol.*

*reſol.49. in princ. verſ. Et cum Abbatiſſa*, *& numer.3. verſ. addebatur*, Daniel de Nobilib. *controv. diſput.1, num.29.* Tamen ſi citatio dimittatur à curſore ad turnum Monaſterii Monialium, vocata Moniali Turnaria, & ipſa per curſorem audita, fuerit ei dictum, quod ibi dimittebat copiam citationis, credo, quod valeret hujuſmodi citatio ex traditis per eundem Macerаten. *lib.1. var. reſol.49. num.3. verſ. Addebatur*, *ibi : Et ſucceſſivè*.

47 In cauſis autem tangentibus Univerſitatem ſecularem, Collegium, ſeu Confratriam, inquit Xammar *de privileg. Bacin.* §.14. *n.25. & 26.* Vidiſſe dubitatum an ſufficiat in judiciis verbalibus citatione prima citare Syndicum Civitatis, vel Collegii, an verò neceſſe ſit citare Conſules Civitatis, vel Proceres Collegii? Et reſolvit ſuo tempore in Regia Audientia referente Senjuſt in cauſa Syndici Barcinonæ, & Eliſabetis Auguſti fuiſſe deciſum, citationem Syndici prædictæ Civitatis in judicio verbali Excellentiſſimi Domini Locum Tenentis Generalis Domini Regis factam, legitimam eſſe. Sed ego exiſtimo, quod in quibuſcumque cauſis tangentibus Univerſitatem ſecularem, Collegium, ſeu Confratriam, ſive tractandæ ſint in Conſiſtorio verbali ſuæ Excellentiæ, ſive in Regia Audientia, ſufficit etiam, ut prima citatio fiat Syndico Univerſitatis ſecularis, Collegii, ſeu Confratriæ, *argumento dictæ l. omnes*, §. *hinc nihilominus*, *& ibi notat Bald. C. de Epiſc. & Cler.* Portoles ad Molinum, §. *citatio Univerſitatis*, *n.1. in fine*, Peguera *deciſ.71. n. 1. tom.1.* Fermoſin. *in cap. 1. quæſt.3. num. 20. de cauſa poſſe*, *& propriet.* latè probat, & confirmat Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap.10. §.1. à num. 85.* quidquid dicant Baron. & ab eo relati *de citat. tom.1. quæſt. 26. num.8.*

48 Unum circa hanc ſecundam quæſtionem non omitto. Quod licèt reo citato comparenti in lite novæ induciæ deliberatoriæ concedendæ non ſint, *cap. 2. de dilationib.* Reg. Mattheu plures citat *de reg. Reg. Valen. cap.10. §.1. n.24.* Tamen quando Procurator rei abſentis à Regno citatur in initio litis, poteſt petere dilationem ad certiorandum Dominum, ad illum nempè finem, ut dominus deliberet, an velit cedere, an contendere, atque ita ipſum Procuratorem inſtruere valeat de pertinentibus ad litem motam, taliſque dilatio competens Procuratori concedi debet judici arbitraria juxta qualitatem negotii, & diſtantiam loci, *authent. qua in Provincia*, *C. ubi de crim. agi oportet*, *cap. dilectus 11. gl. verbo cedere, de Procurator.* Rota *deciſion. 1. de dilation. in antiquiorib.* Rota *deciſion. deciſ.1. & 31. de Procurat. in novis*, Rota *deciſ. 106. n. 4. par.3. lib.2. & deciſ.136. & deciſ.603. n.3. in fine*, *p.3. lib.3. divor.* Caſſador. *deciſ.1. de dilat.* Vivius *dec. 384. n.2. lib.2.* Puteus *deciſ.7. toto lib.1.* Menochius *lib. 2. præſump.37. n.2.* Muſcatel. *in praxi civil. par.3. gl. verbo ſimiles*, *n.5. & par.5. gl. verbo juramenta*, *n.28.* ubi ampliat in ſocio, fidejuſſore, ceſſionario, & generaliter omnibus his, qui conveniuntur pro alienis negotiis, Riccius *collect.1341. verſ. Tertia eſt concluſio*, Penna *deciſ.384. n.4.* Scapus *de jure non ſcript. lib. 5. cap.182.* Fermoſin. *in cap.2. quæſt.1. num.7. de dilat. & alleg. fiſcal.1. numer.124. part.2.* Gallup. *in praxi*, *par.2. cap.1. num.8.* Virgil. *de legitim. perſon. cap.14. ſub num.25. verſ. Et hæc*, Novar. *ad prag. Reg. Neapol. in rubr. de Procurator. collect. 1. numer. 65.* Valaſc. *conſultat.143. numer.6.* Giurba *obſerv.101. numer. 5.* Baron. *de citat. tom.1. quæſt.26. numer.17. verſ. Sed an*, *& tom.3. in annotat. ad quæſt.26. ſub numer.3.* Valeron. *de tranſact. titul.4. quæſtion.5. numer.47.* Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. capit.10. §.1. numer.52.* de qua regula cum limitationibus abundè Tuſch. *pract. concluſ. litera D. concluſ. 438.* Riccius *collect. 1343.* Maſtrill. *deciſ.116. lib.2.* Caſtillo *deciſ.13. lib.1.* Reg. Leo *deciſ.97. lib.1.* Golinus *de Procurat. par.4. cap.3.* ex noſtris Ripoll. *var. reſol. cap.4. n.113. & 114. & cap.5. n. 77. 78. & 79.* in his caſibus in quibus Procuratori ad certiorandum Dominum dilatio conceditur, officium judicis conquieſcit, Riccius *collect. 1343. in fine*, ſic fuit obſervatum ad relationem Nobilis Joſephi Ferrer, & Vinyals Regiæ Audientiæ Doctores in cauſa mota in dicta Regia Audientia per Nobilem Antonium de Rocaberti in Civitate Gerundæ Populati ſuper Comitatu Auſoniæ, & Vicecomitatibus de Bas, & Cabrera poſſeſſis per Dominam Annam de Silva Marchioniſſam Aytonæ uti tenutariam, & tutricem Domini Michaelis Franciſci de Monchada Marchionis de Aytona filii ſui. In qua cùm fuiſſet citatus Procurator generalis dictæ Marchioniſſæ de Aytona, citationis tempore durante, cum ſupplicatione, attenta qualitate perſonarum, litis, & loci diſtantia, petiit dilationem, & terminum ad conſulendum ſuum principalem in Villa Matriti Curia Domini noſtri Regis habitantem, quibus dictus Nobilis Antonius de Rocaberti non contradixit. Qua de cauſa iterùm Procurator dictę Marchioniſſę de Aytona idem petiit, & per dictum Nobilem Relatorem 8. Octobris 1673. fuit conceſſus terminus quatuor menſium ad effectum petitum. Scriba Pellicer.

Quæro 3. An habens mandatum à ſolis Juratis ali- 49
cujus Univerſitatis, & non ab ipſa Univerſitate poſſit nomine Univerſitatis contra aliquem agere, & à reo reconveniri? Et an ſoli Jurati poſſint agere nomine ipſius Univerſitatis, & reconveniri? Reſp. quod non, Peguera deciſum refert in noſtro Senatu *dec.154. part.1.* Xammar *de privileg. Barcin.* §.14. *n.28.* Portoles §. *citatio Univerſitatis*, *n.2.* Seſſe *deciſ.356. n.39. libr. 3.* Niſi aliter ſe habeat conſuetudo in parvis Univerſitatibus, Peguera *deciſ.154. n.4. par.1.*

Quæro 4. An de jure citatio Præſidentium Commu- 50
nitatum Eccleſiaſticarum, vel Univerſitatum ſecularium, ſeu earum Syndici, aut alterius cujuſcumque perſonæ debeat eſſe perſonalis? Reſp. quod ſic; adeo ut domi fieri non poſſit, niſi facta diligentia per Nuntium, cujus relationi creditur, quod, illam invenire non potuit, & tunc debet fieri notificatio alicui de familia, vel debet fieri citatio per dimiſſionem copiæ in domo, *cap. cauſamque 3. de dolo*, *& contum. l. ſcire oportet*, §. *qui autem*, *ff. de excuſ. tutor.* plura cumulant multis citatis Guttier. *pract. lib.1. quæſt.133.* Tuſch. *pract. concl. litera E, concl.248. & 249.* Caſtillo *deciſ. 121. tom.2.* Farinac. *in praxi, par.1. quæſt.11. n. 41. & 42.* Trentacinq. *var. lib.2. de citat. reſol.3.* Cirocchius *diſcept.78. num.101. 102. & 103.* Tondut. *de prævent. judic. par.1. cap.9. n.31. & 32.* Barboſa *in cap. cauſam, à n.2. de dolo*, *& contum.* Ciarlin. *controv. foren. capit. 148. à n.6.* Queſada Pilo *diſsert.12. n.51. 52. & 53.* Capyc. Latro *deciſ.161. n.9.* Vermigliol. *conſil. 110. n.10.* Baron. *de cit. tom.1. quæſt.12. à num.1. & tom.3. in annotat. ad quæſt.12. à num.1.* Peguera *in praxi civil. rub. 6. num.5.* ubi Ripoll. *à num.52.* Bondenus *colluct. legali 14. num.91.*

De ſtylo tamen noſtræ Regiæ Audientiæ ſuſtinetur 51
prima citatio domi facta, dimiſſa copia citationis alicui de domo, abſque eo, quod per Nuntium fiat aliqua diligentia de perſonaliter reperiendo, nedum quando citatio traditur conjunctæ perſonæ, ut uxori, filio, aut genero, qui eſt caſus magis frequens, Peguera *in praxi civil. rubr.6. n.5. verſic. Limitatur unic.* ubi Ripoll. *n.56.* idem Ripoll. *var. cap.3. à n.23.* ſed etiam quando citatio traditur alicui famulo, vel ancillæ, ſicque video obſervari, & practicari, quidquid dicat Ripoll. ad Peguer. *in praxi civil. rubr.6. n.57.* ſimilis praxis obſervatur in Tribunali Auditoris Cameræ, ut teſtantur Scaccia *de judic. cap.45. n.10.* Cirocchus *diſcept.78. num. 102.* & in ſtatu Eccleſiaſtico, & Urbe Romæ, Farinac. *in praxi*, *par.1. quæſt.11. num. 41.* Baron. *de citat. tom.3. in annotat. ad quæſt. 12. ſub n.1.* & in Regno Neapolis Novar. *in prag.2. collect.3. n. 5. 6. & 7. de Procuratoribus*, & in ſtatu Ferrariæ, Bondenus *colluct. leg.14. num.92. & 93.*

Quæro 5. An citatio, hoc eſt præceptum de citan- 52
do, & executio præcepti, hoc eſt præſentatio literarum citationis, & relatio Nuntii poſſit fieri diebus feriatis in honorem Dei? Reſp. quod non, *lib. fin. C. de feriis*, *cap. fin. eod. tit.* latè Maranta *de ord. jud. par.6. de citatione, à n.119. ad 124.* Parlador. *rer. quotid. lib.2. cap. fin. par.5. §.4. à num.3.* Cævallos *com. contra com. quæſt.366.* Muſcatel. *in praxi*, *par.2. gl. intimat. num. 20. & 21.* Salgado *de reg. protect. par. 2. cap.13. n.92. & 93.*

& 93. Rodoët. *ad Marin. reſol. jur. lib. 1. reſol.* 118. *n.* 8. 9. & 10. innumeros alios laudant. Barboſa *in lib. fin. num.* 4. *C. de feriis*, & *in cap. fin. à num.* 3. ubi Fermoſin. *quæſt.* 2. *n.* 6. *de feriis*, Cancer. *par.* 2. *var. capit.* 3. *n.* 147. Ripoll. *var. cap.* 3. *num.* 145. & *in addit. ad Peguer. in praxi civil. rubr.* 6. *à n.* 23. Baron. *de citat. tom.* 3. *in annotat. ad quæſt.* 35. *n.* 8. Tondut. & Queſada Piro *locis citandis*. Secus in diebus † feriatis in utilitatem hominum, ut in feriis æſtivalibus Julii, & Auguſti, in quibus citatio, hoc eſt præceptum judicis de citando, præcepti executio, hoc eſt præſentatio literarum citationis, & relatio Nuntii fieri, Parlador. *rerum quotid. lib.* 2. *cap. fin. p.* 5. §. 4. *num.* 10. Tondut. *de præven. jud. par.* 1. *cap.* 9. *n.* 24. Ripoll. *var. cap.* 3. *num.* 142. & *in addit. ad Peguer. in praxi civil. rubr.* 6. *num.* 76. Queſada Pilo *diſſert.* 12. *num.* 50. Ego notavi *deciſ.* 29. *ſub num.* 75. *par.* 1. & ita obſervatur, & practicatur.

---

*ARGUMENTUM.*

## An Abbates, Abbatiſſæ, Conventus, & Monaſteria Religioſorum, & Monialium gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, convenirique debeant coram Judice Eccleſiaſtico.

*SUMMARIUM.*

1 *Abbates, Abbatiſſæ Conventus, & Monaſteria Religioſorum, & Monialium gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, n.* 1. 2. & 3. & *quid in Regnis Aragonum, & Valentiæ, num.* 4.

5 *Monaſterium excludit ſubſtitutum, ſi gravatus ſub conditione ſine filiis in eo profiteatur, num.* 5. *ſi Monaſterium ſit à gravato hæres inſtitutus, n.* 6. & *conditio apponatur in ultimis voluntatibus, & contractibus gratioſis; ſecus ſi apponatur in contractibus oneroſis, num.* 7. *niſi aliud appareat de voluntate teſtatoris expreſſa, vel tacita, n.* 8. & 9. *conjecturæ voluntatis tacitæ referuntur, num.* 10.

10 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum, quando hæres gravatur ſub conditione, ſi decederet ſine filiis legitimis, & naturalibus, vel ſi decederet ſine filiis ex legitimo matrimonio, vel ſi decederet ſine filiis ex ſuo corpore natis, num.* 10. *gaudet tamen Monaſterium bonis, durante vita inſtituti, ſi eſt capax bonorum in communi, numer.* 11. *intellige, n.* 12. & 13. & *quid ſi Monaſterium eſt incapax bonorum in communi, n.* 14. 15. & 16.

17 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum, quando in civitate extat ſtatutum illud excludens, n.* 17. *idemque eſt, ſi extat in Civitate conſuetudo, n.* 18. & 19. *de validitate hujuſmodi ſtatuti, vel conſuetudinis, n.* 20. 21. & 22.

23 *Privilegium Domini Regis Jacobi primi conceſſum Civitati Barcinonæ contra filios, & filias ingredientes Religionem ſine voluntate parentum, quomodo ſit intellectum per noſtram Regiam Audientiam, n.* 2. 3. 24. 25. 26. 27. & 28.

29 *Pater tenetur dotare filiam non ſolùm pro matrimonio carnali, ſed etiam pro ſpirituali, num.* 29. & *qualis, & quanta debeat eſſe iſta dos, num.* 30.

31 *Bona fideicommiſſo ſubjecta poſſunt alienari pro dote conſtituenda filiæ Religionem ingredienti.*

32 *Legatum ſpeciale alicui certæ, & determinatæ perſonæ relictum pro ea maritanda, ſeu dotanda, vel ut matrimonium contrahat, aut ut nubat, aut ſub conditione ſi nupſerit, aut maritabitur, ei debetur, ſi religionem ingrediatur, n.* 32. *niſi aliud ex conjecturis appareat, n.* 33. 34. 35. & 36.

37 *Legatum generaliter relictum pro virginibus maritandis, an conſequatur puella, quæ religionem ingreditur, numer.* 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. & 44.

45 *Legatum à viro uxori relictum, ſi caſtè & honeſtè vixerit, conſequitur illud vidua ingrediens religionem.*

46 *Legatum à viro uxori relictum, nedum ſi caſtè, & honeſtè vixerit, ſed etiam eo addito, ſi vitam vidualem ſervaverit, aut vidualiter vixerit, vidua religionem ingrediens illud conſequitur, n.* 46. *fallit, n.* 47. & *quid ſi in legato dictum ſit, ſi nomen mariti ſervaverit, n.* 48.

49 *Uſusfructus uxori relictus per ejus ingreſſum religionis non finitur, ſed donec uſufructuaria vixerit, Monaſterio acquiritur.*

50 *Pater non privatur uſufructu bonorum adventitiorum filii ingredientis religionem.*

51 *Pater effectus Monachus religionis capacis bonorum in communi an amittat uſumfructum, quem habebat in bonis filii, vel potiùs uſufructus tranſeat in Monaſterium.*

52 *Legatum pro dote alicui puellæ relictum, ſi ipſa ingreditur Monaſterium, ut illud debeatur, neceſſarium eſt, quod Monaſterio quæratur.*

53 *Legatum, ſi puellæ relictum fuerit de mille, ſi nupſerit, & de centum ſi religionem ingrediatur, ſi Monaſterium ingreſſa fuerit, an debeatur millæ, vel centum dumtaxat, n.* 53. 54. & 55.

## DECISIO CXXIV.

EX dictis ſupra, *deciſ.* 123. quæ hìc repetenda ſunt, 1
Reſp. affirmativè, quod Abbates, Abbatiſſæ, conventus, & Monaſterium Religioſorum, & Monialium, non poſſunt conveniri coram Judice ſeculari, ſed conveniri debeant coram Judice Eccleſiaſtico, gaudent enim privilegio fori Eccleſiaſtici, ut notat poſt alios Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *n.* 126. & hanc concluſionem nullam probationem flagitare, tradit Eſcobar *de Pontif. & reg. juriſd. in ſtud. genera. lib. cap.* 21. *n.* 332. & 333.

Idque de jure nullam habet difficultatem, ſed quia 2
Abbates, Abbatiſſæ, conventus, & Monaſterium Religioſorum, & Monialium ſunt exempti, & in Cathalonia ex conſuetudine immemoriali Dominus Rex, ſeu ejus Locumtenens Generalis, ac Regia Audientia, & Vicarii Regii in ſuis Vicariis cognoſcere conſueverunt de cauſis civilibus deſcendentibus ex contractu, vel quaſi Eccleſiaſticorum exemptorum, qui in Provincia ſuperiorem non habent, ego poſt multos, *deciſ.* 10. *n.* 190. *par.* 1. videtur dicendum quod Dominus Rex, ſeu eju Locumtenens Generalis, Regia Audientia, & Vicarii Regii in ſuis Vicariis cognoſcere poſſunt de cauſis civilibus Abbatum, Abbatiſſarum, & Monaſteriorum Religioſorum, & Monialium.

Verùm quia hæc regalia hodiè in Cathalonia non 3
practicatur, Ego *deciſ.* 10. *n.* 200. 201. & 202. *par.* 1. Ideò hodie in cathalonia certiſſimum eſt quod Abbates, Abbatiſſæ, Conventus, & Monaſteria Religioſorum, & Monialium gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, convenirique debent coram Judice Eccleſiaſtico competente, & non coram Judice ſeculari, Ego plures refero *deciſ.* 10. *n.* 200. *par.* 1. ſic fuit in Cathalonia declaratum. Primò per Cancellarium Manegat, conſultoribus Peguera, Guardiola, & Oliba 17. Februarii 1587. in favorem Prioriſſæ, & conventus Monialium de monte Sion Ordinis Divi Dominici civitatis Barcinonæ, contra Monferratum Simo, quam refero *deciſ.* 10. *n.* 200. & *deciſ.* 22. *n.* 86. *par.* 1. Secundò, per Cancellarium Copons, conſultoribus Peguera, Sabater, Guardiola, Deſcamps, Ferran, & Regas 18. Februarii 1595. in favorem Prioriſſæ, & Conventus Monialium Beatæ Mariæ Angelorum, & Pedis crucis Ordinis Sancti Dominici civitatis Barcinonę contra Catharinam Cabiſtany viduam. Tertiò per Cancellarium Rovirola; conſultoribus Azor, & Benach 2. Junii 1599. in favorem Prioriſſę, & Conventus Monialium Beatę Marię Angelorum, & Pedis crucis Ordinis Sancti Dominici civitatis Barcinonę, contra Prioriſſam, & Conventum Monialium Monaſterii Immaculatæ, & Puriſſimæ conceptionis Virginis Marię Ordinis Carmelitarum excalceatarum civitatis Barcinonę. Quartò per Cancellarium Agullana, conſulto-

ſultoribus Peguera, Senjuſt. Magarola, & Rubi Coll. 31. Januarii 1606. in favorem Prioris, & conventus Scalæ Dei Ordinis Carthuſien. Contra Epiſcopum, & capitulum Sedis Illerdæ, de qua Ripoll. var.cap. 1. n. 218. Fontanella deciſ.228. n.16. par.1. & deciſ.316.n. 23. par.2. Ego deciſ.10.n.202. & deciſ.22. n.86. par.1. Quintò per eumdem Cancellarium Agullana, conſultoribus Dalmau, Ferrer, Senjuſt, Boner, Soler, Ferruz, Rollan, Roca, & Morell. 19. Novembris 1616. in favorem Abbatis, & Conventus Beatæ Mariæ de Monteferrato, contra Nobilem Agnetem Biure, & Cardona pro recuperatione loci & termini de Arteſa juribus, & pertinentiis illius in vim pacti de retrovendendo, de qua latè Ripoll. var. cap.1. n.207. & 208. Ego deciſ.10.n.200. p.1. Sextò per Cancellarium Puigmari 31. Julii 1625. in favorem Monaſterii Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis captivorum civitatis Barcinonæ, contra Onophrium Sala Negotiatorem dictæ civitatis, de qua Ego deciſ.10. n.200. & deciſ.22. n.86. in fine, p.1. Septimò per dictum Cancellarium Puigmari, conſultoribus Ramon, & Carteres 20. Februarii 1627. in favorem collegii Sancti Martini Cacoſta Societatis Jeſu civitatis Gerundæ, contra Monaſterium Monialium Divi Hieronymi civitatis Barcinonæ, quam Ego refero deciſ.10. n.200. in fine, p.1. Et Octavò per noſtram Regiam Audientiam 15. Junii 1672. referente Nobili Joſepho de Ferrer in cauſa Nobilis Joſephi Meca, & Caſſador Barcinonæ populati ex una, & Priorem, & conventum Sancti Hieronymi Vallis de Ebron territorii Barcinonæ ex altera, eo motivo, quod Prior, & conventus Sancti Hieronymi gaudet privilegio fori, fuitque cauſa remiſſa ad Judicem Eccleſiaſticum competentem, & neutra pars in expenſis condemnata, Notario Preve.

4 In Regnis autem Aragonum, Valentiæ, & aliis adhuc practicatur regalia conveniendi Abbates, Abbatiſſas, Conventus, & Monaſteria Religioſorum, & Monialium, ac alios exemptos coram Judice ſeculari, ut latè tradidi, deciſ.10. à n.191. ad 199. p.1. addo omnino videndum Dominum Vice cancellarium Don Chriſtophorum Creſpi de Valdaur. obſer.5. à n.16. uſque ad finem, qui n.23. & 24. ait procedere hanc regaliam, etiamſi adſit Nuntius in Regnis Hiſpaniarum, & n. 25. reſolvit, idque procedere, quamvis in Regno Valentiæ eſſet deputatus à Summo Pontifice Judex exemptorum.

5 Quæro primò. An Monaſterium excludat ſubſtitutum, ſi gravatus ſub expreſſa conditione ſine filiis, in eo profiteatur? Reſp. quod ſic, quia Monaſterium habetur loco filii, ut vulgo colligitur ex cap. in præſentia, de probat. & ex authent. niſi rogati, C. ad Trebelian. & ex §. ſed, & hoc præſenti, in authent. de Sanctiſſ. Epiſc. latè probarunt, quamvis in reddenda ratione diverſi modè loquantur, Covar. lib.1. var. cap. 19. n.6. & in cap.2. n.5. de teſtament. Molina, & ejus Additionat. de primogen. Hiſpan. lib.1. cap.13. à n.71. & lib.2. cap.5. à n.28. & cap.9. n.45. Mier. de major. p.3. quæſt.3. Mantica de conjectur. lib.11. tit.7. & de tacitis, lib.13. tit.46. num.7. & 8. Spin. in ſpecul. teſtam. gl.12. à num.47. Menochio lib.4. præſumpt.83. à n.28. Guttier. Canon. car. l.1. q.32. Craſ. §. fideicommiſſum, quæſt.42. Maſtrill. deciſ.65. à n.1. lib.1. & deciſ.153. n. 16. & 17. lib.2. Cenedo collect. ad decret. 111. n.1. Gallus de except. part.2. tit.4. except.28. à n. 148. Caſtillo de uſufruct. cap.65. num.4. libr. 1. & latius, capit. 12. libr.3. Gratian. diſcept. forenſ. cap.305. Peregrin. de fideicomm. art.18. à n.58. Farinac. frag. crim. par.2. litera M, à n.374. Ripa in tract. de actis, in articul. mortis, cap.44. Tuſchus pract. concl. litera M, Concl.344. quos, & alios innumeros ad ſocietatem citant Sanchez in oper. mor. tom.2. lib.7. cap.16. à n.3. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.429. à n.8. Barboſa in l. Deo nobis, n.17. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & appellat. 99. à n.117. & in cap. in præſentia, à n.2. de probat. quibus addendi ſunt Parlador. rer. quotid. different. 147. §.1. n.8. & 9. Merlinus de legitima, lib.2. tit.1. quæſt.13. num.10. Martha de ſucceſſ. legali, par.3. quæſt.13. art.4. n.2. Ybannes de Faria in addit. ad Covar. libr.1. var. capit.19. n. 45. & 46. Padilla in l. cum acutiſſimi, n.43. C. de fideicom. Baronius de citat. in addit. ad ſingul. 73. num. 42. & 43. for. 120. tom.3. Seſſe deciſ.44. à n.18. to.1. Cenſal. ad Peregrin. de fideicom. art.28. verſ. Addo. Peregrin. tract. var. lib.6. à numer.1. & 82. Caſt. Palaus in oper. mor. part.3. tract.16. diſp.3. punct.4. §.4. n.5. Fachineus controv. jur. lib.4. cap.56. Gomez tom.1. var.c. 5. n.34. verſic. Extende. ubi Aylon Laynes numer. 36. verſ. Quod Monaſterium. Valenzuela conſ.135. n.37. tom.2. Fermoſin. in cap. in præſentia, quæſt.1. & 2. de probat. Amaya in leg. unica, à n.28. C. ſi liberat. Imperial. lib.10. Medicis in tract. mors omnia ſolvit, par.1. n.45. & par.3. n.49. Carol. de Graſ. de effect. Cleric. in prælud. numer.410. Domin. Vicecancell. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſer.35. n.17. ex noſtris Molin. de ritu nupt. lib.3. q.26. à n.1. Ferrer in conſtit. los Impubers, gl.5. n.276. Cancer. par.1. var. capit.24. n. 22. Fontanella de pact. nupt. tom.2. clauſul.6. gloſſ.3. part.6.

Intellige primò, ſi Monaſterium ſit à gravato hæ- 6
res inſtitutus, aliàs ſi extraneus inſtituitur à gravato ſub conditione ſi ſine filiis, ſubſtitutus non excluditur, & ſi pro parte extraneus ſit hæres inſtitutus, pro ea parte, de qua non eſt facta inſtitutio ad favorem Monaſterii, ſubſtitutus non excluditur à Monaſterio, Bald. in authent. niſi rogati, n.20. Cod. ad Trebellian. Peregrin. de fideicom. art.28. n.65. & tract. var. lib.6. n.86. Mantica de conjectur. lib.11. tit.7. num.14. Surd. conſ.232. n.1. & de aliment. tit.2. q.15. num.159. Intrigliol. de ſubſtit. controv.3. quæſt.63. n.67. Ruſticis in l. cum avus, lib.5. capit.2. n.48. Gallus de except. part.2. titul.4. except.28. n.150. Gamma deciſ.316. Menochio libr.4. præſump.83. n.71. & 75. Caſtillo lib.3. contr. c. 12. n.118. & 119. Cavalcan. deciſ.77. n.40. par.2. Fuſar. de ſubſtit. q.429. n. 17. & 66. Sanchez in oper. moral. tom.2. lib.7. cap.16. n. 47. Barboſa appellat. 99. n. 145. & in cap. in præſentia, n.8. de probat. Baron. de citat. in annotat. ad ſingular.73. à numer.44. fol.121. tom. 2.

Intellige ſecundò, ſi conditio ſit ſine filiis apponi- 7
tur in ultimis voluntatibus, & contractibus gratioſis; ſecus ſi apponitur in contractibus oneroſis, Tiraquel. in l. ſi unquam, verbo ſuſceperit liberos, num.43. Peregrin. de fideicom. art.28. n.62. Tuſchus pract. concluſ. litera M, concluſ. 344. n.30. Farinac. frag. crim. par.2. litera M, n.382. & 483. Sanchez in oper. moral. tom.2. lib.7. cap.16. n.68. Barboſa appellat.99. n.158. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.429. num.97. Caſt. Palaus in oper. moral. par.3. diſp.3. punct.4. §.4. n.13. latè Mantica de tacit. lib.13. tit.46.

Limita ſupradicta, ſi aliud appareat de voluntate te- 8
ſtatoris, puta ſi expreſsè dixit, quod ingreſſus Religionem non excludat ſubſtitutum, quia tunc Monaſterium non ſuccedit loco filii, nec ſubſtitutum excludit, ſed voluntas teſtatoris ſervanda eſt, ſiquidem poteſt teſtator Monaſteria, Monachos, Religioſos, & Moniales expreſsè à ſucceſſione excludere, cùm hæc excluſio non eo tendat, ut à Religione retrahat, ſed ut familia conſervetur, ſecundùm communem, & veriorem ſententiam, ut poſt antiquos repetentes, & conſulentes docent Marzar. de fideicom. q.32. ubi teſtatur ita bis declaratum fuiſſe in Rota Florentina de annis 1562. & 1563. Tuſch. practic. concluſ. litera M, concluſ.344. n.39. Farinac. frag. crim. par.2. litera M, n.376. Padilla in l. cum acutiſſimi, num.45. C. de fideicom. Oſaſcus deciſ.126. n.11. & 24. Franchis deciſ.29. n.3. & 4. Covar. lib.1. var. cap.19. n.8. & 11. Craſſus, §. fideicommiſſum, quæſt.40. n.2. Menochius lib.4. præſump.87. à num.2. ad 27. Molina de primog. Hiſpan. lib. 1. cap.13. n.49. & lib.2. cap.11. n.54. Mantica de conject. lib.8. tit.12. n.19. & lib.11. tit.7. num.18. Menchaca de ſucceſſ. creat. §.18. n.186. Coſta in cap. ſi pater, part.1. verbo ſi abſque liberis, numer.68. de teſtament. in 6. Guttier. Canonicar. libr.1. quæſt. 32. numer.26. & libr.2. capit.25. numer.6. & de matrimon. cap.21. num. 16. Peregrin. tract. var. lib.6. num.83. Gratian. diſcep. forenſ. cap.481. à n.28. Maſtrill. deciſ.153. à n.28. libr. 2. Cenedo Canonicar. quæſt.35. à num.6. Martha de ſucceſſ. legal. par.5. quæſt.13. art.1. n.21. Ybannez de Fa-

ria

ria in addit. ad Covar. lib.1. var. cap.19. n.47. & 82. Molinus de ritu nupt. lib.2. diſ. 7. ſub numer.68. Thomas del Bene de immun. Eccleſ. tom.1. capit.8. dub.21. ſect.3. num.11. Fermoſin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt.26. n.43. & 44. & quæſt.32. à num.9. de conſtitut. et in cap. in præſentia, q.1. n.14. ubi Balboa, à n. 40. Pareja, à n.31. de probat. Sanchez de matrimon. l. 1. diſp.35. num.11. et 14. et in oper. moral. tom.2. lib.7. capit.15. num.4. et cap.16. num.12. Mieres de majorat, part.2. quæſt.3. à numer.1. Spinus in ſpecul. teſtament. gloſſ.12. numer.33. verſic. In tertio vero caſu, Oddo de ſubſtitut. part.6. quæſt.2. artic.6. dub.2. numer.24. Peregrin. de fideicomm. artic.28. numer.70. Intrigliol. de ſubſtitut. cent.3. quæſt.62. Ruſticis in l. cum avus, par. 5. capit.1. de condit. demonſtrat. Trentacinq. de ſubſtitut. par.4. cap.7. num.25. Cævallos cont. com. quæſt.193. num.1. Cavalcan. deciſ.77. num. 4. et 28. par.3. Flores de Mena in addit. ad Gammam, deciſ.6. concluſ.6. et var. lib. 1. quæſt.16. §.2. n.5. et 6. Cabedo deciſ.133. n. 6. Medicis in tract. mors omnia ſolvit, par.3. num.49. Giurba de feud. §.1. gl.7. n.34. verſ. Tum quia, Ambroſin. deciſ.30. n.10. et 11. Baron. de citat. tom.3. in annotat. ad ſingul.73. num.41. Villalobos in ſumm. tom.2. tract.30. diff.30. n.7. Theſaur. quæſt. forenſ.60. n.9. lib. 1. Trullench. in decalog. lib.7. cap.16. dub.9. numer.23. Caſt. Palaus in oper. moral. par.3. tractat. 16. diſput.3. punct.4. §.3. num.2. et 3. §.4. ſub num. 2. quidquid ipſe poſt alios dicat, num.7. et 8. Cancer. par.1. var. capit. 24. n.14. 15. 23. 24. 25. et 26. Fontanell. de pact. nupt. tom.1. clauſ.6. gloſſ.2. par.6. à numer.5. innumeros addunt Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.429. à numer.18. ad 27. Caſtillo libr.3. controverſ. capit.12. à numer.36. ad 41. & tom. 6. capit.162. à numer.10. Barboſa de jure Eccleſ. univerſ. libr.3. capit.31. numer.6. & appellat. 99. numer.159. & 160. & in leg. Deo nobis, num.16. Cod. de Epiſcop. & Cler.

9 Et non ſolùm Monaſteria, Monachi, Religioſi, & Moniales à ſucceſſione excluduntur, quando expreſsè à teſtatore excluſi ſunt, ſed etiam quando tacitè ex conjecturis conſtat, vel conſtare poteſt de voluntate teſtatoris, nam tunc pariter Monaſterium non excluditur ſubſtitutum, ſed ſubſtitutus admittitur, ſic Covar. lib.1. var. cap.19. n.11. verſ. Quartum verum eſt, ubi Ybannes de Faria n.47. & 82. Padilla in l. cum acutiſſimi, n.44. C. de fideicomm. Menochio libr. 4. præſumpt.83. nu.26. verſ. His intelligimus, & præſumpt.148. n.16. & conſ.55. lib.6. & conſ.1016. verſic. Non obſtant. lib.11. Mantica de conject. l.8. tit.12. à n. 25. Franchis deciſ.29. n.5. ubi Luca in obſervat. n.2. in fine, Mieres de majorat. par.2. quæſt.3. n.22. & 28. in fine, Molina de primog. Hiſpan. lib.1. cap.13. num.95. Cævallos com. cont. com. quæſt.193. n.4. Florez de Mena lib.1. var. quæſt.16. §.2. n.5. & 6. Cabedo deciſ.33. n.7. verſic. Ad conſilium, Maſtrill. deciſ.63. num.2. in fine, et n.3. in fine, l.1. & dec.153. n.27. l.2. Farinac. fragment. crim. part.2. litera M. à num.376. Cenedo pract. quæſt. 35. n.6. & 7. Gratian. diſcept. forenſ. cap.533. n. 23. et 24. Sanchez de matrimon. libr.1. diſput.33. n.30. et in opere moral. tom.2. libr. 7. capit.15. numer. 4. et 6. et cap.16. numer.11. et 12. latè Caſtillo controver. libr. 3. cap.12. à numer.36. et tom.5. capit.90. numer.159. et tom.6. capit.162. à numer.10. et tom. 8. de aliment. cap. 36. §.8. numer.11. Reg. Leo deciſ.31. num.18. et 21. lib. 3. Oſaſcus deciſ.126. num.11. et 14. Theſaur. quæſt. forenſ. 60. n.18. lib.1. Seſſe deciſ.30. num.53. et deciſ.45. à n.47. Fader in C. lib.1. tit.2. de Sacroſanct. Eccleſ. defin.42. Barboſa in cap. in præſentia, à numer.3. Fermoſin. numer.15. et 17. Pareja à num.31. de probat. idem Barboſa appellat.99. num.146. et de jure Eccleſ. univer. lib.3. cap.31. n.7. et 8. Guttier. Canonicar. lib.1. quæſt. 32. num.26. et 27. et de matrimon. cap.20. nu.27. Tamburin. de jure Abbat. tom.3. cap.11. quæſt.4. n.16. Peregrin. tract. var. lib.6. n.83. Cenſal. ad Peregrin. de fideicom. art.28. verſ. Prima, Fagundez de juſtit. et jure, libr.1. capit.6. num.21. Caſt. Palaus in oper. moral. part.3. tractat.16. diſp.3. punct.4. §.1. et 3. et §.4. ſub num.2. quidquid ipſe dicat, num.7. et 8. Ruſticis in l. cum avus, lib.5. cap.1. num.43. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 429. à num.27. Gallus de except. part.2. tit.4. excep.27. num.140. in fine, Baron. de citat. tom.3. in annotat. ad ſingul.73. num.48. Ciarlin. controv. forenſ. cap.218. n. 74. libr.2. Thoro in compend. deciſ. part.3. ſect.2. verbo legatum dotis, ſive pro maritagio, col.2. in prin. fol. 23. Olea de ceſſion. jur. titul.3. quæſt.4. num.27. in fine, Molinus de ritu nupt. lib.3. quæſt.26. n.25. Fontanella de pact. nup. tom.2. clem.5. gl.8. par.1. n.64. et 65. et cl. 6. gl.3. par.6. num.5. 10. et à n.14. Cancer par. 3. var. cap.11. n.207. et cap.20. n.381. et antea, par.1. capit. 24. n.23. 24. 25. et 26. ubi teſtatur ita fuiſſe pronuntiatum per Regiam Audientiam Cathaloniæ ad relationem Magnifici Guillermi Sanner Regii Conſiliarii in cauſa Franciſcæ de Borthomeu, contra Nobilem Guillermum de Joſa, quæ fuit declarata 28. Aprilis 1593. Scriba Viloſa. Et iterum in cauſa ſupplicationis in Aula Reverendi Cancellarii ad relationem Magnifici Michaelis Alegre Regiæ Audientię Doctoris in favorem Franciſci, & Roſæ Alos conjugum, contra Sorores Annam Clementiam, & Claram Corts Moniales Monaſterii de Petris Albis Ordinis Sancti Franciſci territorii Barcinonæ 15. Octobris 1660. quæ in tertia Aula ad relationem Magnifici Ludovici Ferrer Regii Conſiliarii 12. Julii 1663. fuit in gradu ſupplicationis confirmata, Actuario Joſepho Ferrer.

19 Inter alias conjecturas de illis frequentiùs in praxi dubitari contingit. Quando hæres gravatur ſub conditione ſi decederet ſine filiis legitimis, & naturalibus, vel decederet ſine filiis ex legitimo matrimonio, vel ſi decederet ſine filiis ex ſuo corpore; an in his caſibus, & quolibet eorum Monaſterium excludat ſubſtitutum? Articulus eſt controverſus, & ita involutus, ut adſint pro utraque parte multi Doctores, qui dicunt de communi, & addunt poſſe Judicem adhærere uni, aut alteri opinioni, pro ut ſibi placuerit. Et pro Monaſterio ad excluſionem ſubſtituti ſcripſerunt Covar. lib.1. var. cap.19. num.11. verſic. Quibus animadverſis. Maſtril. deciſ.65. num.4. part.1. Gamma deciſ.416. Molina, de juſt. et jure, tom.2. diſp.190. col.3. verſic. Quando quis, plures alios laudant Sanchez in oper. mor. tom.2. lib.7. cap.16. num.51. et 52. Caſtr. Palaus in oper. mor. par.3. tract.16. diſp.3. punct.4. num.6. Barboſa in cap. in præſenti, num.3. de probat. Ybannez de Faria in addit. ad Covar. lib.1. cap.19. num.84. et 85. At pro ſubſtituto ad excluſionem Monaſterii ſcripſerunt, multis laudatis, Cævallos com. contr. com. quæſt.193. à num.2. Peregrin. de fideicom. art.28. num.78. et tractat. var. lib.6. num.48. Mantica de conject. ult. volunt. lib.1. tit.7. n.20. Oddo de ſubſtit. par.6. quæſt.2. art.6. dub.2. n.28. et 29. Menochius lib.4. præſumpt.83. à n.26. ad 36. Ruſticis in lib. cum avus, lib.5. cap.2. à num.44. et à num.60. Spinus in ſpecul. teſtam. gloſſ.12. num.31. Craſſus, §. fideicommiſſum, quæſt.40. n.3. Intrigliol. de ſubſtit. cent.3. quæſt.65. num.10. et 32. Guttier. Canonicar. lib.1. quæſt.32. à num.41. Gallus de except. part.2. tit. 5. except.27. n.255. Tuſch. pract. concl. litera M. concl.344. n.5. 6. 13. 14. et à n.19. Farinac. frag. crim. p. 2. literæ M. num.377. Fermoſin. in cap. in præſentia, quæſt.2. numer.5. et 6. de probat. Fuſar. de ſubſtitution. quæſt.429. à num.27. ad 35. Barboſa appellat.99. n.146. 147. et 163. et de jure Eccleſ. univ. lib.3. cap.31. num.9. et in authent. ingreſſi, num.18. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Baron. de citat. tom.3. in annotat. ad ſingul.73. num.49. et 50. Ripa de act. geſt. in artic. mort. quæſt.44. num.5. Solorzan. de jure Indiar. tom.3. libr.2. capit.17. num. 69. & ſecundùm hanc ultimam opinionem declaravit noſter Senatus anno 1526. in ſubſtitutione facta filiæ ſi decederet ſine filiis legitimis, & naturalibus, ut refert Michael Ferrer par.3. obſer. cap.401. & iterum referente Magnifico Guillermo Sanner in favorem Franciſcæ de Barthomeu, contra Guillermum Joſa teſtatur Cancer par.1. var. cap.24. n.27. 28. et 29. refert, & ſequitur Fontanella de pac. nup. tom.1. clem.4. gloſſ.2. n. 36. et 37. et tom.2. clauſ.6. glo.3. par.6. n.11. et 12. judicavit etiam Senatus Neapolitanus apud Franchis deciſ.29. Senatus Pedemontanus apud Oſaſcum deciſion. 126. Senatus Siciliæ apud Maſtrill. deciſ.153. lib.2. Senatus Burdegalenſis apud Boer. deciſ. 154. numer.6. &

alii

alii graviſſimi Senatus apud Calvacan.*deciſ.77. à num. 7.p.*3.Cenſal.in addit.ad Peregrin. *de fideicom. art. 28. verſic. Secunda*, *fol.* 152. Lucam in obſervat. ad Franchis, *dec.* 29.

11 Sed in iſto, & aliis caſibus, in quibus ſubſtitutus excludit Monaſterium, veriſſimum eſt, quod ſi Monaſterium eſt capax bonorum ſaltem in communi, tunc durante vita inſtituti, ſubſtitutus repellitur à ſucceſſione bonorum, & Monaſterium illis gaudere debet, *lib. Statius florus*, *§.Cornelio Felici, ff. de jure fiſci*, Molina *de primog. Hiſpan.libr.*1.*cap.* 23. *numer.* 95. Gomez, *l.* 40. *Tauri*, *num.* 66. *in fine*, Mieres, *de majorat. par.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 17. *&* 32. Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſ.* 12. *n.* 33. *verſic. Secundo verò caſu*, Covar.*lib.*1.*var.c.* 19. *num.* 7. Valaſc. *conſult.*101.*n.*9. Cevallos, *com.cont.com.qu.*193.*à num.* 6. Maſtrill. *deciſ.*63.*numer.*3.*lib.*1.*& deciſ.*153.*numer.* 25. *libr.* 2. Carol. de Graſ. *de effect. Clericat. in prælud. numer.*411.Sanchez *in oper. moral.tom.* 2. *libr.*7.*cap.*15. *num.* 16. quos, & alios innumeros citant Caſtillo *lib.* 3.*controver.lib.*3.*cap.*12.*num.*56. *& lib.*6.*cap.*161.*num.* 25.Additionat. ad Molin. *de primog. Hiſpan.lib.*1.*cap.* 13.*num.*95.*in princ.* quibus addendi ſunt Gallus, *de exception. par.*2.*tit.*4.*except.*27.*num.*257. *&* 258. Thoro. *in compen.deciſ.part.* 3. *ſect.* 2. *verbo mulier hæres*, *col.* 2. *in princ. fol.*117.Seſſe *deciſ.*44.*num.* 17. Peregrin. *de fideicom.art.*28.*num.*81. *& tract.var.lib.*6.*nu.*87. *&* 92. Ripa, *de act. geſt. in art.mor.cap.*44. *num.* 14. Martha, *de ſucceſ. leg. part.*3.*quæſt.*13. *art.* 4. *à numer.*11.Flores de Mena in addit ad Gammam. *deciſ.*6. *concluſ.* 1. Barboſa, *de jure Eccleſ.univ.lib.*3.*cap.*31.*num.*7.*&* 8. Tuſchus *pract.concluſ. littera M. concluſ.* 393. *num.*7. Farinac. *frag.crim. part.* 2. *littera M.num.* 386.*in fine*, Guttier. *Canonicar.lib.* 2.*cap.* 1. *numer.*64. Valenzuela *conſ.*135.*num.*38.39. *&* 43. Giurba, *de feud. §.* 1.*gloſ.*7. *à num.*26.Marinis, *lib.*1. *reſolut. jur. cap.*166.*nu.*10.11. *&* 12. & in addit. ad Reverter. *deciſ.* 492.*num.*1. *&* 2. Burat.*deciſ.*639.*nu.*7.Cirochus *diſcept.*11.*n.*6. Cancer. *par.*1.*var.cap.*4.*num.*125.Fagundez *de juſt. & jure, lib.* 1.*cap.*8.*num.*22.Caſtr.Palaus *in oper. mor.par.*3.*tract.*6. *diſp.*3.*punct.*4.§.4.*num.*2. quidquid dicat Cevallos *com. cont.com.quæſt.*63. *à num.*2.Caſtillo *lib.*3.*controver.cap.* 12.*numer.*57.*& lib.*6.*cap.* 162. *numer.* 25. *verſ. Ibidem*, Fermoſin.*in capit. in præſentia*, *qu.* 5.*à numer...& qu.* 6.*numer.*1. *de probat.* quia contra eos & alios eſt verior ſententia, quam infinitis citatis ſequuntur Ybannez de Faria in addit. ad Covar.*lib.*1.*var.cap.* 19. *num.*87. Baron. *de citat. tom.* 3. *in annotat. ad ſingul.* 73. *à num.* 16. *& num.*58.Regens de Ponte *conſ.*159. *lib.* 2. Fuſar. *de ſubſtit. qu.* 429. *à numer.* 1. Cenſal. in addit. ad Peregrin. *de fideicom. art.* 28. *verſic.Et quamvis*, *cum ſeq. fol.* 153. Ciarlin. *controv. foren. cap.*275.*num.*6.*&* 7. *lib.* 3. & ſecundùm iſtam ſententiam declaravit noſter Senatus 17.Septembris 1591. referente Nobili Joanne Sabater poſtea Regente in S.S.R. Coronæ Aragonum Conſilio in cauſa Nobilis Galcerandi de Cardona, cum Nobili Ludovico de Cardona, & Rocaberti, Actuario Benedicto Sacares. Et 28. Aprilis 1593.referente egregio Senatore Guillelmo Sunner in favorem Franciſcæ de Batthomen.contra Nobilem Franciſcum Deſpes, quas referunt Fontanella *de pact.nup.tom.* 1.*clauſ.*4.*gloſ.*2.*num.*37. *& tom.* 2.*clauſ.*6.*gloſ.*3.*part.*6. *num.*13.*& deciſ.*513.*n.*5.*&* 6.*part.*2.Cancer *par.*1.*var. cap.*24.*n.*31.*& par.*3.*cap.*20. *nu.* 330. *verſic. Ubi verò*, Xammar *deſin.*65.*n.*8.Et ad mei relationem 10. Aprilis 1668. in favorem Prioriſſæ, & Conventus Beatæ Mariæ de Monte Sion, Ordinis Divi Dominici Civitatis Barcinonæ, contra Joſephum Segui, & Capella, & Franciſcam Segui, Rubiò, & Puigvert conjuges. Quæ fuit in gradu ſupplicationis confirmata, referente Magnifico Ludovico Ferrer Regiæ Audientiæ, & tertiæ Aulæ Doctore 13. Julii 1669.Scriba Fabra. Et in Regia Audientia Valentiæ ita fuit declaratum ſententia lata in favorem Monaſterii Vallis Chriſti, Ordinis Carthuſien. teſtatur Regens Leo *deciſ.* 156.*lib.*2.*& deciſ.*31.*num.*10. *libr.* 3. & in Senatu Aragoniæ plures deciſiones cumulat Seſſe *deciſ.*44. *à num.* 22. *uſque ad finem*, *tom.* 1. & in Senatu Neapolitano refert Morot. *diſcept.* 19. *numer.* 37. quem citat Luca in obſervat. ad Franchis *deciſ.* 14. *numer.* 4. *in fine*.

Quod eſt intelligendum, niſi aliud conſtet voluiſſe 12 teſtatorem, quo caſu ſubſtitutus excludit Monaſterium, etiam durante vita naturali Monachi, Regens Leo *dec.*31.*num.*18.*lib.*3.Caſtr.Palaus *in oper.mor.part.* 3.*tract.*16.*diſp.*3.*punct.*4.§.4.*ſub*, *numer.*2. Cancer poſt alios, *part.*1.*var.cap.*24. *num.* 31. *in fine*. Ut ſi teſtator † velit bona conſervare in familia, vel præcipiat 13 ſucceſſoribus delationem nominis, & armorum, in iſtis enim duobus caſibus, & quolibet eorum ſubſtitutus excludit Monaſterium ſtatim emiſſa profeſſione, etiam durante vita naturali Monachi, ut probant Molina *de primogen.Hiſpan.lib.*1.*cap.*13.*n.* 91. Covar.*lib.* 1.*var.cap.*19.*num.*11.Padilla *in leg.cum acutiſſimi*, *nu.* 44.*&* 45.*C.de fideicom.* Mieres *de majorat. part.* 2. *qu.* 3.*numer.* 19. *&* 22. Mantica *de conject.libr.*8.*tit.*12.*à numer.*25. Franchis *deciſ.*29. *numer.* 7. Menoch.*libr.*3. *præſumpt.*83.*num.*41.Cevallos *com.cont.com.qu.*193.*nu.* 11. *&* 12.Flores de Mena *lib.*1.*var. qu.*16.§.1.*numer.*3. *& in addit.ad Gammam,deciſ.*6.*concl.*4.Peregrin. *de fideicom.art.*28.*numer.*82. *& tract.var.lib.* 6. *numer.* 92. Guttier.*Canonicar.lib.*1.*cap.*32.*numer.* 29. Cabedo *deciſ.*133.*numer.*9.*part.* 1. Mareſcot. *var. libr.*3.*cap.*21. *numer.*18.*&* 82. innumeros alios laudant Caſtillo *controv.libr.*3.*cap.*12.*numer.* 54. 55. *&* 78. Barboſa *appellat.*99.*num.* 144.*& de jure Eccleſ. un.lib.*3.*cap.* 31. *ſub numer.*8. quibus addendi ſunt Gallus *de except. part.* 2. *tit.*4.*except.*27.*numer.*259.Olea *de ceſſ.jur. tit.* 3. *qu.* 4. *numer.* 28. Fuſarius *de ſubſtit. qu.* 429. *numer.* 35. *& qu.* 430. *numer.* 2. Ybannez de Faria in addit. ad Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 19. *numer.* 82. Staybanus *reſol.* 37. *numer.* 5. Luca in obſer. ad Franchis *dec.* 29. *numer.* 1. *in fine*, Fermoſin. *in cap. in præſentia*, *qu.* 1.*num.* 17. *& qu.*2.*num.*5. *in fine*, ut Pareja *num.* 77. *verſic. Si vero*, *de probat.* quidquid dicant Rodriguez *qu.regul.*78. *articul.*3.Additionat. ad Molin. *de primog. Hiſpan.lib.*1.*capit.*13. *num.* 95. *verſic.Sed in majoratu*, *cum ſeq.* Baron. *de citat. tom.* 3. *in annotat. ad ſingul.* 73. *numer.* 26. *juncto num.* 19. *cum ſeq.* Barboſa *in authent. ingreſſi*, *num.*14.*C.de Sacroſanct.Eccleſ. & de jure Eccleſ.un. lib.*3.*cap.*31.*n.*9.*verſic.Quæ quidem*, Martha *de ſucceſſ.legal.part.*3.*qu.*13.*art.*4. *à num.*22.*ad* 31. Quia contra eos, & alios eſt verior ſententia, ut docent Sanchez *in oper.mor.tom.*2.*lib.*7.*cap.*15. *à nu.*18. Caſtr. Palaus *in oper.mor.part.*3.*tract.*16. *diſp.* 3. *punct.*4.§.4. *n.*4.Caſtillo *controv.lib.*6.*cap.*162. *à num.*21. Cenſal.ad Peregrin. *de fideicom.art.*28.*verſic. Et ne*, *cum ſeq. fol.* 253. & ex noſtris ita tenent Cancer *p.*3.*var.cap.* 20. *n.* 330.Ferrer *in conſtit.los impubers,gloſ.*3.*n.*74.Fontanella *de pac.nup.tom.*2.*clauſ.*6.*gl.*3.*p.*6.*nu.* 21. Deciſionem noſtri Senatus Cathaloniæ refert Xammar. *deſin.* 66. Deciſionem Senatus Valentiæ confirmatam in S. S. R. Coronæ Aragonum Conſilio tradit Regens Leo *deciſ.* 31. *libr.* 3. Deciſionem Senatus Luſitaniæ refert Valaſcus *conſ.* 101. *numer.* 7. *&* 8. Deciſionem Senatus Sabaudiæ tradit Faber *in Cod. libr.* 2. *tit.* 2. *deſin.* 25.

Si verò Monaſterium ſit incapax bonorum in communi, & in particulari, eo ipſo, quod quis eſt ingreſ- 14 ſus Monaſterium, & Religionem profeſſus fuerit, nullatenus Monaſterium excludit ſubſtitutum, Boer.*deciſ.* 354.*n.*8. Oſaſcus *deciſ.* 126. *numer.* 27.Surd.*deciſ.*8.*nu.* 28. Cavalcan.*deciſ.*77.*numer.*34.*part.* 3. Tuſch. *pract. concl.littera M. concl.*344. *num.*18.41. *&* 43. Farinac. *frag.crim.littera M.nu.* 380. *part.* 2. Mantica *de conject.ultim.volun.lib.*11.*tit.*7.*num.*8.Guttier. *lib.*1.*Canonicar.cap.*32.*nu.*25.Olea *de ceſſ. jur. part.*3.*qu.*13.*art.*4. *num.*8.Gallus *de except.part.*2.*tit.*4.*excep.* 27. *nu.* 241. Molina *de primog. Hiſpan. libr.* 1. *capit.*13.*numer.* 69. Mier. *de majorat.part.*2.*qu.*3. *à numer.* 6. Craſſus §. *fideicommiſſum*, *qu.*40.*numer.*7. Peregrin. *de fideicom. art.*28.*numer.*62. *& tract.var. libr.* 6. *numer.* 67. *&* 85. *verſic.Quarto limita*, Menoch. *lib.*4.*præſumpt.*83.*num.* 71.Martha *de ſucceſſ.legal.part.* 3. *quæſt.* 13.*art.*4.*num.* 8.Medicis *in tract.mors omnia ſolvit*, *part.* 3. *num.*49. Carol.de Graſſ. *de effect. Cleric. in prælud. numer.* 411. Giurba *de feudis*, §. 1.*gloſſ.*7. *à num.* 23. alios innumeros citant Fuſar. *de ſubſtit.qu.*429.*num.* 61. Barboſa *appellat.*99.*numer.*129. *& in cap.in præſentia*, *n.* 13.*de*

probat. & in authent. ingreſſi, n. 18. C. de Sacroſanct. Eccl. Sanchez in oper. mor. tom. 2. lib. 7. cap. 16. n. 13. Caſtillo controv. lib. 3. c. 12. nu. 83. Caſtr. Palaus in oper. mor. p. 3. tract. 16. diſp. 3. pun. 4. §. 4. n. 1. in princ. Dominus Vice-Cancel arius Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſer. 35. n. 27. & 34.

15 Imò ſubſtitutus ſtatim à die profeſſionis in Religione incapaci admittitur, non ex pectata morte naturali inſtituti, quia idem eſt effectus hujus profeſſionis, & mortis naturalis, & ſic de illa judicatur, ac de morte naturali, excluſis etiam hæredibus ſcriptis, vel legatariis illius Monachi profeſſi in Religione incapaci, quidquid dicant Spin. in ſpecul. teſtam. gloſ. 12. nu. 34. & 35. Fuſar. conſ. 88. Baron. de citat. tom. 3. in annotat. jud. ſingul. 73. à n. 74. Merlin. controver. lib. 1. cap. 52. verior eſt noſtra ſententia, quam ſequuntur Covar. in cap. 2. num. 6. de teſtament. Medicis in tract. mors omnia ſolvit, part. 1. nu. 45. & 46. Mantica de conject. libr. 11. tit. 7. num. 8. Caſanate conſ. 26. num. 1. Surd. conſ. 90. num. 8. & conſ. 238. num. 9. Parlador. rer. quotid. differ. 147. §. 1. num. 10. Gutier. lib. 1. Canonicar. cap. 32. numer. 2. & libr. 2. cap. 1. à num. 60. Menoch. libr. 4. præſumpt. 88. nu. 71. Barzius deciſ. 354. numer. 11. Oſaſcus deciſ. 126. in fine, Franchis deciſ. 14. numer. 7. Peregrinus de jure fiſci, lib. 3. tit. 5. numer. 21. & 22. & de fideicom. art. 28. numer. 63. Craſſus, §. teſtamentum, quæſt. 37. numer. 7. Jul. Clar. §. teſtamentum, quæſt. 28. numer. 4. Hondedeus conſ. 62. lib. 2. Gratian. diſcep. foren. cap. 481. num. 3. & cap. 986. numer. 8. Urſeolus controv. foren. cap. 41. num. 8. Caſtr. Palaus in oper. mor. part. 3. tract. 16. diſp. 3. punct. 4. §. 4. num. 1. in fine, Sanchez in oper. mor. tom. 2. libr. 7. cap. 16. à numer. 16. & lib. 8. cap. 15. à numer. 9. Caſtillo tom. 3. controv. cap. 12. à num. 84. cum plurib. ſeq. & to. 6. cap. 162. numer. 32. Coſta de retrotract. monit. 5. ad cap. 2. numer. 8. Stayban. reſolut. 97. numer. 20. Ripa de act. geſt. in art. mor. cap. 44. à numer. 15. Barboſa appellat. 99. numer. 130. 131. & 132. & in cap. in præſentia, num. 13. de probat. & in authent. ingreſſi, numer. 19. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. Ybannez de Faria in addit. ad Covar. lib. 1. var. cap. 19. num. 86. & 87. Baron. tom. 3. de citat. in annotat. ad ſingul. 73. à num. 32. verſic. Difficultas, cum ſeqq. Seſſe deciſ. 44. à numer. 5. Riccius collect. 531. verſic. Infertur ſecundò, Marinis in addit. ad Reverter. deciſ. 492. numer. 3. Additionat. ad Molin. de primog. Hiſpan. lib. 2. cap. 13. n. 95. verſic. In qua quæſtione, Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 430. à nu. 11. & conſ. 95. & ex noſtris Cancer. par. 1. var. cap. 4. num. 125. verſic. Ubi vero, & cap. 24. n. 39. Fontanella deciſ. 292. n. 2. 5. & à num. 7. par. 1. Xammar. defin. 65. num. 1. & ab hac ſententia in judicando, & conſulendo recedendum non eſſe dicit Ruſticis in lib. 5. cap. 7. & ſecundùm eam judicaſſe noſtrum Senatum Cathaloniæ teſtatur Xammar defin. 65. Senatum Neapolitanum, referunt Thoro in compen. deciſ. part. 3. ſect. 2. verbo mulier hæres, fol. 117. Luca in obſervat. ad Franchis deciſ. 14. numer. 4. Senatum Pedemontanum tradit, etſi contradicat Theſaur. quæſt. foren. 36. numer. 7. lib. 3. Rotam in Bononien. Fideicommiſſi teſtantur Merlin. deciſ. 200. Ferentil. ad Burat. deciſ. 461. n. 15. bis judicatum refert Cevallos com. cont. com. quæſt. 63. numer. 4. & in practica ſervatum vidiſſe ait Peregrin. de fideicom. art. 28. numer. 63. & judicatum etiam tradit Fuſar. conſ. 88. in fine. & de ſubſtit. quæſt. 430. numer. 16. in fine.

16 Quamvis bona illa per gravatum ante profeſſionem fuiſſent ceſſa, vendita, donata, aut aliter alienata, nihilominus donatario, emptori, ſeu ceſſionario non competit jus retinendi bona ipſa fideicommiſſo ſubjecta, ſed poteſt ſubſtitutum ſtatim profeſſione emiſſa per gravatum in Religione incapaci illa repetere, & vindicare, Honded. conſ. 62. nu. 37. & 38. lib. 1. Grat. conſ. 68. ex numer. 73. lib. 1. quidquid dicant Bald. conſ. 280. lib. 1. Peregrin. de jure fiſci, lib. 3. tit. 5. n. 23. & de fideicom. art. 28. num. 63. in fine, Fuſar. conſ. 88. n. 13. & de ſubſtit. qu. 430. numer. 10. & 21. Sanchez in oper. mor. tom. 2. lib. 7. cap. 3. à num. 81. Marinis in addit. ad Reverter. deciſ. 492. numer. 3. Luca in obſervat. ad Franchi deciſ. 4. numer. 4. Quia contra eos, & alios eſt verior ſententia, quam adverſus Bald. & Peregrin. latè comprobat Caſtillo controver. lib. 3. cap. 13. à num. 111. cum plurib. ſeq. ſequitur Baron. de citat. tom. 3. in annotat. ad ſingul. 73. num. 15. & à num. 66. cum ſeq. Et quamvis adverſus Caſtillum valdè contendat, & malè eum loquutum fuiſſe conſult. 63. ſub numer. 31. latè Baron. to. 3. de citat. in annotat. ad ſingul. 73. à numer. 74. Veriſſima tamen eſt ſententia Caſtilli. Tum ex latè deductis per eundem Caſtillo libr. 3. controver. cap. 12. à num. 11. uſque ad finem. Tum ex congeſtis per Barboſam in ca u quo Monachus ante profeſſionem in Religione incapaci hæredes inſtituiſſet, appellat. 99. nu. 130. 131. & 132. & in cap. in præſentia, numer. 13. de probat. & alios ſupra relatos, numer. 15. Tum ex regula, reſoluto jure dantis reſolvitur jus accipientis, Barboſa axiomat. 135. numer. 6. ex qua aliis citatis ſic arguit de tacit. tom. 3. in addit. ad ſingul. 73. à numer. 8. juncto numer. 15. Sanchez in oper. moral. tom. 2. libr. 7. cap. 3. numer. 80. & ſecundùm iſtam ſententiam judicavit noſter Senatus, ut refert Xammar. defin. 65. & fuit etiam judicatum in caſu, de quo Fuſar. conſ. 88. in fine, & de ſubſtit. quæſt. 430. numer. 16. in fine.

17 Unum tamen omittendum non eſt, quod ſi in civitate extet ſtatutum, quod Monaſterium capax bonorum in communi, vel ingreſſi in illud non ſuccedunt, tale ſtatutum ſervandum eſt, & ſecundùm illud interpretabitur teſtatoris voluntas, Alciat. conſ. 502. n. 3. verſic. Sed cum, & conſ. 633. num. 4. Peregrin. de fideicom. art. 28. n. 92. & 93. Menoch. lib. 4. præſump. 83. numer. 53. Intrigliol. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 63. n. 56. Ruſticis in l. cum avus, libr. 5. cap. 1. num. 106. cum ſeq. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 429. n. 82. Barboſa appellat. 99. n. 155. Fermoſin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, q. 32. n. 38. de conſtit. Peregrin. tract. var. lib. 6. n. 77. & alii infrà, n. 20. 21. 22.

18 Idemque eſt, ſi in Civitate extet conſuetudo, quod ingreſſi Monaſterium non ſuccedant ab inteſtato parentibus, & agnatis, nam talis conſuetudo ſervanda eſt, & ſecundum eam voluntas teſtatoris interpretabitur, Boer. deciſ. 354. n. 7. & 8. Covar. in cap. quamvis pactum, par. 3. §. 2. n. 4. in fine. & in cap. 1. in fine de teſtament. Mantica de conject. libr. 11. tit. 7. numer. 9. Menoch. lib. 4. præſumpt. 83. num. 53. in fine, Intrigliol. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 63. num. 57. Gallus de except. 27. num. 242. & 243. Ruſticis in lib. cum avus, lib. 5. cap. 1. nume. 107. & ſeq. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 429. numer. 23. Barboſa appellat. 99. num. 166. Fermoſin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 32. numer. 39. de conſtitut. Sanchez in oper. mor. tom. 2. libr. 7. cap. 12. numer. 14. ubi advertit, hanc conſuetudinem debere ſpatio quadraginta annorum præſcribi, Caſtr. Palaus in oper. mor. part. 3. tract. 16. diſp. 3. numer. 5. quidquid dicat Martha de ſucceſſ. leg. part. 3. quæſt. 13. art. 4. num. 8.

19 Unde diſpoſitio textus in cap. in præſentia, de probat. & aliorum jurium diſponentium Monaſterium excludere ſubſtitutum, non ſervatur, neque locum habet in pluribus regionibus, Peregrin. de fideicom. art. 28. num. 91. Mieres de majorat, part. 2. qu. 3. n. 100. Diſpujol. ad Mieres in conſtitut. hæc noſtra, num. 171. Ramon noſter conſ. 68. numer. 20. & conſ. 94. numer. 87. Et quod non ſervetur, neque locum habeat in Civitate Barcinonæ, extat Regium privilegium per Sereniſſimum Dominum Regem Jacobum Primum Civitati Barcinonæ conceſſum, dat. in eadem Civitate 4. Kalendas Maji 1269. quod eſt cap. unic. tit. dels qui entren en Religioſens voluntat de ſos pares, in volumine pragmaticarum, Oliba in §. quædam actiones, part. 1. lib. 3. nu. 12. de actionib. Fontanella deciſ. 347. num. 11. part. 2. Idem Fontanella cum pluribus deciſionibus noſtri Senatus de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 2. nu. 32. & deciſ. 346. 347. 348. & 450. part. 2. neque in Regno Franciæ, Benedict. in cap. Raynuntius, verbo uxorem, num. 22. de teſtament. Boer. deciſ. 354. nu. 7. Peregrin. de fideicom. art. 28. numer. 91. quos & alios citant Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 429. numer. 84. Barboſa appellat. 99. num. 157. Fermoſin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 40. de conſtit. Nec in Regno Valentiæ, Belluga in ſpecul. Princip. rub. 14. §. veniamus, à n. 32. Reg. Leo deciſ. 156.

lib.

*lib.*2. Dominus Vicecancel. Don. Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſer.*55. *à n.* 9. Nec in Ducatu Sabaudiæ, Faber *in C.lib.*1.*tit.*2. *defin.* 44. Nec in Civitate Ferrariæ, Riminald.jun.*conſ.*85. *à n.*22.*lib.* 1. Menoch.*conſ.* 169.*num.*16.*&* 17.*lib.*2. Nec in Civitate Januæ, Alder. Maſcard. de gener. ſtat. interpret. *concluſ.* 1. *numer.* 15. *in fine*, nec in Brixia, Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 429. *numer.* 82. Neque Paduæ, in parte Peregrin. *de fideicom. art.* 28. *num.* 93. *& tract. variar. lib.* 6. *num.* 77.

20 Et quamvis de validitate privilegii Sereniſſimi Domini Regis Jacobi Primi Civitati Barcinonæ conceſſi contra ingredientes Religionem ſine voluntate parentum, Practici noſtri à principio dubitaverint. Et alteri inter acquiſita, & acquirenda diſtinguant, de quibus poſt antiquos Alder. Maſcad. *de generali ſtat. interpret.* 1.*num.*14.*&* 15. Cevallos *com. cont.com.quæſt.* 423. Pontius *de matrim. lib.*3.*cap.*8.*num.*25. Martha *de juriſdic.part.*4.*caſu* 25.75.*&* 80. *& de ſucceſ.legat.par.* 3.*qu.*13.*art.*4.*num.*8. *in fine*, Caſtr. Palaus *in oper. moral.part.*3.*tract.*16.*diſp.*3.*punct.* 4. Sanchez *in oper.moral.tom.*2.*lib.*7.*cap.*12. *numer.* 18. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.*73.*n.*24.*& conſ.*196.*num.*32.*lib.* 2. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 429. *numer.* 24. Fermoſin. *in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ,quæſt.* 26. *à n.*36.*& quæſt.*32.*n.*10. *de conſtit.& in cap.in præſentia, quæſt.*3.*n.*16.*de probat.* Barboſa *in l. Deo nobis,n.* 15. *C. de Epiſcop. & Cler. & in cap.Eccleſia Sanctæ Mariæ,n.*30.*de conſtit.* Diana *reſol.moral.part.*1.*tract.*2.*reſol.* 124. *& in coordin.part.*9. *tract.*2.*reſol.*120. Cutel. ad Dianam,*ib.*2.*q.*124. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *capit.* 8. *dubit.* 11. *ſect.* 4.

21 Verum quia hujuſmodi ſtatuta non fiunt ex odio Regionis, nec ut quis à Religione avertatur, ſed tantum in favorem familiæ, ne bona extra familiam exeant, Fontanella *dec.*345. *à n.*15.*& deciſ.*349. *à n.*8.*& deciſ.* 350. *à n.*25.*part.* 2. Covar. Molinus, Cancer, & alii
22 *ſtatim allegandi*. Ideo pro ejus, † & ſimilis ſtatuti validitate concludunt Covar.*lib.* 1. *var.cap.*9.*num.*11. Molinus *de ritu nup.lib.*2.*diff.*7.*n.*67.68. *&* 69. Cancer *par.*1.*var.cap.*24. *à num.*10.*& part.*3.*cap.* 11. *à n.* 187. Riminald. jun. *conſ.*85. *à num.*27. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 169.*nu.*14. *et* 17.*lib.*2. Gallus *de except.tit.* 1.*except.*1. *part.*1.*num.*2. Belluga *in ſpec. Princip.rub.*14.§.*veniamus, à num.*32. *præcipuè, n.* 35. *verſic. Ex quo*, Cutel. ad Dian.*lib.*2.*quæſt.* 125. Thomas del Bene *de immunit. Eccleſ.tom.*1.*cap.*8.*dubit.*21.*ſect.* 1. Fontanella *de pact. nupt.tom.*1.*clauſ.*4.*gl.*2.*n.* 31. *et deciſ.* 346. *cum ſeq.par.* 2. Dominus Vicecancellar. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſer.*35.*nu.* 13. Et in terminis pro validitate privilegii per Dominum Regem Jacobum Primum Civitati Barcinonæ conceſſi contra ingredientes Religionem ſine voluntate parentum concludunt Valleſica *in uſat. exheredare, poſt princ. fol. mihi* 128. ubi Marquilles *verſic. Quia ſecundum, fol.* 225. *circa medium*, Oliba *de jure fiſci, cap.* 7. *à num.* 40. *&* §. *quædam actiones, à n.*11.*de actionib.* Cancer. *par.* 1.*var. cap.*24. *à n.*16.*part.*3.*cap.*11. *à n.*198. Ramon. *conſ.*68. *à num.*17. *& conſ.*95. *à num.* 87. Deſpujol.ad Mieres *in conſtitut. hæc noſtra, num.*171. Molinus *de ritu nup. lib.* 2.*dif.*7. *à num.*67. Fontanella *de pact.nup. tom.* 1. *clauſ.* 4.*gloſ.*2. *à nu.* 31. *& latius deciſ.* 346. 347. 348.349.*&* 350. *præcipuè deciſ.*344.*num.*3. *p.* 2. remiſſivè Xammar *de privileg.Barcin.*§.24. *num.* 36. *in fine*, Sic videmus ſuſtineri in primogeniis, majoratibus, & fideicommiſſis conditiones apponi ſolitæ, ut in eis Monaſteria, Monachi, Religioſi, & Moniales non ſuccedant, cùm eæ non tendant, ut quem à Religione retrahant, ſed ut familiæ conſerventur, ut docent omnes citati, *nu.* 9. *&* 10.

23 Circa dictum privilegium Sereniſſimi Domini Regis Jacobi Primi conceſſum civitati Barcinonæ contra filios, & filias ingredientes Religionem ſine voluntate parentum. Adverte primò, quod Antonius Oliba illud intellexit ſolum procedere, Monacho ab inteſtato decedente, non autem ſi teſtamentum ante profeſſionem fecerit in favorem Monaſterii, cùm poſſit illud in favorem extranei facere, ne fiat dura, & odioſa interpretatio contra ordinem, & Religionem, & ſic quod dictum privilegium ſolùm intret in caſu inteſtati, non autem in caſu teſtati Monaſterium ingredientis, ut ipſe Oliba *dicit in* §. *quædam actiones, n.* 11.*de actionib.* referunt. Cancer. *p.* 3. *var.c.*11.*nu.*201. Fontanella *dec.*346.*n.*8.*in fine, p.* 2. Tamen verius, & certum eſt, quod dictum privilegium comprehendit tam caſum inteſtati, quàm caſum teſtati Civis Barcinonæ ingredientis Religionem, ut mortuo patre nullo modo licitum ſit ei diſponere in favorem Monaſterii, ut latè probat Fontanella *deciſ.*346. *uſque ad deciſ.*350. *præcipuè deciſ.*347. *à n.*32.*& deciſ.* 349. *à n.*3. *& deciſ.* 350.*n.*25.*verſic.Et quibus, & n.*26.*&* 36.*part.*2. Ita fuit deciſum in Regia Audientia ad relationem ejuſdem Antonii Oliba contra ſuum votum inter Nobilem Franciſcum de Argenſola, & Oeconomum Monaſterii Sancti Hieronymi Vallis de Ebron territorii Barcinonæ 16. Julii 1598. Scriba Puigferrer, ut tradunt idem Oliba *in* §.*quædam actiones, n.*11.*de actionib.* Fontanella *de pact.nup.tom.*1.*clauſ.*4.*gl.*2.*num.* 32. *& deciſ.* 346.*num.*8. *part.* 2. quam ad litteram refert idem Fontanella *deciſ.* 350. *poſt num.* 37. *part.* 2. quæ in hoc fuit in gradu ſupplicationis confirmata ad relationem Nobilis Philippi Vinyes poſtea Regentis in S. S. R. Coronæ Aragonum Conſilio, quam ad litteram refert idem Fontanella *deciſ.* 350. *poſt numer.* 73. *part.* 2. plus alii dicunt, quod neque illi licitum ſit diſponere in favorem extranei, Fontanella *deciſ.*350.*numer.* 18. *verſic. Quia in primis, part.* 2. quod ultimum non eſt verum, imò verius eſt, Monachum teſtari poſſe in favorem extranei, Oliba *in* §. *quædam actiones, numer.* 11.*de action.* Fontanella *deciſ.* 350. *numer.* 18. *in princ. & verſic. Secundò dico part.* 2. eſtque ratio, quia prædictum privilegium non ſimpliciter, & indiſtinctè Monachum pro mortuo judicandum eſſe dixit, ſed limitatè reſpectu ordinis, quem intravit, ut inquit deciſio noſtri Senatus lata 13. Julii 1638. ad relationem Nobilis Philippi Vinyes, verſi. *Non tamen ſimpliciter*, relata per Fontanella *deciſ.*350. *in fine part.* 2. & expreſsè fuit declaratum in Regia Audientia in cauſa Prioriſſæ, & Conventus Monialium Monaſterii de Monteſion, Ordinis Divi Dominici Civitatis Barcinonæ ex una, & Nobilem Franciſcum Gamis ex altera die 5. Septembris 1662. ad relationem Magnifici Joannis Baptiſtæ Paſtor, nunc Regentis in S. S. R. Coronæ Aragonum Conſilio, Actuario Fores, his " verbis. Ceterùm quia conſtat prædictam Nobilem " Hieronymam ante emiſſam profeſſionem inſtru" mento acto in poſſe Franciſci Reverrer Notarii pu" blici Barcinonæ die 8. Octobris 1661. omnia bona " ſua denotatione inter vivos dediſſe Nobili Franci" ſco Gamis, & Falcò conſanguineo ſuo, qua ſtan" te diſpoſitione in favorem extranei facta per Mo" nachum, ſucceſſio ab inteſtato, quæ ex privilegio " prædicto proximioribus defertur, locum non ha" bet &c.

Adverte ſecundò, quod licèt Regia Audientia in 24
illa cauſa Nobilis Franciſci de Argenſola, & Oeconomi Monaſterii Sancti Hieronymi Vallis de Ebron ad relationem Antonii Oliba *de qua num.* 23. ſolùm intellexerit procedere dictum Regium privilegium in bonis, quæ ingredienti Monaſterium obvenerant à patre, & matre; non autem in bonis ex propria induſtria, vel alias ab avo, ſeu aliundè quæſitis, ut referunt Oliba *in* §.*quædam actiones, numer.* 11. *de actionib.* Fontanella *tom.*1.*de pact.nup.clauſ.* 4.*gloſ.*2.*numer.* 32. *& deciſ.*346.*num.*8.*part.* 2. Cancer *par.* 3. *var.cap.* 11. *à num.* 200. Idemque fuerit declaratum ad relationem Nobilis Petri de Soler in cauſa relata per Ramon *conſ.* 68. & idem fuerit declaratum ad relationem Magnifici Hieronymi Aſtor Regii Conſiliarii inter dictum Nobilem Franciſcum de Argenſola, & Nobiles conjuges de Ardenas 8. Novembris 1628. Scriba Hieronymo Boſch, refert Fontanella *deciſ.* 346. *num.* 16. & antea idem declaratum fuerit referente Egregio Senatore poſtea Regente Cancellariam Franciſco Deſcamps 29. Januarii 1593. in cauſa Mariæ Annæ Serra, & Eliſabetis Joannæ Ferrera Civitatis Barcinonæ, Scriba Franciſco Palaus, tradunt Cancer *par.*3.*var.cap.*11. *nu.* 200. Fontanella *de pact.nup.tom.*

1.clauſ.4.gl.2.num.31.in fine, & n.33. Tamen certum eſt, quod dictum privilegium comprehendit tam bona, quæ civi Barcinonæ ingredienti Monaſterium obvenerunt, tam à patre, & matre, quàm etiam bona ex avorum, vel extraneorum ſucceſſione, ſive ex propria induſtria, ſive aliundè quovis modo quæſita, ut deciſum fuit in Regia Audientia 9. Julii 1431, ad relationem Magnifici Ludovici Beſturs in cauſa Nobilis Philippi Sorribes, & Nobilis Eulaliæ de Sorribes, & de Peguera conjugum ex una, & Nobilis Dalmatii de Rocaberti, & Nobilis Michaelis de Rocaberta, & Tagamanent ejus filii, partibus ex altera, Scriba Guel, poſtea Almunia, & Caſſaſſes, ut teſtatur Fontanella deciſ.346.n.18.& 19. late prolat deciſ. 347.448.349. & 350.part.2. & contra dictam Regiam ſententiam referente dicto Magnifico Antonio Oliba latam 16. Julii 1598. in cauſa dicti Nobilis Franciſci de Argenſola & Oeconomi Monaſterii Sancti Hieronymi Vallis de Ebron firmiter, & fortiter inſurgit Cancer. p. 1.var.c. 24.n.17.18.& 19. refert Fontanella dec. 350.n.27.verſ. Sane, et n.18. et 36.verſ.Secundo, p. 2. Ramon conſ.68. n.28.& ſic revocata fuit in cauſa ſupplicationis 13.Julii 1638.ad relationem Nobilis Philippi Vinyes, quam ad litteram tradit Fontanella dec. 350. poſt num. 37. in fine, verſ.Nec eſt dubitandum, p.2.

25 Adverte tertiò, quod licèt Cancer, part. 1. var.cap. 24.n.17.verſ.Legitimam, et par.3.c.11.n.301. verſ. Legitima, totis viribus defendat, dictum Regium privilegium in ſecundo ejus capite non comprehendere legitimam ingredienti Religionem debitam in bonis parentum, & reperiam ſic pluries fuiſſe declaratum in Regia Audentia. Primò 18.Martii 1591.in ſententia verbali contra quendam Religioſum Sancti Franciſci de Paula de conſilio Magnifici Michaelis Cordelles Regentis Regiam Cancellariam, ut refert Oliba in §. quædam actiones, num. 11.verſic. Aliud exemplum novi modi, de actionib. Secundò 29. Januarii 1593. referente dicto Magnifico Franciſco Deſcamps in cauſa Mariæ Annæ Serra, & Eliſabeth Joannæ Ferrera, de qua Cancer.p.3.var.cap.11.nu.30. Fontanella de pact.nupt. tom.1.clauſ.4.gloſ.2.nu.31.in fine, et numer.32. Tertiò 16.Julii 1598.referente dicto Magnifico Antonio Oliba in dicta cauſa Nobilis Franciſci de Argenſola, & Oeconomi Monaſterii Sancti Hieronymi Vallis de Ebron, de qua Oliba in §.quædam actiones, nu. 11.verſ. Aliud exemplum novi modi,de actionib. Cancer.part.3. c.1.n.200.Fontanella, de pact. nupt. tom. 1.clauſ.4.gloſ. 2.n.31.in fine et n.32. et deciſ.346.n.8.p. 2. Tamen certiſſimum eſt, quod dictum Regium privilegium in ſecundo capite comprehendit legitimam civi Barcinonę ingredienti Religionem debitam bonis parentum, ut latè fundat Fontanella deciſ.350. à num.29. p. 2. & dicta Regia ſententia refente dicto Magnifico Antonio Oliba lata 16. Julii 1598. in cauſa Nobilis Franciſci de Argenſola, & Oeconomi Monaſterii Sancti Hieronymi Vallis de Ebron, fuit in gradu ſupplicationis revocata ad relationem dicti Nobilis Philippi Vinyes 13. Julii 1638. quam ad litteram tradit Fontanella deciſ.350.poſt, num.37.col.6. verſic.Nec hoc caſu,p.2. Dixi in ſecundo capite, nam caput primum dicti Regii privilegii expreſsè comprehendit legitimam, ut advertunt Fontanella deciſ. 346. numer. 1. verſic. Secunda pars, part.1.Ramon noſter conſ. 68.num.17.18. et 19.

26 Adverte quartò, quod licèt Guillelmus de Valeſica in uſat. exhæredare, ſentiat dictum Regium privilegium non comprehendere filium, filiamvè ingredientem Religionem poſt vigeſimum quintum annum. Tamen verius eſt, quod comprehendit filium, filiamvè civem Barcinonæ Religionem ingredientem poſt vigeſimum quintum annum completum, Fontanella dec.347.n.30.et 31. p.2.

27 Adverte quintò, quod licèt de jure communi ubi fit mentio de Religionis ingreſſu, intelligitur cum effectu, ſequuta ſcilicet profeſſione, gloſ. fin.in cap. in præſentia, de probat.& docent poſt antiquos Menoch. lib.4.præſumpt.83.n.73. et 74. et de arb.jud. caſu 436.n. 13.Mantica de conject.lib.11.tit.7.num. 11. Peregrin.de fideicom.art.28.numer. 60. Intrigliol. de ſubſtit.cent.3. quæſt.63.n.64.Gallus de except. part. 2.tit.4.except.29. numer.245.Ruſticis in l.cum avus,libr. 5.cap.2,num.34. Fuſar.de ſubſtit.quæſt.429,num.69.Tapia in authent.ingreſſi, verbo ſua,cap.13.num.43.Gutier. Canonicar.libr. 2.cap. 1. à numer. 21. et à numer. 102. Sanchez in oper. moral.tom.2.lib.7.cap.16.numer. 26. Fermoſin. in capit. in præſentia, quæſt. 6. num. 5. de probat. Coſta de retrotract. cap. 9. caſu 3. Solorzanus de jure Indiar. tom.2.libr.3.cap.27.n.13. et 14. Barboſa appellat. 99.n. 134. et in cap. in præſentia, n. 15. de probat. et in authent. ingreſſ. à num. 3. ad 8. et in authent. generaliter, num.4.C.de Sacroſanct.Eccleſ. Cenedo Canonicar. libr. 1.quæſt.6.numer.17. Azor. juſt. mor.par.1.libr.12.cap.6. quæſt. in fine. Caſtillo controver. libr. 3.cap.12.numer. 104. et 105. Cancer, par.3.var.cap. 11. numer. 237. et 238.Molinus de ritu nupt.lib.3.quæſt.99. num. 34. et 24. Fontanella deciſ. 348. num. 22. et 23. part. 2. Tamen in terminis dicti Regii privilegii certum eſt, quod verba illa, ex tunc ut mortuus judicetur, ad diem ingreſſus, & ſuſceptionis habitus referuntur, & non ad diem profeſſionis, ut latè probat Fontanella deciſ. 348. à num. 16. uſque ad finem par.2. & fuit deciſum in Regia Audientia in cauſa ſupplicationis 13. Julii 1638. referente dicto Nobili Philippo Vinyes in dicta cauſa Nobilis Franciſci de Argenſola, & Oeconomi Monaſterii Sancti Hieronymi Vallis de Ebron, quam refert Fontanella deciſ.350.poſt num. 37.col.4.ad medium, p. 2. & modernè ita fuit deciſum 24. Aprilis 1674. in cauſa Rectoris Collegii Sancti Ignatii Societatis Jeſu Civitatis Minoriſſæ, & Nobilis Antonii de Peguera, & aliorum bona tenentium Nobilis Hieronymi de Peguera ad Relationem Magnifici Raphaelis Narbona,Scriba Cervera. Bene tamen verum eſt,quod ſi Monachus exeat à Monaſterio ante profeſſionem omnia bona recuperat, & reſtitui debent omnia, quæ ſua erant, Concil. Trident. ſeſſ. 25.de regularib. cap.16. in fine, Valer de differ. int. utrumque for. verbo regularis, differ. 8. Tapia in authent. congreſſi, verbo ſua, c.14.nu.16. Pereyra in l. ſi curatorem habens verbo Implorare,à n.27.Carol.de Graſ.de effect.Clericat.effect. 4.ſub n.25.Venero in exam.Epiſc.c.16.nu.26.Gutt. Canonicar.lib.2.cap.1.nu. 102. in fine, cum ſeq. Menoch. de arbit.jud. caſu 436.nu.26.Gratian.diſcept.forenſ.cap. 96. à num.18.præcipuè, num.22.Coſta de retrotract.cap. 9.caſu 3.num.29.Baron.de citat.tom.3. ad prætermiſſa, fol.382. verſic. Et adverte, Azor. juſtit. mor.part.1.lib. 13.cap.9.quæſt.2. Tamburin. de jure Abbat.tom.3.diſp. 6.quæſt.10.num.8. Barboſa in authent. ingreſſi, numer. 7. C.de Sacroſanct.Eccleſ. et de jure Eccleſ.univerſ.libr.1. cap.42.n.177. et de poteſt.Epiſc.part.3.allegat.102. à n. 37. et in collect. ad Concil.Trident.ſeſſ. 24. de regularib. c.16. à n.48.Fontanell.dec.348.n.24. et deciſ.349. n. 13. part. 2.

Adverte ſextò,quod licèt in Regia ſententia in gra- 28
du ſupplicationis lata 13.Julii 1638. ad relationem Nobilis Philippi Vinyes in caſu Nobilis Franciſci de Argenſola, & Oeconomi Monaſterii Sancti Hieronymi Vallis de Ebron, pronuntiatum, & declaratum fuerit, quod filius, filiavè mortuis patre, & matre Religionem intrando cenſetur intraſſe ſine voluntate parentum, ſi viventes non declaraverint velle filium Religionem intrare. Tamen magis certum eſt,quod ſi parentibus defunctis, filius, filiavè ingreditur Religionem de conſenſu proximorum, non intrat, neque locum habet dictum Regium privilegium Domini Regis Jacobi Primi, ut advertunt Oliba de jure fiſci, c.7. n.40.Cancer.p.3.var.c.11.n.199. ſic fuit declaratum in Regia Audentia ad mei relationem 16. Novembris 1660.in cauſa Prioris, & Conventus Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Civitatis Barcinonæ & Joſephi Mirabell villæ de Blanes ex una, & Franciſcæ Puigvert, & March.Jalpi ex altera, Actuario Oriol, & Mercer, his verbis: *Quis tamen conſtat dictum Joſephum Puigvert mortuo Joanne Puigvert, et Manrreſſa patre ſuo ingreſſum fuiſſe ordinem Beatæ Mariæ de Monte Carmelo cum conſenſu, et voluntate Franciſci Purgvert et Manrreſſæ fratris ſui, et Joannis Pauli March. Jalp Medicinæ Doctoris alterius ex tutoribus, et curatoribus dicti Joſephi Purgvert, quo caſu non intrat privilegium Sereniſſi-*

mi Do-

*mi Domini Regis Jacobi Primi, cum illud ſolum intelligi debeat procedere, quando quis ingreditur ordinem Religionis, mortuis patre, et matre ſuis, ſine proximorum conſenſu, et voluntate, non autem cum illa, nec filius mortuis patre, et matre intrans ordinem cenſendus eſt intrare contra, nec ſecundum parentum voluntatem, cum mortuorum nulla ſit voluntas, ſed dicitur intrare præter voluntatem, qua data proximorum ceſſat diſpoſitio dicti Regii privilegii.*

29 Quæro ſecundò. An pater teneatur dotare Filiam, non ſolum pro matrimonio carnali. ſed etiam pro ſpirituali? Reſp. quod ſic, ut poſt alios docent Menoch. *lib. 4. præſumpt.* 189. *num.* 91. Sanchez *de matrim. lib. 4. diſput.* 26. *numer.* 7. *et* 8. Giurba *ad conſuet. Meſſanen. cap. 3. gloſ. 3. par. 1. n. 24.* Borrell. *in ſum. deciſ. tom. 2. de jure dotium, nu.* 102. Caſtill. *tom. 8. de alimentis, c. 36. §. 8. n. 5. 6. et 7. et §. 9. n.* 20. *et* 21. Guttier. *de matrimon. c.* 80. *n.* 10. Ciarlin. *contr. foren. c.* 193. *nu.* 20. Merlinus *de legitima, lib. 3. tit. 1. q. 11. num.* 6. *et* 15. Pet. Barboſa *in l. 11. p. 4. n. 27. in fine, ff. ſolut. matr.* Boſſius *de dote, c. 4. à num.* 152. Melius in addit. ad Caſtill. *de aliment. tom. 8. c. 36. §. 8. n.* 11. Cancer. *p. 3. var. c. 11. nu.* 211. Fontanella *de pact. nuptial. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 1. part. 1. à nu.* 57. *ad* 69.

30 Sed qualis, & quanta debeat eſſe iſta dos pro matrimonio ſpirituali? Tradunt. Franchis, *dec.* 44. Borrell. *in ſum. dec. tom. 2. tit. 4. de jure dotium à n.* 10. Ludov. *deciſ.* 63. *à n.* 1. & ibi Beltram. *n.* 25. Mantica *de tac. lib. 12. ſit.* 21. *n.* 30. Valaſ. *de privil. pauper. p. 1. q. 14. à n.* 19. Suelves *conſ.* 73. *n. 9. lib.* 1. Caſtillo *de aliment. tom. 8. cap. 36. §. 9. à n.* 22. Fontanella *de pac. nupt. to. 2. clauſ. 5. gl. 8. p. 1. à n.* 53. Boſſius *de dote, c. 4. à n.* 167.

31 Et an bona fideicommiſſo ſubjecta poſſint alienari pro dote conſtituenda filiæ, quæ vult Religionem ingredi, & Monialem effici? Reſp. quod ſit in ſubſidium aliis bonis liberis non exiſtentibus, Padilla *in authent. res quæ, num. 54. C. com. de legat.* Coſta *de remed. ſubſid. remed. 6. numer.* 1. Gomez *in l. 4. Tauri, num.* 87. *verſic. Septimo intellige*, Peregrinus *de fideicom. art. 42. num.* 57. Menochius, *lib. 5. præſumpt.* 189. *à num.* 90. Sanchez *de matrim. libr. 4. diſp. 26. numer.* 7. Riccius *collect.* 500. Cutel. *de donat. tom. 1. diſt. cur. 2. part. 11. num. 61. et ſeq.* Cenſal. ad Peregrin. *de fideicom. art. 42. verſic. Sexta ſit concluſio, fol.* 277. Gratian. *diſcep. foren. capit.* 533. *num.* 22. Mareſcot. *lib. 2. var. cap. 69. num.* 9. Giurba *ad conſuetud. Meſſanen. cap. 3. gloſ. 3. ſub num. 24. num. 52. in fine et gloſ. par. 1. n.* 17. Boſſius *de matrim. cap. 11. numer. 273. verſic. Sicut pro dote*, Hodierna *in l. hac edictali, quæſt. 10. numer.* 8. Gail. *lib. 2. obſer. 137. num.* 7. Fuſarius *de ſubſtit. qu. 531. nu.* 28. idem Boſſius *de dote, cap. 4. num. 155. et cap. 15. numer.* 115. Caſtillo *tom. 8. de aliment. c. 35. §. 8. à nu.* 1. ad 8. *ubi* Melius, Cancer. *p. 3. var. c. 11. n.* 213. Fontanella *de pact. nup. tom. 1. clauſ. 5. gloſ. 1. p. 2. n.* 65.

32 Quæro tertiò An legatum ſpeciale alicui certæ, & determinatæ puellæ relictum pro ea maritanda, ſeu dotanda, vel ut matrimonium contrahat, aut ut nubat, ſeu ſub conditione ſi nupſerit, aut maritabitur, ei debeatur, ſi Religionem ingrediatur? Reſp. quod ſic, §. *ſed, et hoc præſenti, in authent. de ſanctiſ. Epiſcop. authent. niſi rogati, C. ad Trebel.* Idque favore Religionis, quia præſumitur, quod teſtator, qui de nuptiis cogitavit, idem quoque fuiſſet diſpoſiturus, ſi cogitaſſet de ingreſſu Religionis, ita poſt antiquos repetentes, & conſulentes, Covar. *libr. 1. var. cap. 19. n. 10. verſic. Sed ſi alicui* Mantica *de conject. lib. 11. tit. 18. n.* 26. Guttier. *Canonicar. lib. 1. c. 32. nu. 10. et conſ. 26. num. 13. et de matrimon. cap. 27. nu.* 27. Menoch. *lib. 4. præſump.* 148. *à num. 8. et conſ. 555. à num. 7. lib. 6. et conſ. 1016. à num. 1. libr.* 11. Sanchez. *de matr. lib. 1. diſp. 33. num.* 29. Lara *anniver. lib. 1. cap. 21. nu.* 24. Craſſus, §. *legatum quæſt. 50. numer.* 13. Peregrin. *de fideicom. art. 28. num.* 74. Gratian. *diſcept. foren. cap. 533. numer. 19. et* 20. Cenedo *Canonicar. quæſt. 35. num.* 9. Giurba *ad conſuet. Meſſan. cap. 3. §. 4. part. 1. num. 49. et* 50. Azevedo *conſ. 16. per totum*, Caſtillo *controv. lib. 5. c. 89. à nu. 55. et to. 8. de aliment. c. 36. §.* 8. ubi Melius *in obſer. nu.* 12. Cenſal, ac Peregr. *de fideicom. art.* 37. *verſic. Nono obſervo, fol.* 250. Fagundez *de juſt. et jure, lib. 6. cap. 5. num.* 45. ubi ampliat, etiam ſi legatum ſit exiguum, ut non ſufficiat ad dotem integram Monaſterii, Barboſa *de poteſt. Epiſcop. p. 3. allegat. 88. nu.* 28. Galganet. *de cond. & demonſt. p. 1. c. 8. num. 36. & 39.* Layman *in theolog. mor. lib. 3. tract. 5. reſol. 10. nu.* 12. Bonacina *de contract. diſp. 3. qu. 2. punc. 4. numer. 10. verſic. Idem judicium*, Thoro *in compend. deciſ. part. 3. ſect. 2. verbo legatum dotis ſive pro maritagio, in princ. fol.* 23. Michalor. *de Fratrib. part. 3. cap. 6. à numer.* 15. Grilenzon. *conſ.* 164. *à n.* 8. Tuſchus *pract. concluſ. littera N. concluſ. 120. num. 9. & ſeq.* Martha *de ſucceſ. leg. part. 4. quæſt. 19. art. 3. n.* 1. Molina *de juſt. & jure tom. 1. tract. 2. diſp. 207. concluſ.* 1. Caſtr. Palaus *in oper. mor. par. 5. diſp. 1. punc. 10. num. 18. &* 20. Ricciard. *in §. non ſolum, nu. 12. de legat.* Maranta *reſpon. 1. num. 100. part.* 2. Laderch. *conſ. 152. num.* 3. Grovagnan *conſ. 50. num. 2. & conſ. 51. num. 14. 17. & 28. & conſ. 53. nu. 1. & conſ. 55. numer. 20. & conſ. 56. num. 4. 5. & 6. & conſ. 57. numer. 63. & 65.* Diana *reſol. mor. part. 5. tract. 14. miſcel. 2. reſol. 35. & in coordinat. part. 6. tract. 8. reſol.* 43. Boſſius *de matrim. cap. 11. §. 28. num.* 622. Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. to. §. cap. 8. dub. 21. ſect. 2. à num.* 1. Ciarlin. *controv. foren. cap. 218. à num. 6. part.* 2. Ybanez de Faria addit. ad Covar. *lib. 1. var. cap. 19. num.* 55. Surdus *conſ. 169. lib. 1. & conſ. 292. libr.* 2. Deciſum in Regno Neapolis teſtatur Capycius *deciſ.* 204. & in Regno Siciliæ Maſtrill. *deciſ. 153. lib.* 2. Intrigliol. *deciſ.* 30. & in Regno Aragonum Seſſe *deciſ.* 45. & in Sacra Congregatione Concilii in Piſaurien. 16. Auguſti 1616. referunt Barboſa *deciſ. Apoſtol. 446. num. 1. & in ſum. quæſtion. regul. verbo legat. in princ.* Lezana *in ſum. quæſtion. regul. verbo legatum, num. 16. to.* 4. ex noſtris Cancer. *par. 1. var. cap. 24. n. 21. & p. 3. cap. 11. nu.* 208. Ripoll. *in l. Titio centum. 71. num. 15. & 17. ff. de cond. & demonſt.* Fotanella *de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 1. part. 1. num. 59. & dicta clauſ. 5. gloſ. 3. part. 1. à numer. 62. & clauſul. 6. gloſ. 3. part. 6. à num.* 1.

Niſi aliter ex conjecturis appareat, quod teſtator 33
intellexit de matrimonio carnali, non autem de ſpirituali, nam tunc Religionem ingrediens non conſequitur legatum, quia ceſſat præſumptio voluntatis teſtatoris, ita Menoch. *conſ. 555. libr. 6. & conſ. 1016. num. 12. verſic. Non obſtant. lib. 11. tit. & præſumpt. 148. n. 16. lib.* 4. Mantica *de conject. lib. 11. tit. 18. nu.* 26. Guttier. *Canonicar. lib. 1. cap. 32. num. 19. & de matrim. Cap. 20. num.* 27. Lara *de anniver. lib. 1. cap. 21. nu.* 24. Maſtril. *deciſ. 153. num. 28. & 29. lib.* 2. Sanchez *de matrimon. lib. 1. diſp. 33. num. 30. & in decal. lib. 7. cap. 16. à numer.* 12. Lezana *in ſum. quæſt. regul. tom. 4. verbo legatum, num. 17. verſic. Limita tamen*, Covar. *in cap. 3. nu. 11. verſic. Sexto de teſtament.* Gratian. *diſcept. foren. cap. 533. num. 23. & 24.* Azevedo *conſ. 16. num.* 22. Lardech. *conſ.* 152. Seſſe *deciſ. 45. num. 30. ſignanter à n.* 47. Faber. *in C. titul. de fideicom. defin.* 25. Thoro *in compend. deciſ. part. 3. ſect. 2. verbo legatum dotis ſive pro maritagio, col. 2. in princ. fol.* 23. Ybanez de Faria in addit. ad Covar. *lib. 1. var. cap. 19. numer.* 56. Caſtillo *controver. tom. 5. capit. 90. à numer. 57. ad 63. & tom. 8. de aliment. capit. 36. §. 8. num.* 11. ubi Melius *in obſervat. num. 12. in fine*, firmat ex Boſſio *de matrimon. cap. 11. n.* 633. quod quando legatum eſſet relictum puellæ, ut nuberet determinatæ perſonæ, videtur teſtatorem intellexiſſe dumtaxat de nuptiis carnalibus, Fagundez *de juſt. & jure, lib. 6. cap. 5. num. 46. &* 48. Caſtr. Palaus *in oper. mor. part. 5. diſp. 1. punct. 10. num. 18. verſic. Secus erit*, Giurba *ad conſuet. Meſſanen. cap. 3. gloſ. 4. num. 23. in fine, & num. 47. part.* 51. Ciarlin. *controver. forenſ. cap. 218. numer. 47. part.* 2. Cancer. *part. 1. var. cap. 14. à nu. 13. & part. 3. cap. 11. n. 207. & cap. 20. num.* 381. Fontanella *de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 6. gloſ. 8. part. 1. num. 64. & 45. & clauſ. 6. gloſ. 3. p. 6. à num. 5. ad* 22. ubi tradit deciſionem noſtri Senatus ex voto majoris partis de anno 1608.

In qua quidem deciſione fuit tractatum de illa con- 34
jectura, quando teſtator in una parte teſtamenti legat diverſis puellis tam pro matrimonio carnali, quàm pro ingreſſu Religionis, & in alia parte teſtamenti legat cuidam puellæ ſimpliciter pro matrimonio, nam etiam in iſto caſu ultimo debetur legatum iſti puel-

læ, ſi religionem ingreſſa fuerit, Menoch. conſ.
555.num.4.5.6. et 11.lib.6. et præſump. 148. num. 16.
lib.4. Maſtrill.deciſ.135.num. 16. et 34. lib.2. Cancer
part.3.var.cap.20. à numer.377.Fontanella de pac.nup.
tom.2.clau.6.glo.3.par.6. à n.14. ad 25. Præterquam †
ſi per conjecturas appareat diverſam militare ra-
tionem, quare in uno caſu intellexit teſtator tàm
de matrimonio carnali, quàm ſpiriutali, & in alio
ſolùm de carnali, Cancer part. 3. cap. 20.numer.380.
Fontanella de pac. nup.tom.2.clau. 6. glo. 3.part.6.num.
18.verſi.Conſiderabant, et num.19. verſi. Nec viſum.
Ut puta † ſi legatum eſſet magnum, non debetur in-
gredienti Religionem, niſi pro ea ſumma dari ſolita
Religionem ingredientibus, Cancer p. 3. var.c.20.n.
383.videndus Michalor. de fratrib.par.3.ca. 6. à num.
28. cum tribus ſequent. legatum enim magnum non
præſumitur relictum favore piæ cauſæ, Cancer.part. 3.
cap.20.nu.384. et 398.Fontanella de pac. nup. tom. 2.
clau.glo.3.par.6.num. 19. Barboſa de jure Eccleſ.univer.
lib.3.c.27. n. 10. in fine, verſi. Et hoc.

36 Sed utrum legatum generaliter relictum pro virgi-
nibus maritandis, conſequatur illud puella, quæ Re-
ligionem ingreditur; Multi affirmant, quod execu-
tores teſtamenti poſſunt legatum pro virginibus mari-
tandis generaliter relictum applicare virgini Religio-
nem profitenti, quia ratio diverſitatis reddi non po-
teſt, quare magis debeatur legatum virgini Religio-
nem ingredienti, quando certæ, & determinatæ per-
ſonæ legatum relictum fuit, quàm ubi non nominatis,
nec deſignatis certis perſonis generaliter factum eſt,
ſic pulchrè Nata conſ. 296. num. 1. et 4. lib. 2. perbellè
Pariſi. conſ.26.num.36.lib.4.Boer.deciſ.3. num. 14. Sur-
dus de aliment.tit.1.quæſt.93.numer.36. Riccius collect.
769.verſ. ſexto, Pontius de matrimon. lib.3.cap.7.nu.
11. Diana reſol.mor.par.5.tract. 12.reſol. 52. et in coor-
dinat.par.6.tract.8.reſol. 43. Villalobos in ſum. tom. 2.
tract.20.dif.9.num.5. et tract.30.dif.30.num. 11. et 12.
Maſtrill. deciſ.163. à num.1. lib. 2. Thom. del Bene de
immun.Eccleſ.tom.1.cap.8.dub.21.ſect.2.numer. 4. et 5.
Cenſal. ad Peregrin. de fideicom.art.37.verſi. Nec ob-
ſtat, cum ſeq.fol. 250. abundè Boſſius de matrimo. cap.
11.numer. 638. et 639. Genuen. in pract. Eccleſ. qu.
388. à numer.3. Cancer part. 3. var. cap. 11. à numer.
204. cum ſeq. ac quem ſe refert Fontanella de pac.nup.
tom.2.clau.5.glo.8.par.1.num. 63. idem Fontanella de-
ciſ.130. à num.1.ad 12.part.1. Azevedo conſ.16. à num.
21.Ludoviſ.deciſ.311.tota, Ripoll. in l. Titio centum
71.num.17.ff. de condit. et demonſt. Caſtillo. controver.
tom.5.cap.90.in addit. et tom.8.de aliment.cap. 36. §. 8.
à numer. 12.ad 17. Mellius in obſer. ad Caſtillo de ali-
ment.tom.8.cap.7. n. 18. Ciarlin. contro. foren. cap.218.
toto par. 2.

37 Multi alii negant, quia voluntas teſtatoris poteſt
impleri in forma ſpecifica in aliis virginibus, quæ ma-
ritos carnales recipiunt, ita Bald. authent.niſi rogati,
numer.11.C.ad Trebellian. Felin. in cap.Eccleſia San-
ctæ Mariæ, num.79.de conſtit. Mantica de conject.lib.8.
tit.5.num.22. et lib.23.tit.23.num.5. Baeca de non me-
liorand.dotib.cap.14.num. 29. Gutierrez conſ.26.numer.
13. et Canonicar.lib.1.quæſt.32.numer. 20. et de matri-
mon.cap.20.num.20. Sanchez de matrimon. libr. 1.diſp.
33.n.31. et 32. Seſſe deciſ.45.numer.33. Valaſc.allegat.
52.num.7. et ſeq. Mangil. de imputat.cap.10. quæſt. La-
ra de anniver.lib.1.cap.21.numer. 26.Cenedo practicar.
33.numer.11. Giurba ad conſuet. Meſſanen. capit. 2.glo.
12.part.numer.93. et 40. et capit.3.glo. 4. part.1.numer.
48.Caſtillo tom.5.controverſ.cap.90. num. 65. etſi ab ea
receſſerit, Stayban. junior. reſol. 37. Spinus in ſpecu.
teſtam. gloſ.10. nu.24. Raudenſis, deciſ. Piſana 34. à
num.13.Ybanez de Faria in addit. ad Covar. lib.1.var.
cap. 19. numer. 59. Covar. in cap. 3. numer. 11. verſic.
Sexto de teſtament. Bonacina de contract.diſp. 3. quæſt.
5.punc.4.nu.10.verſic.Sed oppoſitum, et quæſt. ult.part.
ult.num.19.Trullench. in decal.tom. 2.lib.7.cap.36.dub.
9.num.24.Menoch. lib.4.præſumpt.189.numer. 45. Ca-
val er. deciſ.402.num.6. et deciſ.417.num.2.et 4.Melius
in obſervat. ad Caſtillo tom.8. de aliment. cap.36. §. 8.
n.13. et 14. Facundez de juſt. et jure,lib.6.cap. 5.numer.
44.Caſt.Palaus in oper.mor.part.5.diſp. 1.punc.10.num.
17. et 18. verſi. At ſi legatum, et num. 20. Barboſa de
poteſt Epiſ.par.3.allegat.83.num.35. et in reportor.ver-
bo legatum ſi relinquatur, fol. 209. Lezana in ſum. qu.
regul.tom.4. verbo legatum, num. 18. niſi aliud conſtet
de voluntate teſtatoris, Cancer. par. 3.var.cap.11.nu.
207.

Opinio autem affirmativa primo loco relata nu. 36. 38
tanto magis procedit, & opinio negativa ſecundo lo-
co relata numer. 37. limitatur, quando legatum reli-
ctum eſſet ad matrimonio collocandas teſtatoris filias,
Decian.conſ.5.num.8.lib.3.Cancer.part.3.var. cap. 11.
numer.211 Seu ad † collocandas matrimonio teſtato- 39
ris neptes, Sanchez de matrimon. lib.diſp.33.num.32.
verſi. Hoc tamen fatendum eſt, Gutier. de matrimon.
cap.20.numer.27. verſi. Secundum, Giurba ad conſuet.
Meſſanen.cap.3.glo.4.num.56.Caſtillo to. 8. de aliment.
cap.36.§. 8. num. 15. verſ. Procedet in fine, Cancer p.
3.var.cap.11. numer. 212. Vel ad collocandas † matri-
monio filias fratris, aut ſororis, ſeu alterius conſan-
guinei teſtatoris, nam in iis caſibus, & quolibet eo-
rum tale legatum generaliter relictum pro virginibus
maritandis debetur ingredienti Religionem, propter
præſumptam teſtatoris affectionem erga ſanguine con- 40
junctos, ut plenius, & latius hujuſmodi legatum inter-
pretetur, argumento l. Aurelius, §. Titius teſtamento
facto, ibi: Præſumptionem enim propter naturalem af-
fectum facit omnia patri videri conceſſa, ff. de liber. le-
gat. ſic Natta conſ.296.num.6.lib.1. Maſtrill.deciſ.153.
num.5.libr. 2. Mantica de conject.ult.volunt. lib.8.tit.5.
num.22.in fine, Sanchez de matrimon.lib.1.diſp.33.nu.
32.verſic. Hoc tamen fatendum eſt, Guttier. de matri-
monio,cap.20.numer.27.verſic.Secundum, Caſtillo con-
trover.lib. 5. cap. 90. numer. 58. et tom. 8. de aliment.
cap.36.§.8.numer.10. et à numer. 15. verſic. Procedet,
et verſic.Et in hujus, Lara de anniver.lib.1. cap. 21.nu.
26. verſic. Et ſic, etſi ipſe videatur contrarium ſenti-
re, n.30.Caſtr.Palaus in oper.moral. part.5.diſp.1.punc.
10.num.19. Giurba ad conſuetud.Meſſanen. cap. 3.gloſ.
4.part.1. nu. 52. Ybannez de Faria in addit. ad Covar.
lib.1.var.cap.19.numer.59. in fine. Idemque † quando
legatum eſſe factum ad matrimonio collocandas filias
amici teſtatoris, vel cujuslibet conjunctæ perſonæ,
nam etiam illud debetur ingredienti Religionem, ar-
gumento l. quidam relegatus, num. 6. Ibi: Et ſi cum
hæres, vel legatarius, ſed alius ex amicis, ff. de reb.
dub. ſic ex traditis per Manticam de conjectur. lib.8.tit.
5.n.22.in fine, docet Lara de anniverſar.lib.1.cap. 21.
n. 27. ad divum.

Sed Cancer poſtquam par.3.var.ca.11.n. 211. dixit, 42
quod ſi tale legatum ſit factum à patre, minus habet
difficultatis negotium, & poſtquam, nu. 212. dixit,
idem ſi ab avo ſit factum neptibus, inquit dicto n.212.
pro contraria parte fuiſſe judicatum die 3. Decembris
160. referente eruditiſſimo Senatore Jacobo Pineda in
cauſa Dominæ Raphaelæ de Joſa, contra quoſdam ma-
numiſſores, Actuario Paulo Daroca. Sed ego volui
videre iſtam declarationem, & illam requiſivi in Re-
gio archivio, ſed eam invenire non potui, nedum in
libro anni 1602. Sed nec in libris annorum 1601. &
1603.

Addunt tamen aliqui, quod ſi legatum non pro vir-
ginibus conſanguineis, aut pauperibus maritandis,
ſed pro dote, aut ſubſidio dotis relictum ſit conſangui-
neis, aut virginibus pauperibus, tunc debetur non
modò carnaliter nubentibus, ſed etiam Religionem
ingredientibus, ſic poſt Natam, & Manticam cita-
tos, n.40. obſervavit Azedo conſ.60.n.29.et 30. quos ci-
tat C nedo practicar.c.35.nu. 11. & eos refert Caſtillo
tom.8.de aliment. c.36.§.8.n.16.

Quæro quartò An legatum uxori à viro relictum, 44
ſi caſtè,& honeſtè vixerit,illud vidua conſequatur Re-
ligionem ingrediens? Reſp.quod ſic, & in hoc nulla
eſt dubitatio,quia hæc conditio magis in ſanctimonia-
libus, quàm in aliis verificatur, ita Fontanella de pac.
nupt.tom.2.clauſ.6.gl.3.p.6.n. 34. alios addit. Thoro in
compen.deciſ.p.3.ſect.2.verbo legatum dotis,ſive pro ma-
ritagio, col.3.poſt. prin. fol.23.

Sed quid ſi legatum uxori à viro relictum ſit, nedum 45
ſi caſtè, & honeſtè vixerit, ſed etiam eo addito, ſi vi-

tam

tam vidualem ſervaverit, aut vidualiter vixerit, an vidua Religionem ingrediens illud conſequatur? Reſp. quod ſic, quia licet ſpiritualiter contrahat, tamen conſiderato matrimonio carnali, dicitur vidualiter vivere, non enim ceſſat vidualitas per id ſpirituale matrimonium cum Chriſto, imò magis, & plenius ſatisfit voluntati, & intentioni teſtatoris, argumento authent. cui relictum, in prin. C. de indicta viduitate tollenda, ſic Bald. in l. Deo nobis, n. 9. C. de Epiſ. & Cler. Alexand. Jaſon, Cremen. Paul. de Montipico, & Alciat. quos citat Mantica de conject. ultimar. volun. lib. 11. tit. 19. n. 16. verſic. Unde puto, cum ſeq. plures alios addunt Sanchez de matrimon. lib. 7. diſp. 91. n. 46. & in decal. lib. 7. cap. 26. num. 4. Lezana in ſum. quæſt. regul. tom. 4. verbo legatum, num. 18. verſic. Illud certius, & reprobatis contrariis latè Fermoſin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, q. 32. à numer. 25. ad 42. de conſtitut. quibus addendi ſunt Lara de anniver. lib. 1. cap. 21. num. 24. in fine, Galganet. de cond. & demonſtrat. part. 1. cap. 11. nu. 11. Caſt. Palaus in oper. mor. part. 5. diſp. 4. punc. 13. §. 7. numer. 24. Diana reſol. mor. part. 2. tract. 16. miſcel. 2. reſol. 50. alias 51. & part. 10. tract. 13. miſcellan. 3. reſol. 9. & in coordinat. part. 6. tract. 8. reſol. 44. nu. 2. & reſol. 45. num. 3. Marquilles in uſat. vidua, fol. 372. col. 1. ibi: Sed quid ſi per virum, Fontanella de pac. nup. tom. 2. clau. 6. glo. 3. part. 6. n. 35. Niſi teſtator † expreſsè caviſ-
46 ſet, quod relinquebat legatum viduæ viventi in ſeculo, nec in Monaſterio, ita declarat Fermoſin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 32. numer. 41. de conſtit.

47 Sed utrum quando legatum uxori à viro, relinquitur, nedum ſi caſtè, & honeſtè vixerit, ac vitam vidualem ſervaverit, ſed etiam eo addito, ſi nomen mariti ſervaverit, an illud debeatur viduæ Religionem ingredienti? Reſp. quod ſic, ita Senatus ad mei relationem in favorem Prioriſſæ, & Conventus Monialium Carmelitarum Diſcalceatarum Civitatis Barcinonæ, contra Eraſmum Delana, & Fontanei Domicellum in eadem Civitate domiciliatum 12. Maji 1665. Actuario Vila, & Margari. Quam omnino rogo videndam, quia notabilis eſt, & ex ea confirmantur tradita, n. 44. 45. 46. & 47.

48 An autem uſusfructus uxori relictus finiatur per ejus ingreſſum Religionis? Reſp. quod non, ſed donec uxor relicta uſufructuaria vixerit, Monaſterio acquiritur, ſi eſt capax bonorum in communi, ut deciſum fuit in deciſione relata nu. 47. ſic poſt antiquos docent Pereyra in l. ſi curatorem habens, verbo læſis, num. 142. verſi. Imò, & in omni uſufructuario, Corar. in cap. 2. nu. 8. de teſtament. Guttier. Canonic. lib. 2. cap. 1. n. 92. Tapia in authent. ingreſſi verbo ſua, cap. 17. à nu. 1. Cevallos com. cont. com. quæſt. 64. n. 1. Gomez in l. 40. Tauri, numer. 26. & in l. 48. Tauri numer. 8. in prin. Spinus in ſpec. teſt. glo. 4. nu. 16. Galganet. de condit. & demonſtrat. part. 1. quæſt. 11. numer. 18. Valaſc. tom. 1. allegat. quæſt. 29. numer. 13. de legat. Martha de juriſdict. part. 3. caſu 81. à numer. 4. Tuſchus pract. concluſ. littera, M. conclu. 393. num. 7. 8. 9. & 23. concl. 394. num. 8. Seſſe deciſ. 45. numer. 46. Farinac. frag. crim. part. 2. littera, M. numer. 364. Cirocchus diſcep. 46. numer. 29. Fermoſin. in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 32. numer. 35. de conſtitut. Maſtrill. deciſ. 153. numer. 26. & 27. lib. 2. Sanchez in oper. mor. tom. 2. lib. 7. cap. 13. numer. 48. Caſtillo lib. 1. de uſufruc. cap. 64. num. 3. & lib. 3. controv. capit. 12. numer. 9. & lib. 6. cap. 162. num. 9. Portoles ad Molin. §. vidua, num. 13. Molina de juſt. & jure, tom. 1. diſp. 9. circa finem, Suar. de Religione, tom. 3. libr. 8. cap. 13. Caſt. Palaus in oper. mor. part. 3. tract. 16. diſp. 3. punc. 4. §. 1. à numer. 1. fol. 275. Barboſa in authent. ingreſſi, numer. 41. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Boſſius de patr. poteſt. cap. 2. nu. 41. Ferrer. in conſtit. hac noſtra temp. 3. decl. 12. à numer. 56.

49 Qui quidem Doctores tractant quæſtionem illam. An pater privetur uſufructu bonorum adventitiorum filii ingredientis Religionem? Communiter reſolvunt, quod non, imò dicunt, quod remanet uſusfructus pænes patrem ipſius vita durante, ut docent Doctores citati, num. 48. Pereyra n. 143. Valaſc. num. 8. Gomez num. 7. in fine, Sanchez nu. 39. Barboſa numer. 41. verſi. Et quod pater, Caſtillo cap. 65. numer. 1. Boſſius num. 38. & 39. et cap. 5. nu. 124. Pinel. in l. 1. par. 45. et 46. C. de bonis mater. Boer. deciſ. 172. num. 34. Paſchal. de pat. poteſt. part. 1. cap. 3. n. 35. Fermoſin. in cap. in præſentia, quæſt. 5. num. 20. de probat. Azevedo l. 1. numer. 45. tit. 8. libr. 5. recopil. ubi Matienco glo. 3. nu. 20. Cavalcan. de uſufructu. numer. 180. Covar. in cap. quia nos, num. 2. de teſtament. Gutier. in §. ſui, num. 25. de hæred. qualit. et differ. Giurba ad conſuet. Meſſanen. cap. 7. gl. 2. par. 1. n. 2. Sicut nec pater privatur uſufructu ſibi antea acquiſito in bonis adventitiis, filiis effectis Clericis, Pinel. in l. 1. p. 1. nu. 43. C. de bon. mater. Gomez in l. 48. Tauri, nu. 7. Paſchal. de poteſt. par. 1. cap. 3. n. 6. et 34. Guttier. lib. 2. Canonicar. cap. 40. num. 4. Mieres de majorat. part. 2. quæſt. 1. nu. 45. Covar. in cap. quia nos, num. 2. de teſtament. Sanchez in oper. mor. tom. 2. lib. 7. cap. 13. num. 26. Cirocchus diſcept. 46. num. 29. Barboſa in l. Sacroſanctæ. 32. & in authent. Presbyteros la 1. num. 7. C. de Epiſc. & Cler. Boſſius de pat. poteſt. cap. 5. num. 175. & 276. et antea cap. 2. à num. 28. Giurba ad conſuet. Meſſanen. cap. 6. gl. 2. part. 1. numer. 4. Tractant † etiam aliam quæſtionem difficilem. An pater effectus Monachus Religionis capacis bonorum in communi amittat uſumfructum, quem habebat in bonis filii, vel potius uſusfructus tranſeat in Monaſterium? Doctores ſunt diſcordes, videndi tamen ſunt Gomez in l. 47. Tauri, num. 8. Covar. in cap. 2. n. 1. de teſtament. Pinel. in l. 1. p. 2. num. 49. et 50. C. de bon. mater. Pereyra in l. ſi curatorem habens, verbo læſis, n. 150. Spinus in ſpecu. teſta. gl. rub. 4. n. 16. Gutier. Canonicar. lib. 2. cap. 1. à n. 97. Michalor. de fratrib. par. 1. cap. 3. n. 31. Gratian. diſcep. foren. cap. 713. nu. 46. Urſellius conſult. foren. capit. 41. ſub num. 14. Suar. de Religione, tom. 3. lib. 8. cap. 13. n. 5. Caſt. Palaus in oper. mor. par. 3. tract. 16. diſp. 3. punc. 4. §. 1. num. 6. fol. 276. Cavalcan. de uſufruc. num. 241. Tapia in authent. ingreſſi, verbo ſua, cap. 17. numer. 7. Cevallos com. cont. com. quæſt. 64. Mieres de majorat. part. 1. qu. 3. num. 14. Caſtillo de uſufruct. cap. 64. à numer. 5. Fachineus contro. jur. lib. 6. capit. 12. Fermoſin. in capit. in præſentia, quæſt. 4. à numer. 1. et quæſt. 5. num. 19. de probat. Sanchez in oper. mor. tom. 2. lib. 7. cap. 13. à n. 68. Barboſa in can. ſi quæ mulier. 8. num. 13. et 14. cauſ. 19. quæſt. 3. et in authent. ingreſſi, n. 42. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Portoles ad Molin. §. vidua, n. 14. Boſſius de pat. poteſt. cap. 2. à n. 40. et cap. 5. nu. 125. Ferrer in conſtit. hac noſtra temp. 2. declar. 12. à n. 56.

Quæro quintò. An legatum pro dote alicui puellæ relictum, ſi ipſa ingrediatur Religionem, ut illud debeatur, neceſſarium ſit, quod Monaſterio acquiratur, an verò poſſit puella, quæ efficitur Monialis, in totum, vel in partem alteri cedere, ſeu in alium transferre? Reſp. quod tale legatum ita demum debetur, ſi illud Monaſterio quæratur, ita ut non poſſit puella in totum, vel in partem cedere, ſeu in alium transferre, ita Rota, apud Farinac. deciſ. recent. 428. num. 1. et per totam, par. 2. Giovagnan. conſ. 67. n. 61. et 62. Michalor. de fratrib. par. 3. cap. 6. nu. 22. Ciarlin. contr. foren. cap. 218. num. 12. part. 2. Fontanella de pac. nup. tom. 2. clau. 6. gl. 3. part. 6. n. 36. Iſte caſus ſucceſſit diſputandus in Regia Audientia Cathaloniæ in cauſa Sororum Annæ Clementiæ, & Elenæ Mauritiæ Corts Monialium Monaſterii Beatæ Mariæ de Petris Albis, Ordinis Divi Franciſci territorii Barcinonæ ex perſona Cæciliæ Corts Monialis Ordinis Carmelitarum Deſcalceatarum ejuſdem civitatis ex una, & Franciſci, & Roſæ Alos conjugum Civium dictæ Civitatis ex altera, & in prima inſtantia in Aula Regentis Cancellariam cum tribus votis, duobus diſcordantibus, ad relationem Nobilis Raphaelis de Viloſa Regii Conſiliarii poſtea Regentis Cancellariam in S. S. R. Coronæ Aragonum Conſilio 14. Julii 1659. fuit pro ceſſione judicatum. Sed ducta cauſa in gradu ſupplicationis ad Aulam Reverendi Cancellarii ad relationem Magnifici Michaelis Alegre, Presbyteri, Regii Senatoris 15. Octobris 1660. fuit prima ſententia revocata, & contra ceſſionem declaratum, & dictis Sororibus Corts Monialibus dicti Monaſterii de Petris Albis impoſitum ſilentiū. Verum propter diſcordiam duarum Aularū fuit

dicta cauſa ſupplicationis ad Aulam Regiæ Audientiæ, in qua ad relationem Magnifici Ludovici Ferrer Regii Conſiliarii 12. Julii 1463. fuit confirmata ſententia lata in Aula Reverendi Cancellarii, referente Magnifico Michaele Alegre, Notario Joſepho Ferrer.

52 Quæro ſextò, & ultimo, An legatum, ſi puellæ relictum fuerit de mille, ſi nupſerit, & de centum ſi Religionem ingrediatur, ſi Religionem ingreſſa fuerit, mille, vel centum debeantur? Bartol. inquam *in l.fin. numer. 1. ff. de iis, quæ pœnæ nomine relinquuntur*, tenet, quod debentur mille favore Religionis, Baldus verò *in authent. niſi rogati num.11. C. ad trebel. & in l. Deo nobis, num.1. C. de Epiſcop. & Cleric.* tenet, quod tantum debentur centum propter voluntatem expreſſam teſtatoris. Videndi tamen ſunt poſt antiquos repetentes Riminald. *conſ.85.lib.1.* Roland. *conſ.35.lib.3.* Prætis *conſ.72. libr. 1.* Hondedeus *conſ.62. libr. 1.* Gabriel. *com. concl. lib.4. de legat. concl. 2.* Mantica *de conject. lib.11. tit. 18. à n. 27. ad 36.* Craſſus *§. legatum qu. 50. numer. 12.* Peregrin. *de fideicom. art. 28. num. 73.* Martha *de juriſdic. par.4. cap.60.* Lara *de anniver. l. 1. cap.21. n.25.* Menochius *conſ.169. num.3. & 18. lib.2. & præſump.83. n.4. & 26. lib.4.* Guttier. *Canonicar. lib.1. c. 32. n.15.16.58. & 59. & de matrim. cap.32. num.15.* Oſaſcus *deciſ.126. n.6. & 12.* Rodriguez *quæſt. regular. 127. art.1.* Maſtril. *deciſ.153. n.9.10. & 11. lib.11. lib.2.* Coſta *in l. cum tale §. ſi arbitratu, ampliat.11. num.1. 5. ff. de cond. & demonſt.* Menchaca *de ſucceſ. creat. libr. 3. cap.11. n.126.* Theſaurus *quæſt. foren. 60. lib. 1.* Covar. *lib.1. var. cap. 19. num. 9. & 10.* ubi Ybannez de Faria *à num.48. ad 53.* Cevallos *com. cont. com. quæſt. 241.* Zerola *in praxi Epiſc. part.1. verbo legatum §. 4.* Spinus *in ſpec. teſt. gl. 14. num. 110. verſi. Hoc etiam, cum 4. ſeq.* Intrigliol. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 62.* Fuſari, *de ſubſtit. quæſt.429. numer. 23. & 26.* Seſſe *deciſ. 45. num. 25.* Genuen. *pract. Eccleſ. capit. 150.* Cenedo *collect. ad decretal. 111. numer. 2. & pract. cap. 35.* Baeca *de non meliorand. dotib. cap. 14. numer. 22.* Ruſticis *in l. cum avus lib. 5. capit. 1. à numer. 38.* Borrell. *in deciſ. tom. 2. tit. 4. de jure dotium à numer. 117.* Ripoll. *in leg. Titio centum 71. numer. 20. ff. de cond. & demonſt.* Molina *de juſt. & jure tom. 1. tract.2. diſp. 207.* Sanchez *de matrimon. lib.1. diſp.34. numer. 12. & 13.* Grilenzon. *conſ.164. numer. 11.* Capycius *deciſ. 204.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. in prælud. numer. 404.* Azevedo *conſ.16. num. 23. & 24.* Fachineus *controver. jur. lib. 5. cap. 54.* Giurba *ad conſuet. Meſſanen. cap.3. gl.4. part. 1. à numer. 18.* Ludoviſ. *deciſ. 63. numer. 24.* ubi Beltramin. *numer. 26.* idem Ludoviſ. *deciſ. 301. à numer. 7.* Caſtillo *controver. tom.4. cap.90. numer.66. & tom.8. de aliment. cap. 36. §.9. à num. 1. ad 20.* ubi Melius *in obſer. à num. 1.* idem Melius ad Caſtillo *de aliment. tom.8. cap.7. numer.19. & 20.* Fagundez *de juſt. & jure, lib.1. cap.8. num.10.11. & 19. & lib.6. cap.5. à num. 24. ad 27.* Ambroſin. *deciſ.30. part.2.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. part. 3. allegat.83. num.28. & de jure Eccleſ. un. libr.3. cap. 27. num. 109. in repertor. pract. concl. verbo legatum relictum, fol. 209.* Thoro *de privileg. piæ cauſæ, privileg. 242. & in compend. deciſ. part. 3. ſect. 2. verbo legatum factum à patre, fol. 19.* Capiblanc. *de Baronibus, tom.2. frag.9. cap.6. num. 13.* Valero *de differen. inter utrumque forum, verbo teſtamentum, differ.10.* Barcina *de reſtitut. diſp. 3. quæſt.1. punc. 4. num.10.* Diana *reſol. moral. part.1. tract. 2. reſol.124. alias 125. & part.2. tract.16. miſcel. 2. reſol.50. alias 52. & part.7. tract. 6. reſol. 32. alias 33. §. 6. & in coordinat. par.6. tract.8. reſol.41. §.6. & reſol.44. §. 5. & par.9. tract.2. reſol.220. in fine,* Tuſchus *pract. concl. littera, M. concl.220. num. 29.* Boſſius *de matrimon. num.697.* Layman. *in theolog. moral. lib. 3. tract.5. cap.10. n.12.* Trullench. *in decal. tom. 2. lib. 7. cap. 16. dubit. 9. numer.23.* Galganet. *de condit. & demonſt. par. 1. cap. 8. à num. 45.* Giovagnan. *conſ. 56. numer. 33. & 45. lib.1.* Merlinus *de legitima, lib. 3. tit.1. quæſt.11. numer. 7. & 8.* Michalor. *de fratrib. par. 3. cap. 6. à numer.1. ad 15.* Paſqualigus *quæſt.245. num. 4.* Cenſal. ad Peregrin. *de fideicom. art.37. obſer.9. numer. 256.* Rota *deciſ.480. par.2. & deciſ.398. part.4. recent.* Cirocchus *diſcept.56. numer.34. & 35.* Villalobos *in ſum. tom.2. tract. 30. dif. 30. numer.7.* Ciarlin. *controv. foren. cap.218. num.5.45. 146. lib.2.* Fermoſin. *in cap. in præſentia, quæſt. 19. num. 3. & 4. de probat.* Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.1. cap.8. dub.21. ſect.3.* Cancer. *part. 1. var. cap.24. num.20. & 21.* Fontanella *de pact. nup. tom.1. clau.4. gl.1. num. 35. & tom. 2. clau.5. gloſ.1. part. 2. numer. 65. in fine, & numer. 46.* Naldus *in ſum. verbo legatum num.43.* Lezana *in ſum. quæſt. regular. tom.4. verbo legatum, num.17.*

Quam tamen reſolutionem aliqui intelligunt procedere, quando conſanguineus, aut extraneus, vel quilibet alius in cujus bonis non eſt debita legitima, legatum reliquerit, mille ſcilicet ſi nupſerit, & centum ſi Religionem ingrediatur, nam dicunt ex veriori, & communiori opinione, quod puellæ Religionem ingredienti tantùm centum, & non mille debentur, Caſtillo *tom.8. de aliment. cap.36. §. à num.8. ad 15.* Si autem pater, mater, vel aſcendens filiæ, aut deſcendenti, cui legitima debetur, legatum reliquerit, mille ſcilicet ſi nupſerit, & centum ſi Religionem ingrediatur, tunc etiam ex veriori, & communiori opinione dicunt, quod tali filiæ, aut deſcendenti Religionem intranti, jure egati centum, & non mille debentur; alio vero jure, atque ex diſpoſitione legis, ſi legatum ſit minus quàm legitima, non modo mille, ſed integram ſummam legitimæ ipſa filia intrans Religionem conſequitur, ut advertunt Baeza *de non meliorand. dotib. cap. 14. n.24.* Cenedo *pract. quæſt. 15. n.11. in fine,* Theſaur. *quæſt. foren.60. n.8. lib.1.* Giurba *ad conſuet. Meſſanen. c. 3. gl.4. part.1. num.33.* Caſtillo *controv. tom.5. cap.90. nu. 66. in fine, & latè tom.8. de aliment. cap.36. §.9. à num. 15. ad 19.* 53

Sed an hæc declaratio procedat in Civitate Barcinonæ, & obſtet privilegium Domini Regis Jacobi Primi Civitati Barcinonæ conceſſum 4. Kalendas Maji 1269. quod eſt cap. unic. tit. *del, qui entren en religioſus voluntat, de ſos pares,* in Secundo volumine Conſtitutionum, *vide quæ dixi à n.17. cum multis ſeq.*

---

*ARGUMENTUM.*

## An Clericus in Sacris Ordinibus conſtitutus gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque ſit apud Judicem Eccleſiaſticum.

*SUMMARIUM.*

1 *Ordines in Eccleſia ſecundùm Theologos, ſunt ſeptem, & ſecundùm Canoniſtas novem, & quomodo nominentur.*

2 *Tonſura non eſt propriè ordo, ſed impropriè, id eſt præparatio, ſeu diſpoſitio ad ordines.*

3 *Epiſcopatus non eſt ordo.*

4 *Ordines quatuor ſunt minores, & reliqui tres ſacri, & majores dicuntur.*

5 *Ordo Subdiaconatus in primitiva Eccleſia inter ſacros non numerabatur, n. 5. Sed hodie numeratur inter Ordines ſacros, n.6. ſed quo tempore cæpit numerari inter Ordines ſacros, n.7.*

8 *Clericus in ſacris Ordinibus conſtitutus gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque eſt coram Judice Eccleſiaſtico, n.8. tam in civilibus, quàm in criminalibus, n. 9. etiam ſi non incedat in habitu, & tonſura, n.10.*

11 *Clerici gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, convenirique debent coram Judice Eccleſiaſtico in omnibus, & quibuſcumque cauſis, tam ſpiritualibus quàm temporalibus, tam civilibus, quàm criminalibus, ita ut quacumque de re, & quocumque modo nullatenus trahi poſſunt apud Judicem ſecularem, etiam ſi Judex ſæcularis ſit Rex, vel Imperator, nec ab eo judicari poſſunt.*

12 *Clericorum appellatione largè ſumendo, & in materia favorabili veniant omnes Clerici in ſacris, & in minoribus Ordinibus conſtituti.*

13 *Subdiaconus, qui in vim diſpenſationis Apoſtolicæ cum*

*cæ cum*

*cæ cum vidua matrimonium contraxit, de jure gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici.*

14 *Clerici an ſint exempti à poteſtate Judicis ſæcularis jure Divino, canonico, aut civili.*

15 *Clerici quilibet, ſive Epiſcopi, & quicumque alii Prælati de ſuis propriis, & patrimonialibus bonis, aut aliunde ex induſtria, ſeu artificio, non autem contemplatione Eccleſiæ licitè acquiſitis poſſunt per contractum, ſeu ultimam voluntatem pro libito liberè diſponere, n.15.niſi Epiſcopi, aut alii Prælati Monachi fuerint, n.ib.*

17 *Clerici ſivè particulares, ſivè Epiſcopi ſint, de bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis de jure teſtari non poſſunt, n.17.niſi de licentia Papæ, n.18.ſed in Regnis Caſtellæ, Luſitaniæ, Aragonum, Valentiæ, & Principatus Cathaloniæ, Galliæ, Burgundiæ, & aliis de conſuetudine immemoriali Clerici ſæculares Epiſcopis inferiores poſſunt pro libito liberè teſtari de fructibus, & redditibus beneficiorum, & de bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis, nu.19.etiam ſine Summi Pontificis licentia, num.20.non ſolùm quando teſtantur in pios uſus, n.21.ſed etiam in uſus profanos, n.22.nedum, in foro exteriori, n.23.ſed etiam in foro interiori conſcientiæ, num.24.hujuſmodique conſuetudo valida eſt, n.25. & ſecundùm eam jus redditur, num,26.*

27 *Epiſcopi de fructibus ſuorum Epiſcopatuum teſtari non poſſunt, etiam ad pias cauſas, niſi habeant licentiam teſtandi à Summo Pontifice.*

28 *Epiſcopi bona an ſint patrimonialia, vel intuitu Eccleſiæ acquiſita.*

29 *Epiſcopus tempore ſuæ promotionis debet facere ſolemne inventarium illarum rerum, quas ipſe ex patrimonio, vel alio titulo acquiſivit, ut omni tempore de eis conſtet, & liberè de eis teſtari, & diſponere poſſit.*

30 *Clericis ſæcularibus inferioribus Epiſcopis ab inteſtato decedentibus in bonis patrimonialibus, aut induſtria ſua acquiſitis ſuccedunt conſanguinei, qui de jure civili eſſent ab inteſtato ſucceſſuri, n. 30. deficientibus verò conſanguineis ſuccedit Eccleſia, cui ſerviunt, n.31.niſi ſint Clerici conjugati, nam deficientibus conſanguineis, eorum uxores in bonis illorum præferuntur Eccleſiæ, n. 32.& quando eis ſuccedat Regius Fiſcus, nu.35.*

31 *Clericis ſæcularibus inferioribus Epiſcopis, in bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis, de quibus teſtari non poſſunt, ſuccedit ab inteſtato Eccleſia cui ſerviebant, n.33.cum intelligentia, de qua n. 34. quod de jure procedit, ſecus de immemoriali conſuetudine Hiſpaniæ, n.36.& quid obſervetur in aliquibus locis, n.37.*

38 *Spolia Clericorum reſervantur per Bullas Pontificias Cameræ Apoſtolicæ, n.37.ſecus de conſuetudine Hiſpaniæ, n,39.quæ valida eſt, n.40.*

## DECISIO CXXV.

1 PRæmitto, quod Ordines in Eccleſia ſecundùm Theologos propriè ſunt ſeptem, videlicet Oſtiarius, Lectoratus, Exorciſtatus, Acholytatus, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus. Licèt ſecundùm Canoniſtas ſint novem, & ante hos ſeptem numerant Pſalmiſtam, ſeu primam tonſuram, & poſt Presbyterarum ponunt Epiſcopatum. Quia prima †
2 tonſura, quæ pſalmiſta dicitur, non eſt propriæ ordo, ſed impropriè, id eſt præparatio, ſeu diſpoſitio ad Ordines, ſicut exorciſmus ad baptiſmum, & novitiatus ad profeſſionem, & ſponſalia ad matrimonium,
3 *ut infra, deciſ.ſeq.nu.*3.Et Epiſcopatus † non eſt propriè ordo, quia ordo, ut eſt Sacramentum, ordinatur circa ſacrificium Miſſæ, circa quod Epiſcopus non habet majorem poteſtatem Presbytero ſimplici, ſic docent Divus Thomas *in addit, ad* 3. *par. quæſt.*33. *art.*2. Barboſa *de jure Eccleſ.uni.lib.*1. *cap.*33.*num.*3. & 4.& *de poteſt.Epiſcop.par,*2.*allegat.*1.*num.*18. Alzedo *de præc. Epiſcop.dignit.par.*1.*cap.*4. *num.*8.Villalobos *in ſum.par.*1. *tract.*11.*dif.*2.*num.*1.Caſtro-Palaus *in oper.mor.par.*4.*tract.*27.*diſp.unica,punct.*2. *per totum*, Diana *in ſum.verbo ordo, num. unico*, Sanch. *conſ.mor.lib.*7.*cap.*1,*dub.*9.*num.*2. Fermoſin. *in rubr.de temp.ordin.num.*10,*cum trib.ſeq.* Carol,de Graſ.*de effect. Cler.in prælud.à nu.*281. de quo videndus Ybannez de Faria in addit,ad Covar.*lib.*1.*var.cap.*10.*nu.*64. Lezana *in ſumma, verbo ordines ſacri num.*2.*verſic. Sunt autem ordines.*

Ex quibus ſeptem ordinibus; primi quatuor ſcilicet 4
Oſtiariatus, Lectoratus, Exorciſtatus, & Acholytatus nec ſacri, nec majores appellantur, reliqui verò tres Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Sacri, & majores dicuntur. Nam, etſi omnes ſint Sacri in quantum Sacramenta, ut doctè probant, multoſque laudant, reprobatis contrariis Caſtro-Palaus *in oper.mor.par.*4.*tract.*27,*diſp.unica punct.*3. *toto*. Villalobos *in ſum.par.*1.*tract.*11.*diff.*3,Sanchez *conſ,mor, lib.*7.*cap,*1.*dub,*7.*num.*3.& 4.Trullench.*de Sacrament. Ordin.dub.*1.*n.*10.Fermoſin.*in rub.de tempor. Ordin.à num.*14,Ybannez de Faria in addit,ad Covar.*lib.*1.*var. cap.*10.*num.*32, & 33. Barboſa *de jure Eccleſ.uni. lib.* 1. *cap.*38. *à num.*48,& *de poteſt.Epiſcop,par.*2.*alleg.* 2.*à num,*19. Tamen quatuor minores Ordines nempe Oſtiariatus, Lectoratus, Exorciſtatus, & Acholytatus,Sacri, & majores Ordines non nominantur, eò quod eorum Officium, ad Sacra contigenda non pertingant. Poſteriores verò tres ſcilicet Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus ſacri, & majores appellantur, quia particulariter ad altaris miniſterium accedunt, & ſacra contingunt, *cap.à multis de ætate, & qualit,*ob idque votum caſtitatis emittunt, *Can.*1. *diſtinct.*21. & dicuntur ſacri, vel ordinati in eis,aut habent ſacra tangere, aut Sacramentum perficere, vel à ſanctimonia, id eſt caſtitate, & continentia, quia in eis eſt annexum votum caſtitatis, non ut eſſentialiter, ſed accidentaliter ex ſtatuto Eccleſiæ, ſic Divus Thomas *par.*3. *quæſt.*37.*art.*3.Pariſius *de reſig.benef.lib,*5.*quæſt,*6. Marcel.de Vulpe *in prax. judi.fori,Eccleſ. cap.*7.*num.*28.*verſi. Et hi poſtremi,* Diana *in ſumma, verbo Ordo,num.*1.*princ.*Caſtro-Palaus *in oper.mor.par.*4.*tract.*27.*diſp.unica, punct.*2.*n.*3. Villalobos *in ſum.par.*1.*tract.*22.*dif.*2.*num.*1.& 2.Bonacina *de Sacram.diſp,*8.*quæſt.unica punct.*2.*num.*2.*in fine*, Carol.de Graſ.*de effect.Cler.in prælud,num.*266. *in fine, num.*297.& 298. Barboſa *de jure Eccleſ. un. lib.*1.*cap.*33,*num.*6. & 8. & 12.*collect.ad Conc.Trid. ſeſſ.*23.*de Sacramento ordin.cap.*2. & *de poteſt.Epiſcopi par.*2.*alleg.*1. *num.*22.& 23. & *allegat.*14.*num.* 17. Fermoſin. *in cap.*1. *num.* 31. & 32. *de tempor. ordinat.*

Et licèt olim Subdiaconatus in primitiva Eccleſia 5
inter Sacros Ordines non numerabatur, ut inquit Urbanus 11. *in Can.nullus diſt.*60. & ideò legimus tempore Syricii antiquiſſimi Pontificis Cathedram Sancti Petri tenentis anno Domini 385. & in ordine 40. poſt Petrum. Subdiaconatum minimè eſſe Ordinem Sacrum, *Can.quicumque gloſ.verba ad Diaconi* 77.*diſt.* & tempore Lucii Papæ *in Can.Miniſtri di.*81.Barboſa, & Fermoſinus cum multis probant, ille *de jure Eccleſ.un. lib.*1, *cap.*37. *à num.*12. & *in collect. ad Conc.Trid.ſeſſ.*23. *de Sacramento Ordin.cap.*1. *num.* 5. & *de poteſt.Epiſc. par,*2. *alleg,*14. *num.*1. iſte *in rub.quæſt.*1. *à num,*48. *de offic.Archid.*Reg. Mattheu *de regi.Reg.Valent,cap.*7. §.2.*num.*43. cum ordo Subdiaconatus votum continentiæ, & caſtitatis olim annexum non haberet, ideoque Subdiaconi tunc potuerunt uti matrimonio ante ordines contracto, Barboſa *in cap.à multis,num.*5. *de ætate, & qualit. & de jure Eccl,un, lib.*1, *cap.*37.*num.*16.17.& 18,& *de poteſt. Epiſcopi, par.*2,*alleg.*14.*num.*1. Fermoſin.*in rub, qu.*1. *num.*33. *de offic.Archid.*Verum † ſuccedentibus temporibus cæpit Subdiaconatus ordo ſacer reputari, ac proindè antiqua illa conſuetudo utendi matrimonio ante ordinem contracto revocata fuit, *ut conſtat ex cap.à multis de ætate, & qualitat.* & *ex Can. erubeſcant, Can.ante triennium, Can. Epiſcopos* 31. *diſt.* & *ex Can.Subdiaconis,Can.placuit* 32.*diſt.*Barboſa *de jure Eccleſ.un.lib.*1. *cap.*37.*n.*22.Fermoſin.*in rub. qu.*1. *n.*33.*in fine*, & *num.*34.*de off.Archid.*34.Reg.Matth. *de regi Valent.cap.*7.§.2.*num.*44.

Quo

Quo aute † tempore incepit ordo Subdiaconatus
inter Sacros Ordines numerari, ac proindè continen-
tiam annexam habere, non conſtat clarè,ſed probabi-
lius eſt à conſtitutione Gregorii Magni in Can. ante
triennium 31. diſt.atque Urbani 11.in Can.erubeſcant
32.diſt.ut poſt alios tradunt Barboſa de poteſt.Epiſc.p.
2.alleg.14.num.2.et in cap.miramur.7.num.2.de ſervis
non ordinand.& de jure Eccleſ.uni.lib.1.cap.33.n.7.et
cap.37.n.22.Fermoſin.in rub.quæſt,1,num,52,et 53, de
offic. Archid.

8 Quo præmiſſo, ad quæſtionem in argumento pro-
poſitam. Reſp.affirmativè, quod Clericus in Sacris
Ordinibus conſtitutus gaudet privilegio fori Eccleſia-
ſtici, conveniendusque eſt apud Judicem Eccleſiaſti-
cum, ut docent Scaccia de judic. lib.1.cap.11.num.
18. verſic.Et hæc conſuetudo, Burgius de modo proce-
den.ex abrupto, quæſt.65.num.34.Guazin.defen.20.cap.
9.num.35.Daniel.de nobilibus, diſp.31.num,119. Reg.
Mattheu.de regin.Reg.Valent.cap.7.§.2,num.16.Farin.
in prax.par.1.qu.8. n.5. Gambacurta de imm. Eccleſ.
lib.7.cap.10. num. ad medium, Thomas del Bene de
immun.Eccleſ.tom.1.cap.4.dub.1.num.1, et cap.6.dub.3.
num.2.Carleval.de jud.lib.1.diſp.2.num.402. Cevallos
de cognit.per viam violent.in proœm.cap,8.num.10.&
in hoc nullam cadere dubietatem teſtatur Ambroſin.
de imm.Eccleſ.cap.22.num.4. & vix dubitationem ori-
ri poſſe ait Eſcobar de Pontif.et Reg.juriſd.in ſtud.gen.
9 cap.33.num.5. Pereyra de Acad. num,389. tam in † ci-
vilibus, quàm in criminalibus, Bolaños in cur.Philip.
10 tom.1.par.3.§.1,num.1.Etiam ſi non † incedant in ha-
bitu, & tonſura, Scaccia de judic.lib.1.cap.11, num.
72.ad medium, verſ.Si verò eſt conſtitutus in Sacris,
Farinac.in praxi, p.1.quæſt.8.ſub n.70. Daniel de No-
bilibus in addit.ad diſp.31.ſub num.18. & in hoc ſine
dubio eſſe inquit Riccius de publ.jud.quæſt.35.num.27.
verſic.Hoc præcognito. Sic fuit in Cathalonia deciſum
per Cancellarium Caſſador, conſultoribus Terca, &
Pla. 13. Auguſti 1587. in favorem Andreæ Guinart
Presbyteri. Et per Cancellarium Rovirola, conſul-
tore Puigma 3. Decembris 1602. in favorem Antonii
Joannis Mallol Presbyteri, & Rectoris Sancti Petri
de la Brera, Et per Cancellarium Rovirola, conſul-
tore Puigmia 3. Decembris 1602. in favorem Anto-
nii Joannis Mallol.Presbyteri & Rectoris Sancti Petri
de la Brera. Et per Cancellarium Carmona, conſul-
toribus Aſtor, & Gamis 15. Julii 1619. in favorem
Bartholomæi Marti Presbyteri villæ Mataronis. Et
per Amell.Tertium, 24. Septembris 1627.in favorem
Marini Candidi Presbyteri Neapolitani, & in carce-
ribus Regiis villæ Acrimontis per Regium Vicarium
detenti. Et in aliis pluribus caſibus, & amplius dicit
Scialoya de foro comp.cap.8.num.14. quod ſi ipſe Cl-
ricus ſit in Sacris conſtitutus, tunc per ſimplicem
oſtenſionem Bullarum Judex laicus remittit ipſum
Clericum ad Judicem Eccleſiaſticum.

11 Si quidem regula eſt, quod Clerici gaudent privile-
gio fori Eccleſiaſtici, convenirique debent apud Ju-
dicem Eccleſiaſticum in omnibus, quibuſcumque
cauſis, tam ſpiritualibus, quàm temporalibus, tam
civilibus, quam criminalibus, & mixtis, ita ut qua-
cumque de re, quocumque modo, nullatenus trahi
apud Judicem ſæcularem, etiam ſi Judex ſæcularis ſit
Rex, vel Imperator, nec ab eo judicari poſſunt, Can.
denique 96.diſt.Can.1.2.3.Can.continua, Can.Sacerdo-
tibus, Can.inolita, Can.placuit, Can.Clericum, Can.
nullus, et per totam 11.quæſt.1.cap.decernimus, cap.at
ſi Clerici, cap.cum non ab homine, cap. qualiter ac
judiciis, cap.2.cap.ſi diligenti, cap.ſignificaſti, de fo-
ro compet.cap.ſi Judex laicus, de ſentent.excom. in 6.
Concil.Trident.ſeſſ.25.de refor.cap.20. authent.ſtatui-
mus, C.de Epiſc.et Cler. latè exornant, & infinitos
Doctores cumulant Maranta de ord.jud.par.4.diſt.11.
num.2. Covar.pract.cap.35. num.3. verſ.Tertia con-
cluſio. Boſſi. in prax.de foro compet. num.126. Jul.
Clar.§.fin.quæſt.36.num.1.ubi Bajard.nu.1. Scaccia de
judic.lib.1.cap.11.à num.14.et à num.32. Farinac. in
praxi, par.1.quæſt.8.à num.1.Belluga in ſpecul.Princ.
rub.11. §.videndum, à num.2. Menachaca, lib.3.de
ſucceſ.creat.§.22. à num.60.Tuſcus pract.concluſ.lit-
tera C.concluſ.385. cum ſeq.Morla in tempor.jur.par.
1. tit.2.in præmiſ. à num.123. Portoles ad Molin.§.
Clericus, num.11.Menochi. de arb.jud.caſu.246. Gra-
tian.diſcept.forenſ.cap.190. et 226.Bovadilla in polit.
lib.2. cap.17. à num.9. Valenzuela conſ.28. et 42. et
in defenſ.par.4. à num,30, Decian.tract. crim. lib.4.
cap.9. à num.1, Germonius de Sacror.immun. lib.1.
cap.15. à num.1. Ambroſin.de immunit. Eccleſ. cap.
16. 17. et 20. Sorell. in deciſ. par.1. tit.7. à num.6.
Cenedo collect.ad decretum 37. à num.1. Riccius in
praxi, reſol.486. Martha de juriſd.par.1. cap.9. cum
ſeq.et par.2. cap.5. et 6. Suarez de Relig. lib.2. cap.
34. num.2. et in defenſ.fid. lib.4. cap.14. et 15. Jul.
Carthar.deciſ.1. num.64. et deciſ.17.à num.8. et dec.
33. à num.7. et de foro compet. par,1. à num.39. et
à num.100. Scyaloya de foro compet. cap.1. num. 2.
Tondut.de præven.jud.par.1. cap.2. num.1. Anſaldus
de juriſd, par.2. tit.11. cap.1. à num. 3. Carol. de
Graſ.de effect.Clericat. effect.1.à num.1. Gambacurta
de immun.Eccleſ.lib.7. cap.10. cum ſeq. Carleval. de
judic. lib.1. diſp.2. num. 83. et num. 158. poſt me-
dium, verſic.Quod ſi et latè, à num.392. alter Ric-
cius de pub.jud.quæſt.35. num,1.Cabal.reſol.crim.caſu
225. Gail.lib.1. obſerv,47.num.1.ubi Græveus concl.
37.tota, Cevallos de cognit.per viam violent.in prœm.
cap.5. et 8.et par.2.cap.65.à num.1.Parlador.rer.quot.
dif.9. tota, Gomez tom.3. var.cap.10. à num.3. ubi
Ayllon Laynez à num.4.Sanchez conſ.mor.tom.2. lib.
6, cap.2. dub.1. cum ſeq.Vela diſſ.40. num.3. tom.2.
Barboſa de jure Eccleſ. un.lib.1. cap.39. §.2. toto, et
in cap.2. de foro compet.Caſtillo de tertiis, cap.12. à
num.Diana reſol.moral.par.1. tract.2.reſol.1.cum ſeq.
et par.5. tract.1.reſol.21. et par.7.tract.1.reſol.2.cum
ſeq.et in coordinatis, par.9.tract.2. reſol.1. cum ſeq.et
reſol.317.Cutel.ad Dianam, lib.2. quæſt.1. Thom. del
Bene de immun.Eccleſ,tom,1. cap.1.dub.5. ſect.1.cum
ſeq. et cap.4. dub.1. cum ſeq. et cap.6. dub. 1. cum
ſeq. et de parlament. dub.24. cum ſeq.Guazin. defenſ.
20. cap.9. à num. 1. Lezana in ſum. verbo Clericus,
num.19. Thomat. deciſ.89. à num.1.tom.1.Fermoſin.
in cap.2. quæſt.1. cum ſeq.de judic.in cap.2. quæſt.1.
cum ſeq.de foro compet. Daniel. de Nobilibus, diſp.1.
num.7. et diſp.3. à num.9. et diſ.56. num.1. Sperel-
lus deciſ.123. lib.1.Caſtro-Palaus in oper.moral.par.
1. tract.12. punct.1. num.1. Ego deciſ.7. num.10. et
11. par.1. & alii innumeri deciſ.ſeq.num.1.

Et appellatione Clericorum largè ſumendo, & in 12
materia favorabili veniunt omnes Clerici in Sacris ac
minoribus ordinibus conſtituti, Can. Cleros 21. diſt.
Can.Clericorum 71.diſt.Can.de perſona 11.quæſt.1.Can.
ut lex continentiæ 27. quæſt.3.cap.ſi quamquam, de co-
habit. Cler. et mulier. plures laudant Cevallos com.
cont.com.quæſt.634.num.6.Carol.de Graſ.de effect. Cler.
in præludio, num.246.Barboſa appellat.57.num.2. et in
rub.de Cler.non reſid.nu.7.et de poteſt.Epiſc.p.2.alleg.
12.num.1.et de jure Eccleſ.un.lib.1.cap.39.num.2. Le-
zana in ſum.verbo Clericus, num.1,et 20.& alii citandi
deciſ.ſeq.num.9. Privilegium enim fori, immunitatiſ-
que Eccleſiaſticæ favorabile eſt, latiſſimèque inter-
pretandum dixi deciſ.123,num.8.

Prædictis additur, quod Subdiaconus, qui in vim 13
diſpenſationis Apoſtolicæ cum vidua matrimonium
contrahit, & penſiones Eccleſiaſticas obtinet, de ju-
re gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ut declaravit
Sacra Congregatio Concilii 24.Martii, & 17.Septem-
bris 1618. referunt poſt Aldan.& Sell. Barboſa deciſ.
Apoſt.361. num.10. et deciſ.686. num.1.et in collect.
ad Concil.Trident.ſeſſ.23. de reform.cap.6. num.45.et
de jure Eccleſ.un.lib. cap.39. §.2. num.39. Fermoſin.
in rub.de eff.Archidiaconi, quæſt.1.num.31. Diana reſ.
moral. in fine par.5. num.20. et in coordinat. par.9.
in fine num.20. Lezana in ſum. verbo Clericus, num.
20. verſic. Caſu etiam quo Thom.del Bene de imm.
Eccleſ. tom.1. cap.4. dub.10.num.12. Quia Papa diſ-
penſare poteſt cum Subdiacono, Diacono, Presbyte-
ro, Epiſcopo, & Religioſo profeſſo, & Moniali, ut
matrimonium contrahat, ut cum multis docent, &
exemplaria referunt Sanchez de matrimon.lib.8.diſp.
8. et in decalogo, lib.5. cap. 2. num. 9. Guttier. de
matrim.

matrimon, cap.123. Barboſa de poteſt. Epiſc. par.2. allegat.15. num.22. 23. et 24. et de jure Eccleſ. un. lib.1. cap.37. num.28.Fermoſin.in rub.de off. Archid. quæſt.2. num.22.

14 Quæro 1. an Clerici à poteſtate, & juriſdictione laicorum ſint exempti jure Divino. Canonico, aut civili? Dixi cum pluribus deciſ.7. num.12.reſolutivè num.40. par.1. ideo non repeto, ſed ad ibi dicta, & Doctores citatos me remitto, quibus addo videndos Burgium de modo proced. ex abrupto, quæſt. 64. num.4. et 5. Danielem de Nobilibus, diſp.32. à num. 10. in addit. num.1. et diſp.32. num.11. 12. 13. et 14. Caſtro-Palaum in opere morali, par.2. tract. 12, diſp. unica, punct. 1. à num. 2. Jul. Chartar. de foro compet. à num.40. cum plurib. ſeq.Barboſam in reper. pract. concluſ. verbo Clericus, verſic. Clerici quo ad for. fol.56.

15 Quæro 2. an Clerici quilibet, ſive Epiſcopi, & quicumque alii Prælati, de quibus rebus per contractum, ſeu ultimam voluntatem poſſint pro libito liberè diſponere, & teſtari? Reſp. quod de ſuis propriis, & patrimonialibus bonis, aut aliunde, non autem contemplatione Eccleſiæ acquiſitis, quilibet Clerici, ſive Epiſcopi, & quicumque alii Prælati poſſunt ex contractu, ſeu ultima voluntate pro libito liberè diſponere, & teſtari, Can. Epiſcopi, Can. ſint manifeſtæ 12. quæſt.1. Can. de laicis, verſic. Epiſcoporum 12. quæſt.2. Can.1. cum ſeq.12. quæſt.3.Can.1, et 2. 14. quæſt.4.Can.fixum, cum multis ſeq.12. quæſt. 5.cap.1.quia nos, cap.relatum, quæſt.2.verſic.Cæterum, cap.requiſiſti, de teſtam. authent. licentiam ubi,Bald. num.1. C.de Epiſc.et Cler.& hæc eſt communis reſolutio, tam reſpectu bonorum patrimonialium, quàm eorum, quæ ex Prælati induſtria, ſeu artificio, ab illis quæſita ſunt, ex pluribus probant Covar.in cap. 1. num.3.et 11.de teſtam.Rodoan.de ſpol.Eccleſ.quæſt. 3. Navar.in Can.tibi 26. quæſt.1.in prima quæſt.princ. num.7.et 8.et de reddit.Eccleſ.quæſt.1.monit.10.num.1. et in apolog.quæſt.3. num.4. Molina de primog. Hiſp. lib.2. cap.10. num.27. Graſ. §. teſtamentum, num.3. Jul.Clar.§.teſtamentum, quæſt.27. num.2. verſ. Circa bona, Martha, de iuriſd.par.4. caſ.24.num.2. 3. et 4. et caſu 26. num.1.et de ſucceſ. legal. par. 3. quæſt.13. art.15. num.4.5. et 13. Surd.de alimint.1. tit.9.quæſt. 12. num.Mantica conject.ult.volunt. lib.2. tit.9. num. 2. Cardoſ. in prax.jud.verbo Cleric.num.69. et verb. Epiſcopus, num.55.Azor.juſt. moral.tom.2. lib.4.cap. 3. quæſt.6. Silveſter in ſum. verbo Epiſcopus, num.9. Sà in ſum.verbo Epiſcopus, n.32.Pet. Barboſa in l.divortio 8. 9.in princ.par.2. num.67. ff.ſol.mat. Molina de juſt.et iure, tract.2.diſp.142.146.et 147. Laxarte de gabel. cap.19.num.49.Alzedo de præcel.Epiſcop. dignit. par.1.cap.14.num.4.Diana, reſol. mor. par.5. tract.2. reſol.50. et in coordin.par.9.tract.2.reſol.88.Garcia, de benef.par.2.cap.1.num.10. Gallus de excep. par.2. tit. 1. excep.8. num.15.et 16. Valaſcus de partition. cap. 35. num.2.et 3.Villalobos in ſum.par.2.tract.30. diff. 11.num.1.Fagundez de juſt.et jure, lib.6.cap.10. num. 4.Sanchez in oper.mor.lib.1.cap.2.num.50. Solorzano de jure Indiar.tom.2.lib.3.cap.10.à num.16.et 75. Spinus in ſpecul.teſtam.rub.14.num.22.Pereja de inſtrum. edit.tom.1.tit.5.reſol.5.num.2.et 3.Archiep.Roxas deciſ. 314.num.14.Sarmiento, de reddit.Eccleſ. par.3. cap. 5.num.4.Pereyra deciſ.75.ſubſ.num.3.et deciſ.95. num. 5.et de manu Regia, par.2.cap.22.num.30.verſ.In prima, Auguſt.Barboſa in Can.nulli, num.1.12. quæſt.5. et in cap.1,num.1,et 6.et in cap.quia nos, num.1. et 2. et in cap.relatum num.9.de teſtam.et de poteſt.Epiſc. par.3.alleg.114.num.30.et de jure Eccleſ.un.lib.3.cap. 14.num.50.et in authent.licentiam, num.7.C.de Epiſc. et Cler.Boſſius de pat.poteſt.cap.5.à num.77. Domin. Vicecancel.Creſpi obſerv.51.num.7.Triſtiany in Corona Benedict.cap.6.num.6. Balmaſeda de collect.quæſt. 22. num.13.

16 Niſi Epiſcopi fuerint Monachi, quo caſu etiam de bonis patrimonialibus, vel aliis, non intuitu Eccleſiæ acquiſitis, abſque Papæ licentia teſtari non poſſunt ſecundùm magis communem opinionem, ut reprobatis contrariis reſolvunt Covar. in cap. 1. num. 18.in fine, de teſtam.Molina de prim.Hiſp.lib.2.cap. 10.num.28.Martha de juriſd.par.4.caſu 24. num.5. et 6.Sanchez in decal.tom.2.lib.6.cap.6. num.10.Villalobos, in ſum.par.tract.35.40.num.11.et 12. Alzedo de præc.Epiſcop.dignit.par.1.cap.14.à num.7.Grat.diſcept. forenſ.cap.363.num.25.et cap.880.num.10.Ludov.deciſ. 104.num.5.Cutel.de donat.tom.1.tract.1. diſp.2. par.3. num.218.219.et 220.Pareja, de inſtrum.edit.tom.1. tit. 5.reſol.5.à num.7.Solorzano de jure Indiar.tom.2.lib. 3.cap.10.à num.37.Pereyra deciſ.75.num.1.Barboſa in cap.1.num.7.de teſtam.et in Can.un.num.14. 18. quæſt. 1, et de poteſt. Epiſc. alleg.114.à num.18. Fajardo, poſt alleg. fiſcal. in quæſt. celebri pro, Epiſc. regul. num.55. et 56. ubi reprobat Dian. reſol. moral. par. 3. tract.2. reſol.50. et in coordinat. par. 7. tract. 1. reſol.27.

De bonis autem intuitu Eccleſiæ quæſitis, Eccle- 17
ſiaſtici de jure communi, ſive particulares Clerici, ſive Epiſcopi ſint, non poſſunt teſtari,c.1.c.cum in officiis, cap.relatum,de teſtam.Can. quicumq.cumſeq.12. quæſt.3. Can.ſint manifeſtæ 12.quæſt.1. Can.fixum 12 quæſt.5. docent pluribus citatis Covar.in cap.1. num. 11. cap.cum in officiis, num.6.de teſtam. Novar. de reddit.Eccleſ.quæſt.3. num.1.et monit.4. num.2. et de ſpol.§.6.num.5. Sarmiento de reddit.Eccleſ.par.2.cap. 4.Mareſc.lib.2.var.cap.1.à num.9.Jul.Clar.§.teſtamentum, quæſt.27.à num.3.Craſ.§. teſtamentum, quæſt.33. num.7.Pet.Barboſ.in l. divortio, in princ.par.2. num. 59.ff.ſolut.mat.Mantica, de conject. ult.vol.lib.2.tit.9. num.2.Molina de primog.Hiſp. lib.2. cap.10. à num. 39. Martha de juriſd.par.4.caſu 24.à num.7. Molina de juſt.et jure, tract.2. diſp.147.à num.7. et diſp.148. Azor.inſtit. moral.par.2.lib.7. cap.9.quæſt.1. Cevallos com.cont.com.quæſt.388.à num.1.Guttier.pract.lib.2.qu. 114. à num.1.Rodriguez quæſt.regul. tom.4. quæſt.67. num.34. Silveſter in ſum.verbo Epiſcopus, num.9.Spinus in ſpecul. teſtam.glo.14.à num.2.Sà in ſum.verbo Epiſcopus, num.32.Garcia de benef.par.2.cap.1.num.8. et 9. Fagundez de juſt.et jure, lib.6. cap.10. num.10. Martha de ſucceſ.legali,p.3.quæſt.12. art.5. à num.6. Surd.de aliment.tit.9. quæſt.12.à num.1.Villalobos in ſum.par.2.tract.30.diſ.11.num.2.Cardoſ.in praxi,verbo Clericus num.69.et verbo Epiſcopus,num.55. Valaſcus de partition.cap.3.à num.4. Menochius conſ.223. num.3.lib.3.Ybanez ad Faria in addit. ad Covar. lib.1. var.cap.15.num.51.Alzedo de præc.Epiſc.dignit.par.1. cap.14.num.4. Gallus de except.par.2.tit.1.excep.8. n. 19. Pareja de inſtrum.edit.tom.... tit.5.reſol.5. num.4. Solarzano de jure Indiar.tom.2. lib.3.cap.10. num.9. et 10. Barboſa in cap.1.num.6.et 9.et in cap.cum in officiis, à num.1.et in cap.relatum, el.2.num.2. de teſt. et de poteſt.Epiſc.par.2.alleg.114.num.5.et 9.et de jure Eccl.un.lib.3.cap.27.à num.9.Scalona de teſtam.lib.3. cap.3.§.4.à num.36.Sanchez conſ.mor.lib.2.cap.2. dub. 50.num.6. Salzedo de lege polit.lib.1.c.2. & alii proximè allegandi.

Niſi de licentia Papæ,Martha, de juriſd.par.4.caſu 18
24.à num.12.Covar.in cap.cum in officiis, num.7. de teſtam.Gallus, de except.par.2.tit.1.except.8. num.26. Jul.Clar.§.teſtament.quæſt.27.nu.5.Salzedo de leg.polit. lib.2.cap.1.num.3. Cevallos com.contr. com. quæſt.388. num.41.et 47. Sanchez conſ.mor.lib.2.cap.2.dub.51.nu. 5. Guttier.de gabel.quæſt.88.num.12.et pract.lib.2. qu. 114.num.2.Noguerol. alleg.26. num.4. Solorzano de jure Indiar.tom.2.lib.3.cap.10.à num.13.et cap.11.nu. 3.et 4.Balmazeda, de collect.qu.21.num.12. Ybanez de Faria in addit.ad Covar.lib.1.cap.15.num.54. et alii ex citatis num.17.

Cæterum in Caſtella, Luzitania, Navarra, Ara- 19
gonia, Valentia, & Principatu Cathaloniæ, ac in Gallia, Burgundia, & aliis Regnis de conſuetudine immemoriali Clerici ſæculares Epiſcopis inferiores poſsunt pro libito liberè teſtari de fructibus, & redditibus beneficiorum, & de bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis, ut teſtantur Covar.in cap.cum in officiis, nu.9. de teſtam.et lib.1.var.cap.15.num.14. Sarmiento p.1. deſ.in mon.num.50.et 51.et de reddit.Eccleſ.p.1. cap.6. et cap.8.num.1.et par.4.cap.1.à nu.8. Navar.in man. cap.25.num.125.et de redd.Eccleſ.quæſt.3.num.10.et in apolog.

apolog.quæſt.1.monit.40.et quæſt.3.monit.5. et de ſpol.
Cler.cap.6.num.6.Avendaño reſponſ.19.num.8.Molina
de primog.Hiſp.lib.2.cap.10. à num.53. Azevedo lib.
13.num.1.et 12.tit.8.lib.5.recopil, ubi Matienzo gloſ.1.
num.2.et gloſ.2.3.et 4.num.1. Caſtill.de uſufr. cap.79.
num.7. in fine, Burſat.conſ.178. à num.4.lib.2. Gen.
in praxi Neapol.cap.78.num.4.Guido Papa, dec.110.
Bellon.conſ.3. num.9. Mieres de major.par.1. quæſt.1.
num.15.Menchaca de ſucceſ.creat.§.22.limit.17. num.
40.Simancas de cath.inſt.cap.9. num.90. Cenedo coll.
ad decretum 12.num.1.et 2. Martha de juriſdict.par.4.
caſu 24.num.20.et 21.Pereyra deciſ.95. num.6.in fine,
et num.20.et 21. et de manu.Reg.par.2. cap.24. num.
33.Gamma deciſ. 310. num.9. Garcia de benef. par.
2. cap.1.à num.11.Spinus in ſpecul. teſtam. gloſ.14. à
num.2.ſignanter num.15.Cevallos com.contr.com.quæſt.
388.à num.1. præcipuè num.36.cum ſeq.Guttier.pract.
lib.2.quæſt.114. à num.1. ſignanter à num.14. verſic.
Quid tenendum, Gallus de except.par.2. tit. 1. exc.
8. num.20.et 21. Valenzuola conſ.98.à num.28. tom.
1. Scobar.poſt tract.de ratioc.comput.21.num.23.verſ.
Verum, Valaſcus conſult. 165. num. 9. et 10. et de
partitionib.cap.35. à num.7. præcipuè, à num.9. Garcia
de expenſis, cap.11. num.71. verſ. Et quamvis,
Riccius collect. 1718. in princ. Pet.Barboſa in l.divortio,
in princ.par.2.num.60. ff. ſol.matr. Reg. Leo
deciſ.145. num.20. lib.2. Villalobos in ſum. par. 2.
tract.30.diff.11. num.3. Fagundez de juſt.et jure lib.
6.cap.10.num.10.et à num. 27. Sanchez conſ.mor.lib.
2.cap.2. dub.10. num.7. Molina de juſt.et jure, diſp.
147.num.14.Salzedo de lege polit.lib.1.cap.5. num.16.
et 17.lib.2.cap.2.num.4. et 5. Martha de ſucceſ. legal.
part.3. quæſt.13. art.5. ſub, num.20. et par.4. quæſt.
1. num. 19. et 36. Solorzano de jure Indiar. tom.2.
lib.3.cap.10.num.11.Graſ.§.teſtamentum, quæſt.54.num.
9.Azor.inſt.mor.par.2.cap.10. quæſt.1. et lib.8. cap.4.
quæſt.1. et 2.Pareja de inſtrum.edit.tom.1.tit.5.reſol.5.
num.20.Tondut.par.1.Canonic.cap.22.num.1.Ybannez
de Faria in addit.ad Covar.lib.1. var.cap.15. num.52.
et lib.2.cap.9. ſub, num.129. Cardoſ.in praxi, verbo
Bona, num.30.et verbo Clericus, num.69.Trullench.
in decal.tom.2.lib.7.cap.18.dub.5. ubi de conſuetudine
Cathaloniæ, Valero, de dif.int.utrumq.for.verbo Teſtamentum,
dif.11.verſ.At in foro, Domin. Vincen.
Creſpi obſerv. 51. num. 5. Barboſa de poteſt. Epiſc.
par.3. alleg.114. num.6. et de jure Eccleſ. un. lib.3.
cap.17.num.67.et in cap.cum in officiis, num.7. et in
addit.num.1. de teſtam.et in report.pract.concl. verbo
Clericus, verſ.Clericus ex conſuetudine, fol.56. Pereyra
in l.ſi curatorem habens, verbo læſis, num.114. et de
empt.et vend.cap.16.num.2. Scalona de teſtam. lib.3.
teſtam.lib.cap.5.§.4. à num.59.Diana reſol.moral. par.
10. tract.5. et miſcel.5. reſol.10. et coordinat. par.6.
tract.8. reſol.92. ubi etiam de conſuetudine Cathaloniæ,
Alter Garcia, in ſum.mor. par.1. dif.4. dub.3.
num.4.Fraſo de patron.Reg.Indiar.lib.1.cap.20. à num.
3. ex noſtris Ferrer in conſt.hac noſtra evident.2.nu.
26.Ripoll.var.cap.13.num.179.& 181. ubi de jure noſtro
Provinciæ Tarraconæ dicit extra textum in cap.6.
in fine de teſt.

20 Etiam ſine Summi Pontificis licentia, Salzedo de
lege, polit.lib.2.cap.2. num.6. notat Genuenſ.in prax.
Archiepiſc.Neapol.cap.78.num.3.verſ.Item valet.

21 Non ſolum quando Clerici ſæculares Epiſcopis inferiores
in Hiſpania, & aliis Regnis ex conſuetudine
immemoriali teſtantur in uſus pios de fructibus, &
redditibus beneficiorum, & bonis intuitu Eccleſiæ
acquiſitis, ut voluerunt Molina de primog. Hiſp.
lib.2.cap.10.num.56. Solorzano de jure Ind.tom.2.lib.
3.cap.10.num.11.Barboſa in cap. relatum, num.5. de
teſtam. Martha de ſucceſ.legal.par.3.quæſt.13.art.5.n.
11.& 12. Villalobos in ſum. par.2. tract.30. dif.11.
n.7.Scalona de teſtam.lib.3.cap.5.§.4.num.42.in fine,
Diana reſol. moral. par. 5. tract.3. reſol.125. & in
coordin.part.6.tract.8. reſol.91. Sed etiam quando teſtantur
in uſus profanos, & inſtituunt hæredes extraneos,
ut docent Pet. Barboſa in l. divortio in princ.
par.2.num.60.in fine, ff.ſol.matr.Reg. Leo deciſ.145.
num.21.lib.2. Valaſcus de partitionibus, cap.35.num.
9. Riccius collect.1728.verſ. Dubitatur ſecundò, Fagundez
de juſt. & jure, lib.6.cap.10. num.25. & 26.
Guttier.pract.lib.2.quæſt.114. Spinus in ſpec.teſt.gloſ.
14. à nu.13. Molina de juſt.& jure,tract.2.diſp.147.
verſ.Septima concluſio. Ybannez de Faria in addit.ad
Covar.lib.1.var.cap.15.num. 53. Garcia de benef.par.
2.cap.1.à num.13.ad 22.Auguſt. Barboſa, in cap.cum
in officiis, num.6.in fine de teſtam. & de jure Eccl.
un.lib.3.cap.17.num.69.Trullench.in decalogo, tom.2.
lib.7.cap.18.dub.5. Diana reſol.mor.part.10.tract.5.&
miſcel.5.reſol.10.& in coord.part.6. tract.8. reſol.92.
num.3.& 5. Scalona de teſtament.lib.3. cap.5. §.4. à
num.40.

Nedum in foro exteriori, ut tantummodo dictam 23
immemorabilem conſuetudinem procedere voluerunt
Villalobos, in ſum.mor.part.2.tract.30.dif.11.num.4.
5. & 6. Valero de dif. int. utrumque for.verbo teſtamentum,
verſ.Ac in foro, Simancas de Cathol.inſtit.
cap.9.num.90. Avendanno reſp. 19. num. 8. Molina
de primog.Hiſpan.lib.2.cap.10.a num.56. alter Molina
de juſt.& jure, tract.2.diſp.147. verſ.Septima concluſio
in fine, Martha de juriſdict. part.4.caſu 24.n.
24.in fine, Cenedo collect. ad decret.12.num.5.Azevedo
l.13. num.3.tit.8.lib.5. rec.Trullench.in decal.
tom.2.lib.7.cap.18. dub.5. Pet. Barboſa in l.divortia
in princ.par.2.num.61.ff. ſol.matr.Auguſt.Barboſa in
cap.relatum el.num.5.de teſtam. Diana reſol.mor.par.
2.tract.5.& miſcel.5.reſol.10.& in coordinat.par.6.tr.
8.reſol.92.num.5.& reſol.94.num.2.Sed etiam in † foro
interiori conſcientiæ, ut verius docent, Cevallos
com.contr.com.quæſt.388.à num.43.ſignanter à num.45.
Spinus in ſpec. teſt.gloſ.14.à num.13. Guttier. pract.
lib.2.quæſt.114.Sanchez conſ.mor.lib.2.cap.dub.50.nu.
7.Ybannez de Faria in addit.ad Covar.lib.2. cap.15.n.
53.Valaſc.de partition.cap.35.nu.9. Fagundez de juſt.
& jure, lib.6.cap.10.num.26. Garcia de benef. par.2.
cap.1.à n.14.ad 22.Gallus de excep.part.2.tit.11.cap.
8.num.20.Auguſt. Barboſa de jure Eccleſ.un.lib.3.cap.
17.num.67.& 68.

Hancque conſuetudinem immemorialem, licèt 24
improbent Martha de ſucceſ.legal.par.3.quæſt.13.art.
3.à num.10. & de juriſd. par.4. caſu 24. à num.22.
Valaſc.conſult.165.num.11.Guttier.pract. lib.2. quæſt.
114.num.10.Mantica de conject.ult.volunt.lib.2. tit.9.
num.2.Eam tamen validam eſſe defendunt Genuen.
in prax.Archiep.Neapol.cap.78.num.3.verſ.Item valet,
Cardoſo in prax.jud.verbo Bona, num.30.in fine,
Covar.in cap.cum in officiis, num.9. de teſtam.
Spinus in ſpec.teſtam.gloſ.rub.14.num.14. Azor.inſtit.
mor.par.2.lib.7.cap.8.qu.2.Garcia de benef.par.2. cap.
1.num.16. Barboſa in cap.cum in officiis, num.6. de
teſtam.Sarmiento de red.Eccleſ.par.4.cap.1. à num.8.
Pet.Barboſa in l.divortio, in princ.par.2.ſub num.60.
ff.ſol.matrim.Molina de primog.hiſp.lib.2.cap.10. nu.
55.Guttier.pract.lib.2.quæſt.114.num.14.verſ.Quid tenendum,
ubi dicit de validitate hujus conſuetudinis
amplius diſputandum non eſſe, Cenedo collect.ad decretal.12.num.2.
Eſçobar poſt tract.de ratioc. cap.20.
num.23. verſ.Verum, Valaſco de partitionib. cap.35.
num.7.& 9.Pereyra de manu Reg.par.2. cap.24. num.
33.& deciſ.95.à num.20.Solorzano de jure Ind.tom.
2.lib.3.cap.10.num.11.& in polit. lib.4. cap.10. verſ.
Porque, fol.575.Fagundez de juſt. & jure, lib.6. cap.
10.à num.28.Diana reſol.moral.p.10.tract.5.& miſcel.
5.reſol.10.& in coordinat.p.6.tract.8.reſol.92. Ybañez
de Faria in addit.ad Covar.lib.2.var. cap.15. num.53.
Scalona de teſt.lib.3.cap.5.§.4.à num.38. & alii ex citatis,
num.19.

Juxta quam conſuetudinem jus redditur, non ſo- 26
lum apud Judices ſæculares, ſed etiam apud Eccleſiaſticos,
ut dicit Molina de Hiſpan.primog.lib.2. cap.
10. ſub num. 54. referunt & ſequuntur Cevallos cum
contr.com.quæſt.388.ſub, num.38.Gallus de excep.par.
2.tit.1.excep.8. num.21. ſicque judicatum in reviſione
refert Gamma deciſ.316. quem citans Pereyra par.2.
de manu, Reg.cap.24.num.33.in fine, Pet.Barboſa in
l.divortio, in princ.par.2.num.63.ff.ſol.matr.& approbavit
Rota in una Palentina fructuum Archipresbyteratus
de Portillo 26.Februarii 1580.coram Cardina-

li Lan-

ſi Lancelloto referunt, Riccius collect. 1718. in fine princ. Barboſa de poteſt. Epiſcop. par. 3. alleg. 114. num. 6. in fine, & per extenſum, Garcia de beneſ. par. 2. cap. 1. num. 12.

27 Conveniũnt tamen Doctores, in uno, quod Epiſcopi non poſſunt teſtari de fructibus ſuorum Epiſcopatuum, etiam ad pias cauſas, quia in illis conſuetudo teſtandi Hiſpaniæ recepta non eſt, nec viget, nec unquam viguit, niſi de his habeant à Summo Pontifice licentiam teſtandi, ſic Navar. de red. Eccleſ. in apolog. quæſt. 3. monit. 5. num. 6. Covar. in cap. cum in officiis, num. 9. de teſtam. Gamma deciſ. 316. num. 10. verſ. Ad illud, & num. 11. Pereyra deciſ. 95. num. 6. in fine, Molina de primog. Hiſpan. lib. 2. cap. 10. à num. 29. Guttier. pract. lib. 2. quæſt. 114. num. 19. Mieres de maj. par. 1. quæſt. 1. num. 14. Cenedo collect. 12. ad decret. num. 3. Martha de juriſd. par. 4. cap. 24. à num. 7. Cevallos com. contr. com. quæſt. 388. à num. 64. Valaſcus de partitionib. cap. 35. num. 15. Gallus de excep. par. 2. tit. 1. except. 8. nu. 26. Pet. Barboſa in l. divortio, in princ. par. 2. num. 66. ff. ſol. matr. Villalobos in ſum. par. 2. tract. 30. dif. 11. num. 3. Spinus in ſpec. teſtam. gloſ. rub. 14. num. 24. Molina de juſt. et jure, tract. 2. diſp. 147. num. 13. et 14. Solorzano de jure Ind. tom. 2. lib. 3. cap. 10. à num. 12. Fagundez de juſt. et jure, lib. 6. cap. 10. num. 10. verſ. excipiuntur, Sanchez conſ. mor. lib. 2. cap. 2. dub. 51. num. 5. Tondut. Canon. quæſt. par. 1. cap. 22. num. 1. Auguſt. Barboſa de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 114. num. 6. 7. et 8. Pareja de inſtrum. edit. tom. 1. tit. 5. reſol. 5. num. 20. Ybanez de Faria in addit. ad Covar. lib. 1. var. cap. 15. num. 54.

28 Et ſi ſcire deſideras, quando bona Epiſcopi ſint patrimonialia, vel intuitu Eccleſiæ acquiſita, vide Menochium lib. 3. præſumpt. 55. et de arb. jud. caſu 195. ad quem ſe refert Martha de juriſd. par. 4. caſu 24. nu. 10. multis citatis Barboſa de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 114. à num. 11. et in cap. 1. num. 8. de teſtam. et in cap. 3. num. 3. et 4. de peculio Cler. et in Can. ſint manifeſta, num. 2. 2. et 12. 13. quæſt. 1. et in authent. licentiam, num. 2. et 3. C. de Epiſc. et Cler. et de jure Eccleſ. un. lib. 3. cap. 17. à num. 51. Solorzano de jure Ind. tom. 2. lib. 3. cap. 10. à num. 4. Noguerol. alleg. 26. à num. 13. ad 19. Balmaſeda de collect. quæſt. 21. num. 9.

29 Ut autem hac in re omnis tollatur dubietas, debet Epiſcopus tempore ſuæ promotionis facere ſolemne inventarium earum rerum, quas ipſe ex patrimonio, vel alio titulo acquiſivit, ut omni tempore de eis conſtet, ut liberè teſtari poſſit, Can. Syr acuſanæ 28. diſt. cap. 3. de pec. Cle. Can. manifeſta, Can. ſint manifeſtæ 12. quæſt. 1. Panorm. in cap. 1. num. 9. Covar. num. 9. de teſtament. Azevedo l. 6. num. 6. tit. 2. lib. 1. recopil. Cenedo collect. ad decret. 145. num. 1. Alzedo de præcel. Epiſcop. dignit. par. 1. cap. 14. num. 14. Mieres de majoratu, part. 1. quæſt. 1. num. 19. Maſcard. de probation. concl. 387. num. 1. Menoch. lib. 3. præſumpt. 51. num. 23. et præſumpt. 55. num. 11. Cabedo deciſ. 74. num. fin. par. 1. Martha de juriſd. par. 4. caſu 24. num. 11. Solorzano de jure Ind. tom. 2. lib. 2. cap. 10. num. 3. Pareja de inſtrum. edit. tom. 1. tit. 5. reſol. 5. num. 5. et 6. Barboſa de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 114. num. 15. et in cap. 1. num. 2. de pecul. Cleric. et in authent. licentiam, num. 14. C. de Epiſc. et Cler. et de jure Eccleſ. un. lib. 3. cap. 16. num. 53. notat Balmaſeda de collect. qu. 21. num. 9.

30 Quæro 3. qui ſuccedant Clericis ſæcularibus Epiſcopis inferioribus ab inteſtato decedentibus? Reſp. quod in bonis patrimonialibus, aut quaſi patrimonialibus ex ſua induſtria acquiſitis, ſuccedunt eorum conſanguinei, qui de jure civili ab inteſtato eſſent legitimè ſucceſſuri, Can. Epiſc. Can. ſint manifeſtæ, Can. fixum 12. quæſt. 1. §. ſi quis Epiſcop. in authent. de Eccleſiaſt. titul. Conſanguineis verò † deficientibus, aut quia non extant, aut quia ex cauſis à jure expreſſis à legitima ſucceſſione excluduntur, ſuccedit Eccleſia, cui ſerviebant, Can. fin. 12. quæſt. 5. cap. requiſitis, cap. relatum el. 2. de teſtam. cap. 1. de ſucceſſion. ab inteſtato. Et ſi ſunt Clerici conjugati, deficientibus conſanguineis, eorum uxores in bonis illorum præferuntur Eccleſiæ, Can. ſint manifeſtæ 12. quæſt. 1. l. ſi quis presbyter 20. C. de Epiſc. et Cler. ſic hæc omnia docent Gallus de except. par. 2. tit. 1. except. 6. à num. 1. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 31. à num. 1. Bellet. diſquiſit. Cler. par. 2. de bonis Clericorum, §. 14. à num. 1. plures alios addunt Barboſa de jure Eccleſ. un. lib. 3. cap. 17. num. 57. et 68. in fine, et in cap. 1. num. 2. de ſucceſſion. ab inteſtato, et in l. Presbyter 20. à nu. 3. C. de Epiſc. et Cler. Pereyra de manu Reg. par. 2. cap. 24. num. 32. verſ. Verum, in fine, et deciſ. 95. num. 5. in fine, Solorzano de jure Ind. tom. 2. lib. 3. cap. 11. num. 13. Ybanez de Faria in addit. ad Covar. lib. 1. var. cap. 15. num. 52.

33 In bonis autem intuitu Eccleſiæ acquiſitis, de quibus Clerici ſæculares Epiſcopis inferiores teſtari non poſſunt, ab inteſtato ſuccedit Eccleſia, cui Clerici ſerviebant, Can. illud 12. quæſt. 1. cap. fin. de pec. Cleric. cap. 1. cap. requiſitis, cap. relatum el. 2. de teſtam. cap. 1. ubi gloſ. et Doctores de ſucceſ. ab inteſt. Grilenzon conſ. 112. num. 2. Valaſcus de partitionib. cap. 33. num. 13. plures citant Solorzano de jure Ind. tom. 2. lib. 3. cap. 11. num. 4. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect. 31. à num. 1. Ybanez de Faria in addit. ad Covar. lib. 1. var. cap. 15. num. 51. Gallus de except. par. 2. tit. 1. except. 6. num. 1. Auguſtin. Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 3. cap. 17. num. 58. in repert. tract. concl. verbo Clericus, verſ. Clericis ab inteſtato fol. 56.

34 Cum hac intelligentia, quod ſi Clerici ſæculares Epiſcopis inferiores ab inteſtato defuncti erant Canonici, hæc bona intuitu Eccleſiæ acquiſita, pertinent ad Capitulum, & Congregationem Canonicorum, Can. illud 12. quæſt. 2. cap. relatum el. 2. de teſtam. juncta gloſ. et cap. quia ſæpè, de elect. in 6. Fagundez de juſt. et jure lib. 6. cap. 10. num. 23. Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 3. cap. 17. num. 60. At ſi iſti Clerici erant Titulares alicujus Eccleſiæ, tunc eadem Eccleſia particularis illis in iſtis bonis ſuccedit, Peregrin. de jure fiſci, lib. 4. tit. 3. num. 10. in fine. Et ſi Clerici non erant Titulares alicujus Eccleſiæ, ſed tantummodo habebant beneficium in altari, aut capella Eccleſiæ in iſtis bonis ſuccedit altare, ut notatur in Can. fin. 12. quæſt. 5. et in §. ſi quis Epiſcopu, in authent. de Sanctiſſim. Epiſc. Peregrin. de jure fiſci, lib. 4. cap. 3. num. 10. verſ. Si verò, Carol. de Graſ. ab effect. Clericat. effectu 31. num. 6. Barboſa de jure Eccleſ. un. lib. 3. cap. 17. num. 59. in fine, et in l. ſi quis Presbyter 20. num. 4. C. de Epic. et Cler. & ſi habeant plura beneficia in pluribus Eccleſiis, eo caſu illorum bona dividenda ſunt inter omnia altaria pro rata beneficiorum, quæ in ſingulis altaribus obtinebant, cap. relatum in fine, de teſtam. arg. Can. I. §. ſi verò 12. quæſt. 4. Gallus de excep. par. 2. tit. 1. excep. 6. num. 5. Barboſa de jure Eccl. un. lib. 3. cap. 17. num. 59. verſ. vero, et in cap. relatum, el. 2. num. 10. de teſtam. Bellet. diſquiſit. Cler. tit. de bonis Clericorum, §. 2. num. 6.

35 Sed hæc poſt Concilium Tridentinum ſeſſ. 23. de reformatione, cap. 6. intelligenda ſunt in Clericis Sacrorum Ordinum, & in Clericis in minoribus beneficium obtinentibus, in aliis verò Clericis minorum ordinum ſine beneficiis, requiſita Sacri Concilii Tridentini non habentibus, ab inteſtato decedentibus, deficientibus conſanguineis uſque ad decimum gradum, ſuccedit Regius Fiſcus, Valaſc. tom. 1. allegat. 67. num. 12. Auguſtin Barboſa in l. ſi quis Presbyter 20. num. 7. C. de Epiſcop. et Cler.

36 Prædicta omnia procedunt in terminis juris communis, & reſpectu Provinciarum, ubi non extat conſuetudo, ut Clerici ſæculares Epiſcopis inferiores poſſint teſtari de fructibus. & redditibus ſuorum beneficiorum, ac de bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis, nam tunc ut dictum eſt, num. 33. ſuccedit Eccleſia in dictis bonis, Solorzano de jure Ind. tom. 2. lib. 3. cap. 11. num. 4. et in polit. lib. 4. cap. 11. in fine princ. fol. 583. At in illis Regnis, in quibus eſt conſuetudo immemorialis, quod Clerici ſæculares Epiſcopis inferiores poſſunt teſtari de fructibus, & redditibus beneficiorum ſuorum, ac de bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis, ſi ipſi Clerici ſæculares Epiſcopis inferiores ab inteſtato decedunt vigore conſuetudinis immemorialis Hiſpaniæ, & aliorum Regnorum ab inteſtato ſuccedunt

eorum

eorum conſanguinei uſque ad decimum gradum in redditibus, & fructibus beneficiorum ſuorum, ac in bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis, excluſa Eccleſia, ſic Sarmiento *in l.ne reddit. Eccleſ par.4.cap.1.num.8.* Covar.*in cap.cum, in officiis, num.9.de teſtam.* Cardoſo *in prax.jud.verbo Bona, num.30.* Azevedo *l.13. num.4.tit.8.lib.5.recop.* ubi Matienzo *gloſ.4.* Cenedo *collect.ad decret.12.num.1.et 2.*Pereyra *deciſ.95. num. 20. et de manu Reg.par.2.cap.24. num.32.verſ.Verum in fine*, Garcia *de benefic.par.2.cap.1. num.11. et par.5.cap.1.num.596.*Guttier.*pract.lib.2. quæſt.114. num.14. verſ. Quid tenendum*, Spinus *in ſpecul. teſtament.gloſ.rub.14.num.14. verſ.Facit, col.2.in fine*, Eſcobar *poſt tract.de raciocin. comput. 21. num. 13. verſ.Verum*, Pet.Barboſa *in l.divortio, in princ. par. 2. num.60. ff. ſol. matrim.*Villalobos *in ſum. par.2. tract.30.diff.11. num.3.* Pareja *de inſtrum. edit. tom. 1. tit.5. reſol.5.num.20.* Ybanez de Faria in addit. ad Covar.*l.1. var.cap.15. num.52.*Trullench.*in decal.to. 2. l.7.cap.18. dub.5.*Aug.Barboſa *de poteſt.Epiſc.par. 3.alleg.114.num.6.*Mieres *de majorat. par.1. quæſt.1. num.15.*Diana *reſol.moral.par.10. tract.5. et miſcel. 5. reſol.10. et in coordinat. par.9. tract.8. reſol. 92. num.5.* Cevallos *com. contr. com. quæſt.388. num.38.* Fagundez *de juſt. et jure, lib.6. cap. 10. num. 24. et 26.* Salzedo *de lege polit. lib. 1. cap.5. num. 16. et 17.* & hæc eſt communis opinio, quidquid dicat Vaſcus *conſult.165. num.12. et de partition. cap. 35. num.13.*

37 Bene tamen verum eſt, quod in aliquibus Hiſpaniæ locis, & apud Luſitanos viget recepta conſuetudo, quod Epiſcopus mortuo Beneficiato eligit unam ſpeciem rerum mobilium, vel ſe moventium ipſius Beneficiati, ſive mancipium ſit, ſivè mula, aut alia res pretioſa auri, vel argenti, quam luctuoſam appellant, Navar. *de ſpol.Cler. §.9.num.6.et §.16.num. 1.* Molina *de juſt. et jure tract.2.diſp.147. col.9. et 10.*Villalobos *in ſum.par. tract. 30. diff.11. num. 3.* Auguſt.Barboſa *de jure Eccleſ.un.lib.3. cap.17.num. 71.* Domin.Vicecancel. Creſpi *obſerv.51. num.3.* in conſolationem Epiſcopi de morte ſui Clerici Beneficiati, ut volunt Navar. & Domin. Vicecancel. Creſpi *dictis locis*, ſive ad ſedandas lites, ut contendit Molina *citata col. 10.* & tradit. Auguſt. Barboſa *loco relato*, ubi etiam dicit, quod hæc conſuetudo valida eſt, & Villalobos *loco præcitato* addit quod eſt obſervanda, ſi eſt legitimè præſcripta, & idem Auguſt. Barboſa contra Navar. & Molinam concludit, poſſe Epiſcopos diſponere de re luctuoſa electa, nedum in uſus pios, ſed etiam in uſus profanos ad libitum, pro ut voluerint. In Cathalonia ſolent Clerici legare Epiſcopis, vel illis quibus ſpectat pro juribus forſan pertinentibus ratione beneficiorum unum morabetinum, ſeu ejus valorem pro una vice. Sed nunquam vidi, nec audivi illum exactum, nec ab Epiſcopis petitum.

38 Ex dictis, *num.* 19. & 36. infertur, quod quamvis Summi Pontifices Paulus III. Paulus IV. Pius IV. Pius V. & Gregorius XIII. ſpolia Clericorum Cameræ Apoſtolicæ reſervaverint, ut tradunt Navar. *de ſpol. Cleric.§.5. 6. 7. et 8.* Grilenzonius *conſ.112. num.1.* Zerola *in prax.Epiſcop.par.2.verbo ſpolium, verſ.Tertio, Quarto, et Octavo*, Villalobos *in ſum.mor.2.tr. 30.diff.11.num.2.*Fagundez *de juſt. et jure, lib.6. cap. 10. num.23. in fine*, Pereyra *deciſ. 95. num.7. et de manu.Reg.par.2.cap.24.num.23.in fine.* Tamb.*de jure Abbat.tom.3.diſp.16.qu.5.*Barboſa *de jure Eccleſ. un. lib.3.cap.17.num.62.et voto 101.num.3.lib.3. et deciſ. Apoſt. 678. num.6.*Solorzano *de jure Ind.tom.2. lib.3. cap.11.à num.18.et num.99. et in polit. lib.4. cap.11. verſ.Yaunque, fol.584.et verſ.Loque paſſa es, fol.593.* Triſtany *in Corona Benedictina, cap.6.num.1. et 22.*

39 Cæterùm hujuſmodi reſervatio ſpoliorum bonorum Clericorum pro Camera Apoſtolica ſolùm obtinuit in Italia, non ultra montes, & maria. Et ſic Bullæ Pontificiæ ſuper ſpoliis bonorum Clericorum Epiſcopis inferiorum non ſunt uſu receptæ in Hiſpania, & aliis Regnis. Immò attenta conſuetudine immemorali Hiſpaniæ, & aliorum Regnorum, ſpolia Clericorum ſæcularium Epiſcopis inferiorum non revertuntur ad Eccleſiam, neque per Cameram Apoſtolicam acquiri poſſunt, ſed ad eos, quibus Clerici illa in teſtamento relinquunt. & ſi inteſtati deceſſerint, ad eorum conſanguineos, ſic Navarr. *de ſpol.Clericor., §.9.num.4.et §. 14.num.4.*Fagundez *de juſt.et jure, lib.6.cap.10.num. 24.*Pet.Barboſa *in l.divortio, in princ.par.2.num.65. in fine*, Auguſt. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.3. cap.17.num.63.et in repertor.verbo Clericus, verſ.Clericorum ſpolia, fol.55.* Fagnan.*in cap. quæ in Eccleſiarum, num.80. de conſt.* Solorzano *de jure Ind.to. 2.lib.3.cap.11.num.105. et in polit. lib.4.cap.11. verſ. Y demas deſto, fol.593.* Noguer. *alleg. 26. num. 20.* alios plures addunt idem Solorzan. *de jure Ind. tom. 2.lib.3.cap.11.à num.23.et à num.99.et in polit. lib.4. cap.11.verſ.*Toda *via, fol.583.et verſic.Pero toda via, fol.593.*Triſtany *in Cor. Bened.cap.6.num.27.*Pereyra *de manu Reg.par.2. cap.4.num.30.31.et 32.et deciſ.95. num.9.10.11.et à num.17.et num.22.verſ.Ultimo in fine, et num. 31. verſ. Unde aliud*, ad quem ſe refert Domin.Vicec.Creſpi *obſerv.51.num.7.in fine.*

Taliſque conſuetudo excludens Cameram Apoſtolicam ab his ſpoliis valida, & licita eſt, quia licèt eam damnet ipſa Bulla Pauli III. debet intelligi de præcedenti, non de ſequenti, maximè rationabili, & ejuſdem Summi Pontificis licentia, & jugi multorum annorum tolerantia munita, ita Navar. de *ſpol. Cler. §.14.*& alii plures relati per Solorzanum *de jure Ind. tom.2.lib.3.cap.11.à num.23.et in polit. lib.4. cap.11. verſ.4.cap.11.verſ.Toda via, in fine, fol.585.* Pereyram *de manu Reg.par.2. cap.24.num.32.verſ.Quæ repugnantia, et verſ.Quod adeo, et verſ.Non obſtabit, et deciſ.95.à num.9.ad 16.*Noguerol.*alleg.26. num.29. 30. et 31.* & caſu quo per Cameram Apoſtolicam in his allegatur aliqua obſervantia, & conſuetudo, ut allegatur per Avalle *in prax.collect. Apoſtol. cap.4.à num.8.* Debet eſſe hæc conſuetudo immemorialis, & quadragenaria cum titulo, ac cum uſu, & Practica Provinciæ, in qua Camera Apoſtolica ſpolia prætendit, probarique debet in ſpecie, & in contradictorio judicio, ut doctè probat Triſtany *in Corona Benedict. cap.6.num.31.* 40

---

*A R G U M E N T U M.*

An Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus, non Beneficiatus, nec conjugatus, ſpectato jure communi ante Concilium Tridentinum gaudebat privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque erat apud Judicem Eccleſiaſticum.

*S U M M A R I U M.*

1 *Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus ſpectato jure communi ante Concilium Tridentinum gaudebat privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque erat apud Judicem Eccleſiaſticum, num.1. ſive inceſſiſſet cum habitu, et tonſura, ſivè non, num.2. ubi deciſiones.*

3 *Tonſura an ſit propriè Ordo, vel impropriè.*

4 *Ordo verbum generaliter, et abſolutè prolatum comprehendit primam tonſuram ſecundum communem uſum Canonum, et ſecundùm communem uſum loquendi.*

5 *Ordo Clericalis per primam tonſuram confertur.*

6 *Tonſura imprimit characterem in anima indelebilem.*

7 *Tonſura verè, et realiter Clericos efficit.*

8 *Tonſura prima initiatus in ſortem Dei dicitur electus.*

9 *Tonſurati appellatione Clericorum veniunt, et verè Clerici ſunt, n.9. et multò magis ſi ſunt in minoribus Ordinibus conſtituti, num.10.*

11 *Tonſurati à poteſtate ſæculari liberantur, et in Eccleſiaſtica conſtituuntur.*

12 Ton-

12 *Tonſurati ſine beneficio juriſdictionem Eccleſiaſticam exercere valent, et Vicarios Generales Epiſcoporum eſſe, dummodo non ſint conjugati, aut bigami, et ætatem viginti quinque annorum habeant, quid in Regnis Caſtellæ, Legionis, ac Aragonum, et in Principatu Cathaloniæ, n.11. ſed decentius eſt, ut ſint Presbyteri, vel in ſacris conſtituti, num.13.*

14 *Tonſurati poſſunt obtinere beneficia Eccleſiaſtica, Dignitates, Canonicatus, Præbendas, et Cappellanias, quorum laici ſunt incapaces.*

15 *Tonſurati gaudent privilegio, ut non poſſint conveniri pro debito civili, niſi in quantum facere poſſunt.*

16 *Tonſurati gaudent privilegio, ut omnia bona, quæ illis acquiruntur, ſeu in eorum dominium veniunt etiam non ratione Ordinis, ſeu Clericatus, et Eccleſiæ, cenſentur, et ſunt quaſi caſtrenſia, ut ipſi tametſi ſint filii familias, poſſunt de eis liberè diſponere, et teſtari.*

17 *Tonſurati gaudent privilegio Canonis ſi quis ſuadente diabolo 17. quæſt.4.*

18 *Tonſurati ſunt exempti ab exactionibus, et contributionibus, tam realibus, quàm perſonalibus tributorum, gabellarum, vectigalium, et munerum perſonalium.*

## DECISIO CXXVI.

1 SPectato jure communi ante Concilium Tridentinum, Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus non Beneficiatus, nec conjugatus, gaudebat privilegio fori Eccleſiaſtici; conveniendusque erat apud Judicem Eccleſiaſticum, tam in civilibus, quàm in criminalibus, ſicut Clericus conſtitutus in Sacris; privilegium enim fori eſt effectus Clericatus, ſive primæ tonſuræ, *cap.2. de foro compet. cap. Clerici, cap.cum non ab homine, de judiciis, cap. unico, cum ibi notatis de Cler. conjug.in 6.* Felin.*in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, nu. 110.de conſt.* Boſſius *de foro comp. num.127.* Covar. *pract.cap.31.num.1.et 5.in fine, verſ.Tertio, et cap. 32.num.1.* Decian.*tract.crim.lib.4.cap.9.uum.21. et 27.* Ignat.Lopez *in prax.cap.62.num.9.* Gomez *to.3. var. cap.10.num.3.* Navar.*in man.cap.27.num.79.* Scaccia *de jud.lib.1.cap.11.num.13. et ſeq.* Farinac.*in praxi, par.1.quæſt.8.num.5.* Paz.*in praxi, tom.2.prælud.2.num. 6.* Menoch.*de arb.jud.caſu 246.num.2.* Garcia *de Nob. gloſ.9.num.50.* Suar.*lib.4.de immun.cap.27.num.3.* Torreblanca *de jure ſpirit. lib.15.cap.5.num.18.et ſeq.et in tract.de magia, lib.3. cap.9. num.34.* Riccius *de publ.jud.quæſt.35.num.2.* Guttier.*de juram.confirm.par. 1.cap.17.num.12.* Daniel.*de Nobilibus, diſp.31. num. 1.et 113.* Garcia *de benef.par.2.cap.3.num.1.* Barboſa *de poteſt.Epiſc.2.alleg.12.num.1.et in cap.2.num.5.de foro compet.* Caſt.Palaus *in oper.mor. par.2. tract.12. diſp.unica, punct.2. num.1.* Bolannos *in cur. Philip. tom.1.par.2.§.1.num.2.* Morla *in emp.jur.par.1.tit.2.in præmiſ.num.138.* Gail.*lib.1.obſerv.35.nu.2. verſ.Quartò ampliatur,* Cevallos *in tract.per viam violent. in proœm.cap.8.à num.1. ad 10.* Carol. de Graſ.*de effect. Cler.effect. 1.num.77.* Bovadilla *in polit. lib.2. cap.18. num.111.* Boſſius *de pat.poteſt.cap.5. num.182.* Diana *reſol. mor.par.4. tract.1. reſol.10. & tract.2. reſol.88. & par.6.tract.1. reſol.36. & in coordinat.par.5.tract. 5. reſol.12.num.2. & par. tract.2. reſol.64.num.2. & reſol.133. num.4.* Valaſcus *tom.1. alleg. 10. num.12. & 13.* Thom.del Bene *de immun.Eccleſ. tom.1. cap. 1. dub.5. ſect.1. num.1. & cap.4. dub. 2. à num. 1.* Gambacurta *de immun. Eccleſ.lib.7. cap.11. num.1.* Maſcard. *de gener.ſtat. interpret.concluſ.1. num.104. & 105.* Guazin. *defenſ.20. cap.9. num.26.* Fermoſin. *in cap. at ſi Clerici 4. quæſt.6. num. 8. & judic. & in cap.2. quæſt.2. num.1. & quæſt.8. num.1. 2. & 3. de foro compet.* Cenedo *Canonicar. quæſt. 4.* Lotter. *de re benef.lib.1. quæſt.40. num. 161. & lib.3. quæſt. 35. num.21. & quæſt. 36. fere per totam,* Thomat. *deciſ. 89. num. 2. tom. 1.* Grivel. *deciſ. 30. num. 1.* Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *in paſt. reg. par.3. voto 3. à num.6.& de compet.juriſd. quæſt.83. num.21.* Eſcobar. *de Pontif. & reg. juriſd. in ſtud. gener. cap.21. num.357.* Suelves *conſ.19.nu. 15. verſ. Et juxta, lib.1.* Fajardo *alleg.5. ſub num. 13.* Vela *diſſert. 45. num.2. tom.2.* Bellet. *diſquiſit. Cleric.par.1. tit. de favore Cler.perſonali, §.2. num. 1.* Bolannos *in cur. Philip. tom.1. par.3. §.1. num. 2.* Martha *de juriſdict.par.4. caſu 79. num.4. & caſu 89. num.15.* Valenzuela *conſ.135. num. 115. tom. 2.* Pereyra *de manu Reg. par.2. cap.26.num.1,* Giurba *conſ.74. num. 15.* Sperellus *deciſ. 26. num.1. lib. 1.* Reg.Mattheu *de regim.Reg.Valent.cap.7. §.1. num. 174. in fine, & §.2. num.11.& 12.* Ciarlin. *controv. forenſ.lib.2. cap.203.à num.2,* Queſada Pilo *controv. cap.29. num.17.*

Sive incediſſet cum habitu, & tonſura, ſive non, 2
ut colligitur ex generalitate textus in *cap. 2. de foro compet.* ut tradunt poſt alios Pet. Barboſa *in l. titia 35. num.34. verſ.Et ideo reſpondeo, ff. ſol. matrim.* Auguſt. Barboſa *de poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 22. num.21.* Cevallos *com.contr.com.quæſt.563.num.2. verſ. Sed contrarium,* Thoro *in compend.deciſ.par.3. ſect. 3.verbo remiſſio cauſæ,col.3.in fine, fol.132.* quidquid dicat, niſi ter monitus eſſet, Daniel.*de Nobilibus, diſp.41.num.13.* Etiam ſi Eccleſiæ non ſerviiſſet, fruebatur privilegio fori Eccleſiaſtici, Daniel *de Nobilibus, diſp.31.ſub, num.4.* quia de jure antiquo privilegium fori dabatur Clericis, non ob ſervitium, ſed immediatè ob ordinem Clericalem, ut tradit Salicet. *in l.qui ſub prætextu, num.4.C.de Sacroſanct. Eccleſ.&* ibidem, Bald.*ſub, num.2.* allegatus per Maceraten.*reſ. 48.num.14.lib.3,* Daniel.*de Nobilibus, diſp.31.n.117. verſ.Et propterea, & diſp.32, num.10.* ſic fuit in Regio Criminali Cathaloniæ Conſilio, Præſidente Domino Locumtenente Generali reſolutum 19. Februarii 1523. his verbis. *In facto repetitionis factæ per Officialem Eccleſiaſticum de perſona Onofrii Camals Clerici ſimpliciter tonſurati, facta relatione per Joannem Andræam Riquer fuit concluſum, quod tradatur Officiali Eccleſiaſtico.* Vidi in libro concluſionum illius anni, fol.3. & fuit deciſum in Cathalonia per Cancellarium die 4. Auguſti 1543. in caſu relato per Ripoll.*var.cap.1. num.159. & 160,* & per Cancellarium Loazes, conſultoribus Sorts, Puigvert, Cordelles, & Seſcaſes 29. Novembris 1566. in favorem Jacobi Silveſtri Vila Clerici ſimpliciter tonſurati, tempore repetitionis factæ 3. Maji 1563. jam in Regiis Carceribus Civitati Barcinonæ detenti, ante publicationem Sancti Concilii Tridentini, delati de furto quarundam tauparum facto in domo, ſeu hoſtali Joannis Baſſa villæ Cervariæ, è quibuſdam hominibus itinerantibus, pro quo dictus Vila fuit condemnatus ad ſervitium Regiarum triremium remigando ad ſeptennium. Et attento quod repetitio per Curiam Eccleſiaſticam inſtituta de perſona dicti Jacobi Sylveſtri Vila dicto die 3. Maji 1563. fuit facta multum ante dictam publicationem Sancti Concilii Tridentini, fuit declaratum dictæ repetitioni inſtitutæ per dictam Curiam Eccleſiaſticam de perſona dicti Jacobi Silveſtri Vila Clerici ſimpliciter tonſurati locum eſſe, illumque privilegio, & titulo Clericali gaudere, & ad Curiam prædictam Eccleſiaſticam remittendum eſſe. Quicquid dicant Carol.de Graſ.*de effect. Cler. effectu. 1.num.1168.* Sperellus *deciſ.26.num.4.verſ.Prout, lib. 1.* Daniel *de Nobilibus, diſp.31. num.13.*

Quia licèt, grave dubium ſit inter Theologos, & Canoniſtas. An prima tonſura ſit Ordo? Et Theologi reſolvant, primam tonſuram non eſſe ordinem. Et Canoniſtæ exiſtiment primam tonſuram Ordinem eſſe. Et magis communis opinio ſit quod prima tonſura, quæ pſalmiſta dicitur, non ſit propriè Ordo ſumptus, & pertinens ad conſecrationem Hoſtiæ, & ita procedit Theologorum opinio: At impropriè, & ratione quarundam actionum prima tonſura eſt Ordo, ideſt janua, præambulum, gradus, præparatio, ſeu diſpoſitio ad Ordines, quæ oſtendit animum, & intentionem illam recipientis eſſe clericandi, ſicut exorciſmus ad baptiſmum, & novitiatus ad profeſſionem, & ſponſalia ad matrimonium, & ita procedit Canoniſtarum opinio, de quo videndi ſunt infinitis

lau-

laudatis Covar. in cap. tua nos, num.4. de teſtam. & lib.1. var.cap.10. ſubſ.num.9. Garcia de benef. par.7. cap.1. à num.1. Sanchez conſ.mor. lib.7. cap.1. dub.6. & in decal.lib.7. cap.13. à num.32. Belarm. lib.1. de Clerico, cap.13. Cardoſo in prag. jud. verbo Sacramentum Ordinis, num.3. Azor. inſtit. moral.par.2. lib. 3.cap.27. quæſt.3. Cevallos com.contr.com. quæſt.524. Loterius de re benef.lib.3.quæſt.35.à num.20. Martha voto 14.num.2. & de juriſd.par.4. caſu 27.à num.16. & caſu 149. num. 10. & 11. Borell. de Reg.Catholic. præſtan.cap.71.à num.180. Germon. de ſacror.immun. lib.3.cap.15.num.75. Leandrus de Sacram. tom.2. tr. 6. diſp.1. quæſt.4. Thoro in compend. deciſ.in ſupplemento, verbo remiſſio petita, fol. 529. Torreblanca de magia, lib.3.cap.9.à num.36.& in reſponſ.analyt. cap.6.à num.15.& de jure ſpirit.lib.15. cap.5.à num. 33. Giurba conſ.15.num.30. Ybannez de Faria in addit. ad Covar. lib.1.var.cap.10. num.34. Carol.de Graſ. de effect. Clericat. in prælud.à num.280. & à num.298. Sperellus deciſ.114.à num.10.tom.2. Diana reſol. mor. par.4.tract.2. reſol.88. & par.6. tract.8. & miſcel.3. reſolut.29. & in coordin.par.5.tract.5.reſol.12. & 13. Trullench. de Sacrament.lib.6. cap.unico, dub.2.num. 7. Boſſius de pat.poteſt.cap.5.num.182.& 183. Villalobos in ſum.par.1.tract.11.diff.3.num.4. Ciarlin. contr. forenſ.lib.2. cap.203. à num.2. Caſtr.Palaus in oper. mor.par.4.tract.27.diſp.unica punct.2. num.4.verſ. Deinde, & num.5. Auguſt.Barboſa in cap.cum contingat, num.8. de ætate, & qualit.& de poteſt. Epiſc. par.2. alleg.2.nu.17.& 18.& alleg.49.num.3. & de jure Eccl. un.lib.1.cap.38.num.45.46.& 47.& in collect. ad Conc. Trid.ſeſſ.23.de Sacram.ordin. cap.2. num.1. Suelves conſ.19.num.15.lib.1. Fermoſin. in rubr.de temp. ordin. num.13.& quæſt.13.& quæſt.3.à num.1.& in cap.cum contingat, num.10.de ætate, & qualit. Carleval. de jud.lib.diſp.2.à num.1087. Reg.Matth. de reg. Reg.Val. cap.7.§.2.num.9.10.& 16.

4 Cæterùm certum eſt, quod verbum Ordo generaliter, & abſolutè prolatum ſecundùm uſum Canonum, & ſecundùm communem uſum loquendi comprehendit etiam primam tonſuram, ut docet poſt alios, Garcia de benef.par.7.cap.1.num.6.7.& 8.& probant Aug. Barboſa de jure Eccleſ.un.lib.1.cap.38. num.45. verſ. Secundo, & de poteſt.Epiſc.par.2.alleg.2.num.17. & in cap.cum non ab homine 10.num.2.de judiciis, Sper. deciſ.114.num.27.& 28.lib.2. Torreblanca de magia, in defenſ.analyt.cap.6.num.28. Lezana in ſum. verbo Ordines Sacri, num.2. verſ. Illud certum, Fermoſin. in cap.quod translationem, num.4. de temp. ordinat. Covar. pract.cap.31.num.3. Pereyra in l.ſi curatorem habens, verbo læſis, num.114. Caſt.Palaus in oper.mor. par.4.tract.27.diſp. unica, punct.2. num.5.

5 Quia Ordo Clericalis per primam tonſuram confertur, Covar. in cap.quia nos, num.4.de teſtam. Pereyra in l.ſi curatorem habens, verbo læſis, num. 114. Garcia de benef.par.7.cap.1.nu.1.& 2. Barboſa in cap. cum contingat.11.num.6.in princ. ubi Fermoſin. num.2. in princ.de ætate, & qual. idem Fermoſin in cap.quod translationem 11.quæſt. .num.3.de temp.ordin.

6 Nam prima tonſura imprimit characterem in anima indelebilem, Martha de juriſd. par.4. caſ.121. num. 11. & caſu 149. num.9. Ludov. deciſ.516. num.9. ubi Belarmin. num.13. in fine. Giurba conſ.15. num.30. Torreblanca de magia in reſponſ.analyt.cap.6. num. 35. & de jure ſpirit.lib.15. cap.15. à num.6. Barboſa in cap. cum contingat 11. ſub num. 6. ubi Fermoſin. ſub num.2.de ætate, & qualit. idem Barboſa de poteſt. Epiſc.par.2.alleg.1. num.18. in fine, & in collect. ad Conc.Trid.ſeſſ.23.de Sacramento ord.cap.2. num.1. in fine. Et licèt non deſint contradictores, ut Barboſa in rub.de Cler.non reſid. Carleval. de jud.lib.1. diſp.2. num.1087.cum ſeq. Trullench. de Sacrament.lib.6. cap. unico, dub. 1.num.7. Reg.Matth. de regim.Reg.Valent. cap.7.§.2. num.16. Merlinus controverſ.41. num. 16. cent.2. Verius eſt quod imprimit characterem indelebilem, ut tenet Rota poſt tract. Viviani in calce praxis de jure patron.deciſ.95. Martinis lib.2. reſol.jur. cap.155. 6. alios plures citant Ferentil. ad Burat.dec. 791.num.20. Luca ad Franchis deciſ.189. num.4. data perſeverantia in ſtatu Clericali, ut doctè explicat Cevallos de cognit.per viam viol. in proœm.cap. 8. num.8.

Et verè, ac realiter Clericos, & perſonas Eccleſia- 7
ſticas efficit, Albert.Trotius, Navar.Flamin. Pariſ. & Covar. quos citat. Torreblanca de magia, par.3.cap. 9.num.37. & in reſponſ.analyt.cap.6.num.31. Carol. de Graſ. de effect.Clericat.in prælud.num.301. Lotterius de re benef.lib.1.cap.40. num.161. Barboſa de poteſt. Epiſc.par.2.allegat.49. num.1.& 2.& in cap.cum contingat.11.ſub, num.6. ubi Fermoſin. ſub num.2.de ætate, & qualit. Carleval de jud.l.1.diſp.2.nu.1087. Reg. Matth. de reg.Reg.Val.cap.7.§.num.16.in fine.

Siquidem eo ipſo, quod quis prima tonſura initia- 8
tur, in ſortem Dei, ejuſque miniſterium & ſervitium deputatur, cum eſſe Clericum non aliud ſit, quàm in ſortem, & hæreditatem Dei vocari, cap. cum ſecundùm Apoſtolum, de præbend. Can. Cleros, Can. perlectos 21. diſt. Can.Clericus, Can. cui portio, Can.duo ſunt genera, Can. quia tua fraternitas, §. ſi quis, Can.ſcimus 12. quæſt.1. Conc. Trid.ſeſſ.22. de ref.cap.1. Ambroſin. de immun.Eccleſ. cap.22. num.1. Thom.del Bene de immun.Eccleſ.tom.1.cap.4. dub.2. num.3.& 4. Cutel. de immun.Eccleſ.lib.2.quæſt.44.num. 9.& 11. Cardoſo in prax.jud. verbo Clericus, num.1. Auguſt.Barboſa in Can.Clericos, num.4.diſt.21.& in rub.de Cler.non reſid.num.3.& in cap. cum ſecundùm Apoſtolum, num.5.de præbend.& de poteſt. Epiſc.par. 2. allegat.12. num.1. Carol.de Graſ. de effect.Cler. in prælud.à num.3. Gambacurta de immun. Eccleſ. lib.7. cap.1.num.1. Torreblanca de magia in reſp. analyt. cap.6.à num.26.ad 30. Caſt.Palaus in oper. mor.par.4. tract.12.diſp.unica, punct.2.num.1. Queſada Pilo contr. forenſ.cap.29.num.31.& 32. Lezana in ſum.verbo Clericus, num.1.

Ideoque tonſurati appellatione Clericorum ve- 9
niunt, & verè Clerici ſunt omnes ſolùm prima tonſura initiati, & gaudent omnibus privilegiis, & immunitatibus, quæ Clericis in Sacris conſtitutis conceduntur, cap.cum contingat, de ætate, & qualit. Can. Cleros, verſ. Generaliter autem, diſt.21. cap.cum perſonæ 11.quæſt.1.cap.2. gloſ.verbo Clericos, de præbend. cap.fin.de temp.ordinat.in 6.cap.1.in pr.de cenſibus in 6. Covar. pract.cap.31.num.9. verſ. Hoc ipſum, & in cap.quia nos, num.3. & 4. de teſtam. Alvar. Valaſc. conſult.108.num.14.& 16. Valenzuela conſ.5. num.40. & 43.tom.1.& conſ.135.num.114. tom.2. Maranta de ord. jud.par.4. diſt.11. num.3. Ambroſin. de immun. Eccleſ.cap.21.num.5. Decian. tract.crim.lib.4. cap.9. n. 21. Thom.Valaſcus tom.1.alleg.16.nu.3. Cevallos com. contr.com.quæſt.524. num.6. in fine, Zerola in prax. Epiſc.verbo Clericus, nu.1. Germon. de ſacror.immun. lib.3.cap.15.num.76. alios plures addunt Carol.de Graſ. de effect.Cler.in prælud.num.252. & 300. & effectu 1. num.77. Torreblanca de magia in reſponſ.analyt.cap. 6.num.41. Boſſius de pat. poteſt. cap.5. ſub num.186. Daniel de Nobilibus, diſp.31.nu.12. Lezana in ſum. verbo Clericus, num.1. Novarius ad prag.Reg. Neap. in rub. collect.1. num.1. de Clericis, Auguſt. Barboſa appell.51.num.1.& in rub.de Cler.non reſid.num.7.& in cap.cum contingat, num.6. verſ. Ita ut, de ætate, & qualit.& poteſt.Epiſc.par.2.alleg.12. num.1. & de jure Eccleſ.un. lib.1. cap.38. ſub num.45. & cap.39. num.2.& §.nu.15. Fermoſin. in cap.cum contingat, ſub num.2.de ætate, & qualit. Carleval. de jud.lib.1. diſp. 2.num.1088. Vivianus de jure patron.lib.6.cap.1.num. 2. Thoro in ſuppl.deciſ.verbo remiſſio petita, fol.529. præſertim in favorabilibus, Boſſius proximè citatus, plures alios citat Vela diſſert. 45. num.1.

Et multo magis appellatione Clericorum veniunt 10
Clerici in minoribus Ordinibus conſtituti, Cevallos plures citat. com.contr.com.quæſt.524.num.6. Torreblanca de magia, reſponſ.analyt.cap.6.num.38. Barboſa de poteſt.Epiſc.par.2.alleg.12.num.1.& appellat.51. num. 1. & appellat. 51. num. 1. & in rub. de Cler. non reſid. num. 7. & de jure Eccleſ. un. lib. 1. cap. 39. num. 4.

Ac proinde tonſurati à poteſtate ſæculari liberantur, 11
& in Eccleſiaſtica conſtituuntur, Martha de juriſd.

par.4.

par.4. caſu 121. à numer.1. Cævallos com. cont. comm. quæſt.563. numer.6. Torreblanca de magia, lib.3. c.9. num.38. Barboſa in c. cùm contingat, num.6. verſ. Et ſic, ubi Fermoſin. ſub num.2. de ætate, & qualit. Caſt. Palaus in oper. mor. par.4. tract.27. diſp. unica, punct. 2. num.5. verſ. Non inquam, nam privilegium fori Eccleſiaſtici eſt, effectus Clericatus, ſive prima tonſura, ut cum multis docet Reg. Mattheu de regim. Reg. Valent. c.7. §.2. num.21. & 23. Et præcipitur clarè ex formula, qua utitur Epiſcopus, quando juxta rituale Romanum tonſuram confert; monet enim initiatum, eo tunc effectum eſſe de foro Eccleſiæ, & ſortitum eſſe privilegia Clericorum, ut ex Rota tradit Lotterius de re benef. lib.1. quæſt.40. num.161. & lib.3. quæſt.31. num.30. Don Didacus Anton. Frances de Urrutigoyti in paſt. regul. par.3. voto 3. n.7. cum ſeq. Reg. Mattheu de regim. Reg. Valen. c.7. §.2. n.11.

12 Et ſic tonſurati ſine beneficio juriſdictionem Eccleſiaſticam exercere valent, & Vicarios Generales eſſe Epiſcoporum, dummodo conjugati, & bigami non ſint, & ætatem legitimam viginti quinque annorum habeant, & in habitu Clericali incedant, & laici Vicarii Generales Epiſcoporum eſſe non poſſunt, ut docet Can. indicatum, diſt. 89. cap.2. ubi Felin. n.6. Abbas num.12. Decius num.15. Mantua num. 33. Burg. n. 40. Ripa num.66. Vega num.149. & 154. de judiciis, Can. in nova 16. quæſt.7. c.2. de Cler. conjugat. c.1. eodem in 6. c.1. de bigami in 6. Covar. in c. alma mater, par.1. §.11. num.3. Sbroſ. de off. Vicar. lib. quæſt.31. Valenzuela conſ.101. num.67. & 68. tom.2. Cenedo collect. ad deceretal.4. num.5. Solorzano de jure Indiar. to. 2. lib. cap.8. numer.38. latè Torreblanca de magia, in reſpon. analyt. à num.59. ad 63. Carol. de Graſſ. de eff. 18. à num. 5. ſignanter num. 8. Morla in emp. jur. part. 1. tit. quæſt.22. numer.10. Reg. Mattheu de regim. Reg. Valen. cap.7. §.4. num.36. plures alios addunt Garcia de benef. part.5. cap.8. à num.2. Barboſa de poteſtat. Epiſ. part.2. allegat.54. à numer.4. & de jure Eccleſ. un. lib.1. cap.15. num.14. & 15. & in cap. cùm contingat, num.6. verſic. Ac proinde, de ætate, & qualit. Fermoſin. in cap. tua nobis 5. quæſt.5. à numer.23. & in cap. cùm contingat, n.6. de ætate, & qualit. Sialoya de foro compet. cap.33. n.296. Benè tamen verum eſt, quod in Regnis Caſtellæ, & Legionis Vicarii Generales Epiſcoporum debent eſſe conſtituti in aliquo ſaltem ex ſacris Ordinibus, aliàs deputationes, & electiones ſunt nullæ, & invalidæ, & nullius roboris, & momenti, ita Clemens VIII. in ſua conſtitutione incipien. Eccleſiaſtici Ordinis, die 1. Februarii 1601. referente Garcia de benef. p.5. c.8. num.11. & 12. Solorzano de jure Indiar. to. 2. lib.3. cap.8. num.39. quam approbavit, & confirmavit Urbanus VIII. in ſua conſtitutione incipien. Decet Romanum Pontificem, die 16. Decembris 1623. referunt Barboſa de poteſt. Epiſc. par.3. alleg.54. num.10. & de Canon. & dignit. cap.42. num.5. verſ. Vicarius Generalis, & de jure Eccleſ. univer. lib.1. cap.3. num.54. verſ. Vicarius Generalis, & deciſ. Apoſt.713. numer.2. Fermoſin. in cap. ſua nobis 5. quæſt.5. num.23. de offic. Vicar. & in cap. decernimus 2. quæſt.12. num.6. de judic. in cap. cùm contingat, num.6. de ætate, & qualit. ubi dicit, hodie eſſe indultum ex Bulla Urbani VIII. Innocentii X. & Alexandri VII. pro Eccleſiis Cathedralibus, ut poſſint reſiſtere, ne eligantur in Vicarios Generales Epiſcopatuum Clerici in minoribus, ſed in Sacris conſtituti. Et refert Cenedo Canonicar. quæſt. 18. num.13. quod in Synodo Archiepiſcopi Cæſarauguſtani conſtit. fin. titul. de off. Ordin. ſtabilitur Vicarios Generales, aut principales Officiales, aut principales Officiales Diœceſanorum, vel Ordinariorum Eccleſiaſticorum eſſe debere in Sacris Ordinibus conſtitutos, & definit omnes actus Vicarii, aut principalis Officialis non conſtituti in Sacris Ordinibus nullius eſſe roboris, aut valoris, quem citant Barboſa de poteſt. Epiſc. p.3. alleg.54. n.10. in fine, Fermoſin. in cap. ſuæ nobis 5. quæſt.5. num.27. de Offic. Vicarii. Et idem eſt diſpoſitum in noſtris Conſtitutionibus Provincialibus Tarraconæ cap.3. & 4. de Off. Vicarii, & in ſuperfluis, cap.3. & 4. eodem titulo. Sed dicit Solorzanus de jure Indiar. tom.2. lib.3. cap.8. num.29. dictum Breve Clementis VIII. in Hiſpania non publicatum, nec receptum fuiſſe, & eo non obſtante continuari conſuetudinem nominandi Vicarios primæ tonſuræ, prout in Provinciis Indiarum nominari vidiſſe in Archiepiſcopatu Limenſi, & in Archiepiſcopatu Truxillano, Garcia de eodem ſtylo teſtatur de benef. par.5. c. 8. à num.13. & 10. in fine, & in addit. num.14. & ſeq. & Fermoſin. in cap. decernimus 2. q.12. n.6. de jud. ait, quod licèt decretum Urbani VIII. in praxi non ſit admiſſum, tamen Nuntium Hiſpaniæ anno 1644. in menſe Aprilis ſuas Epiſtolas miſiſſe Epiſcopo Valliſoletano, & aliis ſimilibus Eccleſiis Cathedralibus, ut in hoc inſtarent, & vidiſſe Valliſoleti, ut Collegæ Sanctæ Crucis in hoc officium tantùm exerceant in minoribus, eo quod ipſi pro tempore nimis inſtant pro exercendo tali officio. Idem Fermoſin. in cap. ſua nobis 5. quæſt.5. n.27. de Offic. Vicarii, teſtatur in praxi vidiſſe, & videre aliquoties eligi Vicarios ab Epiſcopis ſolùm in minoribus ordinatos, & addit, quod ſi Cathedralium Capitula, aut Clerici reclament, tunc videre Epiſcopos juxta prædictas conſtitutiones eligere ſibi Vicarios in Sacris conſtitutos. In Principatu Cathaloniæ ſcio aliquos in minoribus Ordinibus conſtitutos fuiſſe Vicarios Generales, & cognoſco unum, qui fuit Vicarius Generalis Archiepiſcopatus Tarraconæ de tempore Archiepiſcopi Rozas, & nunc eſt uxoratus.

Decentius verò, & convenientius eſſe ſentio, ut 13
Vicarii Generales Epiſcoporum ſint Presbyteri, vel in Sacris conſtituti, ut probat Solorzano de jure Indiar. tom.3. lib.3. cap.8. n.40.

Poſſuntque tonſurati obtinere beneficia Eccleſiaſti- 14
ca, Canonicatus, Dignitates, Præbendas, & Capellanias, quorum laici incapaces ſunt, cap.2. de inſtitut. cap. ex literis, de tranſact. cap. cùm ab eo, de reſcrip. Clement. quia contingit, §. ut ante, de relig. domib. Concilium Trident. ſeſſ.23. de refor. cap.6. Lara de anniver. lib.2. c.5. n.2. Pariſius de reſig. benef. lib.4. c.1. num.7. & cap.2. toto, Tambur. de jure Abbat. tom.3. diſput.5. quæſt.7. num.19. Martha voto 15. num.2. Caſt. Palaus in oper. mor. par.4. tract.27. diſp. unica, punct.2. num.5. Squilante de privileg. Cler. cap.4. Barboſa in cap. cùm contingat, num.6. in fine de ætate, & qualit. & de jure Eccleſ. un. lib.1. cap.38. num.45. verſ. Tertio, & cap. 39. n.16. & lib.3. cap.13. num.169. Cævallos com. cont. dom. quæſt.524. num.6. Torreblanca de magia, in reſpon. analyt. cap.6. num.56. Fermoſin. in cap. quod tranſlationem 11. quæſt.9. num.5. de temp. ordinat. & in cap. cùm contingat, num.8. de ætate, & qualitat. Et ſic ſi Summus Pontifex dicat, Conferimus tibi beneficium, quam primùm fueris charactere Clericali inſignitus, ad talem collationem ſufficit, ut Beneficiatus habeat primam tonſuram. Pariſius de reſign. benef. lib.4. quæſt.2. num.56. & lib.6. quæſt.4. num.33. Barboſa in capit. cùm contingat, n.6. ante finem, ubi Fermoſin. n.9. de ætate, & qualit.

Gaudentque tonſurati, aut in minoribus Ordinibus 15
conſtituti privilegio cap. Odoardus 3. de ſolutionibus, ut ſcilicet pro debito civili conveniri non poſſint, niſi in quantum facere poſſunt, Riccius deciſ.20. num. 4. & 5. par.2. Machado en ſu perfecto Confeſſor, tom.2. lib.4. par.1. tract.14. documento 11. numer.2. Barboſa in cap. Odoardus 3. num.8. de ſolut. & de jure Eccleſ. un. l.1. c.39. §.6. n.15. & alii allegandi dec.127. n.11. & 12.

Pariter gaudent tonſurati, aut in minoribus Ordi- 16
nibus conſtituti privilegio l. Sacroſanctæ 32. & authentica Presbyteros, C. de Epiſcop. & Cler. ut ſcilicet omnia bona, quæ illis acquiruntur, ſeu in eorum Dominium veniunt, etiam non ratione Ordinis, ſeu Clericatus, & Eccleſiæ, cenſentur, & ſunt quaſi caſtrenſia, & ipſi tametſi ſint filii familias, poſſunt de eis liberè diſponere, & teſtari, Covar. in cap. quia nos, n.3. de teſtament. Sanchez in decalogo, l.7. c.13. n.32. & 33. Menoch. de adipiſcen. poſſeſ. remed.4. n.282. Molina de juſt. & jure tom.2. diſp.138. n.4. Barboſa in authent. Presbytero, n.3. C. d. Epiſc. & Cler. Leſſius de juſt. & jure, l.2. c.4. ſub n.7. Azor. inſt. mor. p.2. l.2. c.23. q. 9. Boſſius de pat. poteſt. c.5. n.182. & alii citandi deciſ. 127. num.13. & 14.

Similiter percutiens Clericum, etiam ſi ſit primæ 17

tonſuræ, eſt excommunicatus, & non niſi à Summo Pontifice abſolvi poteſt, *Canon. ſi quis ſuadente 17. quæſt.4. cap. non dubium, de ſenten. excom. gloſſ. in capit. cùm contingat, verbo Ordo de ætate, & qualit.* ſic pluribus citatis Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu 9. num. 96,* Torreblanca *de magia in reſpon. analyt, cap.6. à num. 50.* Gonzalez *ad reg.8. Cancell. gloſſ.5. §.5. nu.8.* Squillante *de privileg. Cler. cap.6. à num.5.* Cenedo *collect. 105. ad decretal. num.4.* Valaſcus *conſult.54. numer. 2.* Fermoſin. *in cap. quod translationem, quæſt.9. numer.3. de temp. ordinat. & in capit. cùm contingat, num.7. de ætate, & qualit.* Valenzuela *conſ.135. num.115. tom. 2.* Fajardo *allegat.5. numer.13. verſ. Et conſiderandum eſt,* Barboſa *in Can. ſi quis ſuadente, n.7. 17. quæſt.4. & in cap. cùm contingat, numer.10. de ætate, & qualit. & de jure Eccleſ. un. lib.2. cap.38. n.45. verſ. Tertio, & cap.39. §.1. num.2.* Caſt. Palaus *in oper. mor. part.6. tract.29. diſp.3. punct.23. §.1. n.1.* Villalobos *in ſumm. par.1. tract.17. diſ.22.* Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.1. c.2. dub.4. ſect.3. num. 1. 2. & 3. dub.7. n.4, verſ. Ad quod, in fine,* & alii laudandi *deciſ.127. numer. 6. & 7.*

Denique Clerici primæ tonſuræ, aut in minoribus
Ordinibus conſtituti ab exactionibus, contributioni-
bus, tàm realibus, quàm perſonalibus tributorum,
gabellarum, vectigalium, & munerum temporalium
exempti ſunt, *cap. cùm non minus, cap. adverſus, de im-
mun. Eccleſ. cap. quamquam, de cenſib. in 6. l.2. placet,
C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. Presbyteros, C. de Epiſc. &
Cler.* Covar. *pract. cap.31. num.9.* Torreblanca *de ma-
gia, in reſpon. analyt. cap.5. num.69. cum ſeq. & de jure
ſpirit. lib.5. cap.6. num.43.* Thom. Valaſc. *alleg.28. cum
1. tom.1.* Maſcard. *de generali, ſtat. interpret. concluſ.
1. num.37. & 105.* Vela *diſſert.45. num.2.* Ciarlin. *con-
trov. forenſ. lib.1. c.22. à num.1.* Florez Diaz de Mena
4 *lib.2. var. c.22. à num.199.* Squillante *de privil. Cler.
c.8. à num.1. præcipuè, num.7.* Solis *de cenſib. tom.1. lib.
2. c. ultimo, numer.13.* Trentacinq. *var. reſol. libr.1. de
jure fiſci, reſolut.5. à numer.7.* Garcia *de benef. part.2.
cap.4. num.1.* Lezana *quæſt. regul. verbo Gabella, num.
6.* Molina *de primog. Hiſpan. lib.1. cap.19. num.26.* al-
ter Molina *de juſt. & jure, tom.3. diſp.671. numer.5.*
Trullench. *in decal. lib.7. c.11. dub.5. num.11.* Sanchez
*in decal. lib.7. c.13. n.33. & conſ. moral. lib.2. c.4. dub.
49.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu 3.* Caſtillo *de
tertiis, cap.9. à numer.11.* Balmazeda *de collect. quæſt.
19. à num.1.* Diana *reſol. mor. par.1. tract.2. reſolut.36.*
5 *aliàs 35. & in coordin. par.9. tract.2. reſol.269. num.2.*
Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.2. alleg.13. n.1. & de jure
Eccleſ. un. lib.1. c.39. §.5. à numer. 1. ſignanter numer.
15. & in c. quamquam, num.3. de cenſib. in 6. & in leg.
Presbyteros, num.1. & 2. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.*
Caſt. Palaus *in oper. mor. par. 2. tract.11. diſp. unica,
punct.9. num.13.* Thom. del Bene *d. immun. Eccleſ. tom.
1. c.1. dub.5. toto, & dub. 7. n.4.* & alii allegandi, *dec.
127. n.8. 9. & 10.*

---

### *ARGUMENTUM.*

An Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus, non Beneficiatus, nec conjugatus de jure novo poſt Sacrum Concilium Tridentinum gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, convenirique debeat coram Judice Eccleſiaſtico.

### *SUMMARIUM.*

1 *Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus, ſpectato jure novo poſt Sacrum Concilium Tridentinum, non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, niſi beneficium habeat, aut habitum Clericalem, & tonſuram deferens, alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſerviat, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad majores Ordines ſuſcipiendos verſetur, n.1. rationes aſſignantur, n.2. 3. & 4. impugnatur Torreblanca, n.5. & vide, n.15. 16. 17. 18. 19. & 20.*

6 *Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus, ſi non ſervet requiſita neceſſaria ad privilegium fori juxta formam Sacri Concilii Tridentini, an gaudeat privilegio Canonis ſi quis ſuadente diabolo 17.q.4. refertur affirmativa, n.6. ſed negativa eſt probabilior, n.7.*

8 *Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus, ſi non ſervet requiſita neceſſaria ad privilegium fori juxta formam Sacri Concilii Tridentini, an ſit exemptus ab exactionibus, & contributionibus, tàm realibus, quàm perſonalibus vectigalium, gabellarum, tributorum, & munerum perſonalium, refertur affirmativa, n.8. ſed negativa eſt probabilior, n.9. & de Regno Caſtellæ, & Luſitaniæ, n.10.*

11 *Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus, ſi non ſervet requiſita neceſſaria ad privilegium fori juxta formam Sacri Concilii Tridentini, an gaudeat privilegio c. Oduardus, de ſolut. ut non poſſit conveniri pro debito civili, niſi in quantum facere poſſit, refertur opinio affirmativa, num.11. ſed negativa eſt probabilior, num.12.*

13 *Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus, ſi non ſervet requiſita neceſſaria ad privilegium fori juxta formam Sacri Concilii Tridentini, an gaudeat privilegio, leg. Sacroſancta, C. de Epiſc. & Cler. ut omnia bona, quæ illi acquiruntur, ſeu in ejus dominium veniunt, etiam non ratione Ordinis, ſeu Clericatus, & Eccleſiæ, cenſeantur, & ſint quaſi caſtrenſia, ut ipſe tametſi filius familias poſſit de eis liberè diſponere, & teſtari, refertur affirmativa, n.13. ſed negativa eſt probabilior, n.14.*

15 *Dictio nullus de ſui natura eſt univerſalis negativa, num.15. & 16.*

17 *Dictio niſi negativæ vim habet, num.16. ſi oratio affirmativa præcedat, ſed ſi præcedat oratio negativa, eſt affirmativa, num.20.*

21 *Clericus prima tonſura initiatus aut in minoribus Ordinibus conſtitutus, ut gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici juxta diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini, ſufficit, ut probet unum ex requiſitis ejuſdem Concilii Tridentini, quæ explicantur, n.21. ſed copulativè, & conjunctivè, n.22. ita ut non ſufficiat unum ſine altero, n.23.*

24 *Habitus Clericalis in tonſura, & veſtibus conſiſtit.*

25 *Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus non Beneficiatus, ſi ſimul conjunctivè, & copulativè non probat, reſpectivè, requiſita Sacri Concilii Tridenti, non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, n.25. tàm in civilibus, quàm in criminalibus, num. 26. etiam nulla præcedente monitione, n.27. et etiam ſi non ſit incorrigibilis, neque enormitatibus ſe immiſceat, n.28. rationes aſſignantur, n.30. 31. et vide, n.32.*

30 *Dictio niſi conditionem importat, n.30. et formam inducit, n.31.*

33 *Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus, ſi non habeat omnia requiſita juxta formam Sacri Concilii Tridentini, ut non gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, an poſſit puniri nedum à Judice ſæculari, ſed etiam ab Eccleſiaſtico, ut ſit locus præventioni, refertur affirmativa, num.33. negativa, n.34.*

35 *Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus ſine requiſitis à S. Concil. Trident. præſcriptis reputatur ut laicus.*

## DECISIO CXXVII.

NOtanter dixi deciſ. præcedenti, *num.1.* ſpectato jure communi ante Sacrum Concilium Tridentinum. Nam ſpectato jure novo poſt Concilium Tridentinum, *ſeſſion. 23. de reformat. c.6.* emanatum hoc decre-

decretum ad inſtantiam Principum ſæcularium, ut ſcribunt Navar. *conſ.24.num.3. de privileg.* Sanchez *in oper. mor. tom.2. lib.7. cap.13. n.35.* Daniel de Nobilibus *diſp.31. n. 99.* Nullus Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, niſi Beneficium habeat, aut habitum Clericalem, & tonſuram deferens, alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſerviat, aut in ſeminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad majores Ordines ſuſcipiendos verſetur, conſonat apud Caſtellanos, *l.1. tit.4. lib. 1. recop.* & apud Luſitanos *Regia ordinatio, lib.2. tit.1. §.2.* & apud Sardos *Regia pragmatica, tom.1. tit.7. cap.12.* docent Navar. *conſ.24. in fine, de privileg.* Cavalcanus *de brac. Reg. par.1. n.94.* Bolannos *in cur. Philip. tom.1. par.3. §.1. n.3.* Salzedo *in prax. cap.62. n.9.* Ugolin. *de poteſt. Epiſc. cap.12. n. 3.* Solis *de cenſib. tom.1. lib.2. capit.ult. numer.14.* Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. cap.7. in princ.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.222. n.40.* Rodriguez *in ſum. tom.1. capit.155. à numer.1. & tom.2. quæſt.139. dub.2.* Menochius *conſ.912. numer.11. & 12. lib.10. & libr.6. præſumpt.76. num.38.* Bajard. *ad Clar. §. fin. q.36. n.7.* Pet. Barboſa *in leg. Titia, n.36. ff. ſolut. matrim.* Paz *in praxi, tom.2. prælud.2. numer.6.* Guttier. *de jurament. confirmat. par.1. cap.17. numer.13.* Morla *in empt. jur. 1. tit.2. in præmiſ. numer.138.* Maſtrill. *deciſ.113. num. 1. tom.2.* Maſcard. *de gener. ſtat. interpretat. concluſ.1. num.106.* Gambacurta *de immun. Eccleſ. lib. 7. cap.11. num.1. & cap.13. à num.6. cum ſeq.* Grivel. *deciſ.30. n. 2.* Jul. Chartar. *deciſ.17. numer.4.* Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſdict. quæſt.93. num.21.* Eſcobar. *de Pontif. & Reg. juriſd. in Stud. General. cap.21. à num.359. & cap.33. num.5.* Pereyra *de Academ. num.389.* Cabedo *deciſ.59. numer.ultim. tom. 1.* Suarez *in defenſ. fidei, lib.4. cap.27. numer. 4.* Parlador. *rer. quotid. diſ. 9. §.1. num.11.* Bovad. *in politic. lib.2. capit.18. numer.102.* Burgius *de modo proced. ex abrupt. quæſt.65. à numer.14.* Ambroſin. *de immun. Eccleſ. cap.17. ſub num. 13. & cap. 18. numer.24. in fine,* Maſcardus *de probat. concluſ.302. num.14. verſic. Quod vero,* Torreblanca *de jure ſpirit. lib.16. cap.5. n.22. & de magia, lib.3. cap.9. n.39. & in defin. analyt. cap.6. n.3.* Maceraten. *lib.3. cap.48. num.7.* Vivianus *de jure patron. par.2. lib.6. cap.1. num.20.* Azor. *inſt. mor. par. 3. lib.5. cap.19. quæſt.6.* Alterius *de excom. Bullæ, diſp. 16. lib.5. cap.1. verſic. Reſpondeo hoc,* Martha *de juriſdict. par.4. caſu 135. num.19.* Farinac. *in prax. par.1. quæſt.8. num.5. verſic. Et hodie, & ſub numer.44. & à num.60.* Garcia *de beneſ. par.2. cap.2. num.2.* Bonacina *in ſum. tom.2. in octavum præcept. decal. diſp.10. quæſt. 2. punct.1. §.4. num.10. & to.3. de cenſur. in Bulla Cœnæ contentis, diſp.1. quæſt.16. ſect.1. punct.6. n.19.* Cævallos *de cognit. per viam violen. in proœm. cap.8. n.11. & com. cont. com. quæſt.896. n.579.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect. 1. num.77. verſic. Sed hodie, & à numer.1166.* Caſt. Palaus *in oper. mor. part.2. tractat.12. diſput. unica, punct.2. num.2.* Boſſius *de patr. poteſtat. cap.5. ſub n.182. & 183.* Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.1. cap.4. dub.3. ſect.2. num.5. & 6.* Fermoſin. *in cap.2. quæſt.1. num.2. & quæſt.2. num.4. de foro compet.* Carleval. *de judic. lib.1. diſp.2. numer.866. & 1088.* Zerola *in prax. Epiſc. par.1. verbo Clericus, verſ. Ad ſecundum,* Pareja *de inſtrum. edit. tom. tit.5. reſol. 7. num.1. & 10.* Laynez in addit. ad Gomez, *tom.3. var. cap.10. n.4.* Diana *reſol. mor. par.1. tract.2. reſolut.29. aliàs 28. & in coordinat. par.9. tract.2. reſol.140. numer.1.* Thom. Valaſcus *tom.1. allegat.10. num.2. & allegat.14. n.2.* Riccius *deciſ.111. par.1.* Ciarlin. *libr.1. controver. cap.20. n.2.* Sperell. *deciſ.26. n.3. lib.1.* Thoro *in compend. deciſ. par.1. verbo Clericus in minoribus, fol.95. & part.3. ſect.3. verbo remiſſio petita, col.2. in fine, fol.63.* Giurba *conſ.84. ſub numer.11.* Guazin. *defenſ.1. capit.3. numer.9. verſic. Quintò, & defenſ.20. cap.9. numer.25.* Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.2. alleg.12. num.3. & in cap.2. num.5. verſic. Hodie tamen, de foro compet. & de jure Eccleſ. un. lib.3. cap.39. §.2. n. 12. & in collect. Bullarii, verbo Cleric. conjugati gaudent, in fine, & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.23. de reſor. cap.6. n.10.* Pereyra *de manur. Reg. par.2. cap.26. n. 1. in fine, prin. & num.7.* Vela *diſſert.45. num.41. tom. 2.* Cyriacus *controver.436. n.7.* Novarius *ad pragmat. Regni Neapol. prag.2. collect.3. n.4. & prag.4. collect.5. numer.2. de Clericis,* Cutel. *de immunit. Eccleſ. l.1. q. 29.* Tondut. *de præven. jud. par.2. cap.53. num.4.* Squillante *de privil. Cler. cap.7.* Trullench. *in decal. lib.6. c. 1. dub.8. num.2.* Sanfelicius *deciſ.7. tom. 1. 260. tom.2.* Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap.7. §.1. n.173. & ſub n.173. & ſub n.174. & §.2. n.49.* Suelves *conſ.19. num.15. verſ. Licet, lib.1.* Fajardo *alleg.5. n.13. & allegat.6. n.14. & 19.* Vela *diſſert.45. num.3.4. & 6.* Joſeph Riccius *de pub. jud. quæſt.35. num.27. & 28.* Caracciolus *de foro privileg. in prin. n.63.* Vermigliolus *conſ.98. num.1.* Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.1. tit.7. capit. 12. n.5.* Daniel de Nobilibus *diſp.31. numer.13. in fine 14. 15. & 30. verſic. Cùm igitur, & in addition. n.2.* Balmaſeda *de collect. quæſt.19. numer.3.* Ita fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Rovirola contra Curiam Eccleſiaſticam Urgellen. & Jacobum Maya I. V. D. Clericum ſimpliciter tonſuratum, die 18. Septembris 1600.

Rationes autem, quare Sacrum Concilium Tridentinum has ſpeciales conditiones requiſivit in Clerico prima tonſura initiato, aut in minoribus Ordinibus conſtituto, non Beneficiato, ut gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici. Prima eſt, quia Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus non tenetur in Clericatu perſeverare, ſed poteſt ſine apoſtaſia ſtatum Clericalem deponere, & laicè vivere, & negotiis ſæcularibus ſe immiſcere, *ut in cap. cùm Joannes, de Cler. conjugat. & in cap. unico eodem in 6. Can. illud autem 10. in fine 20. quæſt.10. nu.1.* doctè Queſada Pilo *controv. forenſ. 5. n.12. 13. & 14.* Gambacurta *de immun. Eccleſ. lib.7. cap.13. nu. 9.* quod aliter contingit de Clerico in Sacris, qui præcisè tenetur in ſtatu Clericali perſeverare *ut in Can. decernimus 28. diſt.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. in prælud. num. 396.* Daniel de Nobilibus alios addit *diſp.31. n.119.* & ſine apoſtaſia illum ſtatum deſerere non poteſt, *capit. tuæ ubi gl. de apoſtat.* Ergo convenienter Sacrum Concilium Tridentinum in Clerico prima tonſura initiato, aut in minoribus Ordinibus conſtituto expoſtulavit dictas qualitates denotantes perſeverantiam in ſtatu Clericali, ſic Cævallos *de cognit. per viam violent. in proœm. cap.8. num.8. 9. 10.* Caſt. Palaus *in oper. moral. part.2. tractat.12. diſput. unica, punct.2. numer.2.* Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.1. cap.4. dub.3. ſect.2. numer.7. & 8.* Fermoſin. *in capit. 2. quæſt.2. numer.3. & 4. de foro competent.* & alii infra, *deciſion.13. num.15.* 2

Secunda ratio, quare decretum iſtud Sacri Concilii Tridentini editum fuit, eſt, ne in Eccleſia Dei, meri cerdones, pelliones, corriarii, fullones, & ſimiles nudæ tonſuræ, aut minorum Ordinum prætextu immunitatibus fruerentur, quæ in Clericorum favorem Divino muneri miniſtrantium conceſſæ fuerunt, ita Ignat. Lopez ad Dias, *cap.64. in fine,* Ambroſin. *de immun. Eccl. c.17. n.13. in fine,* & in ornatum vide Pet. Queſad. Pilo *contr. foren. cap.29. à n.27.* 3

Tertia ratio, quare factum fuit hoc decretum per Sacrum Concilium Tridentinum, eſt, imò multiplex aſſignari poteſt. Dum ut relaxationibus iſtorum Clericorum prima tonſura initiatorum, aut in minoribus Ordinibus conſtitutorum provideret, ut dicunt Sperell. *deciſ.26. n.3. in prin. lib.1.* Cutel. *de immun. Eccl. lib.2. q.30. n.10.* Tum ad compeſcendam iſtorum Clericorum delinquentium malitiam, ut ait Daniel de Nobilibus *diſp.31. n.14.* Tum ut ex eorum libertate nullum incommodum Regna ſentirent, ut inquit Cutel. *de immun. Eccleſ. l.1. q.29. n. 2.* Tum propter multitudinem horum Clericorum, qui ad primam tonſuram, & Ordines minores præteritis temporibus promovebantur, & ei quodam modo per privilegium fori datur occaſio delinquendi, nec ſunt deputati alicui officio Eccleſiaſtico. Tum ad tollendos abuſus, Daniel de Nobilibus *in addit. ad diſp.31. n.13.* & fraudes vectigalium, Daniel de Nobilibus *diſp.32. n.9.* Ergo convenienter erat in Clericis primæ tonſuræ, & mi- 4

norum Ordinum, expoſtulare qualitates demonſtrantes perſeverantiam in ſtatu Clericali, ex traditis per Covar. pract. cap.31. n.6. Boſſium de pat. poteſt. cap.5. n.183. Pet. Barboſa in l. Titia 35. n.35. in fine. ff. ſolut. matr. Torreblanca de magia, lib.3. cap.9. n.39. & in reſpon. analyt. cap.6. n.3. & de jure ſpirit. lib.15. cap.5. à n.2. Cenedo collect.105. ad decretal. n.5. Cutel. de immun. Eccleſ. lib.2. quæſt.37. in princ. Fagundez in decalogo, lib.7. cap.4. n.6. verſ. Ex dictis, Gambacurta de immun. Eccleſ. lib.7. c.10. n.1. in fine, & cap.11. n. & cap.13. n.12.

5 Ex quibus perperam firmat Torreblanca de magia, lib.3. cap.9. à n.40. & in reſpon. analyt. capit.6. à n.3. & de jure ſpirit. lib.15. à n.24. Concilium Tridentinum ſeſſion.23. de reformat. cap.6. non comprehendere omnes Clericos minorum Ordinum, ſed eos dumtaxat, qui ante decimum quartum ætatis annum verſantur, de quibus in præcedentibus verbis mentio fit, vel de incorrigibilibus, & facinoroſis, & qui ſe immiſcent ſæcularibus, cùm hi diſpoſitioni cauſam dederunt. Quia contra hujuſmodi expoſitionem eſt in contrarium communis Doctorum ſententia, ut ipſe Torreblanca fatetur de magia, lib.3. cap.9. n.54. & ſi eam impugnet, à n. 55. & ſic meritò illum reprobat Diana reſol. mor. par.1. tract.2. reſol.29. aliàs 28. & in coordinatis, part.9. reſolut.140. n.1. referunt, & ſequuntur Reg. Mattheu de regim. Reg. Valen. cap.7. §.2. n.174. in fine, Vela diſſert.45. n.3. tom.2.

6 Sed utrum hodiè Clericus prima tonſura initiatus, vel in minoribus Ordinibus conſtitutus, ſi non ſervat requiſita neceſſaria ad privilegium fori juxta formam Sacri Concilii Tridentini ſeſſion.23. de refor. cap.6. gaudeat privilegio Canonis Si quis ſuadente Diabolo 17. q.4. affirmant, & fundamenta referunt, & aliqui declarationem Sacræ Congregationis Cardinalium tradunt, Navar. conſ.25. de Privileg. Jul. Clar. §. fin. q. 36. n.19. Molina de juſt. & jure, tom.3. diſp.154. num.8. Gonzalez ad reg.8. Cancel. gloſſ.5. §.5. à num.7. & gloſ. 53. num.35. Riccius in praxi, deciſ.607. in 1. edit. aliàs reſol.531. n.7. in 2. edit. & par.3. deciſ.315. n.4. & collectam 682. verſ. Amplia 9. Bellet. diſquiſit. Cler. par. 1. tit. de favore Cler. perſonali, §.8. num.19. Vivian. de jure patronat. par.2. lib.6. cap.1. num.22. Portell. de dub. regul. verbo manus violentæ, num.3. Garcia de benef. par.2. cap.2. num.19. & 20. Bonacina de legib. diſp. 10. quæſt.1. punct.11. §.4. num.20. Avila de cenſur. part. 2. cap.1. diſput.2. dub.9. concluſ.3. Squillante de privil. Cler. cap.6. ſub num.11. prope finem, Naldus in ſumm. verbo Clericus, num.2. Torreblanca de jure ſpir. lib.15. cap.6. à num.22. Barboſa de poteſt. Epiſc. par.2. alleg. 12. n.32. & in Can. Si quis ſaudente Diabolo, numer.8. & 9. 17. quæſtion. 4. & de jure Eccleſ. univ. libr.1. cap. 39. §.2. n.3. Sanchez in oper. mor. tom.2. lib.7. capit.13. n.34. & 35. Fragoſo de repub. Chriſt. tom.2. lib.1. diſp. 2. §.1. n.22. Lezana in ſumma, verbo Clericus, num.5. verſ. Amplia, Fermoſin. in cap.2. quæſt.6. n. 4. de foro compet. Daniel de Nobilibus diſp.31. num.44. & in addit. numer.15. Marinis libr.2. reſolut. jur. capit.47. à numer.5. Caſt. Palaus in oper. moral. part.6. tractat.29. diſput.3. punct.23. n.2. 3. & 4. Diana reſol. moral. par. 1. tract.2. reſol.35. aliàs 34. in fine, & par.3. tract.5. & miſcel.1. reſol.71. aliàs 82. & par.9. tract.2. reſol.5. & in coordinat. par.5. tract.2. reſol.41. & 42. & par.9. tract.2. reſol.135. num.4. In Cathalonia per Cancellarium Pons, conſultoribus Aleny, & Paſtor 19. Aprilis 1670. occaſione firmæ juris factæ in Curia ſæculari Regiæ Curiæ, per ejus fiſci Procuratorem, & Raphaelem Jaques Bajulum Civitatis Barcinonæ, quibuſdam procedimentis in vim Sacrorum Canonum in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ contra dictum Jaques ad inſtantiam Doctoris Joannis Garrigo Clerici tonſurati, & in quatuor minoribus Ordinibus conſtituti factis, ratione duarum percuſſionum cum tunica & torace, & plurium impulſionum, vulgo empetes per dictum Jaques in perſonam ſupra dicti Doctoris Garrigo habitum Clericalem deferentis violenter injectarum, poſtquam dictus Garrigo admonuit dictum Jaques, ſe eſſe Clericum tonſuratum, & in quatuor minoribus Ordinibus conſtitutum; fuit declaratum, firmæ juris per Procuratorem Fiſcalem Regiæ Curiæ, & per dictum Raphaelem Jaques in dicta Curia ſæculari Regiæ Curiæ factæ locum non fuiſſe, nec eſſe.

Negant probabilius, & fundamenta referunt Solis de cenſib. lib.1. cap. ult. num.14. in fine, Bannez 2. qu. 12. art.1. circa finem, Layman in Theologia mor. lib.2. tract.5. par.2. cap.5. num.5. Coninch. de cenſur. diſput. 14. dub.15. num.163. Suarez de cenſur. tract.5. diſp.22. ſect.1. num.11. Villalobos in ſum. mor. par.1. tract. 17. diſ.22. n. 3. & alii plures quos lata manu citant omnino videndi Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom.1. c. 1. dub.5. ſect.14. tota, & cap.2. dub.4. ſect.3. à n.21. ad 27. & cap.4. dub.4. ſect.3. Cutel. de immun. Eccleſ. lib. 1. quæſt.37. tota Boſſius de pat. poteſt. cap.5. num.182. & 193. Et ad deciſionem Cancellarii Cathaloniæ in contrarium allegatam reſpondetur, nihil in ea de hoc puncto fuiſſe tractatum, nec allegatum, prout apparet ex allegatione in jure pro Curia ſæculari, & deciſione Cancellarii in ea cauſa facta. 7

Utrum etiam hodie Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus, ſi non ſervat requiſita neceſſaria ad privilegium fori juxta formam Sacri Concilii Tridentini ſeſſion.23. de refor. cap. 6. ſit exemptus ab exactionibus, & contributionibus, tàm realibus, quàm perſonalibus, vectigalium, gabellarum, tributorum, & munerum perſonalium? Affirmant, fundamenta referunt, & aliqui declarationem Congregationis Epiſcoporum, & Regularium tradunt, Molina de juſt. & jure tom.3. tract.1. diſp.270. n.1. Leſſius de juſt. & jure, lib. 2. cap.33. dub.5. n. 38. Sanchez in decalogo, tom.2. lib.7. cap.13. n.34. & conſ. mor. lib.2. cap.4. dub.49. num.6. Novarius de elect. fori, quæſt.52. ſect.1. Garcia de par.2. cap.3. num. 5. Bonacina de cenſuris, diſp.1. q.29. punct.3. §.3. n.2. Diana reſol. moral. par.1. tract.2. reſol.37. aliàs & reſol.44. aliàs 43. in fine, & par.4. tract.1. reſol.20. & in coordinat. par.9. tract.2. reſol.139. ſub numer.2. & latè reſol.290. & reſol.261. in fine, Riccius in praxi, par.4. reſolut. 158. Squillante de privileg. Cler. cap.8. num.8. verſ. Ipſe vero, & cap.33. dub.4. num.39. Torreblanca de jure ſpirit. lib.15. cap.6. à num.39. & de magia, in reſpon. analyt. cap.6. à num.69. Machado en ſu perfecto Confeſſor, tom.2. lib.4. par.1. tract.14. docum.10. num.2. Daniel de Nobilibus in addit. ad diſp.31. num. 13. in fine, Barboſa de jure Eccleſ. un. lib.1. cap.39. §.5. n.15. verſ. Et quamvis, C. de Epiſc. & Cler. 8

Negant probabilius, argumenta referunt, & aliqui contrariis reſpondent, Azor. inſtit. mor. par.3. lib.5. cap. 19. quæſt.6. Reginald. in praxi fori pœniten. tract.1. lib. 9. cap.25. num.476. Suarez in defen. fidei, lib.4. cap.7. num.14. Solis de cenſibus, tom.1. lib.2. cap. ult. num.14. verſ. Hodie tamen, Alterius de cenſur. tom.1. diſp.19. libr.5. cap.6. dub.10. Layman in Theolog. mor. lib.4. tr. 9. capit.6. numer.3. Filliucius tom.1. tract.26. capit.11. 296. Homobon. par.1. tract.7. cap.29. quæſt.120. Cævallos de cognit. per viam violen. cap.7. num.22. Bonacina de cenſur. diſp.2. quæſt.4. punct.2. n. 1. & de contr. diſp.2. quæſt.9. punct.2. num.1. Barboſa in cap. adverſus 7. n.7. de immun. Eccleſ. Cutel. de immun. Eccleſ. lib.2. quæſt.37. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom.1. cap. 1. dub.6. ſect.4. toto, & cap.4. dub. 9. toto, Caſt. Palaus in oper. mor. par.2. tract.11. diſp. unica, punct.9. num. 13. latè videndus Daniel de Nobilibus diſput.32. tota, Sperell. deciſ.42. num.16. lib.1. 9

Verumtamen in Caſtella per l.2. tit.4. lib.1. recop. 10
quæ habet tacitam diſpenſationem Sedis Apoſtolicæ, & in Luſitania per ordinationem Regiam lib.2. tit. 11. in prin. ex diſpenſatione expreſſa Sedis Apoſtolicæ, Clericus in minoribus Ordinibus conſtitutus, ſi actu Beneficium non habet, non eſt exemptus ab onere gabellarum, ſed contribuere debet, ſicut laicus, ut notant Aragon. 2. quæſt.62. art.3. Bovad. in polit. lib.2. capit. 18. num.263. & 283. Bolannos in cur. Philip. l.1. c.14. n.9. Florez de Mena lib.2. var. quæſt.21. num. 199. Solis de cenſib. lib.2. cap. ult. num.13. Gironda de gabell. cap.7. num.7. Rodriguez in ſumm. tom.1. cap.75. concluſ.15. Joan. de la Crux in direct. conſcien. par.1. præcept.7. quæſt.7. artic.3. dub.1. concluſ.1. Vaſquez in opuſc. de reſtitut. cap.6. §.1. num.33. Leſſius de juſt. & jure

lib.

lib.2. cap.33. declar.5. num.39. Malder 2. tract.5. cap. 6. dub.8. Molina de juſt. & jure, tom.3. tract.2. diſput. 671. in fine, Salas de legib. quæſt.96. tract. 14. diſp.14. ſect.11. num.321. Turrian. 2, tom.2, diſp.44. dub.4. numer.12. Guttier. pract. lib.2. quæſt.8. & de gabel. quæſt. 91. Sanchez de matrimon. lib.7. diſp.46. num.16. Azor. inſt. mor. par.2. lib.3. cap.unico, quæſt.fin. Torreblanca de jure ſpirit. lib.15. cap.6. à num.44. Machado en ſu perfecto Confeſſor, tom.2. lib.4, par.1. tract. 14. docum. 19. n.3. Valaſcus conſult.131. Parlador. rer.quotid.par. 1. cap.3. n.16. Paz ad leg. ſtyl.212. num.2. & 3. Cardoſo in praxi, verbo Clericus, num.74. Thom. Valaſc. alleg.28. à num.3. tom.1. Villalobos in ſum. tom.2. tract.8. diſ.14. num.5. Trullench. in decalogo, lib.7. capit.13. dub.5. à num.11. Suarez in defen. fidei, lib.4. capit. 13. num.13. Lazarte de gabel.cap.10. num.18. Balmaſeda de collectan. cap.10, num.4. Cutel. de immun. Eccleſ. lib.2, q.39. à num.38. Diana reſol. mor. par.1. tract. 2. reſ.36. aliàs 35. & in coordinat. par.9. 2.tract. reſol.258. Daniel de Nobilibus, diſp.32. num.21. verſic. Idem, Lezana tom.3. in ſum, quæſt. regul. verbo gabella, num.6. verſ. Nota etiam, Fermoſin. in cap.2. quæſt.15. numer. 11. in fine, de foro compet. Villalobos in ſumm. part.2. tract.9. diſ.14. n.5. Caſt. Palaus in oper. mor. par.2, 11. diſp. unica, punct.9. n.14. Fajardo allegat.5. ſub num.23. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom.1. cap.1. dub.2, n.38. & dub.5. ſect.2. à num. & cap.4. dub.2. num.5. & 6. Boſſius de pat. poteſt. cap.5. num.183. verſ. Alterum, Barboſa de jure Eccleſ. un. lib.1, cap.39. §.3. num.17. & de poteſt. Epiſc. part.2, allegat.13, num.2, 3. & 4. & in l. Presbyteris 6. numer.3, Cod. de Epiſc. & Cler. Reg. Mattheu de regim. Reg. Valent, capit.7. §. numer.186. Garcia de benef. par.2, cap.3. numer.2. & 3. quidquid ipſe dicat, à num.4. & Magala par.2. lib.2. cap.17. q. 6. numer.101. ſed hæc conſuetudo non extat in Regno Siciliæ, ut dicit Diana loco hic citato in fine, pro ut nec in Cathalonia, Et ideo Clericus in minoribus, etiam primæ tonſuræ gaudet exemptione gabellarum. Quod eſt intelligendum, ſi habet requiſita juxta formam Sacri Concilii Tridentini ſeſſion.23. de reformat, cap. 6. ſicque intelligendam eſſe notoriam praxim Regiæ Cameræ Regni Neapolis, de qua teſtatur Molfeſ. in ſumm. Theolog. mor. tract.6. cap.10. numer.65. in fine, relatus per Barboſam de poteſt. Epiſc. par.3. allegat.13. num.2. in fine,

11 Utrum pariter hodie Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus, ſi non ſervat requiſita neceſſaria ad privilegium fori juxta formam Sacri Concilii Tridentini, ſeſſion. 23. de reform. cap. gaudeat privilegio cap. Odoardus, de ſolut. ut conveniri non poſſit pro debito civili, niſi in quantum facere poſſit? Affirmant Machado en ſu perfecto Confeſſor, tom.2. lib.4, cap.1. tract.14. docum.11. num. 2. Torreblanca de jure ſpirit. lib.15. cap. à num.16. præcipuè num. 21. Marinis lib.2. reſol. juris, cap.47. n. 10. Daniel de Nobilibus diſp.31, num.44. & alii quos citat Barboſa de poteſt. Epiſc. par.2. alleg.12. num.32. in fine, & de jure Eccleſ. un. lib.1. cap.39. §.6. numer.16. verſ. Et quamvis.

12 Negant probabiliùs Roland. à Valle conſ.16. numer. 11. lib.4. Surdus conſ.259. n.24. tom.2. Anna conſ.124. à num.4. cum ſeq. Maſul. ad Capyc. deciſ.161. numer.9. Baeza de inop. debit. cap.17. num.20. Paz in prax. tom. 2. part.3. cap. unico, num.6. Covar. lib.2. var. capit.1. numer.9. verſic. Sed, & quoad diviſionem, ubi Ybannez de Faria, in addit. num.68. Menoch. de arb. judic. caſu 183. num.5. Genuen. in praxi, par.3. num.3. Gratian. diſcept. foren. cap.222. num.39. 40. ubi Luca poſt lib. de regula in annotat. ad Concil. Trident. diſcurſ.24. num.33. qui ambo Luca rationem adducunt arguentes à majori, quia ſi denegatur privilegium fori, quod concernit præjudicium totius Ordinis Clericalis, ut neque volens poſſit Clericus illi renunciare, & laicali foro ſe ſubjicere retenta Clerici figura, & nihilominus per Magiſtratum ſecularem poſſit furcis ſuſpendi, & ignominioſè puniri, quàm magis non retinebit alia privilegia, ſi Clericus in minoribus in habitu, & tonſura non inceſſerit. Eandem opinionem negativam ſequuntur Guttier. de jure confir. p.1. c.17. n.10. Farinac. in praxi, par.1. quæſt.57. num.69. Bellet. diſq. Cler. par.1. tit. de Clerico debitore, §.1. num.5. Riccius collect.22. in fine, & deciſ.20. num. 6. & 7. libr.2. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 7. num.4. Ciarlin. controv. foren. lib.1. cap.101. num.7. Squillante de privil. Cler. cap.10. num.6. verſ. Sed an Clericus, Coſta remed. ſubſid. de remed.29. num. 4. Molina de juſtit. & jure, tract.2. diſp.571. num.10. Barboſa in cap. Odoardus 3. n.8. de ſolut. & de jure Eccleſ. un. l.1. c.39. §. n.16. Ferentil. ad Burat. deciſ.97. num.7.

13 Utrum rurſus, Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus, ſi non ſervat requiſita neceſſaria ad privilegium fori juxta formam Sacri Concilii Tridentini ſeſſ. 23. de reform. capit.6. gaudeat privilegio leg. Sacroſanctæ 32. & authent. Presbytero, C. de Epiſc. & Cler. ut omnia bona, quæ illis acquiruntur, ſeu in eorum omnium veniunt, etiam non ratione ordinis, ſeu clericatus, & Eccleſiæ, cenſeantur, & ſint quaſi caſtrenſia, ut ipſe tametſi ſit filius familias, poſſit de eis liberè diſponere, & teſtari? affirmant Parlador. rer. quotid. diff.123. §.2. n.7. Fagundez de juſt. & jure, l.1. c.14. n.6.

14 Negant probabiliùs Spinus, in ſpecul. teſtam. gloſ.4. num.23. Molina de juſt. & jure, tom.2. diſp.138. num. 3. verſ. Licet. & num.4. & diſp.131. verſ. Item quaſi caſtrenſia, Bonacina de reſtitut. q.10. punct.1. n.1. Fagundez in decal. l.7. c.4. n.6. Barboſa in authentic. Presbyteros, n.3. circa finem, C. de Epiſc. & Cler. Boſſius de pat. poteſt. cap.5. n.182. & 183.

15 Unde ſpectato jure novo ponitur regula negativa in Sacro Concilio Tridentino ſeſſ. 23. de refor. cap. 6. ut nullus prima tonſura initiatus, aut in minoribus ordinibus conſtitutus gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, ſic Burgius de modo proced. ex abrup. quæſt. 65. n. 15. Riccius de pub. jud. quæſt.35. numer.28. Pereira de inſt. edit. tom.1. cit.5. reſol.8. num. 3. juncto n.5. Daniel de Nobilibus diſp.31, n.16. & omnes alii citati, num.1.

16 Tum quia ita indicat Sacrum Concilium Tridentinum in illa prima dictione nullus, quæ de ſui natura univerſalis negativa eſt, & omnia excludit, tam principale, quàm acceſſorium, Auguſt. Barboſa plures laudat dict. 2229. num.1. & in Clement. 1. num.9. de præbend. & in terminis aliis additis Pareja de inſt. edition. tom.1. tit.5. reſol.8. num.5. Urries de cognit. Cleric. p. 2. num.206. Daniel de Nobilibus diſput.31. num.16. & 17. & diſput.32. num. 5. ad quam dictionem nullius ſe refert relativum IS ſuum accedens referens, nempè initiatus prima tonſura, aut in minoribus ordinibus conſtitutus, & cum omnibus qualitatibus, punctim Urries de cognit. Cleric. p.2. n.395. Daniel de Nobilibus diſp.31. num.18.

17 Tum quia Sacrum Concilium Tridentinum à regula generali negativa per viam exceptionum utitur dictione NISI, quæ adeo Clericos prima tonſura initiatos, ut in minoribus ordinibus conſtitutos à fori privilegio arcere videtur, ut negativæ vim habeat, & regulam contra eos ſtatuat, Cutel. de immunit. Eccleſiaſt. lib.2. queſtion. 34. numer.11. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom.1. capit.4. dub.8. numer.14. verſic. Itaque.

18 Ab hac regula negativa tres caſus excepit Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ.23. de reform. cap.6. Primum ſcilicet, quod Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus ordinibus conſtitutus habeat beneficium Eccleſiaſticum. Secundum quod ſi beneficium non habeat, habitum, & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſerviat. Tertium quod habitum, & tonſuram deferens in ſeminario Clericorum, aut in aliqua ſchola, vel Univerſitate de licentia Epiſcopi quaſi in via ad majores ordines ſuſcipiendos verſetur. Et tunc ſi Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus ordinibus conſtitutus habeat hæc requiſita pro forma & conditione neceſſaria, gaudebit privilegio fori Eccleſiaſtici quoad omnia, ut præter Doctores citatos, num. 1. docent aliis pluribus relatis Bovad. in polit. lib.2. cap.18. n.110. Solorzano de jure Ind. tom.2. lib.2. cap.5. num.20. & in polit. libr.3. c.6. verſ. Pero bolviendo, fol.279. Burgius de modo proced.

ced. ex abrupto, quæſt.65. à numer.16. cum plurib. ſeq. Thoro in compend. deciſ. part.3. ſect.3. verbo remiſſio cauſæ, column. 3. in princip. fol. 132. Daniel de Nobilibus diſp.31. num.30. verſ. cum igitur, et num.31. et 32. Reg. Mattheu de regim. Reg. Valen. cap.7. §.1. num. 173. in princ. Valenzuela conſ.5. à num.66. Fajardo alleg.5. ſub n.14.

Tam in civilibus, quàm in criminalibus, Maſcard. de gener. ſtat. interpret. concluſ.1. n.106. Burgius de modo proced. ex abrup. quæſt.65. num.13. Sperell. deciſ.26. numer.5. libr.1. Garcia de beneficiis, par.2. cap.1. num.1. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect.1. num.53. Barboſa par.2. de poteſtate Epiſc. allegation.12. numer.1. et in cap.2. num.5. ubi Fermoſin. quæſt.8. numer.7. de foro competent. Suarez contra Reg. Angliæ, lib.4. capit.26. num.3. Guazin. defen.1. cap.3. numer.9. verſic. Quinto quoad effectum, et defen.20. cap.9. n.26. Thoro in compend. deciſ. par.3. ſect.3. verſic. Remiſſio cauſæ, col. 4. fol.132. Pareja de inſtrum. edit. tom.1. tit.5. reſol.8. n.18. Solorzano de jure Ind. tom.2. lib.2. cap.5. numer.20. et in polit. lib.3. capit.6. verſ. Pero bolviendo, fol. 279. Reg. Mattheu de regim. Reg. Valen. cap.7. §.1. num.173. in princ. quidquid dicant, quod Clericus primæ tonſuræ de generali conſuetudine in criminalibus tantùm gaudere privilegio fori Eccleſiaſtici, non autem in civilibus, Covar. pract. cap.32. ſub numer.1. Farinac. in praxi, par.1. quæſt.8. num.5. verſ. Limita, Garcia de benef. part.2. cap.1. num.1. in fine, Guttier. de jure confirmat. par.1. capit.17. num.12. Pereira de manut. Reg. part.2. capit.33. num.2. nam eos impugnant Maſcard. de gener. ſtatut. interpretat. concluſ.1. numer.6. verſic. Et licèt, Guazin. defin. 20. cap.9. num.26. Pet. Barboſa in leg. Titia, numer.32. verſic. Et hac ratione, et numer.33. ff. ſolut. matrimon. Torreblanca de magia, libr.3. capit.9. numer.35. Diana reſolut. moral. part.4. tract.1. reſolut.20. in coordinat. par.9. tract.2. reſ.139. Vela diſſert.45. num.6. tom.2. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom.1. cap.1. dub.7. à numer.1. ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Caſſador; conſultoribus Serra, Ferrer, Terça, & Ros. 24. Aprilis 1567. in favorem Lazari Desboſch. Clerici ſimpliciter tonſurati, de qua infra, deciſ.132. num.., & per Cancellarium Agullana, conſultoribus Senjuſt, Magarola, & Lover 16. Septembri 1614. in favorem Antici Vinnes, Clerici tonſurati, & in minoribus Ordinibus conſtituti. Et per Cancellarium Puigmari, 4. Februarii 1630. in favorem Doctoris Guillermi, de qua infra, deciſ.129. ſub n.1. & in multis aliis deciſionibus referendis, deciſ.132.

Ratio eſt, quia Sacrum Concilium Tridentinum poſtquam poſuit regulam negativam, ſubjunxit tres exceptiones relatas ſupra, n. 18. per dictionem niſi, qua dictio niſi, ſi oratio negativa præcedit, affirmat, ſed ſi oratio affirmativa præcedit, negat, cùm de ſui natura ſit ſemper contradicere præcedentibus, Auguſt. Barboſa plures laudat, dict.217. num.5. Roman. noſter conſ.61. numer.47. & conſ.62. numer.3. Molinus noſter de ritu nupt. lib.1. comparat.20. numer.40. Ferrer. noſter in conſtit. hac noſtra. temut.3. declar.1. num.330. verſ. Et maximè, Ciroccus diſcep.45. num.35. Bondenus collect. legal.28. num.2. & collect.38. num.73. & in terminis aliis laudatis Daniel de Nobilibus diſput. 31. numer.20. & excipit à regula impoſita, firmans eam in caſu exceptuato, Auguſt. Barboſa plures refert dict. 217. numer.2. Ramon noſter conſil.71. numer.26. Ferrer. noſter in conſtitut. hac noſtra, tempor. 3. declar. 1. ſub numer.330. punctim Maceraten. reſol.112. caſu 48. verſ. pro Epiſcopo, lib.1. Riccius in praxi, reſol.485. num.2. par.1. Daniel de Nobilibus diſp.31. num.21. & alii infra, num.29.

Sufficit tamen, ut Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus, gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici ſecundùm diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini ſeſſion. 23. de refor. c.6. quod probet unum ex infraſcriptis requiſitis. Primum, quod habeat Beneficium Eccleſiaſticum. Secundum, quod habitum, & tonſuram deferens ſerviat alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi. Tertium quod habitum, & tonſuram deferens in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate de licentia Epiſcopi in via ad majores Ordines ſuſcipiendos verſetur, ut colligitur ex dictione alternativa aut poſita in Concilio Tridentino, per text. in l. hac verba 124. ff. de verbor. ſignif. nam in alternativis unum verificari ſufficit cap. in alternativis de reg. jur. in 6. poteſt enim contingere, primò, quod quis habeat Beneficium Eccleſiaſticum, ſecundò, quod ſi Beneficium Eccleſiaſticum non habeat, habitum, & tonſuram deferens ſerviat Eccleſiæ alicui ex mandato Epiſcopi, tertiò, quod non habens Beneficium Eccleſiaſticum, nec ſerviat alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi, tamen habitum, & tonſuram deferens in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate de licentia Epiſcopi verſetur, & ſic in unoquoque ex prædictis caſibus fori privilegio fruitur, ut ex Sacro Concilio patet, & tradunt poſt alios Barboſa in collect. ad Concil. Tridentin. ſeſſ.23. de refor. cap.6. num.20. & de jure Eccleſ. un. lib.1. cap.39. §.2. num.22. Daniel de Nobilibus diſput.31. num.30. verſ. Cùm igitur, & num.31. & 32. alios addam deciſ.129.

Sed adverte, ne erres, quod ut Clericus prima ton- 22
ſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus, non Beneficiatus, gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici juxta formam Sacri Concilii Tridentin. ſeſſ.23. de refor. c.6. tria copulativè, & conjunctivè probare reſpectivè debet, ſcilicet primò, quod deferat habitum Clericalem, ſecundò quod deferat tonſuram, & tertiò, quod ſerviat alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi. Aut ſcilicet primò, quod deferat habitum Clericalem, ſecundò, quod deferat tonſuram, & tertiò, quod in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate de licentia Epiſcopi verſetur. Sic Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect.1. n.1167. & 168. Menoch. l.6. præſump.76. n.38. verſ. Requirit, & conſ.912. l.10. Ambroſin. de immun. Eccl. cap.17. ſub num.13. & c.23. n.1. Bonacina de legib. diſput.10. quæſt.2. punct.1. §.4. n.10. & 15. Caſt. Palaus in oper. mor. p.2. tract.12. diſput. unica, punct.2. n.6. verſ. Verùm ſi Cler. Auguſt. Barboſa de poteſt. Epiſc. par.2. alleg.12. num.12. Thomas del Bene de immunit. Eccleſ. tom.1. cap.4. dub. 8. num.26. Pet. Barboſa in lib. Titia, num.36. ff. ſol. matrim. Riccius de pub. jud. quæſt.35. n.28. Thom. Valaſcus tom.1. allegat.24. Thoro in compend. deciſ. par.2. ſect. 3. verbo remiſſio cauſæ, in princip. & col. 3. verſic. Quamvis, cum ſeq. fol.132. Fermoſin. in cap.2. quæſt.4. n.1. de foro competenti, Cutel. de immun. Eccleſ. lib.2. quæſt.35. num.1. Burgius de modo proceden. ex abrup. q. 65. num.27. & 28. plures alios addunt Guazin. defenſ. 20. cap.9. num.35. noſter Triſtany in Corona Benedict. cap.5. n.35. Sperell. deciſ. 26. num.4. ubi refert ſic declaraſſe Sacram Congregationem Concilii Tridentini in una Neapolitana, & Sacram Congregationem ſuper controverſiis juriſdictionalibus in una Ariminen. 20. Januarii, & 28. Aprilis 1626. in qua mandavit Epiſcopo, ut Clericum remitteret ad Præſidem Provinciæ, niſi docuerit de Clericatu, & requiſitis à Concilio, Auguſt. Barboſa deciſ. Apoſt.157. num.11. verſic. Et iterum, & deciſ.361. num.1. quidquid dicat Marian. Antonin. lib.3. variar. reſolut.48. numer.14. quia contra eum, & alios eſt verior ſententia, ut docent Sperell. deciſ.26. numer.4. & 5. libr.1. Diana reſolut. mor. par.1. tract.2. reſolut.35. aliàs 34. & in coordinat. part. 9. tract.2. reſol.135. n.1. Cutel. de immun. Eccleſ. lib.2. quæſt.35. n.1. Fermoſin. in cap.2. quæſt.4. num.1. de foro compet. Sed in hoc iterum adverte, & iſtas duas conditiones, ut ſerviat Eccleſiæ, & ut ſtudiis vacet, non eſſe ambas ſimul neceſſarias, ſed alteram iſtarum ſolam ſufficere, ut vel ſerviat Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, vel de ejus licentia det operam literis, ſic ſentiunt omnes proximè citati, videndus Gambacurta de immunit. Eccleſ. libr.7. capit.11. num.1. verſ. Sed neque.

In tantum hoc verum eſt, quod Clericus prima 23
tonſura initiatus, aut in minoribus conſtitutus, non Beneficiatus, ut gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici juxta formam Sacri Concilii Tridentini ſeſſ.21. de reformat. capit. 6. non ſufficit geſtare habitum ſine tonſura, vel è contra geſtare tonſuram ſine

habi-

habitu, ſed utrumque ſimul habitum, & tonſuram deferre neceſſarium eſt. Tum quia Sacrum Concilium Tridentinum loquitur copulativè per dictionem *Et*, nempè ut Clericus non Beneficiatus, prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus deferens habitum, & tonſuram, & alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi ſerviat, & ſic utrumque requirit, Auguſt. Barboſa *dict.* 110. *à num.* 3. Tum quia ubi lex, vel ſtatutum, vel quælibet alia diſpoſitio requirit duas qualitates copulativè in aliquo actu, non ſufficit, quod adſit unum, vel duo ex requiſitis, ut ipſa diſpoſitio ſortiatur effectum, ſed requiritur, quòd omnia requiſita interveniant, Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *n.* 1169. Larrea *alleg.* 11. *n.* 1. Fajardo *alleg.* 6. *ſub n.* 19. Barboſa *dictione* 110. *n.* 9.

24 Tum quia habitus Clericalis in tonſura, & veſtibus copulativè conſiſtit, Bald. *in l. ſi qua per calumniam, num.* 1. *C. de Epiſc. & Cler.* Patian. *probat. libr.* 2. *cap.* 34. *num.* 25. Garcia *de benef. part.* 7. *capit.* 1. *numer.* 20. Sperell. *deciſ.* 26. *num.* 8. *lib.* 1. Carol. de Graſ. *de effectu Cleric. in prælud. nu.* 267. Ambroſin. *de immun. Eccleſ. cap.* 23. *n.* 1. Daniel de Nobilibus *diſp.* 31. *n.* 39. ſic docent, & probant poſt Concilium Tridentinum Ambroſin. *de immun. Eccleſ. cap.* 17. *num.* 13. *et c.* 23. *n.* 1. Bellet. *diſquiſit. Cler. par.* 1. *tit.* 3. *de favore Cler. perſonal.* §. 8. *num.* 7. Vivius *deciſ.* 512. *num.* 18. Ciarlin. *controv. foren. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 9. *et* 51. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 12. *diſp. unica, punct.* 2. *n.* 7. Bonacina *de legib. diſput.* 10. *q.* 2. *punct.* 1. §. 4. *num.* 10. *verſ. Reſpondeo*, Daniel de Nobilibus *diſp.* 31. *nu.* 39. *et* 58. *verſic. Quoad tamen, et in addit. n.* 6. quidquid dicant Marian. Antonin. *var. reſol. lib.* 3. *reſol.* 48. *n.* 5. 9. *et* 10. Capiblanc. *de Baronib. tom.* 1. *pragmat.* 8. *part.* 3. *num.* 28. *et* 29. Danza *de pugna Doctor. cap.* 1. *de Clericis, num.* 1. Ciarlin. *controv. forenſ. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 52. Farinac. *in praxi, par.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 65. Scaccia *de judic. libr.* 1. *cap.* 11. *n.* 91. Gratian. *diſc. forenſ. cap.* 190. *n.* 10. Diana *reſol. mor. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 33. *alias* 32. *et par.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 93. *et in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſolut.* 123. *et* 128. quia contra eos, & alios eſt verior ſententia, ut docent Maſcard. *de gener. ſtat. interpret. concluſ.* 1. *n.* 109. *in fine, et n.* 110. Cutel. *de immunit. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 33. Sperell. *deciſ.* 26. *à n.* 4. *ad* 8. *libr.* 1. Thom. del Bene *di immun. Eccleſ. tom.* 1. *c.* 4. *dub.* 8. *à n.* 4. *ad* 13. Fermoſin. *in cap.* 2. *quæſt.* 6. *numer.* 2. *de foro compet.* Barboſa *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *de refor. cap.* 6. *n.* 21. *et de poteſt. Epiſcopi, par.* 1. *alleg.* 12. *num.* 19. *et de jure Eccleſ. unic. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *n.* 23. *c.* 40. *num.* 3. *in fine*, Pet. Barboſa *in l. Titia, n.* 34. *verſ. Ultima concluſio, ff. ſol. matrim.* Armend. *in addit. ad recop. leg. Navar. lib.* 2. *tit.* 29. *de foro compet. num.* 13. Guazin. *defen.* 20. *cap.* 9. *ſub num.* 37. Thoro *in compend. dec. par.* 3. *ſect.* 3. *verbo remiſſio cauſæ, col.* 3. *in fine verſ. Quamvis, fol.* 132. Ita declaratum per Sacram Congregationem Cardinalium teſtatur Riccius *deciſ.* 154. *num.* 8. *par.* 4. per hæc verba, *Non ſufficit Corona, ſive tonſura ſine habitu, ſed copulativè requiritur utrumque*, refert Sperell. *deciſ.* 26. *num. in fine, lib.* 1. multis aliis additis Daniel de Nobilibus *diſp.* 31. *num.* 5. 14. 15. & alii citati ſupra, *num.* 22.

25 At ſi Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus, nòn Beneficiatus, ſimul copulativè, & conjunctivè non probet reſpectivè prædicta requiſita juxta formam Concilii Tridentini *ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 6. reputatur ut laicus, ut dicunt Thomas del Bene, Boſſius, & Fajardus infra citandi, *numer.* 35. & non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, Ambroſin. *de immun. Eccleſ. cap.* 17. *num.* 13. *verſ. Qua propter, & cap.* 18. *num.* 4. *in fine*, Menoch. *conſ.* 912. *numer.* 35. *lib.* 10. Bonacina *de Sacrament. diſputat.* 10. *quæſt.* 2. *punct.* 1. §. 4. *numer.* 10. *et* 15. Pareja *de inſtrument. edition. tom.* 1. *titul.* 5. *reſolution.* 8. *numer.* 7. 10. Thom. del Bene *de immunitat. Eccleſ. tom.* 1. *capit.* 1. *dub.* 2. *ſect.* 1. *numer.* 38. *et capit.* 2. *dub.* 4. *ſect.* 3. *numer.* 21. *et capit.* 4. *dub.* 2. *numer.* 5. *et dub.* 8. *ſub numer.* 14. Cutel. *de immun. Eccleſ. libr.* 2. *quæſt.* 34. *numer.* 1. *in fine*, Fajardus *allegat.* 5. *numer.* 13. *in fine*, Martha *de juriſdict. part.* 2. *capit.* 31. *numer.* 4. *et part.* 4. *caſu* 135. *num.* 19. Thoro *in comp. deciſ. par.* 1. *verbo Clericatus probatio, poſt princ. verſic. Quod Cleric. fol.* 192. alios plures addunt Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.* 1166. Daniel de Nobilibus *diſp.* 31. *num.* 30. *verſ. cum igitur, et num.* 105. 104. *et* 107. & alii citati, *num.* 1.

26 Nec civilibus, nec in criminalibus. Maſcard. *de gener. ſtat. interpret. concluſ.* 1. *num.* 106. Burgius *de modo proced. ex abrup. quæſt.* 65. *numer.* 13. Riccius *reſolut.* 541. *num. par.* 1. Urries *de cognit. Cler. par.* 2. *num.* 387. *et* 389. Daniel de Nobilibus *diſp.* 31. *n.* 19.

27 Etiam nulla præcedente monitione. Quia licet ſpectato jure antiquo ante Concilium Tridentinum, ut Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus, non Beneficiatus, non incedens in habitu, & tonſura, fori Eccleſiaſtici privilegio privaretur, neceſſaria erat trina monitio ab Epiſcopo nominatim, in perſona facta, ut nec unica, & generalis ſufficiebat, niſi eſſet facta in Synodo cum expreſſa comminatione, quo caſu unica ſatis erat, *cap. in audientia*, ubi Barboſa *num.* 1. *et* 2. *verſ. Intellige, et in cap. contingit, num.* 1. *et* 2. *de ſentent. excommun. clement.* 1. *gloſſ. Cardin.* Imola & Barboſa *num.* 11. *de vita, et honeſt. Cler.* Boſſius *in praxi, tit. de foro compet. num.* 127. *in fine, et num.* 133. *et* 140. Covar. *pract. cap.* 33. *num.* 1. *et* 6. Jul. Clar. §. *fin. quæſt.* 36. *n.* 19. *verſ. Hæc autem*, Roland. *conſ.* 4. *num.* 31. *lib.* 1. Ambroſin. *de immun. Eccleſ. cap.* 17. *num.* 16. Daniel de Nobilibus *diſput.* 31. *num.* 14. pluribus citatis Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 60. 61. 62. *et* 63. *et prag. crim. par.* 1. *litera C, numer.* 140. Sperell. *deciſ.* 26. *numer.* 2. *lib.* 1. Cardoſo *in praxi jud. verb. Apoſtata, num.* 32. Orſellius *concluſ.* 124. *verbo Apoſtata, numer.* 23. Triviſan. *deciſ.* 48. *num.* 16. *lib.* 2. Decian. *lib.* 4. *cap.* 4. *numer.* 89. *part.* 1. Martha *de juriſdict. part.* 2. *cap.* 32. *num.* 31. 32. *et* 33. Pereira *de manut. Reg. par.* 2. *cap.* 26. *num.* 8. *verſ. Facit deinde*, Barboſa *de jure Eccleſ. unic. lib.* 1. *capit.* 39. §. 2. *num.* 26. Ciarlin. *controv. forenſ. lib.* 1. *capit.* 36. *n.* 48. Cutel. *de immun. Eccleſ. lib.* 2. *q.* 34. *n.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 190. *n.* 11. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. in effectu* 1. *num.* 888. Riccius *collect.* 1210. *in princ.* Tamen hodie de jure novo Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 6. non requiritur amplius aliqua monitio, ſed eo ipſo, quod Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus, non Beneficiatus, non defert habitum, & tonſuram privilegio fori Eccleſiaſtici privatur, ſic Menochius *conſ.* 912. *numer.* 33. *et* 34. *lib.* 10. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 190. *num.* 11. *verſ. Licet, et cap.* 440. *num.* 7. Giurba *conſ.* 41. *n.* 28. Maſcard. *de gener. ſtat. interpret. concluſ.* 1. *numer.* 107. *verſ. Et quia, et numer.* 108. *et* 109. Pet. Barboſa *in l. Titia, num.* 35. *et* 36. *ff. ſolut. matrim.* Cutel. *de immunit. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 24. *numer.* 2. *et quæſt.* 34. *n.* 7. Cuch. *inſtit. major. lib.* 3. *tit.* 6. *de privileg. Cler. num.* 66. Navar. *conſ. ult. n.* 6. *de privileg.* Valaſcus *allegat.* 14. *n.* 55. Pereira *de manut. Reg. p.* 2. *cap.* 20. *num.* 6. *in fine, et num.* 8. *verſ. Tamen hodie, et num.* 21. Guazin. *defenſ.* 20. *cap.* 9. *n.* 37. Fajardo *allegat.* 5. *ſub num.* 14. Urſellius *concluſ.* 124. *verbo Apoſtata, num.* 33. *verſ. Subdeclar.* Scaccia *de indict. libr.* 1. *cap.* 11. *num.* 82. Sanchez latè diſputato articulo *de matrim. lib.* 7. *diſput.* 46. *numer.* 18. 19. *et* 20. Marian. Antonin. *lib.* 3. *reſol. n.* 7. Bellet. *diſquiſ. Cleric. part.* 1. *tit.* 3. §. 8. *numer.* 6. *verſ. Præterea*, Riccius *deciſ.* 154. *num.* 4. *part.* 4. & *in praxi, reſol.* 530. *numer.* 4. *edit.* 2. Ugolin. *de poteſt. Epiſc. cap.* 12. *numer.* 3. *verſ. Tertio*, Diana *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 34. *alias* 33. *verſ. An vero, et in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſ.* 121. *num.* 2. Thoro *in compend. deciſ. part.* 3. *ſect.* 3. *verbo remiſſio cauſæ, col.* 2. *in fine, verſ. Reſpectu vero*, Bonacina *tom.* 3. *de cenſur. in Bulla Cœnæ, diſp.* 1. *quæſt.* 16. *ſect.* 2. *num.* 27. Ciarlin. *controv. forenſ. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 3. *& num.* 57. *& cap.* 36. *n.* 49. Genuen. *in praxi Arch. Neapol. cap.* 7. *n.* 3. *&* 4. Sperell. *deciſ.* 26. *n.* 3. *lib.* 1. Suarez *de immun. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 12. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 8. *n.* 14. *et c.* 6. *dub.* 14. *ſect.* 6. *num.* 7. Pareja *de inſtrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſ.* 6. *n.* 265. Anſald. *de juriſdict. p.* 3. *tit.* 3. *tit. unic. cap.* 7. *à n.* 15. *ſignanter n.* 25. *&* 26. latè Vivius *deciſ.* 112. *num.* 16. 17. *et* 18. Marian. Anton. *lib.* 3. *reſ.* 18. *n.* 7.

Riccius in praxi, reſol. 530. num. 4. edit. 2. Suarez de imm. Eccleſ. lib. 4. cap. 27. numer. 12. Caſt. Palaus in oper. mor. par. 2. tract. 12. diſp. unica, punc. 2. verſ. Modus, Thomat. deciſ. 18. num. 25. in fin., Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu. 1. num. 891. in fine, & 1166. Urries de cognit. & Cler. par. 1. n. 240. Vivianus de jure patron. par. 2. dub. 6. cap. 1. num. 21. Daniel de Nobilibus diſput. 31. nu. 105. Squilante de privil. Cler. cap. 7. n. 8. Auguſtin. Barboſa de poteſt. Epiſcop. par. 2. alleg. 12. n. 1. verſi. Itaut, & n. 24. & in collect. ad Conc. Trid. ſeſſ. 23. de refor. cap. 6. n. 21. & de jure Eccleſ. unic. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 24. & in cap. in audientia 25. num. 3. de ſenten. excom. Sanfelicius deciſ. 13. num. 3. quorum aliqui ſcilicet Marian. Antonin. Bellet. Riccius Sperell. & alii teſtantur ita pluries reſolviſſe Sacram Congregationem, & ſignanter in una Licien. die 7. Septembris 1624. & ita ſervari tradit Jul. Clar. §. fin. q. 36. n. 19. verſi. Hæc tamen; deciſionem Cancelarii Regni Sardiniæ de anno 1656. refert Queſada Pilo controv. foren. cap. 29. ſub num. 54. ubi etiam teſtatur numquam in eo Regno admonitionem in praxi demandatam fuiſſe, Reg. Vico ad prag. Reg. Sard. tom. 1. tit. 7. cap. 12. num. 22. ubi dicit ita fuiſſe ſemper in praxi obſervatum in Reg. Sardinie, ut conſtat ex quampluribus declarationibus ſuper his à Reg. Cancel. & in contradictorio judicio factis, Deciſiones Cancellarii Cathaloniæ referam deciſ. 132. & 133.

28 Et etiam ſi non ſit incorrigibilis, neque enormitatibus ſe immiſceat, ut declarans Concilium Tridentinum reſpondit Navarrus conſ. ult. numer. 6. de privil. quem referunt, & ſequuntur Menoch. conſ. 912. nu. 33. & 34. lib. 10. & præſumpt. lib. 6. præſumpt. 76. nu. 42. in fine, Gratian diſcep. foren. c. 190. nu. 12. Giurba conſ. 41. nu. 28. & alii ex citatis num. 27. deciſiones Cancellarii Cathaloniæ referam deciſ. 131.

29 Ratio prædictorum eſt; Tum quia Sacrum Concilium Tridentinum per viam exceptionis à regula generali loquitur cum dictione, niſi, ut dictum eſt numer. 17. quæ quidem dictio niſi excipit à regula impoſita, & firmat eam in caſu exceptuato, ut præter Doctores citatos ſupra nu. 20. docent Diana reſol. mor. par. 1. tract. 2. reſol. 34. alias 33. verſ. An vero, & in coordinat. p. 9. tract. 2. reſol. 12. n. 2. Cutel. de immun. Eccleſ. lib. 2. quæſt. 24. numer. 2. Barboſa de poteſt. Epiſc. part. 2. alleg. 12. num. 22.

de Epiſc. & Cleric.Tamen de jure Canonico clerica-
tus poteſt probari per teſtes, cap.2.ibi: Niſi de ipſo-
rum ordinatione Canonica per idonea tibi conſtiterit
argumenta, cap.3.ibi: Sive per teſtes de illorum or-
dinatione Canonica, de Cleric.peregrin.gloſſ.verbo fuerit
in cap.ſi judex laicus, de ſentent. excomm. in 6. Cin.
Salicet.& alii in l.ſi qua per calumniam, Cod.de Epiſc.
& Cler. Cepola conſ.11. num.7. Caravit. num. 335.
num.21.& ritu 275.num.18.Boer.deciſ.171. num. Gui-
do Papa, deciſ.449.num.4. & deciſ.474. ubi addent.
per totam. Pacian.de probat.lib.2. cap. 34. num.63.
Covar.pract.cap.33.num.3.Decian.tract.crim.to.1. lib.
4.cap.9.num.114.Maſcard.de probat.concluſ.303. num.

1. 9. & 10. Gramat. conſ. civil. 110. num. 3. Farinac. in par. 1. quæſt. 8. num. 42. & poſt tom. 1. conſil. deciſ. 67. in addit. in fine, Tuſcus pract. concluſ. littera C. concl. 378. num. 16. Bajard. ad Clar. §. final, quæſt. 30. num. 20. & 22. Sperell. deciſ. 17. num. 25. lib. 1. Novar. in praxi elect. fori, quæſt. 32. num. 7. Marcel. Cala de modo art. §. 2. gloſſ. unica, num. 687. licèt contrarium, & malè teneat, num. 1550. Pariſ. de reſign. benef. lib. 10. quæſt. 3. num. 33. Carol. de Graſ. de effect. Cler. in prælud. num. 206. cum trib. ſeq. Reg. Vico ad prag. Reg. Sard. tom. 1. tit. 7. cap. 13. num. 3. Anſald. de juriſdict. par. 2. tit. 11. cap. 35. à num. 45. Aponte conſ. 16. lib. 2. Capiblanc de Baronib. par. 3. prag. 8. num. 45. Marcel. Ulpe in prax. fori Eccleſ. cap. 41. num. 22. Sialoya de foro compet. cap. 8. num. 33. & 36. Joſeph. Riccius de publ. jud. quæſt. 35. num. 19. verſ. At ſi, Aloyſ. Riccius collect. 378. verſ. Secundo, et collect. 729. verſ. Quarto, et deciſ. 386. num. 5. par. 4. Auguſt. Barboſa in cap. 2. num. 3. de Cler. peregrin. et in cap. ſi judex laicus, num. 12. de ſent. excommunic. in 6. Salzedo ad Bernard. Diaz. in praxi, cap. 62. a num. 26. Garcia de benef. par. 7. cap. 1. num. 154. Bellet. diſquiſ. Cler. par. 2. tit. de favore Cler. perſon. §. 14. num. 15. Pareyra de manu reg. tom. 2. cap. 44. num. 8. verſ. Unde, Rota deciſ. 509. num. 2. par. 2. recent. Martha de juriſdict. par. 2. cap. 31. num. 5. Fermoſin. in cap. 1. quæſt. 1. num. 10. poſt princ. de Cler. peregr. Thom. del Bene de imm. Eccleſ. tom. 1. cap. 4. dub. 29. num. 6. Guazin. defenſ. 1. cap. 3. num. 9. verſ. Secundo, Barzius deciſ. 3. num. 13. Daniel de Nobilibus diſput. 31. num. 121. Caſt. Palaus in oper. moral. par. 2. tract. 12. diſput. unica, punct. 4. num. 2. verſ. Tertio, Thoro in compend. deciſ. par. 1. verbo Clericatus an poſſit, et verbo Clericatus probatio, fol. 92. et in ſupplem. deciſ. verbo nominatio, in fine, fol. 435. et verbo remiſſio petita, col. 2. verſ. Pari etiam loco, cum ſeq. fol. 539. Avendanno de exequend. mand. lib. 1. cap. 22. num. 17. Portoles ad Molin. poſt foros compet. quæſt. 5. num. 30. Regens Matth. de reg. Reg. Valent. cap. 7. §. 1. num. 174. verſ. Sed pro uberiori: latè Manfrella in obſerv. ad Cap. Latro, deciſ. 163. à num. 20. lib. 2.

70 Tum quia, quando reperitur prohibitum, etiam per ſtatutum, ne aliquid probari poſſit niſi per inſtrumentum, admittitur probatio per teſtes, But. & Fel. quos citat Maſcard. de probat. concluſ. 1237. num. 31. quidquid ex Bertachin. dicat Barboſa appell. 119. ſub num. 4. inſtrumentorum mentione in ſtatutis facta non venire teſtes, & idem referat Thoro in compen. deciſ. par. 3. verbo probatio, col. 2. poſt princ. fol. 337. ſed noſtram ſententiam ſequitur Thoro in ſupplem. deciſ. verbo remiſſio petita, col. 4. verſ. Pari quoque, fol. 539. ſaltem de æquitate, Thoro in compend. deciſ. par. 3. ſect. 2. verbo pactum quod ſolutio, fol. 332. Quia

71 appellatione † inſtrumentorum regulariter teſtes continentur, & probationes per teſtes, & ſcripturas æquiparantur, ut pluribus juribus, & Doctoribus probant Pareva. de inſtruct. edit. tom. 1. tit. 1. reſol. 2. num. 11. Vela differt. 22. num. 10. tom. 1. videndus in propoſito Thoro in compen. deciſ. par. 3. ſect. 2. verba Probatio, col. 2. in fine, et col. 3. verſ. nec obſtat, fol. 337. & punctim, in ſuppl. deciſ. verbo remiſſio petita, col. 4. verb. Et ratio eſt, fol. 539.

72 Tum quia appellatione documenti venit inſtrumentum, l. fin. gloſſ. verbo Documentis, Cod. de probat. cap. 1. gloſſ. verbo Documentis, de excep. in 6. Thoro in ſuppl. deciſ. verbo remiſſio petita, col. 3. poſt princ. fol. 539. & ſub nomine documenti veniunt teſtes. Thoro pluribus probat in ſuppl. deciſ. verbo remiſſio petita, col. 4. ad med. verſ. Secundo, fol. 539.

73 Tum quia, verbum inſtrumentum cùm generale ſit, comprehendit omne, quo res aliqua inſtruitur, l. notionem, §. inſtrumentorum, gloſſ. verbo ſeparare, de verb. ſignif. Thoro in ſuppl. deciſ. verbo remiſſio petita, col. 3. verſ. Ea propter, fol. 339.

74 Ampliatur primò hæc ſecunda concluſio, ut Clericatus teſtibus probetur, etiam ſi non probetur, pro ut non eſt neceſſe probare, quod Bulla, ſeu litera Epiſcopi ordinantis ſit amiſſa, & deperdita, ut abſolutè probat, text. in cap. 3. de Cler. peregrin. & docent Boer. Tuſch. Bajard. Gramat. Marcel. Cala, Reg. Vico. Avendanno, Garcia, Daniel de Nobilibus, & alii ex citatis, num. 69. quos, & alios plures citant, & ſequuntur Thoro in ſuppl. deciſ. verbo remiſſio petita, col. 2. verſ. Pari etiam loco, fol. 539. Manfrella in obſerv. ad Cap. Latro, deciſ. 173. à num. 21. verſ. Ego verò, lib. 2. Scialoya de foro compet. quæſt. 8. num. 33. verſ. Sed alii tenent.

Et quamvis Maſcard. Carol. de Graſ. Novar. Joſeph. 75
Riccius, Martha Aloys. Riccius collect. 378. et coll. 2272. verſ. Quod ſi Clericatus, Novar. in praxim elect. fori, quæſt. 32. num. 7. ſect. 1. Danza de pugn. doctor. tom. 1. tit. de Cler. cap. 2. num. 1. Capyc. Latro deciſ. 173. num. 24. lib. 2. Merlin. controv. cap. 91. num. 2. tom. 1. Barboſa, Fermoſin. Anſald. Portoles, & alii ex citatis, num. 69. & citati à Scialoya de foro comp. cap. 8. num. 33. in princ. Pereyra de manu Reg. tom. 2. cap. 44. num. 9. verſ. Ex quibus. Sperell. deciſ. 17. num. 25. et 26. verſ. His tamen caſibus, lib. 1. dicant per teſtes Clericatus probationem admittendam eſſe, ſi probetur, quod Bulla, ſeu litera Clericatus ſit amiſſa, & deperdita, Capyc. Latro deciſ. 173. num. 24. lib. 2.

Nihilominus non eſt recedendum à prædicta am- 76
pliatione. Quia Doctores contrarii, num. 75. citati fundantur in auctoritatibus Afflict. Covar. Gramat. aliorum, & Afflictis ſuper conſtitutione Apoſtatantes, num. 12. lib. 1. rub. 3. de apoſtatis, & Gramat. conſ. civil. 110. affirmant jure cautum non reperiri, quod neceſſe ſit, ut Clericatus per ſcripturam probetur. Et Covar. Decian. Farinac. Maſcard. num. 12. Riccius collect. 729. Guazin. & alii citati, num. 69. et 75. probationem Clericatus per teſtes fieri non negant, ſed utuntur dictione maximè, & Thom. del Bene ibidem citatus, utitur dictione præſertim. Quæ dictiones maximè & præſertim includunt caſum minus dubitalem, Barboſa dictione 197. n. 1. et dictione 179. num. 4. qui eſt adhuc, quod non probetur de amiſſione Bullæ, ſeu ſcripturæ Clericatus, Aponte conſ. 2. num. 23. lib. 1. pro ut ipſemet Covar. affirmat in verſ. ſequent. ibi: In hac, qua propter cùm doctorum dicta intelligantur ſecundùm jura, & auctoritates quibus utuntur, Cirocius diſcep. 4. num. 58. et diſcep. 38. num. 10. et diſcep. 59. num. 35. Pareya de inſtrum. edit. tom. 1. tit. 5. reſol. 5. num. 39. Vela differt. 13. num. 4. et diſſ. 24. num. 66. tom. 1. et differt. 42. num. 42. in numeros cit. tom. 2. Xamınar. de fin. 118. num. 5. Ramon noſter conſ. 54. num. 21. verſ. Ultimo, Ferrer noſter in conſtit. hac noſtra, temp. 1. declar. 11. num. 72. et temp. declar. 5. num. 31. et declar. 9. num. 5. Fontanella deciſ. 264. num. 2. par. 1. ſequitur, quod cùm prædicti Doctores hoc non dicant, imò contrarium, nulla vis in ipſorum auctoritatibus eſt facienda, qua ſiquidem probatione per teſtes probatur Clericatus, ſic doctè Thoro in ſuppl. deciſ. verbo remiſſio petita, col. 2. verſ. Pari etiam loco, fol. 539.

Ampliatur 2. hæc ſecunda concluſio, ut Clerica- 77
tus probetur per teſtes etiam ſingulares, Bajard. ad Clar. §. fin. quæſt. 26. num. 23. Marcell. Cala de modo articul. §. 2. gloſſ. unica, num. 687. Gramat. conſ. civil. 100. num. 4. Riccius deciſ. 386. poſt. num. 10. lib. 4. Carol. de Graſ. de effect. Cler. in prælud. num. 217. Farinac. in prax. par. 2. quæſt. 64. num. 281. Barboſa in cap. ſi judex laicus, num. 12. in fine de ſentent. excom. in 6. Scialoya de foro compet. cap. 9. num. 39. Quam ampliationem veram puto, quando agitur de probando, aliquem Sacerdotem, ut ſi unus teſtis deponat vidiſſe uno die, quem cantare Miſſam, alter verò alia die, nam iſto caſu teſtes ſingulares probant, & in his terminis loquuntur Bajard. Farinac. & alii proximè citati, addo Barboſam in cap. in omni. 4. num. 61. de teſtib. remiſſivè ad Bajard. Joſeph. Riccius de pub. jud. quæſt. 35. num. 21. ſi celebratio Miſſæ eſſet diurna, Carol. de Graſ. de effect. Cleric. in prælud. num. 210. in fine, Daniel. de Nobilibus diſputat. 31. ſub num. 121. ſecus ſi agitur de probatione Clericalis tonſuræ, quæ teſtibus ſingularibus probari non poteſt, tùm quia teſtes ſingulares tantùm probant mil-

le, quantum unus, Farinac.multis citatis, *in prax. par.* 2. *quæſt.* 64. *num.* 37. Barboſa aliis additis *in cap.in omni negotio* 4.*num.*31. *in fine de teſtib.* & teſtis unicus non probat Clericatum ad finem obtinendi fori declinatoriam, *ut infra* 80. *et* 91. Tum quia collatio primæ tonſuræ unico actu perficitur, & ubi agitur de probando unum actum teſtes ſingulares nihil probant, Farinac.*in prax.par.*2.*quæſt.*64.*num.*87. Et circa hanc ſecundam ampliationem adverte, quod in remiſſione Clerici in ſacris non requiritur præcisè litterarum Ordinis exhibitio, ſed ſufficit aliter probari clericatum, Pereyra *de manu Reg. tom.* 2. *cap.* 44. *num.*16.

78 Ampliatur 3. hæc ſecunda concluſio, ut Clericatus probetur etiam per unum teſtem, Jaſon. *in l. admonendi*, *num.* 198. *ff. de jurejurando*, Bajard. ad Clar.§.*fin.quæſt.*36.*num.*23. Maſcard.*de probat. concl.* 303. *num.*3. *et* 7. Covar.*pract. cap.*33. *num.*3. Boer. *deciſ.*171.*num.*24.Gramat.*conſil.civil.*110. *num.*5.Tuſchus *pract.concluſ.littera C.concluſ.*378.*num.*17.Thoro *in ſuppl. deciſ. verbo remiſſio petita*, *col.*3. *verſ. Sed etiam*, *fol.*539. & alii plures quos addunt Carol. de Graſ.*de effect. Cler. in prælud.num.* 211. Martha *de juriſdict. par.*2. *cap.*31. *num.*6. Scialoya *de foro compet.cap.*8.*num.*37. tam in probatione primæ tonſuræ, Diana *reſol. mor. par.*3. *tract.*1. *reſol.*48. *et in coordinat.par.*9. *tract.*2. *reſol.*120. *num.*4. Fermoſin. *in cap.ſi Clericus* 5. *quæſt.*19. *num.*2. *de foro compet.* quam cæterorum ſacrorum ordinum, Gabriel *cum concluſ.de teſtibus, concluſ.*1.*num.*16. Pacian.*de prob. lib.*1. *cap.*34.*num.*65. Riccius *collect.*2272.*verſ.Quod ſi Clericatus, in fine*, *et deciſ.* 386. *num.*6. *par.* 4. Carol.de Graſ.*de effect.Cler.in prælud.num.*212. Scialoya *de foro compet.cap.*8.*num.*37. *verſ.Et hoc procedit*. Novar. *in prax. elect. fori*, *quæſt.* 32. *num.* 8. *ſect.* 1. Manfrella *in obſerv. ad deciſ.*173. *Capycii Latro*, *num.*23.*et* 25. *lib.*2. Luca ad Franchis, *deciſ.* 328. *num.*6.

79 Intellige hanc tertiam ampliationem, ut procedat, & vera ſit, quando tractatur de nemini præjudicium inferendo; nam tunc Clericatus per unum teſtem probatur, ut ſi agatur ad Miſſam dicendam, ad prædicandum, & ſimilia, cum hoc ſolùm ipſi petenti nocere poſſit, *arg.can.cum itaque*, *can.cum parvulis,de conſecrat. diſt.*4. & docent ex communi Maſcard. *de probat. concluſ.*303. *à num.*4.Tuſcus *pract.concluſ.littera C. concluſ.*378. *num.*17. Riccius *collectan.* 729. *verſ.Quinto*. Thom.del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.*4.*dub.*29. *num.*7.Borell.*in ſum.deciſ.par.*1. *tit. de Cleric.à num.*21. Guazin. *defenſ.*1. *cap.*3. *num.*9. *verſ.Tertio*, Bellet.*diſq.Cler.par.*1.*tit.de favore Cler. perſon.*§.14.*num.*17.Fermoſin.*in cap.cum*, *à nobis* 28. *quæſt.*1.*num.*32. *in fine*, *verſ. In ſecundo autem caſu de teſtibus*, Anſald.*de juriſd. par.*2. *tit.*11. *cap.* 35. *num.*43.*verb.Et licet*, Reg.Matth.*de reg.Reg.Valent. cap.*7.§.1. *num.*174. *verſ.Sed pro veriori*, Reg.Vico *ad prag.*Reg.Sard.*tom.*1.*tit.*7. *cap.*13. *num.*4. & alii plures quos citant, Carol.de Graſ.*de effect. Cler. in prælud.num.*211. *&* 212.Scialoya *de foro compet.cap.* 8.*num.*37.Farinac.*in prax. par.*1. *quæſt.*8.*num.*42. *& par.*2. *quæſt.*63. *à num.*26.Barboſa *in cap.in omni negotio*, *cum.*7.*de teſtib.& in cap.ſi judex laicus*, *num.* 13.*de ſentent.excommun.in* 6.quia unico teſti creditur, quando non agitur de alterius præjudicio, *gloſſ. in cap.licet*, *de teſtib.*Riccius, *deciſ.*123.*num.*2. *par.*1. Barboſa *in cap.in omni negotio*, *num.*6.*de teſtib.* Fermoſin.*in cap.cum à nobis* 28.*quæſt.*1.*num.*30.*de teſtib.* & in terminis, Farinac.Carol.de Graſ. Scialoya *proximè laudati*.

80 Secus verò ſi Clericatus alteri nocet, nam tunc requiritur probatio per duos teſtes, *cap. tuæ*, *de Cler. peregr.*Maſcard.*de probat.concluſ.*303.*à num.*4. Bajard. ad Clar.§.*fin.quæſt.*36. *num.*23.Farinac.*in prax.par.*1. *quæſt.*8. *num.*42. *par.*2. *quæſt.*63.*num.*27.*&* 28.Bellet. *diſq.Cleric.par.*1.*tit.de favor. Cler.perſon.* §.14. *num.* 17. Barboſa *in cap.in omni negotio*, *num.* 7. *in fine de teſtib.* Carol. de Graſ. *de effect. Cleric. in prælud. num.*114. Riccius, *deciſ.*386. *num.*8. *par.*4. Fermoſin. *in cap. cap.cum à nobis* 28. *quæſt.*1. *num.*31. *&* 32. *de teſtib.*Scialoya *de foro compet. cap.*8. *num.*37. *in fine teſtib.*Scialoya *de foro compet. cap.*8. *num.*37. *in fine*, Caſt.Palaus *in oper. mor.pat.*2.*tract.*12. *diſp. unica*, *punct.*4. *num.*3. Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.*1. *cap.*4. *dub.*29. *num.*7. *verſ. At ſecus dicendum*, *& num.*8. Anſald.*de juriſd. par.*2. *tit.*11. *cap.*35.*à num.*45.Martha *de juriſd.par.*2.*cap.*31. *num.* 8. 9. *&* 10.

Ut potè ſi tractetur de declinanda juriſdictione judicis ſæcularis ad effectum obtinendi privilegium fori Eccleſiaſtici in judicio contentionis, ſeu competentiæ inter Judices Eccleſiaſticum, & ſæcularem, nam tunc Clericatus, ſecundùm veriorem ſententiam, etiam ſi agatur de prima tonſura, non probatur per unum teſtem, ſed requiruntur duo teſtes, quia res eſt graviſſimi, & enormiſſimi præjudicii, ut contra Afflict. & Rebuff. quos citat Dian.*reſol. moral. p.* 3.*tract.*1.*reſol.*48.*in fine*, *& in coordinat.par.*9.*tract.* 2. *reſol.*120.*num.*4. docent, & probant Covar.*pract. cap.*33. *n.*2. Salzedo *ad Bernard. Diaz..in prax.crim. cap.*62. *num.*17. Bajard. *ad Clar.*§.*fin. quæſt.*36. *num.* 23. Farinac.*in prax.par.*1.*quæſt.*8. *num.*43. *& par.*2. *quæſt.*63. *num.*27. *&* 28. Carol.de Graſ.*de effect.Cler. in prælud. num.*215. Guazin. *defenſ.*1. *cap.*3. *num.*9. *verſ.Quarto etiam*, Martha *de juriſd.par.*2. *cap.*31. *num.*9. *&* 10. Fermoſin.*in cap.cum à nobis* 28. *quæſt.* 1. *num.*31. *&* 32. *de teſtib.*Anſald. *de juriſd. par.*2. *tit.*11.*cap.*35. *à num.*45. Riccius, *deciſ.*386. *num.*8. *par.*4. Scialoya *in foro compet.cap.*9. *num.*38.Thom. del Bene *in immunit.Eccleſ.tom.*1. *cap.*9. *dub.*29.*num.* 9. Reg.Matth.*de regin.Reg. Valent. cap.*7. §.1. *num.* 174. *verſ.Sed pro uberiori*, Maſtril. *deciſ.*114. *num.* 4. *lib.* 2. Daniel de Nobilibus, *diſp.* 31. *ſub num.* 117. *poſt. princ.*Avendanno *de exequend.mandat.lib.* 1. *cap.*22. *num.*17. Pareja *de inſtrum.edit.tom.*1. *tit.* 5. *reſol.* 7. *n.* 34. Portoles *ad Molin. poſt foros comp. quæſt.*5. *à num.*31. *ad* 37. Caſt.Palaus *in oper.moral. par.*2. *tr.* 12. *diſp.unica*, *punct.* 4. *num.*3. *verſ. Fit deinde*, Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.*1. *tit.*7. *cap.*13. *num.*4. *verſ.Aut vero agitur*, ubi rationem aſſignat, quia Dominus Rex plenè habet fundatam intentionem in materia juriſdictionali contra ſuos ſubditos, ita ut ſi quis prætendit ab ea ſe eximere, debet cauſam plenè probare, ego cum multis, *deciſ.*13. *num.*44. *&* 5. *part.*1. 81

Limitatur primò hæc ſecunda concluſio, ut procedat, & vera ſit, ſi teſtes deponant ſe fuiſſe præſentes tempore, quo quis fuit Clericatus, & ordinatus, quo caſu Clericatus teſtibus probatur, ſic *per tex. in cap. tuæ* 3. *de Cler.peregrin.*docent Maſcard. *de prob. concluſ.*303.*num.*1. Carol.de Graſ. *de effect. Cler. in prælud.num.*306.Scialoya, *de foro compet.cap.*8. *num.* 33. Sperell.*deciſ.* 17. *num.*25. *lib.*1. Thoro *in ſuppl. deciſ.verbo remiſſio petita*, *col.*4. *verſ. Pari quoque*, *fol.*359. Daniel de Nobilibus, *diſp.* 32. *num.* 121. Anſald.*de juriſdict.par.*2. *tit.* 11. *cap.*35. *num.*45. in quo eſt advertendum, quod teſtes deponentes ſuper probatione Clericatus aſſignare debent rationem ſui dicti, etiam non interrogati, & ideo teſtes debent dicere, Scimus, quia vidimus talem ordinari, ſeu clericari, nam ſi ita deponunt, plenè probant, ſecus ſi reddant rationem ſui dicti, quia viderunt talem exercere officia ad Clericatum ſpectantia, nam talis ratio non eſt ſufficiens, & per conſequens non probarent, Maſcard.*de probat.concluſ.*1370. *num.*31. *&* 32. Novarius *in prax.elect.fori*, *quæſt.*32. *num.*7. *ſect.*1. Riccius *collect.*2272. *verſ.Quod ſi Clericatus*, Farinac.*in praxi*, *par.*2. *quæſt.*70.*num.*73. Carol.de Graſ.*de effect.Cleric.in*, *prælud. num.*210. Utries *de cognit.Cler.par.*1.*num.*199.*& par.*2.*num.*8. *&* 13. Daniel de Nobilibus, *diſp.*31.*num.*Scialoya *de foro comp. cap.*8. *ſub num.* 36. 82

Limitatur 2. hæc ſecunda concluſio, ſi in aliquo regno conſuetum ſit Bullas Clericatus probari per regeſtum Bullarum, & quis non reperiatur regiſtratus, nam hoc caſu Clericatus non poteſt probari per teſtes, Riccius *deciſ.* 386. *par.* 4. Scialoya *de foro compet. cap.*8.*num.*39. Thoro *in ſupplem.deciſ. verbo Remiſſio petita*, *col.*4.*in fine verſ.Quidquid.folio*539. 83

84 Tertia ſit concluſio, quod Clericatus probatur, ſi decretum à Judice laico producatur per quod appareat, aliàs fuiſſe talem Clericum ad Judicem Eccleſiaſticum remiſſum, ita Ludoviſ. *deciſ.20. num.2.* Seraphin. *deciſ.713. num.4.* Scialoya *de foro compet. cap. 8. num.41.* Thoro *in ſuppl. deciſ. verbo Remiſſio petita, col.4. verſ. Et addito, fol.539.*

85 Et multo magis ſi producantur duo decreta à Judice laico, per quæ appareat talem fuiſſe remiſſum per Judicem laicum ad Judicem Eccleſiaſticum, nam ex hac bina remiſſione facta de Clerico à Curia ſæculari ad Judicem Eccleſiaſticum, ritè, & rectè probatur Clericatus, Thoro *in compen. deciſ. par.3. ſect.3. verbo Remiſſio cauſæ, col.2. verſ. Quarto, fol.132.* deciſum teſtatur Sanfelicius, *deciſ.4.* referunt, & ſequuntur Thoro, *in ſuppl. dec. verbo, remiſſio petita per Cler. inquiſitum, fol.546.* Scialoya *de foro compet. cap. 8. num. 41.*

86 Sed non putò verum, quod probetur Clericatus, ſi producatur fides, qualiter quis gaviſus erat immunitatibus Clericis conceſſis, ut cenſet Riccius, *deciſ. 66. num.1. et deciſ.80. num.3. par.4.* refert, & ſequitur Thoro *in compen. deciſ. par.3. ſect.3. verbo remiſſio cauſæ, col.2. verſ. Tertio, fol. 132.* quia Ego cognoſco unum, qui gaudet immunitate Clericis conceſſa, ſcilicet exemptionis vectigalium Civitatis Barcinonæ, & tamen non eſt Clericus, nec gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici.

87 Nec etiam verum puto, quod per aſſertionem Cardinalis atteſtantis, quem eſſe Clericum, probetur Clericatus, ut voluerunt Bald. & Archid. quos citat, & ſequitur Maſcard. *de probat. concluſ.305. num.15.* pro ut verùm non putat niſi præſumptivè, Carol. de Graſ. *de effect. Cler. in prælud. num.218.* non autem ad finem fruendi privilegio fori Eccleſiaſtici, quia talis aſſertio eſſet in præjudicium Regiæ juriſdictionis, & ſic tertii, ad tradita per Barboſam aliis citatis, *de jure Eccleſ. univ. lib.1. cap.4. num.66. in fine, et num. 74. verſ. Item.*

88 Ita pariter verum non puto, quod probetur Clericatus ex confeſſione partis adverſæ, ut voluerunt plures, quos citant Maſcard. *de probat. concluſ.305. num. 6.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. in prælud. num.201.* Durand. *deciſ.237. num.6. deciſ.406. num.3.* Burat. *deciſ. 300. num.4.* Caſtro-Palaus *in oper. moral. par.2. tract. 12. diſput. unica, punct.4. ſub num.3.* Thoro *in ſuppl. deciſ. verbo Remiſſio petita, col.4. poſt medium, verſ. Accedat prædictis, fol. 539.* Scialoya *de foro compet. cap.8. num. 31.* Quia pars non poteſt facere de non Clerico Clericum, Maſcard. *de probat. concluſ.305. num.7. 8.* Pacian. *probat. lib.2. cap.34. num.67.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. in prælud. num.202.* Riccius *collect.2272. verſ. In ſuper.* Farinac. *in prax. par.1. quæſt. 8. num. 45. verſ. An autem,* quidquid dicat Garcia *de benef. par.7. cap.1. num.141. et 142.* Niſi
89 quis † vellet coadjuvare dubiam probationem de ſuo titulo Clericatus factam ex confeſſione alterius partis, tunc enim legitimè ſe adjuvare poteſt ex confeſſione alterius partis, etiam ſuper titulo Clericatus, Maſcard. *de probat. concluſ.305. num.10.* Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 34. num. 68.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. in prælud. num.202. verſ. Quod ultimum,* ſed non in præjudicium Regiæ juriſdictionis, ut poſt alios docet Pereyra, *de manu Regia, tom.2. cap.44. num.9.*

90 Quarta ſit concluſio, quod Clericatus probatur per indicia, & argumenta, *cap.2. gloſſ. verbo per argumenta, de Cler. peregrin.* Boer. *deciſ.171. num.25. in princ.* Maſcard. *de probat. concluſ.305. num.5.* Tuſchus *pract. concluſ. littera C. concluſ.378. num.19.* Maſul ad Capyc. *deciſ. 168. num.8.* Barzius, *deciſ.3. num. 13.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. in prælud. num. 203.* Pariſ. *de reſign. benef. lib.10. quæſt.3. num.21.* Pacian. *de probat. lib.2. cap.34. num.70.* Garcia *de benef. par. 7. cap.1. num.140. in fine,* Barboſa *in cap.2. num.2. in princ. de Cler. peregrin.* Fermoſin. *in cap.1. quæſt.1. ſub num.10. de Cler. peregrin.* Scialoya *de foro compet. cap. 8. num.31. in fine.*

91 Veluti ſi teſtes deponerent de publica voce, & fama, talem eſſe Clericum, remanet probatus Clericatus, *cap. ſi judex laicus, de ſentent. excommun. in 6.* Martha *de juriſdict. par.2. cap.31. ſub num.6.* Garcia *de benef. par.7. cap.1. num.140.* Thoro *in ſuppl. deciſ. verbo Remiſſio petita, col.3. verſ. Sed etiam per teſtes deponentes, fol.539.* Anſald. *juriſdict. de par.2. tit.11. cap.35. num.23. et 24.* Coccin. *deciſ.228. num.2. et deciſ.458. num.2.* Archiepiſc. Roxas *deciſ.223. num.1.* Durand. *deciſ.406. num.2.* Farinac. Guazin. Daniel de Nobilibus, Fermoſin. Sperell. Ciarlin. Barboſa, & alii *num.92. allegandi* Concurrentibus aliquibus aliis adminiculis, vel conjecturis, Maſcard. *de probat. concl. 305. num.11.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. in prælud. num.205.* Scialoya *de foro compet. cap.8. num.32. in fine,* Riccius *collect.729. verſ. Tertio,* Farinac. *in praxi, par.1. quæſt.8. num.44. verſ. Solam autem famam,* ut ſi ad unum teſtem addatur fama, non eſt improbabile, ſufficienter tunc Clericatum probari, Caſt. Palaus *in oper. moral. par.2. tract.12. diſp. un. pu.4. num.3. in fine, verſ. Verùm,* Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.1. cap.4. dub.29. num.10.*

Vel ſi teſtes deponerent de communi opinione, & 92
reputatione, ut ſi quis tanquam Clericus ab omnibus fuerit communiter habitus, & reputatus, *cap. ſi judex laicus, de ſentent. excommun. in 6.* Pariſ. *de reſign. benef. lib.2. quæſt.2. num.70. et lib.10. quæſt.3. num.34.* Martha *de juriſd. lib.1. cap. 31. num. 7.* Garcia *de benef. par.7. cap. num.140.* Bellet. *diſquiſit. Cler. par.1. tit. de favore Cler. perſon. §.14. verſ. Tertio,* Vermigliol. *conſ.98. num.1.* Farinac. *in prax. par.1. quæſt.8. numer.44.* Guazin. *defenſ.1. cap.3. num.9. verſ. Quinto.* Rota *deciſ. 14. de probat. in antiquis, et deciſ. 350. par.3. diverſ. et deciſ.257. num.6. deciſ.623. num. 4. par.1. recent. et deciſ.99. num.4. et deciſ.116. num. 3. et deciſ.736. num.4. part.2. recent.* & apud Farinac. *deciſ.67. num.6. in fine poſt lib.1. conſil.* & apud Ludoviſ. *deciſ. 20. num.1. et deciſ. 78. num.6.* & apud Burat. *deciſ.31. num.2. et deciſ.417. num.7.* Barboſa *in cap. ſi judex laicus, num.9. de ſentent. excomm. in 6. et in cap. tua, ſub num.2. de Cleric. peregrin.* Ciarlin. *contr. foren. lib.1. cap.20. num.40.* Sperell. *deciſ.17. num. 26. lib.1.* Riccius *coll.719. verſ. Septimo,* Fermoſin. *in cap.1. quæſt.1. ſub, num.10. de Cler. peregrin.* Daniel de Nobilibus, *diſput.31. num.1.* Borrell. *in ſum. deciſ. par.1. tit.2. num. 140.* deciſionem antiquam diei 4. Auguſti 1543. refert Ripoll. *var. cap.1. à num.158.* dummodo talis opinio non ſit de recenti, ſed diuturna, Innocent. *in cap. innotuit, de eo qui mit. in poſſ.* Gabriel *conſ.181. num.15. lib.2.* Barzius *de deciſ.3. num. 14.* Martha *de juriſd. par.2. cap.31. num.7.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. in prælud. num.204.* Novarius *in praxi elect. fori quæſt.32. num.11. ſect.1.* Riccius *collect.276. verſ. Probatur,* Scialoya *de foro comp. cap.8. num.32.* aliqua ratio in contrarium ſuadeat, puta ſi quis illegitimè natus, vel illiteratus, quia tunc contra eum urget vehemens præſumptio, quod non ſit Clericus, Maſcard. *de probat. concluſ.305. num.14.* Martha *de juriſdict. part.2. cap.31. num.7.* Garcia *de benef. par.7. cap.1. à num.144.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. in prælud. num.204.* Scialoya *de foro compet. cap. 8. num.32.*

Vel ſi teſtes deponerent, quod ſteterit & ſit in 93
quaſi poſſeſſione Clericatus, & quod tamquam Clericus inceſſerit in habitu, & tonſura, Clericatus probari dicitur, *cap. ſi judex laicus, de ſentent. excom. in 6.* Boer. *deciſ.171. num.13.* Maſul. ad Capyc. *deciſ. 161. num.7.* Aufrer. ad Capel. Tholoſan. *deciſ. 117.* Gramat. *deciſ.81. num.16.* Maſcard. *de probat. concluſ. 305. à num.6. ad 12.* Pacian. *de probat. lib.2. cap.34. num.47.* Farinac. *in prax. par.1. quæſt.8. num. 44.* Guazin. *defent. cap. 3. num.9. verſ. Quarto,* Martha *de juriſdict. par.2. cap.31. num.6.* Ciarlin. *contr. forenſ. lib.1. cap.20. num. 46.* Bellet. *diſq. Cler. par. 1. tit. de favore Cler. perſon. §.14. num.13.* Daniel de Nobilibus, *diſp.31. n.1.* Barboſa *in cap. ſi judex laicus, num.13. in fine de ſentent. excommun. in 6.* Diana *reſol. mor. par.3. tract.1. reſol.48. et in coordin. par. 9. tract.2. reſol.120. num.1. et 2.* Sperell. *deciſ.132. num. 32. et 38. lib.2.* Pereyra *de manu Reg. tom.2. cap.44. num.7.*

num.7.verſ.V.detur, Regens Vico ad prag.Reg.Sard. tom.1.tit.7.cap.13.num.5. Fermoſin.in cap.ſi Clericus 5.quæſt.19. num.1.de foro compet.Caſt.Palaus in oper. moral.par.2. tract.12. diſp.unica, punct.4. num.4. & 5. Maximè quando quis reperitur in quaſi poſſeſſione Clericatus per longum tempus, ac diurnam dilationem habitus, & tonſuræ, quo caſu præſumitur Clericus, Gabriel com.concl.lib.1.de præſumpt.concluſ.1. num.46.Pacian.de probat.lib.2. cap.34. num.90. Maſcardus de probat.concluſ.304. num.1. Carol. de Graſ. de effect. Cler.in prælud. num. 190. Scialoya de foro compet. cap.8. num. 27. & idem quando quis reperitur in poſſeſſione beneficii tanquam Clericus, præſumitur Clericus, Maſcard. de probat. concluſ. 302. num.16. Menoch.lib.6. præſump.76. à num.19.Carol. de Graſ.de effect.Cler.in prælud.num.191. Scialoya de foro compet. cap.8. ſub num.27. Boer. deciſ.171. num. 13. Riccius collect.378. verſ.Tertio, & verſ. Quarto, Faber, in C.lib.4. tit.14. de probat. def. 11. in fine, Portoles ad Molin. poſt for.compet.quæſt.5. num. 19.& idem ſi quis per aliquod tempus, vel annos inſerviat Eccleſiæ, uti Clericus, & ibi exerceret officium pertinens ad Clericum, præſumitur Clericus, Carol.de Graſ. de effect.Cleric. in prælud. num. 192. Scialoya de foro compet.cap.8.ſub num.27.

94 Sed contrariam ſententiam contra iſtam quartam concluſionem, quod Clericatus non probetur, nec probari poſſit per indicia, atque conjecturas, tenet gloſſ.in cap.inter quatuor, gloſſ. verbo argumenta, de Cler. peregrin. & docent Salzedo ad Bernard. Diaz in pract. crim. cap.62. num.16. verſ. Nec per indicia, Boer. deciſ.171. num.25. Farinac.in praxi,par. 1. quæſt.8. num.44. in fine, Reg.Vico ad prag.Reg. Sardin. tom.1. tit.7. cap.13. num.2. Scialoya de foro compet.cap.8.num.38. in fine, ſed per veras, & concludentes probationes, Riccius collect.729. verſ. Et primo.

95 Et ſic non probatur Clericatus per teſtes deponentes de publica voce, & fama, etiam concurrentibus adminiculis, nec per teſtes deponentes de communi opinione, & reputatione, nec per teſtes deponentes, quod quis ſteterit, & ſit in quaſi poſſeſſione Clericatus, quamvis poſſeſſio non ſit recens, ſed diuturna, niſi doceat de titulo per ſcripturam, vel per teſtes, cap. ſi judex laicus, ubi Barboſa, num.7. de ſentent. excomm. in 6. Salzedo ad Bernard. Diaz. in pract. crim.cap.62. num.18. Maſcard.de probat,concluſ.302. num.1. & 2. Thom.del Bene de imm. Eccleſ. tom.1. cap.4.dub.29.num.2.verſ.Unde, & num.3. Vivian. de jure patron.par.2.lib.6.cap.1.num.50.Urries de cognit. Cler.par.1.num.64.192. et 312. et par.2. num.308. et 309.Sanfelic.deciſ.143.num.7. Scialoya de foro comp. cap.8.num.27.in fine, Cutel.de immun. Eccleſ. lib.2. quæſt.28. num.9. verſ.Hinc conſtat.Pereyra de manu Regia par.2.cap.44.num.8. multis aliis citatis Carol. de Graſ.de effect.Cler.in prælud.num.224.225. et 226. Daniel de Nobilibus omnino videndus, diſp. 31. à num.114.ad 121.Pet.Barboſa in l.Titia 35. num.27. verſ.Sed quia, et num.30.verſ.Cæterum, ff.ſol. matr. Fontanella de pac.nup.tom.1. clauſ.4. gloſſ.12. par.2. ſub num.38.

96 Verùm in hac quarta concluſione de jure communi eſt diſtinguendum. Quod aut agitur ad finem remiſſionis ad Judicem Eccleſiaſticum, ut cognoſcat, an talis gaudeat,vel non privilegio fori Eccleſiaſtici, cui pertinet hoc declarare, & determinare, tunc ſufficit tanta præſumptio, quæ transferat onus probandi contrarium in adverſarium, veluti ſi adſunt indicia, & argumenta eum eſſe Clericum, ut teſtes de publica voce, & fama, vel de communi opinione, & reputatione, vel de quaſi poſſeſſione Clericatus, ſi inceſſerit tanquam Clericus in habitu, & tonſura, & ita procedit prima opinio, Thom. del Bene de immun. Eccleſ.tom.1.cap.4.dub.29.à num.12.Sperell.deciſ.132. lib.2.Diana reſol.mor.par.1.tit.2.reſol.28. aliàs 27. et in coordinat.par.9.tract.2.reſol.127. num.3. Cutel. de immun. Eccleſ. lib.2. quæſt.28. Aut verò agitur ad finem fruitionis privilegii fori Eccleſiaſtici, hoc caſu Clericatus non probatur per indicia, & argumenta, nec per teſtes de publica voce, & fama, nec communi opinione, & reputatione, nec per quaſi poſſeſſionem Clericatus, ſed per titulum, hoc eſt per ſcripturam, vel per teſtes, & ſic procedit ſecunda opinio, ut probat tex.in cap.ſi judex laicus, de ſent. excomm.in 6.Otalora de nobilit.2.par.3.princ.cap.10. num.3.verſ.Facit etiam, Farinac.in prax.par.1. cap. 8.num.44.Guazin.defenſ.1.cap.3.num.9. verſ.Quinto, Bellet.diſq.Cler.par.1.tit.de favor.Cler. par.ſon. §.14. num.14. verſ.Tertio. Ciarlin. controv. forenſ. lib.1. cap.20. num.45. verſ.Neque, Sperell.deciſ.133. num. 61. lib.2.

97 Cæterùm dicta ad iſtam quartam concluſionem procedunt de jure antiquo, & ante Concilium Tridentinum. At de jure novo poſt Concilium Tridentinum, ſeſſ.23. de ref. cap.6. Clericatus non probatur per publicam vocem, & famam, nec per quaſi poſſeſſionem habitus, & Clericalis tonſuræ, niſi talis inſerviat alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi, vel ſit adſcriptus in aliquo Seminario Clericorum, vel verſetur in Schola, vel Univerſitate de licentia Epiſcopi, aut habeat beneficium, aliàs ſecus, ſic Maſcard.de probat. concluſ.301. num.14. verſ. Quod verò, Bajard.ad Clar.§.fin.quæſt.36. num.29. Decian. tract.crim.tom.1.lib.4.cap.9.num.25. Farinac.in prax. crim. par.1. quæſt.8. num.44. verſ. Item dummodo, Guazin.defenſ.1.cap.3.num.9.verſ.Quinto, Reg. Vico ad prax.Reg.Sard.tom.1. tit.7. cap.13. num.5. verſ. Quod intellig.Thom.del Bene de immun. Eccleſ.tom. 1.cap.4. dub.29.num.11.Urries de Cognit. Cler.par.1. num.220.et ſub, num.313. verſ. Quæ omnia obſervabis, et par.2.num.357.et ſeq.Maſtril. deciſ.113. num. 1.2. et 3.lib.2. Daniel de Nobilibus, diſput. 31. num. 118. Sperell. deciſ.133. num.66. quidquid ipſe dicat num.67.lib.2. Deciſio Cancellarii Cathaloniæ tradita per Ripoll,var. cap.11.num.158. de qua memini ſupra num.92. eſt diei 4.Auguſt.1543.& ſic ante Concilium Tridentinum.

98 Quinimo ubi agitur in caſu contentioſæ juriſdictionis inter Judices Eccleſiaſticum, & ſæcularem de fori Eccleſiaſtici privilegio, cùm tunc agatur de gravi præjudicio juriſdictionis ſæcularis, non probatur Clericatus ex ſola poſſeſſione habitus, & tonſuræ, niſi doceatur de titulo Clericatus, cum ſervitio alicujus Eccleſiæ, vel ſtudio in Seminario Clericorum vel in Schola, aut Univerſitate de licentia Epiſcopi, & ita interpretandum eſſe decretum Sacri Concilii Tridentini, ſeſſ.23. de reform.cap.6.tradunt Salzedo in pract.crim.cap.73.num.18. Farinac.in prax. par.1. quæſt.8.num.44.verſ.Ad quæ prædicta, Reg.Vico ad prag.Reg.Sard.tom.1.tit.7.num.6.Patian.de probat.lib. 2.concluſ.20.num.32.et 36.et concluſ.34.num.20. et 21. Maſtril.deciſ.113. num.4. lib.2. Daniel de Nobilibus, diſp.31.num.117.

99 Ratio eſt, tum quia quando in aliquo caſu, eſt neceſſarius titulus, pro ut in iſto caſu, per Sacrum Concilium Tridentinum, ſeſſ.23. de reform. cap.6. non ſufficit probatio etiam longiſſimi temporis, Menoch.lib.6.præſumpt.76.num.6. punctim Carol. de Graſ.de effect. Cleric.in prælud. num.226. Daniel de Nobilibus, diſp.31.num.117. Tum quia probatio Ordinis Clericalis, cùm agatur de præjudicio Regiæ juriſdictionis, debet eſſe integra, & non ſummaria, Avendanno de exequen. mandat.par.1. cap.22. num. 17.Portoles ad Molin.poſt foros compet. quæſt.5. num. 34.Reg.Vico ad prag.Reg.Sard.lib.1.tit.7.cap.12.ſub num.14.el cap.13.num.4.verſ.Aut verò, col.2. Thoro in ſuppl.deciſ.verbo Remiſſio petita, col.3. verſ.Hinc ad propoſitum, fol.539.notat Reg.Mattheu de regim. Reg.Valent.cap.7.§.1.num.174. verſ.Sed pro uberiori, poſt princ.

100 Utrum autem Clericatus probetur per litteras Superiorum Ordinum, puta Sacerdotii, Diaconatus, Subdiaconatus, aut minorum Ordinum? Quidam negant, quos referunt, & ſequuntur Maſcard. de probat.concluſ.304.à num.13.et concluſ.1195.à num.6. Boer.deciſ.171. num.14.Menoch. lib.6. præſumpt.76. num.3.Pacian.de lib.2.cap.34.num.42. Pariſ.de reſign. benef. lib. 4. quæſt. 2. num. 86. Carol. de Graſ. de

*effect.Clerici in prælud.num.242.243.& 244.* Faber *in C.lib.4. tit. 14. de probat. def.* 11. ea moti ratione, quia per ſaltum poteſt eſſe promotus, & per ſaltum promotus eſt ipſo jure ſuſpenſus ab adminiſtratione Ordinis ſic ſuſcepti, Barboſa pluribus citatis *in cap. unico, num.3. verſ. Quod autem, de Clerico per ſaltum promoto*, alios plures laudat Diana *reſol. mor. par.5.tract.10. reſol.27. in princ.& in coordinat.par.5.tract.4. reſol.58. num.1.* & miniſtrando fit irregularis, aliter non, ſecundùm veriorem ſententiam, de qua multis laudatis, Garcia *de benef. par. 7. cap.1. num.160.& 161.* Barboſa *in cap.unico, num.3.de Clerico per ſaltum promoto, & de poteſt. Epiſc. par.2. allegat.47. num.1. & 2. & in collect.ad Conc. Trid. ſeſſ.23. de ref. cap.14. num.5. & de jure Eccleſ. un. lib.1. cap.33. à num.180.* Sperell. *deciſ.114. à num. 6.lib.2.*Diana *reſol.mor.par.5.tract.10.reſol.27.28. 29. & 47.& par.6.tract.8.& miſcel.3.reſol.29.& in coordinat.par.5.tract.4.reſol.57. 58. 59. & 60.& tract.5. reſol.131.*

101 Affirmant, & verius Salzedo ad Bernard. Diaz *in prax.cap.24. littera A* Garcia omnino videndus diſputato articulo *de benef.par.2. cap.1. à num.158. & in hac reſidet, num. 164. cum pluribus deciſionibus Rotæ, quas citat, & num.169.* ampliat in Clericatu illegitimi, latè Riccius, *deciſ.114. par.2.* & pluries obtinuiſſe teſtatur idem Riccius *in praxi rer. quotid. reſol. 275. verſ. Contrarium tamen*, Manfrella in obſervat. in Cap. Latro, *deciſ. 173. num. 28.* & in confirmationem hujus ſententiæ affirmativæ, addo, quod ordinatus per ſaltum, etiam Sacerdotio, recipit verum Ordinem, & characterem Sacerdotis, quia per ſe non pendet à charactere inferiori, Barboſa *de poteſt. Epiſc. par. 2. allegat. 47. num. 3. & de jure Eccleſ.univ.lib.1. cap.33. num.192.* Sperell.*deciſ.114. num.7. & 14. lib. 2.* & Ordinem Sacrum benè quis recipit, etiamſi nullum habeat de minoribus, Barboſa plures citat *in cap.unico, num. 9. de Cleric. per ſaltum promoto.*

---

## *ARGUMENTUM.*

### An Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus obtinens beneficium Eccleſiaſticum gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque ſit apud Judicem Eccleſiaſticum.

### *SUMMARIUM.*

1 *Clericus primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum habens beneficium Eccleſiaſticum, tam de jure antiquo, quàm novo gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici in civilibus, & criminalibus, n. 1. & eſt immunis à collectis, num. 2. Amplia. 1. etiamſi beneficium Eccleſiaſticum ſit quantumvis tenue, & exiguum, ac modici valoris, num.3. Ampliatur 2. etiam ſi beneficium Eccleſiaſticum ſit ſine redditibus, num. 4. Ampliatur 3. etiamſi obtinens beneficium Eccleſiaſticum non poſſit illud obtinere, ſi de facto in illius poſſeſſione reperitur, num.5. Ampliatur 4. etiamſi obtinens beneficium Eccleſiaſticum illud obtineret ante legitimam ætatem quatuordecim annorum ſi poſtea major factus per triennium illud poſſideat, num.6. Ampliatur 5. etiamſi non deferat habitum, & tonſuram, num.7. 8. 9. & 10. nec ſerviat Eccleſiæ, num.12.nec habeat deputationem Epiſcopi, num. 13. Ampliatur 6. etiam ſi poſſeſſionem beneficii non habeat, num.14.ſed contrarium eſt verius, num.15. & 56. niſi propter intruſum, num.17. Ampliatur 7.in Coadjutore Canonicatus à Summo Pontifice aſſignato, num.18. ſi habitum, & tonſuram deferat, nu.19. Ampliatur 8.in Capellano, cui capellania in titulum perpetuum fuit collata à Summo Pontifice, vel ab Epiſcopo, n. 20. ſecus ſi non fuit proviſa, ſeu inſtituta per Summum Pontificem, vel Epiſcopum, num.21. ſecus etiam ſi ſit ad nutum amovibilis, nu.22. 23.24.25. 26. & 27. Ampliatur 9. in obtinente præſtimonium, ſeu fratantiam in titulum perpetuum, num.28.29.30. & 31. Ampliatur 10. in habente Hoſpitale conceſſum in titulum perpetuum, ad vitam titulati, num.32. & vide, num.33. Ampliatur 11.in habente beneficium in commendam perpetuam, num.34.35.& 36. Ampliatur 12. in obtinente beneficium collatum à perſona, quæ non habet poteſtatem conferendi, num.37.& 38.limitatur 1. in habente beneficium Eccleſiaſticum ſi non ſit tonſuratus, num.39.niſi poſtea tonſuretur, num.41.limitatur 2. in habente beneficium in ſpe, & non in re, num.42. limitatur 3. in eo, qui habuit beneficium, & poſtea illud reſignavit, & deinde deliquit, n. 43. 44. & 45. niſi aliàs retineat fori privilegium, num.46.limitatur 4. ſi collatio facta fuit beneficii non vacantis, num.47. limitatur 5. in obtinente beneficium de facto abſque collatione canonica. Limitatur 6. ſi commiſſo delicto obtinens beneficium illud renunciat, vel matrimonium contrahit, vel fit laicus, num.48. quæ limitatio an vera ſit, vide uſque ad num.60.*

40 *Bulla Sixti V. de habitu, & tonſura non eſt recepta in Hiſpania.*

24 *Beneficium, ut dicatur Eccleſiaſticum, quid requiratur, num.24. & 25.*

27 *Ordinari quis non poteſt ad titulum Capellaniæ ad nutum amovibilis.*

31 *Præſtimonium in dubio an dicatur beneficium.*

35 *Comenda perpetua beneficii eſt in uſu, num.35.ſed comenda temporalis non eſt in uſu, num.36.*

40 *Beneficiatus ut fori privilegio gaudeat, tria probare debet.*

48 *Beneficium obtinens, ſi commiſſo delicto illud renuntiat, vel matrimonium contrahat, ſeu fiat laicus, pro eo delicto perpetrato tempore, quo beneficium obtinebat, non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, nu.48.contrarium, n. 51. ſed vide, num.56.57.58.59.& 60.*

49 *Tonſuratus, ſi commiſſo delicto, tempore quo erat Clericus, & poſtea uxorem ducit, vel fit laicus, puniri debet à judice ſæculari, n.49.contrarium, num. 52. idem in Clerico conjugato, num.53.& in tonſurato effecto bigamo, num.54. ſed vide, num.56.57.58. 59. & 60.*

50 *Novitiatus, ſi durante novitiatu, delinquat, deinde egrediatur religionem, vel habitum dimittat, ſi nullo ordine ſacro inſignitus eſt, non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, nu.50. contrarium, num.55. ſed vide, num.56. 57. 58. 59. & 60.*

61 *Clericus in minoribus, vel non beneficiatus in exilium, vel relegationem damnatus à judice Eccleſiaſtico ad certum tempus infra quod laicus effectus exilium, vel relegationem rumpit, an puniendus, ſeu pro dicta fractura à judice Eccleſiaſtico, vel ſæculari, num.61. referuntur opiniones, num.62. 63. & 64.*

65 *Laicus in exilium, vel relegationem ad certum tempus damnatus à judice ſæculari, infra quod Clericus effectus, ſi exilium, vel relegationem rumpat, an puniendus ſit à judice Eccleſiaſtico.*

66 *Penſionem obtinens ſuper fructibus beneficii Eccleſiaſtici reſervatam, non incedens in habitu, & tonſura, & non inſerviens Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, an gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici? Sunt quatuor opiniones, num.66. Prima negativa, num.67.Secunda affirmativa, num. 68. & 69.Tertia, ut ſi penſio excedit ſummam ſexaginta ducatorum auri de camera, gaudeat, ſecus ſi non excedit, num.70. Quarta ſi penſio eſt loco tituli beneficii, gaudeat, ſecus ſi non eſt loco tituli beneficii, ſed ſimpliciter reſervata, num.71.& hæc eſt verior, num.72.*

73 *Penſio quando dicatur data in titulum.*

74 *Beneficium fundans cum conſenſu Epiſcopi diſponere poteſt, quod præſentandus ſit ejus conſan-*

gui-

guineus, num.47. & an patronus poſſit præſentare conſanguineum remotum, vel debeat præſentare proximiorem, diſtinguuntur tres caſus, num.75.76. & 77.

78 Beneficium ſi ſit fundatum, & in fundatione diſpoſitum, ut ultimus beneficiatus nominet beneficiatum conſanguineum fundatoris, vel ſuum, non poteſt ultimus beneficiatus nominare beneficiatum conſanguineum ſuum, ſed tenetur nominare beneficiatum conſanguineum fundatoris, num.78. ſecus ſi in fundatione beneficii diſpoſitum ſit, ut ultimus beneficiatus nominet beneficiatum conſanguineum fundatoris, vel ſuum, quem magis voluerit, nùm.79.

80 Beneficii fundator, ſi dixit, ut eligatur proximior conſanguineus, eligi debet proximior fundatoris, & non ultimi beneficiati, num.80. & concurrentibus duobus conſanguineis æquè propinquis, alter ex linea paterna, alter ex materna, quis præferri debeat, num. 81. & quis præferri debeat ex duobus conſanguineis in eodem gradu exiſtentibus, quando alter duplici conſanguinitatis nexu eſt fundatori conjunctus, nu.82.

83 Beneficium ſi maritus, & uxor fundant ex bonis communibus utriuſque conſanguineis proximioribus conferendum, quis præferri debeat in æquali gradu conſanguinitatis, conſanguineis mariti, an uxoris.

84 Conſanguinitatis graduum computatio in beneficiis, ad quos conſanguinei proximiores vocantur, an facienda ſit ſecundùm canones, an vero ſecundùm leges.

85 Conſanguinitas quomodo probari debeat.

86 Beneficium, quod fundator reliquit pro ſuis conſanguineis, an poſſit conferri ſpuriis, & illegitimis.

87 Commiſſio, ſeu facultas, cui fuit conceſſa, ut aliquem ex filiis, vel conſanguineis teſtatoris eligat, & nominet in hæredem, aliquando addito quem voluerit, & aliquando ut id fiat cum pactis, vinculis, & conditionibus commiſſario benè viſis, vel quas, & quæ apponere voluerit, & in caſu non factæ electionis per commiſſarium, diſponat teſtator, quod ſit hæres N. & poſtea N. & ſic de reliquis, an commiſſarius in diſpoſitione bonorum teneatur ſequi ordinem, & voluntatem teſtatoris declaratam in caſu non factæ diſpoſitionis, & electionis; num.87. prima eſt opinio negativa, num.89. fundamenta referuntur, num.90.91. & 92. & limitatur, num.93. ſecunda eſt opinio affirmativa, num.94. fundamenta referuntur, à num.95. ad num.109. & fundamentis opinionis negativæ reſpondetur, à num.111. & deciſiones referuntur, à num.119. limitatur opinio affirmativa, num.124.

88 Hæres inſtitui poteſt unus incertus de certis.

90 Argumentum à ſuperfluitate vitanda validum eſt, num.90. ſed valdè tenue, & leve ab Interpretibus exiſtimatur, num. 111. & contrariis præſumptionibus facilè tollitur, num.112.113. 114. & 115.

91 Eligendi facultas alicui conceſſa nullis reſtringitur regulis, num.91. limitatur, num.116. cum ſeq.

95 Eligendi facultas alicui conceſſa in dubio interpretatur regulatè, & non liberè conceſſa, num. 95. & quando additur in commiſſione cum pactis, vinculis, & conditionibus commiſſario benè viſis, ſignificatur arbitrium regulatum, & non abſolutum, num.96. & quando in commiſſione ſunt verba, quæ inducunt arbitrium regulatum, & liberum, reducuntur omnia ad unum ſenſum, id eſt arbitrio boni viri, num. 97. & quando in commiſſione eligendi hæredem aliquem ex filiis, vel conſanguineis teſtatoris, additis verbis, quem voluerit, vel cum pactis, vinculis, & conditionibus, quas, & quæ apponere voluerit, tunc verba ad arbitrium boni viri reduci debent, num.98.

99 Verba omnia liberum arbitrium importantia reſtringi debent ad arbitrium boni viri, ſi ex eis præjudicium tertio reſultat, num.99. & 100.

101 Commiſſarius arbitrium regulare debet ad mentem, & voluntatem teſtatoris.

102 Voluntas teſtatoris prædominatur in omnibus, & tanquam regina primum locum obtinet, num. 102. ſive expreſſa, num.103. ſive tacita, n.104.

105 Voluntas teſtatoris prævalet verbis, etiam quæ ex conjecturis colligitur, quamvis verborum ſonus aliud ſuadeat.

106 Voluntas teſtatoris optimè colligitur, tam ex antecedentibus, quàm ex ſubſequentibus, n.106. & qualis fuerit ab initio, ex actu ſequenti, aut verbis ſequentibus declaratur, num.107.

108 Teſtamenti una pars aliam declarat, num.108. & una clauſula per aliam declaratur, n.109.

110 Teſtator multo magis voluiſſe fieri præſumitur per commiſſarium, quod ipſe in defectum electionis hæredis fieri expreſſit.

113 Superfluitas non eſt in conſideratione, ubi conſtat de voluntate teſtatoris.

114 Superfluitas admittitur, ne voluntas teſtatoris tollatur, vel ne contra ejus mentem fiat.

115 Teſtatores multa conſcribunt quæ abundant.

120 Dictio præſertim exprimit caſum minùs dubitabilem, & implicat magis dubitabilem.

## DECISIO CXXIX.

Clericus primæ tonſuræ, ſeu minorum Ordinum obtinens beneficium Eccleſiaſticum, nedum de jure antiquo ante Concilium Tridentinum, ſed etiam de jure novo poſt Concilium Tridentinum, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, convenienduſque eſt apud Judicem Eccleſiaſticum, tam in civilibus, quàm in criminalibus, ut probatur ex Concilio Tridentino *ſeſſ.23. de ref. cap. 6.* & tradunt Foller. *in prax. crim. rub. Audiantur excuſatores, num.74. in fine*, Burgius *de modo proced. ex abrupto, q.65. num. 17.* Solis *de cenſib. tom.1. lib.2. quæſt. ult. num.15. in fine*, Guazin. *defenſ.20. cap.9. num.25.* Bovadilla *in polit. lib.2. cap.28. num.110. verſ. Pero ſi los tales Clericos*, Gambacurta *de immun. Eccleſ. lib.7. cap.10. num.1. in fine, & cap. ſub, num.1.* Portoles ad Mol. *poſt foros compet. quæſt.5. num.1. & 23.* Riccius *collect. 540. verſ. Et cum*, Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.1. cap.4. dub.3. num.1.* plures alios refert Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.2. alleg.12. num.3.* & alii innumeri citati *ſupra, deciſ.126.* & infra hac deciſione allegandi. Ita fuit deciſum in Cathalonia per Cardona Tertium, conſultoribus Vilana, Quintana, Puigvert, & Pol. 23. Decembris 1566. in favorem Raphaelis Ros Clerici tonſurati obtinentis Beneficium ſub invocatione Sancti Sepulchri, & Paſſionis Imaginis in Eccleſia Barcinonæ. Et per Cancellarium Caſſador. 20. Octobris 1567. in favorem Pauli Senet Clerici ſimpliciter tonſurati obtinentis Beneficium ſub invocatione Sancti Jacobi in Eccleſia Parochiali Villæ Borgariarum Albarum Diœceſis Illerd. & per eundem Cancellarium Caſſador. 9. Aprilis 1568. in favorem Joannis Caſanoves Clerici ſimpliciter tonſurati obtinentis beneficium ſub invocatione Beatæ Mariæ in Eccleſia Sanctorum Petri, & Felicis de Calabiſſo. Et per eundem Cancellarium Caſſad. 9. Julii 1369. in favorem Guillermi Sans Clerici, & Beneficiati beneficii ſub invocatione Sancti Michaelis fundati in Eccleſia Beatæ Mariæ Villæ Podiiceritaniæ fidejuſſoris Antici Broca Mercatoris ejuſdem Villæ, contra Rephaelem Coll. dictæ Villæ Podiiceritaniæ, & per Cancellarium Loris, conſultoribus Cordelles, Balle, Font, & Paſtor 15. Novembris 1578. in favorem Joannis Ventallons Clerici ſimpliciter tonſurati obtinentis Beneficium in Eccleſia Parochiali Sancti Jacobi Civitatis Barcinonæ, & per Cancellarium Rovirola, conſultoribus Planes, & Regas 6. Septembris 1597. in favorem Michaelis Frigola Clerici, & Beneficiati obtinentis beneficium ſub invocatione, & in altari majori Beatæ Mariæ Parochialis Eccleſiæ Caſtillionis Empuriarum capti, & detenti in Re- 1

Regiis carceribus Barcinonæ. Et per Cancellarium Carmonæ, Conſultoribus Aſtor, & Morell. 8. Februarii 1618. in favorem Thomæ Caſmijana Beneficiati beneficii in Eccleſia Sancti Petri Villæ Biſuldini ſub invocatione Sancti Bartholomei. Et per Cancellarium Puigmari, conſultoribus Ramon, & Gujamat 14. Martii 1652. in favorem Jacobi de Salabert, Clerici & Oſtiariatus ordine inſigniti obtinentis beneficium ſub invocatione Sancti Stephani in Eccleſia Parochiali Caſtri Folliti de Rivo Lutoſo. Et per eundem Cancellarium Puigmari 4. Februarii 1620. in favorem Guillermi Rovira Clerici Gerunden. Philoſophiæ, & Sanctæ Theologiæ Doctoris obtinentis Beneficium in Eccleſia Sancti Jacobi Barcinonæ. Quam refero deciſ. 9. num. 34. part. 1. Et per Cancellarium Pons, conſultoribus Aleny, & Triſtany 26. Octobris 1671. in favorem Mauritii Batiſta Clerici obtinentis Beneficium Eccleſiaſticum ſub invocatione, & in capella Beatæ Mariæ de Belloch, Parochiæ Sanctæ Eugeniæ de Villaroma.

42 Limitatur 2. in eo, qui habet beneficium in ſpe, & non in re, utpote ſi ſolùm habet actionem ad beneficium, non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, quia ejus poſſeſſionem non habet, ſic Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 1228. Garcia *de benef. part.* 2. *c.* 2. *numer.* 7. Riccius *in praxi, reſolut.* 319. *per totam, part.* 3. Daniel de Nobilibus *diſp.* 22. *numer.* 11. *in fine*, remiſſivè Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom. tit.* 7. *capit.* 12. *numer.* 37. Nam beneficium de futuro non eſt titulus ad Ordines, niſi jam quæſitum, Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 2, *alleg.* 19. *numer.* 28. Fermoſin. *in c. quod translationem* 11. *quæſt.* 7. *num.* 10. *de tempor. ordinat.*

43 Limitatur 3. in eo, qui habuit beneficium, & poſtea illud reſignavit, deinde deliquit, qui privilegio fori Eccleſiaſtici non gaudet. Tum quia reſignans beneficium, per reſignationem amittit omne jus & poſseſſionem, ac alia, quæ in eo habebat, adeo quod nullum jus ſibi remaneat in beneficio reſignato, de quo latè Barboſa *in cap. ex tranſmiſſa*, 3. *num.* 3. *&* 4. *de renuntiat. & de jure Eccleſ. univ. lib.* 3. *c.* 15. *à n.* 66, cùm habeatur pro mortuo quo ad illud beneficium reſignatum, Barboſa *de jure Eccleſ. univ. libr.* 5. *c.* 15. *num.* 148. *in fine, in cap. quamvis* 38. *num.* 3. *&* 4. *de præbend. in* 6. Tum quia Concilium Tridentinum 23. *de refor. cap.* 6. loquitur per verba præſentis, ibi: *Niſi habeat beneficium Eccleſiaſticum*, ponderando verbum *habeat*, quod intelligi ſemper debet cum effectu, *l. nomen filiorum*, §. *habeat, de verb. ſignif.* & ſic requiritur, ut illud habeat tempore, quo vult privilegio fori Eccleſiaſtici gaudere, qualitas enim adjuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi, Pareja *de inſtr. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſol.* 6. *ſpecie* 2. *num.* 267. *&* 268. *& tom.* 2. *tit.* 9. *num.* 16. ſic per prædicta docent Riccius *in praxi, reſ.* 308. *num.* 1. *&* 2. *p.* 3. Pariſius *de reſig. benef. libr.* 1. *quæſt.* 9. *à num.* 1. Felicius *alleg.* 37. *num.* 10. *&* 11. Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effectu*, 11. *num.* 1229. 1230. *&* 1231. Urries *de cognit. Cler. par.* 2. *num.* 398. *& ſeq.* Portoles ad Molin. *poſt foros competent. quæſt.* 5. *numer.* 50. *&* 51. videndus Daniel de Nobilibus *diſp.* 22. *à n.* 8. *uſque ad finem*.

Per eaſdemque rationes, idem eſt in eo, qui propter delictum privatus fuit beneficio, ſi aliud pa-
44 traverit crimen, non gaudet pro novo crimine privilegio fori Eccleſiaſtici, ut contra Camil. de Medicis *conſ.* 93. tradit Marinis *reſol. jur. l.* 2. *cap.* 42. *à nu.* 4. Daniel de Nobilibus *diſp.* 22. *à numer.* 12. ubi idem dicit de Cedente beneficium, ac de aliis ſimilibus caſibus.

Sublimitatur 1. hæc 3. limitatio ut procedat in reſignante, ſeu renuntiante purè, & ſimpliciter benefi-
45 cium Eccleſiaſticum, qui privilegio fori Eccleſiaſtici non gaudet; ſecus autem in reſignante, ſeu renuntiante conditionaliter beneficium Eccleſiaſticum, qui donec fuerit beneficium reſignatario acquiſitum, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, quia per reſignationem, ſeu renuntiationem conditionalem beneficii Eccleſiaſtici, non amittitur titulus, nec ullum jus à ſe abdicare cenſetur, niſi conditionibus impletis, quæ ſi ad unguem, & in forma ſpecifica ſervatæ non fuerint, perinde eſt, ac ſi reſignatio facta non eſſet, Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 3. *cap.* 15. *numer.* 71. Garcia *de benef. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 140. Fermoſin. *in cap. admonet.* 4. *quæſt.* 1. *à num.* 1. *& à num.* 11. *de renuntiat.* reſignans enim non amittit poſſeſſionem beneficii, niſi poſtquam reſignatio eſt perfectè quæſita, Ludoviſ. plures deciſiones Rotæ refert *deciſ.* 18. *num.* 5. *& deciſ.* 159. *num.* 6. Barboſa plures alias deciſiones Rotæ addit *de jure Eccleſ. univ. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 75. Fermoſin. *in cap. admonet* 4. *num.* 26. *de renuntiatione*, Poſtius latè plures laudat *manuten. obſerv.* 57. *à num.* 16. *ad* 20. ut in reſignatione facta in favorem certæ perſonæ, Barboſa pluribus citatis *de jure Eccleſ. univ. lib.* 3. *cap.* 15. *numer.* 73. *&* 74. *& lib.* 3. *voto* 109. *num.* 8. *& voto* 11. *num.* 11. Garcia *de benef. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 139. Fermoſin. *in cap. admonet.* 4. *quæſt.* 1. *à n.* 3. *renuntiat.*

46 Sublimitatur 2. hæc 3. limitatio, niſi is, qui beneficium reſignavit, aliàs fori privilegium retineat, concurrentibus in Clerico reſignante, vel beneficio privato, qualitatibus requiſitis in minoribus Ordinibus conſtitutis per Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 23. *de ref. cap.* 6. ſic Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.* 1. *tit.* 7. *cap.* 12. *num.* 28. *verſic. Ad complementum*. Riccius *deciſ.* 308. *in fine, part.* 3. Daniel de Nobilibus *diſp.* 22. *num.* 15. *in fine*, Thoro *in ſuppl. deciſ. verbo Remiſſio petita per Clericum, fol.* 529. conducit caſus deciſionis Gramat. 10. prout intelligunt Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſput.* 2. *num.* 924. *verſic. Neque quidquam faciunt*, Marinis *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 48. *num.* 3. *in princ.* Borrell. *in ſum. deciſ. part.* 1. *tit. de Cler. conjug. num.* 14. Luca ad Franchis *deciſ.* 417. *num.* 3. *verſic. Ex novioribus in princ.*

Limitatur 4. in Clerico primæ tonſuræ, ſeu mino- 47
rum Ordinum, cui fuit facta collatio beneficii non vacantis, qui non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici. Sicut fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Copons, conſultoribus Puig, & Mur 11. Maji 1593. contra Nobilem Galcerandum de Eril, & Cardona in Regiis carceribus Civitatis Barcinonæ detentum. Meminit de hac deciſione Cancer *part.* 2. *var. reſol. cap.* 2. *num.* 151. *verſic. Et ita* Siquidem beneficium conferri oportet poſt vacationem, non antea, nam beneficium nondum vacans non poteſt conferri, vel promitti, Garcia *de benef. par.* 10. *cap.* 1. *num.* 1. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 3. *cap.* 15. *numer.* 122. Salzedo *de leg. polit. lib.* 2. *c.* 21. *num.* 33. Et beneficium à duobus in ſolidum poſſideri non valet, Seraphin. *deciſ.* 691. *num.* 1. Salzedo *de lege polit. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 53. notat Reg. Mattheu *de Reg. Valent. cap.* 7. §. 1. *n.* 144. *verſic. Sed pro veriori, in fine*.

Limitatur 5. in eo, qui de facto ſine aliqua colla- 48
tione Canonica Beneficium obtineret, non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, latè Portoles ad Molinam *poſt foros compet. q.* 5. *à n.* 42. *quidquid ipſe dicat à n.* 44. nam in beneficiis attenditur titulus, & non poſſeſſio. Marinis *lib.* 2. *allegat.* 124. *n.* 26.

Limitatur 6. & ultimo in obtinente beneficium, 49
ſi delicto commiſſo illud renuntiat, vel matrimonium contrahit, ſeu fit laicus, pro eo delicto perpetrato, tempore, quo beneficium obtinebat, non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſed puniendus eſt à Judice ſeculari, ut probat Pereyra *de manu Reg. par.* 2. *cap.* 42. *num.* 8.

Sic in Clerico tonſurato, qui ſi commiſit deli- 50
ctum tempore, quo erat Clericus, & poſtea uxorem duxit, vel fit laicus, puniri debet à Judice ſæculari, & non ab Eccleſiaſtico, ſic Carleval *de jud. lib.* 1. *diſput.* 2. *numer.* 924. quem ſequitur, & tranſcripſit Pareja *de inſtrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſol.* 6. *ſpecie* 2. *num.* 366. referunt Ayllon Laynez in addit. ad Gomez *tom.* 3. *var. capit.* 10. *numer.* 6. *in fine*, Fermoſin. *in cap. propoſuiſti* 19. *quæſt.* 7. *numer.* 13. *de foro compet.* Giurba latè probat, ſed non ſequitur *conſ.* 51. *à numer.* 1. *ad* 11.

Similiter ſi quis durante novitiatu delinquat, dein- 51
de egrediatur Religionem, & habitum dimittat, vel ſi Prælatus illum, ut Religione indignum è novitiatu ejiciat, ſi nullo Ordine Sacro inſignitus eſt, non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſed puniendus eſt per Judicem ſecularem de delicto durante novitiatu comiſſo, Molina *de juſt. & jure, tom.* 4. *tract.* 3. *diſp.* 49. *numer.* 24. Bolannos *in curia Philip. part.* 3. §. 1. *numer.* 12. Ambroſin. *de immun. Eccleſ. cap.* 22. *num.* 11. Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 49. *verſic. Amplia* 16. *in fine*, Bovadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 87. Sanchez *in decalog. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 10. *numer.* 14. Sperell. *deciſ.* 16. *num.* 16. *lib.* 2. Carocciolus *de fori privileg. quæſt.* 17. *num.* 14. licèt Prælatus Judicem ſecularem præveniſſet, Giurba *conſ.* 51. *nu.* 10. *& probat, num.* 41. quod procedit in Religioſis Societatis Jeſu, qui peractis duobus probationis annis tria vota emiſerint, nam ſi habitum dimittant, vel à Religione ejiciantur pro delicto patrato tempore novitiatus, non gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, ſed puniendi ſunt à Judice ſeculari, Molina *de juſt. & jure, tom.* 4. *tract.* 2. *diſput.* 49. *n.* 24. Giurba *conſ.* 15. *num.* 11.

52 Sed contra iſtam limitationem, quod obtinens beneficium, ſi commiſſo delicto illud renuntiat, vel matrimonium contrahit, aut fit laicus, pro eo delicto patrato tempore, quo beneficium obtinebat, privilegio fori Eccleſiaſtici gaudet, tanquam captus pro tempore delicti, quo fori Eccleſiaſtici privilegio gaudebat, ita Grammatic. *dec.*81. Franchis, *dec.*189. Cavalcan. *dec.*30. *par.* 2. quos citat Riccius *collect.* 1610. *verſic. Quarto Clericus non incedens*, eoſque laudat Reg. Vico *ad pragmat. Reg. Sard. tom.* 1. *tit.*7. *c.* 12. *num.*29. alios addit Thoro *in compend. dec. p.*1. *verbo Clericus non incedens*, *fol.*49. alios plures cumulant Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, p.*2. *allegat.*11. *numer.*62. *verſic. Et nota*, Diana *reſol. mor. par.*4. *tract.*1. *reſol.* 6. *& in coordinat. par.*9. *tract.* 2. *reſol.* 147. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.*1. *c.*4. *dub.*15. *ſect.* 6. *n.* 122. *&* 3. Novarius ſic intelligendus *ad prag. Reg. Neapol. prag.*4. *collect.*5. *nu.* 19. *verſic. Nota, de Clericis*.

53 Sic ſi Clericus in minoribus Ordinibus conſtitutus commiſit delictum tempore, quo erat Clericus, & poſtea duxit uxorem, vel habitum, aut tonſuram dimiſit, adeo ut laicus jam reputetur, fori Eccleſiaſtici privilegio gaudet, & puniri non poteſt pro eo delicto niſi per Judicem Eccleſiaſticum, quia non præſens conditio, ſed ſtatus commiſſi delicti attendi debet, *ſic per gloſſ. in l. nemo poteſt, verbo Quia nec*, ubi Alexand. & Crot. *ff. de legat.*1. dixit pulchrè in terminis Bald. *in leg. affinitatis, num.*4. *in fine, Cod. commun. de ſucceſſ.* Cagnol. *in l. unica, num.*108. *ff. ſi quis jusdicen. non obtemper.* Leo *in leg. qui ſub prætextu, n.* 20. *C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in l. Officiales, num.* 4. *C. de Epiſc. Cler.* Alexand. *conſ.*8. *ſub num.*3. *lib.*1. *& conſil.*49. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 6. Tuſch. *pract. concl. litera C. concluſ.* 385. *num.* 21. *& litera I. concluſ.* 451. *num.* 5. Seraph. *de privileg. jurament. privileg.* 8. *num.* 1. Cenedo *collect. ad decretal.* 23. *num.* 2. Genuen. *in prax. Archiepiſ. Neapol. cap.*8. *num.* 1. Bolannos *in cur. Philip. par.*3. §.1. *num.*10. Ambroſin. *de immun. Eccleſ. cap.*19. *num.*3. Bovad. *in polit. lib.*2. *c.*17. *n.*34. Cavalcan. *dec.*10. *num.*28. *par.* 5. Franchis *dec.*571. *num.* 2. Borell. *in ſum. dec. par.* 1. *tit.* 43. *de foro compet. num.*72. Martha *de juriſdict. par.*4. *caſu* 32. *num.*53. *& caſu* 121. *num.*4. Cabal. *reſol. crim. caſu* 147. *à num.* 9. Decian. *tract. crim. l.*4. *cap.* 24. *num.*5. Valenzuela *conſ.* 4. *num.* 22. *tom.* 1. Riccius *collect.*308. *verſic. Amplia* 4. *& collect.* 724. *verſic. Infero ſecundo, & verſic. Infero tertio, & in praxi, deciſ.* 590. *par.* 1. *& deciſ.* 115. *par.*2. Gratian. *diſcep. foren. cap.*226. *num.*2. ubi Luca latè *in animad. a nu.*1. *ad* 14. Covar. *pract. cap.*31. *numer.*8. Suarez *in defen. Fidei, lib.*4. *cap.*15. *à num.* 14. Camil. de Curte *in diverſ. jur. feud. p.*2. *c.*2. *num.*124. Pet. Barboſa *in l. Titia, num.* 33. *ff. ſol. matr.* Narbona *lib.*20. *gloſſ.*11. *n.*49. *tit.*1. *lib.* 4. *recop.* Squillante *de privileg. Cler. cap.*7. *num.*38. Amendola ad Franchis, *deciſion.*180. *verſic. Quid ſi Clericus*, Sanchez *conſ. mor. tom.*2. *lib.*6. *cap.*1. *dub.*3. *num.*1. Ayllon Laynez ad Anton. Gomez, *tom.*3. *var. cap.*10. *num.*6. *poſt medium*, Marcel. de Vulpe *in prax. jud. for. Eccleſ. c.*41. *num.*48. Gavant. *in enchirid. Epiſc. verbo Fori privilegium, num.* 31. Bonacina *in Bulla Cœnæ, diſp.* 1. *quæſt.* 16. *ſect.* 1. *pun.* 3. *num.* 14. *& de legib. diſp.* 10. *quæſt.* 2. *pun.* 1. § 1. *num.* 5. Marinis *reſol. jur. lib.* 1. *cap.* 48. *num.* 1. *&* 2. ubi Rodoer *numer.* 2. Riccius *de public. jud. quæſt.* 35. *nu.* 41. *&* 43. Guazin. *defen.* 1. *cap.* 17. *num.* 77. *verſic. Sed non*, Caracciolus *de fori privileg. quæſt.* 27. *numer.* 6. *&* 14. Layman *in Theolog. moral. lib.*4. *tract.*9. *cap.*8. *num.* 5. Diana *reſol. mor. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 129. *aliàs* 128. *in fine, & par.*3. *tract.* 1. *reſol.* 34. *verſic. Sed tu, & par.*4. *tract.*1. *reſol.* 6. *verſic. Sed ego, & in coordinat. par.*9. *tract.*2. *reſol.* 108. *num.* 2. *in fine, & reſol.* 147. *nu.*2. *reſol.* 166. *num.*2. Thom. del Bene *reſol. mor. tom.* 1. *cap.*6. *dubit.*14. *& ſect.* 6. *nu.* 1. 2. *&* 3. Anſaldus *de juriſdict. par.*2. *tit.*11. *cap.*18. *à num.* 1. *ad* 11. Sanfelicius *deciſ.*218. *qui num.*8. *concludit hanc opinionem ab omnibus fuiſſe approbatam*, refert, & ſequitur Luca in obſervat. ad Franchis, *deciſ.*417. *num.* 2. *ubi in fine addit de ea non dubitari*, Auguſt. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.*1. *cap.*39. §. 2. *numer.*98. Fermoſin. *in cap.* 2. *quæſt.*11. *num.*6. *de foro compet.* Lezana *in ſum. verbo Clericus, num.* 22. *verſic. Tum quia*, Merlinus *cent.*1. *controver.* 49. *num.* 7. Bellet. *diſq. Cler. par.* 1. *tit. de favore Cler. perſon.* §. 4. *num.* 15. latè Ciarlin. *controv. foren. lib.* 3. *cap.* 234. *à num.* 16. *verſic. His tamen, cum plur. ſeq. uſque ad num.*15. Ita judicatum in Sacro Conſilio Neapolitano teſtatur Grammat. *dec.* 10. Jul. Clar. §. *fin. quæſt.* 36. *numer.* 11. *verſic. Qua ratione*, ubi Bajard. *num.* 46. *&* 47. Franchis *deciſ.* 417. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 2. *num.* 647. 648. *&* 1173. *in fine*, Marinis *lib.*1. *reſol. jur. cap.* 48. *num.* 2. idem Anſaldus *de juriſdict. par.*2. *tit.* 11. *cap.* 8. *num.* 61. *&* 62. Thoro *in compendio deciſ. par.* 3. *ſect.* 1. *verbo Clericus ſe obligans, fol.* 166. & deciſum in Curia Archiepiſcopali Neapolitana tradit Riccius *deciſ.* 115. *par.* 2. deciſum in regno Siciliæ teſtatur Giurba *conſ.* 15. *num.* 48. *& late probat à num.* 12. *& plures citat num.* 17. & declaratum per Sacram Congrationem immunitatis in nullius Goropoli die 9. Septembris 1631. teſtantur Diana *reſol. mor. par.*4. *tract.* 1. *reſol. in fine, & in declarationibus Sacræ Congregationis poſt par.* 5. *in fine num.* 37. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſul.* 147. *num.* 3. *in fine, & in declarationibus Sacræ Congregationis poſitis par.* 9. *in fine, numer.* 37. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 6. *dub.* 14. *ſect.* 2. *num.* 3. *& ſect.* 8. *num.* 1. & alii infra, *deciſ.* 131. *num.* 17.

Similiter ſi Clericus conjugatus deliquit tempore quo omnia requiſita habebat, ut fori Eccleſiaſtici privilegio gauderet, & poſtea propter ſecundum matrimonium bigamus efficiatur, gaudet pro illo delicto fori Eccleſiaſtici privilegio, & coram Judice Eccleſiaſtico ſolummodo conveniri, & puniri debet, Riccius *collect.* 1864. *verſic. Qua ratione*, Sanchez *conſ. moral. tom.* 4. *lib.* 5. *cap.* 1. *dub.* 3. *numer.* 1. Covar. *pract. cap.* 31. *nu.*8. Borell. *in ſum. deciſ. par.*1. *tit.*43. *de foro compet. num.* 73. Narbona *l.* 20. *gloſ.* 21. *ſub num.* 49. *tit.*1. *lib.*4. *recop.* Diana *reſol. mor. par.* 4. *tract.* 1. *reſol.*6. *verſic. Idemque eſt, & in coordinat. par.* 9. *tract.*2. *reſol.*147. *num.*3. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.*1. *cap.*6. *dub.*14. *ſect.*8. *numer.*1. *&* 2. Scialoya *de foro compet. cap.* 8. *numer.* 89. *prope finem*, & alii infra, *deciſ.* 136. *num.* 29.

Item ſi Clericus in minoribus ſolutus tempore 54
delicti, ſi poſtea ratione viduæ uxoris, quam ducit, bigamus efficitur, privilegio fori Eccleſiaſtici gaudet pro delicto ante bigamiam commiſſo, Alexand. *conſ.*149. *num.* 9. *lib.*5. Pereyra *de man. Reg. par.* 2. *cap.*26. Diana *reſol. moral. par.*4. *tract.*1. *reſol.*27. *in princ. & in coord. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 149. *in princ.* Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.*1. *cap.*6. *dub.* 14. *ſect.*8. *num.* 5. Scialoya *de foro compet. cap.* 8. *num.* 89. *in fine*. Fermoſin. *in cap.* 2. *quæſt.* 21. *numer.* 1. *de foro compet.*

Sic Novitius dimittens habitum Religionis nul- 55
lum ordinem habens, ob delictum tempore novitiatus commiſſum, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, & ſolùm à Judice Eccleſiaſtico cognoſci, & puniri debet, ita docent Abbas, Jul. Clar. Sayrus, & alii, quos citat, & ſequitur Bonacina *de legib. diſp.* 10. *quæſt.* 2. *punct.* 1. *nu.*5. Layman *in Theolog. mor. lib.*4. *tract.*9. *cap.* 8. *nu.* 5. Diana *reſol. mor. par.* 3. *tract.* 1. *reſol.*34. *& in coordinat. par.*9. *tract.*2. *reſol.* 166. *num.* 2. *&* 3. Scialoya *de foro compet. cap.*7. *num.*90. Barboſa *de jure Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *ſub num.* 40. Lezana *in ſum. verbo Clericus, num.* 22. *verſic. Ita ut*, & idem in Religioſo à Societate Jeſu emiſſo, etiam ſi talis nullum ordinem habeat, propter delictum in Religione commiſſum gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, Diana *reſol. mor. par.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 34. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 166. Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 6. *dub.* 14. *ſect.* 5. *num.* 2.

An autem novitius cogi poſſit à Prælato Reli- 56
gionis ad luendam pœnam delicto ſuo condignam, etiam ſi re integra, ideſt ante cœptum judicium à Religione diſcedere valeat? Affirmat Suar. *de Relig.*

*tom.3, lib.5. cap.16. n.8.* negat Diana *reſol. mor. p. 3. tract. 1. reſol. 34. in fine, & in coordinat. par. 9. tract.2. reſol.147. num.4.* remiſſivè Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.1. cap.6. dub.14. ſect. 5. num. 3.* Rationes hujus ſecundæ ſententiæ, ſi quis videre voluerit, & alia plura accomodabilia ad inſtitutum conſulat Giurbam, *conſ.15. à num.12.* Cabal. *reſ.crim. caſu* 147. Caracciolum *de fori privil. qu. 17. à num. 4.* Riccius *dec.115. p.2.* Rodoerium ad Marinis, *l.1.reſ. jur.c.48.num.1.* Franchis, *dec. 417.* ubi Luca *in obſervat. num.1. & 2.* Anſaldum *de juriſd. p.2. tit. 11. cap.* 18. Bellet. *diſq. Cler. part.1. tit. de favore Cler. perſon. §.4. num.* 15. Scialoyam *de foro compet. c.7. num. 91. & cap.23. num.10.* Ciarlin. *contr. for. lib.3. cap.234. à num.6.*

57 Hæc ſecunda ſententia quæ veriſſima eſt, quod ſi Clericus poſt delictum efficiatur laicus, gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, debeatque cognoſci, & puniri à Judice Eccleſiaſtico pro delicto commiſſo tempore Clericatus procedit ſecundùm aliquos, etiam ſi cauſa præventa non fuit Judice Eccleſiaſtico, qui à jure præventum cenſetur, & ad hunc effectum ſatis eſt initium, ſic Franchis *deciſ.417. numer.6.* Guazin. *defenſ. cap.17.n.77.verſ. Nec non*, Riccius *dec.115.ſub n.2. poſt princ.p.2. & in praxi, dec. 590. num.2. par.1.* Giurba latè *conſ. 15. à num. 12. præcipuè num. 16. & 17.* Stayban. *conſ. 109. per totum, ſignanter numer.* 30. Sciayola *de foro compet. cap.7. num.89. verſic. Sed quod indiſtinctè*, latè Ciarlin. *controverſ. forenſ. lib. 1. cap. 234. à num. 14. verſic. Et quamvis, uſque ad num.24.*

58 Sed alii plures docent contrarium, quod tunc demum Clericus, ſi poſt commiſſum delictum uxorem ducat, ſeu aliter fiat laicus, gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, ac cognoſci, & puniri per Judicem Eccleſiaſticum debeat, pro commiſſo delicto tempore Clericatus; ſi tempore commiſſi delicti præventio Judicis Eccleſiaſtici intervenit, ita videtur præſupponere, ſi attentè legatur Bald. *in l. affinitatis, numer. in fine, Cod. de commun. de ſucceſſionib.* ut advertunt Carleval. *de judic.lib.1. diſp.2. num. 924. in fine, verſic. Immo vero*, Luca in obſervat. ad Franchis, *deciſ. 417. n. 3. verſic. Ex novioribus ante finem*. Secus autem ſi per Judicem Eccleſiaſticum nulla præventio concurrit, nam tunc non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſed debet cognoſci, & puniri per Judicem ſecularem, ſic docent Franchis, *deciſ.417. num. 5. quamvis ipſe, num.6. contrarium tenere videatur*, Guazin. *defenſ. 1. cap. 10. num. 8. verſ. Si autem*, Caravita *ritu 66. num. 9. & 10.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu 1. num. 649. & 650.* Anſaldus *de juriſdict. par. 2. tit. 11. c. 18. numer.* 12. Franciſcus Anton. Mazzia in addit. ad Franciſc. Antonin. de Judic. Robert. *in tract. de liquidat. inſtr. conſiderat.4. num.71. verſ. Undecimo*, Merenda *controverſ. lib.24. cap.19. num.* 71. Marinis, *reſol. jur. lib. cap.48. num. 3. & 4.* ubi Rodoerius *num. 3. 4. & 5.* Thoro *in compend. deciſ. par.3. ſect.1. verbo Clericus ſe obligans, fol.166. col.2.* Merlinus *controverſ. 49. num. cent.* 1. latè pro utraque Luca in obſervat. ad Franchis, *deciſ. 417. num.3.4. & 5. licèt cogitandum relinquat*. Carleval. *de jud. lib. 1. diſp.2. num.924.* Pareja *de inſtr. edit. tom. 1. tit.2. reſol. 6. ſpecie 2. n.* 266. quia in pari cauſa melior eſt conditio Judicis, qui prævenit, Bald. *in l. negando, notab.1. C. qui accuſ. non poſſunt*, Cabal. *reſol. crim. caſu* 117. *numer.* 5. & in terminis Rodoer. ad Marinis, *reſol. jur. lib. 1. cap. 48. num.* 4. Tondutus alios addit *de prævent. jud. p.2. cap.54. num.8. verſ. Quod ſi ex duobus*, & ſecundum primum membrum diſtinctionis deciſum in Sacro Conſilio Regni Neapolis ad relationem Magnæ Curiæ refert Franciſ. Anton. Mazzia, & ex eo Marinis *reſol. jur. l. 1. c. 48. n. 3. & 4.* & juxta ſecundum membrum diſtinctionis deciſum per Sacrum Conſilium Regni Neapolis, Thoro *in comp. dec. p.3. ſect.1. verbo Clericus ſe obligans, fol.166. & in ſuppl. dec. verbo Remiſſio petita per laicum, fol.* 535. & alii allegandi, *n.59. in fine*.

59 Sed qualiter inducatur præventio per Judicem Eccleſiaſticum, quantum ad hoc attinet, Marinis *reſ.jur. lib.1. c. 48. num. 3. & 4.* Luca in obſervat. ad Franchis, *dec.417. num. 3. verſic. Sed ex novioribus*, Carleval. *de judic. lib. 1. diſp.2. n. 924. verſic. Immò quantum*, dicunt induci per informationem, citationem ad informandum, id eſt per rei validam citationem, Thoro *in compend. dec. par. 3. ſect. 1. verbo Clericus ſe obligans, col.1. ad medium, verſ. Quæ quidem, fol.166.* inquit præventionem acquiri dupliciter, vel per citationem perſonalem, vel per capturam realem, ſcilicet per capturam perſonæ, & iſtam præferri licèt poſteriorem, Rodoerius ad Marinis, *reſol. jur. l. 1. c. 48. num.6. & 7.* ait præventionem induci per ſimplicem citationem, idque intelligendum eſſe de citatione reali, quæ fit per capturam, alioquin ſola verbalis citatio præventionem non induceret. Sicque Sanfelicius, *deciſ.218.* deciſum teſtatur per Magnam Curiam Vicariæ Regni Neapolis remiſſionem petitam per laicum uxoratum ad Judicem Eccleſiaſticum, ob delictum commiſſum tempore, quo erat Clericus Beneficiatus, & primo ordine initiatus concedi non debere, ſtante præventione capturæ factæ per Judicem ſæcularem, ſequuntur Thoro *in ſupplem. deciſ. verbo Remiſſio petita per laicum, fol.* 535. Merlinus *controv. 49. num. 19. cent.* 1. Luca in obſervat. ad Franchis *deciſ.417. num.3. in fine princ. & in verſic. Ex novioribus, in fine*, Marinis *reſol. jur. lib.1. c.48. n.6. in fine*.

Mihi verò arridet, quod Clericus in minoribus de- 60
lictum committens tempore, quo gaudebat privilegio fori Eccleſiaſtici, ſi poſtea fiat laicus, non eſt neceſſarium, ut gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici pro delicto tempore Clericatus perpetrato, quod fuerit captus, vel citatus per Judicem Eccleſiaſticum, ſed ſufficit, quod cauſa ſit cæpta coram Judice Eccleſiaſtico tempore delicti, hoc eſt quod ſit inquiſitus, vel accuſatus coram ipſo Judice Eccleſiaſtico, ſic concluſum in Curia Tholoſana teſtatur Aufrerius *dec.* 377. quem referunt, & ſequuntur Jul. Clar. *§. fin. qu. 36. n.11. verſ. Sed pone*, Riccius *de pub. jud.q.35. num.40.* alios addit. Carleval. *de jud. l.1. diſp.2. num. 618. verſ. Confirmant*, Luca *in animad. ad* Gratian. *diſcept. for. c.226. à n.4.*

Hìc intrat quæſtio. An ſi Clericus in minoribus 61
Beneficiatus, vel non Beneficiatus in exilium, vel relegationem damnetur à Judice Eccleſiaſtico ad certum tempus, infra quod laicus effectus exilium, vel relegationem rumpit, puniendus ſit pro dicta fractura à Judice Eccleſiaſtico, vel ſeculari? Tres opiniones refert Luca in obſer. ad Franchis, *dec. 395. num.3.*

Primam, quod ſolùm cognoſci, & puniri poteſt à 62
Judice ſæculari, ſic Albericus *in leg. meminiſſe, n. 5. & 6. ff. de offic. Proconſul.* Franchis *deciſ. 395. in fine*, Maſtril. *deciſ.214. num.3. par.3.* Emmanuel Barboſa *in remiſ. ad ordinat. Regni Portugal. lib.5. tit. 139. num.* 153. Annan. *conſ. 140. à numer. 12. lib. 2.* Anſald. *conſ.140. à numer. 12. cum plurib. ſeq.* alios plures citant Carleval. *de judic. lib. 1. diſp. 2. num.909. in fine*, Fermoſin. *in cap. propoſuiſti 19. q.8. n.14. de foro compet.* Dominus Vicecancel. Creſpi, *obſerv.5. num. 134. 135. & 136.*

Secundam quod ſolum puniri poteſt à Judice Ec- 63
cleſiaſtico, ita ait Genuen. *in praxi Archiepiſcop. Neapol. cap.8. num.3.* Gratianus *diſcep. foren. cap.226. num. 42.* Franchis *dec.395.* Squillante *de privil. Cler. c. 7. num.* 108. Scialoya *de foro comp. c. 7. num. 65. verſ. Quod non eſt è contrario*, Diana *reſol. mor. par. 1. tract. 2. reſol. 119. aliàs 118. & in coordinat. par. 9. tract.2. reſol.108.* Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.1. c.6. dub. 14. ſect.3. numer. 3. & 4.* Auguſt. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 100.*

Tertiam diſtinguentem, an pœna factæ relegatio- 64
nis, vel exilii ſit verus condemnatio, ſeu executio ex priori ſententia deſcendens, & tunc Judex Eccleſiaſticus procedere debet ad executionem; an verò ſit nova pœna ob novum delictum, quo caſu ſententia contra ipſum per Judicem laicum fieri debet, ſic poſt Gammam, & Martham tradunt Cutel. *de*

*immun.*

*immun. Eccleſiaſt. l.* 1. *quæſt.*90. *num.* 16. & *l.* 2. *quæſt.* 119. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.*30. *num.*9. *verſic. An autem*, Sed prima opinio mihi arridet, quia de novo delicto, & nova conditione perſonæ agitur, in quo delinquens laicus eſt.

65 Sic è converſo, ſi laicus in exilium, bannum, vel relegationem damnetur à Judice ſæculari ad certum tempus, infra quod Clericus effectus exilium, bannum, vel relegationem rumpit, non poteſt puniri pro dicta fractura à Judice laico, ſed eſt puniendus à Judice Eccleſiaſtico; quia novum eſt delictum commiſſum à perſona, cujus ſtatus eſt mutatus, & effecta exempta, ita Franchis, *deciſ.*395. ubi Riccius *in additionibus*, & Luca *in obſerv. n.*1. Aponte *de poteſt. Proreg. tit.* 7. *de aſſenſib. Regiis*, §.7. *numer.*16. Tapia *lib.*1. *de jure Regni*, *tit.*2. *num.*13. Bajard. ad Clar. §. *fin. quæſt.*36. *num.*45. Valaſc. *conſultat.*48. *tota*, Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.*1140. Guazin. *defen.*33. *c.*27. *num.*15. *in fine*, Genuen. *in prax. Archiepiſ. Neapol. cap.*8. *num.* 2. Giurba *conſil.* 15. *num.* 32. *verſic. Fit laicus*, Cabal. *reſol. crim. caſu* 108. *num.* 3. Martha *de juriſdict. par.*4. *caſu* 176. *numer.*12. Thoro *in compend. deciſion. par.*1. *verbo relegatus*, *fol.*451. Riccius, *deciſion.* 302. *part.*3. Squillante *de privileg. Cleric. cap.*7. *num.*107. Marinis *lib.* 2. *reſol. jur. cap.* 189. *num.*2. Sanchez, *conſil. mor. lib.*2. *cap.*6. *num.*40. Diana *reſol. mor. par.*1. *tract.* 2. *reſol.*119. *aliàs*, 118. & *par.*4. *tract.*1. *reſol.*21. & *in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 107. & 108. *numer.* 2. Scialoya *de foro compet. cap.*7. *num.*65. *verſic. Immo*, Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.*1. *cap.*430. *numer.* 9. *verſic. An autem, in fine*, & *cap.* 6. *dub.* 4. *ſect.*3. *numer.* Gratian. *diſcep. foren. c.*226. *n.*35. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.*1. *cap.*39. §. *num.* 99. Fermoſin *in cap. propoſuiſti* 19. *quæſt.* 8. *numer.* 13. *de foro compet.* Carleval. *de judic. lib.* 1. *diſp.*2. *num.*909. *in fine*, Pignatel. *controver.* 102. Dominus Vicecancel. Creſpi *obſer.* 5. *numer.* 134. 135. & 136. Nec quo ad pœnam pecuniariam conventionalem, tam contra principalem, quàm contra fidejuſſores, Franchis, *deciſion.*395. ubi Riccius *in additionib. in fine*, Barboſa *de jure Eccleſ. un. l.*1. *c.*39. §.2. *ſub nu.*99. etſi dubitat Bajard. ad Clar. §. *fin. q.*71. *n.*31. & ſcribat Gratian. *diſcept. for. c.*202. *num.*42. quia eos confutat Luca ad Franchis *dec.* 395. *n.*2. ex Marinis, *l.*2. *reſol. jur. alleg.* 132. *præcipuè*, *num.*21.

66 Sed quæro An Clericus primæ tonſuræ, ſeu minorum Ordinum, cui penſio ſuper fructibus beneficii Eccleſiaſtici reſervata fuit, non incidens in habitu, & tonſura, & non inſerviens Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, gaudeat tanquam Beneficiatus privilegio fori Eccleſiaſtici, convenienduſque ſit coram Judice Eccleſiaſtico, Hæc quæſtio eſt elegans, ut inquit Riccius, *dec.*192. *in princ. lib.* 2. inter Doctores controverſa, ut ait Sperell. *deciſ.*66. *num.*31. *lib.*2. copioſiſſimè diſcuſſa reperitur, Don. Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſd. q.*95. *n.*1. varia variè loquentes, dicit Barboſa *de jure Eccleſ. univ. l.*1. *c.*39. §.2. *num.*21. utiliſſima, & in praxi valdè neceſſaria, Cævallos *de cognit. per viam violent. p.*2. *qu.*62. *in princ.* in qua ſunt quatuor opiniones.

67 Prima eſt opinio negativa, quod Clericus primæ tonſuræ, ſeu minorum Ordinum obtinens penſionem ſuper fructibus beneficii Eccleſiaſtici non incedens in habitu, & tonſura, & non inſerviens Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſed conveniendus eſt coram Judice ſæculari. Tum quia Cocilium Tridentinum, *ſeſſ.*23. *de refor. cap.*6. corrigit jus commune, & tres caſus dumtaxat excipit per dictionem *niſi*, quæ excludit omnia non expreſſa, *cap. ſi duo, de procurator in* 6. *l. qui aliena*, §. *ſi libertas*, *ff. de negot. geſt.* Tum quia penſio non eſt propriè beneficium Eccleſiaſticum, *cap. quamvis, de præb. in* 6. *c. ad audientia el.* 2. *de reſcr.* & *deducitur ex Concilio Tridentino ſeſſ.* 21. *de refor. cap.* 2. Tum quia verbum beneficium Eccleſiaſticum eſt intelligendum in potiori ſignificatu, ne juriſdictioni Regiæ præjudicetur, ut dicit Azevedo *loco allegando*. Tum quia non ſumus in materia favorabili, ſed in materia indifferenti, potiùs odioſa, quàm favorabili, ut probat Carol. de Graſ. *ſtatim citandus*, *numer.* 1222. Tum quia nullus ex cauſa penſionis à Prælato promoveri poteſt, Barboſa *de poteſt. Epiſ. part.* 2. *alleg.* 4. *numer.* 57. Sic deciſum per Sacram Congregationem Cardinalium 19. Junii 1586. his verbis: *Cui reſervata fuit penſio ut Clerico, ſi non incedit in habitu, & tonſura, non gaudet privilegio fori*; quam deciſionem tradunt hanc partem ſequentes Pariſius *de reſig. benef. l.* 2. *q.* 10. *n.*70. & *latè l.*2. *q.*15. *per totam, ſignanter numer.* 15. Azevedo *lib.* 1. *numer.* 5. *verſic. Sed an penſio, cum ſeq. tit.* 4. *lib.* 1. *recopil.* Gonzalez ad *reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 5. §. 5. *à principio*, *præcipuè num.* 6. Garzia *de benef. par.* 1. *cap.* 5. *numer.* 70. Gratian. *in addit. ad deciſ.* 158. *à numer. ſignanter numer.*6. Cenedo *pract. q.*4. *à numer.*32. Bonacina *de cenſur. in Bulla Cœnæ*, *diſp.*1. *quæſt.* 16. *ſect.*1. *punc.*6. *num.*23. & *de legib. diſp.*10. *q.*2. *punc.*1. §. 4. *numer.*11. Guttier. *de gabel. quæſt.*91. *numer.*12. Felicius *alleg.* 37. *numer.*14. Riccius *deciſ.*72. *numer.*11. & *latè deciſ.* 192. *per totam*, *par.* 2. & *in prax. reſolut.* 470. Vivianus *de jure patron. p.*2. *lib.*6. *cap.*1. *num.*168. Cutel. *de immun. Eccleſ. l.*2. *q.*31. *ſignanter num.* 8. *verſ. Aut vero ſimplex*, & *num.*9. Novarius *ad prag. Reg. Neapol. prag.*4. *collect.*5. *numer.*7. *de Clericis*, Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. cap.*7. *nu.* 6. *in fine*, Manfrella in obſer. ad Capyc. Latro, *dec.* 173. *num.* 2. *lib.*1. Pereyra *de manut. Reg. par.*1. *cap.* 10. *numer.* 13. *in fine*, Luca *poſt lib. de regular. in annotat. ad Concil. Trid. diſc.*24. *num.*9. alter Luca *in animad. ad* Gratian. *diſcept. for. cap.*322. *n.*9. Barboſa *in declarat. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *reformat. c.*6. *verſ. Cui reſervata*, & *in remiſſionib. verſ. Quod Clericus*, Cevallos *de cognit. per viam violent. l.*2. *q.*62. *latiſſimè diſputat*, & *in hac reſidet*, *nu.*20. 31. & 60. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect.*1. *à n.*1198. *ad* 1224. *ubi contraria proponit*, & *illis reſpondet*, Daniel de Nobilibus *diſp.*31. *num.*38. & *alios plures addit. diſp.* 33. *numer.*8. Villalobos *in ſum. tom.*2. *tract.*9. *dif.*1. *num.*3. *veſ. Tampoco*, Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.*1. *tit.*7. *cap.* 12. *à num.* 38. Fermoſin. *in cap.*2. *quæſt.*7. *à num.* 5. *ad* 7. *de foro compet.* Don Didacus Antonin. Frances de Urrutigoyti *de compet. jurid. quæſt.* 95. *à numer.* 2. *præcipuè numer.* 20.

Secunda eſt opinio affirmativa, quod Clericus 68
primæ tonſuræ, ſeu minorum Ordinum obtinens penſionem ſuper fructibus beneficii Eccleſiaſtici gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſicut ſi habuiſſet beneficium, quia is ſatis dici poteſt obtinere beneficium, cùm penſio largo modo dicatur beneficium, præſertim in his; quæ ſunt Eccleſiæ, vel alteri favorabilia, ſic Gigas *de penſionib. quæſt.*94. *num.*8. Creſcent. *deciſion.* 14. *de ſent.* & *re judic.* Portoles ad Molin. *poſt foros compet. quæſt.*5. *num.*20. Novarius *in pragm.* 4. *collect.* 5. *nu.*7. *de Clericis*, Laxarte *de decima vendit. cap.*19. *num.*24. Rodriguez *in ſum. tom.*1. *c.* 155. *n.* 11. Suarez *contra Reg. Angliæ*, *l.*4. *c.*26. *num.* 9. Zerola ſic audiviſſe fuiſſe deciſum Neapoli in Magna Curia Vicariæ in Clerico penſionario, & factam fuiſſe remiſſionem ad Curiam Archiepiſcopalem, anno 1588. in perſonam Scipionis Scalione teſtatur *in praxi Epiſc. par.*1. *verbo Clericum*, *num.*2. *verſic. Ex hac doctrina*, Viſconti ad Franchis, *deciſ.* 189. Thoro *in compend. deciſion. par.* 1. *verbo Clericus qui à Rege*, *fol.*96. & *verbo Clericus penſionarius*, & *verbo Clericus penſionum*, *fol.*97. Marinis *reſol. jur. l.*1. *c.*56. *n.*12. Cabal. latè relatis, & reprobatis contrariis, *reſ. crim. cent.*3. *reſol.*224. *tota, ſignanter à numer.* 20. Antonin. Bennius *in prax. Cur. Archiep. Neapol.* §. 7. *numer.*7. Vilar *del Patronado del Calata judic. par.* 4. §. 3. *num.* 12. Torreblanca *de jure ſpirit. lib.*14. *cap.*6. *num.*10. Caſtr. Palaus *in oper. mor. par.* 2. *tract.* 12. *diſp. unica*, *punc.* 2. *numer.* 4. *fol.* 119. Diana *reſol. mor. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 31. *aliàs* 30. & *in coordinat. p.*9. *tract.* 2. *reſol.*143. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.*1. *c.* 4. *dubit.*4. *à num.*1. *ad* 11. Barboſa *de poteſt Epiſ. par.* 2. *alleg.*12. *num.*8. & *in declarat. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *de refor. cap.* 6. *verſic. Congregatio Concilii*,

& in collect. ad Concil. Trident, ſeſſ. 23. de reformat. cap.6. num.10. & de jure Eccleſ. un. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 21. verſic. Alii vero, & lib. 3. cap. 11. à num.7. præcipuè num. 17. deciſ. Apoſtol. 361. numer. 7. & deciſ.570. num.4. & numer. cap. cùm adeò, num. 5. de reſcript. Guazin. defen.20. c.9. n.27. & numer. 32. verſic. Idemque erit, Viſconti ad Franchis, dec.189.verſ. Et quid ſi Clericus, Garcia de benefic. par.1. cap. 5. n. 71. 72. & 73. Aponte conſ.23. numer. 33. tom.1. & conſ.36. num.24. tom.2. Multoties fuiſſe judicatum Neapoli teſtatur Martha de juriſd. par.2. cap.32. à num.45. Narbona de ætate, anno 14. quæſt. 59. num. 10. Armendar. in addition. ad recopil. leg. Navarræ, l. 2. tit. 19. de for. compet. numer. 3. & 7. Balmaſeda de collect. quæſt. 19. num. 5. Sperell. deciſion. 66. à numer. 31. lib. 1. & deciſion. 132. num.35. lib. 2. Guazin. defen. 20. cap. 9. nu.27. Manfrella in obſervat. ad Capyc. Latro deciſ.73. num.5. lib. 1. & comprobatur ex latè traditis per Ciarlin. controv. forenſ. cap.115. l.1. & cap.200. l.2. Salzedo de leg. polit. lib.2. c.16. Sic decidiſſe Sacram Congregationem Cardinalium 18. Decembris 1595. per hæc verba: Obtinentem penſionem haberi pro Clerico Beneficiato ad effectum privilegii fori, quam referunt Caballus, Diana, Thom. del Bene, Caſtr. Palaus, Narbona, Garcia, Barboſa, Sperell. & alii locis proximè citatis. Et ad deciſionem Sacræ Congregat. Cardinalium diei 19. Junii 1586. relatam cum 67. dicit Suarez de immunit. Eccleſiaſt. lib.4. cap.27. cum 11. ſe non credere eſſe fideliter tranſcriptam, refert, & ſequitur Caſtr. Palaus in oper. mor. part.2. tract.12. diſp. unica, punc.2. nu.4. in fine, fol. 119. & non eſſe authenticam inquit Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom. 1. cap. 4. dub. 4. numer. 10. imò apocrypham eſſe cenſendam, ait Sperell. deciſion. 66. num.34. in fine, lib. 1. & deciſion. 132. numer. 34. lib. 2. Verùm hanc opinionem affirmativam intellexit Sacra Congregatio, Clericus in minoribus habens penſionem incedat cum habitu & tonſura, quam declarationem refert Barboſa de poteſt. Epiſc. p.3. alleg.57. num. 151. & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.23. de reformat. cap. 6. cum 19. & dec. Apoſtolica 361. numer.7. & deciſion. 570. numer.4. & de jure Eccleſ. univ. l.3. cap. 11. num. 17. verſic. Et ego.

69 Tertia eſt opinio, quod ſi penſio excedit ſummam ſexaginta ducatorum auri de Camera, eam obtinens gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, & ita procedit ſecunda opinio affirmativa; ſi autem penſio non excedit ſummam ſexaginta ducatorum auri de Camera, eam obtinens non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, & ita procedit opinio negativa, ut ex Bulla Sixti V. quæ incipit Paſtoralis, ſub anno 1589. ſic docent Bellet diſquiſit. Cler. part. 1. tit. 3. §. 8. numer. 11. Duard. in Bulla Cœnæ, Can. 15. quæſt. 16. num. 64. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom.1. cap. 4. dub. 4. num. 12. & 13. Diana reſol. mor. par.1. tract. 2. reſol. 31. alias 30. & in coordinat. par.9. tract.2. reſol.143. num.3. Riccius dec. 154. par. 3. Barboſa de poteſt Epiſcop. par. 2. alleg.12. numer.8. in fine, & de jure Eccleſiæ univ. lib. 1. cap. 39. §. 2. ſub num.21. Manfrella in obſervat. ad Capyc. Latro, deciſ.73. nu. lib. 1. Sperell. dec. 66. ſub numer. 37. lib.1. Salzedo de leg. polit. lib. 2. cap. 16. numer. 17.

70 Quarta, & ultima eſt opinio, quod ſi Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum habeat penſionem loco tituli beneficii, reputatur ut Beneficiatus, & gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, & ita procedit ſecunda opinio, ſi verò penſionem non habeat loco tituli beneficii, ſed ſimpliciter, non reputatur ut beneficiatus, nec gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici; ſicque procedit prima opinio, gloſſ. in clement. 2. verbo Quodcumque beneficium, de vita, & honeſt. Cler. Creſcent. dec.54. numer. 3. de ſenten. & re judic. Cuchus inſtit. major. lib.5. tit.8. numer. 17. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom.1. cap.4. dub. 4. numer. 14. Diana reſol. mor. par.1. tract.2. reſol. 31. alias 30. & in coordinat. par.9. tract.2. reſol.143. num.3. in fine, Riccius, deciſ.192. num. 10. in fine, par. 2. collect. 2320. Suelves conſil. 30. numer. 2. lib. 1. Cevallos de cognit. per viam violent. part. 2. quæſt. 6. à numer. 23. & numer. 159. Gutier. de gabel. quæſtion. 91. numer. 12. in fine, Cabal. reſol. crim. cent. 3. caſu 224. ex numer. 12. Cenedo tract. quæſt. 4. num. 34. 35. & 36. Squilante de privileg. Cler. capit. 7. numer. 20. Vela diſſert. 45. numer. 7. tom. 2. Marius Alterius de cenſur. lib. 5. diſp. 16. cap.1. verſic. Poſtulabis: Marinis reſolut. jur. lib. 1. cap. 56. num. 13. ubi Rodoer. num.3. ſignanter, numer.13. Cutel. de immunit. Eccleſ. l.2. quæſt.31. num.6. & 8. Barboſa in clement. 2. num.7. de vita, & honeſtat. Cler. Manfrella in obſervation. ad Capyc. Latro, deciſ.73. numer. 4. lib. & ſecundùm ſententiam conſuluiſſe, cùm caſus contigiſſet in Complutenſi Academia anno Domini 1584. & ſic poſtea in Sacro Concilio judicatum fuiſſe teſtatur Salzedo ad Bernard. Diaz. in praxi, cap. 62. num.10. Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §.2. num.21. in fine, & lib.3. cap.11. num. 17. in fine, Sperell. deciſion.66. ſub numer.38. l.1. Fermoſin. in cap. 2. quæſt.7. numer. 7. in fine, de foro compet. Daniel. de Nobilibus in addit. ad diſp. 31. numer.5. Don Didacus Anton. Frances de Urrutigoyti de comp. juriſd. q.95. à num.12. & comprobatur ex traditis per Solorzanum de jure Indiar. num.2. lib. cap.12. num. 42. & in polit. lib. 3. c.13. verſic. Sin que à eſto, fol. 346. Julius Chartar. dec. 16. num. 45. in fine, ſentit Caſtr. Palaus in oper. mor. par.2. tract. 12. diſp.1. pun.2. n.4. verſ. Quia penſio data, in tit.

Penſio dicitur data in titulum ſecundùm aliquos, 71
quando aſſignatur, ut Clericus commodiùs ſuſtentari poſſit, vel ex cauſa renuntiationis, aut ceſſionis alicujus beneficii, ne nimium diſpendium patiatur, ut tradit Mandoſius, reg.19. Cancellar. quæſt.11. num. 38. & referunt pluribus citatis Garcia de benef. part.1. cap.4. num.9. 10. & 81. Farinac. conſ. 204. num. 2. tom. 3. Barboſa in cap. cum adeo, 17. num.4. de reſcript. Ciarlin. contr. for. l.1. c.36. n.45. & c. 115. à num. 19. Jul. Chartar. dec.16. num.29. Suelves, conſ.38. ſub n.2. l.1. Don Didacus Anton. Frances de Urrutigoyti de comp. juriſd. q.95. nu.19. Salzedo de lege polit. l.2. c.16. nu. 9. & 18.

At ſecundùm alios, & verius, penſio non dicitur 72
data in titulum quando ſimpliciter aſſignatur Clerico ſuper fructibus beneficii, ut commodius ſuſtentari poſſit; ſed illa penſio dicitur data in titulum, quando certa portio extrahitur ex pingui beneficio; ut deinceps ſit beneficium Eccleſiaſticum dictum forte portio, ſive penſio, & hæc propriè eſt beneficium, & beneficii appellatione venit, nec refert, quod appelletur penſio, quia non eſt vis in nomine, ad textum in cap. conquerente, ubi Abbas, nu.5. de Cleric. non reſid. Gigas de penſionib. quæſt.1. num.1. & quæſt.28. num.20. et q.94. Cucchus inſtit. major. l.5. tit.7. nu.17. Ciarlin. contr. foren. l.1. cap.115. à num. 22. alios plures addunt Garcia de benef. p.1. c.5. num.5. et 6. Farinac. conſ.204. ſub num.7. poſt medium, tom. 3. Solorzan. de jur. Ind. tom.2. lib.2. c.12. num.52. et in polit. lib.3. cap.13. verſ. Sin que à eſto, fol.336. Svelves conſ.38. in fine, juncto n. lib. 1.

In hac igitur ardua quæſtione meo parvo judicio di- 73
ſtinguendi ſunt tres caſus. Primus eſt, ſi Clericus primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum obtinet penſionem loco tituli beneficii, nam tunc gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici tamquam Beneficiatus, ut docent Doctores citati, num.70. et 72. Secundus eſt, ſi Clericus primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum non obtinet penſioné loco tituli beneficii, ſed ſimplicem perceptionem alicujus quantitatis ſuper fructibus beneficii, ſicuti regulariter ſunt penſiones, quæ à Domino noſtro Rege ob propria, vel aliena merita ſuper Epiſcopatu, Abbatia, aut aliqua dignitate dantur, & à Summo Pontifice conferuntur, nam eo tunc ſi incedat in habitu, & tonſura, & ſerviat alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ut tradunt Doctores citati, n.68. notat Don Didacus Antonius Frances de Urrutigoyti de compet. juriſd. quæſt.95. numer. 24. poſt medium, non ex cauſa penſionis, ſed ob prædictas qualitates fruitur privilegio fori Eccleſiaſtici, ſic Riccius dec. 192. ſub num. 10. part. 2. Cevallos de cognit. per viam violen.

par.

*par.2. quæſt.62. num.60.* Tertius caſus eſt, ſi retento themate ſecundi caſus, non incedat in habitu. & tonſura, nec inſerviat alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, quo caſu non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ut docent Doctores citati, *num. 67.* ſic deciſum per Cancellarium Regni Aragonum 23. Januarii 1652. teſtatur Don Didacus Antonius Frances de Urrutigoyti *in Paſtoral. regular. p.3. voto 5. & de competen. juridic. q.95. num.24.* & in Cathalonia ita deciſum per Magarola tertium, conſultoribus Gamis, & Morell. 26. Maji, 1620. contra Michaelem Paulum Saturnium Deſplanes Clericum conjugatum obtinentem penſionem Eccleſiaſticam, & militem Lauretanum, ut tradidi *deciſion. 10. num.57. par. 3.* & per Regiam Audientiam junctis tribus Aulis, Præſidente Reverendo Cancellario, binis literis per Cancellariam expeditis, diebus 17. & 19. Julii 1665. fuit injunctum Inſeculatoribus Domus Deputationis, quatenus inſeculaſſent, & imburſaſſent in burſa Auditorum Computorum Militiarium Generalis Cathaloniæ Doctorem Paulum Aquiles Militem per ſuam Regiam Majeſtatem nominatum ad unum locum prædictæ burſæ. Non obſtante exceptione per Fiſci procuratorem Domus Deputationis dicto Doctori Paulo Aquiles oppoſita, dicendo non poteſt, quia habet penſionem Eccleſiaſticam. Fuit enim dictum imburſandum, & inſeculandum eſſe Doctorem Paulum Aquiles, ex quo non gaudebat privilegio fori Eccleſiaſtici, eo quod non incedebat in habitu, & tonſura: neque inſerviebat alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi. Et cùm poſtea eadem exceptio dicto Doctori Paulo Aquiles coram Habilitatoribus Domus Deputationis, fuit eis injunctum 22. Julii 1665. aliis literis per Cancellariam expeditis ex deliberatione trium Aularum Regiæ Audientiæ, Præſidente dicto Reverendo Cancellario, quatenus dictum Doctorem Paulum Aquiles habilitaſſent, ſicque factum fuit. Similes literæ per Cancellariam fuerunt expeditæ Inſeculatoribus Domus Deputationis, die 19. Julii 1671. quatenus inſeculaſſent, & imburſaſſent Nobilem Bernardinum de Marymon in locum Nobilis, qui vacabat per obitum Vicecomitis de Rocaberti, qui quidem Don Bernardinus habebat penſionem Eccleſiaſticam à Domino noſtro Rege datam, per Summum Pontificem collatam, ſicut Doctor Paulus Aquiles. Et iterum coram Habilitatoribus fuit oppoſita eadem exceptio, quod dictus Benardinus obtinebat penſionem Eccleſiaſticam, & literis per Cancellariam expeditis forma ſolita 22. Julii 1671. fuit eis injunctum, quod eum habilitaſſent. Sed nota, quod dicto Nobili Bernardino de Marymon per Fiſci Procuratorem Domus Deputationis Cathaloniæ fuit oppoſita alia exceptio, quod obtinebat beneficium Eccleſiaſticum perſonale, & conſtat de collatione, & poſſeſſione dicti beneficii At die 19. Julii 1671. quo fuit oppoſita ante meridiem prædicta exceptio, illud hora tertia poſt meridiem renuntiavit inpoſſe Vicarii Generalis Villa, per quem hujuſmodi renuntiatio acceptata fuit. Qua exceptione non obſtante, attenta renuntiatione prædicta, quia impedimentum ſolùm obſtat, dum beneficium Eccleſiaſticum obtinebat, ad tradita per Xammar. *de privileg. Barcic. §. 22. num. 47. & in additionat. numer.77. & dicta ſupra, num. 43.* fuit Inſeculatoribus injunctum eodem die 11. Julii 1671. ex deliberatione Regiæ Audientiæ tribus Aulis junctis, Præſidente Reverendo Cancellario, literis per Cancellariam expeditis, quatenus illum inſeculaſſet.

74 Quæro etiam, an fundans beneficium Eccleſiaſticum, poſſit diſponere cum conſenſu Epiſcopi, quod Beneficiatus præſentandus ſit ejus conſanguineus? Reſp. affirmativè, imò aliter facta præſentatio nulla, & invalida eſt, *ad Concil. Trident. ſeſſ.25. de reformat. cap. 5.* ita Roch. de Curte *de jure patronat. verbo Honorificum, numer.98. verſ. Limitanda eſſet*, Covar. *in Reg. peccatum, par. 2. §. 7. num.5.* Guttier. *conſ.2. num.3. & 4. & Canonicar. l.2. cap.11. num. 37.* Azevedo *l.14. num.13. tit.3. & l.5. numer.1. tit.6. lib. 1. recopil.* Cenedo *collect. ad decretal. 89. num. 1.* Lara *de anniver. l.2. cap.2. à nu.1.* Garcia *de benef. par. 7. cap. 15. à num.1.* Azor *inſtit. mor. p.2. l.6. cap. 4. quæſt. 15.* Villalobos *in ſum. par.2. tract. 8. dif. 3. num. 20. in fine, et tract.9. dif.9. numer.7.* Caſt. Palus *in oper. mor. part. 2. tract. 13. diſp.4. punc. 9. num. 3. et 4.* Barboſa *in cap.1. numer.3. verſic. Utrum, de præbend. et de poteſt. Epiſc. par.1. tit.2. gloſs. 17. num.28. et in collect. ad Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. de refor. cap. 5. numer. 1.* Salzedo *de lege polit. lib. 2. cap. 17. numer. 58. et 59.*

Et an tunc patronus poſſit præſentare conſanguineum remotum, vel debeat præſentare proximiorem? Diſtinguendi ſunt tres caſus. Primus, eſt quando ad beneficium vocantur conſanguinei ſimpliciter ſine gradus prærogativa, nam tunc præferendus eſt proximior conſanguineus remotiori præſentato, etiam pauperiori, ſic Peralta *in l. unum ex familia, §. ſi de falcidia, num. 12. et 13. ff. de legat. 2.* Azevedo *conſil. 16. à num.13. et l.7. num.20. lit. 11. l. 5. recopilat.* Molina *de primog. Hiſpan. lib.2. c. 11. num. 37.* Matienco *l.7. tit. 11. gloſſ.5. numer.9. 12. et 13. lib. 4. recopil.* Cevallos *com. cont. com. quæſt.265. à numer. 5. ad 13. et ita judicatum in Concilio Archiepiſcopi Toletani teſtatur com. cont. com. quæſt. 906. à num. 42.* Garcia *de bebenef. par. 7. cap. 15. numer. 16, 17. et 18.* Caſtill. *controver. lib. 5. cap. 67. et numer. 17. 18. 190. et 20.* 75

Secundus caſus eſt, quando in arbitrium patroni præſentatio, ſeu electio conſanguineorum commiſſa eſt, per verba, patroni arbitrio, judicio diſcretiori præſentationem, ſeu electionem conſanguineorum committendo, aut per verba, quod patronus præſentationem, ſeu electionem conſangineorum faciat, pro ut ſibi viſum fuerit, vel placuerit, aut arbitratus fuerit, ſimilia verba, nam tunc patronus obligatus eſt eligere propinquiorem, quia iſto caſu non voluntati patroni, ſed ejus judicio, & arbitrio præſentatio, & electio conſanguineorum commiſſa intelligitur, quod regulatum eſſe debet, ac proinde eligendus & præſentandus eſt proximior conſanguineus fundatoris, ſic Garcia *de benef. par.7. cap.15. num. 17. et 16.* Guttier. *Canonicar. l.1. cap.11. num.38. et conſil.16. numer. 11.* Lara *de anniver. lib. 2. cap. 2. à numer. 7.* Fuſarius *de ſubſtit. quæſt. 380. num.1.* Noguerol. *allegat. 19. num. 75. in fine*, Dominus Vicecancel. Creſpi *obſervat. 22. num.38.* etſi aliter cum Rodriguez *in ſumm. tom. 1. cap. 106.* explicet Caſtro Palaus *in oper. moral. part.2. tract.13. diſput. 4. punct. 9.* de quo videndi ſunt Villalobos *in ſumm. part.2. tract.8. diff.3. num.20. in fine et tract. 9. dif. 9. num. 7.* Peralta *in l. quidam, n.14. et 15. ff. de legat.2.* Molina *de primog. Hiſpan. lib.2. cap.5. à num. 46.* ubi additionat. *à n.46.* alter Molina *de juſt. et jure, diſp. 595.* Caſtillo, *controver. lib.5. c.67. à num. 5. verſic. In ſecunda, cum ſeq.* 76

Tertius caſus eſt, quando in liberam voluntatem patroni relinquitur, & committitur præſentatio, & electio conſanguinei fundatoris, veluti cui voluerit, vel in quem voluerit, quo caſu poteſt patronus eligere, & præſentare conſanguineum remotiorem, excluſo proximiori, *arg. leg. cùm quidam, l. cùm pater, §. rogo, l. unum ex familia, §. ſi de falcidia, ff. de legat. 2. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebellian.* Molin. *de Hiſpan. prim. l.2. c.5. à n.1. et c.11. à n.35. verſ. In facultatibus, cum ſeq.* Mieres *de majorat. p. 1. quæſt. 48. num.11.* Guttier. *pract. l.2. quæſt.42. num. 1. et quæſt. 67. num.3.* Peralta *in l. cùm quidam, n. 2.* Sarmiento, *n.2.* Padilla, *num.14. ff. de legat.2.* idem Sarmiento *in l. unum ex familia, §. ſi de falcidia, à nu.2.* Peralta, *num.12. ff. de legat.2.* Mantica *de conject. ult. volunt. l. 8. tit. 5. num.6.7. et 8.* alter Molina *de juſt. et jure, diſp. 592. et 564.* Paz *de tenuta, tom.1. cap. 34. à num. 105.* Cevallos *com. cont. com. quæſt. 265. à num.4.* Azevedo, *conſ.16. num.19.* Garcia *de benef. p.7. c. 15. num. 17. et 18.* Tondut. *quæſt. civil.50. num.5.* Reg. Leo *deciſ. 24. num.7. tom.1.* Valenzuela, *conſ.40. à num. 42. tom. 1.* Noguerol. *alleg.9. num.77.* Caſtillo *contr. lib.5. c.67. n. 3.4.5. et 6.* Dominus Vicecancel. Creſpi *obſervat. 22. num.37.* 77

78 Hinc ſi in fundatione beneficii ſit diſpoſitum, ut ultimus Beneficiatus nominet Beneficiatum conſanguineum fundatoris, vel ſuum, non poteſt ultimus Beneficiatus nominare Beneficiatum conſanguineum ſuum, ſed tenetur nominare Beneficiatum conſanguineum fundatoris, *arg. l. cum pater*, §. *à te peto marite*, *ff. de legat. 2. l. hæred. mei*, §. *à te peto*, *ff. ad Trebelian.* ex latè traditis per Cevallos *com. cont. com. quæſt.* 265. *n.* 5. Paz *de tenuta*, *com.* 1. *c.* 34. *à n.* 98. Caſtillo *contr. l.* 2. *c.* 26. *à n.* 6.

79 At ſi in fundatione beneficii diſpoſitum ſit, ut ultimus Beneficiatus nominet Beneficiatum conſanguineum fundatoris, vel ſuum, quem magis voluerit, eo tunc poteſt ultimus Beneficiatus eligere proprium conſanguineum ad beneficium, omiſſo conſanguineo fundatoris, *arg. l. unum ex familia*, §. *ſi de falcidia*, *ff. de legat.* 22. ſic judicatum in Conſilio Sereniſſimi Cardinalis Archiepiſcopi Tolentani teſtatur Cevallos *com. contr. com. quæſt.* 265. *num.* 9. 10. 11. & 12. refert Caſtillo *contr. l.* 5. *c.* 67. *ſub*, *n.* 5. & *l.* 7. *c.* 160. *ſub num.* 11. *verſ. Contrarium*, *col.* 2. conferunt ſupra citati, *num.* 77.

80 Et quid ſi fundator beneficii dixit, ut eligatur proximior conſanguineus, an eligi debeat proximior fundatoris, an ultimi Beneficiati? Veritas eſt, eligendum eſſe proximiorem fundatoris, quia beneficia non ſucceſſione hæreditaria, & quaſi majoratus ad hæredes tranſmittuntur, ſed ex collatione Ordinarii, ſpectata fundatoris voluntate, quæ ſemper de ſibi proximiori eſſe præſumitur, ſic Lambertin. *de jure patronat. lib.* 2. *par.* 3. *quæſt.* 5. *art.* 4. *numer.* 12. & 15. Lara *de anniver. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 7. Cevallos *com. contr. com. quæſt.* 398. *à princ. uſque ad num.* 9. Garcia *de benef. p.* 7. *cap.* 15. *num.* 19. & 20. Caſtillo *contr. lib.* 5. *cap.* 67. *à num.* 21. *verſic. Rurſus*, & *quarto loco*, *cum ſeq.* Caſtr. Palaus *in oper. mor. par.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 4. *punc.* 9. *num.* 6.

81 Et utrum concurrentibus duobus conſanguineis æquè propinquis, alter de linea paterna, & ſic agnatus, alter cognatus ex materna, quis eorum præferri debeat? Tractant Cevallos *com. cont. com. q.* 265. *à n.* 24. & *latius quæſt.* 693. *à num.* 28. Lara *de anniver. lib.* 2. *c.* 2. *à num.* 27. Garcia *de benef. par.* 7. *c.* 15. *n.* 1. & 22. Caſtillo *controver. l.* 5. *cap.* 67. *num.* 27. & 28. Caſtr. Palaus *in oper. mor. par.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 4. *punct.* 9. *numer.* 7.

82 Et quis præferri debeat ex duobus conſanguineis in eodem gradu exiſtentibus, quando alter duplici conſanguinitatis nexu eſt fundatori conjunctus? Tradunt Lara *de anniver. lib.* 2. *cap.* 3. *à num.* 32. Cevallos *com. cont. com. quæſt.* 398. *num.* 21. & 22. & *q.* 762. *à n.* 70. & *q.* 778. *à num.* 27. *ad* 49. Garcia *de benef. p.* 7. *c.* 15. *n.* 22. *verſ. Adverte*, latiſſimè Caſtillo *contr. lib.* 5. *cap.* 67. *num.* 29.

83 Si maritus, & uxor ex bonis communibus beneficium fundant utriuſque conſanguineis proximioribus conferendum, quis præferri debeat in æquali gradu conſanguinitatis, mariti conſanguineus, an uxoris? Tractant Cevallos *com. cont. com. quæſt.* 265. *à num.* 13. Garcia *de benef. p.* 7. *c.* 15. *num.* 22. *verſic. Nec etiam placet*, Caſtillo *contr. leb.* 5. *cap.* 67. *num.* 27. & 28. Caſt. Palaus *in oper. mor. par.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 4. *punc.* 9. *num.* 8. & 9.

84 Computatio graduum conſanguinitatis in beneficiis, ad quæ conſanguinei proximiores vocantur, an facienda ſit ſecundùm Canones, an verò ſecundùm leges? Videndi ſunt Cevallos *com. contr. quæſt.* 398. *à num.* 9. Parlador. *rer. quotid. differen.* 120. *num.* 11. Gratian. *diſcept. foren. cap.* 77. *numer.* 10. & 11. Rauden. *conſ.* 1. *num.* 95. & 97. Lara *de anniver. l.* 2. *c.* 3. *num.* 33. Surd. *conſil.* 5. *à num.* 20. Azevedo *conſil.* 24. *numer.* 57. & 58. Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *diſput.* 50. *num.* 7. & 8. Reg. Leo *dec.* 4. *à num.* 16. *tom.* 1. Molina *de juſt. & jure*, *tom.* 1. *tract.* 2. *diſput.* 101. Garcia *de benef. par.* 7. *cap.* 15. *numer. à numer.* 23. *ad* 28. Caſtillo *contr. lib.* 5. *cap.* 67. *num.* 42. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 4. *princ.* 9. *numer.* 10. Guttier. *de matrimon. cap.* 98. *numer.* 11. Covar. *de ſponſalib. par.* 2. *cap.* 6. §. *num.* 8. Eſcobar *poſt tract. de ratiocin. comput.* 23. Martha *de ſucceſſ. legal. tom.* 1. *par.* 2. *quæſt.* 4. *art.* 6. *num.* 33. & 34. & *par.* 2. *quæſt.* 9. *art.* 2. *num.* 9. & *art.* 4. *num.* 7. Barboſa *in cap. fin. num.* 3. & 4. *de conſanguin. & affinit.* & *de poteſt. Epiſc. par.* 3. *alleg.* 51. *num.* 161. & 162. Ripol. *var. reſol. cap. numer.* 257. & 258. Cancer. *par.* 1. *var. cap.* 21. *num.* 55. Xammar. *de offic. jud. par.* 1. *quæſt.* 15. *ann.* 50. Fontanella, *deciſion.* 12. *part.* 1. Dominus Vicecancel. Creſpi, *obſerv.* 96.

85 Conſanguinitas quomodo probari debeat, cùm conſanguineus ſimpliciter, vel conſanguineus proximior vocatur in beneficiis, vel in aliis diſpoſitionibus? Videndi Cevallos *com. cont. com. quæſt.* 78. *à num.* 49. Azevedo *l.* 2. *à num.* 55. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopil.* Mieres *de majorat. par.* 2. *quæſt.* 7. Garcia *de benef. part.* 7. *cap.* 15. *à num.* 28. *ad* 36. remiſſivè Caſtillo *lib.* 5. *contr. cap.* 67. *n.* 43. Archiepiſc. Roxas *dec.* 260. *num.* 5. & 6. Thoro *in compend. dec. par. ſect.* 1. *verbo Conſanguinitas*, *fol.* 209.

86 Et an beneficium, quod fundator reliquit pro conſanguineis, poſſit conferri ſpuriis, & illegitimis? Videndi Garcia *de benef. p.* 7. *c.* 15. *à n.* 36. *uſque ad finem*, Caſtillo *contr. l.* 5. *cap.* 67. *num.* 31. Caſt. Palaus *in oper. mor. p.* 2. *tract.* 13. *diſ.* 4. *punc.* 9. *à num.* 11. Barboſa *voto* 98. *l.* 3.

87 Occaſione eorum, quæ dixi ſupra *numer.* 77. & 79. Quæro de caſu non rarò frequenti in Cathalonia. Utrum is cui commiſſio, aut facultas conceſſa fuit, ut aliquem ex filiis, vel ex conſanguineis teſtatoris eligat, & nonminet in hæredem, aliquando addito, quem voluerit, & aliquando ut id fiat cum pactis, vinculis, & conditionibus commiſſario benè viſis, vel quas, & quæ apponere voluerit, & in caſu non factæ electionis per commiſſarium diſponat teſtator, quod ſit hæres N. & poſtea N. & ſic de reliquis, commiſſarius in diſpoſitione bonorum teneatur ſequi ordinem, & voluntatem teſtatoris declaratam in caſu non factæ diſpoſitionis, & electionis.

88 De validitate hujus diſpoſitionis dubitandum non eſt, cùm inſtituatur hæres de certis unus incertus, quia ſubſtantia diſpoſitionis in alterius arbitrium non confertur, ſed ſolùm perſonæ nominatio, quod à jure permiſſum eſt, *l. cùm quidam*, *l. unum ex familia*, *l. cum pater*, §. *hæreditatem* & *in* §. *à filio*, *ff. de legat.* 2. *l. utrum*, §. *cum quidam*, *ff. de reb. dub. l. pater ex provincia*, *ff. familiæ erciſcundæ*, Suar. *in tract. de captator. volun. num.* 6. Covar. *in cap. cum tibi*, *numer.* 11. *de teſtamen.* Menoch. *conſ.* 408. *num.* 25. & *conſil.* 4054. *num.* 5. & *præſump.* 125. *num.* 2. *lib.* 3. Afflict. *dec.* 377. Molina *de primog. Hiſpan. l.* 2. *c.* 4. *num.* 4. 3. ubi Additionat. *num.* 3. & 4. Padilla *in l. unum ex familia*, §. *ſi de falcidia*, *num.* 1. *ff. de legat.* 2. Tel. Ferdinand. *in l.* 31. *Tauri*, *numer.* 5. alter Molina *de juſt. & jure*, *tom.* 3. *diſp.* 592. *numer.* 2. Mieres *de majorat. part.* 1. *quæſt.* 48. *à numer.* 1. Peregrin. *de fideicom. art.* 33. *à numer.* 52. Matienco, *l.* 5. *gloſſ.* 2. *tit.* 4. *lib.* 5. *recopil.* ubi Azevedo, *numer.* 11. *cùm ſeqq.* Paz *de tenuta*, *cap.* 34. *à num.* 79. Caſtillo *controver. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 23. & *lib.* 5. *cap.* 67. *num.* 1. & *tom.* 8. *de aliment. cap.* 34. *ſub n.* 7. Mantica *de conject. ult. volunt. lib.* 8. *tit.* 4. *num.* 11. Gomez *in l.* 31. *Tauri*, *num.* 4. & *variar. tom.* 1. *c.* 12. *n.* 48. ubi Laynez, *num.* 5. Guttier. *pract. lib. quæſt.* 42. *num.* 2. Seraphin. *deciſ.* 1219. *num.* 2. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 503. *num.* 54. Fagundez *de juſt. & jure*, *lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 4. *in fine*, Barboſa *voto* 65. *num.* 7. 8. & 9. Duran. *de cond. & mod. impoſſibilib. par.* 3. *c.* 4. *n.* 24. Cancer. *p.* 3. *var. reſol. c.* 20. *n.* 99. *verſ. Incertæ*, Fontanella *de pact. nup. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſſ.* 10. *p.* 1. *num.* 68. & 69. & *deciſ.* 525. *num.* 2. *par.* 2. Ramon noſter *conſil.* 78. *num.* 3.

89 Prima inquam eſt opinio in quæſtione, propoſita, quod commiſſarius non tenetur ſequi ordinem, & voluntatem teſtatoris, declaratam in caſu non factæ diſpoſitionis, ſeu electionis, ſed poteſt diſponere de bonis teſtatoris inter filios, vel conſanguineos ad libitum pro ſuo arbitio, ut latè probat, & defendit Fontanella *deciſ.* 525. & 526. *par.* 2. qui, *deciſ.* 526. *num.* 1. deciſionem Senatus Cathaloniæ refert diei 5. Maji, 1589. referente Egregio Senatore Aotonio Oliba.

Oliba : Et antea tradiderat *de pac. nupt. tom. 2. in addit. in fine poſitis*, *n.7.* quem videntur ſequi Luca in animad. ad Gratian. *diſcept, for. c.58. num.6.* Queſada Pilo *controv. foren. c.36.n.30. et 31.* conferunt pluribus citatis Molina, & ejus Additionatores *de Hiſpan. primog. l.1. c.5. n.3. 4.5. et 6.* Paz *de tenuta c.34. à n.97. ad 116. tom.2.* Caſtillo *contr.l, 6.c.160. à n.11.verſ, Sed contrariam*, & alii citati, *nu.77. et 79.*

90 Tum quia ſi commiſſarius, cui ex diſpoſitione teſtatoris eligendi facultas inter filios, & conſanguineos conceſſa eſt, neceſſario adſtrictus eſſet ſequi ordinem in caſu non factæ electionis, facultas, & commiſſio illa eligendi inutilis redderetur, & ſuperflua eſſet, quod dicendum non eſt, *ergo; l. ſi quando 109. ff. de legat.1.* Gratian. *diſcep. foren. c.306. nu, 16.* Urſellius *concl.142. n.113.* Larrea *dec,31. n.49. et 50.* Barboſa *in proœm. decretal. num. 34. et arg. juris, loco 109. in princ, et axiomat. 216. num.* latè Caſtillo *contr. l.4. cap. 38.* & in ſimili ſic arguunt Molina *de primog. l.2. c.5. n.3.* Paz *de tenuta, c.34. nu.107. 108. et 109. p.1.* Caſtillo *contr. l,4. cap.36. num.55. et ſeq.* punctim Fontanella *dec.525. n.3. et 4. par.2.*

91 Tum etiam quía, ſi in commiſſione, & facultate conceſſa eligendi, & nominandi in hæredem aliquem ex filiis, vel conſanguineis teſtatoris, addantur verba, quem voluerit, aut cum pactis, vinculis, & conditionibus, quas, & quæ apponere voluerit, prædicta diſpoſitio liberam eligendi facultatem, & commiſſionem denotat, nullis regulis reſtrictam, *leg. cum quidam 24.* ibi: *Rogo reſtituas libertis meis quibus volueris, Marcellus putavit, poſſe hæredem, et indignum præferre, ff. de legat. 2. l. num. ex familia 67. §. itaque 2.* ibi: *Eodem, vel diſpari gradu, ff. eodem*, ita in ſimili Molina *de primog. Hiſpan, l.2. c.5. n.4.* Guttier *pract. l.2. q.67. n.3.* Mieres *de majorat. p.1. q.77. à n.1.* Caſtillo *contr. l.5. c.67. n. 3.4. et 5. l.6. c.160. num.15. 16. et 17.* Noguerol, *alleg. 9. num.77.* Paz *de tenuta c.34. n.106. p.1.* Ripoll. *var. reſol. c.13, n.446. et 449.* punctim Fontanella *dec.525. à n.5. p.2.*

92 Tum quia, diſpoſitio teſtatoris condita in caſu non adhibitæ electionis importat conſilium, quod hæres non eſt obſtrictus ſequi, ſed ad ſuum nutum poterit electionem celebrare, & diſponere de bonis defuncti, *l. utrum 7. §. cum quidam, ff. de reb. dubiis*, ſic Queſada Pilo *contr. c.26. n.31.*

93 Hæc prima opinio limitatur, quando concurrunt conjecturæ in contrarium, ex quibus appareat de voluntate teſtatoris, ut commiſſarius non liberè eligeret, ſed ordinem teſtatoris præſcriptum in caſu non factæ electionis ſequeretur, nam tunc diſpoſitio iſta ſine dubio ſervanda eſt, à qua commiſſarius recedere non poteſt, ita Paz *de tenuta, c. 34. num.114. p.1* Additionator ad Molinam *de primogen. Hiſpan. lib.2. c.5. num.4. et 5. verſ. Limitatur ſecundò*, Caſtillo *contr. l.2. cap.26. num.56. verſic. Reſpondetur etiam, et l.6. c.60. n.11. verſic. Contrariam, et num. 17.* Fontanella *dec.526. nu.16. et à num.23. ad 29.* cum deciſione noſtri Senatus facta 19. Januarii 1638. referente Egregio Senatore Michaele Carreres inter Lazaram Raſſet, & Trullas viduam ex una, & Raphaelem Raſſet, & Trullas ejus filium ex altera, & *num.25.* refert conjecturas, quæ in ea cauſa concurrebant *par.2.* ſequitur Queſada Pilo *contr. c. 26. num. 31.*

94 Secunda eſt opinio, quæ verior eſt, quod commiſſarius non poteſt ad libitum pro ſuo arbitrio inter filios, vel conſanguineos de bonis teſtatoris diſponere, ſed tenetur ſequi ordinem, & voluntatem teſtatoris in caſu non factæ electionis, & diſpoſitionis declaratam, ſic infinitis adductis, Caſtillo *contr. l. 2. c. 26. num. 14. verſic. Et quod prædictus, cum ſeq. et num.44. et n.56. verſ. Reſpondetur etiam, et nu.85. et l.6. c.160. num. 12.* Noguerol. *allegat. 9. num.63.* conducunt Reg. Leo *dec.24. num.14. verſ. Et quod licèt dicta Jolans, tom.1.* & latiùs Caſtillo *contr. l.2. cap.26.* Noguerol. *alleg.9. à num.54. cum plurib.*



*ſeq.* Fontanella *de pac. nup. tom.1. claſ.4. gloſſ.9. p.3. à n.*
*19. et gloſs.25. à n.20. et dec.526. n.29. p.1.* & ſecundùm
hanc opinionem judicavit pluries Senatus Cathaloniæ, ut ſtatim referam.

Ratio eſt, quia ſive eſſemus in dubio, an com- 95
miſſarius haberet facultatem eligendi liberam, &
abſolutam, an verò regularam, interpretandum eſt
facultatem regulatam, & non liberam conceſſam
fuiſſe, Bald. *in l.1. n.27. ff. de legat.2.* Barboſa *voto*
*65. n.12. l.2.* Et quando † in commiſſione additur 96
cum pactis vinculis, & conditionibus commiſſario
benè viſis, hæc verba, benè viſis, ſignificant arbitrium regulatum, & non abſolutum, *l. fidei commiſſaria libertas 46.* ibi : *Nam, et eam libertatem deberi placuit, ſi tibi videtur peto, ut manumittas, quod accipiendum eſt, ſi tibi quaſi bono viro videbitur, ff. de fideicom. libert. l. thais ancillæ 41. §. ſororem, et ibi Bartol. ff. eodem*, Menoch. *de arb. jur. l.2. q.8. n.1.2. et 3.* Paz *de tenuta, p.1. c.34. ſub n.137.* Barboſa *diction. 224. n.4. et voto 65. n.2. l.2.* Noguerol. *alleg.9. num.82. et 87.*

Sed etiam quando in commiſſione ſunt verba, 97
quæ inducunt arbitrium regulatum, & liberum, reducuntur omnia ad unicum ſenſum, id eſt arbitrio boni viri, Paz, & Noguerol pluribus citatis; ille *de tenuta, p.1. q.34. num. 137. verſic. Et denique*; iſte *alleg.9. n.86.*

Quinimo ſi in commiſſione eligendi in hæredem 98
aliquem ex filiis, vel conſanguineis teſtatoris additis verbis, quem voluerit, vel cum pactis, vinculis, & conditionibus, quas, & quæ apponere voluerit, hæc verba ad arbitrium boni viri reduci debent, ut docent Paz. *de tenuta, p.1. quæſt.34. n.137. ante finem*, Noguerol, *alleg.9. n.91.* Barboſa *diction.424. num.4. in fine, & voto 65. n.13.*

Si quidem omnia verba liberum arbitrium impor- 99
tantia reſtringi debent ad arbitrium boni viri, ſi ex
eis præjudicium tertii reſultat, Jaſon *in l. ſi ſic n.23. ff.* 100
*de legat.1.* alios addit Noguerol *alleg. 9. n.85.*

Et generaliter, quod quis alieno nomine facit, etſi
libera poteſtas data ſit arbitrio, boni viri facere debet,
Baldus *conſ.383. n.3. l.3. & in c. cùm olim, n.5. de electione*, plura tradit Oſaſcus *dec.169. n. 9.* Paz *de tenu-* 101
*ta, p.1. c.34. n.139. in prin.* Barboſa *voto 55. n.3. 4. & 5. lib.2.*

Nullique dubium eſt, quod commiſſarius arbitrium
regulare debet ad mentem, & voluntatem teſtatoris,
nam qui teſtator ſenſerit, & demonſtrare, ſeu ſignificare voluerit, prius, & ante omnia inquirendum eſt
*l. cum dolationis, §. aſinam, verſ. Optimum, ff. de fun-* 102
*do inſtruc.* Fontanella *deciſ.525. n. 22. p.2.*

Voluntas enim teſtatoris prædominatur in omnibus, & tanquam Regina primum locum obtinet, *l. in conditionibus, ff. de condit. & demonſtrat.* latiſſimè
Caſtillo *contr. lib.4. cap.8. & 15. & lib. 5. cap.64. num. 3. & 4.* Cyriacus *controver.638. nam, 20. 21. & 22.*
Noguerol. *alleg.23. 4.* Fontanella *deciſion. 525. num.* 103
*21. & deciſion. 526. numer. 16. par. 2.* Queſada Pilo
*controver. cap. 20. num.44.* Idque 2. procedit nedum
in voluntate expreſſa, quæ ad unguem obſervanda
eſt, Caſtillo *controv. lib.2. cap.26. num.19. & late proſequitur, lib.4. cap.8. num.2. & 3.* Svelves *conſ. 5. num. 1. lib. 1. & conſ. 11. num. 1. l.3.* Fontanella *deciſ. 525. num.22. verſic. Id quod, p.2.* Queſada Pilo *diſſert.20. num. 44.* Sed etiam in voluntate tacita, vel præſumpta teſtatoris, quam commiſſarius ſequi debet, ac ſi eſſet
expreſſa, *argum. leg. creditur 60. ſi inter maritum, ff. mandati*, Palac. Rub. *in l.31. Tauri, n. 48. & 76.* Noguerol. *alleg.9. n.60. & 61.* Barboſa *voto 65. n.19. & 20.* 104
*l.2.* Caſtillo *contr. l.2. c.26. nu.85. & lib.4. c.17.* Fontanella *deciſ. 526. numec.18. par.2.* Ramon noſter *conſ.4. n. 22.*

Nam voluntas teſtatoris prævalet verbis, *l. cum vi-* 105
*rum, C. de fideicom. l.3. §. conditio, ff. de adimend. leg.*
Etiam tacita ex conjecturis colligibilis, *l. hæredi, ff. de legat.1. l. cum proponatur, in fine, ff. de legat. 2. l. fideicommiſſa, §. item ſi quis, poſt prin. ff. de leg. 3.* quamvis verborum ſonus aliud ſuaderet, *l. non aliter, ff. de legat. 3. l. hæredes mei, §. cùm ita, ff. ad Trebel.* Cirrochus

chus diſcept. 4. num. 18. & diſcept. 7. numer. 11. &
diſcept. 18. numer. 38. Mantica latè de conject. ult.
volunt. l. 3. tit. 1. à n. 1. Gallus de except. p. 2. tit. 4. ex-
cept. 16. à n. 1. ad 10. fol. 359. & except. 22. n. 20. 12.
& 2. fol. 441. & except. 26. numer. 103. 104. & 105.
& 106. fol. 483. & part. 3. tit. 2. except. 1. à num.
106 8. ad 16. fol. 544. Peregrin. de fideicom. art. 11. à n.
1. Fuſarius de ſubſtit. quæſt. 237. num. 13. & quæſt.
318. ſub num. 46. & quæſt. 429. n. 31. Caſtillo controv.
lib. 5. c. 94. nu. 12.

Voluntas enim teſtatoris optimè colligitur, & pro-
batur, tam ex antecedentibus, quàm ex ſubſequen-
tibus, l. ſi ſervus plurium, §. fin. ff. de legat. 1. l. 1. ff. de
reb. dub. l. ſi cum fundum, ff. de verb. ſignif. l. fin. §. cui
dulcia, ff. de vino, tritico, Ludovic. Bellus conſ. 51. ſub
num. 9. & conſ. 181. ſub num. 8. Caſtillo plures laudat
107 controver. lib. 2. cap. 26. numer. 15. et l. 5. c. 107. n.
16. Fontanella deciſ. 131. num. 4. p. 1. et dec. 525. n.
23. p. 2. Ramon noſter conſ. 8. num. 22. Nam qualis †
fuerit ab initio voluntas, ex actu ſequenti, aut verbis
ſequentibus declaratur, l. Julianus, §. proinde, ff. de ad
Macedonian. l. cum quis, C. de natural. liber. Caſtillo
contr. lib. 2. cap. 26. num. 17. Unaque † pars teſta-
108 menti aliam declarat, l. ſi ſervus plurium, §. fin. l.
qui filiabus, ff. de legat. 1. Ludovic. Bellus conſ. 52.
num. 9. et conſ. 64. num. 14. et conſ. 124. num. 12.
et conſ. 130. numer. 22. et 178. num. 8. et conſ. 181.
numer. 8. et conſ. 183. num. 5. Fuſarius de ſubſtitut.
quæſt. 242. num. 123. Fontanella dec. 591. num. 3. p. 2.
& una ſubſtitutio declarat aliam, Ludovic. Bellus conſ.
109 178. num. 9. Fuſar. de ſubſtit. qu. 11. num. 1. et qu. 242.
n. 124. Et per unam † clauſulam teſtamenti alia de-
claratur, Caſtillo contr. l. 2. c. 26. nu. 23. Ludovic Bel-
lus conſ. 272. numer. 7. Noguerol. allegat. 9. n. 62. et 63.
Ramon. noſter conſ. 19. nu. 13.

110 Credendum namque, atque præſumendum eſt te-
ſtatorem multo magis voluiſſe fieri per commiſſa-
rium, quod ipſe in defectum electionis hæredis fieri
expeſſit, l. cum ſervus, ff. de condit. et demonſtrat. l.
univerſorum, ff. de pignorat. actione, l. ab ex hæredi-
tatis ſubſtitution. ff. de legat. 1. l. poſtulante, ff. ad trebel-
lian. leg. item legato, §. 1. ff. de legat. 3. Menochius
lib. 4. præſump. 189. numer. 7. et 103. et præſumpt.
109. num. 14. Caſtillo lib. 2. controv. cap. 26. num.
24. et l. 5. cap. 101. numer. 4. Fontanella dec. 525. n.
21. in fine par. 2. Ramon noſter conſ. 78. num. 35. et 36.

111 Nec obſtat argumentum à ſuperfluitate, & inuti-
litate relatum, num. 9. Quia omiſſis ſolutionibus in
ſuo caſu traditis per Caſtillo controver. lib. 2. c. 26.
à num. 51. ad 56. Reſpondetur quod argumentum
à ſuperfluitate diſpoſitionis vitanda valdè tenue, le-
ve, debile, puerile, ac infirmum ab interpretibus
exiſtimatur, ſic Cagnol. in præm. digeſt. num. 117.
Alciat. in l. 3. num. 3. ff. de legat. 1. Peregrin. conſ. 52.
numer. 13. et conſ. 109. numer. 3. in fine, l. 1. Mantica
de conject. ult. volun. l. 3. tit. 6. nu. 8. et l. 8. tit. 18. n. 24.
et l. 12. tit. 16. num. 59. Magon. dec. 146. numer. 16. Fu-
ſarius de ſubſtit. quæſt. 286. num. 3. et conſ. 10. num.
25. et conſ. 490. numer. 30. Cyriacus contr. 522. num.
76. Urſellius concl. 114. numer. 115. Larrea dec. 31.
n. 51. et alleg. Fiſcal. 58. num. 27. Barboſa in loc. com.
loco 109. Caſtillo controver. l. 4. cap. 38. Fontanella
deciſ. 526. numer. 19. par. 2. Et contrariis † præſum-
112 ptoribus facile tollitur Mantica de conject. ult. vo-
lun. lib. 12. tit. 17. num. 39. Cyriacus controver. 522.
numer. 76. Caſtillo controver. l. 4. cap. 38. Larrea dec.
61. numer. 21. præſumptiones, quibus facilè tollitur
argumentum à ſuperfluitate, referunt Mantica de co-
nject. ult. volun. lib. 3. tit. 6. à num. 4. Caſtillo contr.
lib. 5. cap. 38. à num. 17. Larrea deciſ. 31. num. 51. et 62.
et deciſion. 61. numer. 20. 21. et 22. Barboſa axiomat.
216. à num. 6. Fontanella dec. 526. à nu. 17. ad 23.
par. 2.

113 Et ad inſtitutum, ubi conſtat de voluntate teſta-
toris, ſuperfluitas non eſt in conſideratione, Fonta-
nella dec. 5. 26. à num. 17. par. 1. Caſtillo contr. l. 4.
cap. 38. Larrea deciſ. 31. num. 52. Nam ſuperfluitas
114 † admittitur ne voluntas teſtatoris, vel diſponentis
tollatur, vel ne fiat contra mentem diſponentis,
l. verbis civilibus, ubi Doctores, ff. de vulgari, Cra-
veta conſ. 29. num. 30. verſic. Ex præmiſſis, et conſ. 70.
cum 19. verſic. Tertio, Tuſchus pract. concluſ. li-
tera 5. concluſ. 895. num. 54. Mantica de conject. ult.
volunt. lib. 3. tit. 6. numer. 4. verſic. Nec dubium,
Mareſcotus variar. reſol. lib. 2. c. 66. numer. 11. Fuſar.
de ſubſtit. quæſt. 286. num. 4. Barboſa axiomat. 216. n.
9. Fontanella dec. 526. num. 2. par. 2. Caſtillo contr.
l. 4. cap. 48. à num. 12. Larrea dec. 31. num. 51. et
52. et dec. 61. num. 21. Cùm quotidie † videamus, 115
teſtatores multa conſcribere, quæ abundant, l. te-
ſtamentum, C. de teſtament. Mantica de conject. ult.
volunt. lib. 3. tit. 6. num. 8. et lib. 12. tit. 17. num. 39. Ca-
ſtillo contr. lib. 4. c. 38. à n. 17. Larrea deciſ. 31. n. 52.

Nec obſtat argumentum de libera electione con- 116
ceſſa commiſſario, per verba, quem voluerit; vel
cum pactis, vinculis, & conditionibus, quæ, &
quas apponere voluerit, relatum, nu. 91. Quia præter
ſolutiones traditas per Caſtillo lib. 2. contr. c. 26. à nu.
56. & per Noguerol alleg. 9. à num. 81. ſupra traditas
à num. 95. cum ſeqq. Reſpondetur theoricam in ar-
gumento relatam limitari, quando teſtator in alia
parte teſtamenti voluntatem ſuam oſtendit, ut in ca-
ſu non factæ electionis ſit hæres N. & poſtea N. & ſic
de reliquis, nam tunc forma à teſtatore tradita in ca-
ſu non electionis, eſt omnino per commiſſarium obſer-
vanda, non obſtante, quod ei libera electio conceſſa
ſit, ita Caſtillo contr. l. 6. c. 26. cum 56. verſ. Reſponde-
tur etiam, et l. 6. c. 160. n. 12.

Ad deciſionem noſtri Senatus factam 5. Maji 1589. 117
ad relationem Egregii Senatoris Antonii Oliba, rela-
tam, num. 89. Reſpondetur, eam non fuiſſe funda-
tam in libera diſpoſitione commiſſario relicta, ſed
quia verba in caſu non electionis ſolum locum habe-
bant, caſu quo commiſſarius non diſpoſuiſſet, ut
in dicta deciſione Lector videre poteſt. Et quocum-
que modo ſit, jam Senatus noſter receſſit ab illa opi-
nione, propter voluntatem teſtatoris declaratam in
caſu non electionis, ut in deciſionibus, n. 119. cum ſe-
quentibus referendis.

Nec te conturbet quod dicit Fontanella dec. 526. 118
ff. num. 23. par. 2. in illa cauſa Lazaræ matris de Ra-
phaeli filii de Razet Civitatis Gerundæ declarata 19.
Januarii 1638. ad relationem Egregii Senatoris Mi-
chaelis Carreres, adeſſe conjecturas, ex quibus Sena-
tus motus fuit ad decidendum teneri Lazaram ma-
trem ſequi voluntatem teſtatoris declaratam in caſu
non factæ electionis. Quia reſpondetur, quod licet
in cauſa concurrebant aliquæ conjecturæ; tamen Se-
natus non fuit ex eis motus, ad declarandum teneri
Lazaram matrem, ſequi voluntatem teſtatoris decla-
ratam in caſu non factæ electionis. Sed ex eo præ-
ſertim, quod teſtator nominavit in hæredem uni-
verſalem in primo loco Raphaelem filium ſuum pri-
mogenitum, caſu quo Lazara ejus uxor non nomi-
naret. Et ut veritas appareat, quia Fontanella non
refert integra verba ſententiæ, decrevi illam hìc
inſeri, & eſt tenoris ſequentis.

CHriſti nomine invocato, Excellentiſs. Dominus 119
Locumtenens Generalis &c. Viſa in primis ſup-
plicatione &c. Attento ex meritis proceſſus & ſignan-
ter ex clauſula hæreditaria ultimi teſtamenti conditi
per Hieronymum de Razet, & de Millas, Domicel-
lum in Civitate Gerundæ domiciliatum, 5. Decembr.
1625. penes Salvium Fabregues Notarium publicum
dictæ Civitatis, Conſtat dictum Hieronymum hære-
dem ſibi univerſalem inſtituiſſe illum ex filiis, vel fi-
liabus ſuis, quem vel quam Lazara de Raſſet, & de
Trullas ejus uxor inter vivos, ſeu in ultima volunta-
te eligeret, vel nominaret, committendo eidem
Lazaræ facultatem eligendi, & nominandi, & ſub-
ſtituendi, aſſignandi inter illos, pro ut ipſa vel-
let, & ei videbitur, & in caſu non factæ per eam
dictæ nominationis, inſtituiſſe primo loco hære-
dem ſuum Raphaelem de Razet filium ſuum, &
dictæ Lazaræ communem, legitimum, & natu-
ralem, & eo præmortuo illius filios, & in defe-
ctum illius, & filiorum ſuorum, ſubſtituiſſe Ge-

raldum

raldum de Raſet ſecundum filium in caſibus ibi expreſſis, & indefectum dicti Geraldi, & filiorum ſuorum proceſſiſſe ad vocationem aliorum filiorum, & filiarum, uſque ad ultimum per eaſdem ſubſtitutiones, ut latius in dicta clauſula, ad quam habetur relatio, continetur. Cujus diſpoſitionis vigore fuit per dictum Raphaelem de Raſet inſtituta præſens cauſa contra dictam Lazaram ejus matrem, in qua prætendit non licere, nec licuiſſe dictæ Lazaræ aliam nominationem facere in hæredem dicti Hieronymi teſtatoris ejus patris, & viri reſpectivè, quàm de perſona propria ejuſdem Raphaelis, & caſu quo aliam feciſſet, vel faceret illam tanquam contrariam voluntati, & diſpoſitioni dicti teſtatoris revocari, & uti nullam declarari, & eandem Lazaram condemnari ad nominandum hæredem in hæreditate & bonis dicti Hieronymi de Razet mariti ſui dictum Raphaelem, quoties nominandi facultate ſibi permiſſa, & conceſſa uti vellet, ac proinde prædictum Raphaelem in vim paternæ diſpoſitionis, & aliàs pertinere, & ſpectare hæreditatem, & bona dicti Hieronymi patris ſui, Et licèt pro parte dictæ Lazaræ de Raſet ſit deductum, & prætenſum ſibi tam liberam, & plenam fuiſſe datam per dictum Hieronymum de Raſet facultatem nominandi hæredem in ejus hæreditate, & bonis ex ejus filiis legitimis, & naturalibus, ut poſſit, quem ex illis maluerit eligere. Ita quod non poſſit compelli hunc, vel alium nominare, nec teneri ſequi ordinem per dictum ejus virum in dicto teſtamento, & clauſula hæreditaria expreſſum, & ſic non nominare dictum Raphaelem, Tum quia dictus ordo fuit aſſignatus in caſu non nominationis, ſeu electionis non factæ, & non aliàs, Tam quia dictus ejus maritus teſtator odio habuit, & habebat dictum Raphaelem filium tempore, quo fuit confectum dictum teſtamentum. Tamen quia ex depoſitionibus Joannis Font, Petri Roig. Petri Franch. & Melchioris Sirges teſtium per dictum Raphaelem de Raſet miniſtratorum ſuper decimo ex articulis oblatis 16. Maji 1637. conſtat dictum Hieronymum de Raſet teſtatorem & patrem dum vivebat, permiſiſſe, & permittere dictum Raphaelem uti primogenitum in adminiſtratione, & gubernio rerum, & bonorum ſuorum, & domus ſuæ immiſcui, & ex inſtrumento recepto per Antonium Marti Notarium vicinatus Sedis Gerundæ 11. Novembris 1624. conſtat dictum Hierouymum præſentaſſe uti patronum quoddam beneficium Eccleſiaſticum in Eccleſia Collegiata Sancti Felicis Gerundæ fundatum Geraldo filio ſuo ſecundo genito; dictum Raphaelem omittendo, illumque ſecularibus veſtimentis induendo. Et ex atteſtationibus Narciſſi Perez, alterius Joannis Font, Mariæ Baſſa, & aliorum teſtium ſupradictis articulis receptorum apparet, quod dictus Raphael de Raſet, defuncto dicto Hieronymo ejus patre, de conſenſu, & voluntate dictæ Lazaræ de Raſet ejus matris adminiſtravit bona hereditatis dicti Hieronymi, & ex binis partitis factis in tabula dictæ Civitatis Gerundæ ſub Kalendario 20. Februarii, & 21. Julii 1633. conſtat, quod cùm in dicta tabula fuiſſent depoſitæ aliquæ quantitates pecuniarum dictæ, & ſcriptæ heredi, ſeu hæredibus dicti Hieronymi di Raſet, illas fuiſſe expenſas, & diſtractas per dictam Lazaram, & dictum Raphaelem de Raſet ejus filium, ſimul ex quo deſumitur, quod dictus Raphael fuit habitus, & tractatus per dictam Lazaram ejus matrem pro herede dicti Hieronymi illius patris, ex eo quod voluit dicta Lazara, quod per dictum Raphaelem filium majorem dicti Hieronymi, & ejus heredem ſub forma prædicta prima in loco nominatum præſtaretur conſenſus, licèt non eſſet neceſſarius, cùm ſine illius aſſenſu eadem Lazara tenutaria potuiſſet expendere dictas pecunias, & illas è dicta tabula extrahere. Ex quibus apparet dictam Lazaram, voluiſſe adhærere voluntati dicti ejus viri, & cum ea ſe conformate, & ex depoſitionibus Fratris Joannis Baptiſtæ Religionis Ordinis Fratrum Carmelitarum excalceatorum, ac Vicarii Collegii Beatæ Mariæ de Monte Carmelo villæ de Salva, Archiepiſcopatus Tarraconæ, & Mariæ Baſſa uxoris Petri Baſſa Botiguerii panorum dictæ Civitatis Gerundæ factis ſuper prædictis articulis conſtat, ante, & poſt dicti teſtamenti confectionem, & in eodem actu confectionis dictum Hieronymum de Raſet teſtatorem explicaſſe, & declaraſſe animum, & voluntatem ſuam, dicendo ſe velle inſtituere hæredem ſuum dictum Raphaelem filium natu majorem, & primogenitum, & quod commiſſio, & facultas libera nominandi, & eligendi hæredem fuit data dictæ Lazaræ ad effectum, ut ejus filii majori obſequio, & dilectione, ac reverentia, & obedientia illam colerent, diligerent, & amarent, ac obedirent. Ex quibus omnibus, & præſertim ex nominatione facta per dictum Hieronymum in hæredem univerſalem de dicto Raphaele filio ſuo primogenito in primo loco, caſu quo dicta Lazara non nominaret, elicitur expreſſa, clara & enixa, ac determinata voluntas, & intentio dicti teſtatoris, quod voluit, ut ſibi hæres eſſet primo loco dictus Raphael tanquam predilectus, & non alii ex dictis filiis, & filiabus ſuis, à qua diſpoſitione non poteſt repetere dicta Lazara, cùm voluntas teſtatoris ſit domina, & Regina, & illi ſit ſtandum, & facultas conceſſa per teſtatorem ſemper debet regulari ad ejus mentem, & intentionem, His igitur, & aliis meritis dicti proceſſus, attentis, & aliàs ſua Excellentia, dictam in Regia Audientia factam concluſionem inſequendo, ſententiat, pronuntiat, & declarat non licuiſſe, neque licere dictæ Lazaræ de Raſet in vim facultatis ei per dictum Hieronymum de Raſet virum ſuum conceſſæ in dicto ſuo ultimo teſtamento alium filium, ſeu filiam dicti Hieronymi in hæreditate, & ejus bonis inſtituere hæredem in primo loco, vel nominare inter vivos, ſeu in ultima voluntate, niſi dictum Raphaelem filium primogenitum, & fore & eſſe nullas, & invalidas, & in caſu non licito, nec permiſſo, quaſcumque inſtitutiones, aut nominationes factas, & faciendas de hærede dicti Hieronymi in præjudicium dicti Raphaelis, & conſequenter univerſam hæreditatem, & bona dicti Hieronymi de Raſet, & de Trullas cum jurium plenitudine adjudicandam, & adjudicanda fore, & eſſe dicto Raphaeli de Raſet agenti, ut cum præſenti illam, & illa adjudicat, & inſtrumenta poſita in poſſe Scribæ cauſæ poſt denuntiationem factam inſerantur in proceſſu, & neutram partem in expenſis condemnat, ſed pro diſtractis ſolitam executionem fieri mandat. Ut careres. Lata 19. Januarii 1638. Scriba Curùs, poſtea Forez, & Montagut. Not. ejuſque concluſio eſt in libro concluſionum Regiæ Audientiæ anni 1638. fol. 280. pag. 2.

Vides Lector ex hac ſententia, quomodo Regius Senatus non fuit motus ex conjecturis, ſed ex voluntate declarata in caſu non factæ electionis, pondera verba, *ex quibus omnibus, & præſertim*, quæ quidem dicto *præſertim* exprimit caſum minus dubitabilem, & implicat magis dubitabilem, Barboſa *dictione* 277. *num.* 4. & denotat idem juris eſſe in caſu contrario, ut ex Natta, Caſſador. & Cenedo obſervant Barboſa *dictione* 277. *numer.* 5. Diana *reſol. mor.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 1. *in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 183. *num.* 2. *ante finem.*

Et ut magis tibi ſatisfaciam ex quinque Regiis Senatoribus, en concluſionem quatuor Regiorum Senatorum ad mei relationem, uno dempto, in qua nullæ aderant conjecturæ tenoris ſequentis. Die 2. Aprilis 1668. Barcinonæ in Regia Audientia in Aula Nobilis Regentis Cancellariam, in ea præſidente Nobili Hieronymo de Codina, antiquiori in Aula interfuerunt cum eo Nobiles, Magnific. Doctores Don Michael de Cortiada, Joſephus Rull, Didacus de Ferrer, & Franciſcus Vidal y Roca. In facto cauſæ vertentis in Regia Audientia inter Jacobum Llobregat, & Amell civem Honoratum Barcinonæ, & Narciſsam SanJoan, & Llobregat ejus filiam, Mathiæ de SanJoan Domicelli Barcinonæ domiciliar. uxore ex una, & Joachimum Monfar Archidiaconum Bergæ, & Canonicum Sanctæ Eccleſiæ Cathedralis Urgellen. & Mariam Annam

Monfar,

Monfar, & Viloſa viduam Michaelis Onofrii Monfar quondam civis honorati Barcinonæ, uti tutores, & curatores Joannis Monfar, dicti Michaelis Onofrii Monfar, & dictæ Mariæ Annæ Monfar, & Viloſa filii, & Franciſcam Segui, Rubio, March Jalpi uxorem in tertiis nuptiis Joſephi Segui, & Capella civis Honorati Barcinonæ partibus ex altera, facta relatione per D. Michaelem de Cortiada Regiæ Audientiæ Doctorem, & cauſæ Relatorem.

Don Michael de Cortiada. Attento ex meritis proceſſus, & ſignanter ex ultimo teſtamento condito per Joannem Baptiſtam Rubio Domicellum Barcinonæ domiciliatum 26. Maij. 1645. penes Franciſcum Reverrer Notarium publicum Barcinonæ, de quo fidem facit Raymundus Villana Perles Notarius publicus ejuſdem Civitatis, conſtat dictum Joannem Baptiſtam Rubio hæredem univerſalem inſtituiſſe filium maſculum primo natum die ejus obitus, & ſi hæres non eſſet, vel eſſet, & decederet in pupillari ætate, aut poſtea quandocumque ſine filiis, legitimis, & naturalibus de legitimo, & carnali matrimonio procreatis, vel eſſet profeſſus in aliqua Religione matrimonium contrahere impediente, illi ſubſtituiſſe, & hæredem univerſalem ſibi inſtituiſſe filium ſecundum maſculum majorem natu, cum eiſdem pactis, vinculis, & conditionibus, & ita de uno in alium, ſervato inter eos ordine primogenituræ, & in defectum filiorum maſculorum, vel deſcendentium, forma prædicta, ſubſtituiſſe, & ſibi hæredem univerſalem inſtituiſſe filiam primo natam, cui decedenti, forma prædicta de filio maſculo primogenito, ſubſtituiſſe filiam ſecundo loco natam, & ita de una in aliam, ſervato inter eas ordine primogenituræ: Et caſu quo die ſui obitus decederet abſque filiis, & filiabus, vel cum illis, qui poſtea decederent modo, & forma prædictis, in dictis caſibus, & quolibet eorum dictis filiis, & filiabus ſuis ſubſtituiſſe, & ſibi hæredem univerſalem inſtituiſſe Franciſcam Rubio, & March. Jalpi uxorem ſuam, quamvis dicto tempore ſecundas contraxiſſet nuptias, de vita ſua naturali tantùm volentem, quod dicta Franciſca teneretur diſponere de omni univerſa hæreditate ſua in favorem conſanguinei, vel conſanguineorum ſuorum, pro ut ipſi apparuerit, cum pactis, & conditionibus quibus voluerit, ad ſuam voluntatem relinquendo. Et caſu quo dicta Franciſca decederet, non facta dicta diſpoſitione, ei ſubſtituiſſe, & ſibi hæredem univerſalem inſtituiſſe Jacobum Llobregat, & Amell avunculum ſuum, ſcilicèt Oncle ſeu Valentia, & poſt illum ſuos filios de majori ad minorem ſervato inter illos ordine primogenituræ, & præferendo maſculos fœminis, cum eiſdem pactis filiis ſuis appoſitis pro ut latius in dicto teſtamento habetur, ad quod refertur. Conſtat dictum Joannem Baptiſtam Rubiò teſtatorem ſine filiis, & filiabus obiiſſe, ſuperſtite dicta Franciſca Rubiò, & March. Jalpi ejus uxore, & nunc in tertiis nuptiis Joſephi Segui, & Capella civis Honorati Barcinonæ. Conſtat dictum Jacobum Llobregat, & Amell civem Honoratum Barcinonæ in humanis exiſtere, & Narciſam Llobregat, & San Joan uxorem Mathiæ de San Joan Domicelli in Civitate Barcinonæ domiciliati eſſe filiam primogenitam dictam Jacobi Llobregat, & Amell. Et licèt per dictam Franciſcam Rubiò, March. Jalpi, deinde Paigvert, & Manreſa in ſecundis nuptiis, & in tertiis hodie Segui, & per Joachimum Monfar Archidiaconum Bergæ, Canonicum Sanctæ Eccleſiæ Urgellen. & Mariam Annam Monfar & Villoſa viduam Michaelis Onofrii Monfar quondam civis Honorati Barcinonæ, tutores, & curatores Joannis Monfar, dicti Michaelis Onofrii Monfar, & Mariæ Annæ Monfar, & Viloſa filii, ſit prætenſum, deductum, & allegatum dictæ Franciſcæ Rubiò, March. Jalpi, & Segui datam fuiſſe plenam, & liberam facultatem per dictum Joannem Baptiſtam Rubiò in ejus hæreditate, & bonis nominandi hæredem conſanguineum, vel conſanguineos ſuos, pro ut ſibi viſum fuerit ad ipſius voluntatem, cujus facultatis vigore conſtat dictam Franciſcam inſtrumento recepto, & teſtificato 21. Junii 1667. penes Bonaventuram Torres Notarium publicum Barcinonæ diſpoſuiſſe de univerſa hæreditate, & bonis dicti Joannis Baptiſtæ Rubiò in favorem dicti Joannis Monfar, dicti Joannis Baptiſtæ Rubiò conſanguinei, hujuſmodique diſpoſitionem, nominationem, & electionem per dictos Joachimum Monfar, & Mariam Annam Monfar, & Viloſa tutores, & curatores dicti Joannis Monfar acceptatam fuiſſe. Conſtat dictum Joannem Monfar eſſe conſanguineum in nono gradu conſanguinitatis dicti Joannis Baptiſtæ Rubiò teſtatoris prædicti. Cæterum attento, quod dicta Franciſca Rubiò, March. Jalpi, poſtea Puigvert, & Manreſa, hodie Segui non potuit diſponere de univerſa hæreditate, & bonis dicti Joannis Baptiſtæ Rubiò teſtatoris in favorem dicti Joannis Monfar ejus conſanguinei, ſed præcisè tenebatur ſequi ordinem, & modum à dicto Joanne Baptiſta Rubiò teſtatore præſcriptum, & declaratum in caſu non electionis, ſiquidem ex nominatione facta in hæredem univerſalem per dictum Joannem Baptiſtam Rubiò teſtatorem de perſona Jacobi Llobregat, & Amell ejus avunculi, & poſt eum de filiis ſuis de majori ad minorem, caſu quo dicta Franciſca teſtatoris uxor decederet de dicta univerſa hæreditate diſpoſitione non facta, elicitur clara, enixa, expreſſa, & determinata dicti teſtatoris voluntas, & intentio, quod voluerit, ut ſibi hæres eſſet dictus Jacobus Llobregat, & Amell illius avunculus, & ejus morte ſequuta filii ſui, tanquam prædilectus, & prædilecti, & non alius conſanguineus dicti teſtatoris, à qua diſpoſitione, nec poteſt, nec potuit dicta Franciſca recedere, cùm teſtatoris voluntas tanquam Domina, & Regina primum locum obtineat, & ad unguem, ſivè expreſſa, ſivè tacita, obſervanda ſit, ſivè colligatur ex antecedentibus, vel ſubſequentibus, & facultas conceſſa per teſtatorem ſemper debet regulari ad ejus mentem, & intentionem, ita ut prius, & ante omnia inquirendum ſit, quid teſtator ſenſerit, quidvè tam expreſsè quàm tacitè voluerit. His igitur, & aliis meritis proceſſus attentis, & aliàs, eſt voti, quod declaretur, non licuiſſe dictæ Franciſcæ Rubiò, & March. Jalpi poſtea Puigvert, & Manreſa, nunc Segui in vim facultatis ei per dictum Joannem Baptiſtam Rubiò virum ſuum conceſſe in dicto ſuo ultimo teſtamento diſponere de univerſa hæreditate, & bonis dicti Joannis Baptiſtæ Rubiò in favorem dicti Joannis Monfar, nec illi licere de dicta univerſali hæreditate, & bonis diſponere primo loco niſi in favorem dicti Jacobi Llobregat, & Amell, & poſt ejus mortem in favorem filiorum ſuorum, modo, & forma contentis in teſtamento dicti Joannis Baptiſtæ Rubiò in caſu non electionis, & quod tam dicta diſpoſitio de univerſa hæreditate, & bonis dicti Joannis Baptiſtæ Rubiò in favorem dicti Joannis Monfar facta, quàm aliæ forſan faciendæ per dictam Franciſcam in præjudicium dicti Jacobi Llobregat, & Amell, & poſt ejus mortem filiorum ſuorum nulla, & invalida eſt, ac nullæ, & invalidæ ſunt, & in caſu non licito, nec permiſſo, & conſequenter, quod univerſa hæreditas, & bona dicti Joannis Baptiſtæ Rubiò unà cum fructibus à die mortis dictæ Franciſcæ Rubiò, & March. Jalpi pertinet, & ſpectat, pertinet, & ſpectant dicto Joanni Llobregat, & Amell, & poſt ejus mortem ad dictam Narciſam San Joan, & Llobregat ejus filiam, dicti Mathiæ de San. Joan. uxorem & quod ipſi Jacobo Llobregat, & Amell, & poſt ejus mortem dictæ Narciſæ ejus filiæ modo prædicto adjudicetur, & adjudicentur cum jurium plenitudine. Hoc tamen intellecto, quod de juribus, & creditis prædictam Franciſcam Rubiò, & March. Jalpi nunc Segui præſentis, ſuis loco, & caſu habeatur ratio, qualis de jure habenda erit, & quod neutra pars in expenſis condemnetur, & quod pro diſtractis ſolita fiat executio. Idem Joſephus Rull. Idem Didacus de Ferrer. Idem Nob. Hieronymus de Codina, Magnificus Franciſcus Vidal, y Roca eſt voti ut in ſuo. Et dictus Nob. Hieronymus de Codina pro obſervantia Conſtitutionis concludit cum voto Nob. Michaelis de Cortiada, & aliorum ejus

voto

voto adhærentium. De hac concluſione fuit facta in proceſſu ſententia, quæ fuit in gradu ſupplicationis confirmata ad relationem Magnifici Joſephi Aleny Aulæ Reverendi Cancellarii ad menſem Julii 1682. Scriba Ferrer.

122 Idem antea, nullis exiſtentibus conjecturis, fuit deciſum in Regia Audientia Aulæ Nobilis Regentis Cancellariam in favorem Nobilis Eleonoræ de Marymon, & Tort. uxoris Nobilis Joannis de Marymon Barcinonæ populati, contra Nobilem Eleonoram Tort, & Moradell, & Nobilem Joannam de Siniſpleda, & Tort. die 8. Martii 1655. ad mei relationem, ſcriba Payſſa, nunc Fabra.

123 Similis die 7. Julii 1668. in favorem Marci Coſomer Sparterii civis Barcinonæ, contra Abbatiſſam, & Conventum Monialium Sanctæ Eliſabethis, Ordinis Sancti Franciſci de obſervantia civitatis Barcinonæ, ad relationem Magnifici Didaci de Ferrer, Scriba non recordor. Similis 23. Junii 1670, ad relationem Magnifici Alexii Triſtany in favorem Jacintæ Oriola, contra Paulam Ferrer, Scriba Famada. Similis ad mei relationem die 21. Octob. 1623. in favorem manumiſſorum teſtamenti, Victorię Triſtany uxoris in ſecūdis nuptiis Thomę Triſtani Cartlani de Ivorra, & in primis Bernardi Velencas civis Honorati Barcinonę, contra Narciſſam Llobreget. Scriba Pellicet.

Limitatur 1. ſi teſtator, poſtquam nominavit Com-
124 miſſarium, ut liberè eligeret aliquem ex filiis, vel conſanguineis teſtatoris in hæredem, quem voluerit, vel cum pactis, vinculis, & conditionibus, quæ, & quas voluerit, & in caſu non factæ electionis per Commiſſarium teſtator diſponat, quod ſit hæres N. deinde N. & ſic deinceps, poſt ſcriptam integram clauſulam addat; Et declarando meam intentionem, dico non eſſe, quod Commiſſarius teneatur ſequi ordinem à me poſitum in ſucceſſione bonorum, ſed liberè de illis inter filios conſanguineos abſque ulla prælatione diſponat; Ordinem enim, quem poſtea poſui & diſpoſitionem quam poſtea feci, ſolùm volo obſervandam in caſu non factæ diſpoſitionis per Commiſſarium meum, & non aliàs, nam tunc commiſſarius poteſt liberè diſponere inter filios, vel conſanguineos, pro ut voluerit, & non tenetur ſequi ordinem à teſtatore expreſſum in caſu non electionis, ſic Font. *deciſ.* 526, *num.* 30. *par.* 2.

Limitatur 2. quando teſtator poſt ſcriptam clau-
125 ſulam hæreditariam, in qua nominavit commiſſarium, & dedit ei facultatem liberè eligendi unum ex filiis, vel conſanguineis ſuis in hæredem, quem voluerit & in caſu non factæ electionis per commiſſarium, quod ſit hæres N. & deinde N. Addat. Hæc enim mea diſpoſitio rerum ſupradictarum, omnium & ſingularum volo locum habere, & obſervari debere punctualiter, ut ſupra continuatum eſt, caſu, quo commiſſarius uti non poſſit, & non utatur facultate, & poteſtate ipſi per me data ſupra diſponendi de bonis meis, ut ſupra contentum eſt, nam uti potens, & utens dictus commiſſarius de dicta facultate, & poteſtate, volo, quod fuerit per eum diſpoſitum, proviſum, & ordinatum obſervetur, & adimpleatur, ac ſi per ipſum teſtatorem fuiſſet ordinatum, & diſpoſitum. Quo caſu commiſſarius non tenetur ſequi ordinem poſitum in ſucceſſione bonorum in caſu non electionis, ſed liberè inter filios, vel conſanguineos teſtatoris diſponere poteſt. Ita Senatus in favorem Nobilis Mariæ de Villalba de Ferreres viduæ Nobilis Emmanuelis de Villalba Barcinonæ populati, contra Franciſcum Monet, & de Puigmari Domicellum in Villa Campi rotundi domiciliatum, die 8. Junii 1665. ad mei relationem. Scriba Forès, & Montagur.

---

*ARGUMENTUM.*

## De requiſito tonſuræ, ut quis gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici.

*SUMMARIUM.*

1 *Tonſuram habitumque Clericalem ordini congruentem Clerici deferre tenentur.*

2 *Tonſura deſignat Coronam in capite in modum ſphæræ.*

3 *Tonſura eſt raſura Clericalis, ſeu Corona, pars ſcilicet capitis denudata capillis, per modum Coronæ circularis.*

4 *Tonſuræ uſus antiquiſſimus eſt in Eccleſia num. 4. & à quo tempore initium habuit, numer. 5. 6. & 7. & quomodo fiebat, & fiat, num. 8. 9. 10. & 11. rationes quare Eccleſia tonſuram præſcripſit, num. 12.*

13 *Clerici in Sacris Ordinibus conſtituti, tonſuram, habitum Clericalem Ordini congruentem deferre tenetur, aliàs peccant mortaliter, niſi excuſet parvitas materiæ, aut juſta cauſa nu. 13. idem dic in Clericis minorum Ordinum beneficium obtinentibus, num. 14. ſecus in Clericis minorum Ordinum beneficio carentibus, niſi cauſativè quatenus gaudere velint privilegio Clericali, nu. 15. idemque in Clericis conjugatis, num. 16.*

17 *Clericus primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum, ſi non defert tonſuram apertam, habitumque Clericalem, non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, num. 17. amplia, num. 18. limita 1. propter infirmitatem, num. 19. limita 2. propter calviciem, num. 20. limita 3. propter peregrinationem, num. 21. limita 4. ſi capilli creverint ex aliquo accidenti, num. 22.*

23 *Clericus primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum, etiam ſi non comam nutriat, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſi ſervat requiſita Concilii Tridentini.*

24 *Clerici comam nutrire non poſſunt, num. 14. 25. 26. 27. 28. 29. & 30. ſed non propter hoc perdunt privilegia Clericalia, num. 31.*

32 *Clericus primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum deferens, vel nutriens barbam, an gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici? Refertur opinio negativa num. 32. & fundamentum, num. 33. & 34. ſed affirmativa eſt verior, num. 35. & 36.*

## DECISIO CXXX.

Clericorum prima obligatio eſt, deferre tonſu- 1
ram apertam, habitumque Clericalem ordini congruentem, de tonſura habetur expreſsè in *Can. prohibite cum ſeq. 23. diſt. cap. Clericus 5. de vita, & hon. Cler. cap. unico de Cler. c. cùm contingat. in 6. cap. ſi Judex laicus, de ſenten. excomm. in 6.* de habitu, *Can. 1. & ſeq. 21. quæſt. 4. cap. Clerici 15. de vita, & honeſt. Cler. Can. Clerici 23. diſt. clement. quoniam, de vita, & hon. Cler. Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reformat, cap. 6.* Covar. *pract. cap. 31. num. 8.* alios plures addit Barboſa *de jure Eccleſ. unic. lib. 1. cap. 40. num. 2. & in collectan. ad Concil. Triden. ſeſſ. 14. de reformat. cap. nu. 1.* breviter, & benè Caſt. Palaus *in oper. mor. par. 4. tract. 27. diſp. unica, punc. 18, num. 1.*

Quæ coronam in capite in modum ſphæræ deſignat, 2
*Can. prohibete*, ubi Barboſa *in fin. 23. diſt. Can. duo ſunt 12. quæſt. 1. cap. Clericis 15. de vita, & honeſt. Cler.* Fuſcus *de viſit. lib. 1. c. 20. nu. 13. in fine*, Menoch. *de arb. judic. caſu 392. nu. 26.* Ambroſin. *de imm. Eccl. cap. 23. num. 2.* Sperell. *deciſ. 66. num. 11. lib. 1.*

Sicque tonſura eſt raſura Clericalis, ſeu corona, 3
pars ſcilicèt capitis denudata capillis, per modum coronæ circularis, *de qua in Can. prohibitæ cum ſeq. 23. diſt. an. duo ſunt 12. quæſt. 1. clement. quoniam, de vita, & honeſt. Cler.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. in prælud. num. 280.* Daniel de Nobilibus *diſp. 31. num. 46.* notat Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 40. num. 5.* explicat Ambroſin. *de immun. Eccleſ. cap. 23. num. 3.*

Uſus tonſuræ antiquiſſimus eſt in Eccleſia, Barbo- 4
ſa *de poteſt. Epiſcop. par. 2. allegat. nu. 10.* Diana *reſol. moral. par. tract. 5. reſol. 60. & in coordinat. par. 8. tract. 3. reſol. 28. numer. 4.* multorum authoritatibus verba, & loca referendo probant Greg. Valent. *tom. 4. diſp. 9. quæſt. 5. punc. 3.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. in præl. num. 281.*

Initiumq; habuit tonſuræ uſus à Nazaręis, ſive 5
Nazarenis, qui prius capite ſervato poſt magnam

vitæ continentiam, caput radebant, & capillos in ignem ſacrificii ponebant, Anton. de But. *in cap. Cler. officia, in fine de vita, & honeſt. Cler.* Pacian. *de probat. lib.2. cap. 34. num.* 32. *&* 33. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. in prælud. num.* 281. *in fine*. & illorum exemplis poſtea ab Apoſtolis introductus, ut hi, qui in divinis cultibus mancipati Domino conſecrantur, quaſi Nazarei, ideſt Sancti Dei, crine præciſo innoventur, ſic Sanctus Iſidorus *lib.2. de Eccleſ. offic. cap.4.* Baron. *tom.1. annal. ſub anno* 58. *Chriſti, num.*122. Fermoſin. *cap.2. q.2.n.56.de offic. Archidiac.* latiùs Barboſa *de jure Eccleſ. unic. lib.1. cap.40. num.* 5.

6 Sed verius eſt, quod initium habuit tempore Apoſtolorum, probat Beda *lib.5. de hiſtor. Anglor. cap.22.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. in prælud. numer.* 281. Bellet. *diſq. Cler. par.1, titul. de diſcipl. Cler.* §. 17. *à num.* 12. Vivian. *in prax. jur. patron. par.2. lib.6. cap.* 7. *à num.* 28. Bonacina *de Sacrament. diſput.* 8. *quæſt. unica, punc. ult. num.*4. Pacian. *de probat. par.2. cap.34. à num.* 26. Ambroſin. *de imm. Eccleſ. cap.* 23. *num.* 5. & alii plures, quos referunt Barboſa *de poteſt. Epiſc. par. 2. alleg.9. nu.10. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap.* 40. *numer.* 5. *in fine*, Fermoſin. *in cap. 2. quæſt. 2. num.*54. *&* 55. *de offic. Archid.* Cabreres *de metu, lib.2. cap.* 48. *num.* 134. Guazin. *defen. 20. cap.9. num.*32. *in fine*, ubi dicit incepiſſe à Petro Apoſtolo, in ſignum Coronæ Spineę, & tonſuram capitis tulit, & allegat Pacian. *hoc citatum num.* 35. & probat Torreblanca *de magia, in diſcurſu analyt. cap.6. num.*15. *&* 16.

7 Nihilominus tonſura fuit ordinata in Eccleſia ab Aniceto Summo Pontifice, *ut habetur in Can. prohibitæ, diſt.*23. *& in cap. Cler.*5. *de vita, & honeſt. Cler.* Platina *in vitis Pontific. in ejuſdem Aniceti vita*, Illeſcas *in hiſtor. Pontific. par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 7. *&* 14. Menoch. *de arb. jud. caſu* 392. *num.* 26. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. in prælud. ſub num.*181. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part. 2. alleg. 9. num.* 10. *ante finem*.

8 In Sacris Canonibus per tonſuram intelligebatur ſummitatem capitis in modum coronæ radere, & inferiùs tondere, ita ut aures viderentur, ut Sanctus Thomas, Panormitan, & alii probant Sum. Confeſſor. *lib.... tit.* 7. *quæſt.* 1. Silveſter *in ſum. verbo Clericus, num.* 2. *& alii*: hodie tamen communiter pro raſuram aperire, vel tradere tonſuram intelligitur, ſic Vivaldus *pro Cand. aur. in expoſitione Bullæ Sixti V. de habitu, & tonſura, nu.* 9. *verſic. Circa quam, fol. mihi* 717.

9 Olim autem tonſura hujuſmodi fiebat raſo deſuper capite in modum ſphærę, & inferius quoque, ita ut ſola capillorum corona circa caput reſtaret, *Can. prohibitæ, Can. penult.* 23. *diſtinct.* Sicut hodie Monachi. Regulares radere conſueverunt, *ut ex eiſdem juribus colligitur*, & notant Vital. *in clement.2. nu.* 14. *de vita, & honeſt. Cler.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. in prælud. num.*280. Sicque per Concilium Toletanum IV. cap.40. Clerici Hiſpaniæ fuerunt reprehenſi, quod modicum tantùm circulum in ſummitate capitis radentes priſcam formam dimiſiſſent, quæ ab omnibus Clericis ſervabatur, *ut patet ex Can. prohibitæ, cum ſeq. & Can. penult. 23. diſt. Can. dub. 12. quæſt. 1. capit. Clerici officia, de vita, & de honeſt. Cler. cap. contingit de ſenten. excom.* Hodie verò alius uſus ab Eccleſia generaliter eſt receptus, & corona, vel circulus capillorum à Monachis. & Regularibus, & à Romano Pontifice defertur, aliorum verò Clericorum tonſura ſola latitudine ſuperiori differentiam inter Epiſcopos, alioſque Prælatos, & reliquos Clericos inferiores oſtendit, ita Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 40. *numer.* 7.

10 Latitudo ſuperior tonſuræ inferiorum Clericorum ab aliquibus Clericis ita parvi penditur, ut raró ipſam aperire faciebant: & quando illam ſibi aperire faciunt, ita eſt minima, ut magis in improprium, quàm in Clericalis dignitatis decus ornamentum convertatur; quapropter Sixtus V. in Bulla de habitu, & tonſura præcipit eos tonſuram decentem deferre, & quamvis non deſignet menſuram tonſuræ, deſignata tamen eſt per totam Hiſpaniam, maximè in Archiepiſcopatu Toletano, ubi in Conſtitutionibus Synodalibus deſcribitur forma rotunda tonſuræ Sacerdotibus tanquam una Hoſtia ad celebrandum, & paulo minor cæteris Ordinibus Sacris, Sic Vivald. *poſt candelab. aur. in expoſitione Bullæ Sixti V. nu.* 9. *folio mihi* 716.

Unde diſtinctio, quæ differentiam conſtituit inter tonſuram, Clericam, ſphæram, tonſuram, ac coronam, quam tradunt, & explicant Vital. *in clement. 2. num.* 14. *de vita, & honeſt. Cleric.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. in prælud. num.* 280. Pacian. *de probat. lib. 2. cap.* 34. *à nnmer.* 26. Riginald. *in praxi fori pœnit. lib.30. tract.3. nu.*15. Daniel de Nobilibus *diſp.* 31. *num.*46. ex prædictis confunditur, quia licèt jura Canonica diverſimodè loquantur, & in aliquibus dicatur raſura, *ut in Can. Clerici, & ſeq. diſtinc.* 23. in aliis dicatur corona, *ut in Can. duo* 12. *quæſt.* 1. & in aliis tonſura, & corona inveniatur, *ut in cap. Clericis 2. de vita, & honeſt. Cler. & in cap. fin. de Cler. conjugat. & in clement. gravi, de celebrat. Miſſar.* & in aliis minùs ſimpliciter tonſura appelletur, *cap. ex parte de Cler. conjugat.* Vivaldus *in expoſit. Bullæ Sixti V. num.* 9. *verſic. Circa quam, in fine, fol.* 717. Tamen hæc omnia in Canonibus nihil aliud quàm prædictam coronam ſecundùm priſcam formam ſignificare videntur, ſic Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 40. num. 7. propè finem*. 11

Rationes, quare Eccleſia Clericis tonſuram præſcripſit, varias Doctores adducunt. Prima, & præcipua eſt in ſignificationem, & continuam memoriam illius Sacratiſſimæ Spineæ Coronæ, quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus pro nobis pertulit, ſic Beda *lib.5. Hiſtor. Anglor. cap.* 22. Secunda ad reſecandas cogitationes ſuperfluas in frequenti conſideratione tanti myſterii, ut dixit Sanctus Iſidorus *lib. 2. de offic. Eccleſ. cap.* 4. Tertia in ſignum Religionis dignitatis, quam Sacerdotes obtinent, & ſignum Regni, quod in Chriſto expectatur, ut inquit Sanctus Iſidorus *loco citato*, Vivaldus *in expoſit. Bullæ Sixti V. num. 9. fol.* 716. Quarta in honorem Beati Petri Apoſtoli, cui in Civitate Antiochiæ Judæi in contumeliam, ludibrium, & illuſionem abraſerunt ſummitatem capitis in modum coronæ, cùm ipſum, alioſque Apoſtolos, Chriſtus Dominus miſit ad prædicandum, ut dicit Durandus *in rationali, lib.2. cap. 1. num.* 31. quas rationes congerunt Vaſquez *diſp.*250. *cap.* 2. Pacian. *de probat. lib.2. cap.* 34. *nu.*27. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. in prælud. num.* 281. doctè Caſt. Palaus *in oper. mor. par.4. tract.27. diſp.unica, punc.18. num.*2. Ambroſin. *de imm. Eccleſ. cap.*23. *nu.* 3. Torreblanca *de magia in diſcur. inclyt. cap.6. à num.* 15. *an.* 26. & alii plures, quos referunt Barboſa *de poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 9. numer.* 10. *& de jure Eccleſ. un. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 12. *& in cap. Cler. 5. num. 4. & in cap. Clerici 15. num.* 11. *de vita, & honeſt. Cler.* Fermoſinus *in cap.2. quæſt.2. num.* 55. *de offic. Archidiac.* 12

Hæc autem obligatio deferendi tonſuram & habitum Clericalem, quod attinet ad forum internum, tenetur Clerici in Sacris Ordinibus conſtituti, aliàs peccant mortaliter, niſi excuſet parvitas materiæ, aut juſta cauſa, ut docent Decius *in cap. ad audientiam, col. penult. in fine de reſcript.* Ambroſin. *de imm. Eccleſ. cap.* 23. *num.* 6. pluribus citatis Barboſa *de poteſt. Epiſ. par. 2. alleg. 9. numer. 11. & de jure Eccleſ. univ. lib.1. cap.40. numer.* 2. Sperell. *deciſ.* 66. *numer.* 12. *lib.* 1. Caſt. Palaus *in oper. mor. par. 4. tract. 27. diſput. unica, punc. 18. nu. 3. verſic. Sed an ſemper.* Diana *reſol. mor. par. 3. tract. 4. reſol.* 182. *aliàs* 183. *& par. 5. tract. 5. reſol.* 60. *in coordinat. par. 2. tract. 5. reſol.* 107. *& par. 8. tract. 2. reſol.* 28. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 913. Villalobos *in ſum. par. 1. tract. 11. diſ.* 16. *num.* 5. Notanter dixi, quod ad forum internum, non quoad privilegium fori gaudet Clericus in Sacris Ordinibus conſtitutus, etiam ſi non incedat in tonſura, & habitu Clericali, *ut dixi ſuprà, deciſ.* 125. *à num.* 8.

Clerici etiam in minoribus Ordinibus conſtituti, ſi beneficium Eccleſiaſticum obtineant, tonſuram, & habitum Clericalem deferre obligantur, quoad

quoad forum internum ſub pœna peccati mortalis, ſicut obligantur Clerici in Sacris conſtituti, quia de bonis Eccleſiaſticis ſuſtentantur, niſi eos excuſet parvitas materiæ, vel juſta cauſa, ut colligitur ex cap. Joannes, de Cler. conjugat. cap. ſi quis, de vita, & honeſt. Cler. Decius, Ambroſin. Barboſa Sperell. Caſt. Palaus, Carol. de Graſ. locis citatis num. 13. Genuen. in prax. Archiep. cap. 38. num. 1. Villalobos in ſum. par. 1. tract. 11. diſc. 16. num. 1. in fine, dixi quoad forum internum, nam privilegio fori gaudet Clericus in minoribus Ordinibus conſtitutus ſi obtineat beneficium Eccleſiaſticum, etiam ſi non deferat tonſuram, & habitum Clericalem, ut dixi deciſ. 129. à num. 7.

15 Clerici verò in minoribus Ordinibus conſtituti, ſi carent beneficio Eccleſiaſtico, non adſtringuntur tonſuram, & habitum Clericalem deferre, cap. fin. de Cler. conjugat. quia poſſunt ab ſtatu reſilire, & laicalem ſtatum aſſumere, ſic pluribus laudatis Caſt. Palaus in oper. mor. par. 4. tract. 27. diſp. unic. 1. punct. 18. nu. 3. Vela diſſert. 45. nu. 22. tom. 2. Villalobos in ſum. tom. 1. tract. 11. dif. 16. nu. 1. Diana reſol. mor. par. 5. reſol. 60. & in coordinat. par. 8. tract. 2. reſol. 28. nu. 3. Sperell. dec. 66. nu. 6. par. 1. Barboſa de jure Eccleſ. lib. 1. cap. 40. num. 3. & 14. alii ſupra, deciſ. 127. nu. 2. quidquid dicat idem Barboſa de pot. Epiſ. par. alleg. 9. nu. 11. Niſi cauſativè, quatenus velint gaudere privilegio Clericali, Genuen. in prax. Archiep. cap. 38. nu. 1. Riccius deciſ. 162. nu. 1. & 2. Novarius in prag. 4. collect. 5. num. 11. de Clericis, Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 23. & cap. 40. num. 3. Sperell. deciſ. 66. num. 27. lib. 1. Vela diſſert. 45. num. 14. tom. 2.

16 Quod à fortiori procedit in Clericis conjugatis, cap. Joannes, de Cler. conjugat. Caſt. Palaus in oper. mor. par. 4. tract. 27. diſp. unica, punc. 18. num. 1. ad medium, Riccius deciſ. 162. ſub num. 1. Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 40. num. 14. & 16. Sed ſi bigami ſint, cùm priventur omni privilegio Crelicali, non ſolùm non debent tonſuram deferre, ſed nec poſſunt, cap. unico de Cler. conjugat. in 6. Caſt. Palaus, & Barboſa ubi proximè, ille num. 3. verſic. Quod ſi, iſte num. 15. & alii infrà, deciſ. 136. num. 11.

17 Ideoque Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus, ſi non defert tonſuram apertam, habitumque Clericalem, de jure novo non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, Concil. Trident. ſeſſ. 23. de refor. cap. & Villalobos in ſum. tom. 1. tract. 11. dif. 16. nu. 1. Urſellius concluſ. 124. verbo Apoſtata, num. 22. in fine, Daniel de Nobilibus diſp. 31. ſub numer. 106. vide latè tradita deciſ. 127. ita declaratum in Cathalonia per Cancellarium Rovirola, tradidi deciſ. 127. num. 1. in fine, & in Regno Sardiniæ per Cancellarium Caldaſtey referam deciſ. 131. numer. 45.

18 Ampliatur, ut remiſſio Clerici primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum delegetur ad Judicem Eccleſiaſticum tanquam calumnioſa, ſi evidenter conſtat captum non deferre tonſuram apertam, vel habitum Clericalem, quod oculari inſpectione detegi poteſt, denudato capite, & depoſito bireto, ut pluribus probavi deciſ. 2. num. 18. par. 1. & in additionibus addidi. Sperell. dec. 17. à num. 1. par. 1. nunc addo Menoch. conſ. 912. num. 11. 12. & 13. lib. 10. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 34. nu. 22. Daniel de Nobilibus diſp. 31. ſub. num. 106. Thom. del Bene de Eccleſ. tom. 1. cap. 4. dub. 29. nu. 15. Guazin defen. 1. cap. 3. num. 5. Faber in Cod. de juriſdic. omni. judic. de fin. 14. Novarius in prag. 2. collectan. 3. ſub num. 8. de Clericis. Verum tamen eſt, quod hanc ampliationem reprobat Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. nu. 1264. Riccius in prax. reſol. 530. num. 6. Bonacina de legib. par. 2. quæſt. 2. par. 1. §. 4. nu. 14. circa finem, Ciarlin. controv. lib. 1. cap. 20. nu. 6. juncta nu. 66. verſic. Quartò, ſed prima opinio eſt communior.

Limitatur primò, ſi Clericus primæ tonſurę, aut minorum Ordinum non defert tonſuram apertam propter infirmitatem, nam tunc ſi reliqua Concilii Tridentini requiſita ſervare conſueverit, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, & excuſatur propter impoſſibilitatem, Capel. Tholoſana deciſ. 104. Riccius collect. 308. verſic. Amplia tertio, & collect. 956. limit. 1. Jul. Clar. §. fin. quæſt. 36. num. 14. Maſcard. de gener. ſtat. interpret. concluſ. 1. ſub nu. 131. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu. 1. nu. 171. & 172. Ambroſin. de imm. Eccleſ. cap. 23. num. 7. Actius in tract. de infirmis, par. 2. verbo Clerici, num. 12. Valaſc. allegat. 11. num. 9. tom. 1. Ugolin. de offic. Epiſ. cap. 12. nu. 3. verſic. Quo ad tonſuram, Bellet. diſq. Cler. par. 1. tit. de diſcipl. Cler. §. 17. num. 9. Daniel de Nobilibus diſp. 31. num. 57. verſic. ſicuti, Reg. Vico ad pragmat. Reg. Sard. tom. 1. tit. 7. cap. 12. num. 18. Vivian. in praxi jur. patron. par. 3. lib. 15. cap. 4. num. 8. Barboſa de poteſt. Epiſ. par. 2. allegat. 9. nu. 17. & ſeſſ. 14. de reform. cap. 6. nu. 22. in fine, & de jure Eccleſ. un. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 25. & cap. 40. num. 34. Novarius in prag. 4. collect. 5. num. 4. & 5. de Clericis, Fermoſin. in cap. 2. quæſt. 11. num. 5. de foro compet. Squillante de privil. Cler. cap. 7. nu. 6. Pereyra de manu. Reg. par. 2. cap. 26. num. 4. verſic. Sicut, ubi teſtatur judicatum percepiſſe in eo, qui propter vulnus non deferebat tonſuram. Adde alios infra, deciſ. ſeq. num. 6.

Limitatur ſecundò, ſi Clericus primæ tonſuræ, 20
aut minorum Ordinum non defert tonſuram, quia non habet capillos propter calvitiem, aut quia aliquo morbo capilli de capite ceciderunt, ſi reliqua Concilii Tridentini requiſita ſervaſſe comperiatur, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, nam ad impoſſibile nemo tenetur. Aufrer. ad Capel. Tholoſan deciſ. 256. Jul. Clar. §. fin. quæſt. 36. num. 17. Ambroſin. de imm. Eccleſ. cap. 23. num. 7. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect. 1. num. 117. Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 41. num. 9. Daniel de Nobilibus diſp. 31. num. 37. verſic. Sicuti, Riccius in prax. reſol. 530. nu. 7. in fine, & collect. 308. verſic. Amplia tertiò, Fermoſin. in cap. 2. quæſt. 11. nu. 3. de foro compet. Bonacina de legib. diſp. 2. par. 1. §. 4. nu. 16. verſic. Hinc ſequitur, Marian. Anton. lib. 3. reſol. 48. num. 2. verſic. Secundò, Ciarlin contr. foren. lib. 1. cap. 20. num. 64. & 65. Squillante de privil. Cler. cap. 7. num. 6. alios addit Barboſa de poteſt. Epiſ. par. 2. allegat. 9. num. 11. ad medium, & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 2. lib. nu. 23. & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6. num. 22. in fine.

Limitatur tertiò, ſi Clericus primæ tonſuræ, aut 21
minorum Ordinum ſit peregrinus, qui in itinere non potuit coronam ſibi fieri facere, quo caſu, ſi concurrunt reliqua requiſita Concilii Tridentini, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, quia poteſt in itinere comam ampliùs ſolito laxare, ut dicit gloſ. in cap. ſi quis ex Clericis, de vita, & honeſt. Cler. referens, quod cùm quidam reprehenderetur à Papa, quia non deferebat tonſuram, & comam laxaverat, reſpondit his verſibus: Tutius ut peterem laici ſub imagine Romani: Fas fuit, ut ſinerem luxuriare comam. Genuen. in prax. Archiep. cap. 38. nu. 4. Barboſa in cap. ſi quis 4. num. 4. de vita, & honeſt. Cler. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu. 1. nu. 1264. verſic. Haç opinio.

Limitatur quarto, ſi Clerico primæ tonſuræ, aut 22
minorum Ordinum ex aliquo accidenti capilli creverint, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſi ſervare conſuevit alia requiſita, Concilii Tridentini Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu. 1. nu. 1264. verſic. Hac opinio, poſt. prin. Sperel. deciſ. 26. ſub num. 23. lib. 1. Sed hanc limitationem non puto veram, nec ſequor, pro ut nec ſequitur Daniel de Nobilibus diſp. 31. ſub num. 106.

Sed quæro, an ſi Clericus primæ tonſuræ, aut mi- 23
norum Ordinum comam nutrit, gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici? Reſp. Affirmativè, ſi habet alia requiſita Concilii Tridentini. Quia licèt † Canones 24
non ſolùm tonſuram capitis Clericis pręcipiant, ſed etiam relaxare omnino interdicant, Can. prohibitæ cùm ſeq. 25. diſt. cap. ſi quis 4. ubi Barboſa num. 1. cap. Cler. 5. ubi Barboſa num. 1. de vita, & honeſt Cler. Novarius gravam. 48. ſub num. 2. tom. 3. Pereyra de Academ. num. 1560. Carol. de Graſ. de effect. Cler.

*effectu*, 37. *numer.* 1. juxta illud divi Pauli Apoſtoli
prima ad Corinth. cap. 11. *Hoc ipſa natura docet vos,*
*quod vir ſi comam nutrit, ignominia in eo eſt illi.*
Quod eſt contra eos, qui comati incedere ſolent,
ut latè proſequuntur Cabreros *de metu*, *lib.* 2. *cap.*
48. *à num.* 105. Solorzano *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.*
1. *cap.* 24. *à num.* 52. *cum plurib. ſeq. & in polit. lib.*
2. *capit.* 25. *verſic. De los quales, cum ſeq. fol.* 212.
Novarius tractat an ſit prohibitum laicis comam
portare, & an poſſit eis prohiberi per Baronem,
vel per Principem, *gravamine*, 48. *tom.* 3. remiſſi-
vè Barboſa *in cap. Clericus* 5. *numer.* 2. *de vita, &*
25 *honeſt. Cler.* Et Clerici, † qui comam nutriunt, ex-
communicari poſſunt, *cap. ſi quis* 4. ubi Barboſa *nu.*
1. *de vita, & honeſt. Cler.* idem Barboſa *de jure Eccleſ.*
*univ. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 8. Cardoſo *in praxi jud.*
*verbo Clericus*, *numer.* 93. Carol. de Graſ. *de effect.*
26 *Cler. effect.* 57. *num.* 3. Et omnium primus † Ani-
cetus Papa ſub anathematis pœna prohibuit Cleri-
cis comam nutrire, *Can. prohibit.* 23. *diſt.* ut te-
ſtantur Illeſcas, *in hiſtor. Pontific. par.* 1. *lib.* 1. *cap.*
7. & 14. Menochius *de arbitrar. jud. caſu* 392. *num.* 26.
Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 37. *ſub num.* 1. &
*num.* 2. *in fine*, Bellet. *diſq. Cler. par.* 1. *tit. de diſcipl.*
*Cler.* §. 17. *à nu.* 11. Barboſa *in Can. prohibita in princ.*
23. *diſt. & in cap. ſi quis* 4. *num.* 2. *de vita, & honeſt.*
*Cler. & de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 9. Ca-
breros *de metu, lib.* 2. *cap.* 48. *num.* 128. Eamque † nu-
27 trientes peccant mortaliter, Silveſter *in ſum. verbo*
*Clericus* 2. *num.* 2. Borell. *in ſum. deciſ. par.* 1. *tit.* 11.
*nu.* 44. Barboſa alios addit *in cap. ſi quis* 4. *ſub num.*
2. *de vita, & honeſt. Cler. & de jure Eccleſ. univ. lib.*
28 1. *cap.* 40. *ſum num.* 10. Poſſitque † abſolutio ſacra-
mentalis illis negari, & differri, Navar. *in tract. de*
*oratione, cap.* 18. *num.* 77. Barboſa *in cap. ſi quis* 4. *ſub*
*num.* 2. *de vita, & honeſt. Cler. & de jure Eccleſ. univ.*
29 *lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 11. Si moniti † generaliter, vel
ſpecialiter perſeverent, ut advertit Sayrus *de clavi*
*Regia, lib.* 3. *cap.* 7. 25. Barboſa *in cap. ſi quis* 4. *n.*
2. *in fine, de vita, & honeſt. Cler. & de jure Eccleſ.*
30 *un. lib.* 1. *c.* 40. *n.* 11. *in fine.* Et Clerici † debent portare
capillos ita tonſos, ut aures pateant, *ut per tex. in Can.*
*non liceat* 32. *diſt.* 23. notat Gregor. Lopez, quem re-
fert Roderic. à Cunha, & ſequuntur Barboſa *de jure*
*Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 40. *nu.* 8. & 25. Novarius *gravam.*
31 48. *ſub num.* 2. *tom.* Tamen † Clericus primæ tonſu-
ræ, aut minorum Ordinum nutriens, vel deferens
barbam, vel comam, non perdit privilegia Clerica-
lia, *cap. ſi vero* 4. ubi notat Socin *num.* 2. *de ſenten.*
*excomm.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 37. *nu.*
3. *in fine*, quod verum exiſtimo, dictum de coma,
ſi corona eſt aperta, ſecus ſi depoſita, ut advertit
idem Socin. *in cap. ſi verò* 4. *nu.* 2. *de ſenten. excomm.*
Addunt Menochius *de arb. jud.* & Pierius *in tract.*
*de barbis*, quod hodie ex uſu, & conſuetudine hæc
prohibitio comarum parùm ſervatur etiam circa per-
ſonas Eccleſiaſticas, referunt Carol. de Graſ. *de effect.*
*Cler. effectu* 37. *num.* 3. Novarius *gravamine* 48. *nu.*
2. *verſic. Quinimo*, ſed iſti Doctores loquuntur de
uſu Romanę Curiæ, ut tradit Carol. de Graſ. *loco*
*citato.*

32 Quæro etiam. An Clericus prima tonſura initia-
tus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus nu-
triens, vel deferens barbam gaudeat privilegio fori
Eccleſiaſti? Et in primis Cenedo *practicar. tom.* 1.
*quæſt.* 4. *num.* 32. dixit, fortè poſſe defendi in Re-
gnis Hiſpaniarum, quod ſi quis barbam nutriret,
eſto cætera requiſita haberet, fori tamen privilegio
non gauderet, ſed cogitandum reliquit.

33 Fundat ſuam opinionem, quia prohibitum eſt Cle-
ricis barbam nutrire, *cap. Clericus* 5. ubi Barboſa *nu.*
3. *de vita, & honeſt. Cler.* Cardoſo *in praxi jud. ver-*
*bo Clericus*, *nu.* 93. videndus Carol. de Graſ. *de effect.*
*Cler. effectu* 37. *num.* 1. Cabreros *de metu, lib.* 2. *cap.*
48. *à num.* 129. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.*
34 40. *nu.* 13. Et in tota † noſtra Hiſpania obſervatur hoc
jus, prohibens Clericis ne barbam nutriant, ut poſt
Navar. & Salzedo tradit Cardoſ. *in prax. judicum*,
*verbo Clericus*, *num.* 93. *in fine.*

Verùm hæc opinio Cenedi adverſatur Concilio 35
Tridentino *ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 6. quod tria dumtaxat determinavit requiſita, ut Clericus primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, nempe habitum Clericalem, tonſuram, Eccleſiæ ſervitium de licentia Epiſcopi; nec jura loquentia de tonſura, & habitu Clericali ad barbam trahi poſſunt in detrimentum Clericalium privilegiorum, ita Sperel. *deciſ.* 66. *num.* 9. 10. & 11. *lib.* 1. Et quod Clericus nutriens, vel deferens barbam, aut comam non perdat privilegia Clericalia, *dictum eſt ſupra num.* 31.

Addo in confirmationem, quod Summus Ponti- 36
fex Pius V. in conſtitutione de habitu, & tonſura, quam de Cleri Romani reformatione edidit, ſtatuit, ut Presbyteri à ſuperiori labio ita barbam tondeant, ne Corporis, & Sanguinis Domini Sacramentum ſumentibus impedimentum afferat, quod Romæ, & in aliis mundi partibus obſervari teſtantur Navar. Menoch. & Pierius, quos citat Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 40. *nu.* 30. *in fine*, addo Carol. de Graſ. *de effect. Cleric. effectu* 37. *ſub numer.* 3. Cardoſ. *in praxi jud. verbo Clericus*, *num.* 93. Et ita obſervatur in tota Hiſpania, quidquid dicant relati *num.* 34. nam ſuis temporibus ita debebat obſervari; hodiè verò, & multis ab hinc annis ſic obſervatur, barbam enim longam Clerici nutriunt & deferunt.

---

## *ARGUMENTUM.*

## De requiſito habitus clericalis, ut quis gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici.

### *SUMMARIUM.*

1 *Habitus Clericalis ordini congruens, quare ſpecialiter ab Eccleſia Clericis præſcribitur.*

2 *Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum, ſi privilegio fori hodie gaudere vult, habitum Clericalem ordini congruentem, & tonſuram apertam deferre debet, & ſervare alia requiſita Concil. Trid., aliàs non gaudet, num.* 2. *frequenter, & continuè in omni loco, taliter quod publicè exiſtimetur Clericus, aliàs ſecus num.* 3. *adeo ut non ſufficiat ſemel, aut bis deferre habitum clericalem & tonſuram, ſed debet eſſe actus conſequutivus, & frequentativus, num.* 4. *fallit in pluribus, num.* 5. *Primo propter infirmitatem, n.* 6. *Secundo propter paupertatem, num.* 2. *Tertio ex neceſſitate itineris, vel peregrinationis, ſed tenetur deferre veſtes breviores, n.* 8. *Quarto in domo, num.* 9. 10. & 11. *Quinto actu colendi fundum, n.* 12. 13. & 14. *Sexto propter aliquam feſtivitatem tempore nuptiarum, nu.* 15. *Septimo ſi ratione veroſimilis periculi, aut juſta cauſa timoris transformari cogeretur, n.* 16. *Octavo, ſi tempore delicti erat cum habitu, & tonſura, n.* 17. & 18. *limita, num.* 19. 20. 21. *Nono inſolito deferre habitum, & tonſuram, etiam ſi dimiſſo habitu clericali homicidium committat, n.* 22. *ſed hoc durum eſt, num.* 23. *Decimo, ſi ſemel, bis, ter, aliquando habitum clericalem dimittit, ſi Cler. poſtea illum reaſſumit, num.* 24. *de ratione, num.* 25. & *vide num.* 26. & 27.

13 *Clericus propriis manibus opera ruſticalia exercens in ſuis propriis poſſeſſionibus, vineis, & fundis arando, fodiendo, & colendo non perdit privilegia clericalia, ſecus ſi locat mercede operas ſuas ad arandum, fodiendum & colendum fundum, & agrum alienum, niſi inſtante neceſſitate, non lucri faciendi cauſa, ut miſeris rebus ſuis ad victum neceſſarium ſubveniret.*

14 *Nobilis, eo quod ſit ruſticus, laborans in ejus propriis poſſeſſionibus, & vineis, & propriis manibus fodit, arat, & colit, non amittit privilegia nobilitatis, ſecus ſi mercede conductus locat operas ſuas in alienis agris colendis, niſi non lucri faciendi cauſa, ſed ut miſeris rebus*

*ſuis*

*ſuis ad ſubventionem victus neceſſarii locaret mercede operas ſuas ad colendos alienos agros.*

16 *Clericus reaſſumens habitum clericalem, & tonſuram in fraudem, non gaudet privilegio fori, num. 19. & 21.*

20 *Fraus in propoſito quomodo arguatur.*

2§ *Habitus clericalis, & tonſuræ dimiſſio, ut privet Clericum privilegio fori Eccleſiaſtici, debet eſſe totalis, & cum tali perſeverantia, ut ille communiter exiſtimetur laicus, n. 25. intellige revocabiliter, & temporaliter, ſecus ſi habitum clericalem reaſſumpſiſſet, n. 26. & vide, n. 27.*

28 *Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum, ſi dimiſiſſet habitum clericalem, poteſt illum reaſſumere abſque licentia Epiſcopi, etiamſi in ſynodo hoc fieri Clericis prohibitum eſſet, imò poteſt illum reaſſumere, non obſtante irregularitate ſuperveniente, & Epiſcopi prohibitione.*

19 *Habitus clericalis ordini congruens quis dicatur, non reperitur in jure ſtatutum, & determinatum, num. 29. ſed arbitrio Epiſcopi remittitur, num. 30. qui poteſt in ſynodo Diœceſana habitum clericalem taxare, & præſcribere, nu. 31. & poteſt Epiſcopus Clericos ad iſtum effectum privilegii fori cogere, ut illum honeſtum & decentem deferant, num. 32. qua taxatione Epiſcopi deficiente, ille dicitur habitus clericalis ordini congruens, qui conſuetudine, & communi clericorum uſu in ea Diœceſi, Provincia, ſivè regione receptus eſt, & ex ejus aſpectu à quocumque clericus judicetur, num. 33. 34. & 35. ſed ſi non conſtat, qualis ſit conſuetudo, veſtes debent eſſe tales, per quas ſaltem prima facie, ille cognoſcatur pro clerico, & clericus exiſtimetur, & debent pervenire uſque ad talos, num. 36.*

30 *Habitus clericalis ordini congruens in colore, & forma veſtium conſiſtit, numer. 37. forma veſtium debet eſse clauſa deſuper, nec nimis longa, nec nimis brevis, num. 38. debetque eſſe talaris, ideſt uſque ad talos, num. 39. ita ut non ſufficiat una veſtis clericalis, ſed debent eſſe omnes veſtes clericales, exteriores, & interiores, num. 40. ſufficit tamen, quod paſſim ſit talaris, licèt toga, vulgo ſotana non tangat genua, nu. 41. ita ut non ſit neceſsarium portare duas veſtes longas, ſed una ſufficiet, vel pallium, vel toga, n. 42. & quid ſi clericus portet veſtem ſuperiorem clericalem, & inferiorem laicalem, num. 43. niſi aliter eſset de conſuetudine regionis, num. 47.*

44 *Habitus clericalis ordini congruentis color non debet eſse inhoneſtus, aut indecens, ſed potiùs debet eſse niger, quàm aliter, num. 44. Rubeus enim, aut viridis expreſsè improbantur, cùm color rubeus ſolùm Cardinalibus permittatur, & viridis Epiſcopis tantùm, num. 45. niſi aliter eſset de conſuetudine regionis, num. 47.*

46 *Clerici ſicut prohibetur deferre aliquos colores, ita etiam aliquas veſtes, & ornamenta, num. 46. niſi aliud eſset de conſuetudine, num. 47.*

## DECISIO CXXXI.

1 HAbitum clericalem ordini congruentem, & tonſuram deferre, primam obligationem Clericorum eſſe, *dixi deciſ.* 130. *num.* 1. ratio autem ob quam ſpecialiter habitus clericalis ordinis congruens Clericis præſcribitur, eſt, ut per decentiam habitus extrinſeci morum honeſtatem intrinſecam oſtendant, ut explicuit uno verbo Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 14. *de reformat. cap.* 6. ita Caſt. Palaus *in oper. mor. par.* 4. *tract.* 27. *diſp. unica, punc.* 18. *nu.* 2. *in fine*, Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.* 2. *allegat.* 9. *num.* 8. *verſic. Nam quamvis.*

2 Quod etiam procedit in Clerico primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum, ſoluto, aut conjugato, qui ſi privilegio fori hodie gaudere vult, habitum clericalem ordini congruentem, & tonſuram apertam deferre debet, & ſervare alia requiſita Concilii Tridentini *ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 6. aliàs non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, quia deficit conditio à Concilio Tridentino ad dictum effectum requiſita, *ut dec.* 120. *n.* 15. *in fine*, 16. & 17. etiam abſque ulla Epiſcopi monitione, ut pluribus citatis docent Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.* 2. *alegat.* 12. *num.* 19. *verſic. Ita ut, & in collect. ad Concil. Trid. ſeſſ.* 23. *de refor. cap.* 6. *num.* 22. *& de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 24. *& in cap. in audientia* 23. *num.* 3. *de ſenten. excom.* Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 4. *dub.* 8. *num.* 14. *ſect.* 6. *num.* 7. Caſt. Palaus *in oper. mor. par.* 2. *trac.* 12. *diſp. unica, punc.* 2. *nu.* 7. *verſic. Modus*, Diana *reſol. mor. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 34. *alias* 33. *verſic. An verò, & in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 121. *nu.* 2. Reg. Mattheu *de reg. Reg. Valen. cap.* 7. §. 7. *nu.* 173. & 176. Daniel de Nobilibus *diſp.* 31. *nu.* 59. Bolero *de decoctorib. tit.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 10. & alii innumeri, quos lata manu citavi *deciſ.* 127. *tota, ſignanter num.* 27.

3 Debetque Clericus primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum ſolutus, vel conjugatus frequenter, & continuè in omni loco habitum clericalem & tonſuram deferre, & in eis incedere, ut fori privilegio Eccleſiaſtici fruatur, taliter quod publicè exiſtimetur Clericus. At ſi frequenter, & continuè in omni loco habitum clericalem dimittit, vel ſine tonſura incedit, ita ut continuè, & frequenter in habitu laicali incedat, publicèque exiſtimetur laicus, non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, quia per eum ſtat, ne Concilii Tridentini conditioni pareat, dum nulla neceſſitate, vel comoditate compulſus habitum clericalem à ſe dejicit, & ſic pro Clerico habendus non eſt, ita Menochius *lib.* 6. *præſump.* 76. *num.* 38. & 39. & *conſ.* 912. *num.* 28. & 29. *lib.* 10. Riccius *dec.* 154. *nu.* 4. *par.* 4. & *in prax. reſol.* 530. *nu.* 4. *edit.* 2. Bonacina *de legib. diſp.* 10. *quæſt.* 10. *punc.* 1. §. 4. *num.* 15. Squillante *de privileg. cler. cap.* 6. *num.* 4. & *cap.* 7. *num.* 9. Ciarlin. *controv. foren. lib.* 1. *cap.* 20. *nu.* 57. Sanchez *de matr. lib.* 7. *diſp.* 46. *n.* 10. Marian. Antonin, *lib.* 3. *reſol.* 48. *n.* 7. Layman. *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 6. *n.* 2. Suarez *de imm. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 12. & 13. & *de cenſur. diſp.* 22. *ſect.* 1. *num.* 11. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.* 1183. *verſic. Sic pariter*, Pereyra *de man. Reg. par.* 2. *cap.* 26. *num.* 8. Caſt. Palaus *in oper. mor. par.* 2. *tract.* 12. *diſp. unica, punc.* 2. *num.* 7. *verſic. Modus*, Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 8. *nu.* 14. *in princ. & nu.* 15. *verſic. Itaque*, ibi: *Ita qui per aliquod tempus*, Danza *de pug. Doctor. tom.* 1. *tit. de Clericis, cap.* 1. *nu.* 10. Fajardo *alleg.* 5. *num.* 14. Sperel. *deciſ.* 26. *num.* 24. *lib.* 1. Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. cap.* 7. *ſub nu.* 5. Barboſa *in collect. ad Conc. Trid. in ſeſſ.* 23. *de refor. cap.* 6. *nu.* 22. *verſic. Quando ſcilicet, & de poteſt. Epiſc. par.* 2. *allegat.* 9. *num.* 15. & 20. *in fine, & jure Eccleſ. un. lib.* 1. *cap.* 39. § 2. *n.* 24. *verſic. Quod intelligi debet*, Cutel. *de imm. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 4. Daniel de Nobilibus *diſp.* 31. *num.* 57. *verſic. Unde, num.* 58.

4 Adeo ut non ſufficiat ſemel, aut bis deferre habitum clericalem, & tonſuram, ſed debet eſſe actus conſequutivus, & frequentativus, ut dicit Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.* 2. *alleg.* 9. *num.* 15. & ſentiunt omnes citati *proximè num.* 3. Sed ſatis eſt, quod ut plurimum, & pro majore parte temporis tonſuram deferre conſueverat, ut poſt alios tradit Sperel. *deciſ.* 26. *numer.* 23. *lib.* 1. idemque dico de habitu, *vide dicenda deciſ.* 132. *num.* . .

5 Verùm multi ſunt caſus, in quibus Clericus primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, quamvis in habitu, & tonſura non incedat, ſi concurrunt cætera requiſita Concilii Tridentini, ut in ſequentibus.

6 Primò, ſi Clericus primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum non incedit in habitu clericali propter infirmitatem, ut puta quia infirmus illum non valeat geſtare, ſi ſervet alia requiſita Concilii Tridentini, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, Decian. *tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 209. Farinac. *in prax. par.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 67. Guazin. *defen.* 20. *cap.* 9. *ſub nu.* 37. Pereyra *de man. Reg. par.* 2. *cap.* 26. *nu.* 4. *verſic.*

*Sicut,*

*Sicut*, ibi: *Sic infirmitas*, Sperel. *deciſ.66. num.* 18. *lib.* 1. Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. cap.7. nu.* 5. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.1. cap.* 39. §. 2. *ſub nu.* 15. Daniel de Nobilibus *diſp.30. num.57. verſic. Sicuti*, adde alios citatos *deciſ.130. num.19.*

7 Secundo in Clerico primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum, qui ratione paupertatis habitum proprio ordini congruentem geſtare non valuerit, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, concurrentibus aliis requiſitis Concilii Tridentini, *probat cap. Cler. 15. de vita, & honeſt. Cler.* Riccius *collect.* 956. *limit.* 2. & *deciſ.154. num. . . par.4.* Ugolin. *de poteſt. Epiſc. cap.* 12. *num.* 3. *verſic. Quinto*, Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. cap.7. num.5.* Farinac. *in prax. par.1. quæſt.8. num.67.* Sperel. *deciſ.66. nu.18. lib.1.* Novar. *in collect. Bullar. tit. de habitu clericali, nu.* 6. Guazin. *defen.* 20. *cap.9. ſub nu.37.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.2. allegat. 9. num.16. & in collect. Bullar. verbo Clerici qui ratione paupertatis, fol.180. & in collac. ad Concil. Trid. ſeſſ.14. de reformat. cap. 6. num.9. & ſeſſ.23. de refor. cap.6. num. 22. in fine, & de jure Eccleſ. univ. lib.1. cap.39. §. 2. ſub num. 25. & cap.40. num.33.* Squillante *de privil. Cler. cap.7. num.7.* Daniel de Nobilibus *diſp. 31. num. 57. verſic. Sicuti.* Etiam ſi portaret veſtes laicales, vel uteretur veſtibus coloratis, ut per Imol. & alios *in clement. fin. de vita, & honeſt. Cler.* Maſcard. *de gener. ſtat. interpret. concluſ.1. num.111. in fine*, Thoro, *in compen. deciſ. par. 3. ſect.3. verbo Remiſſio cauſæ collect.3. verſic. Similiter paupertas, fol.86.* intellige ſi Clericus eſſet ita pauper, ut non poſſit propter paupertatem alias veſtes invenire, niſi laicales, & coloratas ſibi donatas, Decian. *tract. crim. tom. 1. cap. 9. num.109.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu. 1. num.* 1175. Barboſa *in locis proximè hic citatis*. Huncque ſecundum caſum ampliant Doctores in Clerico divite ambulante de nocte incedendo cum barretino, ita Imola, & Thoro *locis proxime citatis*, Decian. *tract. crim. tom. 1. lib 4. cap. 9. num. 109.* Farinac. *in prax. par. 1. quæſt. 8. num. 67.*

8 Tertio, in Clerico primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum, qui ex neceſſitate itineris, vel peregrinationis non incedit cum habitu clericali ordini congruenti, ſi ſervet cætera requiſita Concilii Tridentini, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, quia per momentaneam habitus dimiſſionem non eſt privandus fori Eccleſiaſtici privilegio, cùm ea mente illum deponat, ut ſtatim reportaturus ſit, notant Cutel. *de imm. Eccleſ. lib. 2. quæſt.34. ſub nu.* 4. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom. 1. cap. 4. dub. 8. numer. 15. verſic. Itaque*, ibi: *Sicut enim*, Sperel. *deciſ.66. nu. 18. lib. 1.* ſic percipiſſe judicatum fuiſſe teſtatur Pereyra *de man. Reg. par. 2. cap. 26. num. 4. adde tradita deciſ.130. num. 21.* Quod verum eſt, ſi non geſtet veſtes talares, hoc eſt uſque ad talos, vulgo haſta los pies; ſecus ſi non geſtet veſtes breviores. Siquidem Clerico ex neceſſitate itineranti, vel peregrinanti licitum eſt uti veſtibus brevioribus, *Can. Epiſcopi*, ibi: *Præterea ſi in itinere longo ambulaverint 21. quæſt.4.* quidquid dicat *gloſ. verbo Stolis, in Can. nullus 21. quæſt.4.* Addit Capel. Tholoſan *deciſ.256.* & ita Sacram Congregatione Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum reſpondiſſe Ar-
9 chiepiſcopo Ulyſſipon. die 18. Octobris 1589. Bellet. *diſq. Cler. par.1. tit. de diſciplina Cler. §. 16. num. 14.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. par. 2. allegat. 9. num. 21. & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.14. de reformat. cap. 6. numer. 13. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 40. num. 37.* Fajardo *allegat. 5. ſub num. 14. verſic. Nec in uſu*, Genuen. *in prax. Archiepiſc. cap. 38. num. 3.* Ciarlin. *controv. foren. lib. 1. cap. 20. num. 62. qui num. 61. verſic. Nil nocet*, tractat de Clericis geſtantibus habitum breviorem in oppidis, & ruri: ſæpè ſubtus veſtes coloratas, & cingulum ad collum.

Quarto, in Clerico primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum, qui in domo ſua, vel in adjacentibus exiſtente, & in occulto habitum clericalem dimittit, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſi alia requiſita Concilii Tridentini ſervet, quia intra domeſticos parietes de habitu non curatur, *arg. clement. 1. & 2.* ibi: *Publicè de vita, & honeſt. Cler.* ubi Anchar. *num. 2. col. 1.* Barboſa *num. 2. verſic. Publicè utatur*, Annan. *in rub. de apoſtat. num. 4.* Ugolin. *de poteſt. Epiſc. cap. 12. n. 3. verſic. Quarto*, Genuen. *in praxi Arch. Neap. cap.7. n.5.* Bonacina *de legib. diſp.3. q. 6. punct. 6. num. 1.* Idem Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.2. allegat.9. num.19. & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 14. de refor. cap.6. num. 12. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 40. nu. 36.* Pereyra *de man. reg. par. 2. cap. 26. num. 4. verſic. Sicut*, Sperel. *deciſ. 66. num. 18. lib. 1. & deciſ. 131. num. 29. lib. 2.* Notant. Cutel. *de imm. Eccleſ. lib. 2. quæſt. 34. ſub num.* 4. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.1. cap. 4. dub. 4. num. 15. verſic. Itaque*, ibi: *Sicut enim*, Daniel de Nobilibus *diſp.31. ſub num. 57. verſic. Sicuti.*

Quin etiamſi Clericus primæ tonſuræ, aut mino- 10
rum ordinum fuiſſet in domo à familia judicis ſecularis perquiſitus, & eripuiſſet à domo ſine habitu clericali, & ita extra eam captus fuiſſet, adhuc non diceretur repertus ſine habitu clericali ad hunc effectum amittendi uſum privilegii Eccleſiaſtici fori, imò privilegio fori Eccleſiaſtici gaudet, ut per Aurelium *de perfecto clerico, cap. 30. num. 4.* quem referunt, & ſequuntur Pereyra *de man. reg. par. 2. cap. 26. num. 4. verſic. Sicut*, ibi: *Idemque videtur*, Sperel. *deciſ. 132. num. 30. lib. 2.*

Sic pariter clericus primæ tonſuræ, aut mino-
rum ordinum captus in navi ſine veſtibus clerica- 11
libus, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſicut ſi fuiſſet captus in domo ſine veſtibus clericalibus, ad tradita per Tiraquel. *de retract. §. 1. gloſ. 7. nu. 88. & 89.* & in propoſito Pereyra *de man. regia, par. 2. cap. 26. numer. 4. verſic. ſic pariter*, Sperel. *deciſ. 132. num. 30. in fine lib. 2.*

Quinto in clerico primæ tonſuræ, vel minorum ordinum, qui repertus eſt ſine habitu dum fundum coleret, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſi ſervet cætera requiſita Concilii Tridentini, Pereyra *de man. reg. par. 2. cap. 26. num.4. in fine princ.* quod verum credo, ſi proprium fundum colit, ſecus ſi mercede conductus, niſi inſtante neceſſitate ad ſubventionem victus neceſſarii. Siquidem Clericus † propriis manibus opera ruſticalia exercens in ſuis propriis fundis eos colendo, non perdit privilegia clericalia, ut dicit Speculator *in tit. de cler. conjugat. nu.* 6. referunt, & ſequuntur Guido Papa, ubi Ranchin. & Ferrer. *deciſ. 41. & 392.* pluribus juribus id probat Tiraquel. *de nobilit. cap. 32. num.* 3. Faber. *in C. lib. 9. tit. 28. de Dignitatib. de fin. 3. verſic. Neque verò.* Genuenſis *in pract. Eccleſiaſt. quæſt. 675. num.3. in fine*, Urſellius *concluſ.82. verbo Agricoltura nu.6.* Martha *de juriſdict. par.4. cap.127. n.1.* latè Marinis *reſol. jur. cap.50. à nu.4. ad 10. lib.1.* Secus ſi locet mercede operas ſuas ad colendum fundum alienum, nam tunc perdit privilegia clericalia, ut docent Speculator *in tit. de cler. conjugat. num.* 7. Genuenſis *in pract. Eccleſ. quæſt. 675. num. 3. in fine*, Urſellius *concluſ.82. verbo Agricultura, num.* 7. Marinis *reſol. jur. lib.1. cap.59. num.3. verſic. Dubium reſtat, & nu.9.* Niſi clericus locans mercede operas ſuas ad alienum fundum colendum, non haberet prædia Eccleſiæ, nec ſua propria, & non lucri faciendi cauſa, ſed inſtante neceſſitate, ut miſeris rebus ſuis ad victum neceſſarium ſubveniret, quo caſu non perdit privilegia clericalia, quia iniquum eſſet, ut quis cogeretur neceſſario ſumptu carere, & fame perire, modò clericus à divinis, & à debito ejus officio non deſiſtat, *de quo videtur loqui tex. in can. cler. victum, juxta gloſ. verbo Officii*, ubi Barboſa *num. 1. & 2. diſt.91.* Genuen. *in pract. Eccleſ. quæſt. 675. num. 4. verſic. Sed quoad agriculturam, uſque ad finem*, Gratian. *diſcept. foren. cap.57. num.27.*

Ut in ſimili videmus in Nobili, qui nobiliter vi- 12
vit, eo quod ſit ruſticus, laborans in ſuo proprio fundo, & cum ſui propriis manibus colit, non amittit privilegia nobilitatis, Guido Papa *deciſ. 41. & 392.* Tiraquel. *de nobilitate, cap.32. toto, præſertim n.2.* Guttier. *conſ.1. nu.7. & pract. lib. 3. quæſt.13. num. 46.* Franchis *deciſ. 128. num. 4.* ubi Amendo-

la, n. 3.

la, *numer*.3. & 5. Genuen. *in pract. Eccleſ*. 675.*num*. 4. Urſellius *concluſ*. 82. *verbo Agricultura*, *numer*. 6. Riccius *collect*.37.*verſic. Item an Nobiles*, Sula, *in conſuetud. Sabaud, part*. 1. *ſub tit. nominat.gloſſ*.7.*num*. 9.Marinis *reſol. jur.libr*.1.*capit*.59.*numer*.7.ubi Roder. *numer*. 2. Annan. *conſ*. 34. *numer*. 9. Paſchal. *de pat.poteſt.part*.4.*cap*.2.*num*.47.Faber. *in C.lib*.9.*tit*.28. *de dignitat.defin*.3. *in princ*. Collantes *in pragmat. frument. cap*.2.*numer*.2, *lib*. 2. Baldaxar de Angel. in addit. ad Gizarel. *dec*.10.*num*.18. ubi Joſeph. Mele *num*. 5, & didacus de Marin. *num*. 19. Barboſa *in repert. pract. concluſ. verbo Ager & Agricultura*, *in fine*, *verſic. Agricultura*, Fontanella *de pact.nup.tom*.2.*clauſ*. 7. *gloſſ*. 3. *part*.15.*num*.73.& *dec*.292.*num*.16.*part*. 2. latè Duran. *dec*. 294. *à num*. 12, Secus ſi Nobilis mercede conductus locat operas ſuas in alieno fundo colendo, perdit privilegia nobilitatis, Tiraquel *de nobilit.cap*.3.*n*. 13. *in fine*, Urſellius *concluſ*.82.*verbo*, *Agricultura*, *num*. 7. ſentit Baldaxar de Angelis in addit. ad Gizarel. *dec*. 10. *numer*. 19. alios plures addit Duran. *dec*. 294. *num*. 16. *in fine*, Niſi non lucri faciendi cauſa, ſed ut miſeris rebus ſuis ad ſubventionem victus neceſſarii locet mercede operas ſuas ad colendum alienum fundum, quo caſu non amittit privilegia nobilitatis, *ut dictum eſt de Clerico ſupra*, *num*. 13. ſic Faber. *in Cod. lib*.9.*tit*.28.*de dignitatibus*, *defin*.3.*verſ*. *Idem eſt ſi Nobilis*, & in his terminis intelligo procedere deciſionem noſtri Senatus relatum per Fontanella *de pact. nup.tom*. 2.*clauſ*.7.*gloſſ*.3.*part*.15.*n*.74. & *dec*. 192.*n*.16.*par*.2.& doctrinam Didaci de Mari in addit. ad Gizarel. *dec*. 10. *n*. 29. *in fine*.

13 Sexto in Clerico primæ tonſuræ, vel minorum ordinum, qui propter aliquam feſtivitatem dimittit habitum clericalem, pro ut fit tempore nuptiarum, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſi ſervet alia requiſita Concilii Tridentini, ut tenent Anchar. Aurel. & Capella Tholoſana, quos citat Pereyra *de man. Reg. part*. 2. *cap*. 26. *n*. 4. *verſic. Sicut*, *ibi*: *ſic feſtivitas*.

14 Septimo in Clerico Primæ tonſuræ, aut minorum ordinum, qui ratione veroſimilis periculi, aut juſta cauſa timoris transformari cogeretur, habitumque clericalem mutaverit, aut depoſuerit, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſi concurrant cætera Concilii Tridentini requiſita, *cap*. *Clerici*. 15. *ibi*: *Niſi juſta cauſa timoris exegerit habitum transformari*, *ibi gloſſ. verbo cauſa inquit*, *quod Clericus juſta de cauſa poteſt poſtponere habitum Clericalem*, *de vita*, & *honeſt. Cler. Clement*. 2. *ibi*: *Niſi cauſa rationabilis ſubſit*, *ubi gloſſ. verbo rationabili*, *inquit*, *puta timoris*, & *in tex. ibi*: *ſi præterquam ex rationabili cauſa*, *de vita*, & *honeſt. Clericor. gloſſ. in cap*.2.*Verbo temerè*, *ait*, *ex cauſa enim licet habitum transformare ſi juſta ſit cauſa timoris*, *ne Clerici*, *vel monachi in* 6. *gloſſ. in cap. nullus*, *verbo itinere ubi declarat*, *niſi fuerit juſta cauſa timoris*, 21. *quæſt*.4.Riccius *collect*.956.*verſic. Limita quarto*, Piaſec. *in prax. Epiſc. part*. 2.*capit*.3. *numer*. 14. *verſic. Excuſaretur*, Maſſul. ad Capyc. *dec*. 181.*in ultimis verbis*, Vivian. *in prax. juris patronat. part*.2.*lib*.6.*cap*.10.*num*.7.& 7.& *part*.5.*lib*.15.*capit*.4. *num*.5. & 6.Bellet.*diſq.Cler.part*.1.*tit.de diſcip. Cler*.§. 16. *numer*. 15. Daniel de Nobilibus *diſp*.31.*numer*.57. *verſic. Sicuti*, Barboſa *de poteſt. Epiſc. part*. 2. *alleg*. 9. *num*.18. & 21. *in fine*, & *allegat*.12.*num*.25.& *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ*.14. *de reformat. cap*.6.*n*.11. & *ſeſſ*.23. *de reformat.capit*.6.*numer*. 22. & *de jure Eccleſ. univ. lib*.1.*cap*.39.§.2.*ſub numer*.15.& *cap*.40.*num*. 35.& 37. *in fine*, Hieronym. Laurent. *deciſ. Aven*. 125.*numer*.9.*ubi de cauſa belli contra Hæreticos*, & *Hugonotos*, Decian.*tract.crim.tom*.1.*lib*.4.*cap*.9.*n*.109.*ubi de Clerico*, *qui habitum mutat propter humilitatem corporis*, *vel quia de nocte prodit*, & *generaliter ex aliqua alia juſta cauſa*, Farinac. *iu praxi*, *part*.1. *quæſt*.8. *num*.67.Maſcard.*de gener. ſtat. interpret. concluſ*. 1. *ſub num*.111.Carol.de Graſſ.*de effectu.Cler. effect*.1.*n*.5174. & 1175.

17 Octavo in Clerico primæ tonſuræ, aut minorum ordinum, qui poſt delictum habitum clericalem, & tonſuram dimiſerit, ſed tempore delicti erat cum eis, ſi ſervare conſueverit cætera Concilii Tridentini requiſita, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, quia iſto caſu attenditur tempus delicti, & non proſequutionis, *gloſſ. in clement*.2.*verbo quandiu*, *de vita*, & *honeſt.Cler*. Bald.*in l. affinitatis*, *in fine*, *C.commun. de ſucceſſ*. ita aliàs fuiſſe Paduæ determinatum teſtatur Joann. Andræas *in cap. Joannes*, *num*.4. *de Cler. conjug*. Alexandri *conſ*.8.*num*.4.*lib*.1.& *conſ*.149.*num*.7. *lib*.6.decretatum per Sacrum Concilium Neapolis refert Gramat.*dec*.10.Marſil. *ſing*.480. Covar.*pract.cap*. 31.*num*.7.*verſic. Quinto*, Jul.Clar.§. *fin.quæſt*.36.*num*. 11. & 15. ubi Bajard. *num*.46. & 47. Farinac.*in prax. part*.1.*quæſt*.8.*num*.66.Pet. Barboſa *in l. Titia*, 35.*num*. 33.*ff. ſolut. matr*. Avendanno *de exeq.mandat*, *c*.12.*numer*. 12, Azor. *inſt.mor.libr*.13.*cap.ult.quæſt. fin*. Cucus *inſtit.major*, *lib*.3.*cap*. 9. *numer*. 16. Ambroſin. *de imm. Eccl.cap*.19.*numer*.3. Sperel. *dec*. 26. *numer*. 10. *libr*. 1. Danza *de pug. doctor. tom*. 1. *tit. de Clericis*, *cap*.1.*numer*.11. Fajardus *alleg*.5.*numer*.14.Ciarlin. *controv. foren. lib*.1.*cap*.53.*num*.16. & *lib*.3.*cap*.234.*num*.11.Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de comp.jurisd. quæſt*.93.*num*. 7. Pereyra *de man. reg. part*. 2. *capit*. 26. *num*. 5. *verſic. In priori membro*, Decian. *tract. crim. part*.1.*lib*.4.*cap*.9.*num*.100. Anſaldus *de jurisdict. part*. 2.*tit*.11.*cap*.8.*num*.61.& 62. & *cap*. 18. Riccius *collect*. 308.*verſic. Amplia quarto*, & *collect*.724. *verſic. Qua ratione*, & *part*. 2. *dec*. 115. *numer*. 1. & 2. Fermoſin. *in cap*.2.*quæſt*.11. *numer*. 6. & *quæſt*. 21. *de foro compet*. Thom del Bene *de immun. Eccl.tom*.1.*capit*.5. *ſect*.3. *n*. 6.Bolannos *in Cur. Philip.tom*.1.*part*.3.§.1.*num*.10.Cabal. *reſol. crim. caſu* 147. Gratian. *diſcep. foren. capit*. 226. *à num*.1.Carol. de Graſſ. *de effect. Clericat. effectu*. 1.*num*.648.912. & 1173. Bovadilla *lib*.2. *in polit. capit*. 17. *numer*. 34. Cenedo *collect. ad decretal*.23.*numer*.2. Thoro *in compend. dec. part*. 1. *verbo Clericus dimiſſo*, *fol*.94.Martha *de jurisdict.part*.2.*cap*.32.*n*.53. Franchis *dec*.417. ubi Luca *numer*. 1. & 2. Sanfelicius *dec*.228. Genuen.*in prax. Archiep. Neapol.cap*.8.*numer*.1.Squillante *de privileg.Cler.cap*.7. *num*. 38. Sanchez *de matr. lib*.7.*diſpur*.46.*numer*.10.& *in opuſcul. moral.tom*.2.*lib*. 6.*cap*.1.*dub*.3.*num*.1. Diana *reſol. moral. part*.3.*tract*.2. *reſol*.34. & *part*.4.*tract*.1.*reſol*.6.& *in coordinat.part*.9. *tract*. 2. *reſol*. 147. *ſub numer*. 2. & *reſol*. 166. *ſub num*. 2.Giurba *conſ*.15.*n*.12. *ſignanter*, *n*.17. Carleval *de jud. lib*.1.*diſp*.2.*n*. 618. *verſic. Confirmant*. Auguſt.Barboſa *de poteſt.Epiſc.part*.2.*alleg*.12.*num*. 18. *verſic. Si verò*, & *n*.28.*in fine*, & *de jure Eccl.univ.lib*.1.*capit*.39. §. 2. *numer*.98. adde quæ dixi ſuprà, *dec*. 129. *à num*.48. *ſignanter à nu*. 51. & infrà, *dec*.131.*num*.27. & *dec*.136. *num*. 29.

18 Addunt tamen aliqui, deſiderari quoque delationem habitus tempore capturæ, ut Petrus Barboſa *in l. Titia* 35.*num*.33.*ff. ſolut.matrim*. Pereyra *de man. Reg. part*.2.*cap*.26.*num*.5.*verſic. Non debeat*. Nexia *in prag. taxa panis*, *concluſ*.1. *num*. 59. Cutel. *de immun. Eccl. lib*.2. *quæſt*. 33. *numer*. 10. *verſic. Ad quid*. Verùm ab aliis non probatur. Tum quia quamvis poſt delictum deferat habitum clericalem, & tonſuram gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, quoad id delictum, ut cum Alexandro dicente de mente omnium, docent Covar.Jul.Clar. Farinac. Carol. de Graſſ. & alii citati, *nu*. 17. Tum quia ad gaudendum privilegio fori Eccleſiaſtici non attenditur niſi tempus commiſſi delicti, ut dictum eſt *n*. 17. Ergo parum refert, ſi tempore capturæ Clericus ſine habitu clericali inveniatur, ſi tamen tempore quo delictum commiſit, illud geſtabat, ita docet Sanchez *de matrim. libr*. 7. *diſp*. 46. *numer*.10.*verſ. Addit*, ſicque declaraſſe ſacram Congregationem de anno 1686. citavit Marin. Antonin. *lib*. 3. *reſol*. 98. *numer*. 7. & ex eo Diana *reſol. moral. part*.1.*tract*.2.*reſol*.33. *aliàs* 58. *verſic. Non reticebo*, & *in coordinat. part*.9.*tract*.2.*reſol*.123.*numer*.2. *verſic. Notandum eſt*, Fermoſin. *in cap*.2.*quæſt*.6. *num*. 1. *de foro compet*. Auguſt. Barboſa *de poteſt.Epiſc.part*.2.*alleg*. 12. *ſub num*. 15.& 17. Thom.de Bene *de imm. Eccl.tom*.1.*cap*.4.*dub*. 8. *num*. 25.

19 Cæterum intellige prædictum octavum caſum, & infra dicenda *num*. 25. niſi Clericus habitum clericalem, & tonſuram reaſſumpſiſſet in fraudem, ut

evitaret pœnam ſæcularem, nam non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, Aufrer.ad Capel. Tholoſan.dec. 144. & 147. Jul. Clar. §. fin.qu.36.numer.15.verſic.Sed hic quæro, in fine, & numer.16.verſic.Sed quid, in fine, Farinac. in prax. part. 1. quæſt. 8.numer.66.verſic. Dummodo. Cabedo dec.58.num.8.p.1. Martha de juriſdict.part.2.cap.32.nu.41. Carol. de Graſſ.de effect. Cler. effectu.1.numer. 86. & 912. verſic. Quam concluſionem. Bellet.diſq.Cler.part.1.tit.de favor.Cler. perſon. §.8.nu. 13.Ciarlin.contr. foren.lib.1. cap. 53. 22. & 24. notant Thom. del Bene de immun. Eccl.tom.1.cap.1.dub.5.ſect. 3.numer.6. & capit.4.dub.8.numer.24. & dub. 26. tota, Fajardo allegat.5. ſub numer.1414.& allegat.6.num.18. in fine, & num. 20. Caſtr. Palaus in oper. mor.part. 2. tract. 12. diſp. unica, punc. 3. numer. 3. Jul. Chartar. dec.17. num. 6. Barboſa in cap. tuæ, 3. ſub numer. 3. de apoſtat. Sperell. dec.26.num.22. in fine lib.1.Riccius in praxi, part.3.reſol.115. Marinis lib.1. reſol. jur.capit. 58. ſub n. 4.

Quæ fraus in propoſito argui poteſt, ſi Clericus
20 primæ tonſuræ, aut minorum ordinum habitum clericalem, & tonſuram reaſſumeret parùm ante delictum, vel poſt contractas inimicitias, Decian. tractat.crim.part.1.lib.4.cap.6. num. 101. Carol. de Graſſ. de effectu 1.num.912.in fine, Ciarlin.controv.foren.cap. 53.num.24.lib.1. Fajardo allegat. 6.num.2. Riccius in praxi, reſol.59.p.2. Scialoya de foro compet.cap.7.num. 67. Ambroſin. de immun.Eccl.cap.19.num.8. verſic. Et cùm inter.

Ideoque Clericus primæ tonſuræ, aut minorum or-
21 dinum habitum clericalem reaſſumens ad committendum delictum, non gaudet privilegio forri Eccleſiaſtici, quia cùm ad ſtatum laicalem redierat, dimittendo habitum clericalem, non debet illi prodeſſe, ad delinquendum, vel ad eludendum judicium ſæculare quod habitum clericalem reaſſumat, ex quo infinitus penè reorum numerus ſic poſſet eludere judicium, & impune delinquere, ita Gambacurta de immun. Eccleſiæ, lib.7.cap.31.num.13. docet, & probat Cutel. de immun. Eccleſ. lib.6.q.33. num. 13. & 14. idem docent Carol. de Graſſ. de effect. Cleric.effectu, 1. nu. 911. Thom. del Bene, de imm. Eccl. tom. 1. cap. 4. dub.8.num. 25. verſic. Hæc autem, quid quid cum aliis aliter teneat Caſtr. Palaus in oper. mor.part.2.tract.12. diſp.unica, punct.3. n.2. niſi ante aliquod tempus ad arbitrium boni viri probetur reaſſumpſiſſe habitum clericalem, idem Gambacurta de immun. Eccleſ.lib.7.cap. 14. ſub n.13. hujuſmodique arbitrium regulandum eſt, ſi reaſſumptio habitus clericalis facta ſit, parùm ante delictum, vel poſt contractas inimicitias, juxta tradita, n. 20.

Nono in Clerico primæ tonſuræ, aut minorum or-
22 dinum, qui ſolitus erat deferre habitum clericalem, & tonſuram, ſi dimiſſo habitu clericali homicidium committit, & ſine Clericali habitu à laica poteſtate captus fuerit, ſi alia requiſita Concilii Tridentini ſervare conſuevit, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, quia ab uſu frequenti denominatio deſumenda eſt, & non præſumitur dimiſiſſe habitum clericalem animo illum deſerendi, ſed ut commodiùs delictum perpetraret, ſic declaraſſe Sacram Congregationem Cardinalium teſtantur Bonacina de legib. diſp. 10. punct.1.quæſt.1.§.4.num.14. Martian.Antonin.lib.3.reſol.48. ſub num. 7. ita deciſum in Sacro Concilio Neapolitano referunt Squillante de privil. Cler. cap.7.dub. 1.numur.10.Tapia de jure Regni perſon.num.25.Riccius collect.1610.verſic. Et primo, Marinis reſol. jur. lib.1. cap. 50.num.5.Thoro in compen.dec. part.1.verbo Clericus ſi dimiſſo habitu, fol. 97. & part. 3. ſect. 3. verbo remiſſio petita, in fine, verſic. quod Clericus dimiſſo, fol. 63. & docent etiam Capiblanc. de Baronib. part.1. prag.8.numer.34.Riccius in prax.tom.1.reſol.530.num. 5.6.& 7. Genuen.in prax. Archiep.Neapol.cap.38.num. 6. in fine, Carol.de Graſſ.de effect. Cler. effect.1.numer. 910.Bellet. diſq. Cler.part. 1. tit. de favor. Cler. perſonali, §.8.num.14.verſic. Reſpondeo, Ciarlin.contr. foren. libr.1.capit.20.numer.56. Sperel. dec.26.numer.25.libr. 1.Caſtr. Palaus in oper.mor.part.2.tract.12. diſp.unica, punct.2.nu. 7. verſic. At ſi ex aliquo, Barboſa de poteſt.Epiſc.part.2.alleg.12.numer. 20. Guazin. defen.20, cap. 9. ſub numer. 37. Diana reſol. mor. part. tract.2.reſol.34. aliàs 33. in fine, & part. 4. tract. 1. reſol.18.& in coordinat.part.9.tract.2.reſol.121.num.1.ad medium, & reſ. 122. numer. 1. & 2. Thom. del Bene de immun. Eccl. tom.1.cap.4.dub.8.num.20.Sperel. dec.26.num.25. libr. 1.

Sed dura videtur hæc reſolutio hujus novi caſus, ut 23
ex ipſo delicto homicidii per clericum patrato, ac opera rei illicitæ præſtita, ipſe commodum ſentire debuerit, contra jura expreſſa, quæ referunt Cardoſo in prax. jud. verbo delictum, n.7.Barboſa axiomate 44.n.3. & axiomate 144. n. 3. ideoque contrariam ſententiam docent Cutel.de immun.Eccl.lib.2. quæſt. 34. num. 5. & 6. multis citatis Vivius, & Regens Vico, ille dec. 512. num. 13. iſte ad pragmat. Reg. Sard. tom. 1. tit.7.capit. 12. num. 13.

Decimo in Clerico primæ tonſuræ, aut minorum 24
ordinum, qui continuo habitum clericalem, & tonſuram defert, ſi ſemel habitum clericalem, & tonſuram dimittit, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, concurrentibus aliis requiſitis Concilii Tridentini, Farinac. in prax.part.1.q.8.num.68. Jul. Clar. §. fin. quæſt. 36.num.16. Sanchez de matrimon.lib.7.diſput. 46, num. 8. Riccius collect. 956. verſic. Limita tertio, Ciarlin. controv. foren.libr.1.cap.53.numer. 16. Piaſec. in prax. Epiſcop. part. 2. cap. 1. num. 14. verſic. Excuſaretur, Ugolin. de poteſt. Epiſc.cap.12.§.6.numer.3. Vivianus in prax. jur. patron.part.5.lib.15.cap.4.num. 7. Barboſa de poteſt.Epiſc.part.2.allegat.9.num. 20. & in collect.ad Concil.Trident.ſeſſ.14.de refor.c.7.num.8.& de jure Eccleſ. univ.lib.1.cap.40. num. 32. Thom. del Bene de immun.Eccl.tom.1.cap.4.dub.8.nu.24. Idem ſi bis, vel ter, Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom.1.cap.4.dub.8.n. 23.Idem ſi aliquando, Diana reſol. mor.p.1. tract.2.reſ. 34. aliàs 33. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſol.121. Gratian.diſcept.foren.cap.440. num. 4. Ciarlin.controv. foren.lib.1.cap.53.num.16. Thom. del Bene de imm.Eccleſ.tom.1.cap.4.dub.8.nu. 15. Idem ſi ad breve tempus, Barboſa in collect.ad Concil. Trident. ſeſſ.23.de reform. cap.6. num. 22. verſic. Si enim, & de jure Eccleſ.univ. lib.1.cap.39.§.2.n. 23. alios addit Daniel de Nobilibus diſp.31.n. 57. 58. & 59.

Quia licèt per dimiſſionem habitus, vel tonſuræ, vel 25
utriuſque privilegium fori Eccleſiaſtici amittatur, etiam quod non præcedat monitio, Thom. del Bene de imm. Eccl. tom. 1. cap. 4. dub. 8. numer. 23. Fajardo allegat. 5. ſub num. 14. & alii citati dec. 127. numer.27. & ſupra, num. 2. & 3. Tamen non quælibet dimiſſio habitus clericalis, & tonſuræ privat Clericum prima tonſura initiatum, aut in minoribus ordinibus conſtitutum privilegio fori Eccleſiaſtici, Maſcard. de gener. ſtat. interpret. concluſ. 1. numer.111. Sanchez de matrimon.lib.7.diſp.46.num. 8. Gambacurta de immun. Eccleſ.lib.7.cap.13.num.15. in fine. Sed debet eſſe totalis continua dimiſſio, Bonacina de legib. diſp.10.qu.2. punct.1.§.4.numer.16. paulo ante finem, Daniel de Nobilibus diſp.51.numer.57.verſic.Unde, Marinis libr. 2. reſol. jur.alleg.132.num.7. Ciarlin. lib. 1. controver. foren.cap.53.num.16. Barboſa de poteſt. Epiſc. part.2. alleg. 12. numer. 27. per annum, Sperel. dec. 26. numer. 9. libr. 1. vel per plures dies ante delictum, Ciarlin. controv.foren.libr.1.cap.20. numer. 57. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect. 1. numer. 911. & cum tali perſeverantia, ut ille communiter exiſtimetur laicus, Farinac.in prax.part.1.quæſt.8. numer. 68. Maſcard. de gener. ſtat. interpret. concluſ. 1. num. 111. Genuen. in prax. Archiep.Neapol. cap. 7. ſub numer. 5.& in addit. numer. 11. Gratian. discept. foren. cap. 9. numer. 9. & capit.440.numer. 4. & 5. Riccius collectan. 956. verſic. Limita tertio. Daniel de Nobilibus diſp. 31. numer.58. Piaſec. in prax. Episc. part. 2.capit.3.numer.14.verſic. Excuſaretur, Ugolin.de poteſt. Epiſc.cap.32.§.6.num. 3.Vivian. in prax. jur. patron.part. 5.lib.16.cap.4.num. 7.Decian.tract.crim.part.1.lib.4.cap.9.numer. 109.Fermoſin.in cap.2.quæſt. 6. numer. 3. de foro compet. Marinis libr. 1.reſol. jur. capit. 50. numer. 3. Guazin. defen. 10. cap. 9. ſub numer. 37. Barboſa de poteſt. Epiſc. part. 2. alleg.9.num. 20. in fine, & in collectan.ad Con-

cil.

*cil.Trident. ſeſſ.*14.*de refor.cap.* 6. *num.* 7. *& in cap.tua* 3. *numer.* 3. *in fine de Apoſt. & de jure Eccleſ.univ. lib.* 1. *cap.* 40. *numer.* 32. Ciarlin. *controv. forenſ. libr.* 1.*cap.*20.*numer.*57. *& cap.* 53. *numer.* 16. Layman. *in Theolog. moral. lib.*4.*tract.*6.*cap.*6.*num.*2. *effert.* 1. Suarez *de cenſur.diſp.*22.*ſect.numer.* 33. Diana *reſol.moral. part.* 1.*tract.*2. *reſol.* 34. *aliàs* 33. *in princ. & in coordinat.part.*9.*tract.*2.*reſol.*321.*num.* 1. Sperel. *dec.*26.*num.* 3. *&* 4. *libr.* 2. Thom del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.*4.*dub.*8.*numer.* 15. *&* 23. Sed quia difficile eſt cognoſcere, quo animo Clericus depoſuerit habitum clericalem, & tonſuram, ut perdat privilegium fori Eccleſiaſtici, Sylveſter dat tria ſigna, ex quibus id cognoſcatur, *in ſumm.verbo Apoſtaſia*, §.11.*verſic. Si vero ſit in minoribus*, alia tria addit Gambacurta *de imm. Eccl.lib.*7.*cap.*13.*n.*12. Ubi in ſexto ſigno inquit, ſi diutius incedit ſine habitu, & tonſura per tres, quatuorve menſes, aut etiam tempore longiore, ita ut omnino acceperit habitum laicalem, & Clerico omnino indecentem.

56 Sed adverte, quod licèt totalis dimiſſio habitus clericalis cum perſeverantia privet Clericum primæ tonſuræ, aut minorum ordinum fori Eccleſiaſtici privilegio, ut dicunt doctores citati *n.* 25. intelligendum eſt revocabiliter, & temporaliter, ſcilicet pro tempore quo habitum clericalem non geſtaverit; tametſi dimiſſio eſſet diuturna, & per tempus notabile; ſecùs autem ſi Clericus iſte habitum clericalem reaſſumpſiſſet, & illum geſtaverit; nam tunc gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, quia ob non delationem habitus clericalis ſuſpenditur quidem privilegium fori, non autem prorſus amittitur, *Clementina* 1. *ibi*: *Quandiu in præmiſſis ſteterit, de vita, & honeſt. Cler. cap. fin. eod. tit.* Covar. *pract. cap.* 21. *num.* 7. *verſic. Quinto*, Jul. Clar. §. *fin.qu.*16. *numer.* 16. *verſic. Sed quid*, plures citat Borrell. in addit ad Bellug. *in ſpecul. Princip. rub.*11. §. *videamus*, *litera A. verſic. Habitus tamen*, *& in ſum. deciſ. part.* 1. *titul. de Cler. conjugat. numer.* 12. Riccius *in prax. part.* 3. *reſol.* 115. Marinis *reſol. jur.libr.*1.*cap.*58.*numer.* 4. *&* 5. Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 85. *&* 324. Reg. Mattheu *de reg. Reg. Valen. cap.* 7. §. 2. *num.* 26. Pet. Barboſa *in l. Titia.*35.*numer.* 33. *ff. ſolut. matr.* Suarez *de immunit. Eccleſ.lib.*3.*cap.*27.*numer.* 18. Diana *reſol. mor.part.* 1. *tract.* 2. *reſol.*80. *aliàs* 79. *& in coordinat. part.* 9. *tr.* 2. *reſol.* 148. Martha *de juriſdict. part.* 2. *cap.* 32. *numer.* 39. *in fine*, *& numer.* 40. Pereyra *de man. reg. part.* 2. *cap.* 26. *numer.* 8. *verſic. Sed viſum fuit*, *ibi*: *Verum ergo eſt*, Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *in paſt. reg. part.* 3. *voto* 3. *num.* 21. *& de compet. juriſdict. quæſt.* 93. *numer.* 2. Fajardo *allegat.* 5. *ſub numer.* 14. Thoro *in compend. dec. part.* 3. *ſect.* 3. *verbo remiſſio*, *fol.* 77. pulchrè pluribus probat, reprobatis contrariis, Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *diſp.* 46. *numer.*28.28.29. *&* 30. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ.tom.*1.*cap.*4.*dub.*8.*numer.*24. *& latè dub.* 25. *à num.* 1. Marian.Anton.*lib.*3.*reſol.* 48. *numer.* 8. Vivius *deciſ.* 512. *à numer.* 10. Guazin. *defen.* 20. *cap.* 9. *ſub numer.* 57. Sperel.*dec.* 26. *numer.* 18. 20. 21. *&* 22. *& dec.* 66. *numer.* 29. *verſic. Hæc concluſ. libr.* 1. Caſtr. Palaus *in oper. mor. part.*4.*tract.* 12. *diſp. unic. punct.* 3. *numer.* 1. Jul.Chartar. *dec.*17.*numer.* 15. Anſaldus *de juriſd.part.* 4.*tit.*11. *cap.* 8. *à numer.* 49. *ad* 60. Auguſt. Barboſa *de jure Eccl. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *numer.* 27. *in fine*, alios plures citat Ciarlin. *contr. for. lib.* 1. *cap.*53.*num.* 20. *&* 21. Niſi reaſſumpſiſſet habitum clericalem in fraudem, *ut dixi*, *numer.* 19. 20. *&* 21. Verum tamen eſt, quod habitus, & tonſuræ reaſſumptio non ſufficit, ut cenſeatur quis Clericus, But. *in cap.* 1. *de apoſtat.* Abbas *in capit. ex parte el* 3. *de privileg.* quos citat Capycius *dec.* 161. *numer.* 5. niſi cum reaſſumptione adſint Clericatus requiſita juxta diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini, & benè probatur per Vivium *dec.* 512. Marinis *libr.* 1. *reſol. part. capit.* 46. *num.* 3.

57 Non tamen neceſſe erit, dicunt aliqui, Clericum primæ tonſuræ, aut minorum ordinum reaſſumpſiſſe habitum clericalem per quadrimeſtre ante delictum, ut ſanxit Alexander VI. aliàs IV. in Bulla conceſſa Catholicis Regibus Caſtellæ anno 1461. aliàs anno 1502. penes Cov. *tract. cap.*31.*numer.*6. Avendanno *de exequend. mandat.part.*1.*cap.*22.*numer.* 11. Bovadilla *in polit.libr.*2.*cap.*18.*numer.*101. *& ibi*, *gloſſ. litera*, D. Guttier. *pract.libr.*1.*quæſt.*5.*numer.*3.*verſic. Tertio*, *& numer.* 8. Petrus Barboſa *in l.Tertia*, 35. *numer.*35. *ff. ſol. matr.* Pereyra *de man. Reg. part.* 2. *cap.* 26.*num.* 4. *verſic. Sicut*, Auguſt. Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.* 2.*allegat.*12. *ſub numer.* 21. Carleval *de jud. lib.* 1.*diſp.* 2.*numer.* 866. *ad medium*, *verſic. & ex bullis*, Pareja *de inſtrum. edit.tom.*1.*tit.*5.*reſol.* 8. *numer.* 23. Vela *diſſert.* 44. *numer.*84. *in fine*, Ciarlin. *contr. forenſ.lib.*1. *cap.*53. *numer.* 25. Quod quadrimeſtre poſtea ad ſemeſtre prorogatum fuit per alteram Bullam Pii IV. promulgatam à Nuntio Curiato in Regno Caſtellæ ex poſtulatione Regis noſtri Philippi Secundi, *ut patet ex l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 1. *recopil.* Guttier. *pract. lib.* 1.*quæſt.* 5.*numer.* 3. *verſic. Tertio*, *& numer.*8. Sanchez *de matrimon.lib.*7.*diſp.*46.*num.*10.Ciarlin.*contr.forenſ. lib.* 1. *cap.*53.*numer.*25. Carleval *de jud. lib.* 1. *diſput.*2. *num.* 866. *ad medium*, Pareja *de inſtrum. edit.tom.*1.*tit.*5.*reſol.* 8. *num.* 23. *in fine*, Vela *diſſert.* 44. *numer.* 8. *tom.* 2. Fajardo *allegat.* 5. *ſub numer.* 14. Similis Bulla per quadrimeſtre conceſſa fuit per Clementem VII. die 19. Januarii 1524. Imperatori Carolo V. pro Regno Siciliæ citra Pharum, Martha *de juriſdict.part.*4. *cap.*135.*numer.*9. Decian. *tract.crim.tom.* 1.*lib.*4.*capit.* 9. *numer.*88. Carleval *de jud. libr.* 1. *diſp.* 2. *num.* 866. *ad medium*. Similis per Clementem VII. Dominationi Venetiæ, meminerunt Gigas *de penſionib. qu.* 94.*numer.*8. Pereyra *de man. Reg. part.*2.*cap.*26.*numer.* 2. *verſic. Sicut*, *in fine*, Similis per Leonem X. Regi Franciæ Franciſco, meminerunt Boer. *dec.* 69. *numer.* 13. Boſſius *de foro compet. numer.* 157. *de juriſdict. part.* 4. *cap.* 135. *numer.* 9. *in princ. & verſic. Item Leo*, Covar. *pract. cap.* 31. *numer.* 6. Bovadilla *in polit.lib.*2.*cap.*18.*num.*101. Petr. Barboſa *in l. Titia* 35.*num.* 35. *ff. ſoluto matr.* Auguſt. Barboſa *de poteſt. Epiſc.part.*2. *allegat.* 12. *ſub num.* 21. Pereyra *de man. Reg. part.* 2. *cap.* 26.*numer.* 4. *verſic. Sicut ante finem*, Carleval *de jud. lib.* 1. *diſp.* 2. *numer.* 866. *ad medium*, Vela *diſſert.* 44. *numer.* 82. *tom.* 2. & integrè refert Caſſanæus *in conſuet. Burgund. rub.* 1. §. 5. *verbo ſil nagrace*, *num.* 51. In Regno Portugalliæ adeſt Bulla Pii II. conceſſa Regi Alphonſo V. de qua Barboſa *in l. Titia* 35. *numer.* 35. *ff. ſol. matr.* & alia per Julium III. anno 1551. refert Pereyra *de man. Reg. part.* 2. *capit.* 26. *numer.* 4. *verſic. Apud nos*, *& num.* 9. Quia inquit Ciarlin. iſtas conſtitutiones eſſe locales, & in ſuis partibus non eſſe in uſu, *contr. forenſ.lib.*1.*cap.*53.*num.* 25. & quod iſtæ conſtitutiones ſint locales, & non poſſint extendi ultra Regna, quibus conceſſæ fuerunt, Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſdict. quæſt.* 93. *numer.* 9. Et addunt aliqui prædictas conſtitutiones jam hodie non ſuffragari illis partibus, quibus conceſſæ fuerunt, & ſic ſecundùm Concilii Tridentini deciſionem judicandum eſſe, cùm in ultimis verbis Concilii Tridentini *ſeſſ.* 23. *de reform.cap.*6. derogentur omnes conſuetudines, & privilegia in contrarium, ut advertit Valaſc. *alleg.* 11. *num.* 5. *&* 15. *tom.* 1. & innuit Bovadilla *in polit. lib.*2.*cap.* 19. *à numer.* 15. & Suarez *de imm. Eccleſ.lib.*4.*cap.*27. *num.* 12. quos citat Barboſa *de poteſt. Epiſc.part.* 2. *allegat* 12. *num.* 21. *in fine*. Probat tamen Valaſcus *allegat.* 13. *numer.* 253. inceſſum habitu, & tonſura ſaltem probari debere per ſex menſes ante delictum commiſſum, ut Clericus in minoribus fori privilegio uti poſſit, & refert Thoro *in compend. deciſ. part.* 3. *ſect.* 3. *verbo remiſſio cauſa*, *col.* 3. *verſic. Tamen*, *fol.* 132. tu cogita.

Notandum verò, quod ſi Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum dimiſit habitum clericalem, poteſt illum reaſſumere abſque licentia Epiſcopi, etiam ſi in Synodo hoc fieri Clericis prohibitum eſſet, gaudetque privilegio fori Eccleſiaſtici, ut rectè dixerunt, & deciſum teſtantur Riccius *deciſ. Archiepiſ. Neapol.* 168. *part.* 2. Carena *reſol.* 11. *numer.* 16. *in fine*, Squillante *de privil.Cler.cap.*6.*dub.*1. 58

num. 19. Vivius dec. 502. Diana reſol. mor. part. 4. tract. 1. reſol. 18. verſic. Notandum, & in coordin. part. 9. trac. 2. reſol. 122. numer. 3. Thom. del Bene de imm. Eccl. to. 1. cap. 4. dub. 8. ſub numer. 24. Sperel. dec. 26. nnmer. 19. lib. 1. Novarius ad prag. Reg. Neapol. prag. 4. collect. 5. numer. 12. de Clericis, benè Marinis lib. 1. reſol. jur. cap. 49. toto, qui numer. 5. refert deciſionem ſacræ Congregationis, & lib. 1. alleg. 132. à numer. 3. verſic. Nec obſtat, uſque ad num. 9. quidquid dicant Thoro in compend. dec. part. 3. ſect. 3. verbo remiſſio, fol. 77. Scialoya de foro cap. 7. num. 68. Imo poteſt habitum clericalem reaſſumere, non obſtante irregularitate ſuperveniente, & Epiſcopi prohibitione, ut teſtantur deciſum per Sacram Congregationem Concilii in una Mazarien. 17. Julii. 1630. Tell. in ſelect. canon. capit. 18. num. 20. Barboſa in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 23. de refor. cap. 6. num. 23. & de jure Eccl. univ. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 27. in princ. Daniel de Nobilibus in addit. ad diſput. 31. num. 6. in fine, Carena reſol. 11. num. 16. in princ. Novarius ad prag. Reg. Neapol. prag. 4. collect. 5. n. 12. verſic. Et nota, de Clericis, Thom. del Bene de imm. Eccl. tom. 1. cap. 4. dub. 25. n. 9. quidquid dicant Carol. de Graſſ. & ab eo relati de effect. Cler. effect. 1. num. 1290. quia contra eum, & alios eſt verior ſententia, ut per Sperel. dec. 66. num. 30. lib. 1.

29 Habitus clericalis ordini congruens, (qui conſiſtit in veſtibus, Daniel de Nobilibus diſp. 31. num. 47. & in tonſura, ut dixi dec. 127. num. 24.) ad effectum, ut Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, quis dicatur; Tractant remiſſivè ad Bonacin. Covar. Clar. & Ambroſin. locis hic, & num. 33. allegandis, Diana reſol. mor. part. 1. tract. 2. reſol. 28. aliàs 27. in fine, & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſol. 121. numer. 2. in fine, Paz. in prax. tom. 2. prælud. 2. num. 7. Barboſa in cap. unico, num. 5. de Cler. conjug. in 6. & in clement. 2. num. 2. de vita, & honeſt. Cler. Sed Reſpondetur, in jure ſtatutum, & determinatum non reperiri, ut teſtantur gloſſ. verbo ſæcularis, in clement. 1. de elect. Farinac. in praxi, part. 1. qu. 8. num. 69. Marian. Anton. lib. 3. reſol. 49. num. 1. Guazin. defen. 1. cap. 3. num. 3. Jul. Clar. §. fin. qu. 36. num. 13. verſic. Dixi. Sperel. dec. 17. num. 44. lib. 1. Ciarlin. controv. foren. lib. 1. cap. 20. num. 54. Barboſa de poteſt. Epiſc. part. 2. alleg. 9. num. 1. & de jure Eccleſ. univ. libr. 1. cap. 40. numer. 20. & in cap. Clerici 15. numer. 12. de vita & honeſt. Cler. Daniel de Nobilibus diſp. 31. numer. 48. Cevallos com. con. com. quæſt. 563. num. 6. Caſtr. Palaus in oper. mor. part. 4. pract. 27. diſp. unica, punct. 18. ſub nu. 1. Borrell. in addit. ad Bellugam, rub. 11. §. videamus, litera B. verbo veſtes Sanchez de matrim. lib. 7. diſput. 46. num. 6. Scaccia de jud. part. 1. cap. 11. numer. 84. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. in prælud. num. 271. & ſub numer. 272. Zerola in prax. Epiſcop. part. 1. verbo Clericus, §. 14. Ambroſin. de imm. Eccl. cap. 23. num. 8. Anſaldus de juriſdict. part. 2. tit. 11. cap. 35. num. 39. Riccius de pub. jud. quæſt. 35. numer. 32. verſic. Circa veſtes, in fine, Menoch. de arbitr. jud. caſ. 392. numer. 33. Pereyra de man. Reg. part. 2. cap. 16. n. 3. verſic. Quod autem.

30 Sed Epiſcopi arbitrio habitus clericalis ordini congruens remittitur per Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. de refor. cap. 6. Borell. in addit. ad Bellug. in ſpec. Princip. rub. 11. §. videamus, litera B. verſic. Veſtes, Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. numer. 96. Sperell. dec. 17. numer. 44. verſic. Sed Epiſcopi, lib. 1. notant Thom. del Bene de imm. Eccl. tom. 1. capit. 4. dub. 28. numer. 5. Fajard. alleg. 5. numer. 14. verſic. Nec dici.

31 Poteſt tamen Epiſcopus in Diœceſana Synodo habitum clericalem taxare, & præſcribere, ſeu illius formam tradere, ut deducitur ex Concilio Tridentino ſeſſ. 14. de refor. cap. 6. ibi: *Honeſtum habitum clericalem illius ordini, & dignitati congruentem, & juxta ipſius Epiſcopi ordinationem, & mandatum.* Sperel. dec. 66. num. 7. lib. 1. Fajardo allegat. 5. numer. 14. verſic. Et additur.

32 Et ſic ſi Clericus habitum clericalem geſtare intendit ad effectum gaudendi privilegio fori Eccleſiaſtici, poteſt Epiſcopus eum cogere, ut illum honeſtum, & decentem deferat, ſive in majoribus, ſive in minoribus ſit Ordinibus conſtitutus, tam ſi eſt Beneficiatus, ſive non Beneficiatus, ut habetur in cap. nullus, & per totum, quæſt. 4. clem. 2. de vita, & honeſt. Clericor. Socin. in cap. tuæ, num. 3. de apoſtat. Riccius dec. 162. numer. 4. part. 1. & in praxi, reſol. 29. Sperel. dec. 66. num. 6. par. 1. Reg. Vico ad prag. Reg. Sardin. tom. 1. tit. 7. capit. 12. numer. 16.

33 Quia taxatione Epiſcopi deficiente, ille dicitur habitus clericalis ordini congruens, qui conſuetudine, & communi Clericorum uſu, in ea Diœceſi, Provincia, ſive Regione receptus eſt, & ex cujus aſpectu à quocumque Clericus judicetur, ſive in Sacris, ſive prima tonſura, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus ſit, ſive Beneficiatus, ſive non Beneficiatus, quia verba ſemper ſunt intelligenda juxta ſenſum, qui vulgo, & communi uſu loquendi receptus eſt cum conſuetudine Provinciæ, gloſſ. in Can. ſi quis virorum 15. verbo veſte 30. diſt. quæ notat ſufficere, ut quis veſte utatur ſecundùm conſuetudinem Regionis, & infert, quod Clerici tranſmontani non coguntur uti veſtibus affibulatis, ut Itali, non obſtante nova conſtitutione ſuper hoc emanata circa vitam, & honeſtatem Clericorum, datque rationem, quia lex debet convenire conſuetudini, & hoc idem notavit gloſſ. verbo deauratis, in cap. Clerici 15. de vita, & honeſt. Cler. quæ docet, quod Clerici debent ſe conformare in veſtibus conſuetudini Regionis, ne videantur hipocritæ, & ne vileſcat dignitas clericalis, & hac de re eſt tex. inſignis in can. fin. 41. diſt. ubi habetur, quod in cibis, ac in veſtimentis ſervandi ſunt mores eorum, cum quibus vivimus, nam qui contemptis his, cum quibus vivit, lautiora ſibi, aut auſteriora veſtimenta, vel alimenta quærit, aut intemperans ſui, aut ſuperſtitioſus eſt, nam qui facit, quod alii ſuæ profeſſionis communiter faciunt, non ſolum affectationem vitat, quæ tàm in ſordibus, quàm in deliciis conſiſtit, can. 1. diſt. 41. verùm, & etiam pericula vitiorum declinat, quæ ſæpè ſub ſpecie virtutum latenter ſubintrant, ut dicit tex. in can. ſæpè 41. diſt. & ſic in veſtitu, nec ornatus, nec ſordes conſiderantur, ſed quid locis, quid temporibus, & quid perſonis conveniat, diligenter attendendum eſſe voluit gloſſ. verbo quid, in ſumm. 21. q. 4. quæ tenet, quod Clerici poſſunt ſecundùm conſuetudinem regionis etiam pretioſis veſtibus uti, ut conforment ſe moribus eorum, inter quos vivunt, ne vileſcat dignitas clericalis. Ita poſt antiquiores docent ex Juriſconſultis in conſiliis Alexander conſ. 8. in fine libr. 1. & conſ. 149. numer. 12. libr. 6. Fulgoſ. conſ. 142. Rolan. conſ. 4. numer. 23. libr. 1. Burgos de Paz conſ. 22. numer. 4. & 5. Valenzuela conſ. 8. num. 20. tom. 1. Menochius conſ. 392. à num. 33. libr. 4. & in tractatibus Diaz in prax. crim. capit. 78. Covar. pract. capit. 31. numer. 7. verſic. Quinto, Jul. Clar. §. fin. quæſt. 36. numer. 13. & 14. Cucus inſtit. major. lib. 3. tit. 9. numer. 71. & 74. Borrell. in addit. ad Bellugam in ſpecul. Princip. rub. 11. §. videamus, litera B. verbo veſtes, Decian. tract. crim. part. 1. lib. 4. cap. 9. num. 96. & 98. Maſcard. de gener. ſtat. interpræt. concluſ. 1. nu. 128. Martha de juriſdict. part. 2. cap. 34. numer. 41. Marian. Antonin. libr. 3. reſol. 48. numer. 1. verſic. Quæ opinio, Farinac. in prax. part. 1. quæſt. 8. num. 69. Guazin. defen. 1. cap. 3. num. 3. Ciarlin. controv. forenſ. lib. 1. cap. 20. numer. 54. Ricciul. de jure perſon. lib. 1. cap. 6. à numer. 1. Anſaldus de juriſdict. part. 2. tit. 11. cap. 33. numer. 41. Scaccia de jud. libr. 1. cap. 11. numer. 84. & 87. Zerola in prax. Epiſc. part. 1. verbo Clericus, §. 14. Avendanno de exeq. mand. lib. 1. cap. 22. numer. 16. Bellet. diſq. Cler. part. 1. tit. de diſcipl. Cler. §. 16. à numer. 12. Pacian. de probat. libr. 2. cap. 34. numer. 35. & 36. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. in prælud. numer. 270. & 271. & effect. 1. numer. 914. Vivianus in prax. jur. patron. part. 2. libr. 6. cap. 1. num. 72. part. 3. libr. 15. cap. 4. à num. 9. Cenedo pract. libr. 1. quæſt. 4. numer.

30. Ugo-

30. Ugolin. de poteſt. Epiſc. cap. 12. ſub num. 3. verſic. Verùm quales, Capiblanc. prag. 8. part. 3. num. 32. & 33. Daniel de Nobilibus diſp. 31. numer. 48. Thom. Valaſc. alleg. 11. tota tom. 1. Piaſec. in prax. Epiſc. par. 2. cap. 3. num. 14. Riccius de public. jud. quæſt. 35. numer. 31. verſic. Circa veſtes, Reg. Vico ad prag. Reg. Sard. tom. 1. tit. 7. cap. 12. numer. 17. Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 23. numer. 13. Riccius in praxi, part. 3. reſol. 496. Garcia de benef. part. 7. cap. 1. numer. 21. & 22. Barboſa in ſum. 21. q. 1. & in cap. Clerici 15. num. 12. de vita, & honeſt. Cler. & de poteſt. Epiſc. part. 2. alleg. 9. numer. 2. & 9. in fine, & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 40. numer. 10. Cutel. de immun. Eccleſ. libr. 2. qu. 28. numer. 3. & quæſt. 33. numer. 7. Pereyra de manut. Reg. part. 2. cap. 26. ſub num. 2. Scialoya de foro compet. cap. 8. numer. 23. Ex deciſionibus Capel. Tholoſanæ deciſ. 227. & 252. Riccius deciſ. 162. num. 5. verſ. Et tales veſtes, part. 2. Borrell. in ſum. deciſ. part. 1. tit. 11. numer. 39. & 40. Navarius ad pag. Reg. Neapol. in rub. collect. 1. numer. 3. & 6. de veſtium, & famul. prohib. ubi teſtatur reſpectu veſtium clericalium ſanciendo determinaſſe Sacram Eminentiſſimorum Cardinalium Congregationem, Sperel. deciſ. 17. numer. 44. verſic. Sed Epiſcopi, & deciſ. 26. ſub numer. 17. & deciſ. 66. numer. 8. lib. 1. Reg. Mattheu de reg. Reg. Valen. cap. 7. §. 1. num. 176. Ex Theologis, Summa Confeſſ. lib. 3. tit. 7. quæſt. 1. Soto de juſt. & jure, part. 1. quæſt. 5. art. 2. concluſ. 3. Azor. inſtitut. mor. lib. 13. capit. ult. quæſt. fin. Bonacina de legib. diſput. 10. quæſt. 2. punc. 1. §. 4. numer. 17. Suarez de legib. libr. 10. cap. 4. num. 15. & capit. 17. numer. 6. & in defen. fidei, lib. 4. capit. 34. numer. 16. Sanchez de matrim. libr. 7. diſp. 46. numer. 6. & in opuſc. mor. lib. 7. cap. 1. dub. 49. numer. 2. Reginald. in praxi fori pœnit. libr. 3. tract. 3. numer. 14. Filliucius tract. 41. de benef. cap. 5. numer. 14. Villalobos in ſum. mor. part. 1. tract. 11. diff. 16. numer. 2. Caſtr. Palaus in oper. mor. part. 4. tract. 27. diſput. unica, punct. 28. numer. 1. in fine, Diana reſol. mor. par. 3. tr. 1. reſol. 63. & in coordinat. par. 9. tract. 2. reſol. 126. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 2. cap. 4. dub. 28. num. 9. & 12. verſ. At ex dictis, Gibalin. de ſacra juriſdict. in ſynop. verbo. Habitus, num. 1. Trullench. de ſacramen. 6. cap. 10. n. 1. & 2. ubi tradit quis ſit habitus præſcriptus in Regno Valentiæ.

Addo quod ſi conſuetudo non haberet diverſitatem
34 aliquam inter habitum clericalem, & laicorum, illa eſſet nihilominus attendenda, ut dicit Foller. in prax. crim. verbo Audiantur excuſatores, quem referunt, & ſequuntur Farinac. in prax. p. 1. quæſt. 8. numer. 69. pact. princ. Guazin. defen. 1. cap. 3. ſub num. 3. Ambroſin. de immunit. Eccleſ. c. 23. num. 13. verſic. Qui enim, ante finem, & alii ex citatis, num. 33.

Ideo Clericus conjugtus non oportet, quod utatur
35 habitu clericali, quo utuntur Clerici in Sacris, vel Beneficiati, vel alias ſoluti, ſed ſufficit quod incedat in habitu, quo Clerici conjugati ex ejuſdem regionis conſuetudine uti ſolent, ut conſtat ex capite Joannes, ibi, Cùm de conſuetudine terræ tuæ Clerici conjugati non coguntur inviti portare coronam, de Cler. conjugat. ita docent Covar. pract. cap. 31. num. 7. verſic. Quarto, Farinac. in prax. part. 1. queſt. 8. ſub numer. 69. Sanchez de matrimon. lib. 7. diſput. 46. numer. 6. verſic. Quod quidem, Riccius de pub. jud. quæſt. 35. num. 31. verſic. Circa veſtes in fine, Barboſa in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 23. de refor. cap. 6. ſub numer. 34. & de poteſt. Epiſc. part. 2. alleg. 9. numer. 3. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 2. verſic. Secundo, & cap. 40. num. 16. in fine, Suarez de immunit. Eccleſ. cap. 18. num. 4. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. capit. 4. dub. 10. num. 4. & 5. Ciarlin. controv. foren. lib. 1. capit. 35. numer. 17. Et ſic Clericus conjugatus habitum clericalem minimè de conſuetudine portans, gaudet privilegio clericali, ut per Burgos de Pace conſil. 22. num. 6. Barboſa in cap. Joannes 7. num. 2. de Cler. conjugat. Vide Maſcardum hoc declarantem de gener. ſtat. interpret. concluſ. 1. numer. 11. §. ante finem. Atque ita meritò per Magnam Curiam Regni Neapolis Clericus conjugatus, qui non inceſſit in habitu clericali, ſed inceſſit veſtibus ſolitis aſportari juxta morem Regionis, fuit remiſſus ad judicem Eccleſiaſticum, ut teſtantur Novarius ad prag. Reg. Neapol. in rub. collect. 1. numer. 6. de veſtium, & famul. prohibit. & in additionib. ad prag. 4. vero. Et juxta, de chirurg. & barbitonſor. fol. 367. & in opuſculo novi jur. Pontif. ſub numer. 4. titul. de veſtib. clerical. Thoro in ſuppl. deciſ. verbo remiſſio cauſæ Clerici, fol. 569. Scialoya de foro compet. cap. 8. numer. 23. verſic. Unde. ita fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Loro, Conſultoribus Quintana, Oſſet, & Ferrero 20. Octobris 1580. in favorem Joannis Montagut, ut infra, deciſ.
136. num. 5. 36

Verùm ſi non conſtat, qualis ſit conſuetudo, veſtes debent eſſe tales, per quas ſaltem prima facie ille cognoſcatur pro Clerico, & Clericus æſtimetur, & debent pervenire veſtes uſque ad talos, Menoch. de arb. jud. caſu 392. numer. 2. Pacion. de probat. lib. 2. cap. 34. numer. 38. & 39. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. in prælud. numer. 272. Bellet. diſp. Cler. part. 1. tit. de favore Cler. perſon. §. 8. numer. 20. quos citat Ciarlin. controv. forenſ. lib. 1. cap. 53. numer. 18. addo alios infrà, num. 39. Reg. Mattheu. de reg. Reg. Valent. cap. 7. §. 1. ſub num. 176.

Hinc infero, quod habitus clericalis ordini congruens in colore, & forma veſtium conſiſtit, cap. Cle- 37
rici 15. de vita, & honeſt. Cler. gloſſ. in cap. figuratione caſus, de Cler. conjug. in 6. gloſſ. verbo ſæcularis, in fine, in clement. 1. de elect. Sperel. dec. 66. n. 10. lib. 1. Zerola in prax. Epiſc. p. 1. verb. Clericus, §. 14. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. in prælud. à n. 273.

Forma autem habitus clericalis ordini congruens 38
debet eſſe clauſa deſuper, nec nimis longa, nec nimis brevis, cap. Clerici 15. verſic. clauſa deferant, ubi Barboſa n. 12. de vita, & honeſt. Cler. idem Barboſa de poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 9. n. 1. in fine, & de jure Eccleſ. univ. libr. 1. c. 40. nu. 20. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. in prælud. nu. 227. Menoch. de arb. jud. caſu 392. num. 2. qui nu. 3. intelligit, quod dicitur de clauſa, id eſt, de ſecunda veſte vulgo ſotana, ſequitur Ambroſin. de imm. Eccleſ. cap. 23. ſub n. 10.

Debetque habitus clericalis ordini congruens eſſe 39
talaris, id eſt uſque ad pedes vulgo haſta los pies, vel quaſi juxta rationabilem menſuram, vulgo haſta los tovillos, ò cerca, can. penult. 23. diſt. & præter ſupra citatos numer. 36. Calepinus verbo Talare, Ledeſma in ſumm. par. 2. tract. 7. cap. 2. circa 14. concluſ. juxta finem, fol. 384. Zerola in prax. Epiſc. part. 1. verbo Clericus, §. 14. Ambroſin. de imm. Eccl. cap. 23. numer. 12. poſt. princ. Pacian. de probat. cap. 34. num. 38. & 39. lib. 2. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 96. & 97. Bellet. diſq. Cler. part. 1. de diſcipli. Cler. §. 16. nu. 13. Borrell. in ſumm. dec. p. 1. tit. 11. à num. 39. Garcia de benef. part. 7. cap. 1. num. 20. Barboſa de jure Eccl. un. lib. 1. cap. 40. num. 19. & ſub n. 30. & de poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 9. numer. 15. & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 14. de refor. cap. 6. num. 7. Vivian. de jure patronat. part. 2. lib. 6. cap. 1. num. 13. & 72. Daniel de Nobilibus diſp. 31. num. 48. Riccius in prax. part. 4. reſol. 496. & dec. 162. numer. 5. verſic. Et quia in bulla, part. 3. Reg. Vico ad prag. Reg. Sard. tom. 1. tit. 7. cap. 13. ſub num. 17. Gambacurta de immun. Eccl. lib. 7. cap. 13. verſic. Sextum. alios plures addunt Carol. de Graſſ. de effect. Cler. in prælud. num. 273. & 274. Barboſa de poteſt. Epiſc. part. 2. alleg. 9. num. 4.

Ita ut non ſufficiat una veſtis clericalis. Azor. inſt. 40
mor. lib. 13. cap. ult. q. 16. Cenedo pract. lib. 1. q. 4. ſub nu. 30. Sperell. dec. 36. ſub n. 17. lib. 1. Sed debent eſſe omnes veſtes clericales, cap. 1. de Cler. conjugat. in 6. cap. ſi judex laicus, de ſenten. excom. in 6. Farinac. in prax. p. 1. q. 8. n. 95. Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 46. n. 5. exteriores, & interiores, Gratian. diſcept. forens. c. 229. nu. 20. Urſellius concl. 124. verbo Apoſtata o. 32. verſic. Subextende in fine.

Sufficiet tamen, quod pallium ſit talare, licèt toga 41
vulgo ſotana non tangat genua, ut contra Moſcovium de majeſt. milit. Eccl. lib. 1. part. 2. capit. 2. Venerum in examin. Epiſc. libr. 5. cap. 5. numer. 2. Pereyram de man. reg. 2. cap. 26. ſub numer. 3. docent Novarius in novo jure Pontif. concl. 117. numer. 6. Diana reſol. mo-

ral. part.4.tract.1.reſol.91.& in coordinat,part.9.tract. 2.reſol.125. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom.1. cap.4.dub.18. n. 10. Barboſa de jure Eccleſ.univ.libr,1. capit.4.numer.30.& de poteſt.Epiſc.part.2. alleg. 9. numer.15. & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 14. de refor.capit.6.num.7. Fermoſin. in cap. 2. quæſt.9.numer. 1. & 2. de foro compet. Ita ut † non ſit neceſſarium portare duas veſtes longas, ſed una ſufficit, vel pallium, vel toga vulgo lontana, ſic Garcia de benef.par. 7.capit.1.numer. 21.Diana, Thom. del Bene, Barboſa, & Fermoſin. citati num. 41. Quinimò in Regno Caſtellæ Clerici in minoribus ordinibus, ſeu prima ton-
42 ſura conſtituti, non beneficiati, ut gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, ſufficit, quod gerant veſtes talares genua totaliter cooperientes, Barboſa de poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 9. numer. 7. Ciarlin. controv. forenſ.libr. 1.cap. 20. num. 62. idemque eſt in Regno Luſitaniæ, Pereyra de manut. Reg. part. 2. capit. 26. numer. 4. verſic. Sicut, ibi: *Et tandem circa privilegium*.

Sed an Clericus dicatur eſſe in habitu clericali, vel
43 laicali, quando portat veſtem ſuperiorem clericalem, & interiorem, ſive inferiorem laicalem, nempè coloratam, aut viridem? Diſtinguit Franch. in cap. 1. poſt princ. de Cler. conjug. aut appatet illa veſtis inferior colorata, ſeu viridis incedendo, & tunc non diceretur in habitu clericali; aut illa veſtis laicalis colorata, ſeu viridis non apparet, ſed cooperitur per veſtem ſuperiorem clericali, idemque docent in capit. 1. col. 2. in princ. de Cler. conjugat. Anchar. in clem. 2.notat. 4. de vita, & honeſt. Cler. Annan.in cap.1.numer.4.de apoſtat. Scaccia de jud. lib.1. cap.11.numer.96. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effectu 1.numer.1186. Pereyra de man. Regia, part. 2. cap.26. numer. 3. verſic. Unde non nocebit, Sanchez de matr. lib.7. diſput. 46. numer. 5. in fine. Bonacina in particul. diſp. 3. quæſt. 6. punct. 6. numer. 1. verſic. Hoc tamen, Sperell. deciſ. 26. ſub numer. 17. libr. 1. Barboſa in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 14. de reformat. capit. 6. numer. 15. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 40. numer. 31. & de poteſt. Epiſc.part.2.allegat.9. num.15. in fine.

Color verò habitus clericalis ordini congruentis
44 non debet eſſe inhoneſtus, nec indecens, can. perpendimus 21. quæſt. 4. Ambroſin.de imm.Eccleſ.cap.23. numer.12. verſic. Non debet eſſe, Zerola in prax. Epiſc. part.1. verbo Clericus, §. 14. Sed potius debet eſſe niger quàm aliter, Moſcovius de majeſt. milit. Eccleſ. lib.1.part.2. cap. 2. verſic. De habitu autem, Carol. de Graſſ. de effect. Cler. in prælud. numer. 274. verſic. Color vero, Gambacurta de immun. Eccleſ. lib. 7.cap.13. num.11.verſic. Sextum, Venero de exam. Epiſc. lib. 5. cap.5.num.2. Vivan. in prax.jure patron. par.2. lib.6. c. 1.num.13.& 72. Diana reſol. mor. par. 4. tract. 1.reſol. 91. in princ. & in coordinat.part.9.tract.2.reſol.125.numer. 1. Fermoſin. in cap.2.quæſt.9.num.1. in fine, de foro competen. Daniel de Nobilibus diſp. 31. numer. 47. deciſionem Cancellarii Regni Sardiniæ refero, numer. 45.

Rubeus enim color, aut viridis expreſsè clericis
45 improbantur, in cap. Clerici 15. de vita, & honeſt. Cler. & in clement. 2. eod. tit. gloſſ. verbo Quid vero, in ſum.21. quæſt. 4. cùm color rubeus ſolùm Cardinalibus permittatur, & viridis Epiſcopis tantùm, Jul,Clar, §. fin.quæſt.36.num. 14. Menoch. de arb. jud. caſu 392. nu. 12. Riccius deciſ.162.num.5.verſic.Peccat pariter, par. 2. Pereyra de man. Reg. par.2.cap.26.num. in fine princ. Scaccia de judiciis, lib.1.cap.11.nu,85. & 86. Pacian. de probat.lib.2.cap.34.numer. & 39. Carol. de Graſſ. de effect.Cler.in prælud.num.274.verſic. Color, Ambroſin. de immun.Eccleſ.cap.23. ſub n.10.& 14.Valaſc.allegat. 11.num.7.tom.1. Anſald. de juriſdict.part.3.tit.11. cap. 35.num.40.Barboſa de poteſt.Epiſcop. part.2.alleg.9.numer.9.& in cap.Cler.15. numer. 13. de vita, & honeſt. Cler.& de jure Eccleſ.univer.lib.1.cap.40. nu. 21. & 22. Pereyra de Academ. n. 1553. Unde per Cancellarium Regni Sardiniæ Caldantey die 23. Junii 1586. fuit declaratum Antonium Mojano villæ de Montilleo Clericum tonſuratum, nec habitum clericalem, nec tonſuram deferentem, ſed birretum, pallium, & alias veſtes non nigri, ſed rubei, & indecentis coloris non gaudere privilegio fori Eccleſiaſtici.

Et ſicut Clerici prohibentur deferre aliquos co- 46
lores, ita etiam aliquas veſtes, & ornamenta, de quibus in cap. Clerici 15. de vita, & honeſt. Cler.& in clement.2.eodem. tit.Menochius luculenter declarat de arbit.judic.caſu 392.Pacian.de probat.lib.2.ca. 34.num. 39. Jul. Clar.§.fin.quæſt. 36. num. 14. Ambroſin. de immun.Eccleſ.cap.23.numer.9.& 10.Carol.de Graſſ.de effect.Cler. in prælud. à num.273. Farinac. in prax.par.1. quæſt. 8. numer. 69. in fine, Guazin. defen. 1. capit. 3. num.3. in fine, Garcia de benef.part. 7.cap.1.numer.21. in fine, Anſal. de juriſdict.part.2.tit. 11.cap.35.nu.40. Barboſa de jure Eccleſ.univ.lib.1.cap.40. à n. 17. ad 24. & de poteſt.Epiſc.part.2.alleg. 9. à n. 3. ad 9. Sed circa ea quæ prædicti Doctores tradunt ex Capella Tholoſana, & Milleo, antequam ſuper his reſolvas, vide Riccium deciſ. 162. numer. 5. verſic. Inter habitus verò indecentes, part. 2. Pereyra de man. Regia, part. 2. capit. 26. numer. 3. verſic. Ex quo in Curia, Reg. Vico ad prag. Reg. tom. 1. tit. 7. capit. 12. numer. 19.

Tamen omnia quæ dixi circa formam, & colorem 47
habitus clericalis ordini congruentis, & prohibitionem aliquarum veſtium, & ornamentorum à n.37. uſque ad num. 46. intelligenda ſunt ſolummodo præcedere, & eſſe vera, quatenus concurrat etiam regionis conſuetudo ad Clericos Seculares; ſecùs ſi non concurrat regionis conſuetudo, ſi quidem conſuetudo in totum habitum clericalem ordini congruentem definit, ut docent Farinac. in praxi, par.1.quæſt.8.num.69.præcipuè verſic. Et licet. Zerola in prax. Epiſcop. part.1. verbo Clericus n.14.Anſaldus de juriſdict.par. 2.tit. 11. cap. 35.nu.40. & 41. & 42. Ambroſin. de imm. Eccleſ. cap.23. à num. 8. ſignanter, num. 13. Martha de juriſdict.par.2.cap.34.num.41.Carol.de Graſſ.de effect.Cler. in prælud. à num.270. Daniel de Nobilibus diſp. 31. numer.47. & 48.Garcia de benef.part.7.cap.1.nu.20.21.& 22. Villalobos in ſum.mor,tom.1.tract. 11. aiſ.16.nu.2. Thom..del Bene de immun.Eccleſ.tom.1. cap. 4. dub.28. n.9. & 10.verſic. At ex dictis,Caſtr.Palaus in oper.mor. part.4.tract.27.diſp.unica, punct.18. ſub num.1.Barboſa de poteſt. Epiſc.part.2.alleg.9. à num.1.& in cap.Clerici 15. à num.12. de vita, & honeſt.Cler.& de jure Eccleſ. univ.lib.1.cap. 40. à num.17. præcipuè n. 20. & alii citati num.33. quidquid dicat Borrell. in addit.ad Bellug. in ſpecul. Princip. rub. 11. §. videamus, litera B. verbo veſtes in fine.

---

## *ARGUMENTUM.*

## De requiſito ſervitii in Eccleſia, ut Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum, gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici.

### *SUMMARIUM.*

1 *Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus ordinibus conſtitutus deferens clericalem habitum, & tonſuram, inſerviens alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici.*

2 *Epiſcopus tenetur adſcribere ad ſervitium Eccleſiæ Clericum primæ tonſuræ, aut minorum ordinum petentem adſcribi, num. 2. & quid ſi ſine rationabili cauſa noluerit eum adſcribere, num. 3.*

4 *Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum, quo tempore ſit adſcribendus ad ſervitium alicujus Eccleſiæ, ut fori Eccleſiaſtici, privilegio gaudeat, n. 4. & 5.*

6 *Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum, deferens clericalem habitum, & tonſuram, ut gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, an requiratur ſpecialis affixatio, aſſignatio, vel deputatio Epiſcopi ad certum miniſterium in Eccleſia obeundum, an verò ſufficiat generalis, nu. 7. & 8.*

9 Cle-

9 *Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum deferens clericalem habitum, & tonſuram, ut gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, debet omnino inſervire alicui Eccleſiæ in ſpiritualibus, & non in temporalibus, nu.9. & quomodo intelligatur in ſpiritualibus, num.*10. 11, 12,13.14.15. *&* 16. *& quomodo intelligatur in temporalibus, num.*17, 18. *&* 19.

10 *Servitium in Eccleſia ex mandato Epiſcopi aſſignata præſtitum per Clericum primæ tonſuræ, aut minorum ordinum ad effectum gaudendi privilegio fori Eccleſiaſtici ei debet eſſe frequens, continuum, & perſeverativum, ita ut non ſufficiat bis, vel ter, ac interpolatè præſtitum, numer.*21. *rationes referuntur, num.* 22. 23. 24. 25. *&* 26. *quod non eſt ita literaliter, & rigidè intelligendum, ſed moraliter, & explicatur, nu.* 26, *&* 27. *ut ſufficiat ſervitium pro majori parte temporis, num,*28. *niſi adeſſet aliquod impedimentum, num,* 29, *vel non ſtaret per Clericum, ut præſtaret ſervitium, num,* 30.

23 *Habitare eſt verbum frequentativum, nu,*25. *tamen habitare quis dicitur, ubi pro majori parte anni habitat, ſub n.* 28.

31 *Servitium in Eccleſia aſſignata de præſenti debet præſtari per Clericum primæ tonſuræ, aut minorum ordinum, hoc eſt tempore delicti, quo fori Eccleſiaſtici privilegio uti vult, num.* 31, *ratio aſſignatur, num.* 32. *intellige ut in num.*33.

34 *Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum, ut gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, an debeat intereſſe divinis in diebus Dominicis, & feſtivis cum ſuperpelliceo, refertur opinio affirmativa, n.*34. *ſed negativa eſt verior, n.* 34.

39 *Servitium in Eccleſia præſtitum, ut Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum probari debet per plenam probationem, n.*36. *hoc eſt per fidem Rectoris, ſeu Parochi, vel per teſtes, n.*37.

38 *Fides Parochi atteſtantis, de ſervitio præſtito ejus Eccleſiæ an probet abſque juramento, num.* 38, *&* 39,

## DECISIO CXXXII.

CLericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus
1 ordinibus conſtitutus deferens habitum clericalem, & tonſuram, ac etiam inſerviens alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, *Concil, Trident. ſeſſ.* 23, *de refor.cap.*6. Navar. *conſ.*25.*num.*2.*&* 6.*de privil.* Menoch.*conſ*, 912,*nu*,26, *lib.*10. Maſcard,*de prob.concl*,302.*num.* 14. *verſic*, *Quod vero*, Ambroſin,*de imm,Eccleſ.c.*17, *num.* 14. *& c*, 18. *numer.* 24.*verſic.In Clerico*, Unvius *deciſ.*512.*num*,18. Bajard, ad Clar,§.*fin. q.* 36, *num*, 30. quos & alios citat Burgius *de modo procedend.ex abrup. quæſt*, 65. *num*,26. *&* 27. idem Menoch.*lib.*6.*præſump.*76.*num.*41. Guazin, *defen*,20,*cap.*9.*num*,35. Thom. del Bene *de imm,Eccleſ. cap.*4.*pub.*8. *à num.*26.*tom*,1. Vela *diſſert.*45.*nu.*3.*&* 41. *tom.* 2. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet.juriſd,qu.* 83. *num.* 24. plures laudant Daniel de Nobilibus *diſp.*31,*num.* 23. *&* 15. Barboſa *in collect.ad Concil.Trident.ſeſſ.*23.*de refor.cap.*6.*num.*1.*& de poteſt. Epiſc. part.*2.*alleg.*22.*num.* 2. *&* 12, *& dec*, *Apoſt.*157, *num.*11.*verſic. Et iterum*, *& dec*, 362.*n.*1. Sperell.*deciſ.* 26.*num.*4.*lib.*1. & alii innumeri citati *deciſ.* 127.*nu*,1. & infra citandi *dec.* 133. 135. *&* 136. plures deciſiones Cancellarii Cathaloniæ refero infra, *n.*12.13.14,15.*&* 16. *& dec.* 133.*num*....

Sed quæro primò. An Epiſcopus teneatur adſcribe-
2 re ad ſervitium Eccleſiæ Clericum prima tonſura initiatum, aut in minoribus ordinibus conſtitutum petentem adſcribi? Reſp. affirmativè, ita declaratum fuiſſe per ſacram Congregationem Concilii in Valentina 19. Junii 1628, teſtantur Sellius *ſelectar. c.*18.*num.*13, Barboſa *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *de refor. cap.*6.*num.*29.*& de jure Eccleſ.un.lib.*1.*c.*39.§.2.*numer.* 30,*& in ſum.Bullar.verbo Adſcriptio,verſic. Adſcribere, & deciſ.Apoſtol.*45.*num*,1, Daniel de Nobilibus *in addit. ad diſp.* 31.*n.*8.



Et ſi Epiſcopus clericum primæ tonſuræ, aut minorum ordinum petentem adſcribi ad ſervitium Eccleſiæ 3
noluerit ſine rationabili cauſa illum adſcribere, ſeu aſſignare illi Eccleſiam ad eam inſerviendum, cùm tunc per Clericum non ſteterit, ei imputandum non eſt, & ſic iſto caſu deferens clericalem habitum, & tonſuram, deſerviens Eccleſiæ, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ita deciſionem Valentinam Sacræ Congregationis Concilii 29. Junii 1628. referendam *deciſ*, 133, *ſub numer*..... intelligunt Cutel. *de imm, Eccleſ.lib.*2, *q.* 5.*num.* 7, *verſic. Unde animadvertendum*, Thom. del Bene *de imm. Eccleſ, tom*, 1.*cap.*4. *dub*, 8, *num*, 40.

Quæro ſecundò, Quo tempore Clericus primæ ton- 4
ſuræ, aut minorum ordinum ſit adſcribendus ad ſervitium alicujus Eccleſiæ, ut gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici? Reſpondent communiter Doctores, quod tempore ordinationis, adeo quod ſi tempore ordinationis nulli Eccleſiæ per Epiſcopum adſcriptus ſit, ampliùs non poteſt adſcribi, ſic deciſum refert Garcia *de beneſ. part*,2.*cap.*5.*numer.* 101. quem ſequuntur Boſſius *in moralib. tom.*2.*titul.*3.§.8.*numer.*218. Daniel de Nobilibus *in addit.ad diſput*,31.*numer.*8, Barboſa *in collectan.ad Concil.Trident.ſeſſ.*23. *de reformat. cap.*6. *numer.* 33. *& in collectan, Bullar. verbo Adſcriptio in princ. & dec. Apoſt*,45,*num*,3. Don.Didac, Anton. Frances de Urrutigoyti *in paſtor, regul. part.* 3. *voto* 3. *num*, 15, Regens Mattheu *de regimin. Reg. Valen.cap*, 7. §. 1. *numer.* 174. *verſic. Quæ ſententia*, Pereyra *de manu Reg. part.* 2.*cap.*26.*nu.*7.*verſic. An autem*, Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ.tom.* 1. *cap.* 4.*dub.*8.*numer.* 40. *verſic. At quidquid ſit de hoc*, Caſtr. Palaus *in oper. mor. part*,2,*tract*,12.*diſp. unica*, *punct.* 2, *nu.*8.*in fine*.

Verùm ego ſalva pace tantorum virorum contra- 5
rium exiſtimo, quòd non ſit neceſſarium, ut clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum adſcribatur ad ſervitium alicujus Eccleſiæ tempore ordinationis, ut gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, ſed ſufficiat abſcribi ſervitio alicujus Eccleſiæ poſt tempus ordinationis, Tùm quia deciſum fuit per Sacram Congregationem Concilii in nullius 28. Martii 1628. vel in Valentina 28. Martii 1628. Clericum incedentem in habitu, & tonſura deſcriptum in catalogo clericorum, qui in Synodo diœceſana obedientiam præſtit Ordinario, & per paucas vices choro, & proceſſionibus interfuiſſet, attentis circumſtantiis gaudere debere privilegio fori, quamvis alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi non inſerviat, vel beneficium Eccleſiaſticum non habeat; *referam deciſ.*133.*n.* 21. Tum quia per magnã Curiam Regni Neapolis fuit deciſum Dominicum Porti clericum, qui probavit ſervitium in Divinis, non tamen facta aſſignatione loci à ſuo Epiſcopo à quo ordines ſuſceperat, ubi inſervire debuerat, remiſſum fuiſſe ad Curiam Eccleſiaſticam; *referam deciſ*,133.*num.*21. Tum quia in deciſionibus Cancellarii Cathaloniæ referendis, *deciſ.*33.*num.*41. *&* 57. Servitium Eccleſiæ fuit aſſignatum per Vicarios Generales, & Officiales foraneos Epiſcoporum, & nihilominus fuit declaratum, concurrentibus requiſitis Concilii Tridentini, clericos gaudere privilegio fori Eccleſiaſtici.

Quæro tertiò. An requiratur ſpecialis Epiſcopi affi- 6
xatio, deputatio, ſeu aſſignatio ad certum miniſterium in Eccleſia obeundum, ut clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum deferens clericalem habitum, & tonſuram, gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, adeo ut non ſufficiat generalis? Reſpondit affirmativè Pereyra *de manu Reg. part.*2,*cap.*26.*num.*7. *verſic. An autem*, ubi teſtatur ſic judicatum, viſa forma ſacri Concilii.

Sed negativa ſententia eſt verior, ut non requira- 7
tur ſpecialis Epiſcopi affixatio, ſeu deputatio ad certum miniſterium in Eccleſia obeundum, ſed ſufficiat generalis, ut clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum deferens clericalem habitum, & tonſuram gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, quia Concilium Tridentinum, *ſeſſ.* 23, *de refor. c.*6. nullam facit mentionem de ſpeciali affixatione Epiſcopi ad obeun-

dum certum miniſterium in Eccleſia, ſic contra Pereyram docent Diana, *reſol.mor. part.4.tract.reſol,2. & in coordinat. part. 9. tract. 2, reſol. 136, numer, 1, & 2.ubi teſtatur in praxim demonſtrare*, Fermoſin. *in cap.2.qu. 4. num. 7. de foro compet, ubi in fine teſtatur æquius videri juxta Concilii mentem*, Thom. del Bene *de immun.Eccleſ.tom.1.capit.4.dub.8.numer. 36, verſic. Non autem requiritur, ubi teſtatur dictus Pereyra cùm nullo pacto colligatur ex verbis Concilii Tridentini, gratis dicitur, ut omittat, quod eſt contra praxim, & uſum, & num,37.in princ.* Barboſa *de poteſt, Epiſc,part.2.alleg,12,numer. 13.in fine*, Caſtr, Palaus *in oper.mor.part.2,tract,12,diſp. unica, punct.2.numer, 8.verſic. Cæterum credo*, Sic fuit declaratum in Cathalonia gaudere privilegio fori per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Bonet, Magarola, Ferruz, Jover, & Gamis 2. Martii 1615. in favorem Franciſci Caſanoves tonſurati, & de licentia Officialis Eccleſiaſtici villæ de Agramuni in Eccleſia Parochiali dictæ villæ inſervientis, & clericalem habitum deferentis.

8 Ideòque clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum deferens clericalem habitum, & tonſuram inſervire debet Eccleſiæ ab Epiſcopo ſaltem in genere aſſignatæ; ut ſi ab Epiſcopo aſſignatur, ut inſerviat Eccleſiæ, inſerviat etiam ei, cui non debet, quia, & capellæ exiſtenti in Eccleſia, quæ ab Epiſcopo confraternitati laicorum pro oratorio eſſet aſſignata, quia adhuc inſervit Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſic reſpondiſſe Sacram Congregationem Cardinalium teſtantur Riccius *deciſ.154.num.2.part.4.*Proſper de Auguſtino *in addit.ad ſum. Quaranta, verbo Habitus clericorum* Genuen. *in praxi Archiep. Neapol.cap.7. num. 2.* Barboſa *in declarat. ad Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reformat. capit. 6. verſic, An clericus in minoribus, & in collectan. ad Concil. Trident. ſeſſ.23.de reformat.cap. 6. num. 30. & de jure Eccleſ.univer.lib.1.cap.39.§. 2. num. 34.* Diana *reſol.mor.part.1.tract.2.reſol,35.aliàs 34. & in coordin. part.9. tract.2, reſol. 135. numer. 3.* Fermoſin. *in capit. 2.quæſt.4.num.4. verſic. Nota ſecundò, de foro compet.* Daniel de Nobilibus *in addit. ad cap.31. n. 11.* Thom. del Bene *de imun.Eccleſ.omn.1. c. 4. dub. 8. num. 37. in princ.*

Quæro quartò. An clericus primæ tonſuræ, aut
9 minorum ordinum deferens clericalem habitum, & tonſuram, ut gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, debeat omnino inſervire alicui Eccleſię in Spiritualibus, an verò ſufficiat ut inſerviat alicui Eccleſiæ in temporalibus? Reſp.quod omnino debeat inſervire alicui Eccleſiæ in ſpiritualibus, & non in temporalibus, ita poſt Covar.*libr.2.variar.capit.1.numer.9.verſic.Sed ex quo,* Maſull. ad Capyc. *deciſ. 161. numer. 10.* docet. Carol, de Graſ.*de effect. Clericat, effect. 1. numer. 1177*, quem ſequuntur Barboſa *de poteſt.Epiſc.par.2. alleg. 12. ſub numer.14. & in collectan.ad Concil.Trident. ſeſſ. 23. de reformat.cap.6.num.39.in fine, & de jure Eccleſ. univ. lib.4.cap.39.§.2.numer. 32, in fine*, Riccius *in praxi, reſol.309.num.2.par.3.* Daniel de Nobilibus *diſput.31. numer.50.*Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.1.cap. 4.dub.8.numer.35.*Fajardo *allegat. 6. numer. 19. in fine*, Diana *reſol.mor.part.1.tract.2. reſol. 35. aliàs 34. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſol. 135. numer. 2. in fine, verſic. Et tandem nota,*Fermoſin. *in cap.2.quæſt.4.num, 5. de foro compet.* Queſada Pilo *controver. foren. capit. 30.numer. 26.* Caſtr. Palaus *in oper. mor. p. 3. tract.12. diſp.unica, punct.2.numer.8.verſic.Item debet eſſe,* Sperel.*deciſ.26.numer.14. lib. 1.* Novarius *in ſingul. canon. concluſ.92.numer.4.*Thoro *in compend. deciſ.part.3.ſect. 3. verbo Remiſſio cauſæ petita, col. 4. prope finem, fol. 132.*

Intellige in ſpiritualibus, id eſt in exercitio ſui or-
10 dinis, ſeu proprio ipſius clerici miniſterio, Thom. del Bene *de immun.Eccleſ.tom.1.cap.4.dub.8. num. 35.* Fajardo *allegat. 6. numer. 19. in fine* Daniel de Nobilibus *diſput. 31. numer. 50.* Caſtr. Palaus *in oper. moral. part. 2. tract. 12. diſput. unica, punct. 2. n. 18. verſic. Item debet eſſe.*

11 Cæterum aliter declarat Gambacurta *de immun.Eccleſ.lib.7.cap.11.num.1.col.mihi 3. in fine,* inquit enim, Eccleſiam aliquibus Clericis egere, qui in minoribus ordinibus diutiùs, aut perpetuò verſentur, quique ei in officio Sacriſtæ, & Subſacriſtæ deſerviant, curamque gerant purgandi Eccleſiam, ornandi altaria, pulſandi campanas, & ſimilium; & de his conſtitutum intelligere id, quod ait Concilium, ut Eccleſiæ alicui de mandato Epiſcopi ſerviant. Et Sperel. *deciſ.26. numer, 14, libr. 1,* dicit ſervitium Eccleſiæ ſufficiens ad præſcriptum Concilii, cujus intentionem fuiſſe, ut is, qui fori privilegio gaudere voluerit, inſerviat Eccleſiæ uti Clericus, ac in functionibus clericalibus.

Et quod clericus primæ tonſuræ, aut minorum or- 12
dinum deferens clericalem habitum, & tonſuram; ac inſerviens officio, & miniſterio ornandi, ſeu poliendi altare, & capellam alicujus Sancti in aliqua Eccleſia ex licentia Ordinarii gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, fuit deciſum in Cathalonia per Cancellarium Loris, conſultoribus Quintana, Oſſet, & Ferrero 20. Octobris 1580. in favorem Joannis Montagut Clerici cum unica, & Virgine conjugati refert Ripoll.*var.reſol.cap. 1. numer. 364,* & referam *deciſ. 136. num. 4.*

Similiter quod clericus primæ tonſuræ, ſeu mino- 13
rum ordinum deferens clericalem habitum, & tonſuram, ac inſerviens ex mandato Epiſcopi, ſeu ejus Vicarii Generalis, officio & miniſterio purgandi Eccleſiam, ne immunditiæ, & nequitiæ aliquæ in ea fiant, gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, declaratum fuit in Cathalonia per Cancellarium Loris, Conſultoribus Sala, & Font Paſtor 2. Decembris 1579. in favorem Ludovici Marci Clerici cum unica, & Virgine conjugati, refert Ripolb, *var.reſol.cap.1.n.362.& 363.* & referam. *dec.136. nu...*

Pariter, quod Clericus primæ tonſuræ, aut mino- 14
rum ordinum deferens clericalem habitum, & tonſuram, ac inſerviens officio baſſinerii animarum purgatorii in aliqua Eccleſia ex mandato Epiſcopi, gaudeat fori Eccleſiaſtici privilegio, fuit deciſum in Cathalonia per Cardona Tertium, Conſultoribus Vilana, Quintana, Puigvert, & Pol.23. Decembris 1566. in favorem Joannis Pineda Clerici cum unica, & virgine conjugati, referam *deciſ. 136. num. 28.* Et per Cancellarium Caſſador, Conſultoribus Serra, Ferrer, Terca, & Ros 24. Aprilis 1567. in favorem Lazari Desboch. Clerici ſimpliciter tonſurati, obtinentiſque ex licentia Epiſcopi Barcinonæ officium baſſinerii animarum Purgatorii in Eccleſia Parochiali Sancti Laurentii de Morulis, referunt Ferrar, *p.3. obſer.c. 216.* Ripoll, *var.reſ.cap.365.*

Ita quod clericus primæ tonſuræ, aut minorum 15
ordinum deferens clericalem habitum, & tonſuram, ac inſerviens in officium operarii in aliqua Eccleſia de licentia Epiſcopi gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Caſſador 19. Martii 1569. in favorem Michaelis Tord Domicelli in villa de Berga domiciliati, cum unica, & virgine conjugati, referam *deciſ. 136. num. 28.*

Sic clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum 16
deferens clericalē habitum, & tonſuram, ac inſerviens alicui Seminario, Hoſpitali, Monaſterio, vel alio pio loco de licentia Epiſcopi gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, Cavalcan. *de brach. Reg. part. 1. numer. 94.* Burgius *de modo proced. ex abrupt. quæſt. 65. numer. 33.* Guazin. *defen. 20. capit. 9. numer. 36.*

Dixi *numer. 9.* hoc ſervitium non debet eſſe in
temporalibus. Ideoque, ſi clericus primæ tonſuræ, 17
aut minorum ordinum deferens clericalem habitum, & tonſuram inſerviat alicui Eccleſiæ in temporalibus, non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, nec conſequitur aliquod privilegium, Carol. de Graſſ. *de eff. Cler. 1.numer.1177.* Sperel.*deciſ. 26. numer. 14.lib.1.* Daniel de Nobilibus, *diſp. 31. numer. 50.* & alii citati, *num. 9.*

Ut ſi Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordi- 18
num deferens clericalem habitum, & tonſuram eſſet,

advocatus, vel notarius, & ſerviret Eccleſiæ ſcribens
reſpicientia ſuum exercitium, non diceretur Eccle-
ſiæ inſervire, ita ut ex tali ſervitio poſſet conſequi
privilegium fori Eccleſiaſtici, Carol.de Graſ.*de effect.*
*Cleric. effectu* 1.*num.*1177. *verſ.Et ideo.* Sperel.*deciſ.*
26. *num.* 14. *in fine*, *lib.* 1. ita fuit declaratum per
Cancellarium Caſſador 22. Octobris 1568. contra
Franciſcum Simò Notarium Villæ Sancti Laurentii
de Morunys, Clerici ſimpliciter tonſurati, & No-
tarii Eccleſiæ, & Prioratus Sancti Laurentii de Mo-
runys.

19 Vel eſſet procurator, aut ſolicitator cauſarum Ec-
cleſiæ, non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, Sper.
*deciſ.*26. *num.*14. *in fine lib.*

20 Quæro quintò. An ſervitium in Eccleſia aſſigna-
ta ex mandato Epiſcopi præſtitum per Clericum pri-
mæ tonſuræ, aut minorum ordinum deferentem cleri-
calem habitum & tonſuram ad effectum gaudendi pri-
vilegio fori Eccleſiaſtici, debeat eſſe frequens, con-
tinuum, & perſeverativum? Reſp. affirmativè, ita ut
non ſufficiat bis, vel ter, ac interpolatè præſtitum.
21 Tum quia † Concilium Tridentinum, *ſeſſ.* 23. *de*
*reform.cap.*6. non dicit ſerviat, ſed dicit *inſerviat*,
hoc eſt valdè, & continuè ſerviat, ſignificat enim
verbum *inſerviat* actum perſeverativum, & frequen-
tem, cùm dictio *in* adjuncta verbo ſerviat ſtet aug-
mentativè, *ad text. in l. gallus. §. ille caſus, ubi*
*etiam gloſ.*1. & Bartol.*num.*2. *ff.de liber. & poſthum.*
Et propterea, qui deſiſtit à ſervitio, vel raró inſer-
vit, non dicitur propriè inſervire. Tum quia Conci-
lium Tridentinum loquitur cum dictione *Niſi*, quæ
conditionem importat, ut dictum eſt *deciſ.*127.*num.*
30. quæ cùm habeat tractum ſucceſſivum, non im-
pletur per actus momentaneos, ſeu interpolatos, ſed
requirit continuationem, & perſeverantiam *l. inter*
22 *caſtella.num.*49. *ff.de recept.arbitr.* Tum quia † Con-
cilium Tridentinum utitur participio illo *Deferens*
diſpoſitionem qualificans, eamque in illis verbis *in-*
*ſerviat*, & *verſetur*, determinans, & quando aliquid
cum aliqua qualitate profertur, debet qualitas, & fa-
ctum concurrere, *ex vulgatis*, ſed non dicitur fa-
ctum, & adimpletum, id quod non durat, *l. ſi pro*
*part.§.verùm, junct.gloſ.ff. de re in rem verſo, l.item*
*eorum. §. quid ſi actor.ff.quid cujuſque univerſ. num.*
Narbona *l.*20. *gloſ.*2. *num.*16.17. & 18. *tit.*1. *lib.*4.
*recopil.* Barboſa *axiom.* 93. *num.* 14. Et ſic Clericus
non poterit dicere qualitatem adimpleviſſe, ſi con-
tinuò perſeverantiam non ſervavit. Tum quia Con-
cilium Tridentinum cum magna ratione ſtatuit, cle-
ricum primæ tonſuræ fori privilegio frui, ſi modò
obtineat beneficium, quo ſignificatur perſeverantia,
& continuatio quædam in ipſo Clericatu; ſic pariter
eſt dicendum, Concilium requirere eandem perſeve-
rantiam in ſervitii præſtatione, ac etiam in delatio-
ne habitus, tonſuræ, & verſatione in ſcholis. Tum
23 quia † ſicuti verbum *habitare* moralem perſeveran-
tiam, & frequentiam demonſtrat, cùm ſit verbum fre-
quentativum, Gramat. *deciſ.*87. *nu.*5.& in addition,
Afflict. *deciſ.*384. Barboſa *voto* 19. *num.*9. *lib.*2. Ca-
ſtillo *controv.part.*5. *cap.*86. *num.*37. Narbona *l.*20.
*gloſ.*2. *num.*19. *tit.*1. *lib.*4. *recopil.* ita eadem perſeve-
rantia requiritur in ſervitii præſtatione. Tum quia
24 privilegium † cauſa officii conceſſum durat, quouſ-
que perdurat ipſum officium, *l.qui ſub prætextu*, ubi
Barboſa, *num.*4. *C.de ſacroſanct.Eccleſ.l.ſub prætextu*
*C.de colleg.illicit.lib.*11. Narbona *l.*25. *gloſ.*12. *num,*
25 5. & 6. *tit.*21. *lib.*4. *recopil.* & immunitas † conceſ-
ſa ratione alicujus cauſæ ceſſat ceſſante cauſa, Bartol.
*in l.generaliter, C. de Epiſc. & Cler.* latè Daniel de
Nobilibus *diſp.* 22. *num.* 1. Sic per prædicta docent
Menochius *conſ.*912. *num.* 29. 30. 31. & 32. *lib.*10,
& *præſumpt.*76.*num.*38.39. & 60.*lib.*6. Maſtril.*deciſ.*
113. *num.*13.14. & 15. *lib.*2. Carol.de Graſ.*de effect.*
*Cler.effect.*1. *num.* 1182. *verſ. Nec ſufficit*, & *num.*
1183. 1184. & 1185. Joſeph.Riccius *de publ. judic.*
*quæſt.*35. *num.*28.*verſ.Nec ſufficit*, & *num.*30.Aloyſ.
Riccius *in prax.reſol.*327.*ſub verſ.Limitatur tamen*,
*par.*1. & *reſol.*172. *ſubſ. num.*1. *par.*2.& *reſol.* 309.
*num.*6. *par.*3.& *deciſ.*111. *num.*5. *par.*4. Burgius *de*
*modo procedendi ex abrup. quæſt.*65. *num.*32. Bona-
cina *de legib. diſp.* 10. *quæſt.*2. §.4. *num.* 13. Capi-
blanch.*in prag.*8. *num.*19. *par.*3. *de Baronib.* Diana
*reſol.moral.part.*1. *tract.*2. *reſolut.*35. *alias* 34. & *in*
*coordinat.par.*9.*tract.*2. *reſolut.*135. *num.*1. *poſt princ.*
Fermoſin. *in cap.*2. *quæſt.*4. *num.* 2. *de foro compet.*
Cenedo *pract.lib.*1. *quæſt.*4. *num.*25. Gambacurta *de*
*immun.Eccleſ. lib.*7. *cap.*11.*n.in fine*, *verſ. Non enim*
*ſatis eſt*, Guazin.*defenſ.*20.*cap.*9. *num.*35. Squilante
*de privil.Cler.cap.*7. *num.*12. Barboſa *de poteſt. Epiſc.*
*par.*2. *allegat.*12. *num.*14. & *in remiſſionib. ad Conc.*
*Trident.ſeſſ.*23. *de reformat.cap.*6. *verſ. Alicui Eccle-*
*ſiæ inſerviat*, & *in collect.ad Concil.Trident.ſeſſ.*23.
*de reform. cap.*6. *num.*40. & *de jure Eccleſ. univerſ.*
*lib.*1.*cap.*39. §.2.*num.*31. Caſt.Palaus *in oper. moral.*
*par.*2. *tract.*12. *diſp.unica*, *punct.*2. *num.*8. *in princ.*
Urries *de cognit. Cleric. part.*2. *à num.*380. Sperel.
*deciſ.*26. *num.*10. *verſ.Quodl.verò*, & *num.*11. *lib.*1.
Thoro *in compend. deciſ.par.*3. *ſect.*3. *verbo Remiſſio*
*cauſæ*, *col.*2. *verſ. Objiciebatur quoque*, *fol.* 126. &
*verbo remiſſio cauſæ petita*, *col.*2. *verſ. Item quia*,
*fol.*... Novarius *ad prag.Reg.Neapol.pragm.*4. *collect.*
5. *num.*3. *de Clericis*, Ciarlin.*controv. forenſ.cap.*20.
*num.*63. *lib.*1.Thom.del Bene *de immun.Eccleſ.tom.*1.
*cap.*4.*dub.*8.*num.*29. & 30.Daniel de Nobilibus *diſput.*
31.*num.*51.52.53. 54. 55. & 56.

Verùm non ita literaliter, & rigidè verba Conci- 26
lii Tridentini intelligenda ſunt, ut omni tempore,
& omni die ſervitium in Eccleſia aſſignata præſtetur,
vel ut dicit Gambacurta ordinariè, quotidie, *de imm.*
*Eccleſ.lib.*7.*cap.*11.*num.*1. *in fine*, ſed cùm ſimus in
moralibus, ſi aliquoties intermitteretur, vel in Se-
minario Clericorum, Schola, vel Univerſitate ali-
quando Clericus non verſaretur, ob hujuſmodi mo-
dicam intermiſſionem, non eſſet æquius eum privare
privilegio fori Eccleſiaſtici, ſed eo gaudere debet,
ut declaratum à Sacra Congregatione referunt Gen.
*in praxi Archiepiſcop.Neapol.cap.*7. *ſubſ.*5. Gratian.
*diſcept.forenſ.cap.*440. *num.*6. Riccius *deciſ.*154.*ſubſ.*
*num.*5. *part.*4.Sperell. *deciſ.*26. *num.*26. & 27. *lib.*1.
Barboſa *de jure Eccleſ.un.lib.*1. *cap.*39. §.2.*ſub num.*
31. Cutel. *de immun. Eccleſ. lib.*2. *quæſt.*35. *num.*5.
*verſ. Quod verò*, non ſolùm juſta ſubſiſtente cauſa,
ut voluit Daniel de Nobilibus, *diſp.*31. *num.*60. Sed
etiam abſque juſta cauſa, quia de modicis non eſt cu-
randum, *l.rebus* 285. §.*poſſunt* ubi Bartol.*ff.commoda-*
*ti*, conducunt Urries *de cognit.Cler.part.*2.*num.*385.
& tradita ſupra *deciſ.*131. *num.*24. *in fine*. Niſi plu-
ribus interpolatis vicibus requiſita Concilii Clericus
non ſervaret, nam tunc fori privilegium amitteret
cùm modicum multiplicatum à magno non differat
Urries *de cognit.Cleric.par.*2.*num.*386. Daniel de No-
bilibus, *diſp.*31.*num.*62. *verſ.Quod ſi*, præterquam ſi
ob morbum intermitteret, Daniel de Nobilibus,
*loco proximè citato*, ſic intelligendus ſecundùm Do-
ctores, quos allegat, quos, & alios laudavi, *deciſ.*
130.*num.*19.& *deciſ.*131. *num.*6.

Sed ſi interpolatio ſervitii in Eccleſia aſſignata, 27
aut verſationis in Seminario Clericorum, Schola,
vel Univerſitate eſſet aliquorum dierum, & poſt ta-
lem interpolationem ad inſerviendum in Eccleſia aſ-
ſignata revertatur, vel ad verſandum in Seminario
Clericorum, Schola, aut Univerſitate, non priva-
tur privilegio fori Eccleſiaſtici, ſed eo gaudet, quia
verba ſemper ſunt civili modo intelligenda, *l.ſi cui*,
*ff.de ſervitut.*Barboſa *dict.*68. *num.*2. ſic Doctores ci-
tatos, *num.* 27. & alios citandos, *num.* 30. docent
Caſt.Palaus *in oper. mor.part.*2. *tract.*12. *diſput.uni-*
*ca*, *punct.*2. *num.*8. *verſ. Unde interpolatio*, Thom.
del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.*8.
*num.* 31.

Dummodò tamen ſervitium in Eccleſia aſſignata 28
præſtetur, vel in ſeminario Clericorum, aut Scho-
la, vel Univerſitate verſetur pro majori parte tempo-
ris, quia continuò dicitur fieri quod pro majori
parte temporis fit; ſic Genuen. *in prax. Archiepiſc.*
*Neapol. cap.*7. *ſubſ.num.*5. Maſtril. *deciſ.* 113. *ſubſ.*
*num.*13. *lib.*2. Gratian.*diſcept. forenſ. cap.*440. *num.*
6. Capiblanc. *de Baronib. pragm.*8. *num.* 34. & 35.

*par.*3.

par.3. Riccius deciſ.154. ſubſ.num.5. par.4. Bonacina de legib. diſp.10. quæſt.2. 8. §. 4. num. 13. Rocc. reſponſ.58. num.14. Cenſal.vot.crim.Rotæ Genuen. 9. num.39. Cenedo pract.lib.1. quæſt. 4. num.25. Squillante de privileg.Cler.cap.7. num.12. Sperel.deciſ.26. num.26.27. & 28. lib.1. Cutel. de imm.Eccleſ. lib.2. quæſt.35. num.5. verſ.Quod vero, Caſt.Palaus in oper. mor.part.2. tract.12. diſp.unica, punct.2.num.8. verſ. Diana reſol. moral. part.1. tract.2. reſolut. 35. alias 34. & part.4. tract.1. reſolut.88.& in coordinat.par. 9. tract.2. reſol.135. num.2. verſ. Verum tamen eſt, & reſol.138. num.2. Thom.del Bene de imm.Eccleſ. tom.1. cap.4.dub.8. num.31. Fermoſin.in cap.2.quæſt. 4. num.2. de foro compet.Barboſa de poteſt. Epiſcop. part.2. allegat. 12. num.14. verſ. Non verò, & in collect.ad Concil.Trident.ſeſſ.23. de reform.cap.6.num. 4. & de jure Eccleſ. univerſ. lib.1. cap.39. §.2. num. 31.Thoro in compend.deciſ.part.3.ſect.3. verbo Remiſſ. cauſæ, Col.3.verſ. Neque obſtabit, fol.116. Queſada Pilo controv. forenſ. cap.50. ſub num. 26. Urries de cognit.Cler.part.2. num.384. Daniel de Nobilibus licèt requirat juſtam cauſam, diſput. 51. num.61. & 62. & in addit.num.7. Sicuti verbum habitare licèt ſit frequentativum, ut dixi ſupra, num. 25. tamen habitare quis dicitur, ubi pro majori parte anni habitat, gloſ.in l.1. verbo maneat, & ibi Bart. ff. de liber.agnoſcend. & in l.1. §. habitare, ff. de his qui dej.vel effuſ.& gloſ.in clement. cauſam, in verbo Communiter, ubi Barboſa, num.9. de elect.Afflict. deciſ. 384. num.11. Tiraquel.de retract.ligniager, §.9.gloſ. 2. num.26. verſ.Non eſt quis, Boer. deciſ.260. num. 33. in fine, Sanchez de matrimon. lib.3. diſput.23. num.12. verſ. Quarto, conducunt optimus textus, in l.cum de lanion. 18. §. Sabinus ibi; Et omnia quæ in eo ſolita ſunt eſſe, quæque ibi majori parte anni morari, ff.de fundam. inſtruct.& inſtrum. & quæ tradunt Menochius conſ.398. num.17.Sanchez de matr. lib.3. diſp.23. num.12. & 19. Narbona l.20. gloſ.2. num.16. tit.1. lib.4. recopilat. Barboſa voto 19. num. 8. 9. & 10. & de poteſt.Epiſcop. part.2. allegat.32. num.70. & in collect.ad Concil.Trident.ſeſſ.24.de ref. cap.1. num.15. in fine, & de offic. Parochi, cap.21. num.41. in fine, Molin.de ritu nup. lib.2. differ. 11. num. 92.

29 Niſi legitima eſſet excuſationis cauſa, ut quia hujuſmodi ſervitium aliquo impedimento neceſſario interpolatum fuerit, non propterea dicendum eſt clericum primæ tonſuræ, aut minorum ordinum deferentem clericalem habitum, & tonſuram privilegio fori Eccleſiaſtici carere, ſed eo gaudere debere, pro ut deciſum teſtatur Galet.in margar.caſ.conſcient.verbo Clericus, pag.2. col.2. refert Rota deciſ. 111. ſub num.5. par.4.quos citat Sperel. deciſ.26. num.29. lib. 1. ubi de valdè occupato in quadam lite, Eſcobar de Pontif.& Reg.juriſd.in ſtud. general. num.7. & 8. ubi de impedimento ex cauſa adverſæ valetudinis; vel ſi ab aliquo vi detentus, aut carceratus eſt, Diana reſ. mor.part.1. tract.2. reſolut. 35. alias 34. & in coord. par.9. tract.2. reſolut. 135. num.2. verſ. Unde, Fermoſin.in cap.2. quæſt.4. num.2. in fine de foro comp. Maſtril. deciſ. 113. num.13. verſ. Et in ſimili, lib. 2. Guazin. defenſ. 20. cap.9. ſub, num. 35. Rocc. reſponſ.58. num.14. Squillante de privileg. Cler.cap. 7. num.11. Barboſa de poteſt.Epiſcop.part.2. allegat. 12. numer.14. verſ. Quare, & in collect. ad Concil. Trident.ſeſſ.23. de reformat. cap.6. num.40. in fine, & de jure Eccleſ.un.lib.1. cap.39. §.2. num.31. in fine, Queſada Pilo controverſ.forenſ. cap.50. ſub num. 26. Daniel de Nobilibus in addit.ad diſput.31.num. 7. Thoro in compend.deciſ.par.3. ſect.3. verbo Remiſſio cauſæ, col. 1. in fine, verſ. Maximè, fol. 126. ubi de eo, qui pro capitali inimicitia contracta, ut evitaret periculum vitæ, nequierat inſervire, quoniam ait eo caſu, nec etiam obſervare poterat, citat longè probantem Hieronym. Gig. in tractat. de reſid. Epiſcop. cap. 17. & Bartol. Caranza in tract. de neceſ. reſid. Epiſc. cap.12. verſ. Secundum dico, quibus addi poſſunt plures citati à Barboſa in coll. ad Concil. Trident. ſeſſ.23. de reformat. cap.1. num. 8. & de poteſt. Epiſcop. par.3. allegat. 53. num. 7. & 8.

Unde ſi non ſtat per clericum primæ tonſuræ, aut 30
minorum ordinum deferentem habitum clericalem, & tonſuram, ut præſtet ſervitium in Eccleſia aſſignata, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici; deciſum in Cathalonia per Cancellarium Caſſador, Conſultoribus Serra, Ferrer, Terca, & Ros 24. Aprilis 1567. in favorem Lazari Desboſch clerici ſimpliciter tonſurati, de qua ſupra, num. 14. teſtatur Michael Ferrer.part.3. obſervat. cap.215. qui loquitur in caſu, quo dictus Lazarus non fuit in mora inſerviendi propter brevitatem temporis, quo erat à tempore conceſſionis officii baſſinerii animarum purgatorii in Eccleſia Parochialis Sancti Laurentii de Morullus, uſque ad diem, quo fuit expoſitum retroclamum, juncto eo, quod non poterat antea obtinere expeditionem literarum dictæ conceſſionis, ſequuntur Maſtril. deciſ.113. num.7. lib.2. Riccius de public.jud.quæſt.35.num.28. verſ.Et idem dicit.

Quæro ſextò. An ſervitium debeat præſtari per cle- 31
ricum primæ tonſuræ, aut minorum ordinum deferentem clericalem habitum, & tonſuram in Eccleſia per Epiſcopum aſſignata de præſenti, hoc eſt tempore delicti, quo fori privilegio uti vult? Reſp. affirmativè, aliàs non gaudet fori Eccleſiaſtici privilegio.
Quia Concilium † Tridentinum loquitur per verba 32
præſentis temporis, ibi: Inſerviat, & ibi: Verſetur, & qualitas juncta verbo debet intelligi ſecundùm tempus verbi, l. ſi in delictis, §. ſi detractu, ubi Bartol.ff. de noxial. action. ita docent Menochius conſ.912. num.26. verſ.Non etiam, & num.27.& 28. lib.10.& præſumpt.76. num.40. & 41. lib.6.Farinac. in prax. par.1. quæſt.8. num.66. Maſtril. deciſ. 113. num.9. verb. Nec obſtabant, & num.10.& 11. lib.2. Riccius de publ. jud. quæſt.35. num. 28. verſ. Quod ſervitium, Carol.de Graſ.de effect.Cler. effect.1. num. 1178. 1179. & 1233. Guazin. defenſ.20. cap.9. num. 35. verſ. Et quod dicta qualitas, Burgius de modo proced. ex abrup.quæſt.65. num.31. Barboſa de poteſt. Epiſc.par.1. alleg.12. num. 14. verſ. Et hujuſmodi, & de jure Eccleſ. univer. lib.1. cap.39. §.2. num.32. Novarius in ſingul.jur.canon.concl.92. num.4.Riccius deciſ.111. num.5. lib.4. & in praxi, reſol.308. num. 3. & reſol. 309. num.2. & 3. par. 3. Capiblanc. de Baronib.pragm.8. num.29. par.3. latè Daniel de Nobilibus, diſp.22. tota præcipuè, num.5. verſ.Sic Concilium, & num.6. & diſp. 31. num.56. & in addit. num.7. Thom.del Bene de immun.Eccleſ. tom.1. cap. 4. dub.8. num.34. Cenedo pract. lib.1. quæſt.4. num. 25.Sperel.deciſ.26. num.12. & 13. lib.1. Cenſal. voto crim. Rotæ Genuæ 9. num.38. Rocco reſpon.58. num. 14. Vermigliolus conſ. 470. num. 6. Queſada Pilo controv.forenſ. cap.50. num.24. & 25. Caſt.Palaus in oper.moral.par.2. tract.12. diſput.unica, punct.2. num. 8. verſ. Item debet, Thoro in compend. deciſ. par. 3. ſect. 3. verbo Remiſſio cauſæ, col.2. verſ. In tantum, fol.126.

Verùm plures id intelligunt de præſentia tempo- 33
ris morali, ita ut ſufficiat ante menſem, quo fuit commiſſum delictum, inveniatur clericum præſtitiſſe ſervitium, ut gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici. Carol.de Graſ.de effect.Cler.effect.1. num.1180. 1181. & 1182. Riccius in praxi, reſol. 309. num.4. & 5. part.3. Diana reſol.moral. part. 1. tract. 2. reſol.35. alias 35. & in coordinat. part.9. tract.2. reſolut.135. num.2. verſ.Et ſufficit, Fermoſin. in cap.2. quæſt.4. num.3. de foro compet. Daniel de Nobilibus diſp.31. num.63. Thoro in compend.deciſ.par.3. ſect.3. verbo Remiſſio cauſæ petita, col.3. in princ. verſ.Ad ſecundum, fol.132. & eſſe ſatis probabiliter dicit Thom. del Bene de immunit.Eccleſ.tom.1. cap.4. dub.8. ſub, num.34. his pro declaratione hujus quæſtionis 6. adde quæ dixi ſuprà à num. 28. cum. 28. cum ſeq. & conducit Daniel de Nobilibus, diſp. 31. à num.56. uſque ad num.63.

Quæro ſeptimò. An clericus prima tonſura ini- 34
tiatus, aut in minoribus ordinibus conſtitutus deferens clericalem habitum, & tonſuram, ut gaudeat privi-

privilegio fori Eccleſiaſtici, debeat in diebus Dominicis, & feſtivis cum ſuperpelliceo divinis intereſſe? Reſpondent aliqui affirmativè ex pragmatica Regni Siciliæ, Burgius *de modo proced. ex abrupt. quæſt.*65. *num.*26. Anton. de Ballis *tract. var. lib.*5. *pragm.*1. *num.*5. *tit.*10. Thoro *in compend. deciſ. par.*1. *verbo Clericus in minoribus conſtitutus in fine*, *& propterea fol.*95.

35 Sed contrarium eſt verius, neceſſarium non eſſe, ut clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum deferens habitum clericalem, & tonſuram gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, inſerviat Eccleſiæ diebus Dominicis, & feſtivis & debeat cum ſuperpelliceo intereſſe divinis, quia hoc cautum non extat in verbis Concilii Tridentini, *ſeſſ.*23. *de reformat. cap.*6. ita docent argumentis contrariis reſpondentes Guazin. *defenſ.*20. *cap.*9. *num.*35. *in fine*, Trentacinq. *conſ.* 12. *num.*75. *lib.*2. Diana, *reſol.mor.par.*4. *tract.*1.*reſ.* 88. *& in coordinat.par.*9. *tract.*2.*reſol.*138.Fermoſin. *in cap.*2. *quæſt.*5. *num.*1. *&* 2. *de foro compet.* Thom. del Bene *de imm.Eccleſ.tom.*1. *cap.*4. *dub.*8. *num.*32. *&* 33. notat Barboſa *de jure Eccleſ.univ.lib.*1. *cap.*39. §.2. *ſub num.*31.

36 Quæro octavò. Qualiter ſervitium Eccleſiæ præſtitum probari debeat, ut clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum deferens clericalem habitum, & tonſuram gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici? Reſp. quod debet probari non per præſumptam probationem, ſed per plenam, Ruin. & Farinac. quos citat Daniel de Nobilibus, *diſp.*31.*num.*122. *&* alios addit *num.*12. *ad* 100.

37 Probatur plenè ſervitium Eccleſiæ præſtitum, vel per fidem Parochi, ſeu Rectoris Eccleſiæ, vel per teſtes, Sperel.*deciſ.*26. *num.*31.*verſ. Nec obſtat*, *lib.*1. Thoro *in compend.deciſ.par.*2. *verbo Remiſſio cauſæ*, *col.*3. ubi de fide Archidiaconi Civitatis atteſtantis de ſervitio *fol.*559. inde Thoro *par.* 3. *ſect.* 3. *verbo Remiſſio cauſæ petita*, *verſ.Quo circa*, ubi de probatione ſervitii per teſtes, *fol.* 86. *& verbo remiſſio cauſæ petita*, *col.*2. *verſ.Quinto*, ubi de probatione ſervitii per teſtes, & dicta, *col.*2. *verſ. Quamquam autem*, ubi de finibus Parochi Sanctæ Annæ, & Vicarii Sanctiſſimæ Trinitatis, *& col.*3. *verſ. Ulterius*, ubi de probatione ſervitii in divinis per teſtes, *fol.*132. Menochius *conſ.*912.*num.*25. *verſ.Nec repugnat*, ubi de probatione ſervitii per teſtes, & per Parochum *lib.* 10. Maſtril.*deciſ.*113.*num.*8. *verſ.Nec obſtabant*, ubi de fidibus præſentatis circa ſervitium, *lib.*1.

38 An autem fides Parochi atteſtantis de ſervitio præſtito in ejus Eccleſia per Clericum in minoribus conſtitutum probet abſque juramento? Affirmat Thoro *in compend.deciſ.par.*3. *ſect.*3. *verbo. Remiſſio cauſæ petita*, *col.*2. 1. *verſ.Quamquam autem*, *juncto verſ. Sed iis replicari poterat*, *fol.* 132. ea ratione, quia cùm ipſe ſit Religioſus, & vir probus, eſt illi credendum fortiùs quàm aliis, cum credendum ſit viro bono pariter ſine juramento, ex quo non actualiter ipſe tactis ſcripturis jurare ſolet, ſed in pectore.

39 Sed contrarium verius de jure exiſtimo, quod hujuſmodi fides Parochi debet eſſe jurata, aliàs non probat, ad Cancer.*par.*3. *var.reſol.cap.*70.*num.*89.*verſ.Quamvis in fine*, cui addendi ſunt innumeri copiosè citati per Suelves *conſ.*100. *num.*7. *lib.*1.*&* *conc.*18.*num.* 2. *lib.*2. eiſque addo Xammar *de off.jud.part.*1.*quæſt.* 9. *num.* 286. Fermoſin. *in cap. cùm à nobis*, *quæſt.* 1. *num.*15. 16. *&* 17. *de teſtib.* Boſſ.*in moral. tom.*2. *tit.*12. §.2. *num.*5. *&* 104. *fol.*915. *&* 922. Felin. *in cap.veniens*, *num.*18. *de teſtibus*, Gabriel *com.concluſ. lib.*1. *tit.de teſtibus*, *concluſ.*1. *num.*28. quia Parochus iſte æquiparatur teſti, *ut in ſimili omnes prædicti tradunt*, & teſtis jurare debet, quavis dignitate præfulgeat, alias non probat, Farinac.*in prax.par.*2. *quæſt.*94. *num.*69. Barboſa *in cap. tuis* 39. *num.*2. *de teſtibus*, & jam ſi ſit Clericus, monachus, Religioſus, & ſacerdos, Farinac. *in prax. par.*2. *quæſt.*74. *num.*66. quinimò etiam ſi ſit Cardinalis, Farinac. *in prax. part.*2. *quæſt.*74. *num.* 68. Barboſa *in cap. nuper.*15.*num.*5. *teſtib.* Niſi cum fide Parochi concurrant conjecturæ. Suelves *conſ.*100. *num.*12. *lib.*1. *& conſ.* 18. *num.*3. *lib.*2. Cancer. Boſſ. & alii, quos ipſi citant. Ad hanc deciſionem, vide quæ dicam *deciſ.*133.135. *&* 136.

---

*ARGUMENTUM.*

De requiſito mandati Epiſcopi ad inſerviendum alicui Eccleſiæ, ut clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici.

*SUMMARIUM.*

1 *Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus ordinibus conſtitutus deferens clericalem habitum, & tonſuram, inſerviens alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi gaudet privilegio fori Eccleſtaſtici.*

2 *Mandatum, & licentia Epiſcopi inſerviendi alicui Eccleſiæ, vel verſandi in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate debet eſſe expreſſum, & verbis claris, & expreſſis conceſſum, adeo ut non ſufficiat implicitum, num.*2. *&* 5.

3 *Conſenſus ubi præſtandus eſt ad ſolemnitatem actus, vel pro forma, debet eſſe clarus, expreſſus, & formalis, nec ſufficit tacitus.*

4 *Licentia ex propria natura vocabuli regulariter debet eſſe expreſſa, & non ſufficit tacita, etiam ex ratihabitione, et tolerantia.*

6 *Mandatum, et licentia Epiſcopi inſerviendi alicui Eccleſiæ, vel verſandi in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate debet præcedere actum, num.*6. *et* 10.

7 *Mandatum ſemper debet præcedere actum, et non poteſt poſt actum interponi.*

8 *Licentia ex propria natura vocabuli ſemper debet præcedere actum, et non ſufficit ſequi.*

9 *Mandatum, et licentia quando ad actum ſolemnizandum requiritur pro forma, debet ſemper actum præcedere, alias actus eſt nullus.*

11 *Mandatum, et licentia Epiſcopi inſerviendi alicui Eccleſiæ, vel verſandi in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate non requiritur, quod ſit in ſcriptis, ſed ſufficit, quod ſit oretenus, id eſt verbaliter, num.*11. *et* 15. *Dummodo tamen teſtibus probetur, num.*16. *et* 17.

12 *Licentia data Sacerdoti à Parocho, ut præſens ſit matrimonio, non requiritur in ſcriptis, ſed ſufficit verbalis.*

13 *Licentia conceſſa Confeſſario à Pœnitente revelandi confeſſionem, non requiritur in ſcriptis.*

14 *Licentia, et approbatio ad confeſſiones audientes, non requiritur, quod ſit in ſcriptis, ſed ſufficit oretenus conceſſa.*

18 *Mandatum, et licentia Epiſcopi, an neceſſariò requiratur cum præſcriptione ſervitii alicujus Eccleſiæ, verſationis in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate, ut clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum deferens clericalem habitum, et tonſuram gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici. Quæſtio eſt anceps, num.*18. *Prima eſt opinio negativa, quæ rationibus, et Doctorum authoritatibus probatur, num.*19. *et deciſionibus illuſtratur, num.*20. 21. 22. *et* 23. *Secunda eſt opinio affirmativa, num.*24. *quæ variis rationibus probatur, num.* 25. 26. 27. *et* 29. *et Doctorum authoritatibus ornatur, numer.* 20. *deciſiones Cancellarii Cathaloniæ referuntur, num.* 30. *Cancellarii Regni Valentiæ, numer.* 31. *et declarationibus contrariis reſpondetur, num.*33.

25 *Servitium Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi, et declaratio habitus, et tonſuræ copulativè requiritur, ut Clericus in minoribus fori Eccleſiaſtici privilegio gaudeat.*

26 *Mandatum, et licentia Epiſcopi requiritur de eſ-*

*ſentia*

*ſentia, et forma, ut Clericus in minoribus gaudeat fori Eccleſiaſtici privilegio.*

27 *Dictio alicui rem ſingularem, et determinatam ſignificat.*

28 *Dictiones de, et ex ſunt taxativè.*

29 *Forma à lege introducta ſemper cenſetur ſubſtantialis.*

24 *Clericus in prima tonſura, vel in minoribus ordinibus conſtitutus deferens clericalem habitum, & tonſuram, an gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, ſi inſervit alteri Eccleſiæ, quàm ei, cui inſervire fuit adſcriptus ab Epiſcopo, num. 34. Prima eſt opinio affirmativa, num. 35. Secunda eſt opinio negativa, quæ eſt verior, num. 36. intellige ut in num. 37.*

38 *Mandatum, et licentia Clerico primæ tonſuræ, aut minorum concedenda, ut inſerviat alicui Eccleſiæ, vel verſetur in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate, ad effectum gaudendi privilegio fori Eccleſiaſtici, an debeat concedi ab Epiſcopo tantùm, an verò poſſit concedi à Vicario generali Epiſcopi, quæſtio eſt nova, 38. Prima eſt opinio, quod tantùm concedi poteſt ab Epiſcopo, et non ab alio, etiam à Vicario generali Epiſcopi, num. 39. niſi abſente Epiſcopo, num. 40. Secunda eſt opinio, quod poteſt concedi per Vicarium Generalem Epiſcopi, num. 41. et probatur, num. 42. 43. 44. 45. 46. et 47. et per Vicarium Capituli ſede vacante, num. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. et 55. et per Abbates, ſeu Prælatos habentes diœceſim cum territorio ſeparato, et juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, nu. 56. et per officialem, ſeu Vicarium foraneum Epiſcopi, num. 57.*

42 *Epiſcopi nomine, ubi non excluditur Vicarius, et eſt res, quæ convenit Vicario ex ejus officio, intelligitur etiam ejus Vicarius generalis.*

43 *Concilium Tridentinum cùm voluit excludere Vicarium, et ne veniret nomine Epiſcopi, illum explicitis verbis excluſit.*

44 *Vicarius generalis Epiſcopi ex generali commiſſione poteſt concedere litteras excommunicationis, quas ſolus Epiſcopus poteſt concedere.*

45 *Vicarius generalis Epiſcopi ex generali commiſſione poteſt cognoſcere de cauſis matrimonialibus, de quibus ſolus Epiſcopus cognoſcere poteſt.*

46 *Vicarius generalis Epiſcopi abſque ſpeciali commiſſione poteſt confirmare electum, et præſentatum inſtituere ad beneficium jurispatronatus, cujus præſentatio coram Epiſcopo loci fieri debet.*

47 *Vicarius generalis Epiſcopi abſque ſpeciali commiſſione poteſt moniali licentiam egreſſus à monaſterio concedere, quæ ab Epiſcopo tribuenda eſt.*

49 *Vicarius generalis Capituli ſede vacante non indiget aliqua ſpeciali commiſſione Capituli.*

50 *Vicarius generalis Capituli Sede vacante in multis majorem, et firmiorem juriſdictionem habet, quàm Vicarius Epiſcopi.*

51 *Vicarius generalis Capituli ſede vacante poteſt, concedere literas excommunicationis pro rebus malè ablatis, num. 57. & cognoſcere de cauſis matrimonialibus, num. 52. & concedere moniali licentiam egreſſus à monaſterio, num. 53. & inſtituere præſentatum à patronis, num. 54.*

58 *Mandatum, et licentia Epiſcopi non præſumitur, quia eſt quid facti, num. 58. et Clerico aſſerenti ſibi conceſſam incumbit onus probandi, num. 57. & quomodo probetur, num. 59. 60. 61. & 62.*

63 *Mandatum, & licentia Epiſcopi non expirat ejus morte.*

## DECISIO CXXXIII.

Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus ordinibus conſtitutus deferens clericalem habitum, & tonſuram inſerviens alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, *Concilium Tridentinum ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6.* docent Doctores citati, *deciſ. 132. num. 1.* & alii innumeri laudati, *deciſ. 127. num. 1.* 1

Quæro 1. An mandatum, & licentia Epiſcopi inſerviendi alicui Eccleſiæ, vel verſandi in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate ut Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, debeat eſſe expreſſum, & verbis claris & expreſsè conceſſum: Reſp. affirmativè, adeò ut non ſufficiat implicitum. Tum quia alioquin Concilium Tridentinum, *ſeſſ. 23. de reform. cap. 6.* fruſtra expreſſiſſet tale requiſitum. Tum quia Concilium Tridentinum inducit formam circa hujuſmodi licentiam, & mandatum concedendum, ut probavi, *deciſ. 127. num. 31.* 2

Et ubi conſenſus præſtandus eſt ad ſolemnitatem actus, vel pro forma, debet eſſe clarus, expreſſus, & formalis, nec ſufficit tacitus, *cap. quapropter, de electione, cap. cùm ab uno, juncta gloſ. verbo Et mandantibus, de ſentent. & re jud. in 6.* Jaſon *in l. ſi quis mihi bona, §. juſſum, num. 44. ff. de acqu. hæred.* Tiraquel. plures laudat *de leg. connub. gloſſ. 5. num. 5.* Paris *de reſign. benef. lib. 8. quæſt. 8. num. 25.* Seraph. *deciſ. 115.* Gonzalez *ad reg. 8. cancel. gloſ. 47. num. 21.* Novarius *ad prag. Reg. Neapol. pragm. 10. collect. 8. num. 55. de offic. judict.* Cancer. *part. 2. var. reſol. cap. 1. num. 92. & 93.* Daniel de Nobilibus, *diſputat. 31. num. 71.* Tum quia verba ex mandato Epiſcopi, & verba de licentia Epiſcopi contenta in Concilio Tridentino, *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6.* eodem modo explicanda ſunt, ut infra, *deciſ. 135. num....* Et licentia ex propria natura vocabuli, regulariter debet eſſe expreſſa, & perſpicuis verbis concedi, & non ſufficit tacita, etiam ex ratihabitione, & tolerantia, *gloſſ. verbo obtenta, in clement. 1. de teſtament.* Tiraquel. antiquos citat, *de legib. connub. gloſ. 7. num. 8.* Menoch. *de jud. caſu 483. num. 14. & conſ. 188. num. 7. lib. 2.* Gonzalez *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 47. num. 50. 51. & 52.* Paz *in prax. tom. 1. temp. 2. num. 27.* Petrus Barboſa *in l. art. 3. num. 184. ff. de jud.* Cevallos *com. contr. com. quæſt. 604. num. 114.* Azevedo *l. 2. num. 17. & 18. & l. num. 1. tit. 7. lib. 5. recop. & l. 1. num. 7. tit. 6. lib. 7. recop.* Cenedo *pract. lib. 1. quæſt. 30. num. 69. in fine,* Sanchez *de matrimon. lib. 3. diſp. 35. num. 9. & 15.* Novarius *ad pragm. Reg. Neapol. pragm. 10. collect. 8. num. 57. & 58. de offic. jud.* Molinus *de ritu nupt. lib. 2. differ. 11. num. 98.* Fermoſin. *in cap. quod translationem 11. quæſt. 11. num. 77. de tempor. ordinat. & in cap. 2. quæſt. 5. num. 4. & 5. & in cap. ſignificaſti, quæſt. 7. num. 10. & 11. de foro compet.* Fagundez *de præcept. Eccleſ. præcept. 2. lib. 6. cap. 1. num. 14.* Narbona *l. 10. gloſ. 3. num. 3. tit. 6. lib. 1. recop.* Auguſt. Barboſa *in clement. 1. num. 6. de teſtament. & de poteſt. Epiſcop. part. 2. allegat. 31. num. 126. & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 1. num. 108. & de off. Parochi, part. 2. cap. 21. num. 69.* Daniel de Nobilibus *diſput. 31. num. 73.* Cabreros *de metu, lib. 2. cap. 27. num. 1.* 3 4

Et in puncto de quo tractatur, *num. 2.* quod hujuſmodi mandatum, & licentia Epiſcopi debeat eſſe expreſſum, nec ſufficiat tacitum, & implicitum, docet Menoch. *lib. 6. præſumpt. 76. num. 41.* Cenedo *pract. lib. 1. quæſt. 4. num. 24. & 25.* Bonacina *de legib. diſput. 10. quæſt. 2. §. 4. ſub num. 10.* Auguſt. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part. 2. allegat. 12. num. 13. verſ. Debet tamen, & in remiſſion. ad Concil. Trident. 23. de reform. cap. 6. in fine, verſ. Ex mandato Epiſcopi, & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6. num. 31. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 19.* Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom. 1. cap. 4. dub. 8. num. 40. verſ. At quidquid ſit de hoc,* Caſt. Palaus 5

laus *in oper.moral.part.2.tract.12.diſput.unica*, *punct.*
*2.num.8.verſ.Requiritur tamen*, Urries *de cognit.Cler.*
*part.2. numer.*377. omnium latè Daniel de Nobilibus
*diſp.31.num.17.verſ.Qualitatem modò*, *& num.*71. 72.
73.74. *&* 122.
6 Quæro 2. An mandatum, & licentia Epiſcopi in-
ſerviendi alicui Eccleſiæ, vel verſandi in Seminario
Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate,
ut Clericus in minoribus gaudeat privilegio fori Ec-
cleſiaſtici, debeat præcedere actum? Reſp.affirmati-
7 vè. Tum quia † mandatum ſemper debet præcedere
actum, & non poteſt poſt actum interponi, *l. ſi quis*
*mihi bona*, *§.juſſum*, *ff.de acquirend. hæred.l.ſi verò*
*non remunerandi* 12.*§. ſi poſt creditum*, *ff.mandati*,
Gomez *in l.* 40. *tauri*, *num.*1. *verſ. Quinto*, Nova-
rius *ad pragm.Reg.Neapol. pragm.*10. *collect.*8. *num.*
61. *de off.jud.*Gonzalez *ad reg.8. Cancel.gloſ.47.num.*
56. *&* 57. Daniel de Nobilibus, *diſput.* 31. *numer.*
8 76. Tum quia † licentia ex propria natura vocabuli
ſemper debet præcedere actum, & non ſufficit ſequi,
*cap.omnis*, *§.ſi quis*, *ibi : Licentiam priùs poſtulet*,
*et obtineat,de pœnitent.et remiſſion.cap.licet,de regular.*
*l.1.C.de ſacroſ.num. Eccleſ. authent. licentiam*, *C. de*
*Epiſcop.et Cler.*Tiraquel.*de legib.connub. gloſ.6. num.*
7. Seraphin. *deciſ.* 838. *num.* 2. Gonzalez *ad reg.8.*
*Cancellar.gloſ.47. num.*46. 47. 48. *et* 49. Sanchez *de*
*matrimonio*, *lib.3. diſput.35. num.* 18. Molin.*de ri-*
*tu nup.lib.2. differ.11. num.99.*Menoch. *conſult.* 188.
*num.8. lib.2.* Narbona *lib.10. gloſ. 3. num.* 26. *verſ.*
*Nec eſt, in fine*, *tit.6. lib.1. recopil.* Fermoſin.*in cap.*
*quod tranſlationem*, *num.* 11. *quæſt.* 11. *num.* 77. *de*
*tempor. ordinat.* Ciarlin. *controv.forenſ. cap.39. num.*
26. *lib.1. & cap.131. num.34. lib.2.* Barboſa *de pot.*
*Epiſcop. par.2. alleg.32. num.129. &* 130. *in collect.*
*ad Concil. Trident. ſeſſ.24. de reformat. cap.1. num.*
109. *& de offic.Paroch. par.2. cap.21. num.69. verſ.*
*Et requiritur*, Daniel de Nobilibus *diſputat.31.num.*
77. Cabreros *de metu*, *lib.2.cap.27. num.2.&* 3.Que-
9 ſada Pilo *controv. forenſ.* 26. *num.* 46. Tum quia †
quando mandatum, & licentia ad actum ſolemnizan-
dum requiritur pro forma, debet ſemper actum præ-
cedere,aliàs actus eſt nullus, *l.cum his*, *§.ſi præter*,
*ff.de tranſact.cap. audiſtis*, *juncto cap.quia propter*,
*de elect.*Mantica *deciſ.114.num.5.* Oſaſcus *deciſ.165.*
*ſub num.17.* Tiraquel *de legib.connub. gloſ.6. num.3.*
*&* 4. Gonzalez *ad regul.8. Cancel. gloſ.47. num.34.*
multis exornat Gomez *in lib.42. tauri*, *num.1.* San-
chez *de matrimon.lib.3. diſputat.35. num.18.*Cenedo
*pract.lib.1. quæſt.30. num.78.*Barboſa *de poteſt.Epiſc.*
*part.2. allegat.32.num.127.* Daniel de Nobilibus *diſp.*
31. *num.*75. plura alia jura, & Doctores citat Narbo-
na *l.10.gloſſ.2.num.26.verſ.Nec eſt*, *tit.6.lib.1.recop.*
10 Et in puncto de quo tractatur, *num.* 6. quod hujuſ-
modi mandatum, & licentia Epiſcopi debeat præ-
cedere actum, Urries *de cognit.Cler.part.2.num.*377.
latè Daniel de Nobilibus, *diſput.* 31. *num.*75. 76. *&*
77.*ubi*, *num.*78.*&* 79.dicit, non ſufficere ſequi rati-
habitionem.
11 Quæro 3. An mandatum, & licentia Epiſcopi in-
ſerviendi alicui Eccleſiæ, verſandi in Seminario Cle-
ricorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate re-
quiratur, quod ſit in ſcriptis, an verò ſufficiat, quod
ſit oretenus? Reſp.quod non requiritur, quod ſit in
ſcriptis, ſed ſufficit, quod ſit oretenus, id eſt verba-
liter, & ſine ſcriptis. Tum quia omnis actus verbo
confici poteſt, niſi expreſſam ſcripturam requirat
*gloſ.ab omnibus approbata,in cap.1. verba in ſcriptis*,
*de cenſib.in 6.l.pactum*, *quod bona fide*, ubi Barboſa,
*num.3.C.de pactis*, *l.cum inſtrumentis* 10.ubi Barboſa
*num.2. lib.in exercendis* 15. *C.de fine inſtrument.*Go-
mez. *tom.2. var.reſol.cap.2. num.17.* ubi Ayllon Lay-
nez, *num.* 18. Hermoſilla *ad Gregor. Lopez*, *tom.* 2.
*folio*, *mihi* 50. *pag.2.num.1.*Cancer.*part.1. var.reſol.*
*cap.13. num.10.* Tum quia ſcriptura regulariter non
requiritur, niſi tantùm ad faciliorem probationem,
non ad actus ſubſtantiam, *l.contrahitur*, *ff.de pignor.*
Mantica *de tacitis*, *lib.1.tit.10.num.8.*Cancer.*par.1.*
*var. cap.13. num.11.* Hermoſilla ad Gregor. Lopez,
*tom.2. fol.mihi* 51. *num.4.* Tum quia Concilium Tri-
dentinum, ſi voluiſſet mandatum, & licentiam hu-
juſmodi in ſcriptis, id expreſſiſſet, *l.unica*, *§.ſin au-*
*tem*, *C.de caduc.tollend.cap. inter corporalia*, *de transl.*
*Epiſcop. cap.ad audientiam*, *de decimis*, & ubi Con-
cilium Tridentinum voluit licentiam concedi in ſcri-
ptis, id expreſſit in caſibus, *ſeſſ.23. de reformat.cap.*
1. *ſeſſion.25. de regul. cap.5.* Cabreros *de metu*, *lib.*
2. *cap.* 17. *num.* 4. & cum id in iſto caſu omiſerit,
verbalem licentiam ſufficere judicandum eſt. Et per
prædictas † rationes in materia matrimonii, quæ 12
graviſſima eſt, licentia data Sacerdoti à Parocho,
ut præſens ſit matrimonio juxta Concilium Tridenti-
num, *ſeſſ.24.de reformat.cap.1.*non requiritur in ſcri-
ptis, ſed ſufficit verbalis, & oretenus conceſſa, ut
docent Navar. *conſ.41. à num.1. de ſponſalib.in an-*
*tiquis*, *aliàs conſ.12. de clandeſt. deſpond. in novis*,
Balzedo, Enriquez, & Manuel, quos citat Sanchez
*de matrimon.lib.3. diſput.3. diſp.35. num.10.* Cæval-
los *com. controv. com. quæſt.604. num.* 115. Cenedo
*pract. lib.1. quæſt.30. num.80.* Molinus *de ritu nupt.*
*lib.2. different.11.num.100.* Vega *in cap.ſignificaſti*,
*num.fin.*ubi Fermoſin.*quæſt.7. num.13. de foro compet.*
& alii plures penes Barboſam *de poteſt.Epiſcop. par.2.*
*allegat.32. num.128. & in collect.ad Concil. Trident.*
*ſeſſ.24. de reformat. cap.1. num.112. de off. Paroch.*
*part.2. cap.21. num.70. verſ. Et non requiritur*. Et
licentia conceſſa Confeſſario à Pœnitente revelan- 13
di ſigillum confeſſionis, non requiritur in ſcriptis,
Fagundez *de præcept. Eccleſ. præcept.2. lib.6. cap.2.*
*num.23.* Suarez *in part.3. tom.4. diſp.33.ſect.5.num.*
14. Diana *reſolut.moral. part.5. tract.11. reſolut.41.*
*& in coordinat.part.1. tract.8. reſolut.* 31. Et licen-
tia † & approbatio ad confeſſiones audiendas non 14
requiritur, quod ſit in ſcriptis, ſed ſufficit orete-
nus conceſſa, Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.1.*
*cap.16. quæſt. 6. num.* 198. alios addit Diana *reſolut.*
*moral. part.5. tract.14. & miſcel. 2. reſolut. 41. &*
*in coordinat. part.1. tractat.3. reſolut.4.* & alii apud
Barboſam *de poteſt.Epiſcop. part.2. allegat.25. num.*
22. *& in collectan.ad Concil.Trident.ſeſſ.25. de ref.*
*cap.15. num.33.*Et in puncto, de quo tractatur *num.*
11. † quod hujuſmodi mandatum, & licentia per 15
Epiſcopum concedi poſſit oretenus, & ſine ſcri-
ptis, ita deciſum refert Riccius *in prax. fori Eccleſ.*
*deciſ.101. in 1. edit.& reſolut.325. num.4. in 2. edit.*
Marian. Anton. *reſolut.* 48. *num.16. lib.* 3. Burgius
*de modo proced.ex abrupt. quæſt.65. num.* 36. Diana
*reſolut.moral.part.2. tractat.2. reſolut.35. aliàs* 34.*&*
*in coordinat. part.9. tract.2. reſolut.* 135. *num.2. in*
*princip.*Barboſa *de poteſt. Epiſcop.part.2. allegat.12.*
*num.13. in princ.& in collect.ad Concil.Trident. ſeſſ.*
23. *de reformat. cap. 6. num.* 31. *& de jure Eccleſ.*
*univ.lib.1. cap.39. §.2. num.29.* Squillante *de privil.*
*Cleric. cap.7. num.5. verſ. Quæ licentia*, Vivian.*de*
*jure patron. part.2. lib.6. cap.1. num.* 21. Daniel de
Nobilibus *diſp.31. num.2. &* 121. *& verſ. Pari mo-*
*do*, Vega *in cap.ſignificaſti* 18. *num.35.* ubi Fermo-
ſin. *quæſt.7. num.12. de foro compet.*Sperell.*deciſ.26.*
*num.16. lib.1.* Caſt.Palaus ita haberi praxim teſtatur
*in opere moral.part.2. tract. 12. diſput.unica*, *punct.*
*2.num.8. verſ.Hoc tamen mandatum*? Thom. del Be-
ne de praxi etiam teſtatur *de immunit. Eccleſ. tom.1.*
*cap.4. dub.8. num.4. verſ.cæterum*, Cenſal *vota crim.*
*Rotæ Genuæ 9. num.51.* Queſada Pilo *controv. forenſ.*
*cap.50. num.55.* Cutel.*de immunit.Eccleſ.lib.2. quæſt.*
35.*num.2.*quidquid dicant Urries *de cognit. Cler.part.*
2.*num.377.*Daniel de Nobilibus, *diſp.31. num.77. in*
*fine*.
Dummodo tamen hujuſmodi mandatum, & licen- 16
tia oretenus per Epiſcopum conceſſum teſtibus pro-
betur, ut docent Riccius, Marian.Anton. Burgius,
Sperel.Daniel de Nobilibus, *num.4.locis citatis*, *num.*
15.& ſic cùm teſtes in actis proceſſus dirigantur, ceſ-
ſant ea quæ dicunt Cutel.*de imm.Eccleſ.lib.2.quæſt.35.*
*num.2. verſ.Nam putarem*, *& num.3. &* 5.Thom.del
Bene *de immunit.Eccleſ. tom.1. cap.4. dub.8. num.8.*
*num.40. verſ.Cæterum*, *ibi : Quamvis in puncto ju-*
*ris*.
Ideòque fuit declatatum per Cancellarium Regni 17
Sar-

Sardiniæ Conſultore Canales 31. Martii 1645. Joannem Porco Clericum ſimpliciter tonſuratum deferentem habitum clericalem, & tonſuram in Scholis de licentia Epiſcopi ore ſibi data ſtudentem, pro ut teſtibus probatum fuit, privilegio fori Eccleſiaſtici gaudere.

18 Quæro 4. Utrum mandatum, & licentia Epiſcopi neceſſariò requiratur cum præſcriptione ſervitii alicujus Eccleſiæ, vel verſationis in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate, ut Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici? Hæc quæſtio anceps eſt; diverſimodè varii varia ſentiunt, & ſub diverſo marte orbis tribunalia ambiguitas hæc apparet ſortita, ut dicit Queſada Pilo, *controv. forenſ. cap. 50. à num. 24.*

19 Prima eſt opinio, quod neceſſariò non requiritur mandatum, & licentia Epiſcopi cum præſcriptione ſervitii alicujus Eccleſiæ, vel verſationis in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate, ut clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum inſerviens Eccleſiæ, deferens clericalem habitum, & tonſuram gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, ſed ſufficiat ad gaudendum privilegio fori Eccleſiaſtici, ſervitium actuale in ſpiritualibus adhibitum cuilibet Eccleſiæ cum clericali habitu, & tonſura, vel verſatio in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate, etiam nullo prævio mandato, & licentia Epiſcopi adhibito. Tum quia adſcriptio, & affixatio, inſerviendi alicui Eccleſiæ, vel verſandi in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate non eſt neceſſaria, nec de ſubſtantia, ſed ſufficit, quod realiter fiat ſervitium in Divinis, cum ad id Concilium Tridentinum ſolùm habuerit mentem, Genuen. Riccius, Proſp. de Auguſtino, Ricciolus, Novarius, Diana, Sperel. *locis ſtatim allegandis*, Barboſa *de jure Eccleſ. un. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 34. & 35. *in fine*. Tum quia qualitas mandati, & licentiæ Epiſcopi eſt levis, ſatiſque eſt concurrere quæ potiora ſunt, nempe tonſuræ delationem, incedere in habitu clericali, & ſervitium Eccleſiæ, vel commorationem in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate, Barboſa *de jur. Eccleſ. un. lib.* 1. *cap.* 9. §. 2. *num.* 36. *verſ. Nimirum quia*. Tum quia adſcriptio inſerviendi alicui Eccleſiæ ex mandato, & licentia Epiſcopi non requiruntur pro forma, cùm Eminentiſſimi Patres Concilii Tridentini interpretes pluries contrarium reſcripſerint, Sperel. *deciſ.* 26. *num.* 21. *verſ. Nec obſtat, in fine, lib.* 1. Tum quia magis ſtudendum venit menti Concilii quàm verbis, & habito effectu, id eſt ſervitio Eccleſiæ, forma ſperni poteſt, ſi ad hunc effectum illa præſcripta fuit, Rubeus *to.* 1. *deciſ.* 124. *num.* 41. Queſada Pilo *controv. forenſ.* 50. *num.* 36. ita tenent, docent, & probant, ac nervosè ſectantur Navar. *in ſuo ſingul. canon. ſingul.* 3. *tit. de Cleric. conjug. in* 6. Marian. Antonin. *reſolut.* 48. *num.* 14. & 15. *lib.* 3. Riccius *deciſ.* 111. *num.* 5. & *deciſ.* 154. *num.* 2. *part.* 4. Squillante *de privil. Cleric. cap.* 7. *num.* 13. & 14. Genuen. *in prax. Archiepiſc. Neapol. cap.* 7. *num.* 1. Novarius *in ſingul. jur. canon. concluſ.* 92. *num.* 5. Capiblanc. *de Baronib. pragm.* 8. *num.* 32. *part.* 3. Ricciolus *de jure perſon. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 15. Proſp. de Auguſtino *in addit. ad Quarantam in ſumm. bollar. verbo Habitus Clericalis*, Diana *reſolut. moral. part.* 4. *tract.* 1. *reſolut.* 2. *et part.* 9. *tract.* 6. *et miſcel.* 1. *reſolut.* 3. *in fine, et in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſolut.* 136. *num.* 2. *verſ. Quod manifeſtius, et reſolut.* 137. *num.* 5. Fermoſin. *in cap.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 7. *de foro competent.* Sellius *in ſelect. cap.* 18. *num.* 22. Barboſa *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 6. *num.* 32. *et de jure Eccleſiaſt. un. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 34. *verſ. Hinc inferentes*. Sanfelicius *deciſ.* 247. *in fine, part.* 2. Sperell. *deciſ.* 26. *proponit contraria, num.* 15. *ſed in hac reſidet, num.* 31. *verſ. Sic etiam, et verſ. Nec obſtat, et num.* 32. *et* 33. *verſ. Et hac jure, lib.* 1. Thoro *in compend. deciſ. part.* 3. *ſect.* 3. *verbo Remiſſio, petita per Clericum, fol.* 66. *et verbo Remiſſio petita, col.* 2. *verſ. Quinto, fol.* 132. *et in ſupplement. verbo Remiſſio Clerici, fol.* 528. Queſada Pilo *controver. forenſ. cap.* 50. *à num.* 27. *contraria proponit num.* 36. *et in hoc reſidet, num.* 36. & alii infra, *num.* 33. *et* 35. Pereyra *de Academ. num.* 390. *et* 391.

Et juxta hanc primam opinionem declaravit Sacra 20
Congregatio Concilii in una Baren. ſeu Minoricen. 6. Decembris 1607. Clericum ante delictum Eccleſiæ inſervire conſueviſſe, etiam interſeptè, & abſque mandato Epiſcopi, gaudere debere privilegio fori Eccleſiaſtici, referunt Sperel. *deciſ.* 26. *num.* 30. *in fine, lib.* 1. Barboſa *deciſ. Apoſt.* 157. *num.* 11. *et deciſ.* 361. *num.* 2. Et iterum declaravit die 30. Junii 1609. Clericum in minoribus conſtitutum, licèt nulli Eccleſiæ adſcriptum, clericali habitu, & tonſura incedentem, ſtudiis incumbentem, Scholas frequentantem, & diebus præcipuè feſtivis, aliis Sacrificio Miſſæ inſervientem in aliqua Eccleſia gaudere privilegio fori Eccleſiaſtici referunt Sperel. *deciſ.* 26. *num.* 31. *verſ. Et penes me, lib.* 1. Torreblanca *de jure ſpirit. lib.* 15. *cap.* 5. *num.* 58. Barboſa *de jure Eccleſ. un. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 36. *et deciſ. Apoſt.* 5. *num.* 4. *et deciſ.* 361. *num.* 3. Et iterum declaravit Sacra Congregatio Concilii ſecundùm aliquos in nullius 28. Martii 1628. & ſecundùm alios in Valentina 28. Martii 1628. clericum incedentem in habitu, & tonſura deſcriptum in catalogo clericorum, qui in Synodo Diœceſana obedientiam præſtitit ordinario, & per paucas vices in choro, & in proceſſionibus interfuiſſet, attentis circumſtantiis gaudere debere privilegio fori, quamvis alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi non inſerviat, vel Beneficium Eccleſiaſticum non habeat, referunt Sellius *ſelectar. cap.* 13. *num.* 77. *et cap.* 18. *num.* 15. Diana *reſol. moral. part.* 4. *tract.* 1. *reſolut.* 18. *in fine, et in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 122. *num.* 4. Barboſa *in collect. bullar. verbo Adſcriptio in fine, verſ. Aſcribere non ſe faciens, fol.* 52. *et verbo Clericus, verſ. Clericus incedens in habitu, fol.* 180. *et verbo forum, verſ. Fori privilegio gaudet Clericus incedens, fol.* 367. *et deciſ. Apoſtol.* 45. *num.* 2. *et deciſ.* 157. *num.* 9. *deciſ.* 61. *num.* 13. *et in collect. ad Conc. Trident. ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 6. *num.* 32. *et de jure Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 32. *ſub num.* 35. referunt, ſed non ſequuntur Daniel de Nobilibus *in addit. ad diſput.* 31. *num.* 13. *verſ. Ex quibuſdam*, Th. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 8. *num.* 28. Et declaravit etiam Sacra Congregatio Concilii in Valentina 29. Junii 1628. Clericum in minoribus conſtitutum Eccleſiæ inſervientem, non tamen ex mandato Epiſcopi, habitum, & tonſuram deferentem, gaudere privilegio fori Eccleſiaſtici referunt Sellius, *ſelectar. cap.* 13. *num.* 73. *et cap.* 18. *num.* 22. Barboſa *in collect. Bullar. verbo Clericus, verſ. Clericus in minoribus conſtitutus, fol.* 177. *et verbo forum. verſ. Fori, privilegio gaudet Clericus in minoribus, fol.* 367. *et deciſ. Apoſtol.* 15. *num.* 2. *et deciſ.* 361. *num.* 4. *et in collectan. ad Concil. Trident.* 23. *de reformat. cap.* 6. *ſub num.* 32. *et de jure Eccleſ. un. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 35. Queſada Pilo *controv. forenſ. cap.* 50. *num.* 38. *et* 39. Marian. Antonin. Riccius Squillante, Capiblanc. Ricciolus, Proſp. de Auguſtino, Diana, Novarius, Sperell. & Fermoſin. *locis citatis num.* 19.

Et ſecundùm eandem hanc primam opinionem 21
decíſum fuit per magnam Curiam Vicariæ Regni Neapolis, facta relatione in Sacro Concilio, cauſam Vincentii Panza remittendam eſſe ad Curiam Eccleſiaſticam teſtatur Thoro *in compend. deciſ. part.* 2. *verbo Remiſſio cauſæ, fol.* 559. Et per eandem magnam Curiam Vicariæ Regni Neapolis fuit deciſum Dominicum Porti Clericum, qui probavit ſervitium in Divinis, non tamen facta aſſignatione loci à ſuo Epiſcopo, à quo ordines ſuſceperat, ubi inſervire debuerat, remiſsum fuiſse ad Curiam Eccleſiaſticam, referunt Novarius *in opuſc. concluſ.* 92. *num.* 5. Sanfelicius *deciſ.* 247. Thoro *in compend. deciſ. part.* 3. *ſect.* 3. *verbo Remiſſio petita per Clericum, fol.* 66. *et in ſupplem. deciſ. verbo Clericus primæ tonſuræ, fol.* 88. *et verbo Remiſſio Clerici, fol.* 528. Genuen. *in*

*prax.*

*prax.Archiepiſc.Neap.cap.7. num.*1. Sperel. *deciſ.26. num.31. impr.lib.*1.Diana *reſolut.moral.part.4. tract.* 1,*reſolut.2.& in coordinat.part,9. tract,2. reſolut.*136. *num,2.verſ. inferens ex hoc*, Queſada Pilo *controverſ. forenſ.cap.50. num.39.* refert ſed non ſequitur Thom. del Bene *de immun.Eccleſ.tom.1,cap.8,dub,8, num.27. in fine*. Et iterum per magnam Curiam Vicariæ Regni Neapolis relatione in collaterali Concilio die 2. Decembris 1228. in favorem Andreæ Segeſii refert idem Thoro *in compend.deciſ.part.3.ſect.3. verbo Remiſſio petita*, *fol,*132.133.& 134.

22 Pro hac eadem prima opinione deciſum fuiſſe per Cancellarium competentiarum Regni Sardiniæ anno 1655. ad favorem Jacobi Spano, & Braſino, & anno 1656, ad favorem Joannis Pinna oppidi de Sorſo, qui probato ſervitio Eccleſiæ, abſque injunctione mandati Epiſcopi, ad Judicem Eccleſiaſticum remiſſi fuere teſtatur Queſada Pilo *controv. forenſ. c.* 50.*num.*41.

23 Hancque opinionem primam veriorem eſſe, & ferè in praxi jam in tribunalibus Orbis receptam teſtatur Queſada Pilo *controverſ.forenſ.cap.50. num.*41. & æquius videri juxta Concilii mentem ait Fermoſin. *in cap.2,quæſt.4, num,7, in fin,de foro compet.* & cùm iſte caſus Genuę contigiſſet, oſtenſa reſolutione Sacræ Congregationis ſupra relata, *num.* 20. *in princ.* Advocatum Fiſcalem Reipublicæ ſatisfactum dimiſiſſet, refert Sperel. *deciſ,26, num.*31. *in fine lib.*1. & hoc jure uti, nec enim umquam vidiſſe Bononiæ, Peruſii, Parmæ à jadicibus laicis opponi de defectu licentiæ Epiſcopi : nec Clerici, qui ex aliis Civitatibus ad aliquam pergebant Univerſitatem, accipiebant dictas licentias utpotè ipſis non profuturas, & ita declaraſſe Clericum Proſperum debere gaudere privilegio fori, teſtatur idem Sperel.*deciſ.26.num.*33. *verſ. Et hoc lib.*1.& de aliis deciſionibus atteſtantur Doctores citati per Queſad.Pilo *controverſ.foren.cap.50.num,* 40. *in fine*.

24 Secunda eſt opinio, quæ verior eſt, quod neceſſario requiritur mandatum, & licentia Epiſcopi cum præſcriptione ſervitii alicujus Eccleſiæ, vel verſationis in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate, ut clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum deferens clericalem habitum, & tonſuram gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici adeo ut non ſufficiat ad gaudendum fori Eccleſiaſtici privilegio ſervitium actuale in divinis præſtitum cuilibet Eccleſiæ, cum habitu, & tonſura, vel verſatio in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate, niſi præviè mandato, & licentia Epiſcopi adhibito. Tum quia Concilium Tridentinum, *ſeſſ.23. de reformat. cap.6.* expreſſe diſponit, quod nullus clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus ordinibus conſtitutus gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum, & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſerviat, aut in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel
25 Univerſitate de licentia Epiſcopi verſetur. Et ſic † copulativè requiritur delatio habitus, & tonſuræ clericalis, & ſervitium Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, vel verſatio in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate de licentia Epiſcopi, Carol.de Graſ. *de effect.Cler.effect.1.num.* 1167. 1169. Ambroſin. *de immunit.Eccleſ.cap.17,num.*13. & alii plures laudati *deciſ.127,num.*22. Tum quia, qui diſpoſitione Concilii uti vult, probare debet omnes qualitates illius impleviſſe, Cutel. *de immunit.Eccleſ. lib.2.quæſt.35. ſub num.7.* Thom.del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.1. cap.4. dub,8, ſub num.* 39. Tum quia Concilium Tridentinum loquitur cum dictione *niſi*, quæ conditionem importat, qua non impleta, non fruitur Clericus privilegio fori, nam cùm conditio à Concilio per dictionem, *niſi* in facto conſiſtat, ea non verificata, diſpoſitio redditur nulla, cùm conditio in forma ſpecifica ſit adimplenda, maximè ſuſpenſiva, ſine qua non, nec ſufficit implementum
26 per æquipollens, *ut probavi deciſ. num.127.* 30. Tum quia iſtud mandatum, & licentia Epiſcopi requiritur de eſſentia, & forma, Carol. de Graſ. *de effect. Cler,effect.1. num,*1170. Cutel. *de immun.Eccleſ.lib. 2. quæſt.35. num.* 7. Daniel de Nobilibus, *diſputat.* 31. *num.90,verſic. Et hanc*, *& verſic.Quantitatem*, *& num,90.* Urries *de cognit.Cleric.part.2. num,*363. Reg.Vico *ad pragm.Reg.Sard.tom.1. tit.7. capit.13. num,8.verſ.Secundo*, *in fine*, Thoro *in fine*, Thoro *in compet. deciſ. part.3. ſect. 3. verbo Remiſſio cauſæ petitæ*, *col.2. ſub verſ.Quinto*, *fol.* 132. cùm loquatur per dictionem *niſi* conditionem importantem, qua inducitur forma, nam quod conditionaliter exponitur, cenſetur de forma, & quia Concilium aliter diſponit quàm jus commune, & quando aliter diſponitur, quàm jus commune, forma inducitur, quæ forma legis cùm ſit ſubſtantialis, debet ſpecifice impleri, & non per æquipollens, aliter ejus omiſſio actum omnino nullum, & invalidum reddit, *ut probavi deciſ.* 127. *num.* 30. & 31. Tum quia Concilium Tridentinum utitur in 27
ſingulari, *alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſerviat*, quæ dictio *alicui* rem ſingularem, & determinatam ſignificat, *l. debitor*, *C.de ſentent. poſſ.* & dicit ſignum partitivum, Riminal. Jun. *conſ.* 15. *num,60. lib.1,* nec dicit Eccleſiis inſerviat, ſed Eccleſiæ, ut Epiſcopus ſit certus de præſtito illi Eccleſiæ ſervitio, ne modò huc, modò illuc vagantes Clerici Epiſcopum decipiant, Menochius *conſ,912. num.26. lib.10. & præſumpt.76, num,* 41. *verſ. Requirit & tertio*, *lib.6.* Daniel de Nobilibus *diſput.* 31. *num.* 64. Tum quia Concilium utitur dictione *ex*, ibi : Ex mandato Epiſcopi, & dictione *de*, ibi: de licentia Epiſcopi, quæ quidem dictio *ex*, & dictio *de* ſubſequens, immediatam, propriam, & materialem cauſam ſignificat, & ſic demonſtrat ſervitium præſtandum eſſe immediatè Eccleſiæ deſignatæ ex mandato Epiſcopi, & non alteri, cùm dictæ dictiones ſint taxativè, & tantùm ſtent taxativè, Daniel de Nobilibus, *diſput,31, num.* 65. 66. *& ſub num,92,*Tum quia fruſtra aliter videretur Concilium 29
requirere mandatum, & licentiam Epiſcopi, ſi id abſque eo liceret, Fajardus *loco allegando & in ſimili dixi ſupra*, *num.2.* Tum quia † qualitas mandati, & licentiæ Epiſcopi non levis dici poteſt, cùm forma à lege introducta ſemper cenſeatur, ſubſtantialis, Molina *de primog.Hiſpan.lib.2, cap,2.num.3. & 4.* Pereja *de inſtrum.edit.tom.1. tit,5. reſol.8.nu.* 43. nec ſufficit concurrere quæ potiora ſunt, quando ſimul requiſitæ qualitates, & conditiones concurrere, & impleri ad unguem in forma ſpecifica, & non per æquipollens eſt neceſſe, & illa non obſervata etiam in minimo, actus & diſpoſitio omnino vitiatur, *ex ſupra jam dictis*, Fajardo *loco citando num.* 30. Tum quia Concilium Tridentinum, *ſeſſ.* 23. *de reformat,cap.*11. diſponens ſuper interſtitiis ordinandorum ſubdit, *ut eo accuratius*, *quantum ſit hujus diſciplinæ pondus*, *poſſint edoceri*, *ac in unoquoque munere juxta præſcriptum Epiſcopi exerceant*, *idque in ea*, *cui aſcripti erunt*, *Eccleſia*. Ergo idem in ſervitio à Clericis in minoribus præſtando, quod debet præſtari in Eccleſia per Epiſcopum deſignata, Daniel de Nobilibus *diſput.31.num.66.67.68.69. & 70.* ſic in 30
terminis docent, & probant Navar. *conſil.* 17. *num.* 2. *& 6.de privileg.* Menochius *conſil,9.12. num.26. lib. 10.& præſumpt.76. num,41.verſ. Requirit & tertio*, *lib.6.*Ambroſin.*de immun. Eccleſ. cap.17. num.13. & cap.18,num.24.*Vivius *deciſ.512.num.18.* Vivaldus *ſuper Bul.cœnæ Domini*, *caſ.10. num.*120. Maſcard. *de probat.concluſ.302.num,14.*Bajard.ad Clar. *§.fin. quæſt. 36. num.34.*Farinac.*in prax.par.1.quæſt.8.num.44.*Burgius *de modo proced.ex abrupt.quæſt.65.num.26.27.& 28.* Avendano *de exequend.mand.cap.12.num,12.verſ. Et ultra*, Pet.Barboſa *in lætitia*, *num.* 36. *ff. ſolut. matr.*Bonacina *de legib.diſput.10. quæſt.2. punct.1. §. 4. num.10.& 15. & in Bulla cœnæ*, *diſputat.1.quæſt. 16.ſect.1. punct.5. num.34.* Maſcard.*de gener.ſtat.inpret.concluſ.1.num.*106.Cenedo *pract.lib.1. quæſt.* 24. *num.24.*Cutel.*de immun.Eccleſ.lib.2. quæſt.35. num.6.* Cenſal. *voto crim. Rotæ Genuæ 9. num.* 35. Pereyra *de manu regia*, *part.2. cap.26. num.7.* Reg. Matth.

de

*de reg. reg. Valent. cap.7.* §.1. *n.* 174. Reg. Vico *ad pragm.reg.Sard.tom.1. tit.7. cap.12.num.*8.Thom. del bene *de immun.Eccleſ.tom.1. cap.4. dub.8, num.* 26. contraria proponit, *num.27.*& in hac reſidet, *n.* 28. *verſ.Quod tamen mihi*, latè Fajardus *allegat. fiſcal.* 6. *num.*19. Urries *de cognit, Cleric. part.2. à num.* 352. Daniel de Nobilibus *diſput.* 31. *à num.* 64. *ad* 75. *& num.* 111. *verſ. Ex his*, *& in addit. num.* 12. *&* 13. & alii plures *deciſ.* 127. *num.*1. & infra *num.*36.

31 Et ſecundùm hanc ſecundam opinionem fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Loris, Conſultoribus Ferrer, Seſcaſes, & Guardiola 30. Aprilis 1578. contra Franciſcum Capdevila Clericum, & Subſacriſtam Monaſterii Sancti Salvatoris de Breda. Et per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Paguera, Ferrer, Benach. Calba de Vallſeca, Sanjuſt, Puigmija & Soler 6. Januarii 1606. contra Antonium Gil Clericum tonſuratum, & literarum profeſſorem in Regiis carceribus detentum. Et per eundem Cancellarium Agullana, Conſultoribus Bonet & Calba de Vallſeca 14. Januarii 1608. contra Joannem Marti Studentem, in minoribus Ordinibus conſtitutum, in matricula ſcholaſtica Civitatis Barcinonæ deſcriptum in Regiis carceribus detentum. Et per Cancellarium Puigmari 8. Julii 1627. contra Paulum Roca Villæ de Vilarodona, Clericum ſimpliciter tonſuratum, & in Tarraconen. Schola matriculatum, detentum in carceribus Caſtri de la Torre den Barra, per Bajulum ipſius Villæ. In quibus omnibus fuit declaratum ipſos non gaudere privilegio fori Eccleſiaſtici; fuitque ex eo, ut opinor, quia non conſtat de mandato, & licentia Epiſcopi. Sed expreſſius, ac clarius per eundem Cancellarium Agullana, Conſultoribus Dalmau. Bonet, Mijevila, & Franqueſa 9. Decembris 1611. contra Paulum Vidal Clericum tonſuratum, & in minoribus Ordinibus conſtitutum loci de Belluci, in matricula deſcriptum in Univerſitate Studii Generalis Civitatis Barcinonæ, abſque tamen licentia Epiſcopi Barcinonæ detentum in Regiis carceribus, imputatum de furto, fuit declaratum non gaudere privilegio fori Eccleſiaſtici, his verbis: Firmæ juris factæ in Curia Eccleſiaſtica per dictum Vidal locum non fuiſſe, nec eſſe,

32 Idemque fuit declaratum per Cancellarium Regni Valentiæ, teſtantur Regens Matth. *de regim. reg. Valentiæ, cap.7.* §. 1. *ſit* 175. Et in Regno Sardiniæ fuit idem declaratum per Cancellarium Caldantey, Conſultoribus Caſtanyer, & Garau 13. Octobris 1585. contra Joannem Collu, aliàs Paderi clericum conjugatum Villæ de Sardanya, habitum clericalem, & tonſuram deferentem, & Eccleſiæ ſervientem, quia non conſtabat de omnibus requiſitis Concilii Tridentini, non gaudere privilegio fori Eccleſiaſtici. Idque exiſtimo fuiſſe ex eo, quia non conſtabat de expreſſa licentia Epiſcopi ad inſerviendum Eccleſiæ. Et per Sacram Congregationem ſuper controverſiis juriſdictionalibus in Ariminen. 21. Januarii & 28. Aprilis 1626. referunt Sperell.*deciſ.26. num.4. lib.1.* Barboſa *deciſ.Apoſtol.*157. *num.*11. *verſ.Et iterum*, *& deciſ.*361. *num.* 1. eamque tradidi *deciſ.* 27. *ſub num.* 22. & Lucæ ex concordia inita ſuper gabellis anno 1627. & ex conſuetudine interpretativa, tam Clericorum, quàm laicorum ſervatur, quod Clerici adſcribantur ab Epiſcopo juxta diſpoſitionem Concilii, teſtatur Daniel de Nobilibus *in addit.ad diſp.* 31. *num.*

33 Ad declarationes Sacræ Congregationis in contrarium relatas, poteris generaliter reſpondere ex traditis per Don Ludovicum de Exea, Dianam, Thom. del Bene, Cutellum, Solorzanum, & Ciarlinum, *quos citavi deciſ.* 83. *num.* 8. *in fine*, *part.2.* & ex traditis per Daniel de Nobilibus *in addit.ad diſput.* 26. *numer.*63. *& in addit.ad diſput.*31. *num.*12. Fajardum *alleg.fiſcal.6. num.*14. *& allegat.9. num.*371. *& late poſt allegat. fiſcal. in quæſt. de Epiſc. regul. num.*99.100.101.102.*&* 103.latè etiam Barboſa *de jure Eccleſ.un.lib.1.cap.4.num.*81. 82, 83. *& deciſ.Apoſtol.* 211.*num.*6.7.*&* 8. & particulariter Cutel.*de immun, Eccleſ.lib.2.quæſt.35.num.7.verſ.Unde*, *& num.*8. Th. del Bene *de immun.Eccleſ.tom.1. cap.4. dub.8. num.*40. Daniel de Nobilibus *in addit.ad diſp.* 31. *num.* 13. *verſ.Ex quibuſdam* Fajardo *alleg.Fiſcal.6.nu.19, verſ. Tum quia non debet*.

Quæro 5. An Clericus prima tonſura initiatus, aut 34
in minoribus Ordinibus conſtitutus, deferens cleri-
calem habitum, & tonſuram gaudeat privilegio fo-
ri Eccleſiaſtici, ſi inſervit alteri Eccleſiæ, quàm ei 35
cui inſervire fuit adſcriptus ab Epiſcopo. Prima † eſt
opinio affirmativa, & ſecundùm eam Sacram Congregationem Concilii Tridentini reſpondiſſe teſtantur Barboſa *in declarationibus ad Concil.Trident.ſeſſ.* 23. *de reformat.cap.6. verſ.Utrum Clericus, fol.mihi* 374. *& deciſ.Apoſtol.*157. *num.*12. ubi citat Proſper. de Auguſtino ad Quarantam *in ſum.Bullar.verbo Habitus*, Marc.Antonium Genuen.*in prax. Archiep.Neapol.cap.7.num.*1.Ricciolum *de jure perſon.lib.7.cap.6. num.*15.Sperel. *deciſ.26. num.*31. quibus addendi ſunt Novarius *de jure Pontif.concluſ.92.num.*5.Capiblanc. *de Baronib.pragm.8. num.32. part.*3. Riccius *deciſ.* 111.*num.5.& deciſ.154.num.2. part.4.* Diana *reſolut. moral.part.2. tract.1. reſolut.35. aliàs* 34. *& part.4. tract.1.reſolut.& in coordinat.part.9. tract.2. reſolut.* 135.*num.3.& reſolut.136.ſub num.*2.Squillante *de priv. Cler.cap.7.num.*13.*&* 14. Sanfelicius *deciſ.*247. Thoro *in ſupplem.deciſ.verbo Clericus primæ tonſuræ, fol.* 88.Marinis *reſolut.jur.lib.1.cap.58. num.7. &* 8. Barboſa *de jure Eccleſ.univerſ.lib.1. cap.39.§.num.*34.35.*&* 36. & alii ſupra citati *à num.*19. per rationes ibi adductas,

Secunda eſt opinio negativa, quæ verior eſt, quia 36
eo caſu non inſervit Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi, ſed potiùs ex propria voluntate & contra mandatum Epiſcopi, ſic Menochius *conſult.* 912. *num.*15. *verſ. Nec repugnat*, *& num.26. lib.*10.Maſtrill. *deciſ.*113. *num.12. lib.*1. Riccius *de public.jud. quæſt.* 35. *num.* 28. *verſ.Et Eccleſiæ ab Epiſcopo*, Carol.de Graſ. *de effect.Cler.effectu* 1. *num.*1170. Cutel.*de imm. Eccleſ. lib.2. quæſt.35.num.5. verſ.At quod ſpectat, cum ſeq.* Barboſa *de poteſt. Epiſcop.part.2. allegat.12.num.*14. Thom.del Bene *de immun.Eccleſ.tom.1.cap.4. dub.8. num.37. verſ.Secus ſi ab Epiſcopo*, *& num.38. &* 39. Urries *de cognit.cler.part.2.num.*360. *&* 361. Daniel de Nobilibus *diſput.31. à num.63. verſ. Hujuſmodi*, *& in addit.num.*10. *&* 11. Eſcobar *de Pontif. & reg. juriſd.in ſtud.gener.cap.33.num.9.&* 1. Et alii ſupra citati *à num.*24.*ad* 33. per rationes & deciſiones ibidem relatas.

Et in hanc ſecundam opinionem inclinat Caſt.Pa- 37
laus *in oper.moral.part.2.tractat.12. diſp.unica, punct. 2.num.8. verſ.An verò debeat.* credit tamen ipſe Caſt. Palaus *verſ. cæterum ſufficere*, ſi ab Epiſcopo aſſignetur ſervitio alicujus Eccleſiæ ſcilicet in genere, cuicumque inſerviat ei, cui inſervit, non debet, quia jam inſervit Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, in quo conſentiunt Thom.del Bene *de immunit.Eccleſ.tom.1.cap.4.dub.8. num.* 37. *n. princ.*& alii citati, *deciſ.*132.*num.*8.

Quæro 6. An mandatum, & licentia Clerico pri- 38
mæ tonſuræ, aut minorum ordinum concedenda, ut inſerviat alicui Eccleſiæ, vel verſetur in ſeminario clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate, ad effectum gaudendi privilegio fori Eccleſiaſtici, debeat concedi ab Epiſcopo tantùm, an verò poſſit concedi à Vicario Generali Epiſcopi? quæſtio eſt nova, curioſa, & practicabilis, ut inquit Diana *reſolut.moral.par.9. tract.6. & miſcel.1. reſolut.6. in princ.& in coordinat.part.9. tract.2. reſolut.137. n.* 1. *in princ.*

Prima eſt opinio quod tantùm concedi poteſt ab 39
Epiſcopo, & non ab alio, etiam à Vicario Generali Epiſcopi. Tum quia Concilium Tridentinum, *ſeſſ.* 23.*de reformat. cap.*6. inducit formam, quæ non dicitur adimpleta per æquipollens, id eſt per mandatum, & licentiam Vicarii Generalis, cùm ſit certum, quod forma legis non poteſt per equipollens adimpleri,

ut pro-

ut probavi *deciſ.* 127. *numer.* 30. *&* 31. *& ſupra*, *hac deciſ. num.* 32. Tum quia per Concilium Tridentinum fuit hæc cognitio Epiſcopo delegata, & conſequenter non poteſt in ea ſe intromittere illius Vicarius Generalis. Tum quia quoties aliquid alicui committitur, debet exequi per nominatum in commiſſione, & non per alium, & cùm conceſſio hujuſmodi mandati, & licentiæ ſit Epiſcopo conceſſa, non debet ab alio exequi, quod multo fortius procedit in caſu præſenti, in quo videtur electa induſtria Epiſcopi, & non ſui Vicarii Generalis, nec alterius miniſtri, maximè quia ſumus in executione facti in quo datur forma, quod mandatum, & licentia ſit Epiſcopi, quæ nullatenus omitti poteſt. Tum quia in diſpoſitione Concilii Tridentini fuit præcipuè habita ratio dignitatis Epiſcopalis, & ubicumque actus fundatur in nomine appellativo, intelligitur tantùm factus in favorem illius. Tum quia Concil. Trid. loquitur per dictionem *niſi*, quæ excipit alios caſus, & conſenſum aliorum inferiorum. Tum quia Concil. Trident. utitur dictionibus *ex* & *de*, quæ proximam, & immediatam cauſam ab Epiſcopo, & taxativè denotant, ut dictum eſt ſupra *ſub num.* 32. Sic docent, & probant Urries *de cognit. cler. par.* 2. *numer.* 363. Reg. Vico *ad pragmat. reg. Sardin. tom.* 1. *tit.* 7. *cap.* 13. *num.* 8. Quem refert, & ſequitur Reg. Matheu *de Reg. Valen. cap.* 7. §. 1. *numer.* 174. Queſada Pilo *contr. foren. cap.* 50. *num.* 34. *&* 35. Omnium latè Daniel de Nobilibus *diſp.* 31. *verſic. rerum*, *ad num.* 104.

40 Niſi Epiſcopo abſente, quo caſu Vicarius Generalis Epiſcopi poteſt adſcribere Clericum ſic perquirentem alteri Eccleſiæ ad fruendum privilegio fori Eccleſiaſtici, quam ei, cui ab Epiſcopo adſcriptus fuerat, & hoc ob ſupra ſcriptam Epiſcopi abſentiam, Riccius *deciſ.* 295. *tota part.* 3. Daniel de Nobilibus *diſp.* 31. *num.* 90. Conducit Boſſius *in moralib. tom.* 2. *tit.* 4. §. 8. *num.* 44.

41 Secunda eſt opinio, quod poteſt hujuſmodi mandatum, & licentia concedi per Vicarium Generalem Epiſcopi, & Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum inſerviens alicui Eccleſiæ, vel verſans in ſeminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate de mandato, & licentia obtenta à Vicario Generali Epiſcopi abſque ejus ſpeciali commiſſione gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ita docet, & probat Diana *reſol. moral. par.* 9. *tract.* 6. *& miſel.* 1. *reſolut.* 6. *& in coordinat. part.* 6. *tract.* 2. *reſol.* 137. Conducunt Duardus *in Bul. cœnæ*, *lib.* 3. §. 2. *quæſt.* 9. *num.* 13. Boſſius *in moralib. tom.* 2. *tit.* 4. §. 8. *num.* 46. *&* 47. ſic fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Loris, Conſultoribus Sala, & Fontpaſtor 2. Decembris 1579. In favorem Ludovici Marti Clerici cum unica, & virgine conjugati in habitu, & tonſura incedentis, & ex permiſſione Epiſcopi Barcinonæ, ſeu ejus Vicarii Generalis in Sede Civitatis Barcinonæ habentis officium, ut curaret, ne in dicta Eccleſia Sedis Barcinonæ immunditiæ aliquæ in ea fierent, vel nequitiæ, *referam*, *deciſ.* 136. *num.* & per eundem Cancellarium Loris, Conſultoribus Quintana. Offet, & Ferrero 20. Octobris 1580. In favorem Joannis Montagut Clerici cum unica, & virgine conjugati, incedentis in habitu clericali, quo cæteri Clerici conjugati in Diœceſi Dertuzæ ſolent, per officialem, & Vicarium Generalem Dertuzæ deputati officio, & miniſterio poliendi altare, & capellam Sanctorum Abdon, & Sennen in Parochiali Eccleſia de Vildecona dictæ Diœceſis Dertuzæ, *referam*, *deciſ.* 136. *num....* Et per Cancellarium Agullana 9. Januarii 1615. In favorem Philippi Sorribes Clerici Villæ de Berga olim Diœceſis Urgellen. In minoribus ordinibus conſtituti, & de licentia Vicarii Generalis Epiſcopi Urgellen. In Univerſitatibus Oſcen. & Ilerden. ſtudentis.

42 Fundat Diana hanc ſecundam opinionem, quia nomine Epiſcopi, ubi non excluditur Vicarius, & eſt res, quæ convenit Vicario ex ejus officio, intelligitur etiam ejus Vicarius generalis, ut docent *gloſs. verbo per Epiſcopos, in cap. unico*, ubi Francus *num.* 4. Barboſa *num. de capel. monachor. in* 6. Felin. *in cap. ſi quis contra*, *num.* 4. *verſic. Sed cave*, *de foro compet.* Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæſt.* 43. *num.* 28. *&* 29. *& quæſt.* 205. *num.* 2. Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *diſp.* 29. *num.* 16. *verſ. Ad ſecundum dico*, *& in decal. tom.* 2. *lib.* 6. *capit.* 15. *numer.* 30. Saravia *de juriſd. adjunct. quæſt.* 17. *num.* 14. *verſic. Tertio*, Narbona *de appel. à Vicar. ad Epiſcop. part.* 1. *num.* 217. Marian. Antonin. Macerat. *lib.* 1. *reſol.* 112. *caſu* 31. *verſic. Et per dicta*, Narbona *l.* 59. *gloſſ.* 1. *num.* 53. *tit.* 4. *lib.* 2. *recopilat.* Suarez *tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 7. *ſect.* 3. *num.* 10. *& diſp.* 20. *ſect.* 1. *numer.* 2. Riccius *deciſ.* 13. *num.* 6. *part.* 2. Sperel. *deciſ.* 97. *num.* 1. *lib.* 1. Gratian. *in addit. ad deciſ.* 157. *numer.* 5. *& diſcep. foren. cap.* 83. *num.* 12. Molinus *de ritu nup. lib.* 2. *diſ.* 11. *num.* 66. Garcia *de benef. part.* 5. *cap.* 8. *numer.* 52. Barboſa *appellat.* 69. *num.* 23. Boſſius *in moralib. tom.* 2. *tit.* 4. §. 8. *num.* 47. Solorzanus *de jure indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 4.

Addit Diana id conſtare ex Concilio Tridentino 43 *ſeſſ. de reformat. cap.* 6. ubi cùm voluit Vicarium excludere, expreſſit dicens: *Eis tantum, non tamen Vicariis ſit permiſſum*. Quo fit, ut in reliquis caſibus illum expreſsè non excipiendo, includere intendit: hoc argumenti genere utuntur in ſimilibus Genuen. *in prax. Archiep. cap.* 1. *num.* 1. *& cap.* 26. *numer.* 1. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 7. *num.* 10. *verſic. Tertio*, *& diſp.* 29. *numer.* 16. *verſic. Ad ſecundum dico*, Guttier. *de matrimon. cap.* 56. *ſub numer.* 11. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 83. *numer.* 11. *&* 12. Riccius *deciſ.* 13. *num.* 7. *& par.* 2. Molinus *de ritu nup. lib.* 2. *diſ.* 11. *num.* 65. Narbona *l.* 59. *tit.* 4. *lib.* 2. *recogit.* Barboſa *appell.* 89. *num.* 25. *in fine*, *& in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *de refor. cap.* 6. *num.* 56. Sperel. *deciſ.* 97. *num.* 2. *lib.* 1. Boſſius *in moral. tom.* 2. *tit.* 4. §. 8. *numer.* 48. *verſic. Confirmatur*, Duardus *in Bul. Cœnæ*, *lib.* 3. §. 2. *quæſt.* 9. *n.* 13. Bonacina *de cenſur. Bul. Cœnæ*, *diſp. quæſt.* 12. *part.* 2. *num.* 24.

Idem probat Diana, quia in eodem Concilio Tridentino *ſeſ.* 23. *de refor. cap.* 3. dicitur, ſolos Epiſcopos poſſe concedere literas excommunicationis pro rebus ablatis. Et tamen id poſſe Vicarios generales Epiſcoporum ex generali commiſſione, ac nomine Epiſcoporum comprehendi, docent ex veriori ſententia Sbrocius *de Vicar. Epiſcop. lib.* 2. *quæſt.* 17. *num.* 2. Guttier. *canonicar. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 8. Gratian. *deciſ.* 97. *à num.* 14. Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. numer.* 1. Sanchez *lib.* 3. *de matrimon. diſp.* 29. *num.* 16. *verſic. Ad ſecundum dico*, Bolannos *in Cur. Philip. tom.* 1. *par.* 3. §. 19. Narbona *l.* 59. *gloſſ.* 1. *nu.* 56. *&* 58. *tit.* 4. *lib.* 2. *recopil.* Zerola *in praxi Epiſcopo*, *part.* 1. *verbo Vicarios*, §. 17. Avila *de cenſur. par.* 2. *cap.* 10. *diſput.* 2. *dub.* 3. Coſta *de ſcient. & facti ignoran. cent.* 2. *diſtin.* 55. *num.* 1. *tom.* 1. Riccius *reſol.* 25. *num.* 4. *in* 1. *edit.* Suarez *de cenſur. tom.* 5. *diſput.* 20. *ſect.* 1. *num.* 2. Machado *en el perfecto Confeſſor. lib.* 1. *part.* 3. *tract.* 7. *document.* 2. *numer.* 1. *in fine*, & alii plures, quos citant Sperel. *deciſ.* 97. *num.* 5. *tom.* 1. Garcia *de benef. par.* 5. *cap.* 8. *num.* 94. Barboſa *in collect. ad Concil. Trident. ſeſs.* 23. *de refor. cap.* 3. *num.* 5. *& appell.* 89. *num.* 16. quidquid dicant idem Barboſa, & ab eo relati *de poteſt. Epiſc. par.* 2. *alleg.* 96. *num.* 67. *&* 68. 44

Inſuper, cùm Concilium Tridentinum *ſeſs.* 24. *de reformat. cap.* 20. ſtatuat ad ſolos Epiſcopos pertinere cognitionem cauſarum matrimonialium, pertinere etiam ad Vicarios generales ex generali commiſſione Epiſcoporum, *capit.* 3. *de frigid. & malef. cap. fin. de cognat. ſpirit.* Covar. *in* 4. *decret. part.* 2. *cap.* 8. §. 12. *num.* 1. Sbrocius *de off. Vicarii*, *lib.* 2. *quæſt.* 44. *in fine*, Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *diſp.* 29. *num.* 16. *verſic. Ad ſecundum dico, in fine*, *& num.* 18. *verſic. Secundo*, Narbona *de appel. à Vicario ad Epiſcop. part.* 1. *numer.* 201. *& numer.* 402. Riccius *reſol.* 270. *part.* 4. Azor. *inſtit. mor. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 45. *quæſt.* 2. Barboſa alios plures laudat, & contrarios reprobat *de poteſt. Epiſ. par.* 3. *alleg.* 54. *& allegat.* 83. *num.* 3. *& in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 20. *num.* 57. *& appell.* 89. *n.* 27. *& in cap.* 1. *num.* 10. *de frigid. & maleficiatis*, 45

Similiter diſponit Concilium Tridentinum *ſeſs.* 14. *de refor.* 13. ut beneficium juris patronatus non poſſit 46

poſſit præſentari niſi coram Epiſcopo loci: & nihilominus poteſt præſentari coram Vicario generali Epiſcopi, qui ſimiliter poteſt abſque ſpeciali conceſſione confirmare electos, & hujuſmodi præſentatos inſtituere, *gloſſ. ver. non poſſunt, in cap. fin. de offic. Vicar. in 6.* Rochus de Curte *de jure patronat. verbo competens, quæſt.* 31. 32. Zerola *in prax. Epiſcop. par. 1. verbo Vicarius*, §. 15. Suarez de Paz *in prax. tom. 2. prælud. 3. num. 7. & 8.* Sbroſius *de Vicar. Epiſc. lib. 2. quæſt. 3. tota*, Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 2. cap. 22. quæſt. 3. & lib. 3. cap. 44. quæſt. 5.* Covar. *lib. 3. var. reſol. cap. 10. numer. 7.* Vivian. *in prax. jur. patron. par. 2. lib. 2. cap. 2. num. 3.* Gonzalez *ad reg. 8. cancel. gloſ. 9. §. 1. à num. 78.* notat Daniel de Nobilibus *diſp. 31. num. 59.* alios plures cumulant Garcia *de benef. par. 5. cap. à n. 84* Barboſa *de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 54. num. 70. & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 14. refor. cap. 13. num. 4. & in cap. 1. num. 5. de inſtitut. in 6.*

46 Pariter Vicarius generalis Epiſcopi abſque ejus ſpeciali commiſſione poteſt moniali licentiam egreſſus à Monaſterio concedere in vim Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. de regularib. cap. 5.* id Epiſcopo tribuentis, Sanchez *in decal. lib. 6. capit. 15. numer. 30.* Bonacina *de clauſura, quæſt. 1. punct. 8. numer. 3.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 102. num. 28. in fine, & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regularib. cap. 5. numer. 41. & appel. 89. num. 28.*

48 Ex quibus hujuſmodi mandatum, & licentia poteſt concedi per Vicarium Capituli Sede vacante, & clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum inſerviens alicui Eccleſiæ, aut verſans in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate de mandato, & licentia obtenta à Vicario Capituli Sede vacante, abſque ſpeciali commiſſione Capituli Sede vacante, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici. Et ſi contrarium teneat, & deciſum referat abſque ſpeciali mandato Capituli Sede vacante, Regens Mattheu *de regim. Reg. Valent. cap. 7. §. 1. num. 74. & 75.* quem citat Quezada Pilo *contr. foren. cap. 50. num. 34. & 45.*

49 Tum quia, Vicarius Capituli Sede vacante non indiget aliqua ſpeciali commiſſione Capituli, nam Concilium Tridentinum illud arctat ad ejus nominationem; nam tota authoritas Capituli etiam in iis, quæ requirunt ſpeciale mandatum, tranſit in Vicarium Capituli Sede vacante, Guttierez *libro 1. canonicar. cap. 11. num. 10. verſic. Id quod hodie.* Molina *de juſt. & jure tract. 5. diſp. 11. numer. 4.* Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. cap. 86. numer. 5.* Garcia *de benef. part. 5. cap. 7. num. 28.* Fermoſin. *in cap. 4. quæſt. 8. num. 14. de offic. Vicar.* Solorzanus *de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 15. num. 70.* Et ſi non bene firmari cenſeat Rota, ut dicunt Barboſa *de jure Eccleſiæ univer. lib. 2. cap. 32. num. 103. & de Canonicis, cap. 42. num. 103.* Novarius *in ſumma Bullar. tom. 5. tit. de Capitulo Sede vacante, numer. 10.* Diana *reſolut. moral. part. 8. tract. 4. reſol. 64. & in coordinat. par. 3. tract. 5. reſol. 72.*

50 Tum quia Vicarius generalis Capituli Sede vacante in multis majorem, & firmiorem juriſdictionem habet, quam Vicarius Epiſcopi, Solorzano *de jure indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 13. num. 70.* Sbrozius *de offic. Vicar. lib. 1. quæſt. 15. numer. 6.* Garcia *de benef. par. 5. cap. 7. num. 75. in fine*, Saravia *de juriſd. quæſt. 17. numer. 15. & 16.* & patet exemplis congeſtis à Genuen. *in prax. Archiepiſ. Neapol. cap. 44. numer. 26. & 29.* & ex pluribus traditis per Barboſam *de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 32. à num. 61. de Canonicis, cap. 43. à num. 61.* Diana *reſol. mor. par. 8. tract. 4. & in coordin. par. 3. tract. 5.*

51 Et ſicut Vicarius generalis Epiſcopi generali commiſſione poteſt concedere literas excommunicationis pro rebus male ablatis, & cognoſcere cauſas matrimoniales, & concedere moniali licentiam egreſſus à Monaſterio, & poteſt confirmare, & inſtituere præſentatum à patrono abſque ſpeciali commiſſione Epiſcopi, quamvis per Concilium Tridentinum ad ſolos Epiſcopos hæc omnia pertineant, *ut dixi, numer. 44. 45. & 47.* ita Vicarius generalis Capituli Sede vacante poteſt concedere literas excommunicationis pro rebus male ablatis, Pavinus *de poteſt. Capit. Sede vacante, quæſt. 1. par. 1.* Martha *de juriſdict. par. 3. cap. 4. num. 53.* Riccius *reſol. 235. num. 5.* Machado *en el perfecto Confeſſor, lib. 1. part. 3. tract. 7. documento 2. num. 6. in fine*, Diana *reſol. moral. par. 8. tract. 4. reſol. 17.* & alii plures quos citat Barboſa *de poteſt. Epiſc. part. 3. allegat. 96. num. 30. & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. de refor. cap. 3. num. 6. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 32. numer. 65. & de canonic. cap. 42. num. 63.* Et poteſt cognoſcere † de cauſis 52
matrimonialibus, *cap. veniens 7.* ubi Barboſa *num. 2. de eo qui duxit in matrimon.* Pavinus *de poteſt. Capituli Sede vacante, part. 1. quæſt. 5. & part. 2. quæſt. 10. ſub numer. 8.* Covar. *de ſponſalib. part. 2. cap. 8. §. 11. num. 1.* Riccius *reſol. 215.* alios laudat Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part. 2. allegat. 84. numer. 4. & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. capit. 20. numer. 58. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 32. numer. 72. & 102. & de canonic. cap. 42. numer. 72. & 102.* Diana *reſol. moral. part. 8. tract. 4. reſol. 22. & in coordinat. part. 3. tract. 5. reſol. 27.* Et poteſt moniali † licentiam 53
egreſſus à Monaſterio concedere, Sanchez *in decalogo, lib. 5. cap. 15. numer. 10.* Tamburin. *de jure Abbatiſſar. diſp. 20. quæſt. 5.* Barboſa *in collectan. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regular. capit. 5. numer. 41.* Diana *reſol. moral. part. 8. tract. 4. reſol. 39. & in coordinat. part. 3. tract. 5. reſolut. 35.* Et poteſt præſentatos 54
Clericos à patronis admittere, & inſtituere, *capite 1. cum olim, de majorit. & obedient. capite 1. de inſtitut. in 6.* Azor. *inſtit. mor. part. 2. libro 3. capite 38. quæſt. 2.* Vivianus *de jure patronat. lib. 2. cap. 2. numer. 6.* alios laudat Garcia *de benefic. part. 1. capite 7. numer. 54. & capit. 8. num. 87.* Barboſa *in cap. 2. num. 5. ne Sede vacante, & in cap. 1. num. 1. 2. & de inſtitut. in 6. & de poteſt. Epiſcop. par. 3. allegat. 72. numer. 183. & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 14. de refor. cap. 13. numer. 3. & 4.* Molina *de juſt. & in jure, tract. 5. diſput. 11. num. 13.* Diana *reſol. moral. part. 5. tract. 4. reſol. 25. & in coordinat. part. 3. tract. 5. reſol. 50. num. 2. & 6.* Solorzanus *de jure indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 13. num. 33.*

Tum denique, quia nomine Epiſcopi intelligitur 55
capitulum Sede vacante, ſeu ejus Vicarius ab eo electus, Boſſius *in moral. tom. 2. titul. 4. §. 8. numer. 42.*

Ex quibus infertur, quod prædictum mandatum, 56
& licentia concedi poteſt per Abbates, ſeu Prælatos habentes Diœceſim cum territorio ſeparato, & juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in Parochianos, quia hi veniunt ſub nomine Epiſcopi, ut dixi *deciſ. 128. numer. 35. & adde ibi tradita à numer. 33. 40.* Daniel de Nobilibus *diſput. 31. num. 94. in fine*, quia *à num. 83. cum plurib. ſequent.* ſecus eſſe dicit in aliis Prælatis inferioribus.

Et quod magis eſt, licèt Officialis, ſeu Vicarius fo- 57
raneus Epiſcopi prædicta concedere non poſſit abſque ſpeciali delegatione Epiſcopi, ut docet poſt alios Barboſa *de poteſt. Epiſcop. par. 3. allegatione 96. numer. 9. & in collectan. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. de refor. cap. 3. num. 7.* Nihilominus Officialis, ſeu Vicarius foraneus poteſt hujuſmodi mandatum, & licentiam concedere, ſic invenio in Cathalonia declaratum per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Bonet, Magarola, Ferruz, Lover, & Gamiz, die 2. Martii 1615. in favorem Franciſci Caſanoves tonſurati, & de licentia Officialis Eccleſiaſtici Villæ de Agramunt in Eccleſia Parochiali dictæ Villæ inſervientis, & clericalem habitum deferentis.

Quæro 7. an mandatum, & licentia Epiſcopi præ- 58
ſumatur conceſſum clerico primæ tonſuræ, aut minorum ordinum deferenti clericalem habitum, & tonſuram ad inſerviendum alicui Eccleſiæ; vel ad verſandum in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate, ut poſſit gaudere privilegio fori Eccleſiaſtici? Reſp. quod non. Quia mandatum, & licentia eſt quid facti, & factum non præſumitur, niſi probetur, *l. in bello, §. factæ, ff. de captivis,*

*& poſt-*

*& poſtlim. rever.* & latè in terminis generalibus mandati, Maſcard. *de probat conclu.* 1006. *à num.* 8. Menochius *lib.* 2. *præſump.* 33. plures alios citant Barboſa *in cap.* 1. *ſub num.* 2. *& in addit. num.* 6. 7. *&* 8. *de procurat.* Golinus *de procurat. part.* 3. *cap.* 3. *à num.* 15. Perejra *de inſtrut. edit. tom.* 1. *tit.* 5. *reſol.* 10. *à numer.* 3. & in terminis generalibus licentiæ Filucius *allegat.* 10. *num.* 31. *part.* 1. Ciarlin. *contr. foren. lib.* 1. *cap.* 106. *num.* 25. punctum Daniel de Nobilibus *diſput.* 31. *n.* 111, *verſicul. Ex his*, *& n.* 112.

Ideoque clerico primæ tonſuræ, aut minorum ordinum aſſerenti mandatum, & licentiam ſibi conceſſam fuiſſe ab Epiſcopo ad inſerviendum alicui Eccleſiæ, vel verſandum in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate, incumbit onus probandi, *ad tex. in cap.* 1. ubi Barboſa *num.* 2. *in princ. & in addit. numer.* 1. *&* 4. *de procurator.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1006. *num.* 4. Golinus *de procurator. par.* 3. *cap.* 3. *num.* 18. Noguerol. *alleg.* 10. *num.* 138. Pareja *de inſtrum. edit. tom.* 1. *tit.* 5. *reſol.* 10. *numer.* 4. *&* 23.

60 Probatur autem mandatum, & licentia hujuſmodi, ſi Clericus reperiatur deſcriptus in libro Curiæ Epiſcopatus, in quo adnotantur omnes illi, qui alicujus Eccleſiæ ſervitio aſcribuntur, de mandato Epiſcopi, aliàs ſecus, Mantica *deciſ.* 34. *n.* 9. Daniel de Nobilibus *concordantes adducit*, *diſp.* 31. *n.* 122.

61 Probatur etiam hoc mandatum, & licentia, ſi ſit conceſſum in ſcriptis, per literas Epiſcopi atteſtantis ſe aſſignaſſe talem Clericum ad ſervitium alicujus Eccleſiæ, vel ad verſandum in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate: Et ſi ſit conceſſum ore tenus probari poteſt per teſtes, *ut dixi*, *deciſ.* 132. *num.* 37.

62 Quia hæc aſſignatio ſervitii Eccleſiæ, vel verſationis in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate eſt actus, in quo probatio clericatus fundatur, Cutellus *de immunit. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 35. *numer.* 4. *verſi Attamen*, & clericatus probatur per literas Epiſcopi, & per teſtes *ut latè dictum eſt*, *deciſ. à num....*

63 Quæro 8. An mandatum, & licentia conceſſum clerico ex mandato Epiſcopi ad inſerviendum alicui Eccleſiæ, vel verſandum in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate expiret morte concedentis? Reſp. negativè, *per gloſſ. in capit. cum ex eo* 34. *verbo ſeptennium*, *de electione in* 6. ex qua notant Doctores, quod licentia, ſeu diſpenſatio ab Epiſcopo data de non reſidendo ratione ſtudiorum non expirat morte concedentis, Roman. *ſingul.* 517. Roland. *conſ.* 38. *num.* 3. *lib.* 3. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 12. *num.* 31. Cenedo *pract. lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 24. Guttier. *canonicar. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* Molinus *de ritu nup. lib.* 2. *differ.* 11. *num.* 109. Xammar. *de offic. jud. par.* 1. *quæſt.* 24. *nu.* 63. Barboſa *in cap. cum ex eo*, *num.* 8. *de elect. in* 6. plures alios addit Sanchez *de matr. mon. lib.* 8. *diſp.* 38. *num.* 78. alia plura acomodabilia tradunt Doctores citati, Gonzalez *à num.* 31. Cenedo *à num.* 18. Guttier. *à num.* 2. Molinus *à nu.* 101. Xammar. *à n.* 57. Sanchez *à n.* 75. Fontanella *de pac. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 13. *à nu.* 35. Narbona *l.* 10. *gloſſ.* 3. *à num.* 7. *tit.* 6. *lib.* 1. *recop.* Barboſa *in cap. relatum* 7. *numer.* 4. *in fine*, *& in cap. eum ad hoc*, *num.* 4. *de præbend. & in cap.* 2. *num.* 13. *de teſtament. & in cap. decret. num.* 2. *de regul. jur. in* 6. *& in collectan. ad Concil. Trirent. ſeſſ.* 23. *de refor. cap.* 15. *num.* 38. *& ſeſſ.* 24. *de refor. cap.* 1. *num.* 116. Cabreros *de metu*, *lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 5.

Alia circa hanc deciſionem vide dicta *in deciſ.* 135. *&* 136.

---

*ARGUMENTUM.*

De requiſito verſationis in Seminario Clericorum de licentia Epiſcopi, ut clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici.

*D. Michaelis de Cortiada Tom. III.*

*SUMMARIUM.*

*1 Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum deferens tonſuram, & habitum clericalem, ſi verſatur in Seminario Clericorum de licentia Epiſcopi gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici.*

*2 Verba Concilii Tridentin. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 7. vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Univerſitate de licentia Epiſcopi verſetur, quomodo explicanda ſint.*

*3 Seminaria erecta cum authoritate Epiſcopi ad educationem juventutis in literis, & virtutibus, an gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici.*

*4 Seminaria erecta authoritate Epiſcopi ad educationem juventutis in virtutibus, & literis an gaudeant immunitate Eccleſiæ, ut ad ea confugiens non poſſit invitus ab eis extrahi.*

*5 Seminariorum materiam, qui Doctores tractent,* de Seminariſtis vide infra, *deciſ.* 140. de ſervientibus Eccleſiæ.

## DECISIO CXXXIV.

Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum 1
deferens tonſuram, & habitum clericalem, ſi verſatur in Seminario Clericorum de licentia Epiſcopi, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 23. *de reformat. capit.* 6. docent citati 127. *num.* 1. *& deciſ.* 132. *num.* 1. Antonius Frances de Urrutigoyti *de Eccleſ. Cathedral. quæſt.* 28. *à num.* 199. Don Didac. Antonius Frances de Urrutigoyti *de compen. juriſdict. quæſt.* 48. *num.* 8. *&* 21.

Sed adverte, quod verba Concilii Tridentini 2
*ſeſt.* 23. *de reform. cap.* 6. *vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, de Univerſitate de licentia Epiſcopi verſetur*, explicandi ſunt eodem modo, & eadem ratione, de ſervitio in aliqua Eccleſia, & de mandato Epiſcopi, dixi *deciſ.* 132. *&* 133. ut advertit Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 8. *num.* 41. & tradit Caſt. Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 12. *diſp. unica*, *punct.* 2. *num.* 8. *in fine fol.* 120.

Seminaria erecta cum authoritate Epiſcopi ad edu- 3
cationem juventutis in literis, & virtutibus, an gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici? Affirmant Don Didacus Antonius Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſdic. quæſt.* 77. *à num.* 1. *ad* 5. *quæſt.* 83. *num.* 25. *& quæſt.* 48. *num.* 5. *&* 6. Balmaſed. *de collect. quæſt.* 58. *num.* 7. Novarius *in praxi elect. fori*, *quæſt.* 43. *à num.* 1. Riccius *in praxi variar. par.* 3. *reſolut.* 413. Fermoſin. *in cap.* 2. *quæſt.* 19. *num.* 6. *de foro compet.* Vega *in cap.* 8. *à num.* 51. *de foro compet.* ſed tu vide dicenda *deciſ.* 135. *à num.* 24.

Seminaria erecta cum authoritate Epiſcopi ad edu- 4
cationem juventutis in virtutibus, & literis, an gaudeant immunitate Eccleſiæ, ut ad ea confugiens non poſſit ab eis invitus extrahi? Affirmant Genuenſis cum deciſione Curiæ Archiepiſcopalis Neapolis, & alii plures, quos laudavi *deciſ.* 54. *num.* 14. *&* 7. *part.* 2. quibus addendi ſunt Riccius *in praxi*, *var. reſolut.* 412. *&* 413. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 77. *in fine*, Novarius *ad pragm. Reg. Neapol. in pragmat.* 1. *collect.* 2. *numer.* 5. 6. *&* 7. *de releg.* Ybannez de Faria *ad Covar. lib.* 2. *var. cap.* 20. *num.* 49. me citato Don Didacus Antonius Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſd. cap. quæſt.* 77. *num.* 2. *&* 3. *& quæſt.* 78. *num.* 38. *quæſt.* 83. *num.* 25. Balmaſeda *de collect. quæſt.* 85. *num.* 6.

De materia Seminariorum, ſi quis plura ſcire vo- 5
luerit, conſulat Barboſam *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 18. *& de poteſt. Epiſcop. par.* 3. *allegat.* 77. *& de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 13. *numer.* 49. *& deciſ. Apoſtol.* 667. *&* 668. Solorzan. *emplet.* 25. Anton. Frances de Urrutigoyti *de Eccleſiis Cathedral. cap.* 28. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de comper. juriſdict. quæſt.* 77. *à num.* 1. Balmaſed. *de collect. quæſt.* 58. Daniel de Nobilib. *diſput.* 38. *& in additionib.* Lezana *tom.* 4. *verbo Seminarium.*

*ARGUMENTUM.*

De requiſito verſationis in aliqua Schola, vel Univerſitate de licentia Epiſcopi, ut clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici.

*SUMMARIUM.*

1 *Clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus ordinibus conſtitutus, deferens habitum, & tonſuram ſi verſatur in aliqua Schola, vel Univerſitate de licentia Epiſcopi, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, num. 1. & num. 2. limita 1. ut procedat, ſi ſchola, generalis ſit, ſeu Univerſitas celebris, num. 3. Secus ſi ſchola non ſit generalis, ſeu Univerſitas celebris, num. 4. & 5. limita 2. ut procedat ſi eſt matriculatus, num. 6. limita 3. ſi non ſtudet, & vivit otioſè, num. 7. Sublimita tempore vacationum, num. 8.*

9 *Studium generale dicitur, quod eſt erectum, & inſtitutum per Summum Pontificem, Imperatorem, Regem, ſeu alium Principem Supremum jura Imperii habentem, non recognoſcentem ſuperiorem in temporalibus.*

10 *Studium generale erigendi, & inſtituendi licentiam, & facultatem concedere, jus regale eſt, adeo quod ſolum Summus Pontifex, Imperator, Rex, ſeu alius ſupremus Princeps jura imperii habens non recognoſcens ſuperiorem in temporalibus, dictam facultatem, & licentiam concedere valet, num. 10. amplia, num. 11.*

12 *Ilerdenſis Univerſitas celebris eſt.*

13 *Studium generale non poteſt erigi per Duces, Marchiones, Comites, Barones, & alios inferioris notæ homines jura imperii non habentes.*

14 *Studium generale erigendi poteſtas ex antiquiſſima, & immemoriali præſcriptione acquiri poteſt, n. 14. 15.*

16 *Papa Studium generale erigere poteſt tribus in caſibus, num. 16. 17. 18. & 19.*

20 *Studium generale abſque Imperatoris, Regis, ſeu Principis, jura Imperii habentis licentia, & facultate erigi non poteſt in ſuis Imperiis, regnis, & ditionibus.*

21 *Studium generale in regnis, ditionibus, & territoriis Principis ſæcularis, ut erigi poſſit, an requiratur licentia, & facultas Summi Pontificis, maximè ubi ageretur de ſtudiis theologicis? opinio, affirmativa, num. 21. negativa eſt verior 22. conveniens tamen eſt, ut petatur approbatio Summi Pontificis, num. 23.*

24 *Studium generale, vel Collegium Scholarium, ut corpus myſticum, erectum per Principem Sæcularem, in ſuo regno, an ſit Eccleſiaſticum, & ſic de juriſdictione Judicis Eccleſiaſtici, gaudeatque privilegio fori Eccleſiaſtici, an autem ſit laicum, & ſic de juriſdictione Judicis ſæcularis, num. 24. 25. 26. 27. quod ſit Eccleſiaſt. refertur, num. 28. ſed quod ſit laicum, & hæc eſt verior opinio, n. 29. ampliatur hæc ſecunda 30. opinio, num. 31. 32. 33. & 34. limitatur, num. 35. 36. 37. 38. 39. 40.*

41 *Studium generale, vel Collegium Scholarium, ut corpus myſticum, erectum per Summum Pontificem in ditione temporali, ſi major, vel æqualis pars ſit clericorum, eſt Eccleſiaſticum; ſi autem major pars laicorum, eſt laicum, num. 41. limitatur, num. 42. 43. & 44.*

45 *Scholares, & ſtudioſi in civilibus, & criminalibus habent de jure communi quatuor judices nempe Epiſcopum Civitatis, Rectorem ſtudii, Cathedraticos ſtudii, & poteſtatem.*

46 *Magiſter Scholarum habet omnimodam juriſdictionem, civilem, & criminalem, merum, & mixtum imperium in Scholares, Cathedraticos, & Miniſtros Univerſitatum Ilerdæ, Salmanticæ, & Oſcæ, num. 46. Etiam ſi Scholares, Cathedratici & Miniſtri dictarum Univerſitatum ſint Clerici, vel exempti, num. 47. privativè ad omnes judices, tam Eccleſiaſticos, quàm Sæculares, num. 48.*

49 *Magiſtri Scholarum juriſdictio an ſit Eccleſiaſtica, vel laica, num. 49. & 50. & à ſententia per eum lata ad quem appelletur, num. 51.*

52 *Rector Academiæ approbatæ eſt judex ordinarius.*

53 *Rector Univerſitatis Ilerdæ habet, & exercet totam, & eandem juriſdictionem, quam habet, & exercet Rector Salmanticæ, in Univerſitate Salmantina.*

54 *Rector Univerſitatis Salmantinæ eſt Judex ordinarius, ac veram, & legitimam juriſdictionem obtinet, num. 54. etiam Scholarium exemptorum, num. 55. & in quibus hæc juriſdictio conſiſtat, num. 56. 57. & 58.*

59 *A Rectoris gravamine in omnibus cauſis ſuæ juriſdictionis, non poteſt adiri magiſter Scholarum, nec per viam querelæ, nec appellationis, nec recurſus, niſi aliter cautum ſit.*

60 *Rector univerſitatis Salmatinæ in actibus publicis Academiæ præcedit omnes in ſedendo, etjam Magiſtrum Scholarum, niſi in collatione graduum licentiatus, & magiſterii, aut Doctoratus; nam in his Rector à Magiſtro Scholarum præceditur, num. 60. & quid in Rectore Univerſitatis Ilerdæ, num. 61.*

62 *Rector univerſitatis Ilerdæ quos gradus conferat, & quos Magiſter Scholarum.*

63 *Rector ingrediens ad actum literarium, debet ſalutari, & quomodo.*

64 *Cathedrarum proviſio qualiter fieri debeat, n. 64. & quomodo ſervetur in aliquibus Univerſitatibus, num. 65. 66. & 67.*

68 *Cathedrarum proviſio per ſuffragia Scholaſticorum an mutari debeat, num. 68. 69. 70. & 71.*

72 *Princeps poteſt ſolus providere Cathedras, & earum proviſioni novam formam, novoſque electores deſignare, num. 72. & 73.*

73 *Princeps poteſt Univerſitatem ſtudii generalis ex uno loco ad alium tranferre, aut omnino deſtruere.*

74 *Doctorum creatio eſt de regalibus.*

75 *Nobilium creatio ex plebeis de regalibus eſt.*

76 *Dignitates, & gradus dare, ac erigere, & reprimere ad Principem ſpectat.*

77 *Doctores creare poteſt Princeps ſolo verbo, num. 77. non ſolum in jure civili, medicina, & Philoſophia, ſed etiam in Theologia, & jure Canonico, num. 78. nedum laicos ſibi ſubditos, ſed etiam Clericos, num. 79.*

80 *Princeps ſolo verbo poteſt creare Duces, Marchiones, & Comites.*

81 *Doctores, aut Magiſtri bullati, qui per bullam, aut reſcriptum Principis gradum Doctoratus, aut Magiſterii acquirunt, non gaudent privilegiis, quæ cæteris Doctoribus conceduntur.*

81 *Doctores, qui recipiunt gradum Doctoratus à Principe, gaudent privilegiis Doctorum, & præcedunt etiam alios in quibuſcumque Academiis graduatos, habentur enim Doctores à Principe creati reliquis doctoribus digniores, ſublimiores, potentiores, num. 82. ſi ſint facti, & creati à Principe, præcedente rigore examinis, ſecus ſi ſint facti, & creati à Principe ſolo verbo, num. 84. & 85.*

83 *Nobilitatus à Principe præfertur nobilitato ab inferiore, caſu quo iſte poſſit concedere nobilitatem.*

86 *Princeps ſupremus volens aliquem in Doctorem promovere, poteſt eum ad examen ſubeundum in Academia, aut apud aliquos Doctores deſtinare.*

87 *Proreges in Cathalonia creant Doctores nedum in jure civili, ſed etiam in jure Canonico, præcedente rigore examinis.*

DE-

## DECISIO CXXXV.

1 Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum, ſi verſatur in aliqua Schola, vel Univerſitate de licentia Epiſcopi, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 6. docent citati *deciſ.* 127. *num.* 1. *& deciſ.* 132. *num.* 1. ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Agullana 9. Januarii 1615. in favorem Philippi Sorribes clerici in minoribus ordinibus conſtituti Villæ de Berga. *dixi deciſ.* 133. *numer.* 41. *in fine*. Et per Cancellarium Regni Sardiniæ 31. Martii 1645. in favorem Joannis Porco Clerici ſimpliciter tonſurati, *ut tradidi*, *deciſ.* 133. *numer.* 17.

2 Clericus etiam prima tonſura initiatus, aut in minoribus ordinibus conſtitutus, deferens habitum clericalem, & tonſuram, docet Grammaticam, aut muſicam in aliqua Schola, vel Univerſitate, de licentia Epiſcopi, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſecundùm Cavalcanum *de brach. Reg. part.* 1. *num.* 94. quem referunt, & ſequuntur Burgius *de modo procedend. ex abrupto*, *quæſt.*65.*n.*33 Guazinus *defenſ.* 20. *cap.* 9. *num.* 36. & in regente publicè Cathedram Philoſophiæ in Univerſitate Barcinonæ de licentia Epiſcopi Barcinonenſ. quod gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, fuit deciſum in Cathalonia per Cancellarium Puigmari 4. Februarii 1630. in favorem Guillermi Rovira Clerici Gerunden. Philoſophiæ, & Sacræ Theologiæ Doctoris, *ut retuli*, *deciſ.* 9. *ſub num.* 54. *part.* 1.

Circa præſentem deciſionem applica quæ dicta ſunt *deciſ.* 132. 133. *&* 134. *num.* 2. adde tamen limitationes ſequentes.

3 Limitatur 1. concluſio hujus deciſionis, ut procedat, ſi Schola generalis ſit, id eſt, ubi generale regitur ſtudium, ſeu Univerſitas celebris, nam tunc clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum, deferens habitum & tonſuram, ſi verſetur de licentia Epiſcopi in Schola generali, id eſt, ubi generale regitur Studium, ſeu Univerſitas celebris, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſic in ſimili probant jura *in cap. tuæ* 12. *de Clerici non reſident. & in cap.*2. *de privileg. in* 6. & docent in ſimili Zerola *in prax. Epiſcop. part.* 1. *verbo ſtudium*, §. 4. Florez de Mena *lib.* 3. *var. cap.* 24. *n.* 19. Caſt. Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 7. *diſp.* 3. *punct.* 9. §. *n. verſic. Dixi*, *fol.* 43. Trullench. *in decalog. lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 22. §. 9. *n.* 3. Machado *en ſu perfecto Confeſſor*, *lib.* 4. *part.* 4. *tract.* 4. *document.* 9. *num.* 3. Garcia *in ſum. mor. tract.* 2. *diſ.* 9. *dub.* 8. *num.* Carol. de Graſ. *de effect. Cleric. in prælud... a num.* 106. Eſcobar. *de Pontif. & Reg. juriſ. in ſtud. gener. cap.* 21. *n.* 119. Pereyra *de academia*, *n.*61. *in fine*, Mendo *de jur. academ. lib.* 3. *quæſt.*8. *num.*63. Solorzano *de jure ind. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 14. *num.*21. *& in polit. libr.* 14. *verſic. De donde*, *& verſic. Fuera de que*, *fol.* 616. Boſch. *dels titols de honor. lib.* 3. *cap.* 12. §. *verſ. Los Capellans*, *fol.* 355. & alii plures, quos laudant Nicol. Garcia *de benef. part.* 3. *cap.* 2. *num.*55. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 56. *num.* 21. *& in cap. tuæ* 12. *num.* 2. *de Clericis non reſid. & in cap.*2. *numer.* 2. *&* 3. *de privileg. in* 6. *& in collect. ad Concil. Trid. ſeſſ.* 5. *de reform. cap.* 1. *ſub num.* 47. *& jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 13. *ſub num.* 52. *& voto* 88. *num.* 36. *lib.* 3. *& de canonicis*, *cap.* 27. *numer.* 47. *&* 49. *in fine*.

4 Secus autem ſi Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum, deferens habitum, & tonſuram de licentia Epiſcopi verſatur in Schola non generali, id eſt in Studio non generali, ſeu in Univerſitate non celebri, quamvis in eo, vel in ea optimè legatur, & publicè cuicumque audire volenti, quo caſu non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſic in ſimili docent Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 7. *diſp.* 3. *punc.*9. *n.*1. *verſ. Dixi*, *fol.*43. Garcia *de benef. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 55. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi*, *par.* 3. *alleg.* 56. *n.*22. *in fine*, *& in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 5. *de reformat. cap.* 1. *num.*94. *& de Canonicis*, *cap.*27. *num.* 49. *& de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 52. *in fine*, *& voto* 88. *num.*38. *lib.*3. Carleval. *de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 403. Scialoya *de foro compet. cap.*16. *ſub num.* 12. Fermoſin. *in cap. ex parte* 15. *quæſt.* 14. *n.* 7. *de foro compet.* Pereyra *de Academia*.

Hæc limitatio procedit etiam ſi Clericus in minoribus, deferens habitum, & tonſuram, de licentia Epiſcopi verſetur in Schola, ſeu ſtudio Eccleſiarum Cathedralium, nam ſi talis Schola generalis non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſic in ſimili Garcia *de benef. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 118. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 7. *diſp.* 3. *punct.* 9. §. 9. *num.* 1. *verſ. Dix. fol.* 43. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 56. *num.* 24. *& in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 5. *de reform. cap.* 1. *num.* 50. *de canonicis*, *cap.* 27. *num.*45. *in fine*, Pereyra *de Academ. num.* 12. *verſ. Quod attinet*, *& num.* 344. 5

Limitatur 2. ut procedat, ſi clericus prima tonſura initiatus, aut in minoribus ordinibus conſtitutus, deferens habitum, & tonſuram de licentia Epiſcopi verſetur in Schola generali id eſt, in Studio generali, ſeu celebri Univerſitate, & eſt in eo, vel in ea matriculatus; nam tunc gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſecus verò ſi non eſt matriculatus, quo caſu privilegio fori Eccleſiaſtici non gaudet, *argum. ſi duo* 6. *ff. de exceſſ. tutor.* ſic in ſimili Decius *in cap.* 1. *lect.* 2. *numer.* 118. *de judic.* Rebuf. *de privil. Schobar. privileg.* 34. *num.* 123. Decianus *conſ.* 66. *num.* 45. *lib.* 2. *& reſponſ.* 39. *num.* 12. *lib.* 3. Paz *in prax. tom.* 2. *part.* 1. *cap.* 6. *numer.* 31. Maſcardus *de probat. concl.* 1202. *à num.* 1. Fermoſin. *in cap. ex parte* 15. *quæſt.* 24. *num.* 8. *de foro compet.* Menochius *lib.* 1. *præſumpt.* 78. *num.* 3. Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 495. Scialoya *de foro compet. cap.* 1. *ſub num.* 12. Narbona *l.* 20. *gloſſ.* 5. *num.* 3. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.* Barboſa *in authent. habita*, *num.* 3. *C. ne filius pro patre*, *& voto* 55. *à n.* 2. *lib.*2. Boſch. *dels totols de honor. lib.* 3. Eſcobar. *de pontif. & Reg. juriſdict. & in ſtud. general. cap.* 32. *à n.* 1. Mendo *de jure Academ. lib.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 58. Pereyra *de Academ. à num.* 365. 6

Limitatur 3. ut procedat, ſi Clericus in minoribus deferens habitum, & tonſuram verſetur de licentia Epiſcopi in Schola generali, id eſt in Studio generali, aut celebri Univerſitate, ſi eſt matriculatus, ſtudet, & Scholam generalem, id eſt generale ſtudium, ſeu celebrem Univerſitatem frequentat, lectioneſque audit; nam tunc gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſecus verò, ſi quamvis ſit matriculatus, vivit otioſè, & non ſtudet, & Scholam generalem, id eſt Studium, generale, ſeu celebrem Univerſitatem non frequentat, nec lectiones audit, quo caſu privilegio fori Eccleſiaſtici non gaudet, *argum. l. ſi duas* 6. *ff. de exceſſ. tutor*, *& l. quicumque* 10. *C. de cohartal. lib.* 12. ſic in ſimili Platea *in lib.* 1. *n.* 2. *&* 3. *C. de collegiat. lib.* 11. *& in l. eos qui* 3. *C. de apparit. magiſt. milit. lib.*12. Penormit. *in cap.* 1. *n.* 39. ubi Decius *lect.* 2. *n.* 116. *de judic.* Rebuf. *de privil. Scholar. privileg.* 165. *num.* 178. Ripa *in l. num.*178. ubi Petrus Barboſa *à numer.* 61. *verſ. Limita* 2. *ff. de judic.* Tiraquel. *in tract. ceſſante cauſa*, *part.* 1. *numer.* 213. Narbona *l.* 27. *gloſſ. unica*, *num.* 15. *tit.* 21. *lib.* 4. *recop.* Carleval *de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 495. Scialoya *de foro compet. cap.* 16. *ſub num.* 12. Bonacina *diſp.* 2. *quæſt.* 5. *punc.* 3. §. 9. *num.* 9. Moneta *de diſtribut. part.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 19. Caſt. Palaus *in oper. moral. part.*2. *tract.* 7. *diſp.* 3. *punct.* 9. §. 9. *num.* 5. *fol.* 43. Emmanuel. *quæſt. regul. tom.* 1. *quæſt.* 9. *artic.* 10. Aug. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 56. *numer.* 24. *& in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 5. *de reformat. cap.* 1. *num.* 52. *& voto* 55. *à num.* 17. *lib.* 2. *& in l. ſub prætextu* 9. *numer.* 4. *&* 5. *C. de ſacroſanct. Eccleſiis*, Diana *reſol. mor. part.* 8. *tract.* 7. *miſcellan. reſol.* 22. *& in coordinat. part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 132. Fermoſin. *in capit. ex parte* 15. *q.* 19. *de foro compet.* Eſcobar. *de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtud. general. cap.* 32. *à num.* 1. Mendo *de jure Academ. lib.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 64. Pereyra *de Academia*, *num.* 366. 372. 375. *& à numer.* 381. niſi eſſet probabilis ſpes profectus, nam tunc recuſans frequentare Scholam non poteſt privari privilegio fori juxta declarationem Sacræ Congregationis Concilii in Materanen. 2. Auguſti 1631. quam referunt Thom. 7

Thom. del Bene de imm. Eccleſ. tom. 1. cap. 4. dub. 8. num. 3. Barboſa deciſ. Apoſt. 157. numer. 3. & deciſ. 361. num. 12, & de jure Eccleſ. un. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 33. Diana poſt. part. 9. reſol. mor. in coordinat. numer. 24. fol. 487.

8 Sublimitatur hæc 3. limitatio, ſi Clericus Scholaris tempore vacationum revertitur in patriam ſuam, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ad tradita per Joan. de Platea in l. 2. C. de prox. ſacror. ſcrin. lib. 12. Solorzano de jure indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 25. num. 89.

9 Quæro 1. quod dicatur Studium generale? Reſp. quod ſtudium generale illud dicitur, quod eſt erectum, & inſtitutum per Summum Pontificem, Imperatorem, Regem, ſeu alium Principem Supremum jura Imperii habentem, non recognoſcentem ſuperiorem in temporalibus, Perez l. 1. tit. 10. lib. 1. ordinamenti, Caſſaneus in Cathal. glor. mundi, parte 10. conſiderat. 32. Hortigas in patrocin. pro Gymnaſ. Cæſaraug. part. 1. à num. 10. & part. 3. numer. 2. Garcia de benef. part. 5. cap. 2. num. 56. Caſt. Palaus in oper. moral. par. 2. tract. 7. diſp. 3. punct. 9. §. 9. num. 1. verſ. Dixi, fol. 43. Trullench. in decal. lib. 1. capit. 8. dub. 12. cap. 12. §. 9. num. 3. Machado en ſu perfeto Confeſſ. lib. 4. part. 4. tract. 4. documen. 9. num. 9. Barboſa de poteſt. Epiſ. par. 3. allegat. 56. num. 22. & in collectan. ad Concil. Tridentin. ſeſſ. 5. de reformat. cap. 1. numer. 48. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 13. numer. 52. & de canonicis, cap. 27. num. 48. & voto 88. num. 37. lib. 3. & remiſſive in cap. 2. num. 3. de privileg. in 6. Lezana in mare mag. Minimor. nu. 17. Solorzanus de jure ind. tom. 2. libro 3. cap. 14. num. 36. Pereyra de Academia, num. 7. & 48. in fine.

10 Unde fit quod Studium generale, Univerſitas literaria, Schola publica, & Gymnaſium publicum erigendi, & inſtituendi licentiam, & facultatem concedere jus regale eſt, & ad regalia refertur. Adeo quod ſolùm Romanus Pontifex, Imperator, Rex, ſeu alius Supremus Princeps jura Imperii habens, non recognoſcens Superiorem in temporalibus dictam facultatem, & licentiam concedere valet, ut habetur in proœm. digeſtorum, §. hæc autem tria, ubi Bartol. num. 2. Bald. Alberic. & cæteri, præſertim Cagnol. num. 233. & 247. & habetur in authent. habita, C. ne filius pro patre, & in l. Magiſtros, C. de profeſ. & med. lib. 10. & notatur. in cap. 2. ubi Geminian. & alii de privileg. 6. & in clement. 2. de magiſt. gloſ. in clem. dudum §. ab olim, verſic. In ſtudiis, verbo generalibus, ubi Anchar. in prin. numer. 9. Zabarel. in §. nos autem, quæſt. 5. de ſepultur. Angel. in l. fin. numer. 3. Cod. ubi Senator, vel clariſſimi, Reſtaur. de Imperatore, quæſt. 110. privileg. 180. Natta conſ. 657. numer. 1. volum. 4. Marchus deciſ. 349. num. 2. part. 3. Choppin. de deman. franc. libro 3. tom. 27. ſub numer. 25. Pet. Gregor. de republic. lib. 18. cap. 1. numer. 7. & capitul. 5. cum ſeq. Caſſanęus in Cathal. glor. mundi, part. 10. conſider. 32. verſic. Unum tamen, Aponte de poteſt. Proreg. tit. 10. de diver. proviſ. rub. de mercatis numer. 12. Borrell. de Reg. Cathol. præſt. cap. 34. numer. 1. cap. 40. numer. 200. Maſtril. de magiſtrat. lib. 3. capit. 10. numer. 92. Ramirez de lege reg. §. 26. num. 66. Caſtillo de tertiis, tom. 7. cap. 41. num. 120. Hortigas in patrocin. Gymnaſ. Cæſaraug. part. 1. numer. 16. Luca poſt. lib. 3. de foro compet. titul. de præheminentis diſcur. 39. num. 4. Narbona l. 31. gloſ. 1. num. 3. titul. 7. lib. 1. recopil. Oſualdus ad Daniel. lib. 7. comentar. cap. 21. litera M. ad finem, Bovadila in polit. lib. 1. capit. 18. numer. 215. Glorit. reſpon. 1. numer. 170. part. 1. Suelves conſ. 33. numer. 8. lib. 1. Barboſa in clement. num. 15. de ſepultura, Eſcobar de Pontif. & reg. juriſdict. in ſtud. general. cap. 21. tota ſignanter, numer. 38. & capitul. 22. num. 11. Mendo de jure Academ. lib. 1. quæſt. 8. à nu. 221. Boſch. dels titols de honor, lib. 3. cap. 11. verſic. Lo origen, fol. 349. latiſſimè contraria proponit, & illis reſpondet Pereyra de Academia, à numer. 46. ad 54.

11 Quod procedit, etiamſi alteri Civitati privilegium prædictum conceſſiſſet, Natta con. 657. num. 1. vol. 4. Maſtrill. de magiſtrat. lib. cap. 10. uum. 83.

Inter celebres Univerſitates Studiorum generalium 12
inſignis eſt in juris ſcientia, noſtra Ilerdenſis, ut teſtatur Ramirez de lege regia, §. 26. num. 66. in fine. Et Erecta enim, inſtituta, & fundata fuit cum facultate, Summi Pontificis Bonifacii per Dominum Regem Jacobum ſecundum ſuo Regio privilegio dato Cæſarauguſtæ, Nonas Decembris 1300. referunt Boſch. dels titols, de honor, lib. 3. cap. 12. verſic. Lo origen, fol. 349. Oliba de actionib. part. 1. lib. 3. cap. 4. numer. 10. in fine, Hortigas in patrocin. Gymnaſ. Cæſaraug. par. 1. ſub numer. 31. Borrell. de Reg. Cathol. præſtan. cap. 40. numer. 143. Mendo de jure Academ. lib. 1. quæſt. 6. numer. 103. In ea Alfonſus Borgia fuit creatus Doctor utriuſque juris, & publicè juriſprudentiam edocuit, poſtmodum Presbyter Cardinalis creatus fuit, ac tandem ſexto Idus Aprilis 1455. ad Pontificatum evectus, Calixtus III. fuit nuncupatus, teſte Platina hiſtor. de vitis Pontific. pag. 326. referunt Mendo de jure Academ. lib. 1. puæſt. 8. numer. 103. Vilaplana de brachio militari, cap. 3. num. 186. fol. 79. Ibi etiam Sanctus Vincentius Ferrer. gradum Magiſterii ſuſcepit, Platina, & Mendo proximè citatis. Plures viros celebres hæc Univerſitas Ilerdenſis produxit, Vilaplana de brachio milit. c. 2. n. 12. fol. 25. Inter quos Michael Ferrer. Auctor libri obſervantiarum Regiæ Audientiæ Cathaloniæ fuit Ilerdenſis. Franciſcus Molinus Patritius, Juriſconſultus Ilerdenſis, & hujus Academiæ poſt patrem Petrum primariæ functionis canonicæ profeſſorem juris Cæſarii interpres, libros de brachio ſeculari, de ſacra homicidii immunitate amittenda, & de ritu nuptiarum compoſuit, Regius Conſiliarius Senatus Majoricarum, & poſtea Cathaloniæ creatus fuit. Michael Miralles Cathedram primam juris civilis in Univerſitate ſtudii generalis Ilerden. per multos annos obtinuit, & poſtmodum ad Regiam Audientiam Cathaloniæ vocatus fuit, teſte Ferrer. part. 3. obſervan. cap. 67. col. 3. Antonius Oliba in hac Univerſitate operam dedit, & in ea Cathedram legalis ſcientiæ obtinuit, ut ipſe refert part. 1. de actionib. in præfat. num. 2. & teſtatur Molinus hujus Urbis Senatorem eruditum, & olim Ilerdæ clariſſimum patriæ præceptorem de brachio ſecul. lib. 1. cap. 3. ſub. num. 6. & cap. 7. num. 2. in fine, & cap. 8. ſub num. 19. ſcripſit duos tomos de actionibus & unum de jure fiſci. Illuſtriſſimus Dominus Don Andreas Roig. Vice Cancellarius, & Præſes in Sacro Supremo Regio Coronæ Aragonum Conſilio in iſta Univerſitate floruit, & in ea Comitem Don Franciſcum Hieronymum de Leon Regentem in eodem ſupremo Conſilio, ut ipſe Regens Leon tradit in dedicatoria primi tomi ſuarum deciſionum. Joſephus Ramon legum ſcientiæ incubuit in Ilerdenſi Gymnaſio, ut ipſe refert conſ. 59. num. 9. verſic. Quamquam, & in ea Academia Ilerdenſi habuit condiſcipulum Joſephum Rocha Doctiſſimum, & diſertiſſimum Senatorem, teſtatur ipſe Ramon conſ. 14. num. 25. verſic. In hac cauſa, Nicolaus Frexener Ilerdenſ. fuit lector ac Interpres, pro brachio Regio nominatus unus ex compilatoribus conſtitutionum Cathaloniæ, ut habetur in conſtitut. 4. ſub titul. de la nova compilatio, fol. 3. & 5. Franciſcus Ferrer Incolatus Ilerdæ duos tomos ſuper conſtitutionibus Cathaloniæ ſcripſit, unum ſuper conſtitu. Los impubers, alterum ſuper conſtitution. hac noſtra. Regens Joſephus Seſſe in Ilerdenſi Gymnaſio juris canonici publicus interpres fuit, ut ipſe dicit part. 1. 3. & 4. ſuarum deciſionum, & in tractatu de inhibitionibus. Hieronymus Portoles, qui duos libros compoſuit in ſcholiis ad Molinum in Univerſitate Ilerdenſi fuit condiſcipulus noſtri Franciſci Molini, ut ipſe Molinus refert de brachio ſæculari, lib. 1. cap. 6. numer. 4. in fine, & de ſacra homicid. immunt amitoen titulo immunitas Eccleſiæ quo homicidio amittatur, num. 13. & ſub num. 149. Petrus Roirius in hac Univerſitate juriſprudentiæ operam dedit, ut ipſe ſcribit deciſ. Lituanica 3. & refert Mendo de jure Academ. lib. 1. quæſt. 8. numer. 103. egregius Don Bernardus de Pons, Comes de Robres, & Don Joſephus Romeu de Ferrer. incubuerunt legum ſcientiæ in

hac

hac Univerſitate, evecti fuerunt ad Regium Senatum Cathaloniæ deinde Regentes in Sacro Supremo Regio Coronæ Aragonum Conſilio, & hodie Don Joſephus Rull. condiſcipulus, creatuſque Doctor legum in Univerſitate Ilerden. fuit Regius Senator Cathaloniæ, & nunc regens in Sacro Supremo Coronæ Aragonum Conſilio, & alii innumeri. Ex his, quæ in principio hujus numeri dixi. Noto fuiſſe errorem impreſſoris, quod dicit *conſtitutio* 1. *tit. de ſtudes generals*, quod Univerſitas generalis ſtudii Civitatis Ilerdæ inſtituta fuit per Dominum Regem Jacobum primum, cum deberet dicere Regem Jacobum ſecundum. Quia Univerſitas Ilerdenſis erecta fuit anno 1300. & ex genealogia Regum Aragonum poſita in volumine primo Conſtitutionum Cathaloniæ conſtat, Regem Jacobum primum obiiſſe die 6. Julii 1277.

13 Duces autem Marchiones, Comites, Barones, & alii inferiores notæ homines jura Imperii non habentes, non poſſunt erigere, & inſtituere ſtudium generale, Univerſitatem literariam, Scholam publicam, & Gymnaſium publicum, Borrell. *de Reg. Cathol. præſtantia, cap.* 54. *numer.* 11. & ſentiunt omnes citati, *num.* 10.

14 Bene tamen verum eſt, quod hæc poteſtas erigendi & inſtituendi Studium generale, Univerſitatem literarum, Scholam publicam, & Gymnaſium publicum acquiri poteſt ex antiquiſſima, & immemoriali præſcriptione, *gloſ. in clement. dudum*, §. *ad olim, verſic. in ſtudiis, verbo generalibus*, ubi Anchar. *nu.* 9. *de ſepultur.* Bartol. *numer.* 2. & alii *in* §. *hæc autem tria, in præm. Digeſtor.* Marchus *deciſ.* 349. *num.* 1. & *tom.* 1. Maſtril. *de magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 10. *numer.* 86. Borrell. *de reg. Cathol. præſtan. cap.* 34. *num.* 6. Garcia *de benef. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 56. Pereyra *de Academia*, *num.* 7. proſequuntur aſſumptum Hortigas *in patrocin. pro Gymnaſio Cæſaraug. part.* 1. *à numer.* 13. Suelves
15 *conſ.* 33. *à num.* 4. *lib.* 1. quia † præſcriptio immemorialis habet vim tituli, & privilegii, Ego plures cito *deciſ.* 7. *num.* 4. *par.* 1. & in terminis Borrell. *de reg. Cathol. præſtan. cap.* 34. *num.* 7.

16 Quod autem dixi, *numer.* 9. quod Studium generale illud dicitur, quod eſt erectum, & inſtitutum per Summum Pontificem. Et quod dixi *numer.* 19. quod Summus Pontifex poteſt dare facultatem, & licentiam erigendi, & inſtituendi Univerſitatem, Academiam, Scholam, & Gymnaſium ſtudii generalis, procedit in tribus caſibus.

17 Primò Summus Pontifex in ſua ditione temporali & territorio poteſt erigere, & inſtituere Univerſitatem, ſivè Academiam ſtudii generalis, ſivè Eccleſiaſticam, ſivè laicam, abſque ullius alterius licentia, & aſſenſu, quia Summus Pontifex in terris ſuæ ditionis, & territorii temporalis habet ſupremam poteſtatem Eccleſiaſticam, & laicam, cujus eſt Univerſitates, ſivè Academias ſtudii generalis erigere, *ut habetur in capit.* 2. *de privileg. in* 6. Scobar *de Pontif. & reg. juriſd. in ſtud. general. cap.* 21. *numer.* 91. Pereyra *de Academia*, *numer.* 55. *verſic. certum eſt primo.*

18 Secundò Summus Pontifex in omnibus Eccleſiis Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus Romanæ Eccleſiæ ſubditis poteſt erigere, & inſtituere Univerſitatem, & Academiam ſtudii generalis, & Magiſtros Clericos ad eruditionem Clericorum, & ſtudioſorum pauperum conſtituere in omnibus ſcientiis, & ex redditibus Eccleſiaſticis alere, *ſic factum in Lateranenſi Concilio refertur in cap.* 1. & *per totum de Magiſtris*, Eſcobar. *de Pontif. & reg. juriſd. in ſtud. gener. cap.* 21. *num.* 95. Pereyra *de Academia*, *num.* 55. *verſ. certum eſt ſecundo.*

19 Tertio, ob cauſam religionis, quia poteſt interdum imminere periculum Catholicæ fidei, & Religionis, ob ignorantiam ex defectu, & penuria Studiorum generalium, in quo eventu, Summus Pontifex ſuprema poteſtate Eccleſiaſtica poteſt Principem ſecularem compellere ad erigendam, & inſtituendam Univerſitatem, ſive Academiam Studii generalis, vel illo monito, nolente, vel negligente erigere, & inſtituere Univerſitatem, ſive Academiam Studii generalis; aliàs enim Summus Pontifex abſolutè in ditione, & territorio temporali Principis ſecularis non poteſt eo invito, Univerſitatem, & Academiam Studii generalis erigere, & inſtituere, niſi, ut dixi, id poſtulet cauſa Religionis, ut ſentiunt Baſil. Pontius *de matrimon. lib.* 3. *capitul.* 12. §. *unico*, *num.* 11. Suarez *lib.* 5. *contra reg. Angliæ cap.* 5. *à num.* 8. & expreſsè Eſcobar *de Pontif. & reg. juriſd. in Stud. general. capitul.* 21. *numer.* 97. 98. & 99. Pereyra benè probat, contraria proponit, & illis reſpondet *de Academia*, *num.* 56. & 57. conducit idem Eſcobar. *dicto cap.* 21. *num.* 329. & 330.

Et quod dixi *num.* 9. quod Studium generale il- 20
lud dicitur, quod eſt erectum, & inſtitutum per Imperatorem, Regem, ſeu alium principem Supremum jura Imperii habentem, non recognoſcentem Superiorem in temporalibus. Et quod dixi *num.* 10. quod Imperator, Rex, ſeu alius Princeps jura Imperii habens, non recognoſcens ſuperiorem in temporalibus poteſt concedere facultatem, & licentiam in ſuis Imperiis, Regnis, & ditionibus erigendi, & inſtituendi in ſuo territorio Univerſitatem, ſive Academiam Studii generalis, cùm jus regale ſit. Eſt adeo verum, ut abſque Imperatoris, Regis, ſeu Principis jura Imperii habentis licentia, & facultate in ſuis Imperiis, Regnis, & ditionibus non poſſit erigi, & inſtitui Univerſitas Studii generalis, ut probant pluribus citatis Eſcobar *de Pontif. & reg. juriſd. in Stud. general. cap.* 21. *à num.* 38. Mendo *de jure Academ. lib.* 1. *quæſt.* 8. *à num.* 332. Pereyra *de Academ. num.* 19. *verſic. Probatur quinto.*

Dicunt tamen aliqui, quod in erigenda, & inſti- 21
tuenda Univerſitate, ſive Academia Studii generalis in ditionibus, Regnis, & territoriis Principis ſecularis licentiam, & facultatem Summi Pontificis requiri, maximè ubi de Studiis Theologicis ageretur, ſic Faber *in l.* 1. *à numer.* 7. *Cod. de Summa Trinit. & fide Cathol. & in l. tanta*, *numer.* 6. *C. de vet. jure enucl.* Borrel. *de Reg. Cathol. præſt. cap.* 34. *numer.* 14. 15. & 16. Maſtrii *de magiſt. lib.* 3. *cap.* 10. *numer.* 84. & 85. Boſc. *dels titols de honnor. lib.* 3. *capitul.* 12. *verſic. Lo origen. in fine fol.* 349. Caſtillo *de tertiis, tom.* 7. *cap.* 41. *num.* 120. Suelves *conſ.* 33. *numer.* 19. *lib.* 1. Ninno in addit. ad Cuencam *de comand. clauſ.* 35. *num.* 12.

Sed oppoſitum eſt verius, quod ad erigendam, & 22
inſtituendam Univerſitatem Studii generalis in Regno cujuſcumquæ Principis ſecularis non requiratur, nec ſit neceſſaria licentia, & facultas Summi Pontificis, etiam ſi ageretur de Studiis Theologicis, docent reprobatis contrariis Eſcobar. *de Pontif. & Reg. juriſd. in Stud. general. cap.* 21. *à num.* 100. *ad* 105. *à num.* 145. & *numer.* 301. 302. & 417. & *cap.* 22. *à num.* 11. Mendo *de jure Academ. lib.* 1. *quæſt.* 8. *à num.* 232. & 242. & *quæſt.* 9. *num.* 277. Pereyra *de Academ. num.* 15. *verſic. Probant*, & *verſic. Quinto quia*, *junctis num.* 21. *in prin.* & *num.* 22. *verſic. Ad quartum*, & *num.* 55. & *tertio* Conveniunt ad propoſitum rationes adductæ per Eſcobar. *dicto cap.* 21. *toto*, per Pereyram *de Academia à num.* 47. *ad* 54. & *numer.* 1253. *in fine*, Exemplaria ad inſtitutum referunt Eſcobar *dicto cap.* 21. *à num.* 40. *ad* 49. Pereyra *de Academia*, *num.* 51. Mendo *de jure Academ. lib.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 232. Borrell. *de Reg. Cathol. praſt. cap.* 40. ubi recenſet omnia fere Studia generalia totius mundi.

Verum tamen eſt, quod licèt ad erigendum, & 23
ad inſtituendum Univerſitatem Studii generalis in Regno cujuſcumque Principis ſecularis non requiratur, nec neceſſaria ſit authoritas, ſeu approbatio Summi Pontificis. Attamen eſt admodum conveniens ad augmentum, & conſervationem Studii generalis ad plures effectus, & ſic ferè ſemper à Summis Pontificibus approbatio petitur, etiam per ipſos Reges, & Principes, ut dicunt Eſcobar. *de Pontif. & reg. juriſd. in ſtud. gener. cap.* 21. *numer.* 100. & 105. *in fine*, Mendo *de jure Academ. lib.* 1. *quæſt.* 8, *num.* 241. Pereyra *de Academ. num.* 75. *in fine.* Effectus ſunt quinque, quos referunt Eſcobar

dicto cap. 1. à num. 106. ad 119. Pereyra de Academia, num. 60. 61. & 62. Mendo de jure Academiar. lib. 1. quæſt. 8. num. 240.

24 Quæro 2. Utrum omnis Univerſitas, Academia, & Schola ſtudii generalis, vel Collegium Scholarium, ſit Eccleſiaſtica, & Eccleſiaſticum, & ſic de juriſdictione. Judicis Eccleſiaſtici, gaudeatque privilegio fori Eccleſiaſtici? An autem ſit laica, & laicum, & ſic de juriſdictione judicis ſecularis? Hæc quæſtio eſt multùm controverſa, intricata, & involuta opinionibus.

25 Et ut clariùs, & diſtinctè procedam, dupliciter conſideratur Univerſitas, Academia, & Schola Studii generalis, vel Collegium Scholarium, nempè, vel ut univerſorum, hoc eſt, ut corpus myſticum, vel ut ſingulorum, ſic Eſcobar de Pontif. & reg. juriſd. in ſtud. gener. cap. 21. numer. 20. Pereyra de Academia, num. 16. Balmaſeda de collectis, quæſt. 24. numer. 2.

26 Reſpectu Univerſorum, hoc eſt ut corpus myſticum. An Univerſitas, Academia, Schola ſtudii generalis, vel Collegium Scholarium, ſit Eccleſiaſtica, & Eccleſiaſticum, & ſic de juriſdictione judicis Eccleſiaſtici, gaudeatque privilegio fori Eccleſiaſtici? An autem ſit laica, & laicum, & ſic de juriſdictione judicis ſecularis? Duo ſunt diſtinguendi caſus.

27 Primus caſus eſt. Quando Univerſitas, Academia, & Schola ſtudii generalis, vel Collegium Scholarium, ſimpliciter erigitur, & inſtituitur per Principem ſecularem in ſuo Regno, quo in caſu duplex eſt ſententia.

28 Prima eorum qui tenent eſſe Eccleſiaſticam, & Eccleſiaſticum, & ſic de juriſdictione judicis Eccleſiaſtici, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſic Narbona l. 20. gloſ. 22. num. 29. tit. 1. lib. 4. recop. & alii, quos referunt cum ſuis fundamentis, ſed non ſequuntur Eſcobar. de Pontif. & Reg. juriſdict. in ſtud. general. capit. 21. à num. 2. & à num. 203. Mendo de jure Academ. lib. 1. quæſt. 8. à num. 221. Pereyra de Academia, num. 15. Muta deciſ. 58. num. 27.

29 Secunda, quæ veriſſima eſt, docet eſſe laicam, & laicum, & ſic de juriſdictione judicis ſecularis. Quia ſecundùm ſe, & ejus natura, & fundatione inſpecta, & ſtudioſorum laicorum eſſe poteſt, non obſtante Clericorum parte poſſidente, Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. numer. 43. Fermoſin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 35. nu. 40. de conſtitut. Eſcobar de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtud. general. cap. 6. num. 35. & cap. 23. à num. 13. fundamenta hujus ſententiæ referunt, & contrariis reſpondent idem Eſcobar de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtud. general. cap. 21. à num. 28. Mendo de jure Academ. lib. 1. quæſt. 8. à num. 227. ad 265. & num. 273. Muta deciſ. 58. numer. 28. Pereyra de Academia, à num. 16. ad 24. ſignanter num. 19. ad primos ſe refert Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti de compet. juriſd. quæſt. 77. num. 11. & probatur ex traditis per Cævallos de cognit. per viam violen. part. 2. quæſt. 157. à numer. 8. Fermoſin. in cap. ex part. 15. quæſt. 14. num. 11. de foro compet. Eſcobar. de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtud. gener. cap. 21. num. 73.

30 Ampliatur 1. hæc ſecunda ſententia ut procedat, non ſolùm quando in Univerſitate, ſive Academia ſtudii generalis, aut in Collegio Scholarium verſantur actu plures ſtudioſi laici, ſed etiam quando Clerici excedunt numero laicos, nam etiam eſt laica, & laicum, & ſic de juriſdictione judicis ſecularis. Quia hìc ſolum inſpicitur potentia, non actus, hoc eſt, quod Univerſitas, ſive Acadamia ſtudii generalis, vel Collegium Scholarium, poſſit tota, aut totum ex laicis conſtare, ut laica, & laicum ſit. Etenim in rebus tam phiſicis, quàm moralibus ſemper attenditur id, quod per ſe eſt, & non quod per accidens contingit, ſic Eſcobar de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtud. general. cap. 21. à numer. 32. Mendo de jure Academ. lib. 1. quæſt. 8. à num. 52. Pereyra de Academia, num. 20.

31 Ampliatur 2. ut Univerſitas ſtudii generalis, vel collegium Scholarium ob id ſolum, quod eſt Univerſitas ſtudii generalis, vel Collegium Scholarium, ut corpus myſticum, pia cauſa non cenſetur, nec Eccleſiaſtica, & Eccleſiaſticum, ſed profana, & profanum, Gabriel com. concluſ. lib. 6. de pia cauſa, concluſ. 1. numer. 19. & 20. Maranta de ord. jud. par. 6. act. 2. prin. num. 85. Eſcobar de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtud. gener. cap. 21. numer. 284. & capit. 22. num. 102. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti de compet. juriſd. quæſt. 77. num. 12. & 13. Barboſa de poteſt. Epiſ. par. 1. allegat. 75. num. 24. Garcia de benef. par. 5. cap. 1. num. 604. Suelves conſ. 32. num. 1. lib. 1. Pereyra de Academ. num. 58. & latè à num. 305. ad 312. præcipuè num. 310. verſic. Secunda concluſio.

Ampliatur 3. ut Univerſitas, ſive Academia ſtudii generalis, vel Collegium Scholarium, tanquam ſecularis, & ſeculare non eſt immunis à collectis, ſed gabellam debet, ut ex Paulo Caſtren. Avendano, Gironda, Salazar, Azevedo, Guttierez, & Lazarte docent Eſcobar de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtud. gener. cap. 22. num. 103. Barboſa de poteſt. Epiſcop. 3. allegat. 75. numer. 34. Mendo de jure Academ. lib. 1. quæſt. 8. num. 619. Pereyra de Academia, num. 459. Balmaſeda de collectis, quæſt. 24. num. 3.

Ampliatur 4. ut Univerſitas ſtudii generalis, vel 33
Collegium Scholarium, tanquam ſecularis, & ſeculare non tenetur ſolvere ſubſidium excuſatum per Summum Pontificem in favorem Domini noſtri Regis impoſitum, Gracia de benef. part. 5. cap. 1. numer. 613. ad quam ſe refert Balmaſeda de collect. quæſt. 24. num. 8. Azor inſt. moral. tom. 2. lib. 9. cap. 14. quæſt. 6. Barboſa de poteſt. Epiſcopi, par. 3. allegat. 87. num. 40. Pereyra de Academia, n. 464. late Eſcobar de Pontif. & Reg. juriſd. gener. capit. 22. à num. 17. Mendo de jure Acad. lib. 1. quæſt. 38. à num. 607.

Ampliatur 5. ut viſitare, gubernare, & reformare 34
Univerſitatem, ſive Academiam Studii generalis, vel Collegium Scholarium, ut corpus myſticum ad Principem in ſuis Regnis ſpectat, Concil. Trident. ſeſſ. 25. de refor. cap. 2. in fine, & docent Cardoſo in praxi jud. verbo Studium, num. 1. verſic. Studia, Bovadila in polit. lib. 2. cap. 18. num. 214. Narbona l. 31. gloſ. 1. numer. 6. tit. 7. lib. 1. recopil. Eſcobar de Pontif. & Reg. juriſdic. in Stud. general. cap. 22. num. 21. & 81. Mendo de jure Academ. lib. 2. quæſt. 8. numer. 238. & 239. & quæſt. 43. num. 682. Confirmatur ex Concilio Tridentino ſeſſ. 26. de reformat. cap. 8. in quo datur Epiſcopis facultas viſitandi Hoſpitalia, Collegia quæcumque, ac confraternitates laicorum, etiam quas Scholas, ſive quocumque alio nomine vocant, non tamen quæ ſub Regia immediata protectione ſunt ſine eorum licentia, Narbona l. 31. gloſ. 1. num. 4. & 5. tit. 7. lib. 1. recop. Bovadilla in polit. lib. 2. cap. 18. numer. 214. gloſ. litera A. Pereyra de Academ. numer. 16. in prin. Eſcobar de Pontif. & Reg. juriſdic. in Stud. general. cap. 21. num. 59. Quæ verba, non tamen, quæ ſub Regia immediata protectione ſunt ſine eorum licentia, nulla alia ratione factum putat Eſcobar dicto capit. 21. num. 59. niſi quia Univerſitas Studii generalis, vel Collegium Scholarium, ut pote res principaliter laica, & laicum ad viſitationem, & correctionem Principis laici ſpectet, Mendo de jure Academ. lib. 1. quæſt. 8. n. 236. Pereyra de Academia, num. 57. Barboſa in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 26. de reform. cap. 8. num. 27.

Limitatur 1. Si Univerſitas, & Academia Studii 35
generalis, vel Collegio Scholarium erecta, & erectum in ditione, & territorio Principis ſecularis ſit approbata, & approbatum per Summum Pontificem; nam tunc reputatur Eccleſiaſtica, & Eccleſiaſticum, privilegioque fori Eccleſiaſtici, ac cæteris exemptionibus perfruitur propter Summi Pontificis approbationem, cujus Statuta, & conſtitutiones in eiſdem obſervari debent, ſic Abbas, Bartol. & alii, quos referunt Bovadilla in polit. lib. 2. cap. 18. numer. 214. verſic. Verdad. es gloſ. litera C. Narbona l. 31. gloſ. 1. numer. 3. tit. 8. lib. 1. recopil. Gutier. canonicar. lib. 1. quæſt. 36. & de gabellis, quæſt. 95. numer. 20. Azevedo l. 10. num. 25. titul. 1. lib. 4. recopil. & l. 1. numer. 2. & 3. titul. 18. lib. 9.

lib.9. recop. Garcia de benef. par.5. cap.1. à n.606. Barboſa de poteſt. Epiſc. par.3. allegat.75. à num.12. præcipuè numer. 30. & in collectan. ad Concil. Tridentin. ſeſſion.23. de reform. cap.8. num.22. & 23. & de jure Eccleſ. univ. lib.2. cap.11. à num. 78. præſertim num. 80. 81. & 82. Suelves conſil.32. num.4. & conſ.33. num.19. libr.1. D. Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti de compet. juriſd. q.77. n.16. & 31. & q.84. n. 19. Pereyra de Academia, n.15. in fine.

36 Sed hæc limitatio non eſt vera, ut conſtat ex traditis per Martham de juriſdict. par.4. caſu 113. nu.17. & docent, & probant omnino videndi Eſcobar de Pontif. & Reg. juriſdiction. in ſtud. general. capit. 21. numer. 105. Mendo de jure Academ. libr.1. quæſt.8. à numer.21. ſignanter, à n.227. & à n.238. Pereyra de Academia, num.59.

37 Limitatur 2. Si materia tangens Univerſitatem, ſive Academiam Studii generalis, vel Collegium ſcholarium à ſua natura ſpiritualis ſit, talis ſcilicet, quæ, etſi in qualibet alia communitate quantumcumque ſæculari incederet, ad judicem Eccleſiaſticum expectaret, nam tunc hujuſmodi materiæ cognitio privativè ad ſolos judices Eccleſiaſticos pertinet, juxta regulam textus, in capit. bene quidem 96. diſtinct. & in capit. 2. & in capit. quarto de judiciis, ſic Azevedo libr.10. num.26. tit.1. lib.4. recop. Bovadilla in politic. lib.2. cap.18. num.181. in fine, & num.228. Martha de juriſdict. par.4. caſu 113. num.20. Guttier. de gabell. q. 95. n.19. Barboſa de jure Eccleſ. un. l.2. cap.11. num.84. & 85. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti de compet. juriſd. quæſt.77. num.14. Eſcobar de Pontif. & reg. juriſdict. in ſtud. general. cap.21. num.21. & à num. 301. Mendo de jure Academ. lib.1. q.8. ſub n.227. Pereyra de Academ. n.23. verſ. Denique, & n.1789. verſ. Accipe.

38 Limitatur 3. quando Univerſitas, ſive Academia Studii generalis, vel Collegium ſcholarium eſt fundata, & fundatum, ut nonniſi Clerici ad eam, vel ad illud admittantur, ſaltim pro majori parte, aut æquali, nam tunc Eccleſiaſtica, & Eccleſiaſticum judicatur, ſic Soccin. in cap.1. num.17. de foro compet. Mendo de jure Academ. lib.1. q.8. num.231. verſ. Aliud eſſet, & n.238. & 243. Pere ra de Academ. ſub n.20. & alii allegandi, à n.41.

39 Limitatur 4. quando Univerſitas, ſeu Academia Studii generalis, vel Collegium ſcholarium eſſet instituta, & inſtitutum pro ſuſtentatione ſtudentium pauperum, nam tunc Eccleſiaſtica, & Eccleſiaſticum eſt, ſic Gironda de gabel. part.7. numer.44. Azevedo lib.10. numer.26. titul.1. lib.4. recop. & lib.1. num.3. titul.18. lib.6. recopil. Garcia de benef. part.5. cap.1. numer.512. Riccius in praxi var. reſol. 413. part.3. Novarius in praxi elect. fori, cap.43. à numer.1. Vega in cap. cùm ſit generale 8. numer.51. ſeq. de foro compet. Barboſa de poteſtat. Epiſcop. part.3. allegat.75. numer.21. & de jure Eccleſ. univ. libr.2. capit.11. numer.101. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti de competent. juriſdict. quæſt.77. 25. Suelves conſil.32. numer.3. libr.1. Valenzuela conſ.87. n.4. 54. & 87. lib.1. Molina de juſt. & jure, diſp.672. Eſcobar de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtud. general. cap.22. numer.103. 104. & 105. Mendo de jure Academ. libr.1. quæſt. 38. num.620. Pereyra de Academia, numer.459. in fine, Balmaſeda de collectan. quæſt.
40 24. numer.4. & 7. & quæſt.58. numer.7. Et ſecundùm iſtam† limitationem exiſtimo fuiſſe deciſum in Cathalonia per Cancellarium Loris, Conſultoribus Quintana, & Sabater 19. Novembris 1582. in favorem Michaelis Puig, Rectoris, Procuratoris, & Oeconomi Collegii novi Conceptionis Beatæ Mariæ Civitatis, Ilerdæ propter mandatum factum in regio criminali conſilio omnibus, & ſingulis reddituariis dicti Collegii, ne de cætero penſiones debitas dicto Collegio ſolverent, donec aliter eſſet proviſum, gaudere privilegio fori Eccleſiaſtici.

41 Secundus caſus eſt, quando Univerſitas, ſive Academia Studii generalis, aut Collegium ſcholarium, erigitur, & inſtituitur per Summum Pontificem in ſua ditione, & territorio temporali, quo in caſu diſtinguitur; Aut major, vel æqualis pars ſit Clericorum, & tunc Eccleſiaſtica, & Eccleſiaſticum eſt, & gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici; ſi verò major pars ſit laicorum, eſt ſæcularis, & laica, & temporaliter ipſi Summo Pontifice ſubjecta, & ſubjectum, ſic gloſ. in cap.1. verbo ſub excommunicatione, ibi: quia Clerici ſunt pro majori parte, ubi Abbas num.13. de locato, idem Abbas in cap. literis, nu. 4. ubi Imola, & Felin. num.2. de conſtitut. Bartol. in l. fin. n.14. & 15. de collect. illicitis, & in l. cùm ſenatus, num.4. ff. de rub. dub. Jaſon in l. imperium, num.3. verſ. Quarto facit, ff. de juriſd. omnin. jud. Maranta de ord. jud. part. 4. diſt.11. num.43. Covar. pract. cap.44. num.1. ad med. Decian. tract. crim. tom.1. lib.4. cap.9. à num.41. Azeved. l.10. n.25. tit.1. lib.4. recopil. Armandar. ad leg. Navar. lib. 3. tit.20. de confrat. num.9. Garcia de benef. par.5. cap. 1. n.612. Barboſa de poteſt. Epiſc. par.3. allegat.75. n. 30. & de jure Eccleſ. univer. lib.2. cap.11. num.81. ad med. Guſman. de evict. quæſt.7. num.59. & 60. Farinac. in praxi, part.1. quæſt.8. n.46. amplia 11. Narbona l. 20. gloſſ.22. numer.27. tit.7. lib.4. recopil. Bolannos in Cur. Philip. par.1. §.5. n.10. in fine, Soccin. in cap.1. num.17. & in cap. ſignificaſti, numer.4. de foro compet. Horatius Leccius privileg.66. limit.1. Scaccia de appellat. quæſt.8. num.124. & de jud. lib.1. cap.11. numer.25. Bovadilla in polit. lib.2. cap.18. num.161. Michalor de fratrib. par.3. capit.49. n.24. & 25. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect. à num.141. Carocciolus de foro privileg. quæſt.23. à numer.41. Novarius in praxi elect. fori, tract.2. quæſt.42. à numer.2. Suelves conſ.32. n.5. 6. & 7. lib.1. Riccius in praxi var. reſol. 317. num.3. Baſil. Pontius de matrimon. lib.5. capit.12. §.7. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti de compet. juriſd. quæſt. 77. à num.5. & quæſt.84. n.19. Barboſa de poteſt. Epiſcopi, par.3. allegat.75. n.30. in fine, & de jure Eccleſ. univ. lib.2. cap.11. numer.81. in fine, Manfrella in obſervat. ad Capyc. Latro, deciſ.95. num.5. libr.1. Eſcobar de Pontif. & in ſtud. general. cap.21. à n.18. ad 38. & n.92. 93. & 94. Mendo de jure Academ. lib.1. q.8. num. 227. & 251. Pereyra de Academ. n.16. in fine, & n.17. 18. 21. verſ. Secundum, & n.1672. in fine, Dominus Vicecan. Creſpi obſer.92. n.74.

Limitatur 1. iſte ſecundus caſus, ſi Studium ere- 42
ctum ſit in Eccleſiis Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus Romanæ Eccleſiæ ſubditis, nam tunc Eccleſiaſticum eſt, Eſcobar de Pontif. & Reg. juriſdict. in Stud. gener. cap.21. n.95. Pereyra de Academia, n.55. verſ. Certum eſt ſecundo.

Limitatur 2. ſi materia à ſua natura ſpiritualis eſt, ut dixi, num.33.

Limitatur 3. ſi Univerſitas Studii generalis, vel 43
Collegium ſcholarium fundata, & fundatum eſt, ut non niſi clerici ad eam, vel ad eum admittantur, ſaltem pro majori parte, aut æquali, nam tunc Eccleſiaſtica, & Eccleſiaſticum eſt, ut dixi, num.38.

Limitatur 4. quoad viſitationem, & correctionem; 44
nam tunc Univerſitas Studii generalis, vel Collegium Scholarium in Statu, & ditione temporali Romani Pontificis immediatè ipſi ſubjecta, & ſubjectum, poteſt per Summum Pontificem committi delegatis, pro ut ſibi viſum fuerit, Concil. Trident. ſeſſ.25. de reform. cap.2. in fine, Cardoſo in prax. jud. verbo ſtudium, n. 1. verſ. Studia, in princ. Borell. de Reg. Cathol. præſt. cap.34. n.3. & conſil.81. centur.1.

Reſpectu verò ſingulorum Univerſitatis Studii generalis dicam, quæſt. ſeq.

Quæro 3. quis ſit judex Scholarium, & ſtudioſo- 45
rum in civilibus, & criminalibus? Reſp. quod de jure ſcholares ſtudioſi habent quatuor judices, nempè Epiſcopum Civitatis, Rectorem Studii, Cathedraticos Studii, & Poteſtatem, authent. habita, ubi Scribentes, C. ne filius pro patre, gloſſ. in §. penultimo, verbo profeſſores, in procem. digeſtor. gloſſ. in leg. ſi quis in conſcribendo, verbo licere, C. de pactis, Rebuffus de privileg. Scholar. privil. 152. Horat. Leccius de privileg. Scholar. privileg.64. col.1. Bovad. in politic. lib.2. cap. 18. num.214. gloſſ. litera E. Jul. Clar. §. fine, q.35. n. 23. Barboſa voto 55. num.9. lib.2. Martha de juriſdict. par.4. caſu 39. n.1. Suelves conſ.18. num.13. & conſ.33. num.1. lib.1. Fermoſin. in cap. ex parte 15. quæſt.14. à

*num.*1. *de foro compet.* Carleval. *de judiciis, lib,*1. *diſput.*2. *à num.*479. Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſd. in Stud. general. in prologo, à num.*5. Ninno in addit. *ad Cuencam de Commanda,clauſ.*36. *n,*19. Pereira *de Academ. num.*342.

46 Hoc ut dixi de jure procedit. In Univerſitatibus Salmanticenſi, Ilerdenſi, & Oſcenſi Magiſter Scholarum habet omnimodam juriſdictionem, civilem, & criminalem, merum, & mixtum imperium in ſcholares, cathedraticos, & miniſtros dictarum reſpectivè Univerſitatum, ut de Magiſtro Scholarum Univerſitatis Salmantinæ, Bovadilla, *in polit. lib.*2. *capit.*18, *num.*214. *verſ. Majoramente*, Parlador. *rer. quotidian. diſſert.*129. *num.*7. Baſil. Pontius *de matrimon. libr.* 5. *cap.*12. *num.*8. Carleval. *de jud. lib.*1. *diſput.*2. *numer.* 498, Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſdict. in Stud. gener. cap.*6. *num.*9. *in fine, & à num.*89. *& cap.*9. *n.*2. *& c.* 24. *à n.*1. Mendo *de jure Academ. lib.*1. *q.*2. *n.*167. *&* 172. Pereyra *de Academia, n.*695. *verſ. Nihilominus.* De Magiſtro Scholarum Univerſitatis Ilerdæ, *probat Conſtitutio. Per quant* 2. *tit. de eſtudis generals*, Ferrer. *in conſtitut. los impubers, gloſſ.*2. *n.*57. *in fine*, Boſch. *dels titols de honor. l.*3. *c.*12. §.2. *verſ. La Univerſitat de Leyda*. De Magiſtro Scholarum Univerſitatis Oſcæ, Suelves *conſ.*33. *lib.*1. de prædictis omnibus Univerſitatibus Studiorum generalium. Ego *dec.*8. *n.*45. *&* 46. *par.*1. me citato Triſtany *in Corona Benedictina, c.*1. *num.*31. 32. *&* 33. D. Didac. Anton. Franc. de Urrutigoyti *compet. juriſd. q.*8. *n.*2.

47 Etiamſi Scholares, Cathedratici, & Miniſtri dictarum Univerſitatum Studiorum generalium ſint Clerici, vel exempti, Abbas *in cap. cæterum, de judic.* Gratian. *diſc. forenſ. c.*182. *n.*14. *&* 15. Suelves *conſ.*18. *num.*14. *& conſ.*33. *ſub n.*9. *l.*1. Ego *deciſ.*8. *n.*47. *p.*1. me citato Triſtany *in Corona Benedict. cap.*1. *n.*34. *in fine*, & alii allegandi, *n.*55.

48 Privativè ad omnes judices tàm Eccleſiaſticos, quàm Sæculares, ut de Magiſtro Scholarum Univerſitatis Salmantinæ tradit Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſd. in Stud. general. cap.*20. de Magiſtro Scholarum Univerſitatis Ilerdæ probant *Conſtitut. Per quant* 2. *tit. de eſtudis generals, conſtit.*34. *anni* 1599. Ferrer. *in conſtit. loci pubers, gloſſ.*2. *n.*57. *in fine*, de Magiſtro Scholarum Univerſitatis Oſcæ, Suelves *conſ.*33. *lib.*1. de omnibus, Ego *deciſ.*8. *num.*48. *par.*1. me citato Triſtany *in Corona Benedict. cap.*1. *n.*34. *in princ.*

49 Sed eſt advertendum, quod licet aliqui dicant, quod juriſdictio Magiſtri Scholarum ratione mixturæ eſt Eccleſiaſtica, tam reſpectu ſingulorum Scholarium Clericorum, quàm laicorum, ut Barboſa *voto* 55. *à num.*10. *lib.*2. Suelves *conſ.*33. *n.*19. *l.*1. Narbona *l.*20. *gloſſ.*22. *ſub num.*129. *&* 130. *titul.*1. *libr.*4. *recopil. &* alii per me citati *deciſ.*8. *numer.* 45. *junctis numer.* 52. *&* 53. *par.*1.

50 Veritas tamen eſt, quod reſpectu ſingulorum ſcholarium clericorum eſt Eccleſiaſtica, & reſpectu ſcholarium laicorum eſt laica, Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtud. general. cap.*21. *n.*21. Ego poſt alios *dec.* 8. *n.*54. 55. *&* 56. *par.*1. Niſi reſpectu Aſſeſſoris, nuntii, & aliorum miniſtrorum Magiſtri Scholarum, quæ Eccleſiaſtica eſt, Ego *deciſ.*8. *n.*56. *verſ. Benè verum eſt, par.*1.

51 Unde infertur, quod à ſententia lata per Magiſtrum Scholarum in cauſa ſcholaris clerici coram eo conventi appellandum eſt ad ſuperiorem Eccleſiaſticum, nempè ad Nuntium Hiſpaniarum, Carol. de Graſ. *de effect. Cleric. effect.*1. *n.*144. a ſententia verò lata per Magiſtrum Scholarum in cauſa ſcholaris laici coram eo conventi appellandum eſt ad Principem ſæcularem, Scaccia *de appellat. q.*8. *n.*124. Eſcobar. *de Pontif. & Reg. juriſd. Stud. general. cap.*21. *num.*73. *&* 74. *& latè à n.*185. Mendo *de jure Academ. lib.*1. *q.*8. *num.*256. 257. *&* 551. Pereyra *de Academ. nu.* 1050. 1051. quidquid dicant Barboſa *voto* 55. *à n.*16. *lib.* 2. Conducunt ad propoſitum Scialoya *de foro compet. cap.*51. *num.*73. Carol. de Graſ. *de effect. cler. effect.*1. *à num.*510. Anſaldus, *de jur. part.* 3. *titul. unico, capit.*8. *à numer.*219. Roccus *de officiis, rubr. numer.*69. *&* 70. Fajardus *à legat.*33. *à n.*501. Ego multis citatis, *dec.*9. *à n.*3. *p.*1.

Et quamvis Magiſtri ſcholarum Univerſitatum Studiorum generalium Salmantinæ, Ilerdæ, & Oſcæ habeant ampliſſimam poteſtatem, ut dixi, nihilominus de jure Rector Academiæ approbatæ eſt judex ordinarius, Silveſter *in ſum. verbo juriſdictio, num.*4. Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſdict, in Stud, general. capit.*6. *à numer,* 1. *ad* 7. Pereyra *de Academia, numer,* 693. *in princip.* 52

Quinimo in Cathalonia diſponit *Conſtitutio* 34. *anni* 1599. quod Rector Univerſitatis Studii generalis Ilerdæ habeat, & exercere poſſit totam, & eandem juriſdictionem quam habet, & exercet Rector Salmantinæ in Univerſitate Studii generalis Salmantina. 53

Et nulli dubium eſt, quod Rector Univerſitatis Studii generalis Salmantinæ eſt judex ordinarius, ac veram, & legitimam juriſdictionem obtinet, Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſd. in Stud. general. cap.*6. *num.*9. *&* 24. Mendo *de jure Academ. lib,*1. *quæſt.*7. *ſub numer.* 154. Pereyra *de Academ, num.*693. *verſic. Quod vero,* 54
*& num.* 696. Etiam † in ſcholaribus exemptis, Martha 55
*de juriſdict. p.*4. *caſu* 39. *num.*5. Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſd. ſtud. gener. cap.*6. *à num,*110. *& cap.*34. *n.* 2. Fermoſin. *in capit.* 1. *quæſtion.*3. *numer.*18. *de foro compet.* Mendo *de jure Academ. lib.*1. *quæſt.* 7. *numer.* 157. *in fine.*

Hæc autem juriſdictio Rectoris Univerſitatis Studii generalis Salmantinæ conſiſtit tantùm in his, quæ ad ipſius Univerſitatis regimen, gubernium, & adminiſtrationem pertinent, & ſpectant, Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſdict. in Stud. general. cap.*6. *n.* 10, Pereyra *de Academia, num.*695. *verſic. Nihilominus,* & de Rectore Univerſitatis Studii generalis Ilerdæ, Boſch. *dels tit. de honor. lib.*3. *cap.*12. §.2. *verſic. Lo ſegon. officiales, fol.*351. Quæ in ſumma † tantùm eſt 57 56
Congregatio Conſiliorum, quæ vulgo clauſtroa appellatur, proviſio lecturarum, & cathedrarum, curſuum probatio, ſucceſſoris electio in officio Rectoris, & Conſiliariorum, & de idoneitate, & inhabilitate eligendorum cognoſcere, & ut Studioſis arma auferre poſſit, ut tàm in ſcholis, quàm extra armorum ablatio Rectori competat, eoque negligente Magiſtro ſcholæ. Hæc ſunt in ſumma, aut paulo plures cauſæ, de quibus Rector Univerſitatis Studii generalis Salmanticenſis cognoſcit, quarum plurimas nequaquam ſolus expedire poteſt, ſed cum Conſilio Univerſitatis, aut Conſiliariorum majoris partis, ſic Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſdict. in ſtud. general. cap.*6. *num.*11. 40. *& à num.*71. *& cap.*46. *num.*2, Mendo *de jure Academ. lib.*1. *quæſt.*7. *num.*154. *& quæſt.*43. *à numer,* 669. Pereyra *de Academia, num.*695. *verſ, Nihilominus, & num.*696.

Poteſt inſuper cognoſcere Rector Univerſitatis Salmantinæ de criminibus contra ſuam juriſdictionem patratis, & de injuriis ipſi illatis, ſicut poſſunt cæteri judices ordinarii; Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtud. general. capit.*6. *à numer.*41. Mendo *de Academia, libr.*1. *quæſt.*7. *num.* 155. & conſequenter quamlibet pœnam corporalem infligere poteſt, cùm judices ordinarii habeant merum, & mixtum imperium, & gladii generalem poteſtatem, Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſdict. in ſtud. gener. cap.*6. *à n.*54. Mendo *de jure Academiæ, lib.*1. *quæſt.*7. *ſub n.*155. Cæterum hæc quamvis ſecundùm ſe vera de jure ſint, rariſſimè obſervatur in Univerſitate Salmantina, ſed de his cognoſcit Magiſter Scholarum, uno nudo regimine Univerſitatis excepto, Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtud. general. cap.*6. *à n.*68. Mendo *de jure Academ. lib.*1. *q.* 7. *n.*155. *in fine,* 58

A gravamine Rectoris in omnibus cauſis ſuæ juriſdictionis non poteſt adiri Magiſter ſcholarum, nec per viam quærelæ, nec appellationis, nec recurſus, ob exemptionem Academiæ Salmaticenſis, & immediatam ſubjectionem ſupremis Magiſtratibus, niſi ita expreſsè cautum fuerit, Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtud. general. capit.*21. *à n.*113. Mendo *de jure Acad. lib.*3. *quæſt.*5. *num.*39. 59

Rector Univerſitatis Salmantinæ in actibus publicis Academiæ præcedit omnes in ſedendo, Mendo *de* 60

*jure*

*jure Academ. lib.1. quæſt.42. n.645. & 647.* conducit Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſdict. in ſtud. general. cap. 24. n.131.* etiam Magiſtri ſcholarum Barboſa plures citat *de jure Eccleſ. univ. lib.1. cap.43. num.196. verſic. Circa verò, ibi: Et rector Univerſitatis.* Niſi in collationem graduum Licentiatus & Magiſterii, aut Doctoratus; nam in his Rector à Magiſtro ſcholarum præceditur, Mendo *de jure Academ. libr.1. quæſt. 42.*
61 *numer.645.* Verùm † in Univerſitate Ilerdæ Magiſter ſcholarum, nedum in collatione graduum Licentiatus, Magiſterii, & Doctoratus præcedit Rectorem, ſed etiam in actibus publicis Academię, ut ſunt concluſiones, & lecturę Oppoſitorum cathedrarum, ſi Magiſter ſcholarum aſſiſtere vult, & ita vidi pluries obſervatum.

62 Rector in Univerſitate Ilerdę confert gradus Bachalaureatus in jure canonico, & civili, & non alios gradus Bachalaureatus in Theologia, Medicina, & Philoſophia. Nam licèt coram eo fiat examen, tamen hos gradus confert Magiſter ſcholarum, Boſch. *dels titols de honor, lib.3. cap.12. §. verſ. Lo ſegon, fol. 351.* & in collatione iſtorum graduum Bachalaureatus in Theologia, Medicina, & Philoſophia ſolùm Rector habet pręſentiam, ſicut in ſeſſionibus graduum Magiſterii, aut Doctoratus cujuſcumque facultatis, ſedet verò in eis ad latus Magiſtri ſcholarum, & pręcedit omnes alios Magiſtros, & Doctores.

63 Rector ingrediens ad actum literarium debet à cathedraticis ſalutari verbis, & dicere *verſabar Illuſtriſſime Rector*, aliter puniri debent; latè probat Mendo *de jure Academ. libr. 1. quæſt. 42. à numer. 651.* Pereyra, *de Academ. n.610. 611. & 612.* quidquid dicat Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtud. gener. cap.46. n.1. à n. 19.* & in actibus graduum licentiatus, Magiſterii, aut Doctoratus ſalutatur poſt Magiſtrum ſcholarum, & antequam Magiſtri, & Doctores.

64 Quæro 4. qualiter debeat fieri proviſio Cathedrarum? Reſp. quod modus providendi Cathedras in genere acceptus duplex tantùm apparet.

65 Alter quando Princeps Supremus ex variis ab Academia propoſitis unum elegit, ſicut ſolet evenire in magiſtratibus publicis, quando Regius Senatus duos, vel plures Regi proponit, & Rex unum ex approbatis deſignat. Hic modus ſervatur in Academia Conimbricenſi circa Cathedras majores, ſeu primarias. Hic etiam modus ſervatur in Academia Eboracenſi circa omnes Cathedras, ita ut Senatus Academicus, nempe Rector cum ſuis Conſiliariis varios proponit Tranſtagano Provinciali, & ipſe deſignat quem vult, ſic Pereyra *de Academia, num.721. in princip. & melius, num. 1250. in princ.* Ita etiam obſervari in Univerſitate Salmantina teſtantur Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſdict. in ſtud. general. cap.14. ſub num. 1. 4. & cap.26. n.12.* Mendo *de jure Academ. lib.1. quæſt.43. num. ſub n.667. lib.4. q.5. n.139.* Nam licèt diu in Univerſitate Salmantina ſcholares ſuffragia ſua ad obtentionem cathedrarum præſtiterunt, Gomez *in l.83. tauri, num. 15. verſ. Et iſtum caſum*, Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſdict. in ſtud. gener. cap.6. num.20. & cap.7. num.23. & cap.22. n.4.* Mendo *de jure Academ. lib.1. quæſt.9. n. 275.* Pereyra *de Academia, num.1251. verſic. Sed antequam*, & hæc ab illis ablata fuerunt, & deinde reſtituta, Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſdict. in ſtud. general. capit.6. numer.22.* Tamen iterum ad Regium Caſtellæ Senatum fuit devoluta, Mendo *de Academia, l. 1. q.9. n.274.*

66 Alter modus providendi cathedras eſt per oppoſitionem, ita ut vacante Cathedra alumni Academici in quibus concurrunt omnes conditiones, ut legitimi oppoſitores, ſeu candidati eſſe poſſint, dent nomina, deinde legunt pro oſtentatione, die præfixo, ac tandem per ſuffragia ſtudioſorum ferant Cathedram. Hic modus ſervatur in Univerſitate Conimbricenſi circa cathedras minores, ita Pereyra *de Academia, num. 721. in princ. & 1250. in fine*, Huncque modum ab Academiarum inſtitutionibus jam inde obſervatum tradit Navarrus *in can. inter verba 11. q.3. in decimo tertio corollario, num.17. fol. mihi 18.* Et obſervatur circa omnes cathedras, excepta ſacræ paginæ in Univerſitate Studii generalis Civitatis Ilerdæ, & in aliis Univerſitatibus celebrioribus. Mendo *de jure Academ. lib.3. quæſt.12. num.104.* In Univerſitate Oſcæ obſervatur exceptis Cathedris primariis, & veſpertinis, & in Univerſitate Cæſarauguſtæ, Lumbier *en los fragment. var. mor. num.552. verſicul. Et caſo fue eſte*, vide Suelves *conſ.98. lib.1.*

In aliquibus tamen Academiis Doctores, & Magi- 67
ſtri præſtant ſuffragia ad cathedras obtinendas, Mendo *de jure Academ. lib.3. quæſt.12. num.128.* ſicque ſervatur in Univerſitate Studii generalis Civitatis Barcinonæ. In Univerſitate Toloſæ olim Rector, Conſiliarii, & Doctores eas conferebant, Navarrus *in can. inter verba 21. quæſt.3. in decimo tertio corollario, num. 17. col.2. prope finem, verſic. Alterum, fol.8.* In Univerſitate Ovetenſi, Magiſtri, ac Doctores ſuum judicium, ac ſuffragium mittunt ad duos Regios Senatores, qui executores ſunt ſanctionum, & voluntatis teſtatoris ejus Academiæ, à quibus cathedrarum obtentio decernitur, Mendo *de jure Academ. libr.1. qu. 43. n.667. propè finem.* In Univerſitate Valentina, hi qui Urbem regunt, vulgo Jurati Cathedras impertiuntur, Mendo *de jure Academ. lib.1. quæſt.43. num.667. ante finem*, ſed aliter ſentit Reg. Mattheu *de regimin. Regni Valent. cap.4. §. 3. num.67.* & alii, in aliis Academiis contingere dicit Mendo *de jure Academ. lib.1. quæſt.43. n.667. in fine.*

Sed utrum modus providendi Cathedras per ſuffra- 68
gia ſcholarium mutari debeat? Et quidem Navarrus *in can. in verba 11. quæſt.3. in decimo tertio corollario, num.18. fol.8.* Docet variis ex cauſis, quas refert mutandum eſſe modum providendi Cathedras per ſuffragia ſcholaſticorum, *& col.2. in fine*, teſtantur in nulla Academia Italiæ ſervari modum providendi cathedras per ſcholaſticorum ſuffragia, neque ſervari in ulla Academia Galliarum, eandem ſententiam Villalobos *in ſum. mor. par.2. tract.8. dif.9. n.6. in fine*, Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtud. gener. cap.7. n.31. 32. & 33. & cap.22. n.16.*

Modum etiam conferendi cathedras per Rectorem, 69
Conſiliarios, & Doctores, obſervatum olim in Univerſitate Tholoſę improbat Navarrus, eo quia adfuit in cauſa, ut quiſque ſuam cathedram poſſit donare, & vendere alteri Doctori cum magno rei literariæ, & eruditorum detrimento, *can. inter verba 11. quæſt. 3. in decimo tertio corollario, num.17. col.2. prope finem, verſ. Alterum, fol.8.* Et de Doctoribus, & Magiſtris præſtantibus ſuffragia ad obtinendas cathedras, ſervata proportione, eodem modo eſſe phyloſophandum, ac de ſcholaribus inquit Mendo *de jure Academ. lib.3. q.13. n.128.*

Sed Pereyra non audet damnare praxim receptam 70
diurno uſu, & firmatam ſtatutis plurium Academiarum, in quibus per oppoſitionem, & ſuffragia ſtudioſorum Cathedræ providentur, & aliquibus rationibus id probat, & argumentis contrariis unica ſolutione reſpondere nititur, *in tract. de Academia, num.1251. verſ. Sed antequam, & num.1252.* Hancque ſententiam videntur ſequi Sanchez *lib.2. conſil. cap.1. dub.52. num.1.* ubi tractans de requiſitis, quæ debent habere legitimi, & idonei ſuffragatores, ut ſuffragia in oppoſitionibus cathedrarum ferant, exponit aliqua, & inter alia primo, quod quis habeat curſum, & quarto hi facultatem, quod primo anno audierit inſtitutam, in qua docentur termini, & principia legum. Et Suarez *lib.5. tit.6. à num.14.* tradit quoniam ſtudioſi habent jus ſuffragandi in Academia Conimbricenſi, quos allegat idem Pereyra *de Academia, n. 1255.*

Meo autem parvo judicio dicendum exiſtimo. Quod 71
ſi cauſæ, aut aliqua ex his, quas refert Navarrus *loco citato, numer. 68.* concurrunt, & militant in aliqua Univerſitate in proviſione Cathedrarum per ſuffragia ſcholaſticorum Magiſtrorum, vel doctorum, & aliter moderari non poſſunt, tunc ipſius Navarri, & ſequacium ſententia veriſſima eſt, & omnino amplectenda, auferrique debent ſuffragia ſcholaſticis, Magiſtris, & doctoribus in proviſione Cathedrarum, cùm non expediat tali caſu in Studiis generalibus fieri proviſiones cathedrarum per oppoſitionem, & ſuffragia, ſed mo-

dus

dus providendi cathedras per ſuffragia ſcholaſticorum, Magiſtrorum, vel doctorum mutandus eſt. Si verò non militant, nec concurrunt hujuſmodi cauſæ, aut aliquæ earum, ſeu concurrunt, & mederi poſſunt, Pereyra ſententia *relata*, *num.*70. vera eſt, ut Cathedræ per ſuffragia ſcholaſticorum, Magiſtrorum, aut Doctorum provideantur, pro ut in aliquibus Academiis reſpectivè ſervatur.

72 Verùm quidquid ſit de prædictis, certum eſt, quod Princeps, pro ut ſibi viſum fuerit ob juſtitiæ rectam adminiſtrationem, & bonum Univerſitatum Studiorum generalium, poteſt ſcholaribus, Magiſtris, & Doctoribus jus ſuffragandi auferre, & proviſioni omnium cathedrarum novam formam, novoſque electores deſignare, ut docent contrariis reſpondentes Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſd. in Stud. gener. cap.*22. *à numer.*3. *ad* 16. Mendo *de jure Academ. lib.* 1. *quæſt.* 9. *à numer.* 274. Pereyra *de Academia*, *numer.* 1252. *verſic. Diſquirendum*, & *numer.* 1253. Eſt enim ſolius Principis provideri in cathedris, ſicut in omnibus officiis, quibus Reſpublica tam politica, quam literaria adminiſtratur, Pereyra *de Academ. num.* 721. *in fine*, & *num.* 1247. Bovadilla *in politic. libr.* 2. *capit.* 8. *num.* 214. *verſ. Yſobre*, nam de cathedris diſponit Princeps, ut de re ſua, Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſd. in Stud. general. cap.* 22. *num.* 8.

73 Quia ſi Princeps poteſt Univerſitatem Studii generalis, ex uno loco ad alium transferre, aut omnino deſtruere, niſi neceſſaria prorſus eſſet ad eruditionem Religionis, ac fidei, eo quod non alia in ea Regione Univerſitas Studii generalis permaneret, atque adeo animarum ſalus periclitaretur; quo caſu excepto, licitum eſt Principi Univerſitatem Studii generalis transferre, aut deſtruere, ſi id expediat ad Reipublicæ moderamen, cùm enim in ejus territorio ſita ſit, atque ejus juriſdictioni ſubjecta, nihil obſtat, quominus ob cauſam publici commodi id præſtare queat; Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſdict. in Stud. general. c.* 22. *num.* 116. 117. & 118. Mendo *de jure Academ. lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 278. Pereyra *de Academia*, *numer.* 70. 71. & 72. Cur igitur non poterit Princeps ſuffragia ſcholaſticis, Magiſtris, & Doctoribus auferre, & novam formam, novoſque electores deſignare proviſioni Cathedrarum?

74 Quæro 5. & ultimo. An Doctorum creatio ſit de regalibus? Reſp. quod ſic, Ripoll. *de regal. capit.* 48. *num.* 8. quem citat Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap.* 4. §. 3. *num.* 106. Pereyra *de man. regia*, *par.* 2. *cap.* 36. *num.* 31. latè Eſcobar *de Pontif. & reg. juriſdict. in Stud. general. cap.* 30. *à num.* 15. *præcipue numer.* 20.

75 Sicut creatio † Nobilium ex plebeis de regalibus eſt, Tiraquel. *de nobilit. cap.* 6. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 10. *à num.* 99. Caſtillo *de tertiis*, *tom.* 7. *cap.* 41. *n.* 98. Suelves plures laudat *conſil.* 16. *num.* 3. & 4. *libr.* 2. Reg. Leo *deciſ.* 9. *à num* 58. *lib.* 3. Pereyra *de man. Reg. par.* 2. *cap.* 36. *num.* 30. Fontanella *deciſ.* 293. *numer.* 6.

76 *part.* 1. Ad Principem † ſiquidem ſpectat dare gradus, & dignitates, ac erigere, & reprimere, Gratian. plures citat *diſceptat. forenſ. capit.* 186. *ſub numer.* 75. Pereyra *de Academia*, *numer.* 1368. *verſic. Ad Principem*.

77 Ob idque Princeps ſolo verbo poteſt creare Doctores, Maſtrill. pluribus citatis *de magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 88. Mendo *de jure Academ. lib.* 1. *quæſt.* 12. *ſub num.* 304. Pereyra *de man. Reg. par.* 2. *cap.* 36. *num.* 31. Dicendo, eſtote Doctores, vel vos in Doctores promoveo, Jaſon *in l. ſi quis major*, *num.* 30. *C. de tranſact.* Mendo *de jure Academ. l.* 1. *q.* 15. *num.* 370. 371. pro ut quoſdam vidiſſe ſic creatos dicit Soccin. *in cap. qualiter*, & *quando*, *num.* 16. *de accuſat.* Et frequenter contingere ita creare refert Paul. Caſtrenſ. *in l. fin. num.* 5. *C. ubi Senator. vel clariſſim.* Et communiter ſic fieri teſtatur Felin. *in cap. per tuas*, *ſub numer.* 3. *de majoritat. & obed.* ſic factum per Urbanum Octavum in perſonam Aloyſii Riccii teſtatur Luca in animadver. *ad Gratian. diſcep. forenſ. cap.* 186. *n.* 16.

78 Et non ſolùm Princeps poteſt ſolo verbo creare Doctores in jure Civili, Medicina, & Philoſophia, ſed etiam in Theologia, & jure Canonico, Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſdict. in ſtud. general. cap.* 30. *num.* 19. & 20. Pereyra *de Academia*, *num.* 842. quidquid dicant Felin. *in cap. per tuas*, *num.* 3. *verſic. Limita tertio*, *de major. & obed.* Pereyra *de man. Reg. par.* 2. *cap.* 36. *numer.* 31. Nedum † laicos ſibi ſubditos, ſed etiam Cle- 79
ricos, Eſcobar *de Pontif. & Reg. iuriſdict. in ſtud. general. cap.* 30. *num.* 23. 24. & 30. Sicut poteſt † Princeps 80
ſolo verbo creare Duces, Marchiones, & Comites, Maſtril. *de magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 16. Molina *de Hiſpan. primogen. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 22. Cancer. *var. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 6.

Et quamvis Doctores, aut Magiſtri Bullati, qui per 81
Bullam, aut reſcriptum Principis gradum Doctoratus, aut Magiſterii acquirunt, non gaudent privilegiis, quæ cæteris Doctoribus conceduntur, Guido Papa *deciſ.* 88. *n.* 3. & *deciſ.* 388. *n.* 11. Aviles *in c. Prælator. in proœm. gl.* 1. *num.* 21. *verſic. Sed hoc*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 186. *à num.* 68. Menochius *conſ.* 126. *num.* 18. *libr.* 2. Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſdict. in ſtud. general. cap.* 30. *à num.* 34. Mendo *lib.* 1. *quæſt.* 12. *n.* 306. & *quæſt.* 15. *num.* 373. Novarius *in pragmatic.* 2. *collect.* 1. *num.* 6. *de Scholar. doctoran.* Regens Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap.* 4. §. 3. *n.* 106. Pereyra *de Academia*, *num.* 1369. & ſunt longè inferiores his qui in Academiis creantur, Mendo poſt alios *de jure Academ. lib.* 1. *quæſt.* 12. *n.* 34. *in princ.*

Verùm Doctores, qui recipiunt gradum Doctorum 82
à Principe, gaudent privilegio Doctorum, & præcedunt etiam alios in quibuſcumque Academiis graduatos; habentur enim Doctores à Principe creati reliquis Doctoribus digniores, ſublimiores, & potentiores, Romanus *in l. ſi viro*, §. *de vero fallent.* 49. *ff. ſoluto matrim.* Abbas *in cap. per tuas*, *numer.* 1. Butti *numer.* 2. Felin. *numer.* 3. Barboſa *numer.* 8. *de majoritat. & obed.* Soccin. *in cap. qualiter*, & *quando el.* 2. *numer.* 16. *de accuſat.* Jaſon. *in leg. ſi quis major. numer.* 31. *Cod. de tranſact.* Caſtren. *in l. fin. in addition. literis A, C. ubi ſenat. vel clariſſim.* Greg. Lopez *l.* 3. *gloſſ.* 4. *tit.* 22. *par.* 2. Boer. *de author. mag. conſil. num.* 92. Gonzalez *ad reg.* 8. *cancell.* §. 3. *in proœm. num.* 115. Alfaro *de offic. fiſcal. gloſſ.* 1. *ſub numer.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. capit.* 186. *num.* 75. Barboſa *in repertor. verbo Doctor. in princ.* Riccius *collect.* 1430. *in fine* Mendo *de jure Academ. l.* 1. *lib.* 15. *num.* 373. *in princ.* Pereyra *de Academ. numer.* 1368. *verſic. Doctores*. Sicut † Nobilitatus à Principe 83
præfertur Nobilitato ab inferiore, caſu quo iſte poſſit concedere nobilitatem, Tiraquel. *de nobilitat. cap.* 6. *num.* 7. Barboſa *in cap. per tuas*, *num.* 9. *de majorat. & obed.* & *in l. reſtituendæ*, *n.* 10. *C. de Advocat. diver. iud.*

Quod tamen intelligendum eſt, ſi Doctores facti, 84
& creati à Principe ſint facti, & cum rigore examinis; nam tunc non ſolùm gaudent privilegiis Doctorum, ſed etiam aliis Doctoribus graduatis in Academiis preferuntur; ſecus ſi ſint facti, & creati à Principe ſolo verbo, quo caſu non gaudent privilegiis Doctorum, nec alios Doctores præcedunt, ita determinant, & declarant Soccin. *in cap. qualiter*, & *quando*, *de accuſat.* Jaſon *in leg. ſi quis major. numer.* 31. *Codic. de tranſact.* & *in l.* 2. §. *ſi priùs*, *numer.* 17. *ff. de vulgari*, Felin. *in cap. per tuas*, *numer.* 3. *limit.* 1. *de majorit. & obedient.* Caſtren. *in l. fin. num.* 5. & *in addit. literis A, C. ubi ſenat. vel clariſſimi*, Gregor. Lopez *l.* 3. *gloſſ.* 4. *tit.* 2. *par.* 2. Chaſſaneus *in Cathal. glor. mundi*, *part.* 10. *conſider.* 37. Gomez *in l.* 83. *tauri*, *num.* 17. *verſic. Circa prædicta*, Gratian. *diſcep. foren. cap.* 186. *n.* 77. Mendo *de jure Academ. lib.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 374. Pereyra *de Academia*, *n.* 1372.

Ad exemplum, quando relinquitur legatum, cùm 85
doctorabitur, non debetur ei, qui ſolo Principis verbo creatur, niſi præcedente congruo examine, Jaſon *in leg. ſi quis major. numer.* 30. *Codic. de tranſact.* Gratianus *diſceptat. forenſ. capit.* 186. *num.* 78. Pereyra *de Academia*, *n.* 1372. *verſic. Unde*, Videndus hac in re Thoro *in ſuppl. deciſ. verbo legatum factum*, *fol.* 341. qui contrarium tenet, ſequitur Luca *in animadverſ. ad Gratian. diſcep. forenſ. cap.* 386. *à num.* 12. *videndus*, *n.* 18.

Denique licèt in Hiſpania, nec lectum, nec audi- 86
tū fuit aliquos à Regibus ſolo verbo creatos Doctores.

Nihi-

Nihilominus Principes ſupremi antequam aliquem in Doctorem promoveant, poſſunt eum ad examen ſubeundum in Academia, aut apud aliquos doctores deſtinare, ut tutius, & laudabilius in promotione ſe habeant, Mendo *de jure Acad. lib.*1. *q.*15. *n.*374.

In Cathalonia Excellentiſſimi Domini Proreges crearunt ab antiquo, & creant Doctores nedum in jure civili, ſed etiam in jure canonico, præcedente tentativa per tres Doctores Regiæ Audientiæ, deinceps rigore examinis præcedente in Regia Audientia, junctis omnibus Senatoribus trium Aularum, eiſdem modo, & forma quibus obſervatur in Studio generali Civitatis Barcinonæ, & illis repertis habilibus, per Regiamque Audientiam approbatis, expediuntur illis per Cancellarium privilegia Doctoratus, quæ firmant Excellentiſſimi Domini Proreges, & per vidit etiam firmant Cancellarius, Regens Regiam Cancellariam, Regens Regiam, Theſaurariam, & omnes Senatores, qui examinibus intervenerunt, Patrino excepto.

---

## *ARGUMENTUM.*

## An clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum conjugatus gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici.

### *SUMMARIUM.*

1 *Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum conjugatus cum unica, & virgine, ſpectato jure communi ante Concilium Tridentinum deferens tonſuram, & habitum clericalem, gaudet duplici privilegio, nimirum canonis, & fori Eccleſiaſtici in cauſis criminalibus, ſivè criminaliter ad pœnam, ſivè civiliter ad intereſſe, vel damni refectionem de delicto agitur, num.*1. *Sed novè Concilium Tridentinum jubet obſervari conſtitutionem juris communis illo addito, quod hujuſmodi Clericus conjugatus alicujus Eccleſiæ ſervitio, vel miniſterio ab Epiſcopo deputatus, eidem Eccleſiæ ſerviat, vel miniſtret, & clericali habitu, & tonſura utatur, num.*2.

3 *Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum conjugatus cum unica, & virgine, deferens hodie habitum Clericalem, & tonſuram, alicujus Eccleſiæ ſervitio, vel miniſterio ab Epiſcopo deputatus ſervit, vel miniſtrat, gaudet privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in cauſis criminalibus, ſivè criminaliter ad pœnam, ſivè civiliter ad intereſſe, vel damni refectionem delicto agatur, num.*3. *Deciſio refertur, num.*4. *Si conjunctim, & copulativè tria requiſita concurrant, de quibus, num.*5.

6 *Privilegia canonis, fori Eccleſiaſtici in criminalibus reſtringuntur ad Clericum conjugatum, qui cum unica, & virgine contraxerit.*

7 *Clericus primæ tonſuræ, ſeu minorum ordinum conjugatus, ſi eſt bigamus, licèt non amittat characterem clericalem, qui imprimitur in anima, & eſt indelebilis, & merè remanet clericus, n.*7. *omni privilegio clericali privatus remanet, n.*8. *non ſolum privilegio canonis, ſed etiam privilegio fori in criminalibus, num.*9. *cùm in his merè laicus exiſtimetur, numer.*10. *& ei ſub pœna peccati mortalis, & excommunicationis ſententiæ prohibitum ſit deferre tonſuram, & habitum clericalem, num.*11. *Ampliatur* 1. *in clerico conjugato verè, & propriè bigamo, numer.*12. *ut ſi bis conjugatus fuerit, num.*13. *cùm verè & propriè bigamus ſit, num.*14. *etiamſi utrumque matrimonium ſit invalidum, numer.*15. *Dummodo utrumque matrimonium ſit copula carnali conſummatum, aliàs ſecus; num.*16. *etiam abſque effuſione ſeminis intra vas mulieris, hocque in foro externo ob præſumptionem perfectæ copulæ, licèt ſecus in foro conſcientiæ, num.* 17. *Ampliatur ſecundo in clerico conjugato interpretativè bigamo, qui non gaudet privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, num.*18. *ut ſi matrimonium contraxerit cum vidua, aut cum corrupta, privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici non gaudet, num.*19. *nam is, qui contrahit matrimonium cum vidua, aut ab alio corrupta, interpretativè bigamus eſt, num.*20. *quod procedit etiam quando quis credens contrahere matrimonium cum virgine, contrahit cum vidua, aut cum corrupta, num.*21. *ſi matrimonium ſit copala carnali conſummatum, num.*22. *ſi ſit validum, ſecus ſi nullum, numer.*23. *Limitatur* 1. *in Clerico conjugato cum unica & virgine, quæ tempore contracti matrimonii erat talis, vel ut talis reputabatur, eſto poſtea illa adulterium commiſerit, & deinde eandem reconciliatam carnaliter cognoverit, gaudent privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, num.*24. *Limitatur* 2. *in clerico conjugato contrahente matrimonium cum fœmina à ſe ipſo prius deflorata, qui gaudet privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, num.*25. *Limitatur* 3. *in clerico contrahente matrimonium cum virgine, quæ nondum ab eo cognita fuit, quia mortua, vel quia ante conſummationem ad religionem tranſivit, & poſtea contraxit cum alia virgine, cum qua matrimonium conſummaverit, gaudet privilegiis canonis, & fori Ecccleſiaſtici in criminalibus, num.*26. *Limitatur* 4. *in clerico, qui virginem ab alio viro ductam, ſed minimè ab eo cognitam, duxit in uxorem, gaudet privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, n.*27. *Limitatur* 5. *in clerico bigamo, qui ſi fuerit revalidatatus, hoc eſt, ſi obtinuerit ſuper bigamia Apoſtolicam clericatus revalidationem, gaudet privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, ubi deciſiones, num.*28. *Limitatur ſexto in clerico effecto bigamo poſt commiſſum delictum ab eo, ut ſi erat ſolutus in minoribus tempore delicti, & poſtea viduam, aut corruptam duxit, gaudet privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, num.* 29. *Limitatur* 7. *in clerico in ſacris, ſeu religioſo profeſſo, qui non obſtante bigamia, gaudet privilegio fori, quouſque per ſententiam clericali privilegio denudetur, n.*30.

31 *Clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum conjugatus, ut gaudeat privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, plures tenent, quod debet probare tamquam fundamentum ſuæ intentionis, quod inceſſerit in habitu, & tonſura, & quod ſervierit Eccleſiæ ab Epiſcopo deputatæ, & quod duxerit unicam, & virginem, aliàs non gaudet his privilegiis, num.*31. *nihilominus clericus conjugatus non tenetur probare virginem duxiſſe, ſed tantùm unicum matrimonium contraxiſſe, & eam pro virgine fuiſſe reputatam, quia virginitas præſumitur, etſi non probetur, & contrarium contendenti, tanquam actori, incumbit onus probandi, n.*32.

33 *Clericus conjugatus ita demum gaudet privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus ſi defert habitum, & tonſuram, aliàs ſecus.*

34 *Clerici omnes in minoribus, tàm ſoluti, quàm conjugati veſtes clericales, & tonſuram deferre debent, ſi frui volunt privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici,* 34. *& ſervire Eccleſiæ ab Epiſcopo deputatæ, num.*35.

36 *Clericus conjugatus ſervans omnes conditiones requiſitas, ut gaudeat privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, præter hæc duo, reputatur in reliquis merè laicus, ac proindè aliis privilegiis clericalibus non gaudet.*

37 *Clericus conjugatus, tàm de jure, quàm conſuetudine non eſt exemptus à gabellis, tributis, & collectis, n.*37. *nec excuſatur, imò poteſt cogi, & cogitur ſubire munera, & officia, & alia concernentia publicam adminiſtrationem civitatum, & oppidorum, in quibus vitam degit, num.* 38.

*Nec*

*Nec gaudet beneficio cap. Odoardus, de ſolutionibus, num.39. Nec poteſt obtinere beneficium Eccleſiaſticum in titulum, num.40. Nec eſt capax penſionis reſervatæ titulo clericali, vel loco beneficii, num.41. Nec poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi in ſpiritualibus, num.42. ampliatur dicta à numer.36. ſivè matrimonium fuerit copula conſummatum, ſivè non, numer. 43. Ampliatur etiamſi poſt matrimonium contractum uxor ingreſſa fuerit Religionem, non ſequuta adhuc copula carnali, num.44.*

45 *Clericus conjugatus habens omnia requiſita an gaudeat privilegio fori non ſolùm in cauſis criminalibus, quæ ex delicto deſcendunt, ſed etiam in cauſis merè civilibus deſcendentibus ex contractu, aut ex ultimis voluntatibus, num.45. refertur opinio affirmativa, num.46. ſed negativa eſt verior, n.47. quæ limitatur quatuor modis, n.48. 49. 50. & 51.*

52 *Clericus conjugatus ſervans omnia requiſita ut gaudeat privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, debet ſe abſtinere à negotiationibus, num.52. 53. 54. & 55.*

56 *Clericus in minoribus, ſivè ſolutus, ſivè conjugatus portans arma an gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici? Quidam negant, num. 56. ſed alii verius affirmant, numer.57.*

58 *Clericus conjugatus, qui degit in ſtudio approbato de licentia ſui Prælati gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, etiam ſi Eccleſiæ miniſterio deputatus non ſit, ſi cætera requiſita concurrant.*

## DECISIO CXXXVI.

1 SPectato jure communi ante Concilium Tridentinum, clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum conjugatus cum unica, & virgine, deferens tonſuram, & habitum clericalem gaudet duplici privilegio, nimirum canonis *Si quis ſuadente diabolo* 17. *quæſt*.4. ut violentas manus in ipſum injiciens, excommunicationem incurrat; & fori Eccleſiaſtici, nempè ut ſit exemptus à juriſdictione judicis ſæcularis in cauſis criminalibus, ſivè criminaliter ad pœnam, ſivè civiliter ad intereſſe, vel damni refectionem, ſi de delicto agatur, *ita Conſtitutio Bonifacii VIII. in cap. unico, de Cler. conjugat. in* 6. ſic docent Pariſ. *conſ*. 40. *n*. 21. *lib*.4. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *num*. 91. Farinac. *in praxi, par*.1. *quæſt*.8. *num*.9. Sanchez *de matrimon. libr*.7. *diſput*.46. *numer*.1. Caracciol. *de fori privil. in proœm. num*.95. Ciarlin. *controv. forenſ. cap*.53. *num*.4. & 11. *lib*.1. Duard. *in bul. cœnæ, libr*.2. *cap*.15. *quæſt*.14. *numer*.19. Maſtrili. *deciſ*.390.*num*.42. *lib*.3. Reg. Vico *ad pragmat. Reg. Sard. tom*.1. *titul*.7. *cap*.12. *num*.2. & 3. *capit*.15. §.17. *verſic. En caſo*, & *verſic. Pero*, Marinis *reſol. jur. lib*.1. *cap*.58. *numer*.1. ubi Rodoer. *num*.1. Sanfelicius *deciſ*.13. *numer*.1. *tom*. 1. Maſcard. *de gener. ſtat. interpret. concluſ*.1. *num*.117. Gonzalez *ad reg*.8. *cancel. gloſſ*.2. *num*.68. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom*.1. *cap*.4. *dub*.10. *à numer*.1. & 10. Vela *diſſert*.45. *num*.1. & 2. *tom*. 2. de privilegio canonis, Riccius *de pub. jud. quæſt*. 35. *numer*.34. *verſic. Retinet*, Villalobos *in ſumm. mor. par*.2. *tract*.17. *dif*. 22. *num*.13. Lezana *quæſt. reg. in ſumm. tom*.3. *verbo Clericus, num*.5. *verſic. Amplia etiam*, Bellet. *diſq. Cler. tit. num. de ſavore Cler. canonis*, §.1. *n*.36. Squillante *de privil. Cler. cap*.6. *num*.16. Sayrus, Bonacina, Coninch, Filliucius, & Ciarlin. quos laudat Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib*.1. *cap*.39. §.1. *num*.4. & *in can. Si quis ſuadente* 17. *quæſt*.4. *num*. 14. remiſſivè Garcia *de benefic. par*.7. *cap*.5. *num*.5. & de privilegio fori, Urſill. *ad Afflict. deciſ*.274. *num*.7. Boſſius *in praxi crim. titul. de foro compet. numer*.128. Maranta *de ordin. ind. par*.4. *diſt*.11. *numer*.3. Belluga *in ſpecul. Princip. rubr*. 11. §. *videamus, à numer*.1. ubi Borrel. *in addit. liter*. A, Paz *in praxi, tom*.2. *prælud*. 2. *num*.7. Bolannos *in cur. Philip. tom*.1. *par*.3. §.1. *num*.5. Cardoſ. *in prax. jud. verbo Clericus, numer*.96. Tuſch. *pract. concluſ. litera C, concluſ*.395. *num*.1. Borrell. *in ſumm. deciſ. part*. 1. *tit*.8. *num*.1. & 2. Covar. *pract. cap*.31. *num*.6. & 7. Gomez *tom*.3. *var. cap*.10. *num*.14. ubi Ayllon Laynez *num*.5. Jul. Clar. §. *fin. quæſt*.36. *num*.8. Garcia *de nobilit. gloſſ*. 9. *num*. 50. Scaccia *de judic. libr*.1. *capit*.11. *num*.20. & 82. Pacian. *de probat. lib*.2. *cap*.2. *num*.7. & *cap*.20. *num*.20. Decian. *tract. crim. tom*.1. *lib*.4. *cap*.9. *num*.49. Farinac. *in prax. par*.1. *quæſt*.8. *nu*.6. Guttier. *de jure confiſ. par*.1. *cap*.17. *num*.13. Germon. *de ſacror. immun. lib*.3. *cap*.15. *num*.66. Pet. Barboſa *in l. titia, n*. 32. *verſ. Secunda principalis concluſio*, & *num*.33. & 36. *verſic. Non obſtat, ff. ſolut. majori*, innumeros citat Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *num*.79. Riccius *de pub. jud. quæſt*.35. *num*.34. Caracciol. *de foro privil. in proœm. num*.63. *verſic. Prout etiam*, Ambroſin. *de immun. Eccleſ. cap*.22. *num*.9. Aloyſ. Riccius *in prax. reſol*.172. & 391. *par*. 2. & *reſol*.225. *part*.4. & *collect*. 308. & *collect*.1864. *poſt prin. verſic. Primo*, & *deciſ*. 39. *ſub num*.2. *par*.1. Maſcard. *de gener. ſtat. interpret. concluſ*.1. *num*. 113. Morla *in emp. jur. par*.1. *tit*.2. *de juriſd. omn. jud. in præmiſ. num*.139. Bellet. *diſq. Cler. tit. de favore Cler. perſon*. §.8. *num*.8. Gambacurta *de immun. Eccleſ. lib*.7. *cap*.11. *num*.2. Bovad. *in palat. lib*. 2. *cap*.18. *numer*.110. Diana *reſol. mor. par*.1. *tractat*.2. *reſolut*.51. *aliàs* 50. & *in coordinat. par*.9. *tractat*.1. *reſolut*.151. Martha *de juriſdict. part*.4. *caſu* 151. *num*.1. & 15. *verſic. Secundus*, plures Borboſa *de poteſt. Epiſc. part*.2. *allegat*.12. *num*.52. & *in cap*.1. *num*.1. & 2. *de Cler. conjugat. in* 6. Fermoſin. *in cap*.2. *quæſt*.11. *num*.1. *de foro compet*. Queſada Pilo *diſcept. foren. capit*.50. *numer*.15. & 75. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom*.1. *cap*.4. *dub*.1. *numer*.2. Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap*.7. §.1. *num*.276. *verſ. Sed Clerici conjugati*, Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſdict. quæſt*.93. *num*.1. & 2. Cutel. *de immun. Eccleſ. libr*.2. *quæſt*.51. *numer*. 8. noſter Mieres *in curia Barcin. Reg. Jacobi* 2. *part*.1. *collect*.4. *numer*.2. *fol*.145. *in novis*.

Sed novè Concilium Tridentinum *ſeſſion*.23. *de re-* 2
*format. capit*.6. jubet obſervari conſtitutionem Juris communis Bonifacii VIII. *in cap*.1. *de Cler. conjugat. in* 6. illo addito, quod hujuſmodi clericus conjugatus alicujus Eccleſiæ ſervitio, vel miniſterio ab Epiſcopo deputatus, eidem Eccleſiæ ſerviat, vel miniſtret, & clericali habitu, & tonſura utatur, tradunt Covarr. *pract. c*.31. *num*.7. *in fine, verſic. Denique*, Martha *de juriſdict. par*.4. *caſu* 153. *numer*.15. *verſic. Secundus*, Villalobos *in ſum. mor. par*.1. *tract*.17. *diff*.22. *num*.13. Jul. Clar. *in addit. ad* §. *fin. quæſt*.36. *litera C*, Bajard. *num*.12. Ambroſin. *de immunit. Eccleſ. cap*.22. *num*.9. Azor. *inſt. moral. tom*.1. *lib*.13. *capit*.13. *quæſt*.16. Borell. *ad Bellug. in ſpecul. Princip. rubr*. 12. §. *videamus litera A, verſic. Et noviſſimè*, Azevedo *l*.1. *numer*. 9. *verſ. Tonſura, prope finem, tit*.1. *lib*.4. *recop*. Sanchez *de matrimon. lib*.7. *diſp*.46. *num*.1. Caſt. Palaus *in opere moral. par*.1. *tract*.12. *diſp. unica, punct*.2. *numer*.9. *in prin*. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom*.1. *capit*.4. *dub*.10. *num*.1. 2. & 3. Cutel. *de immunit. Eccleſ. lib*.2. *quæſt*.51. *num*.1. & 2. Novarius *ad pragmat. Reg. Neapol. pragmat*.1. *collect*.2. *num*.4. *de Clericis, ſeu Diacon. ſalvatio* Ciarlin. *controv. forenſ. lib*.1. *cap*.53. *num*. 10. *verſ. Ut autem*, Auguſt. Barboſa *in cap. ex parte, num*. 2. *de Cler. conjugat*. & aliis citatis idem Barboſa *in cap. unico, num*.3. *de Cleric. conjugat. in* 6. & *de poteſt. Epiſc. part*.2. *alleg*. 12. *numer*. 25. & *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſion*.23. *de refor. cap*.6. *num*.41. & *de jure Eccleſ. univ. lib*.4. *cap*.39. §.2. *num*.37. *quos reformat num. ſeq.*

Et propterea hodie clericus primæ tonſuræ, aut mi- 3
norum ordinum conjugatus cum unica, & virgine, deferens habitum clericalem, & tonſuram alicujus Eccleſiæ ſervitio, vel miniſterio ab Epiſcopo deputatus eidem Eccleſiæ ſervit, vel miniſtrat, gaudet privilegiis canonis, *Si quis ſuadente diabolo* 17. *quæſt*.4. & fori Eccleſiaſtici in cauſis criminalibus, ſive criminaliter ad pœnam, ſive civiliter ad intereſſe, vel damni refectionem agatur de delicto, *cap. de Cler. conjugat. in* 6. adjuncto decreto Concilii Tridentini *ſeſſion*.23. *de refor. cap*.6. Martha *de juriſd. par*.2. *c*.23. *num*. 29. Gambacurta *de immunit. Eccleſ. lib*.7. *cap*.81. *num*.2. Pereyra *de man. Reg. par*.2. *cap*.26. *num*.1. & *verſ. Clerici*, &

*num.*

num.3. in princ, Bolannos in cur. Philipp. tom. 1. par.2. §.1. numer.5. & c. Lezana in ſum. quæſt. regul. part. 3. verbo Clericus, num.6. verſic. Amplia etiam hoc privilegium, & numer. 20. verſic. Excipe tertio, Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. num. 82. Riccius collect.308. Vega in cap.3. à num. 18. ubi Fermoſin. quæſt.11. num. 2. de foro compet. Marinis lib.1. reſ. par. cap.58. num.1. ubi Rodoer. num.1. Thom. Valaſc. allegat.39. num.41. & 42. Pet. Barboſa in l.titia, num.36. ff. ſolut. matrim. Laynez ad Gom. tom. 3. var. cap.10. num.5. Borell. in ſum. deciſ. par.1. tit.8. num.4. Suarez de Relig. tom.2. lib.4. cap.10. n. 11. Anſald. de juriſd. par.2. tit.11. cap.11. à num.1. Cævallos com. cont. com. quæſt.593. in fine, & de cognit. per viam violent. par.2. quæſt.79. num.13. Riccius de pub. jud. quæſt.35. num.34. Caracciol. de foro privil. in præmiſ. num.63. verſ. Prout etiam, & n.95. Farinac. in praxi, par.1. quæſt.8. num.6. Morla in emp. jur. par.1. tit.2. de juriſd. omn. jud. in proœm. numer. 139. Thom. del Bene de immunit. Eccl. tom.1. cap.4. dub.10. num.1. 2. & 3. & dub.11. ſect. 2. numer.6. Bellet. diſq. Cler. par. 1. tit. de favore Cler. par.1. tit. de favore Cler. canonic. §.1. num.36. pluries Ciarlin. controv. forenſ. lib.1. cap.53. num.11. & 12. Queſada Pilo diſcept. forenſ. cap.40. num.15. Vela diſſert.45. num.6. verſ. Conjugati verò, Maſcard. de gener. ſtat. interpret. concluſ.1. num.115. Caſt. Palaus oper. mor. par.2. tract.12. diſp. unica, punct.5. numer.4. verſ. Ad tertium, & par.6. tract. 19. diſp.3. punct.23. num.5. Sic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Loris, Conſultoribus Quintana, Oſſet, & Ferrero 20. Octobris 1580. in favorem Joannis Montagut, per Dionyſium de Coſcon, militem Ordinis Sancti Joannis Commendatorem de Ulldecona capti, & per Curiam Eccleſiaſticam Dertuzę repetiti, ex quo dicebatur eſſe Clericus cum unica, & virgine conjugatus & Officium in Eccleſia obtinens ex deputatione Ordinarii, & quia conſtitit per Officialem, & Vicarium Generalem Dertuzæ dictum Joannem Montagut deputatum fuiſſe officio, & miniſterio poliendi altare, & capellam Sanctorum Abdon, & Sennen, in Parochiali Eccleſia de Ulldecona, Dertuſen. Diœceſis, ſolitumque eſſe dictum Montagut incedere in habitu clericali, quo cæteri clerici conjugati incedere ſolent, conjugatumque cum unica, & virgine, & ſolitum deſervire officio, & miniſterio ſupradicto in Eccleſia de Ulldecona, & Altari Sanctorum Abdon, & Sennen, fuit declaratum firmæ juris pro parte dicti Dioniſii Coſcon in curia ſæculari Vidariæ Dertuzę factæ locum non fuiſſe, nec eſſe, ſed cognitionem dictæ cauſæ ad curiam Eccleſiaſticam Epiſcopi Dertuzæ pertinere, & ſpectare, & in ea fore, & eſſe procedendum, & ſine debito terminandum, perſonamque dicti Joannis Montagut Clerici cum unica, & virgine conjugati, officium ex diſpenſatione Ordinarii in Eccleſia Parochiali Villæ de Ulldecona obtinentis prædicto Epiſcopo Dertuzen. reſtituendam fore, & eſſe, refert Ripoll. var. reſol. cap. 1. n. 364.

5 Sed advertendum eſt, quod clericus primæ tonſuræ, ſeu minorum ordinum conjugatus, ut gaudeat privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, requiritur, quod conjunctim ſimul, copulativè concurrant tria requiſita. Primum quod contraxerit cum unica, & virgine. Secundum quod deferat tonſuram, & habitum clericalem, per text. in cap. unico, de cleric. conjug. in 6. Tertium quod alicujus Eccleſiæ ſervitio, vel miniſterio ab Epiſcopo deputetur, & eidem Eccleſiæ ſerviat, vel miniſtret, per decretum Concil. Trident. ſeſſion. 23. de reform. cap.6. aliàs deficiente quolibet ex his requiſitis, abſque alia monitione, non gaudet dictis privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, Guido Papa deciſ. 138. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rubr.1. §.1. verbo ſilnagrace, num.59. verſ. Et quantum, Covar. pract. cap.31. num.6. & 7. Jul. Clar. §. fin. quæſt.36. num.8. Maſcard. de gener. ſtat. interp. concluſ.1. num.115. Farinac. in prax. par.1. quæſt.8. num. 6. Riccius collect. 308. Ambroſin. de immunit. Eccleſ. cap.22. num.9. Barboſa de jure Eccleſ. lib.1. cap.39. §.1. num. 4. verſic. Nam Clericus, & §. 2. num.37. & de poteſt. Epiſcop. par. 2. allegat. 12. n. 25. & in can. ſi quis ſuadente diabolo, num.14. verſic. Nam clericus 17. quæſt.4. & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſion.23. de reformat. cap.6. num.41. Sanchez de matrim. lib.7. diſp.46. num.1. & 2. Fermoſin. in cap.2. quæſt.11. n.2. de foro compet. Reg. Vico ad pragmat. Reg. Sard. tom.1. tit.7. cap.12. num.3. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom.1. cap.4. dub.10. num.1. 2. & 3. Rodoer. ad Marin. libr. 1. reſol. jur. cap.58. numer.3. Caſt. Palaus in oper. moral. par.2. tract.12. diſp. unica, punct.2. n.9. & par. 6. tract.29. diſput.3. punct.23. num.5. Ciarlin. lib.1. contr. forenſ. cap.53. num.11. & 12. Vela tom.2. diſſert.45. num.5. & 6. verſic. conjugati verò, Queſada Pilo controver. forenſ. cap.50. n.15. Don Didac. Antonius Frances de Urrutigoyti de compet. juriſdict. q.93. n.1. 2. & 3.

Dixi *conjugatus cum unica, & virgine* ad oſten- 6
dendum, quod privilegia canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus reſtringuntur ad Clericum conjugatum, qui cum unica & virgine contraxerit. Anton. Gomez, Curia Philippica, Sanchez, Borel. Carol. de Graſ. Ciarlin. Marcel. Vulpe, Thom. Valaſc. Alvarez, & Farinac. quos citat Barboſa de poteſt. Epiſc. par.2. allegat.12. num. 26. & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſion.23. de refor. cap. 6. num. 42. verſ. Primo, & de jure Eccleſ. un. lib.1. cap.39. §.2. n.36. verſ. Quæ quidem conſtitutio, & in capit. unico, num.6. de Cler. conjugat. in 6. Pereyra de man. Reg. par.2. cap.16. num.1. verſic. Clerici, Novarius ad prag. Reg. Neapol. pragmat.1. collect.2. numer.5. verſic. Quæ quidem, de Clericis, ſeu diacon. ſalvat. Caſtrus Palaus in oper. moral. part.2. tractat.12. diſput. unica princ.2. num.9. verſic. De tertia. Queſada Pilo controv. forenſ. cap. 50. n. 15. & alii omnes ſupra citati.

Hinc deducitur, quod clericus primæ tonſuræ, 7
aut minorum ordinum conjugatus, ſi eſt bigamus,
licèt non amittat characterem clericalem, qui im-
primitur in anima, & eſt indelebilis, & verè rema-
net Clericus, Ludoviſ. dec. 515. num. 9. ubi Beltra-
min. num.13. in fine, Ferentil. ad Burat. deciſ.791.
num.22. Fermoſin. in cap. ſuper eo 2. quæſt.2. ſub nu-
mer.11. de bigamis, Barboſa de poteſt. Epiſcop. par.
2. allegat. 49. num. 3. & in cap. altercationis unico,
num.3. de bigamis in 6. Remanet † privatus omni 8
privilegio clericali, cap. altercationis unico, ubi Bar-
boſa num.2. de bigamis in 6. Azor. inſt. mor. part.2.
lib.6. cap.4. q.12. Avila de cenſur. p.7. diſp.8. dub.3.
Beltramin. ad Ludoviſ. deciſ.516. n.13. Martha de ju-
riſdict. par.2. cap.32. numer.55. Garcia de benef. par.
7. capit.6. numer. 2. Villalobos in ſumm. mor. part.
2. tract.11. diff.31. num.12. Barboſa de poteſt. Epiſc.
par.2. allegat.46. num.3. & de jure Eccleſ. un. lib.1.
cap.39. §.2. num.69. & 7. Diana reſol. mor. part. 9.
tract.4. reſol.6. & in coordinat. par.5. tract.2. reſ.43.
num.4. verſic. Ex his ſequitur, Fermoſin. in cap. ſu-
per eo 2. q.2. num.11. de bigam. Ferentil. ad Buratt.
deciſ.791. n. 19. Non ſolùm † privilegio canonis, 9
ſed etiam privilegio fori in criminalibus, c. alterca-
tionis unico, de bigam. in 6. cap.1. de Cler. conjugat.
in 6. facit Concil. Trid. ſeſſ.23. de refor. c.17. ad fi-
nem, ibi: Dummodo non ſint bigami, Belluga in ſpec.
Princip. rub.11. §. videndum, n.17. verſ. Ex præmiſ-
ſis. Jul. Clar. §. fin. quæſt.36. n.9. Decian. tract. crim.
par.1. lib.4. cap.9. num.131. Farinac. in prax. par.1.
quæſt.8. num.8. & frag. crim. par.1. litera B. n.112.
Villalobos in ſum. mor. par.1. tract. 21. dif.31. num.
12. Maranta de ordin. jud. par.4. diſt.11. num.5. Reg.
Vico ad prag. Reg. Sard. tom.1. tit.7. cap.12. §. 17.
verſic. Pero, Riccius de pub. quæſt.35. num.34. in fi-
ne, Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. n.88. Le-
zana in ſum. quæſt. regul. par.3. verbo Clericus, num.
5. verſic. Amplia etiam hoc privilegium, Caſtr. Pa-
laus in oper. moral. par.6. tract. 29. diſp. 6. punct. 8.
num.13. alios plures addunt idem Carol. de Graſ. de
effect.

effect. Cler. effect.1. num.991. & 992. Ciarlin. contr. forenſ. lib.1. cap.53.num.11. & 12. Fermoſin. in cap. ſuper, col.2. quæſt.2. numer.12. de bigamis. Sic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Caſſador, Conſultoribus Puigvert, Quintana, & Puig. 16. Decembris 1567. contra Jacobum Joſephum Verdera in carceribus Villæ Podii Ceritaniæ detentum. Cùm
10 in his † merus laicus exiſtimetur, Beltramin. ad Ludoviſ. deciſ.516. num.13. Garcia de benef. par.7. cap.
11 9. numer.2. Et ei ſub pœna peccati mortalis, & excommunicationis ſententiæ prohibitum ſit deferre tonſuram, vel habitum clericalem, Avila de cenſur. part.7. diſputat.8. dub.3. verſicul. Secundo notandum eſt, Caſtr. Palaus in oper. moral. part.6. tractat.29. diſput.6. punct.8. num.13. & alii apud Fermoſin. in cap. ſuper eo 2. quæſt.2. n.14. de bigam. & alii ſupra, deciſ.130. n.16.

12 Ampliatur 1. in clerico conjugato verè, & propriè bigamo, qui non gaudet privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, & ita ſentire omnes Theologos, & Canoniſtas præter antiquos Suarez, Sayrum, Vivaid. Caſt. Palaum, Villalobos, Avilam, Filliuccium, & Luyſium, quos citat Fermo-
13 ſin. in cap. ſuper eo 2. q.2. num.11. de bigamis. Ut ſi bis conjugatus fuerit, binaſque contraxerit nuptias, perdit privilegia canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, Jul. Clar. §. fin. quæſt. 36. numer. 9. Chaſſanæus in conſuet. Burg. rub.1. §.5. verſ. Silnagrace, num.64. Maranta de ord. jud. par.4. diſt.11. num.5. Belluga in ſpec. Princip. rub.11. §. videndum, num.17. verſ. Ex præmiſſis, Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. num.88. ibi: vel mortem unius, & n. 998. Sanchez de matrimon. lib. 7. diſput.46. n.2. & 3. Riccius de pub. jud. q.35. num. 34. in fine, Bolannos in Cur. Philip. tom.1. par.3. §.1. num.6. ibi: Oſer caſado una vez, Farinac. in praxi, part. 1. q. 8. num.4. ibi: Vel duas uxores, Reg. Vico ad prax. Reg. Sardin. tom. 1. tit.7. cap.15. §.16. verſ. Pero, Pereyra de man. Reg. par.2. cap.26. num.16. ibi: Vel
14 ſecundo nupſit. Quia is, qui binas nuptias contrahit, verè, & propriè bigamus eſt, nam in hoc duplici matrimonio verè deficit repreſentatio unius matrimonii Chriſti cum unica Eccleſia, cap. nuper, c. debitum, de bigam. can. præcipimus, can. cognoſcimus 34. diſtinct. Sanchez de matrimon. lib.7. diſp.84. num.1. Caſt. Palaus in oper. moral. p.6. tract.29. diſp. 6. punct.8. n.2. Villalobos in ſum. mor. p.1. tract.21. diſ.31. n.1. Lezana in ſum. quæſt. regul. p.3. verbo Bigamus, n.1. Fermoſin. in rubr. num. 3. de bigamis, Farinac. frag. crim. p. 1. litera B, num.213. Garcia de benef. par.7. cap.6. num.15. Barboſa de poteſt. Epi-
15 ſc. par.2. alleg. 49. n. 1. & 2. Etiam ſi † matrimonium utrumque ſit invalidum, vel ſaltem unum invalidum, & alterum validum, ex communi Doctorum ſententia multis citatis docent Sanchez de matrimon. lib.7. diſp.84. n.3. Villalobos in ſum. mor. p. 1. tract.21. diff.31. num.8. Caſt. Palaus in oper. mor. p.6. tract.29. diſp.6. punct. 8. num. 10. Fermoſin. de rub. q.2. n.16. de bigamis, Pereyra de man. Reg. p.2. cap.26. n.16. verſ. Secundo, Barboſa de poteſt. Epiſc. par.2. allegat.49. n.11.

16 Dummodo utrumque matrimonium ſit copula carnali conſummatum, aliàs ſecus, Ferentil. ad Burat. deciſ.516. ſub num.13. Sanchez de matrimon. libr. 7. diſp.83. num.4. & 5. Caſt. Palaus in oper. moral. par. 6. tract.29. diſp.6. punct.8. num.2. Fermoſin. in rub. num.4. & quæſt.1. à n.22. & in cap. 1. quæſt. 1. num. 19. 20. & 22. de bigamis, Leander de irregular. tractat.2. diſp.6. quæſt.10. Lezana in ſumm. quæſt. regular. par. 3. verbo Bigamus, n. 1. & 3. Villalobos in ſumm. par.1. tract.21. diff.31. num.3. Barboſa de poteſt. Epiſc. par.3. allegat.49. num.1. & 13. & in can.
17 valentino 20. num.1. & diſt. Etiam abſque † effuſioſione ſeminis intra vas mulieris, hocque in foro externo ob præſumptionem perfectæ copulæ, licèt ſecus in foro conſcientiæ, pluribus citatis Sanchez de matrimon. lib.7. diſp.83. num.6. Diana reſ. mor. p.4. tract.2. reſol.42. & 43. & in coordinat. par.5. tract. 5. reſol.153. Fermoſin. in rub. quæſt.3. numer. 29. & 30. de bigam. Barboſa de poteſt. Epiſc. par. 1. alleg. 49. num.12.

Ampliatur 2. in Clerico conjugato interpretativè 18
bigamo, qui ſecundùm veriorem opinionem non gaudet privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, Sayrus de cenſur. lib. cap.5. num.1. & 3. Villalobos in ſum. mor. par.1. tract.21. diff.31. n. 12. Suarez de cenſur. diſput.49. ſect.5. num.4. & 5. Caſt. Palaus in oper. mor. par. 6. tract. 29. diſput. 6. punct.8. numer.13. verſic. quæ doctrina, Leander de irregular. tract.2. diſputat.6. quæſt.44. & 45. Diana reſolut. mor. part.9. tract.4. reſol. 6. & in coordinat. par.5. tract.1. reſol.43. num.4. verſ. Ex his ſequitur, Fermoſin. in cap. ſuper eo, 2. quæſt.2. num.12. verſ. Et licèt, & num.13. de bigam. Quidquid dicant Jul. Clar. §. fin. quæſt.36. num. 9. & 10. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. n. 998. Ut ſi matrimonium
† contraxerit cum vidua, aut cum corrupta, privi- 19
legiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus non gaudet, gloſ. verbo virginibus, in cap. unico, de Cler. conjugat. in 6. Caſnevas in conſuet. Burgund. rubr.1. §.5. verbo ſilnagrace, numer. 64. Sanchez de matrimon. libr. 7. diſput. 46. numer. 2. & 3. Lezana quæſt. regular. in ſumm. part.3. verbo Clericus, num. 20. verſ. excipe tertio, Belluga in ſpecul. Princip. rub. 11. §. videndum, num.17. verſic. Ex præmiſſis, Maranta de ord. jud. par.4. diſput.11. num. 5. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. num.88. & 998. Gomez tom.3. var. cap.10. num.4. Farinac. in praxi, par.1. quæſt.8. num.8. Bolannos in cur. Philip. tom.1. part. 3. §.1. num.6. Cævallos de cognit. per viam violent. part.2. quæſt.79. num.12. Reg. Vico ad pragm. Reg. Sard. tom.1. titul.7. capit.12. numer.3. verſic. Nam aliàs ſi viduæ, & cap.15. §.17. verſicul. Pero, Pereyra de man. Reg. p.2. cap.26. num.16. Maſcard. de gen. ſtat. interpr. concl.1. n.116. Quia is, † qui con- 20
trahit matrimonium cum vidua, quæ prius matrimonium conſumaverat, vel ab alio corrupta, interpretativè bigamus eſt, nam ſic contrahens non poteſt ſignificare perfectè unionem Chriſti cum Eccleſia, cùm Chriſtus unicam, & virginem ſibi copulavit, ut deducitur ex can. qui aliquo, diſtinct. 31. can. maritum, diſtinct. 33. can. præcipimus, can. curandum, diſtinct. 24. can. ſi quis viduam, diſtinct. 50. canon. quiſquis 84. diſtinct. cap.1. cap. debitum, de bigamis, Sanchez de matrimon. lib.7. diſp.84. n. 1. & 7. Barboſa de poteſt. Epiſc. par.2. allegat.49. n. 5. & 6. Garcia de benef. par.7. capit.6. num.11. Bellet. diſquiſit. Cler. par.2. titul. de diſciplina Cleri, §. num.1. Caſt. Palaus in oper. mor. par.6. tract.29. diſput.6. punct.8. num.3. Diana reſol. moral. par.10. tract.11. & miſcel.1. reſol.27. in princ. & in coordinat. par.3. tract.3. reſol. 59. num. 1. Quod procedit 21
ſecundùm veriorem ſententiam, etiam quando quis credens contrahere matrimonium cum virgine, contraxit cum vidua, aut cum corrupta, non gaudet privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, quia ignorantia & error non excuſat à bigamia, gloſſ. in can. nemo, diſtinct.32. gloſſ. marginaria, verbo Virginibus, in cap. unico, de cler. conjugat. in 6. Covar. in clement. ſi furioſus, par.1. §.2. num.2. verſ. Tertio, Villalobos in ſum. moral. part. 1. tract.21. diff.35. num.6. Avila de cenſur. par.7. diſput.8. num.1. Suarez de cenſur. diſput.45. ſect.3. num. 15. Bellet. diſq. Cler. par. 1. tit. de diſciplina Cler. §.6. numer.24. Garcia de benef. par. 7. cap.6. numer. 16. reprobatis contrariis alios plures addunt Sanchez de matrim. lib.7. diſp.84. num.15. verſic. Et in alio, Caſt. Palaus in oper. mor. par.6. tract. 29. diſp. 9. punct.8. num.6. Diana reſol. mor. par.4. tract.2. reſol.41. & par.10. tract.11. & miſcel.1. reſol.25. verſ. difficultas verò eſt, & in coordinat. par. 3. tract. reſ. 59. num.2. & par.5. tract.1. reſol.50. Barboſa in can. nemo, numer.1. diſt.32. & de poteſt. Epiſc. part. 2. allegat.49. num.9. Leander de irregul. tract.2. diſput. 6. quæſt.14. Fermoſin. in cap.4. quæſt.2. à num. 1. de bigam. & in terminis Gomez tom.3. variar. cap. 10. numer.4. verſic. Adeo quod non ſufficit, Decian. tract. crim. par.1. lib.4. cap.9. n.135. in fine, Farin.

in pra-

in praxi, par. 1. quæſt. 8. num. 8. Reg. Vico ad prag. Reg. Sard. tom. 1. tit. 7. cap. 12. num. 3. verſic. Vel ſi duas uxores, Pereyra de man. Reg. par. 2. cap. 26. n. 16. verſic. An autem, Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. num. 993. Niſi ſaltem ab omnibus virgo reputabatur, Farinac. & Vico locis proximè citatis.

22 Si matrimonium † contractum cum vidua, aut cum corrupta ſit copula carnali conſummatum, Covar. in clement. ſi furioſus, part. 11. 2. num. 2. Farinac. deciſ. 519. num. 5. part. 2. recentior. ubi etiam quomodo probetur copula, Ferentil. ad Burat. dec. 791. num. 11. & 12. & alii per Barboſam in cap. debitum 5. num. 2. verſic. Bigamia vero, de bigamis, Fermoſin. in rub. quæſt. 1. num. 27. de bigam. Si ſit matrimo-

23 nium † validum, ſecundùm probabiliorem ſententiam, nam ex unico matrimonio nullo bigamia non contrahitur, Farinac. in prax. part. 1. quæſt. 8. num. 8. in fine, Sanchez de matrimon. libr. 7. diſputat. 84. num. 10. & 11. Barboſa de poteſt. Epiſcop. par. 2. allegat. 49. num. 5. in fine, Caſt. Palaus in oper. moral. par. 6. tractat. 29. diſput. 6. punct. unico, num. 3. verſic. Requiritur tamen, niſi ſit conſummatum, Villalobos in ſum. mor. par. 1. tract. 21. diſ. 31. num. 3. Pereyra de man. Regia, part. 2. capit. 26. num. 16. verſicul. Secundo.

24 Limitatur 1. in clerico cum unica, & virgine conjugato, quæ tempore contracti matrimonii erat talis, vel ut talis reputabatur, eſto poſtea illa adulterium commiſerit, & deinde eandem reconciliatam carnaliter cognoverit, ſi habet omnia alia requiſita, gaudet privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus. Tum quia licèt intelligatur bigamus, quoad legem promotionis, can. ſi laici, ubi Barboſa num. 1. diſtinct. 34. Sanchez de matrim. libr. 7. diſputat. 84. num. 15. Suarez de cenſur. tom. 5. diſput. 49. ſect. 3. num. 15. & 16. Barboſa de poteſtat. Epiſc. par. 2. alleg. 49. num. 8. & 10. Caſt. Palaus in oper. mor. p. 6. tract. 29. diſp. 6. punct. 8. n. 5. Garcia de benef. p. 7. cap. 6. n. 16. Villalobos in ſum. mor. tom. 1. tract. 21. diff. 31. n. 6. Diana reſol. mor. part. 4. tract. 2. reſol. 40. & 41. & p. 10. tract. 11. & miſcel. 1. reſol. 25. & in coordinat. part. 3. tract. 3. reſol. 59. num. 1. verſ. Secundo ſuppono, & part. 5. tract. 5. reſol. 149. & 156. Fermoſin. in cap. nuper. 4. quæſt. 2. à n. 2. de bigam. non tamen eſt bigamus quoad privilegia conceſſa clericis conjugatis. Tum quia non attenditur (præcipuè in favorabilibus) futurus eventus, ſed præſens, & iſto caſu abſolutè cum virgine contraxiſſe dicitur, ſic Capella Tholoſana, & ibi Aufrer. atteſtatur ita tenent communiter omnes, & in facti contingentia deciſum fuiſſe deciſ. 64. & 234. Decian. ita aliàs fuiſſe judicatum refert tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. numer. 123. Jul. Clar. §. fin. quæſt. 36. num. 10. Farinac. in prax. part. 1. quæſt. 8. numer. 8. Riccius collect. 308. verſic. Amplia ſecundo, & collect. 1864. verſic. Sed an ille, Sanchez de matrimon. lib. 7. diſput. 46. numero 3. Fermoſin. in cap. 2. quæſt. 2. num. 11. de foro compet. Suarez de imm. Eccl. cap. 28. num. 7. Reg. Vico ad pragm. Reg. Sard. tom. 1. tit. 7. cap. 12. num. 3. verſ. Quod procedit, Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect. 1. num. 995. Caſt. Palaus in oper. mor. part. 2. tract. 12. diſp. unica, punct. 2. num. 9. verſ. Sufficit, Borrell. de ſum. deciſ. part. 1. tit. 8. num. 24. Pereyra de num. Reg. part. 2. cap. 26. numer. 16. verſ. An autem ad medium, Novar. ad prag. Reg. Neapol. prag. 1. collect. 2. num. 11. de Cler. ſeu diacon. ſalvat. Barboſa de poteſt. Epiſc. part. 2. allegat. 12. num. 26. & in cap. unic. num. 6. in fin. de Cler. conjug. in 6. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 4. dub. 10. num. 6.

25 Limitatur 2. in Clerico primæ tonſuræ, aut minorum ordinum contrahente matrimonium cum fœmina à ſe ipſo prius deflorata, qui ſi habet omnia alia requiſita, gaudet privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, ex quo non eſt bigamus, nec verè, nec interpretativè. Tum quia nec ille, nec illa diviſerunt carnem ſuam in plures. Tum quia copula antecedens matrimonium inter ipſos contrahentes matrimonio ipſo purgata videtur. Sic gloſſ. verbo contraxerunt, in capit. unico de Cler. conjug. in 6. gloſſ. verbo diviſit, in capit. debitum, de bigamis, gloſſ. verbo virginem, in cap. 2. de Cler. cum jug. gloſſ. verbo deſponſata, in can. qualis 30. quæſt. 5. ſic Capel. Tholoſana deciſ. 219. Gomez tom. 3. var. capitul. 10. numero 4. verſic. Dubium tamen eſt, Farinac. in praxi, part. 1. quæſt. 8. num. 8. Covar. in clement. ſi furioſus, part. 1. §. 2. num. 2. in fine, Cevallos com. cont. comm. quæſt. 556. Suarez de immun. lib. 4. cap. 28. num. 6. & de cenſur. tomo 5. diſput. 49. ſect. 3. numer. 6. Caſt. Palaus in oper. moral. part. tract. 12. diſp. unica, punct. 2. num. 9. verſic. Adde ſi à ſolo contrahente, & part. 2. tract. 29. diſput. 6. punct. 8. num. 4. verſ. Dixi debere, Diana reſol. moral. part. 4. tract. 1. reſol. 27. verſ. Notandum eſt, & tract. 2. reſol. 38. verſ. Notandum eſt, & part. 7. tract. 12. & miſcel. 3. reſol. 19. aliàs 17. verſic. Dicendum eſt, & par. 8. tract. 6. reſol. 126. verſ. Confirmatur, & in coordin. part. 5. tract. 5. reſol. 146. num. 2. & reſol. 147. num. 7. part. 6. tract. 7. reſol. 60. num. 3. & part. 9. tract. 2. reſol. 149. num. 2. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom. 1. cap. 4. dub. 10. num. 7. & 8. Bellet. diſq. Cler. part. 1. tit. de diſciplina, Cler. §. 6. numer. 28. Reg. Vico ad pragm. Reg. Sard. tom. 1. titul. 7. num. 7. Ciarlin. controv. forenſ. lib. 1. cap. 53. num. 15. Pereyra de man. Reg. part. 2. cap. 26. numer. 17. Villalobos in ſum. mor. part. 1. tract. 21. reſol. 31. num. 4. verſ. Dixe que era meneſter, Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 46. num. 3. Thom. Valaſcus tom. 1. allegat. 41. num. 3. & 4. Barboſa de poteſt. Epiſcop. part. 2. allegat. 12. num. 26. verſ. Quoad hanc materiam, Reginald. in prax. fori pœnit. lib. 20. tract. 2. num. 82. Avila de cenſur. part. 7. diſp. 8. dub. 1. verſ. Secundo contingit, Fermoſin. in cap. 2. quæſt. 21. in fine, de foro competenti, Leander de irregular. tract. 2. diſput. 6. quæſt. 15. Et alii plures Theologi, & Juriſperiti, quos citant, & ſequuntur idem Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 84. num. 13. & 14. idem Barboſa in can. nemo, num. 2. & 3. diſt. 37. & in cap. 2. numer. 4. de bigamis, idem Fermoſin. in cap. nuper. 4. quæſt. 1. num. 8. 9. & 10. de bigamis.

Limitatur 3. in Clerico primæ tonſuræ, aut mino- 26
rum ordinum contrahente matrimonium cum virgine, quæ nondum ab eo cognita fuit, quia mortua, vel quia ad Religionem tranſivit ante conſummationem, & poſtea contraxit cum alia virgine, cum qua matrimonium conſummaverit, ſi habet omnia alia requiſita, gaudet privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, ex quo non eſt bigamus, cùm carnem ſuam non diviſit in plures, ſed cenſetur cum virgine contraxiſſe, ſic cum gloſſ. in capitul. unico, de Cler. conjugat. in 6. tradunt Suarez de immun. Eccleſ. lib. 4. cap. 28. numer. 6. Caſt. Palaus in oper. mor. part. 2. tract. 12. diſput. unica, punct. 2. num. 9. verſ. Deinde ſi matrimonium, Thom. del Bene de immun. Eccl. tom. 1. cap. 4. dub. 10. num. 9. Capel. Tholoſana deciſ. 253. in fine, Sayrus de cenſur. lib. 6. cap. 13. num. 2. & 3. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 135. Bellet. diſq. Cler. part. 1. tit. de diſciplina cler. §. 6. numer. 25. Barboſa in can. in valentino 20. num. 1. diſt. 34. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect. 1. num. 996. Villalobos in ſum. moral. part. 1. tract. 21. diff. 31. num. 4. verſ. Ni tampoco.

Limitatur 4. in clerico primæ tonſuræ, aut minorum 27
ordinum, qui virginem ab alio viro ductam, ſed minimè cognitam, vel quia propter viri impedimentum fuit matrimonium diſſolutum, vel quia primus vir mortuus eſt, antequam eam carnaliter cognoviſſet, illam duxit in uxorem, ſi habet omnia alia requiſita, gaudet privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, quia non eſt bigamus, cap. debitum, ubi gloſſ. de bigamis, Sayrus de cenſur. lib. 9. cap. 4. num. 9. 13. & 16. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 135. Villalob. in ſum. mor. part. 1. tract. 21. diff. 31. n. 4. verſ. Y anſi, Bellet. diſquiſit. Cler. part. 1. tit. de diſciplina Cler. §. 6. num. 25. Sanchez de matrim. lib. 2. diſp. 13. num. 1. & lib. 7. diſp. 83. n. 4. Thom. Valaſc. tom. 1. alleg. 41. n. 6. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect. 1. num. 986. Pereyra de man. Reg. part. 2. cap. 26. num. 17. verſ. Et fuit in ſimili, Barboſa in cap. debitum, n. 2. de bigam. & in can. valentino 20. num. 1. verſ. Sic etiam,

etiam, *diſt.* 34. & *de poteſt. Epiſc. part.* 2. *allegat.* 12. *num.* 26. *verſ. Reputabitur quoque*, Fermoſin. *in rub. quæſt.* 1. *num.* 26. & 28. *de bigamis*.

28 Limitatur 5. in clerico primæ tonſuræ, aut minorum ordinum bigamo, qui ſi fuit revalidatus, hoc eſt, ſi obtinuerit ſuper bigamia Apoſtolicam Clericatus revalidationem, & habet omnia alia requiſita, gaudet privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, deciſum teſtatur in Cathalonia ann. 1556. Michael Ferrer. *part.* 3. *obſervant. cap.* 208. & iterum per Cardona tertium, conſultoribus Vilana, Quintana, Puigvert, & Pol, 23. Decembris 1566. in favorem Joannis Pinneda Clerici cum unica, & virgine conjugati, & revalidati, obtinentiſque cum permiſſione, & approbatione Epiſcopi Barcinonæ officium baſſinerii animarum purgatorii in Eccleſia Parochiali Sancti Geneſii de Sarria. Et per Cancellarium Caſſador 19. Martii 1569. in favorem Michaelis Tort Domicelli in villa de Berga domiciliati cum unica, & vidua conjugati, & revalidati, incedentis cum habitu, & tonſura, obtinentiſque officium operarii in Eccleſia Parochiali Sancti Martini de Avia de licentia Epiſcopi Urgellenſ. capti in Regiis carceribus Civitatis Barcinonæ. Conducit Ferentil. ad Burat. *deciſ.* 79. *num.* 19.

29 Limitatur 6. in clerico primæ tonſuræ, aut minorum ordinum effecto bigamo poſt delictum ab eo commiſſum, ut ſi erat ſolutus in minoribus tempore delicti, & poſtea viduam, aut corruptam duxit, ſi habet omnia alia requiſita, gaudet privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, quia ad gaudendum foro ſemper tempus delicti ſpectatur, ſic Aufrer. ad Capol. Tholoſanam, *dec.* 367. Chaſſaneus *ad conſuet. Burg. rub.* 1. §. 5. *verbo s' il n'a grace*, *numer.* 57. *verſ. Decimo*, Jul. Clar. §. *fin. quæſt.* 36. *num.* 11. Pet. Barboſa *in l. titia* 35. *num.* 33. *ff. ſolut. matrimon*, Fermoſin. *in cap.* 2. *quæſt.* 21. *de foro compet.* Diana *reſol. moral. part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 6. & 27. & *in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 147. *num.* 3. & *reſol.* 149. *n.* 1. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 46. *num.* 4. & *opuſc. mor. tom.* 2. *lib.* 9. *cap.* 1. *dub.* 3. *num.* Pereyra *de man. Reg. part.* 2. *cap.* 26. *num.* 17. *verſ. Quid autem*, Joſeph. Riccius *de pub. jud. quæſt.* 35. *numer.* 40. Aloy. Riccius *deciſ.* 115. *num.* 3. *part.* 2. & *collect.* 1864. *verſ. Sed pone*, Farinac. *in prax. part.* 1. *quæſt.* 8. *numer.* 8.

30 Limitatur 7. in Clerico in ſacris conſtituto, ſeu Religioſo profeſſo, qui non obſtante bigamia gaudet privilegio fori, quouſque per ſententiam clericali privilegio denudetur, *gloſſ. in canon. quiſquis* 84. *diſt.* Decian. *tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 135. Suarez *de cenſur. diſp.* 49. *ſect.* 3. *num.* 7. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 994. Avila *de cenſur. part.* 7. *diſp.* 8. *dub.* 3. *verſ. Pro intelligentia.* Villalobos *in ſum. mor. part.* 1. *tract.* 21. *diff.* 31. *num.* 12. *vorſ. Mas el ordenado*, Caſt. Palaus *in oper. moral. part.* 6. *tract.* 29. *diſp.* 6. *punct.* 8. *num.* 13. *verſic. Non tamen*, Leander. *de irregul. tract.* 2. *diſp.* 46. Fermoſin. *in cap. ſuper eo* 2. *quæſt.* 2. *num.* 22. & 23. & *in cap. fin. quæſt.* 2. *num.* 6. *de bigam.* Diana *reſol. moral. part.* 9. *tract.* 4. *reſol.* 6. & *in coordinat. part.* 5. *tract.* 2. *reſol.* 43. *numer. verſ. Secus vero*.

31 Unum tamen notandum eſt, quod licèt plures teneant, quod clericus primæ tonſuræ, aut minorum ordinum, ut gaudeat privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, debet plenè probare, tanquam fundamentum ſuæ intentionis, quod inceſſerit in habitu, & tonſura, & quod ſervierit Eccleſiæ ab Epiſcopo deputatæ, & quod duxerit unicam, & virginem, aliàs non gaudet his privilegiis, *ex cap. unic. de Cler. conjugat. in* 6. *juncto decreto Concilii Tridentini*, *ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 6. Rota *deciſ.* 3. *de ſentent. excom.* Belluga *in ſpecul. Princip. rub.* 11. §. *videamus*, *verſ. Item ſi Clericus*, Covarruvias *pract. cap.* 31. *n.* 7. *verſ. Tertio*, Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 4. *verſ. Unde quando talis*, Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 89. Ciarlin. *contr. forenſ. lib.* 1. *cap.* 53. *num.* 13. Pereyra *de man. Reg. part.* 2. *cap.* 26. *num.* 2. *in princ.* Maſcard. *de gener. ſtat. interp. concluſ.* 1. *ſub num.* 115. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 10. *num.* 10. & 11. Diana *poſt part.* 5. *reſol. mor. in coordinat. poſt part.* 9. *in fine*, *in deciſionibus* Rotæ, *fol. mihi* 491. *col.* 1. & alii citati *num.* 5. Deciſum apud nos refert Michael Ferret. *part.* 3. *obſervat. cap.* 212. Nihilo-
minus † ut clericus primæ tonſuræ, aut minorum 32
ordinum conjugatus ut gaudeat privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, non tenetur probare virginem duxiſſe, ſed tantùm unicum matrimonium contraxiſſe, & eam pro virgine fuiſſe reputatam, quia virginitas præſumitur, etſi non probetur, & contrarium contendenti tanquam actori qualitatem à natura inditam inficianti, incumbit onus probandi, ſic Covar. *pract. cap.* 31. *num.* 7. *verſic. Tertio*, *ibi*; *Quamvis*, Farinac. *in praxi*, *part.* 1. *quæſt.* 8. *numer.* 8. Duardus *in Bul. Cœn. lib.* 2. *can.* 15. *quæſt. num.* 2. Ciarlin. *contr. forenſ. lib.* 1. *cap.* 53. *num.* 14. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 89. *ibi: Licèt alias*, Patian. *de probat. lib.* 2. *capit.* 2. *num.* 3. Thom. Valaſcus *tom.* 1. *alleg.* 41. *num.* 2. Pereyra *de man. Reg. part.* 2. *capit.* 26. *num.* 2. *ibi: Cum ea diſtinctione*, Novar. *in prax. elect. fori ſect.* 1. *quaſt.* 14. *ſub num.* 3. Thoro *in compenſ. deciſ. part.* 3. *ſect.* 3. *verbo remiſſio petita*, *fol.* 88. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 2. *alleg.* 12. *num.* 26. Queſada Pilo *contr. forenſ. cap.* 50. *n.* 56. in ornatum Panormit. *in cap.* 1. *num.* 5. Socin. *num.* 7. & 8. Barboſa *num.* 4. *de adulter.* Jul. Clar. §. *ſtuprum*, *num.* 4. ubi Bajard. *num.* 41. Maſcardus *de probat. concluſ.* 1412. *n.* 1. Menochius *lib.* 6. *præſump.* 89. *num.* 1. Guttier. *canonicar. lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 11. Farinac. *in prax. part.* 4. *de delict. carnis*, *quæſt.* 147. *num.* 135. & *poſt part.* 1. *conſil. deciſ.* 74. *num.* 6. Vela *de delict. part.* 1. *capit.* 35. *num.* 2. Sperell. *deciſ.* 136. *num.* 39. *lib.* 2. Ciarlin. *contr. forenſ. lib.* 1. *cap.* 53. *num.* 80. & *lib.* 2. *cap.* 174. *num.* 1. & 2. Cancer. *part.* 3. *var. reſol. cap.* 11. *num.* 50. Ripoll. *var. reſol. cap.* 8. *à num.* 73. & *à num.* 243. Fontanel. *de pac. nup. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſſ.* 5. *num.* 55. & 56. Reg. Mattheu *de re crim. controv.* 52. *num.* 5.

Dixi *num.* 5. & 31. *deferens habitum clericalem*, & 33
*tonſuram*, ad oſtendendum, quod clericus conjugatus, ita demum gaudet privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici in criminalibus, ſi defert habitum clericalem, & tonſuram, aliàs ſecus, Belluga *in ſpec. Prin. rub.* 11. §. *videndum*, *numer.* 17. *in fin.* Covar. *pract. cap.* 31. *num.* 7. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 83. & 84. Sanchez *de matr. lib.* 7. *diſp.* 46. *à num.* 5. Marinis *reſol. jur. lib.* 1. *cap.* 58. *num.* 1. 2. & 3. Farinac. *in praxi*, *part.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 60. Scaccia *de jud. lib.* 1. *capit.* 11. *numer.* 20. & 82. Thom. Valaſcus *tom.* 1. *allegat.* 42. *à princ.* Ciarlin. *contr. forenſ. lib.* 1. *capit.* 53. *num.* 11. & *à num.* 16. Pet. Barboſa *in l. titia* 35. *à num.* 33. *reſolut. matr.* Caſt. Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 12. *diſp. unic. punct.* 8. *num.* 9. *verſ. Prima conditio*, Auguſt. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 2. *alleg.* 12. *num.* 27. & *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 6. *num.* 43. *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 37. §. 1. *num.* 37. *verſic. Secundo*, & alii citati *ſup. à num.* 1.

Sed quia omnibus Clericis tàm ſolutis quàm con- 34
jugatis commune eſt, ut veſtes clericales, & tonſuram deferant, ſi frui volunt privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici, ex traditis per Covar. *pract. cap.* 31. *num.* 1. Jul. Clar. §. *fin. quæſt.* 36. *num.* 19. *verſic. Hæc autem*, Azevedo *l.* 1. *num. verſ. Tonſura*, *in princ. tit.* 4. *lib.* 1. *recop.* Pereyra *de man. Reg. part.* 1. *cap.* 26. *n.* 3. *in princ.* Ideo vide deciſiones 130. & 141. quæ hìc repetenda ſunt.

Dixi etiam *alicujus Eccleſiæ ſervitio*, *vel miniſterio* 35
*ab Epiſcopo deputatus*, *eidem Eccleſiæ ſervit*, *vel miniſtrat.* de his requiſitis vide *deciſ.* 132. & 133. quæ hìc pariter repetenda ſunt.

Dixi etiam *gaudet privilegiis canonis ſi quis ſuaden-* 36
*te diabolo* 17. *quæſt.* 4. & *fori Eccleſiaſtici*, ad oſtendendum, quod clericus conjugatus ſervans omnes conditiones requiſitas, ut gaudeat privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici; præter hæc duo, reputatur in reliquis merè laicus, ac proinde aliis privilegiis clericalibus non gaudet, *ut conſtat ex capit. unico*, *ibi: In cæteris autem os gaudere nolumus privilegio clericali*, *de Cler. conjugat. in* 6. ſic docent *gloſſ. in dicto*,

cap.

cap. unico, ubi communiter Doctores, de Cler. conjug. in 6. & in clemen. unica, de vita, & honeſtat. Cler. Ripa in cap. decernimus, num. 64. Decius num. 155. de jud. Pariſ. conſ. 40. num. 20. lib. 4. Covar. pract. cap. 31. num. 9. Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 46. numer. 12. & 14. Marinis reſol. jur. lib. 1. cap. 58. num. 9. ubi Rodoer. num. 2. Ciarlin. controv. for. lib. 1. cap. 53. n. 4. ibi: Non tamen, & num. 5. & 6. Guttier. de jure conſ. part. 1. cap. 17. n. 11. verſ. Sed hæc opinio, Gonzalez ad reg. 8. cancel. gl. 2. num. 68. Farinac. in praxi, part. 1. quæſt. 8. num. 9. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect. 1. n. 91. & effect. 7. n. 52. Bellet. diſq. Cler. par. 1. tit. de favore Cler. perſon. §. 8. n. 8. Duard. in Bul. Cœn. lib. 2. can. 15. quæſt. 4. n. 19. in fine, Riccius in praxi, par. 1. reſ. 253. num. 2. Azor. inſt. mor. part. 1. lib. 13. cap. ult. quæſt. fin. Queſada Pilo controv. for. cap. 50. num. 74. Trullen. in expoſ. Bul. ſanct. Cruciatæ, lib. 1. §. 3. dub. 2. num. 4. verſ. Hoc autem privilegio, Caſt. Palaus in oper. mor. part. 2. tract. 12. diſp. unica, punct. 5. num. 5. verſ. Clerico verò, & punct. 9. num. 12. Genuen. in pract. Eccleſ. quæſt. 289. num. 1. Lezana in ſum. quæſt. regul. tom. 3. verbo Gabella, num. 6. verſ. Loquutus autem ſum. Maſcard. de gener. ſtat. interp. concluſ. 2. num. 117. Giurba conſ. 15. numer. 7. Matthæus in addit. ad Guid. Papam, deciſ. 383. Anſald. de juriſd. part. 2. tit. 11. cap. 8. num. 4. & 7. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 4. dub. 11. num. 9. Xammar. de offic. jud. part. 1. quæſt. 12. num. 58.

Hinc Clericus conjugatus tam de jure, quàm con-
37 ſuetudine, non eſt exemptus à gabellis, datiis, tributis, collectis, & taleis, gl. verbo cæteris in cap. unico ubi omnes, de Cler. conjug. in 6. Guido Papa deciſ. 183. num. 2. Covar. pract. cap. 31. numer. 9. Gironda de gabel. part. 1. num. 37. & 38. Sanchez de matrimon. lib. 7. diſp. 49. num. 16. & conſ. mor. lib. 2. cap. 4. dub. 49. num. 2. Azor. inſt. mor. part. 1. lib. 13. cap. ult. quæſt. finali, Matienco l. 11. gl. 1. numer. 4. tit. 4. lib. 5. recopil. Riccius deciſ. 169. num. 4. part. 3. & in praxi, part. 3. reſol. 25. num. 3. Barboſa de poteſt. Epiſc. part. 2. alleg. 13. à princ. & in cap. ex parte, num. 3. de Cler. Conjug. & in cap. unico, num. 11. de Cler. conjugat. in 6. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 5. n. 18. Anſald. de juriſd. part. 2. tit. 11. capit. 8. numer. 9. Trullench. lib. 7. decalogi cap. 13. dub. 5. numer. 11. Caſt. Palaus in oper. moral. part. 2. tract. 12. diſp. unica, punct. 5. num. 1. in fine, & punct. 9. num. 12. Capiblanc. de baronibus, pragm. 8. numer. 53. parr. 3. Novar. ad pragm. Regn. Neap. pragm. 1. collect. 2. num. 2. de Cler. ſeu Diacon. ſalvaticis, Farinac. in praxi, par. 1. quæſt. 8. num. 6. Bellet. diſp. Cler. part. 1. tit. de favore Cler. perſon. §. 9. n. 2. Borrell. in addit. ad Bellugam, rub. 11. §. videamus, litera A, verſ. Quo vero, Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 3. num. 44. Roccus reſponſ. 35. num. 21. & reſponſ. 58. num. 8. tom. 2. Duard. in Bul. Cœn. lib. 2. can. 18. quæſt. 13. num. 1. in fine, Ciarlin. controv. for. lib. 1. cap. 53. num. 5. & 6. Thom. Valaſc. tom. 1. alleg. 48. num. 7. Squillante de privileg. Cler. cap. 8. num. 9. Layman in theolog. mor. lib. 4. tract. 9. cap. 7. num. 4. Lezana in ſum. quæſt. regul. tom. 3. verbo Gabella, num. 6. verſ. Loquutus autem ſum, Azevedo l. 2. numer. 2. tit. 4. lib. 1. recopil. Flores de Mena var. lib. 2. quæſt. 21. num. 239. Queſada Pilo controv. forenſ. cap. 50. à num. 72. Reg. Matthæu, de regim. Reg. Valen. cap. 1. §. 1. num. 186. in fine, Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 1. dub. 5. ſect. 3. à numer. 1. & cap. 4. dub. 11. numer. 10. Fermoſ. in cap. 2. quæſt. 15. n. 11. verſ. Et tum etiam, de foro comp. Balmaſeda de collectis, quæſt. 19. n. 29. Bolero de decoctor. tit. 2. quæſt. 5. num. 10.

Nec excuſatur, imò cogi poteſt, & cogitur ſubi-
38 re munera, & officia Conſiliarii, Patiarii, Jurati, Syndici, & alia concernentia ad publicam adminiſtrationem Civitatis, Oppidi, vel Univerſitatis, in qua vitam degit, ſic deciſum in Curia Neapolitana, refert Riccius deciſ. 169. part. 3. & in praxi, part. 1. reſolut. 253. num. 2. & part. 3. reſol. 117. num. 3. Roccus reſponſ. 35. num. 22. tom. 2. Squillante de privileg. Cler. cap. 7. num. 28. Marinis reſol. jur. lib. 1. cap. 58. num. 9. Novar. ad prag. Reg. Neap. prag. 1. collect. 2. num. 3. de Cler. ſeu Diacon. ſalvaticis, Queſada Pilo contr. for. cap. 50. num. 79.

Nec gaudet beneficio, cap. Odoardus, de ſolut. 39
Riccius in prax. part. 1. reſol. 253. numer. 4. Marinis lib. 1. reſol. jur. cap. 58. ſub num. 9. Ciarlin. controver. forenſ. lib. 1. cap. 53. n. 5. & 6. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect. 7. n. 52. & alii plures quos citat Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 6. n. 17. & in cap. Odoardus, num. 9. de ſolut.

Nec poteſt obtinere beneficium Eccleſiaſticum in 40
titulum, etſi clericaliter vivat, cap. 2. cap. cum decorem, de cler. conjugat. ita ut neque Epiſcopus diſpenſare valeat, ſed ſolus Summus Pontifex, c. diverſis, de Cleric. conjug. licèt poſſit habere beneficium vigore fundationis ratione ſtipendii, aut alterius miniſterii temporalis, cap. ad audientiam, de præſcr. can. ſi quis 32. diſt. can. quia tua 12. quæſt. 2. & ſi eſt beneficiatus in minoribus ordinibus conſtitutus, & matrimonium contrahat, aut ſponſalia per verba de præſenti, vacat beneficium, cap. 1. & 3. de Cler. conjugat. Gonzalez ad reg. 8. Cancel. gl. 2. à n. 68. Maſcard. de probat. concl. 182. à num. 1. Squillante de privileg. cler. cap. 4. ad num. 82. Borrell. in ſum. deciſ. part. 1. tit. 8. num. 29. Farinac. frag. crim. part. 1. litera C, n. 325. Tambur. de jure Abbat. tom. 3. diſp. 9. quæſt. 7. n. 16. Ricciul. de jure perſon. lib. 7. cap. 1. à n. 3. Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 42. à numer. 14. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect. 5. à numer. 11. Cævallos com. cont. com. quæſt. 147. Marinis reſol. jur. lib. 1. cap. 58. n. 16. ubi Rodoer. à n. 6. ad 12. Ciarlin. controv. for. lib. 1. cap. 53. n. 3. 10. & à n. 39. Thom. Valaſcus tom. 1. alleg. 40. Guttier. de matrim. cap. 97. n. 1. Garzia de benef. part. 7. cap. 5. & part. 21. cap. 8. Faber in C. lib. 1. tit. 3. defin. 18. in fine, Riccius collect. 308. in fin. & collect. 1864. in princ. Barboſa in cap. 2. num. 2. & in cap. diverſis, n. 3. de Cler. conjugat. & in cap. unico, n. 12. de Cler. conjugat. in 6. & de jure Eccleſ. univ. lib. 3. cap. 13. n. 154. & cap. 14. à num. 7. & de poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 57. à n. 202. & alleg. 72. num. 78. verſ. Utrum; ad quem locum ſe refert, part. 2. alleg. 12. n. 56. Martha de juriſd. part. 4. caſu 113. num. 15. verſ. Secundus.

Nec eſt capax penſionis reſervatæ titulo clerica- 41
li, ſeu loco beneficii, niſi à Papa diſpenſetur, vel concedatur tanquam benemerito pro ſervitiis præſtitis, aut pro ſervitio temporali, & per contractum matrimonii ceſſat penſio, quam antea habebat, Covar. de ſponſal. part. 2. cap. 3. §. 3. ſub num. 6. Tuſchus pract. concl. litera P, concluſ. 717. à num. 8. Cævallos com. cont. com. quæſt. 147. n. 7. Jul. Clar. §. fin. quæſt. 74. verſ. Clericus, in fine, Cavallerius deciſ. 166. n. 1. & deciſ. 180. Farinac. frag. crim. part. 1. litera C, n. 331. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect. 5. num. 12. Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 44. tota, Garzia de benef. part. 1. cap. 5. à num. 105. Burat. deciſ. 791. num. 1. ubi Ferentil. à num. 8. idem Ferentil. ad Burat. deciſ. 86. litera C, Ricciul. de jure perſon. lib. 7. cap. 3. à num. 1. Squillante de privil. Cler. cap. 5. à num. 1. Thom. Valaſcus tom. 1. alleg. 40. n. 7. Ludoviſ. deciſ. 18. num. 2. & 3. Caſt. Palaus in oper. mor. part. 2. tract. 13. diſp. 1. punct. 11. n. 3. Barboſa de poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 57. num. 106. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 11. n. 30. & in cap. 1. num. 6. de Cler. conjug.

Nec Vicarius Epiſcopi in ſpiritualibus, etiam ſi 42
incedat in habitu, & tonſura & ſerviat Eccleſiæ, & ſit conjugatus cum unica, & virgine, niſi ex apoſtolica diſpenſatione, latè, & pulchrè Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 46. numer. 14. Soroſius de offic. Vicar. lib. 1. quæſt. 31. à num. 5. Zerola in praxi Epiſc. part. 1. verbo Vicarius, §. 2. Bellet. diſq. Cler. part. 1. tit. de favore cler. reali, §. 3. num. 10. Suarez tom. 5. de cenſur. diſp. 2. ſect. 3. num. 10. Garzia de benef. par. 5. cap. 8. num. 3. Cenedo canonicar. quæſt. 18. num. 14. Azor. inſtitut. moral. tom. 1. tit. 13. cap. 13. quæſt. 15. verſ. Unde liber. Marin. reſol. jur. lib. 1. cap. 59. num. 16. Barboſa de poteſt. Epiſc. part. 34. alleg. 54. num. 6. Ciarlin. contr. for. lib. 1. cap. 53. n. 7. & 8.

Amplia 1. dicta à num. 36. ſivè matrimonium fuerit 43
copula conſumatum, ſivè non, Capel. Tholoſana

deciſ. 239. Covar. de ſponſal. part. 2. cap. 6. §. 3. num. 4. Azor. inſtit. mor. part. 1. lib. 13. cap. 13. quæſt. 8. Cevallos com. cont. com. quæſt. 147. num. 1. Cavaller. deciſ. 166. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 5. numer. 13. Sanchez de matrimon. lib. 7. diſp. 42. num. 5. Riccius de jure perſon. lib. 7. capit. 1. numer. 17. Lotterius de re benef. lib. 3. quæſt. 26. numer. 72. Garcia de benef. part. 11. capit. 8. num. 13. Maſcardus de probat. concluſ. 182. numer. 3. Squillante de privil. Cler. cap. 4. n. 85. Ferentil. ad Burat. deciſ. 791. num. 9. verſ. Ampliatur 1. Barboſa in capit. 1. numer. 4. de Cler. conjugat. & de poteſt. Epiſc. part. 3. allegat. 54. numer. 202. & de jure Eccleſ. univ. lib. 3. cap. 14. num. 10.

44 Amplia 2. etiam ſi poſt matrimonium contractum uxor ingreſſa fuerit religionem, non ſecuta adhuc copula carnali, Covar. de ſponſa, lib. part. 2. cap. 6. §. 3. num. 9. Maſcardus de probat. concluſ. 182. num. 4. Farinac. fragm. crim. part. 1. littera C. num. 329. Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 42. num. 6. Garcia de benef. part. 11. cap. 8. num. 3. Ricciul. de jure perſon. libr. 7. cap. 1. numer. 20. Barboſa in cap. 1. numer. 5. de Cler. conjugat. & de jure Eccleſ. univ. libr. 3. capit. 14. numer. 11.

45 Dixi denique in cauſis criminalibus, ſivè criminaliter ad pœnam, ſive civiliter ad intereſſe, vel damni; refectionem de delicto agatur. Ad oſtendendum, quod licèt magna, & confuſa, ac non modica, anceps, & dubia ſit altercatio inter Doctores. An Clericus conjugatus habens omnia requiſita gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, non ſolum in cauſis criminalibus, quæ ex delicto deſcendunt, ſed etiam in cauſis merè civilibus, quæ deſcendunt ex contractu, vel quaſi contractu, aut ex ultimis voluntatibus? Ut dicunt Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. numer. 81. verſic. Ex qua Marinis libr. 1. reſolut. jur. capit. 58. num. 10. Cevallos de cog. per viam, violent. part. 2. quæſt. 79. in princ.

46 Et licèt plures, tàm ante Concilium Tridentinum, quàm poſt, teneant, quod Clericus conjugatus ſervans omnia requiſita indiſtinctè gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, tàm in cauſis criminalibus deſcendentibus ex delicto, quàm in cauſis civilibus, quæ ex contractu, vel quaſi contractu, aut ex ultimis voluntatibus originem ducunt, ut ſentire videtur, gloſſ. in cap. unico, verbo præmiſſis, ubi Anchar. num. 4. Franch. §. & cum numer. 4. verſic. Cogita tamen, Geminian. poſt num. 8. verſic. Et propter iſtud, de Cler. conjugat. in 6. Speculat. de compet. jud. §. 1. num. 24. ubi Addit. litera H, Alexand. conſil. 8. numer. 4. libr. 1. Soccin. Seni conſil. 12. num. 18. libro primo Aretin. in §. illud numer. 5. de nuptiis, Cæpola conſil. crim. 10. verſic. Super tertio, Lapus allegat. 41. numer. 1. & allegat. 118. ubi Mandoſius litera A, Burgos de Paz conſil. 22. Cævallos com. cont. com. quæſt. 593. & de cognit. per viam violent. part. 2. quæſtione 79. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. num. 81. verſic. Ex qua Riccius deciſ. 170. par. & deciſ. 320. num. 5. part. 4. Squillante de privileg. cler. cap. 7. numer. 27. Borell. ad Bellugam in ſpecul. Princip. 11. §. videamus litera A, verſic. Quæ cutem, cum ſeq. Bonacina de cenſur. ad Bull. Cœnæ, diſput. 1. quæſt. 16. punct. 3. numer. 3. Torreblanca de jure Spiritual. lib. 15. cap. 55. Marell. Vulpe in praxi, cap. 50. numer. 7. Gavant. in Enchir. Epiſc. verbo Clericus, num. 84. Diana reſol. moral. part. 1. tract. 2. reſol. 51. alias 50. & part. 4. tract. 1. reſol. 78. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſol. 151. num. 1. & 2. & reſol. 152. n. 1. & 2. latiſſimè Ciarlin. contr. foren. lib. 1. cap. 53. à n. 28. præcipuè num. 34. & 35. Martha de juriſd. part. 4. caſu 153. Duardus in Bul. Cœnæ, lib. 2. can. 15. quæſt. 4. à num. 10. Dominus Vicecancellarius D. Chriſtophorus Creſpi de Valdaura obſer. 55. n. 31. & ita decreviſſe Sacram Congregationem Cardinalium controverſiarum juriſdictionalium in una Regien. 17. Junii 1631. referunt Ciarlin. contr. foren. lib. 1. cap. 53. num. 37. Barboſa de poteſtat. Epiſc. part. 2. alleg. 12. num. 25. verſic. Quamvis, ibi: Quorum ſententiam, Diana poſt par. 5. reſol. mor. in declarationibus Sacræ Congregationis, n. 38. & in coordinat. poſt par. 9. n. 38. fol. 488. notat Sperell. decſ. 2. nu. 25. verſ. cæterum, ibi: Et nihilominus, lib. 1.

Nihilominus probabilior, verior, & communiſſima eſt ſententia, ac in practica recepta, quod clericus conjugatus tantùm in cauſis criminalibus gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſivè criminaliter ad pœnam, ſive civiliter ad intereſſe, & damni refectionem de delicto agitur. At in cauſis merè civilibus deſcendentibus ex contractu, vel quaſi contractu, aut ex ultimis voluntatibus non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſed eſt de juriſdictione judicis ſæcularis, & coram iſto eſt conveniendus. Sic Joan. Andræas in cap. unico, num. 2. verſic. Nec ab Epiſcopis, Archidiacon. num. 4. verſ. In cæteris, Anchar. num. 4. Dominic. §. cum juxta, num. 7. in prin. Barboſa num. 8. & 9. Cler. conjugat. in 6. Abbas in cap. Joannes, num. 3. de conjug. & in cap. 2. num. 7. ubi Imola num. 3. Aretin. n. 1. not. 1. Fermoſin. quæſt. 11. n. 9. & 10. Vega in relect. n. 19. de foro compet. idem Imola in cap. ex parte, num. 3. ubi Cardinal. quæſt. 3. de Cler. conjug. Soccin. in cap. 1. nu. 56. de foro compet. Deci in cap. at ſi Clerici, num. 149. & 151. verſic. Non tamen, de judic. Belluga in ſpecul. Princip. rubr. 11. §. videamus, num. 1. Sylveſt. in ſum. verbo Clericus 1. quæſt. 6. Covar. pract. cap. 31. n. 7. Farinac. in prax. par. 1. quæſt. 8. n. 7. Aviles in cap. prætor. in proœm. gloſſ. 1. num. 28. in fine, verſ. Quinimo, Bolannos in cur. Philip. tom. 1. part. 3. §. 1. n. 5. Tallada de viſit. carcer. cap. 5. n. 17. Guttier. de juram. confir. par. 1. cap. 17. num. 11. & 12. Bovad. in polit. lib. 2. cap. 18. num. 119. Germon. de ſacror. immun. lib. 3. cap. 15. num. 67. Tuſch. pract. concluſ. litera C, concluſ. 395. num. 21. Azor. inſt. moral. tom. 1. lib. 13. cap. ult. quæſt. 16. verſ. Si tertio quæras, Cenedo canonicar. quæſt. 4. num. 18. & 19. Pereyra de man. Reg. part. 2. cap. 16. num. 1. verſ. Clerici, ibi: in cauſis, & num. 10. Correa de immun. Eccleſ. part. 2. n. 32. verſ. Dico primo, Capiblanc. de baronib. tom. 1. prag. 8. part. 3. numer. 51. Danza de pug. doctor. tit. de Cler. conjugat. numer. 13. Anton. de Ballis var. lib. 5. tit. 10. num. 18. Magala in par. 3. lib. 3. capit. 10. num. 40. Layman in Theolog. mor. lib. 4. tract. 9. c. 8. num. 5. Borell. in ſumm. deciſ. part. 1. tit. 8. de Cleric. conjugat. n. 5. Græv. ad pract. Cam. Imper. lib. 1. concl. 37. conſider. 1. num. 3. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. capit. 9. numer. 4. Pet. Barboſa in leg. ſi quis poſtea quam numer. 207. ff. de judic. Reg. Vico ad pragm. Reg. Sard. tom. 1. titul. 7. cap. 12. num. 4. Thom. Valaſcus tom. 1. allegat. 34. num. 4. & allegat. 43. num. 1. & allegat. 48. numer. 1. & 2. Maſcard. de gener. ſtat. interp. concluſ. 1. numer. 114. Riccius in praxi var. tom. 2. reſol. 391. num. 2. Morla in emp. jur. part. 1. tit. 2. in præmiſ. de juriſd. omn. jud. numer. 139. Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 22. numer. 9. verſic. Sed advertendum, Lezana in ſum. quæſt. reg. tom. 3. verbo Clericus, num. 20. verſic. Excipe tertio, Caracciol. de foro privileg. in prin. num. 63. in fine, & num. 95. in fine, Riccius de publ. jud. quæſt. 35. num. 34. Gonzalez var. quæſt. cap. 12. num. 29. Gambacurta de immunitat. Eccleſ. libr. 7. capit. 11. numer. 2. Auguſtin. Barboſa de poteſt. Epiſc. 2. allegat. 12. numer. 25. verſic. Primo, Sanchez de matrimon. lib. 7. diſput. 46. numer. 21. 22. & 24. Caſt. Palaus in oper. mor. part. 2. tract. 12. diſput. unica, punct. 5. num. 2. 3. & 4. Anſald. de juriſd. part. 2. tit. 11. cap. 8. à num. 4. ad 46. Marinis reſol. jur. lib. 1. cap. 58. num. 10. 11. & 12. Vela diſſertat. 45. num. 6. & 11. tom. 2. Thom. del Bene de immunitat. Eccleſ. tom. 1. cap. 4. dub. 5. ſect. 5. à num. 1. ad 5. Dominus Vice Cancellarius Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura obſervat. 55. numer. 18. in fine. Et juxta hanc ſententiam declaravit Sacra Congregatio Concilii die 13. Februarii 1610. & Sacra Congregatio Cardinalium Negotiis Epiſcoporum, & regularium præpoſitorum die 10. Februarii 1618. referunt Barboſa de jure Eccleſ. univerſ. libr. primo, capit. 39. §. 2. num. 38. & in collectan. ad Concil. Trident. ſeſſion. 23. de reformat. capit. 6. numer. 44. & deciſ. Apoſtul. 157. num. 17. & deciſ. 361. numer. 18. Thom. del Bene de immunitat. Eccleſ. tom. 1. capit. 4. dub. 11. numer. 11. & 12. & ſect. 2. tota, Novar. ad pragmat. Reg. Neapol. pragmat. 1. collectan. 2. numer. 6. 7. & 9. de Cleric. ſeu Diacon. ſalvat. Cutel. de immunitat. Eccleſ. libr. 2. quæſt. 51. tota, ſignanter nu. 15. & 16. Et pronuntiavit Cancellarius Regni Valentiæ 27. Februarii 1628. in cauſa 47

Fran-

Franciſci Simancas Notarii, & Clerici, qui citatus fuit ad Regiam Audientiam verbalem pro debito civili, tradit Reg. Mattheu, de regim. Reg. Valenſ. capit. 7. §. 1. numer. 176. verſ. Sed Clerici, & numer. 177. & judicavit noſter Cancellarius Cathaloniæ, plures deciſiones cumulat Ferrer. part. 3. obſerv. cap. 190. 194. & 225. quibus addo ita deciſum per Cancellarium Loris, Conſultoribus Sala, & Fontpaſtor 2. Decembris 1579. ut referam infra, numer. 49. in fine.

48 Limitatur 1. ſi in aliqua parte ſit conſuetudo, quod Clericus conjugatus gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici in cauſis civilibus, nam talis conſuetudo obſervanda eſt, juxta tradita per Ananiam in cap. primo, num. 17. de Apoſtat. Fulgoſ. conſil. 123. Maſcardum de gener. ſtat. interp. concluſ. 1. ſub num. 116. Pet. Barboſa in leg. 3. titia 33. numer. 32. ff. ſolut. matrim. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect. 1. num. 997. Burgoſ. de Paz conſil. 22. num. 6. Auguſt. Barboſa in capit. Joannes, numer. 2. de Cler. conjugat. prout hujuſmodi conſuetudo extat in Regno Neapolitano, Borrell. ad Bellug. in ſpecul. Princip. rub. 11. §. videamus, verſic. In hoc Regno, & Sacra Congregatio immunitatis recedens in parte à declaratione emanata 10. Februarii 1618. re maturè perpenſa ſic declaravit ſub die 27. Februarii 1630. referunt Auguſt. Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 38. in fin. & deciſ. Apoſt. 157. num. 18. & deciſ. 361. num. 18. in fine, & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 6. num. 44. in fin. Vela diſſert. 45. numer. 8. verſ. Quod tamen, tom. 2. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 4. dub. 11. num. 12. Ayllon: Laynez in addit. ad Gomez tom. 3. var. cap. 10. ſub num. 5. Diana reſol. mor. part. 4. tract. 1. reſol. 78. verſ. Sed ego in fin. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſol. 152. num. ſecundo, in fin. Novar. ad prag. Reg. Neap. prag. 1. collect. 2. num. 9. de Cler. ſeu Diacon. ſalvat. & ita haberi ex declaratione Sacræ Congregationis immunitatis in illa Regien. relata ſupra num. 46. in fin. tradit Lezana in ſum. quæſt. regular. tom. 3. verbo Clericus, num. 20. verſic. Gaudere etiam, Dominus Vice Cancellarius D. Chriſtophorus Creſpi de Valdaura obſerv. 55. num. 32. Cutel. de immun. Eccleſ. lib. 2. quæſt. 51. ſub num. 16. quidquid ipſe dicat num. 17. & 18.

49 Limitatur 3. ut procedat, quoad cognitionem tantùm, nam tunc Clericus conjugatus in cauſis merè civilibus non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſed ſubeſt judici ſæculari; ſecus vero quoad executionem, vel perſonæ Clerici conjugati carcerationem, capturam, aut arreſtationem, quo caſu facienda eſt per judicem Eccleſiaſticum, qui debet ipſum detinere in vinculis, & carceribus ad nutum, & requiſitionem judicis ſæcularis, ita Anchar. in cap. unic. num. 4. notat 4. Dominic. §. ultimo, num. 8. Franch. §. Et cum, n. 2. de Cler. conjug. in 6. Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 103. de conſtit. Lapus allegat. 41. & 118. Ripa libro 1. reſpond. capit. 13. Sylveſter in ſumm. verbo Clericus 1. quæſt. 6. Belluga in ſpec. Princip. rub. 11. §. videamus, num. 6. & 7. Borrell. in ſum. deciſ. part. 1. tit. 8. de Cler. conjugat. num. 7. Rovir. in prag. 1. num. 2. de Cler. ſeu Diac. ſalvat. Aviles in cap. prætor. in proœm. gloſſ. 1. num. 29. Squillante de privil. Cler. cap. 10. num. 7. Roccus reſponſ. 35. num. 19. tom. 2. Queſada Pilo contro forenſ. cap. 50. num. 78. Riccius in prax. reſol. 113. num. 17. Thom. del Bene de immun. Eccl. tom. 1. cap. 1. dub. 5. ſect. 3. n. 3. Diana reſol. mor. part. 1. tract. 2. reſol. 51. aliàs 50. in fin. princ. & in coordinat. part. 2. tract. 9. reſol. 151. n. 1. in fin. Barboſa de jure Eccleſ. univ. libr. 1. cap. 39. §. 6. ſub num. 17. quidquid dicant in contrarium Covar. præc. cap. 31. numer. 7. verſ. Et tamen uſque ad finem, & lib. 2. var. cap. 1. num. 9. verſ. Propter quorum ubi Ybannez de Faria num. 68. Azor. inſtit. mor. tom. 1. lib. 13. cap. 13. quæſt. 16. verſic. Sed dubiæ quæſtionis eſt, Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect. 7. num. 52. Guttier. de jure conf. part. 1. capit. 17. num. 11. & 12. Sanchez de matrim. libr. 7. diſp. 46. numer. 23. Caſt. Palaus in oper. mor. part. 2. tract. 12. diſp. unic. punct. 5. num. 5. Thom. del Bene de imm. Eccleſ. tom. 1. cap. 4. dub. 12. Pereyra de manu. Reg. part. 2. capit. 26. numer. 10. in fin. Barboſa in cap. unico, num. 10. de Cler. conjug. in 6. & in cap. Oduardus, num. 9. de ſolut. Fermoſin. in cap. 2. quæſt. 12. de foro compet. Cutellus de immun. Eccleſ. lib. 2. quæſt. 51. numer. 15. Duard. in Bull. Cœnæ, lib. 2. can. 15. quæſt. 5. Riccius de pub. judic. quæſt. 35. numer. 34. verſic. Et per conſequens, Anſaldus de juriſdict. part. 2. tit. 11. capit. 8. à numer. 24. Quia contra eos, & alios eſt verior noſtra limitatio, & in practica recepta, ut docent Farrinac. in prax. part. 1. quæſt. 8. num. 7. ante finem, Martha de juriſdict. part. 4. capit. 113. num. 12. verſ. Item quantum, & num. 13. & 14. Ciarlin. & Marinis, licèt cogitandum relinquat ille controv. forenſ. lib. 1. cap. 53. à num. 29. 33. iſte, libr. 1. reſol. jur. cap. 58. num. 13. & ſecundùm hanc limitationem declaraſſe Sacram Congregationem Concilii 13. Februarii 1610. referunt Barboſa in collect. ad Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6. ſub num. 44. & de jure Eccleſ. univ. libr. 1. cap. 39. §. 2. n. 38. verſ. & antea, & deciſ. Apoſtol. 157. n. 17. Navar. ad prag. Reg. Neapol. pragm. 1. collect. 2. numer. 7. de Cler. ſeu Diacon. ſalvat. Et per Cancellarium Regni Valentiæ die 5. Maii 1574. in cauſa Philippi de la Torre teſtatur Reg. Mattheu de regim. Reg. Valenſ. cap. 7. §. 1. num. 177. verſic. Sed nota, & in Cathalonia plures deciſiones Cancellarii refert Michael Ferrer. part. 3. obſerv. cap. 190. 220. & 225. Ripoll. var. reſol. cap. 1. numer. 517. Quibus addo ita deciſum per Cancellarium Loris, Conſultoribus Sala, & Fontpaſtor 2. Decembris 1579. occaſione firmæ juris in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ factæ per Ludovicum Marti Clericum cum unica, & virgine conjugatum, in habitu, & tonſura incedentem, & ex proviſione Epiſcopi Barcinonæ, ſeu ejus Vicarii generalis, in Sede Civitatis Barcinonæ officium habentem, ut curaret, ne in dicta Eccleſia Sedis Barcinonæ immunditiæ aliquæ in ea fierent, vel nequitiæ, ratione retroclami contra eum in Regia Audientia expoſiti per Franciſcum Eroles pro certa quantitate tàm bonorum quàm perſonæ dicti Ludovici Marti capturam inſtantem: fuit declaratum firmæ juris per dictum Ludovicum Marti in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ quoad bona factæ locum non fuiſſe, nec eſſe, ſed cognitionem dictæ cauſæ retroclami ad Curiam Sæcularem Regiæ Audientiæ civilis pertinere, & ſpectare, & in ea fore, & eſſe pertractandam, & ſine debito terminandam: Detentionem verò perſonæ dicti Ludovici Marti ad dictam Curiam Eccleſiaſticam Epiſcopi Barcinonæ pertinere per eam cuſtodiendæ ad cognitionem dictæ Curiæ ſæcularis, refert etiam hanc deciſionem Ripoll. variar. reſolut. capitul. 1. numer. 362. & 363.

Limitatur 3. in Clerico conjugato, qui duxit unicam & virginem, nam ea defuncta, conſequitur omnia privilegia, quæ Clericis in minoribus conceduntur, ſi conditiones, & requiſita alia Concilii Tridentini habeat, quæ alii Clerici in minoribus ſoluti ad gaudendum privilegiis ſervare tenentur, quia ob matrimonium non fuit illis privilegiis privatus in perpetuum ſed ſolùm, durante matrimonio, erant illi ſuſpenſa, ita Abbas in capit. Clericus, el. 2. numer. 4. de vita, & honeſt. Cler. Joann. Andreas, Archidiacon. Dominic. & Franch. in capit. 1. de Cler. conjugat. in 6. Covar. pract. cap. 31. numer. 7. verſic. Quinto Azor. inſt. mor. tit. 1. lib. 13. capit. 13. quæſt. 16. verſic. ultimo, Jul. Clar. §. fin. quæſt. 36. numer. 8. verſic. Unum etiam ſcias, Borrell. ad Bellug. in ſpecul. Princip. rub. 11. §. videamus, litera A. verſic. Et talis Clericus, Bolannos in Cur. Philipp. tom. 1. part. 3. §. 1. numer. 5. in fine, Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect. 1. num. 90. Sanchez de matrimon. libr. 7. diſp. 46. numer. 30. Marinis reſol. jur. libr. 1. capit. 58. numer. 18. Anſaldus de juriſdict. part. 2. titul. 11. capit. 8. numer. 47. & 48. Ciarlin. controv. forenſ. lib. 1. cap. 53. num. 20. Riccius de pub. jud. quæſt. 35. num. 44. Caſt. Palaus in opr. mor. part. 2. tract. 12. diſp. unic. punct. 3. num. 1. verſ. Hinc optime, Barboſa declar. Sacri Concilii, ſub die 17. Martii 1619. refert de jure Eccleſ. univerſ. lib. primo, cap. 39. §. 6. num. 17. 50

51 Limitatur 4. in Clericis Orientalibus conjugatis, quos Græcos appellamus, qui gaudent privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici, & ſunt exempti à gabellis, & tributis, etiamſi Eccleſiæ non ſerviant, Azor. *inſt. mor. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 11. *quæſt.* 7. Carol. de Graſ, *de effect. Cler. effect.* 1. *n.* 82. *& effect.* 3. *n.* 46. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 5. *n.* 19. Lezana *in ſum. quæſt. regul. tom.* 3. *verbo gabella, ſub n.* 6. Marinis etſi cogitandum relinquat *reſol. jur. lib.* 1. *cap.* 58. *num.* 19. Squillante *de privil. Cler. cap.* 6. *num.* 20. *& cap.* 7. *num.* 16. *& cap.* 8. *numer.* 11. Riccius *de pub. jud. quæſt.* 35. *num.* 45. *&* 46. Latè Diana *reſolut. mor. part.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 26. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 153. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 1. *dub.* 8.

52 Ut autem Clericus conjugatus ſervans omnia requiſita gaudeat privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici, dicunt aliqui, quod debet ſe abſtinere à negotiatione, & mercatura; aliàs ſi ab ea non ſe abſtineret, poſſet non obſtante Clericatu per judicem laicum punire, ſic poſt antiquos Boſſius *in prax. crim. titul. de foro compet. numer.* 128. Julius Clar. §. *final. quæſt.* 136. *numer.* 11. *verſic. Hæc verò omnia*, Borrell. ad Bellug. *in ſpecul. Princip. rub.* 11. §. *videamus, litera A. verſic. Et tunc demum*, Riccius *collect.* 1864. *verſ. Hæc verò omnia*, Farinac. *in praxi, parte prima, quæſt.* 8. *num.* 93. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 11. *numer.* 20. *verſic. Tertio*, Thom. Valaſcus *tom.* 1. *allegat.* 44. *num.* 15. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 87. Fermoſin. *in cap.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 1. *&* 2. *de foro compet.* Azevedo *l.* 2. *num.* 2. *titulo* 4. *lib.* 1. *recop.* Ambroſin. *de immun. Eccleſ. cap.* 22. *num.* 9. *verſ. Sed advertendum, ad medium*, & alii, quos referunt, ſed non ſequuntur Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 46. *num.* 25. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 2. *allegat.* 12. *numero* 30. Caſtr. Palaus *in oper. moral. parte* 2. *tractat.* 12. *diſp. unica, punct.* 3. *num.* 5. Vela *diſſert.* 45. *numer.* 9. *tom.* 3.

53 Quod intellige 1. ſi Clericus conjugatus ſe immiſceat negotiationi, & mercaturæ illicitæ; ſecus ſi ſe immiſceat mercaturæ, & negotiationi honeſtæ, victus cauſa, quo caſu ſi concurrunt cæteræ qualitates, gaudet privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici, quia Clericis conjugatis licita eſt victus cauſa negotiatio honeſta, & ob eam privilegiis clericalibus privari non poſſunt, ita poſt antiquos Covar. *pract. capite* 31. *numer.* 8. *verſic. Sexto*, Azor. *inſt. moral. tom. primo, lib.* 6. *capit. ultimo, quæſt. fin.* Suarez *de immun. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 28. *num.* 9. Sanchez *de matr. lib.* 7. *diſput.* 46. *numer.* 26. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 2. *alleg.* 12. *num.* 39. *verſ. Sed melius, & in cap. Joannes, num.* 5. *de Cler. conjugat.* Ciarlin. *controv. forenſ. lib.* 1. *cap.* 53. *num.* 26. *&* 27. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tractat.* 12. *diſp. unica, punct.* 3. *num.* 5. *verſic. Verius tamen eſt*, Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 2. *num.* 8. *verſ. An autem, uſque ad num.* 17. *ad quem locum ſe refert, dub.* 12. *numero ſecundo, verſ. Cæterum*, Fermoſin. *in cap.* 2. *quæſt.* 13. *numero* 3. *de foro compet.* Vela *diſſert.* 45. *num.* 10. *&* 11. *tom.* 2. ſicque declarat Borrell. ad Bellug. *in ſpec. Princip. rub.* 11. §. *videamus, litera A, verſ. Et tunc demum, in fine*, Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect. primo, numero* 87. *in fine*, Azor. ſic intelligendus *inſtit. moral. tom. primo, lib.* 13. *cap.* 13. *quæſt.* 16. *verſ. ſi iterum roges.*

54 Intellige 2. ſi ter monitus ſit à proprio Epiſcopo, aliàs ſecus, quia clerici conjugati non aliàs ob mercaturæ, & negotiationis illicitæ exercitium fori Eccleſiaſtici privilegium amittunt, quàm ſi ter à proprio Epiſcopo moniti, adhuc ei inſiſtunt, ut poſt alios docet Vela *diſſert.* 45. *numer.* 11. *in fine, tom.* 2. Quod in Cathalonia numquam vidiſſe obſervatum teſtatur Fontanella *deciſ.* 518. *numer.* 9. *in fine, part.* 2.

55 Intellige 3. quoad ipſam negotiationem, & mercaturam clericus conjugatus in foro ſæculari reſpondere tenetur, quemadmodum, etſi non negotiaretur, in omnibus cauſis mere civilibus coram judice ſæculari reſpondere tenetur; ſecus quoad delictum in negotiatione, & mercatura, ſeu aliàs commiſſum, nam tunc nec criminaliter, nec civiliter conveniri poteſt coram judice ſæculari, ſic Vela, *diſſert.* 45. *num.* 12. *tom.* 2.

An autem clericus in minoribus, ſive ſolutus, 56
ſive conjugatus portans arma gaudeat, privilegio fori Eccleſiaſtici? Nonnulli dicunt, quod non, ſic poſt alios Jul. Clar. §. *fin. quæſt.* 36. *numer.* 11. *verſic. Hæc verò omnia*, Riccius *collect.* 1864. *verſic. Hæc verò omnia*, Scaccia *de judic. libr.* 1. *cap.* 11. *numer.* 20. *verſic. Tertio*, Ambroſin. *de immun. Eccleſ. capit.* 22. *num.* 9. *verſic. Sed advertendum, ad medium*, Azevedo, *l.* 1. *numer.* 2. *tit.* 4. *lib.* 1. *recopil.* Carol. de Graſ. *de effect. Cleric. effect.* 1. *numer.* 87. Vela *diſſert.* 45. *numer.* 9. *tom.* 2. Suarez *de immunit. Eccleſ. libr.* 4. *capit.* 28. *numer.* 5. Fajardus *allegat.* 5. *nnmer.* 14. *verſic. Similiter.*

Sed alii verius docent, quod Clericus in mino- 57
ribus ſivè ſolutus, ſivè conjugatus portans arma gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, quia per delationem armorum non perditur fori Eccleſiaſtici privilegium, Thoro *in comp. deciſ. part.* 3. *ſect.* 3. *verbo remiſſio petita, col.* 2. *in fine, verſic. Neque, fol.* 63. Azor. *inſt. moral. tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 13. *quæſt.* 16. *verſic. Si iterum roges*, Carena *reſol.* 11. Si habitum clericalem, & tonſuram deferat, habeat alia requiſita, Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 46. *num.* 26. *in fin.* Caſt. Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 12. *diſp. unic. punc.* 3. *num.* 6. Thom. del Bene *de immon. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 2. *à num.* 18.

Et an clericus conjugatus, qui in ſtudio degit 58
approbato, de licentia ſui Prælati, gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, etiam ſi Eccleſiæ miniſterio deputatus non ſit, ſi cætera habeat requiſita? Reſp. quod non, ſed merè laicus judicandus eſt, in eoque judex ſæcularis habet juriſdictionem, ſicut in cæteris laicis, quia Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 23. *de reform. capit.* 6. ſolis Clericis ſolutis, & non conjugatis permiſit, ut ſi in Schola, vel Seminario eſſent, foro Eccleſiaſtico gauderent, in Clericis verò conjugatis nihil de hac qualitate fuit actum, ergo non erit extendenda, ita Eſcobar. *de Pontif. & Reg. juriſdict. in ſtud. gener. capitul.* 33. *numero* 6. ſequitur Pereyra *de Academia, n.* 389. *verſ. Nobis autem.*

---

## *ARGUMENTUM.*

## An Religioſus Profeſſus in quacumque Religione approbata à Summo Pontifice gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici.

### *SUMMARIUM.*

1 *Religioſus profeſſus in quacumque Religione approbata à Summo Pontifice gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici.*

2 *Privilegio canonis gaudens, debet gaudere privilegio fori Eccleſiaſtici.*

3 *Privilegium canonis facilius amittitur, quàm privilegium fori Eccleſiaſtici.*

4 *Religioſus profeſsus in quacumque religione approbata à Summo Pontifice gaudet privilegio canonis ſi quis ſuadente diabolo* 17. *quæſt.* 4.

5 *Religioſus profeſsus ſimilis eſt clerico in ſacris conſtituto.*

6 *Religioſus profeſsus in religione à Summo Pontifice approbata immunis eſt à gabellis, datiis, & tributis.*

7 *Religioſus profeſsus in Religione approbata à Summo Pontifice, ſive ſit mas, ſive fœmina, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici.*

8 *Monialis profeſsa in Religione approbata à Summo Pontifice gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, num.* 8. *& gaudet privilegio canonis ſi quis ſuadente diabolo* 17. *quæſt.* 4. *num.* 9. *&* 10. *& eſt immunis à gabellis, datiis, & tributis, num.* 11.

12 *Religioſus profeſsus in Religione approbata à Summo Pontifice, ſive ſit converſus, vulgò*

*Frayle*

*Frayle lego, ſivè monialis ſit converſa, vulgo Monia lega, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, num. 12. & privilegio canonis, num. 13. & eſt immunis à gabellis, & tributis, num. 14.*

15 *Novitius, & novitia an gaudeat privilegiis canonis, & fori Eccleſiaſtici, & ſit immunis à gabellis, & tributis, num. 15. 16. 17. 18. 19. 20. & 21. ſed vide num. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. & 34.*

35 *Novitius poteſt condere teſtamentum nu. 35. amplia num. 36. 37. 38. & 39. ſi eſt ſui juris, ſecus ſi ſit filius familias, num. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. & 51.*

41 *Filiusfamilias non poteſt condere teſtamentum, etiam de conſenſu patris numer. 40. uſque ad numer. 51.*

42 *Novitius filiusfamilias durante novitiatu eſt in poteſtate patris.*

43 *Patria poteſtas diſſolvitur per profeſſionem in aliqua Religione approbata à Summo Pontifice, & non per ingreſſum Religionis.*

52 *Novitius ſui juris diſponens de bonis ſuis via teſtamenti tenetur in hac diſpoſitione ſervare ſolemnitates à jure requiſitas.*

53 *Novitio durante novitiatu ab inteſtato decedente, quis ſuccedat, an venientes ab inteſtato, an Monaſterium.*

54 *Donati religionum, an gaudeant privilegiis canonis, fori Eccleſiaſtici, & exemptionis gabellarum, numer. 54. 55. 56. 57. 58. 59. & 60.*

61 *Eremitæ an gaudeant privilegiis canonis, fori Eccleſiaſtici, & exemptionis gabellarum.*

62 *Tertiarii fratres, & ſorores Sancti Dominici, Sancti Franciſci, aut alterius cujuſcumque Religionis an gaudeant privilegiis canonis, fori Eccleſiaſtici, & exemptionis gabellarum.*

63 *Beatæ an gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici.*

64 *Jeſuati fratres an gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici.*

65 *Pœnitentes pœnitentiis ſolemnibus an gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici.*

## DECISIO CXXXVII.

1 Religioſus profeſſus in quacumque Religione approbata à Summo Pontifice juxta ſanctionem *tex. in cap. fin. de Relig. Domib.* eſt perſona Eccleſiaſtica, gaudetque privilegio fori Eccleſiaſtici, adeo quod nec civiliter, nec criminaliter poteſt conveniri coram judice ſæculari, nec coram judice Eccleſiaſtico ordinario, ſed coram ſuo Prælato Religionis. Et quod non poſſit conveniri coram Judice ſæculari, notat omnes Doctores *in cap. 2. de foro comp. & in can. ſi quis ſuadente diabolo 17. quæſt. 4.* Socin. *in cap. 1. n. 10. de foro comp.* Vaſq. *lib. 3. contr. Illuſt. cap. 105. n. 51.* Guido Papa *dec. 559.* Jul. Clar. *§. fin. quæſt. 35. n. 15.* Bolannos *in Cur. Philip. tom. 1. par. 3. §. 1. num. 12. in fine*, Cenedo *collect. ad decretal. 87. num. 4. & collect. 121. num. 1.* Decian. *tract. crim. par. 1. lib. 4. cap. 9. num. 29.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu 1. num. 108.* Gambacurta *de imm. Eccleſ. lib. 7. cap. 12. num. 2.* Caracciol. *de foro privil. in prologo, num. 54. 55. & 56.* Farinac. *in prax. par. 1. quæſt. 8. num. 46. ampliat. 20.* Ambroſin. *de imm. Eccleſ. cap. 22. num. 10.* Maſcard. *de gener. ſtat. inter. concluſ. 1. num. 126.* Burgius *de modo proced. ex abrup. quæſt. 65. num. 56.* Suarez *in defen. fid. lib. 4. cap. 10. in fin. & cap. 11. & 12. tom. 5. de cenſur. diſp. 22. ſect. 1. à num. 19.* Lezana *in ſum. quæſt. regul. tom. 1. cap. 3. num. 8. & tom. 2. cap. 8. num. 7. & tom. 3. verbo Clericus, num. 22. & 32. & verbo exemptio regularium, numer. 15.* alios addunt Caſt. Palaus *in oper. mor. par. 1. tract. 12. diſp. unica, punc. 2. numer. 10. in prin.* Suelves *conſ. 19. num. 1. lib. 1.* Jul. Chartar. *dec. 58. numer. 4.* Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom. 1. cap. 1. dub. 9. num. 2. & cap. 4. dub. 1. numer. 3. & dub. 13. à numer. 1. ad 5.* Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 40.* plures cumulat Carleval. *de jud. lib. 1. diſp. 2. num. 405.* & quod non poſſit conveniri coram judice Eccleſiaſtico ordinario hodie eſt indubitatum ex Summorum Pontificum privilegiis, ut pluribus citatis tradit Barboſa *de poteſt. Epiſ. par. 3. allegat. 105. numer. 3. cum ſeq. qui num. 11. & 12.* refert exemptiones per Summos Pontifices diverſis religionibus conceſſas, *& de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 43. num. 119. & lib. 2. cap. 12. num. 23. & 24. qui à num. 25. ad 53.* tranſcripſit exemptiones diverſis Religionibus conceſſas per Summos Pontifices, idem tradit Tamburin. *de jure Abbat. tom. 1. diſp. 15. quæſt. 4.* & ex eo Lezana *in ſum. quæſt. regul. tom. 3. verbo Exemptio regularium, num. 4.* quibus addo Villalobos *in ſum. mor. par. 2. tract. 35. dif. 4. nu. 1.* dixi *ex Summorum Pontificum privilegiis*, licèt olim de jure communi omnes regulares erant Epiſcopis ſubjecti, ut pluribus juribus, & Doctoribus citatis docent Barboſa *de poteſt. Epiſ. par. 3. alleg. 105. num. 1. & 2. & in can. primo 16. quæſt. 1. numer. 1. & in can. Monaſteria 18. quæſt. 2. numer. 1. & de jure Eccleſ. univer. lib. 2. cap. 12. num. 21. & 22.* Ciarlin. *contr. foren. lib. 1. cap. 50. numer. 16.* Lezana *in ſum. quæſt. reg. tom. 3. verbo exemptio regularium, num. 3.* Fermoſin *in cap. novit. 13. quæſt. 51. num. 10. & videndus à num. 1. ad 19. de judiciis.*

Tum quia, qui gaudet privilegio canonis, debet gaudere privilegio fori Eccleſiaſtici, Suarez *contra Reg. Angliæ, lib. 4. cap. 29. num. 7.* Layman *in Theolog. mor. lib. 4. tract. 9. cap. 7. 1.* Diana *reſol. mor. par. 1. tract. 2. reſol. 72. & par. 6. tract. 8. & miſcel. 3. reſol. 7. & in coordin. par. 9. tract. 2. reſol. 163. num. 4. in fine, & reſolut. 169. num. 2. verſic. Facit etiam*, Sperell. *deciſ. 2. numer. 102. lib. 1.* Marchin. *in reſol. pro ordinib. militar. art. 4. num. 37.* Carleval. *de judic. lib. 1. diſp. 2. num. 406.* Thom. del Bene *de immun. Eccl. tom. 1. cap. 1. dub. 9. numer. 7. & dub. 11. num. 15. verſ. confirmatur, & cap. 4. dub. 13. n. 4.* 2

Ex quo † facilius amittitur privilegium, canonis, quam privilegium fori, Sylveſter *in ſum. verbo Excommunicatio 6. num. 4.* Boſſius *in praxi crim. tit. de foro comp. num. 129.* Roland. *conſ. 4. num. 29. & 30. lib. 1.* Pet. Barboſa *in l. ſi quis poſteaquam 7. numer. 224. ff. de jud.* Bellet. *diſquiſ. Cler. titul. de favore clericor. con. §. 2. num. 44.* Carleval. *de judic. lib. 1. diſp. 2. num. 406. poſt princ.* Sperel. *deciſ. 126. num. 69. lib. 2.* Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 2. dub. 4. ſect. 3. num. 22. 23. & 24. & cap. 4. dub. 9. num. 2. & 3. & cap. 12. dub. 17.* Don. Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſd. quæſt. 73. num. 26. & 27.* 3

Sed Religioſus profeſſus in quacumque Religione approbata à Summo Pontifice gaudet privilegio canonis, *ſi quis ſuadente diabolo 17. quæſt. 4.* ut eum percutiens ſit excommunicatus excommunicatione Papæ reſervata, *ut probat idem textus, verbo Monachum, & colligitur ex cap. cum illorum 32. de ſent. excom.* & docent Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu 9. num. 68.* Bellet. *diſq. Cleric. par. 1. tit. de favore Clerip. canon. §. 1. à num. 35.* Lezana *in ſum. quæſt. Reg. tom. 1. cap. 3. num. 36. & tom. 3. verbo Clericus, num. 6.* Sperell. *deciſ. 21. num. 16. lib. 1.* Squillante *de privileg. Cler. cap. 6. num. 27.* Caſt. Palaus *in oper. mor. par. 6. tract. 29. diſp. 3. punct. 23. §. 1. numer. 13.* Villalobos *in ſum. mor. par. 1. tract. 17. diff. 22. numer. 15.* alios plures addit Barboſa *in can. ſi quis ſuadente diabolo 17. quæſt. 4. num. 21. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 1. num. 16.* Etiam ſi ſit bigamus, Squillante *de privil. cler. cap. 6. numer. 28.* Caſt. Palaus *in oper. mor. par. 6. tract. 29. diſp. 3. punct. 23. num. 13. verſ. Neque*, Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 1. num. 19.* Lezana *in ſum. quæſt. regul. tom. 3. verbo Clericus, num. 6. verſ. Nullo jure*, Diana *reſol. mor. par. 9. tract. 4. reſol. 6. & in coordinat. par. 5. tract. 2. reſol. 43. num. 4. in fine*, & etiam ſi habitum dimittat, nam per ſolam dimiſſionem habitus non perditur privilegium canonis, Lezana *in ſum. quæſt. reg. tom. 3. verbo Clericus, numer. 6. verſ. Idem dico*, Diana *reſol. moral. par. 1. tract. 2. reſ. 130. aliàs 129. in princ. & par. 9. tract. 4. reſol. 6.* 4

*reſol.* 6. *in fine*, & *reſol.* 12. *in prin.* & *in coordin.* *par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 39. *num.* 1. & *reſol.* 43. *num.* 4. *in fine*, & *par.* 9. *tract.* 1. *reſol.* 162. *num.* 1. Julius Chartar. *deciſ.* 58. *num.* 17. 18. & 19. ergo &c. ita Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 13. *num.* 4.

5 Tum quia Religioſus profeſſus ſimilis eſt clerico in ſacris conſtituto quoad privilegium fori, cùm uterque ab eo ſtatu recedere non poſſit, Novar. Rodigruez, Sylveſter, Scaccia, quos citat Diana *reſol. mor. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 130. *alias* 129. *verſ. Suppono ſecundò*, & *in coordin. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 102. *numer.* 2. Lezana *in ſum. quæſt. regul. tom.* 3. *verbo Clericus*, *numer.* 32. & *verbo gabella quoad regulares*, *num.* 7. *verſic. Accedit etiam.* Sed clericus in ſacris conſtitutus gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ut ſupra dictum eſt, *deciſ.* 125. *num.* 8. 9. & 10. ergo & Religioſus profeſſus.

Ratio autem quare Summi Pontifices exemerunt regulares à juriſdictione judicis Eccleſiaſtici ordinarii tradit Villalobos *in ſum. mor. par.* 2. *tract.* 35. *dif.* 4. *num.* 3.

6 Eſt etiam Religioſus profeſſus in religione à Summo Pontifice approbata immunis à gabellis, collectis, & tributis, tam perſonalibus, quàm realibus, idemque apud omnes Authores eſſe ſine controverſia teſtatur Balmaſeda *de collect. quæſt.* 22. *num.* 2. & 7. latè Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 1. *dub.* 9. *à numer.* 1. Lezana *in ſum. quæſt. regul. verbo gabella quoad regulares*, *numer.* 5. Villalobos *in ſum. par.* 2. *tract.* 8. *dif.* 14. *nu.* 8. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 5. *num.* 23.

7 Et ſic Religioſus profeſſus in Religione approbata à Summo Pontifice, ſivè ſit mas, ſivè fœmina, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, Caſt. Palaus *in oper. mor. par.* 2. *tract.* 12. *diſp. unic. punct.* 2. *num.* 10. *in princ.* Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſp.* 2. *numer.* 411. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 13. *num.* 1. & 2. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 40. Gambacurta *de immunit. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 12. *num.* 1.

8 Atque ita monialis profeſſa in Religione approbata gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, pro ut gaudent cæteræ perſonæ Eccleſiaſticę. Tum quia monialis profeſſa eſt perſona Eccleſiaſtica, *cap. de monialibus* 33. *de ſenten. excom.* Flores de Mena *lib.* 1. *var. quæſt.* 10. *num.* 7. Garcia *de benef. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 12. Tum quia monialis eſt in poteſtate Monaſterii, in quo eſt profeſſa, *can. non dicat* 11. *quæſt.* 1. *cap. cùm ad Monaſterium*, *de ſtatu monac.* Tum quia monialis facit vota ſubſtantialia, ſicut cæteri Religioſi, Decius *in cap. tuarum*, *num.* 40. *de privileg.* Tum quia Religioſorum appellatione in favorabilibus veniunt moniales, quoad ea, quæ ſunt reſpectivè ad ſexum proportionabilia, Suarez *tom.* 4. *de Relig. lib.* 1. *de variet. relig. cap.* 12. Lezana *in ſum. quæſt. regul. tom.* 1. *cap.* 26. *num.* 1. Barboſa *appellat.* 155. *num.* 4. ſic docent Decian. *tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 31. ad quem ſe refert Farinac. *in prax. crim. par.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 46. *Ampliat.* 20. Maſcard. *de gener. ſtat. inter. concluſ.* 1. *num.* 126. Gambacurta *de imm. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 2. *verſic. Sub quo*, Thoro *in compend. deciſ. par.* 3. *ſect.* 2. *verbo monialis*, *col.* 4. *ibi: hinc eſt*, *fol.* 103. Mendo *de ordin. militar. diſquiſit.* 14. *num.* 43. & 44. ubi ſecus dicit de puellis ſecularibus, quæ intra Monaſteria educantur, Pellizzarius *in tract. de monialibus*, *cap.* 9. *num.* 6. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 40. alios addit, & tribus rationibus probat Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *à num.* 97. *ad* 102. & ſenſit Cancellarius Cathaloniæ in deciſione, quam refero *deciſ.* 8. *num.* 104. *par.* 1.

9 Et gaudet privilegio canonis *ſi quis ſuadente diabolo* 17. *quæſt.* 4. ut eam percutiens ſit excommunicatus excommunicatione Papæ reſervata, Abbas *in cap. de monial.* 33. *n.* 2. *de ſent. excom.* Decian. *tract. crim. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 17. *nu.* 12. & 13. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 9. *num.* 73. Suarez *de cenſur. diſp.* 12. *ſect.* 1. *num.* 19. Sperell. *deciſ.* 45. *num.* 59. & 60. *lib.* 1. Machado *en ſu perfetto Confeſſor. tom.* 1. *lib.* 5. *par.* 2. *tract.* 6. *document.* 2. *num.* 1. Barboſa *de jure Eccleſ. univ.* 1. *cap.* 39. §. 1. *num.* 16. Mendo *de ordin. milit. diſquiſit.* 14. *num.* 44. *verſic. Gaudent etiam*, Pellizzarius *in tract. de monialibus cap.* 9. *num.* 12. Niſi
monialis † percutiat monialem; nam, etſi incidat in 10
excommunicationem, abſolvi poteſt ab Epiſcopo,
in cujus Diœceſi eſt ſitum Monaſterium, *cap. de*
*monialibus* 33. *de ſent. excom.* Idemque † eſt in mu- 11
liere cujuſcumque conditionis ſit, etiam divite, &
ſui juris, & apta ad conficiendum iter, quæ, etſi incidat in excommunicationem propter violentam manus injectionem in clericum, poteſt ab Epiſcopo abſolvi, *cap. mulieris* 6. *cap. ea noſcitur* 13. *cap. quamvis* 58. *de ſent. excom.* Sylveſter *in ſum. verbo abſolutio* 4. *numer.* 3. Rodriguez *in ſum. tom.* 1. *cap.* 80. *num.* 17. Tiraquel. *de lege connub. l.* 10. *num.* 33. Bonacina *de cenſur. diſſ.* 2. *quæſt.* 4. *punc.* 5. *numer.* 3. *verſic. Quintus*, & *verſic. Sextus*, Suarez *de cenſur. diſp.* 21. *ſex.* 1. *num.* 63. Bellet. *diſq. Cler. par.* 1. *titul. de favore Cler. canon.* §. 3. *n.* 4. & 17. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu.* 9. *numer.* 159. Diana *reſol. moral. par.* 9. *tract.* 4. *reſol.* 54. & 59. & *in coordinat. par.* 5. *tract.* 2. *reſol.* 69. *num.* 1. & *reſol.* 73. *num.* 2. Villalobos *in ſum. par.* 1. *tract.* 17. *dif.* 23. *nu.* 7. Caſt. Palaus *in oper. mor. par.* 9. *tract.* 26. *diſp.* 3. *punc.* 23. §. 4. *num.* 7. Barboſa *in cap. mulieres* 6. *num.* 1. & 2. *in cap. ea noſcitur* 13. *num.* 2. & *in cap. de monialibus* 35. *num.* 1. 2. & 3. *in cap. quamvis* 58. *numer.* 2. *de ſenten. excom.* & *in can. ſi quis ſuadente diabolo* 17. *quæſt.* 4. *num.* 86. & 95. & *de jure Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 1. *num.* 94. & 96. Et eſt monialis immunis à gabellis, collectis, & tributis, Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 5. *num.* 23. Pellizzarius *in tract. de monial. cap.* 9. *num.* 15.

Sive Religioſus profeſſus in Religione approbata 12
à Summo Pontifice ſit converſus, vulgo frayle lego,
ſivè monialis ſit converſa, vulgo monialis lega, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, quia Religioſus converſus eſt verè religioſus, & perſona Eccleſiaſtica, *cap. ex eo* 32. §. *in Eccleſiis*, *gloſ. verbo electionibus*, *in fine de elect. in* 6. eo quod tria vota caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ emittit, & ideo converſus dicitur frater laicus, non quod perſona Eccleſiaſtica, & religioſa non ſit, qualis re vera eſt, cùm ſit in Religione approbata à Papa, ſed quia ordinibus caret, & Clericus non ſit, ſicut alii monachi, & Religioſi, ita Socin. *in cap.* 1. *nu.* 10. *de foro comp.* Bellug. *in ſpec. Princip. rubr.* 11. §. *videndum*, *num.* 6. *verſic. Item*, Decian. *tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *capit.* 9. *numer.* 28. ad quem ſe refert Farinac. *in praxi*, *par.* 1. *quæſt.* 8. *numer.* 46. *Ampliat.* 20. Eugen. *conſ.* 26. *nu.* 10. Burgius *de modo proced. ex abrup. quæſt.* 65. *num.* 74. & 75. Vaſq. *controver. illuſt. cap.* 105. *num.* 51. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 2. *nu.* 96. Caracciol. *de foro privil. in proœm. num.* 56. Maſcard. *de gener. ſtat. interpr. concluſ.* 1. *num.* 126. Lezana *in ſum. quæſt. regul. tom.* 2. *cap.* 8. *num.* 7. & *remiſſivè tom.* 3. *verbo Clericus*, *numer.* 23. Novar. *de elect. fori*, *ſect.* 3. *quæſt.* 65. & *ad prag. Reg. Neapol. in rubr. collect.* 1. *nu.* 3. *de Eccleſ. perſon.* Miranda *in man. Prelat. tom.* 1. *quæſt.* 29. *art.* 1. *concluſ.* 1. Peregrin. *var. lib.* 6. *num.* 70. Pereyra *de man. Reg. part.* 2. *cap.* 47. *num.* 1. *verſic. Unde*, Caſt. Palaus *in oper. mor. par.* 2. *tract.* 12. *diſp. unica*, *punct.* 2. *num.* 10. *in prin.* Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 4. *dub.* 13. *à num.* 1. *ad* 5. Fermoſin. *in cap.* 2. *quæſt.* 15. *numer.* 4. & 5. *de foro compet.* Barboſa *de poteſt. Epiſcop. par.* 2. *alleg.* 12. *num.* 38. & *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 40. & *cap.* 43. *num.* 3. & 4. & *appel.* 154. *numer.* 3. & *appell.* 233. *nu.* 15. & *in cap. Parochianos*, *num.* 2. *in fine de ſenten. excom.* Ambroſin. *de imm. Eccleſ. cap.* 22. *num.* 12. Jul. Chartar. *deciſ.* 58. *numer.* 7. Et gau- 13
det hujuſmodi Religioſus converſus, & monialis converſa privilegio canonis *ſi quis ſuadente diabolo* 17. *quæſt.* 4. ita ut eum percutiens incurrit illius excommunicationem, *cap. non dubium* 5. *cap. Parochianos* 9. *de ſenten. excom. in* 6. Navarrus *in manual. cap.* 22. *num.* 79. Additio ad Jul. Clar. §. *fin. quæſt.* 77.

quæſt. 77. littera A, poſt. princ. Decian. tract. crimin.
part. 2. lib. 6. cap. 17. num. 10. Suarez de cenſur. diſp.
22. ſect. 1. à num. 19. Bonacina de cenſur. diſp. 2. quæſt.
4. punc. 1. numer. 6. Miranda quæſt. regul. tom. 1. quæſt.
29. art. 2. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect. 9. nu-
mer. 70. Molina de juſt. & jure, tom. 3. diſp. 50. num.
4. Rodoer. ad Marinis lib. 1. reſol. jur. cap. 111. num.
23. Caſt. Palaus in oper. moral. part. 6. tract. 29. diſp.
3. quæſt. 23. §. 1. num. 13. Lezana in ſum. quæſt. regul.
tom. 1. cap. 3. num. 16. & tom. 3. verbo Clericus, num.
6. Caſtillo controverſ. libr. 5. capit. 81. verſic. Deinde
& quarto loco, ibi: Nec diſſentit, Fermoſin. in cap. 2.
quæſt. 15. num. 4. de foro compet. Garcia de benef. part.
1. cap. 4. num. 11. Sperell. deciſ. 21. num. 17. & deciſ.
45. num. 61. lib. 1. Ciarlin. controv. forenſ. lib. 2. cap.
195. n. 36. & 37. Barboſa in cap. non dubium, num. 3.
& 4. & in cap. Parochianos, numer. 2. de ſentent. ex-
comm. & de poteſt. Epiſc. part. 2. alleg. 12. n. 38. verſ.
Sic etiam, & in can. ſi quis ſuadente diabolo 17. quæſt.
4. numer. 33. de jure Eccleſ. univ. libr. 1. cap. 39. §. 1.
num. 20. Mendo de ord. militar. diſquiſit. 14. num. 44.
14 verſ. Gaudent etiam. Et eſt immunis à gabellis, colle-
ctis, & tributis, Flores de Mena lib. 2. variar. quæſt.
21. num. 194. & 195. Fermoſin. in capit. Eccleſia San-
ctæ Mariæ 10. quæſt. 9. num. 28. de conſtit. & in cap. 2.
quæſt. 15. num. 4. de foro compet. Barboſa de poteſt. Epiſc.
part. 2. allegat. 12. num. 38. & in cap. adverſus 7. num.
9. de immun. Eccleſ. & de jure Eccleſ. univerſ. libr. 1.
cap. 39. §. 5. num. 23.
15 Sed utrum Novitius, & Novitia gaudeat privile-
gio canonis, fori Eccleſiaſtici, & ſit immunis à ga-
bellis, collectis, & tributis? Videtur dicendum
16 quod non. Quia novitius † ante profeſſionem non
appellatur Monachus, capit. porrectum, de regul. trib.
Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 8. num. 34. Spe-
rell. plures citat deciſ. 16. numer. 2. lib. 1. Barboſa ap-
17 pellat. 134. num. 24. Nec eſt † verè, & propriè Reli-
gioſus, cap. Religioſo, §. quamvis, de ſentent. excomm.
in 6. cap. ad apoſtolicam 16. de regul. capit. non ſolùm,
capit. conſtitut. de regular. in 6. Honded. conſ. 94. à n.
5. Magon. deciſ. 141. à num. 1. Tiraquel. de retract. li-
gnag. §. 1. gloſſ. 8. n. 28. Paſchal. de paſ. poteſt. part. 1.
cap. 3. num. 81. & 82. Surd. deciſ. 203. Sperell. deciſ.
16. num. 5. & deciſ. 21. num. 18. lib. 1. Guttier. canoni-
car. lib. 2. cap. 1. num. 107. & de gabel. quæſt. 95. num.
32. Barboſa in cap. Religioſo, numer. 5. de ſentent. ex-
comm. in 6. Cutel. de immun. Eccleſ. libr. 1. quæſt. 38.
18 num. 7. Et novitia non dicitur monialis, Bald. conſ.
199. in fine, libr. 5. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1.
gloſſ. 8. numer. 28. in fine, Guttier. de gabel. quæſt. 95.
numer. 33. Sperell. deciſ. 16. num. 4. libr. 1. Deindeque
19 † habetur ac ſi novitius, & novitia eſſet ſecularis,
Mantica deciſ. 295. num. 3. Molina de hiſp. primog. lib.
2. cap. 9. num. 52. Guttier. de gabel. quæſt. 95. num. 34.
& canonicar. lib. 2. quæſt. 1. num. 107. Giurba conſ. 15.
num. 8. Sperell. deciſ. 16. num. 4. lib. 1. Marinis reſol.
jur. lib. 2. cap. 150. num. 4. & 9. Barboſa appel. 34. nu-
mer. 25. Ripoll. var. reſol. cap. 13. numer. 17. & 438.
20 Cancer. part. 2. var. reſol. cap. 1. num. 118. Ob idque
retinet omnia bona ſua, & beneficia Eccleſiaſtica,
cap. beneficium 4. de regul. in 6. Carol. de Graſ. de ef-
fect. Cleric. effectu 4. numer. 30. Tiraquel. de retract.
lign. §. 1. gloſſ. 8. numer. 28. Guttier. de gabel. quæſt. 95.
num. 30. Menochius de arbitr. jud. caſu 436. num. 15.
Azor. inſtit. moral. tom. 1. lib. 12. cap. 2. quæſt. 1. Gar-
cia de benef. part. 11. capit. 9. à num. 1. Sanchez in de-
cal. tom. 2. lib. 7. cap. 4. à num. 1. Caſt. Palaus in oper.
moral. part. 2. tract. 13. diſp. 6. punct. 7. numer. 3. fol.
327. Barboſa in cap. beneficium 4. numer. 1. & 3. & de
jure Eccleſ. univ. lib. 3. cap. 14. numer. 3. Solorzan. de
jure Indiar. tom. 2. libr. 2. cap. 27. numer. 15. Cancer.
21 part. 2. var. cap. 1. n. 118. Et habet velle, † ac nol-
le, & teſtamenti factionem, Tiraquel. & alii infra,
num. 35. Ex quibus, & aliis latè traditis in materia
retractus per Tiraquel. de retract. lign. §. 1. gloſſ. 8. à
num. 28. hanc ſententiam in terminis canonis, & fo-
ri Eccleſiaſtici tenent Innocent. & Abbas, quos ci-
tat, ſed non ſequitur Spin. in ſpecul. teſtam. gloſſ. 12.
num. 60. Et in terminis gabellarum, collectarum, &
tributorum, Laxarte de decima, vend. cap. 19. num.
50. Guttier. de gabel. quæſt. 95. à numer. 22. ad 37. Ro-
driquez quæſt. regul. tom. 3. quæſt. 74. art. 9. vel ſaltem
hoc pendere ex futura profeſſione, Parlador. rer. quo-
tid. lib. 1. cap. §. 1. num. 21. Cutel. de immun. Eccleſ.
libr. 2. quæſt. 38. & alii, quos referunt, ſed non ſe-
quuntur Thom. del Bene, Caſtr. Palaus, Diana,
Barboſa, Balmaſeda locis citandis, num. 3.
Sed veritas eſt, quod novitius, & novitia in Reli- 22
gione approbata à Summo Pontifice gaudet privilegio
fori Eccleſiaſtici, ut neque civiliter, neque crimi-
naliter poſſit conveniri coram judice ſeculari, neque
coram judice Eccleſiaſtico, ordinario, ſed coram
Prælato Religionis. Tum quia † licèt novitius non 23
veniat appellatione Religioſorum, neque verè, ne-
que propriè Religioſus dici poſſit, ut ſupra, à num. 15.
hoc procedit in odioſis, ut latè probat Barboſa ap-
pell. 124. à num. 2. ſecus in favorabilibus, nam tunc
novitius venit appellatione Religioſorum, gloſſ. ver-
bo Religioſus, in clement. 1. ubi Barboſa num. 8. de elect.
ubi trahit eum textum loquentem de Religioſo, ad
novitium, per textum, in capit. nullus, de elect. in 6.
idem Barboſa pluribus citatis appell. 124. numer. 16.
Sperell. deciſ. 16. numer. 41. lib. 1. Diana reſol. moral.
part. 3. tract. 2. reſol. 73. & in coordinat. part. 7. tract.
1. reſol. 164. n. 2. verſ. Quia Licèt, Lezana in ſumm.
quæſt. regul. tom. 1. cap. 3. ſub num. 16. & tom. 4. verbo
novitii, num. 36. verſ. Ratio eſt, Farinac. in praxi,
part. 1. quæſt. 8. n. 45. ampl. 16. Bovad. in polit. lib. 2.
cap. 18. num. 85. verſ. Lo qual, gloſſ. littera B, in fin.
Coſta de retrotract. cap. 9. caſu 3. num. 24. Giurba con-
ſil. 15. num. 8. verſic. Præſertim, Rodriquez quæſt. re-
gul. tom. 1. quæſt. 2. art. 12. Cenedo canonicar. quæſt. 4.
numer. 41. Caſt. Palaus in oper. mor. part. 2. tract. 12.
diſp. unica, punct. 2. num. 10. verſ. Secundo, Villalobos
in ſumm. mor. part. 2. tract. 8. diff. 14. num. 8. Fermo-
ſin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ 10. quæſt. 9. numer.
19. de conſtitut. & in cap. 2. quæſt. 15. numer. 12. de fo-
ro compet. Mendo de ord. militar. diſquiſit. 3. ſub
num. 65. Reg. Mattheu de regim. Reg. Valen. cap. 7. §. 24
4. numer. 64. verſic. Quoad novitios. Tum quia Novi-
tius licèt non ligetur caſibus in Religione ab Abba-
te, vel aliis Superioribus reſervatis, cùm ſimus in
odioſis, Barboſa pluribus laudatis in cap. Religioſo, §.
quamvis, num. 6. de ſentent. excomm. in 6. & appellat.
124. numer. 26. cum ſeqq. Lezana in ſumm. quæſt. regul.
tom. 4. verbo Novitii, numer. 44. Tamen gaudet gra-
tiis, & privilegiis conceſſis Religioſis profeſſis, quia
ſumus in favorabilibus, ut pluribus probant Barbo-
ſa in capit. Religioſo, §. quamvis, num. 6. verſ. Gra-
tiis enim, de ſentent. excomm. in 6. & appell. 233. num.
20. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 17. ſub 71. Caſtr.
Palaus in oper. moral. part. 3. tract. 16. diſp. 1. punct.
11. à numer. Diana reſol. moral. part. 3. tract. 2. reſo-
lut. 73. & in coordinat. part. 7. tract. 1. reſol. 164. Le-
zana in ſumm. quæſt. regul. tom. 4. verbo Novitii, num.
36. Sperell. deciſ. 16. num. 37. lib. 1. Solorzanus de jur.
indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 27. num. 15. verſ. Quamvis.
Tum quia † Novitius ſimilis eſt clerico in minori- 25
bus, cùm uterque ſtatum, quem habet, deſerere
poſſit, Lezana in ſumm. quæſt. regul. tom. 3. verbo Cle-
ricus, numer. 32. de Clerico in minoribus dixi deciſ.
127. num. 2. de Novitio, probant jura in cap. conſulti
20. cap. ſtatuimus 23. de regular. & docent pluribus
citatis Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 42. nu-
mer. 171. de poteſt. Epiſcop. part. 3. allegat. 102. num.
35. & in cap. conſulti 20. num. 1. & 2. & in cap. ſtatui-
mus 23. num. 1. & 2. de regular. Giurba conſil. 15. num.
10. Caſt. Palaus in oper. moral. part. 3. tract. 16. diſp. 1.
punc. 10. num. 1. & ſicut Clericus in minoribus habens
requiſita Sacri Concilii Tridentini gaudet privilegio
fori, cùm ſit in via ad majores ordines, ut dixi
deciſ. 127. numer. 1. ita novitius debet gaudere privi-
legio fori Eccleſiaſtici, cùm ſit in via ad profeſſio-
nem Religionis, ita Caſt. Palaus in oper. moral. part.
3. tract. 16. diſp. 1. punc. 11. numer. 1. Thom. del Bene
de immunit. Eccleſ. tom. 1. capit. 4. dub. 13. numer. 5.
Tum quia † Novitius, quamvis dici nequeat Reli- 26
gioſus, tamen validè reputatur perſona Eccleſiaſtica,

can. duo ſunt 12. quæſt. 1. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 8. num. 25. verſic. Sed & perſona, Belluga in ſpec. Princip. rub. 11. §. videndum, num. 5. in fine, verſ. Et ſimili modo, Guttier. de gabel. quæſt. 95. 23. Barboſa de poteſt. Epiſc. part. 2. alleg. 12. num. 37. Riccius deciſ. 121. num. 2. part. 2. Diana reſol. moral. part. 1. tract. 2. reſol. 38. alias 35. & part. 6. tract. 8. & miſcel. 3. reſolut. 8. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſol. 163. & 263. ſub n. 2. & 5. Caſtr. Palaus in oper. mor. part. 3. tract. 16. diſp. 1. punc. 11. num. 9. Cabal. reſol. crim. caſu 108. num. 20. Azor. inſtit. mor. part. 1. lib. 12. capit. 3. quæſt. 2. Duran. deciſ. 131. numer. 38. Gratianus diſcep. forenſ. cap. 127. numer. 33. Suelves conſ. 19. num. 2. lib. 1. Fermoſin. in cap. 2. quæſt. 15. n. 9. de foro compet. Sperell. dec. 16. num. 40. tom. 1. Cancer. part. 2. var. cap. 1. numer. 119. Giurba conſil. 15. ſub numer. 8. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 1. dub. 9. num. 5. Fontanella deciſ. 531. num. 7. &
27 8. part. 2. Maſtril. dec. 290. num. 167. lib. 3. Tum quia novitius dato quod non ſit perſona Eccleſiaſtica, non eſt omnino perſona ſæcularis, ſed quoad quædam pro Eccleſiaſtica perſona habetur, Sperell. deciſ. 16. numer. 42. lib. 1. Fermoſin. in cap. fin. quæſt. 3. numer. 2. 3. 4. & 5. de Sacrament. non iterand. & ad id, de quo agitur, Religioſus dicitur, & gaudet privilegiis Religioſorum, Sperell. deciſ. 42. numer. 39. tom. 1. Cabal. reſol. crim. caſu 108. numer. 20. Gratian. in addit. ad decim. 35. numer. 1. Decius in cap. in præſentia 8. num. 287. de probat. Maſcardus de gener. ſtat. interp. concl. 1. num. 119. Maſtril. deciſ. 290. num. 168.
28 lib. 3. Tum quia novitius † in communi acceptatione Religioſus appellatur, eaque de cauſa numeratur tanquam pars, & membrum Religionis, Gratian. deciſ. 35. num. 15. & 16. Cutel. de immun. Eccleſ. lib. 2. quæſt. 38. numer. 1. poſt alios Caſt. Palaus in oper. moral. part. 3. tract. 16. diſp. 1. punct. 11. num. 1. Tum denique, quia qui gaudet privilegio canonis, gaudere debet privilegio fori Eccleſiaſtici, ut ſupra num. 2. Sed novitius gaudet privilegio canonis, ut infra, num. 31. ergo novitius gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici.

29 Per quas, & alias rationes, quod novitius, ſeu novitia in Religione approbata a Summo Pontifice gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, tàm in civilibus, quàm in criminalibus, ut dixi num. 22. ſic docent Archidiac. Geminian. Joan. Andr. & Franch. in cap. beneficium, de regularib. in 6. Decius in cap. in præſentia 8. n. 287. de probat. Hoſtienſ. in cap. ſtatuimus, col. 2. de regul. Jaſon. in authent. ſi qua mulier, numer. 59. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. cum quædam puella, num. 13. verſ. Et quod dicitur in Religioſo, ff. de juriſd. omni jud. Angel. in l. 1. ff. de pœnis, per text. in l. ſtatu liber, ff. de quæſt. Paul. de Caſtro conſ. 432. col. 2. verſ. Tertio principaliter, lib. 1. Navarrus conſ. 6. numer. 4. de foro compet. Eugen. conſ. 26. 10. Marſil. ſingul. 534. ad finem, verſ. Et ſubdit. Duennas regul. 99. ampliat. 9. Tiraquel. de retract. lignang. §. 1. gloſſ. 21. num. 21. verſ. Ideoque neceſſe eſt, Belluga in ſpecul. Princip. rub. 11. §. videndum, num. 5. in fine, & num. 6. in princ. & numer. 9. verſ. Et ſit regula, Boſſius in prax. crim. tit. de foro compet. num. 127. verſ. Procedit etiam, Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 24. Farinac. in prax. part. 1. quæſt. 8. num. 45. verſ. Amplia 16. & notat ampliat. 20. Bovad. in polit. lib. 2. cap. 18. num. 86. verſ. Lo qual no procedera, Bolannos in cur. Philipp. tom. 1. part. 3. §. 1. num. 12. Scaccia de judic. lib. 1. cap. 11. num. 21. & cap. 12. num. 5. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. num. 78. Spinus in ſpec. teſtam. gloſſ. 12. n. 60. Guttier. lib. 2. canonicar. cap. 1. numer. 107. & de gabel. quæſt. 95. num. 24. & 36. verſic. Nec quippiam, Cenedo canonicar. quæſt. 4. numer. 41. & quæſt. 6. numer. 13. Deciſum in Curia Archiepiſcopali Neapolitana tradit Riccius deciſ. 123. à num. 1. & deciſ. 253. numer. 3. & 4. part. 1. & in prax. reſol. 132. tom. 3. Cabal. reſol. crim. 108. num. 20. Cavalcan. dec. 10. num. 37. & deciſ. 11. ante num. 1. lib. 5. Azor. inſt. mor. part. 1. libr. 12. cap. 3. quæſt. 2. Rodriguez quæſt. regul. 21. art. 11. & quæſt. 39. art. 4. tom. 1. & quæſt. 2. art. 10. tom. 2. & quæſt. 51. art. 12. tom. 3. Molina de juſt. & jure, tract. 2. diſp. 671. n. 2. tom. 3. Martha de juriſd. part. 4. caſu 121. num. 34. Judicatum in Cancellaria Pintiana in favorem cujuſdam novitiæ refert Cevallos de cog. per viam violent. part. 2. quæſt. 104. & com. cont. com. quæſt. 897. n. 1026. Gratian. in addit. ad deciſ. 35. num. 1. Ambroſin. de imm. Eccl. cap. 22. num. 11. Caracciol. de fori privileg. in proœm. n. 56. Gambacurta de immun. Eccleſ. lib. 7. cap. 12. n. 3. Novar. de elect. fori, ſect. 1. quæſt. 35. Maſtril. dec. 290. num. 167. lib. 3. Giurba conſ. 15. num. 8. Sarmiento ſelect. lib. 1. cap. 5. num. 9. verſ. Verum eſt, Coſta de retrotract. cap. 9. caſu 3. num. 5. Carleval. de judic. lib. 1. diſp. 2. num. 406. Julii Chartar. deciſ. 58. num. 5. & 6. Sanchez in decal. tom. 2. lib. 6. cap. 10. à num. 10. & conſ. mor. tom. 2. lib. 6. cap. 9. dub. 5. numer. 32. & 33. Tamburin. de jur. Abbat. tom. 3. diſp. 6. quæſt. 27. & 28. Sperell. deciſ. 16. numer. 14. & 15. lib. 1. Bonacina in Bul. Cœnæ diſp. 1. quæſt. 16. ſect. 1. punct. 3. num. 11. Guazin. defenſ. 20. cap. 9. num. 22. Flores de Mena lib. 2. variar. quæſt. 21. num. 198. Burgius de modo proced. ex abrup. quæſt. 65. num. 76. Maſcard. de gener. ſtat. interp. concluſ. 1. num. 119. Suarez de relig. tom. 3. lib. 5. cap. 16. num. 18. & de cenſur. diſp. 22. ſect. 1. num. 19. verſic. comprehenduntur, Caſt. Palaus in oper. moral. part. 2. tract. 12. diſp. unica, punct. 2. numer. 10. verſic. Secundo, & part. 3. tract. 16. diſp. 1. punct. 10. numer. 8. & punct. 11. numer. 6. Barboſa de poteſt. Epiſcop. part. 2. allegat. 12. num. 37. & appellat. 233. numer. 18. & in cap. non dubium 5. num. 5. de ſentent. excomm. & in cap. cum beneficium 4. num. 12. de regul. in 6. & in cap. Religioſo, §. 1. num. 6. Unde pariter, de ſentent. excomm. in 6. & de jure Eccleſ. univ. libr. 1. cap. 39. §. 2. num. 40. Machado en ſu perfeta Confeſſor. tom. 2. libr. 5. part. 1. tract. 2. document. 5. Franchis in controver. inter. Epiſcop. & regular. quæſt. 46. Lezana in ſumm. quæſt. regul. part. 1. cap. 24. num. 4. & part. 3. verbo Clericus, num. 22. verſic. Unde, & part. 4. verbo novitii, num. 34. & verbo Prælatus, regular. numer. 9. verſic. Habent etiam, Suelves conſ. 19. numer. 2. libr. 1. Villalobos in ſumm. mor. part. 2. tract. 8. reſol. 14. numer. 9. & tract. 35. diff. 16. num. 1. Fermoſin. in cap. 2. quæſt. 15. numer. 9. de foro compet. Mendo de ord. militar. diſquiſit. 2. numer. 70. & diſquiſit. 3. numer. 65. & 166. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 1. dub. 9. à num. 1. & cap. 4. dub. numer. 5. Diana reſol. mor. part. 1. tract. 2. reſolut. 38. alias 37. & part. 6. tract. 8. & miſcel. 3. reſolut. 7. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſolut. 163. & 263. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti de compet. juriſdict. 2. quæſt. 75. à numer. 22. cum ſeqq.

Quod procedit, etiam ſi novitius habitum dimit- 30
tat, & ad ſæculum redeat, cui pro delicto commiſſo tempore novitiatus gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, quidquid contradicant citati deciſ. 129. num. 50. ſic docent ibidem allegati, num. 55.

Ex eiſdem rationibus ſupra traditis à num. 23. novi- 31
Cæterum ſuper iſtis tribus conditionibus inſiſtendum aliquantulum eſt. Nam circa primam, quod ſi Clericus tunc non capiatur, ſaltem præſumptivè timeatur fuga. Scire debet, ut certum, quod Clericus in crimine flagranti repertus poteſt capi à judice ſæculari, ejuſque miniſtris, & familia, etiamſi nulla 24

ſubſit fugæ ſuſpicio, vel periculum, nam in flagranti non conſideratur ſuſpicio, ut reprobatis authoribus contrariis docet Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 540. *&* 541. Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt.* 41. *num.* 28. *in fine de conſtitut.* Daniel de Nobilibus *diſput.* 56. *ſub num.* 40. *& num.* 42. ubi addit, quod ſtatuentes Eccleſiaſtici mandando capturam Clerici in flagranti crimine reperti, præ oculis habuerunt delictum ipſum de jure ſtatim reddere ſuſpectum, cum in illo deprehenſus, præſumatur fugitivus, niſi detineatur, aliàs eſſet contra naturam deprehenſionis in delicto, ut ſcribit Aretin. *in cap. cum non ab homine, num.* 13. *de jud.* videndus Seſſe *de inhibit. c.* 9. §. 2. *num.* 44. *&* 46. ubi Doctores contrarios intelligit, & declarat, quando Clericus capitur à judice laico non in flagranti delicto, ſed ex intervallo pro crimine antea commiſſo. At quando ſit in flagranti delicto, tunc indiſtinctè ſive ſit, ſive non ſit ſuſpectus de fuga, poteſt Clericus capi per judicem ſæcularem ad finem remittendi, & plures citat & ſequitur Daniel de Nobilibus *in addit. ad diſp.* 56. *n.* 20.

25 Nam in dubio præſumi debet, immo manifeſtum & veroſimile eſt, quod Clericus deprehenſus in maleficio fugiet, ut advertunt Alexand. & Bartol. *in l. ſi quis in ſervitute in ult. addit. col.* 2. *verſic. Et quoniam poſſet, ff. de furtis* Bovadilla *in polit. lib.* 2. *c.* 18. *n.* 50. *ibi: Como deve preſumit ſe lo mas ordinario*, Regens Seſſe *de inhibit. c.* 9. §. 2. *n.* 49.

26 Quinimò, quamvis plures teneant quod Clericus poſt delictum commiſſum non poteſt ex intervallo capi per judicem ſæcularem, etiam ad effectum illum ducendi ad ſuum judicem Eccleſiaſticum, Baldus *in l. ſi qua per calumniam, n.* 4. *C. de Epiſc. & Cler.* & ex eo notat Daniel de Nobilibus *diſp.* 56. *ſub n.* 40. Niſi ſe det in fugam, vel ſit ſuſpectus de fuga, ut docent Doctores citati *n.* 18. *&* 19. qua deficiente, dicant, quod non poteſt Clericus per judicem ſæcularem capi, etiam ut ad ſuum judicem Eccleſiaſticum ducatur, taliter, quod malè facit judex ſæcularis eum capiendo, licèt ab excommunicatione excuſetur, ut affirmant Abbas, & cæteri *in c. cum non ab homine*, ſignanter Decius *n.* 46. *de judiciis*, Menoch. *de arb. jud. caſu* 180. *n.* 22. Farinac. *in praxi, part.* 1. *q.* 8. *nu.* 117. Ambroſin. *de imm. Eccleſ. cap.* 18. *num.* 33. Daniel de Nobilibus *diſp.* 56. *n.* 25. Et addit Menochius, quod Clericus ſi capi non potuit, etſi coram judice ſuo ductus ſit, relaxari debet, & ſi confeſſus ſit, torqueri non poterit *de arb. jud. caſu* 180. *n.* 24. Nihilominus verius exiſtimo, quod non ſolum Clericus poteſt capi per judicem ſæcularem, quando eſt repertus in flagranti crimine, vel poſt quando eſt ſuſpectus de fuga, ſed etiam in omni caſu, in quo judici ſæculari conſtat Clericum deliquiſſe, dummodo ipſe judex ſæcularis prædictum Clericum ita captum ſine aliqua requiſitione ad ſuum Judicem Eccleſiaſticum remittat, ita poſt alios Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 542. nam quilibet delinquens cenſetur ſuſpectus de fuga, *ut probat tex. in c. nullus de præſumpt.* Fermoſin. *in cap. cum non ab homine* 10. *quæſt.* 9. *num.* 7. *de judiciis.* Maximè non exiſtente Prælato, vel Vicario Generali in populo, Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 963. 964. *&* 965. Bovadilla *in polit. libr.* 2. *cap.* 18. *num.* 50. *in fine*, idque videtur æquiſſimum ad tradita per Cenedo *collect. ad decretum* 37. *numer.* 2. ne delicta remaneant impunita, quæ eſt una ex rationibus tradita per Doctores citatos *num.* 17. Nec credo, quod Prælatus Eccleſiaſticus Clericum ſic captum ex intervallo per judicem ſæularem relaxaret, eo quod ſicut Clericus poteſt capi per judicem ſecularem de licentia Epiſcopi *cap. ut famæ*, ubi Barboſa *num.* 4. *de ſentent. excom. c. ſi Clericos eodem in* 6. Alciat. *in cap. dum non ab homine, num.* 51. *de judiciis*, ita etiam poteſt capturam ratificare, ex late traditis per Alciat. *in cap. cum non ab homine, à num.* 65. *verſic. Puto communem, de judiciis.*

27 Omittendum tamen non eſt quod inſpectio, & cognitio an veroſimiliter ſit hujuſmodi Clericus ſuſpectus de fuga, pertinet ad judicem ſæcularem eum capientem, qui ex qualitate criminis arbitrari debet, an Clericus propter delictum commiſſum fugiat, vel non, ut probat Reg. Seſſe *de inhbit. cap.* 9. §. 2. *à num.* 47. & hujuſmodi ſuſpicionem fugæ conſiderari, & cognoſci poſſe, vel ex circumſtantiis, vel ex delicto. Ex circumſtantiis, ſi componantur ſarciculæ, ſi latebræ quærantur, & ex aliis ſimilibus: Ex delicto an ſit grave vel enorme, puta homicidium, aſſaſſinium, vel id quo ſtatus Civitatis poteſt turbari, vel Clericus deponi; Item ex qualitate loci, temporis, aut eventu, & tandem ex gravitate, aut levitate pœnæ, ut tradit Daniel de Nobilibus *diſp.* 56. *num.* 26. Unde ſi Clericus poſt delictum commiſſum non ſe dat in fugam, nec eam diſſimulat, nec quærit latebras, nec componit ſarciculas, ſed publicè, & palam in Civitate, Villa, aut loco verſatur, omnino abeſt ſuſpicio fugæ, ſi delictum leve ſit, & in his terminis loquitur Daniel de Nobilibus *diſp.* 56. *à numer.* 27. Secus ſi delictum eſſet grave, puta homicidium, aſſaſſinium, &c. Nam tunc etiam ſi Clericus verſetur poſt delictum commiſſum palam, & publicè per Civitatem, Villam, aut locum, eſt notoria diſſimulatio, quę ſuſpicionem fugę non excludit ex traditis per eundem Daniel. *num.* 26.

28 Circa ſecundam conditionem, ut non poterit à proprio Prælato impetrari mandatum. Scias etiam, quod Clericus repertus in crimine flagranti, ſeu immediatè poſt, aut ex intervallo multo poſt delictum, vel præparatus ad committendum delictum, capi poteſt à judice ſæculari, ejuſque miniſtris, etiam non expectata, nec petita, nec impetrata ſuperioris Eccleſiaſtici licentia, aliàs requirendo judicem Eccleſiaſticum ſemper inſtrueretur fuga, ut in ſimili dicit Reg. Viloſa *de fugitivis, cap.* 19. §. 4. *n.* 4. *in fine*, ex quo nec delinquens cuſtodiri poteſt, nec expectabit, nam ut eſt in proverbio, cane mingente effugeret vulpis, & ſic daretur ampla facultas Clerico, vel conſummandi delictum inchoatum, aliudvè perpetrandi, & forſan impunè contra publicam utilitatem, ut docet in terminis Daniel de Nobilibus *diſput.* 56. *numer.* 39. *verſic. Certum eſt*, ſequitur Fermoſin. *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt.* 45. *num.* 28. *de conſtit.* videndi etiam Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſd. quæſt.* 42. *numer.* 7. *&* 8. Cutel. *de imm. Eccleſ. libr.* 2. *quæſt.* 11. *numer.* 39. Barboſa pluribus citatis, communiter receptum teſtatur, etſi poſtea dubitet *in addit. ad cap. cum non ab homine, num.* 12. ubi latè Fermoſin. *quæſt.* 9. *de jud.* conciliat idem Daniel de Nobilibus *diſput.* 56. *à numer.* 36.

29 Circa tertiam verò conditionem, ut ſtatim judici proprio remittatur. Concors eſt Doctorum ſententia, quod Clericus in flagranti crimine, vel immediatè poſt, vel ex intervallo data ſuſpicione fugæ capi poteſt per judicem ſæcularem ejuſque miniſtros, ad finem remittendi ad ſuum judicem Eccleſiaſticum, ut obſervant ferè omnes citati *num.* 15. *cum ſeq.* ut dicit Suelves *conſ.* 2. *num.* 3. *lib.* 3. & omnes fateri inquit Daniel de Nobilibus *diſput.* 56. *numer.* 22. & aliqualem rationem hanc conditionem continere ait Don Didac. Anton. Frances de Urritigoyti *de compet. juriſd. q.* 42. *numer.* 6. *juncto, num.* 7. Aliàs ſi captura † 30 ſequatur, deficiente hac intentione præſentandi Clericum ſuo judici Eccleſiaſtico, judex ſæcularis non eſſet tutus in conſcientia, Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 556. Daniel de Nobilibus, *diſput.* 56. *n.* 23.

31 Verum eſt etiam, quod judex ſæcularis, in captura, & præſentatione Clerici ad ſuum judicem Eccleſiaſticum, non debet excedere modum, nam ſemper facere debet cum magna modeſtia & urbanitate, & ſine injuria, vel violentia, & etiam ſine dedecore ordinis clericalis, hoc eſt ſine ignominia, & verecundia ipſius clerici; aliàs ſi eum duceret cum ignominia, & verecundia, ut puta ſine pallio cum manibus ligatis, vel cum mitra, aut cornu, aut tubis ſonantibus, aut cum catena in collo, aut detecto capite, vel ſimili modo in opprobrium remiſſionis, lædit juriſdictionem Eccleſiaſticam, & per conſe-

quens

quens puniendus eſt per ſuum ſuperiorem, & incur-
rit excommunicationem canonis *ſi quis ſuadente*
*diabolo* 17. *quæſtione quarta*, ut docent plures per me
citati *dec.* 24. *num.* 143. *part.* 1. quibus addendi ſunt
Boer. *dec.* 202. *ſub num.* 11. *&* *ſub num.* 13. Marian.
Anton. *libr.* 3. *reſol.* 48. *numer.* 2. Caravita *reſol.* 235.
*num.* 8. *&* 9. Burgius *de modo proced. ex abrup. qu.*
65. *num.* 48. Guazin. *defen.* 1. *capit.* 2. *numer.* 5. *verſic.*
*Et in caſu remiſſionis*, Diana *reſol. mor. part.* 1. *tr.*
2. *reſol.* 28. *aliàs* 27. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2.
*reſol.* 12. *verſic. quæ quidem*, Riccius *deciſ.* 183. *part.*
4. Thoro *in compend. deciſ. part.* 1. *verbo Officialis re-*
*mittens*, *fol.* 371. Daniel de Nobilibus *diſp.* 56. *num.*
24. *&* 34. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 2.
*cap.* 9. *dub.* 7. *numer.* 6. *& de parlament. cap.* 4. *dub.*
19. *ſubject.* 5. *ſub numer.* 1. Don Didac. Anton. Fran-
ces de Urrutigoyti *de compet. jurisd. quæſt.* 42. *num.*
38. *&* 42. Bellet. *diſquiſit. clerical. part.* 1. *tit. de pri-*
*vil. cler. canonis*, §. 2. *numer.* 29. Barboſa *de poteſt. E-*
*piſc. part.* 2. *alleg.* 12. *numer.* 34. *verſic. Quæ remiſſio*,
*& in can. ſi quis ſuadente diabolo* 17. *quæſt.* 4. *numer.* 72.
Fermoſin. *in cap. cum non ab homine, quæſt.* 9. *numer.* 9.
*de jud.* alios plures addunt Carol. de Graſſ. *de effect.*
*Cler. effect.* 1. *numer.* 559. *&* 1282. Sperell. *deciſ.* 17.
*numer.* 28. *&* 29. *lib.* 1. Scialoya *de foro compet. cap.*
32 8. *numer.* 50. Niſi catena † appoſita fuerit cauſa igno-
miniæ, ut docent per me laudati *dec.* 24. *numer.*
146. *part.* 1. quod verum non putat Don Didac.
Anton. Frances de Urrutigoyti, ſi aliis mediis de-
centioribus ſuppleri poteſt, veluti augendi mini-
ſtros, & cuſtodes, qui vigiles in ſuo poſſe cleri-
cum aſportent, *de compet. jurisd. quæſt.* 42. *numer.*
48. *cum quatuor ſeqq.* nec ego verum puto, niſi ca-
ſus ſit tam præciſus, ut ſit probabile periculum, ne
captus clericus fugam arripiat, poterit judex ſæcu-
laris eum cum neceſſaria cuſtodia, ac cum manicis
ferreis, & catena remittere, Bovad. *in polit. libr.* 2.
*cap.* 18. *numer.* 328. *in fine*, Sperell. *deciſ.* 17. *numer.*
30. *libr. primo*, ut notavi *deciſ.* 24. *ſub num.* 146. *p.*
33 1. Nam ſub fida † cuſtodia, judex ſæcularis debet
remittere clericum ad judicem Eccleſiaſticum, ut ex
Garcia à Toleto tradit Scialoya *de foro compet. cap.*
8. *num.* 50. *in fine*, cæterum pro praxi remiſſionis vi-
de quàm ex Genuenſi tradidi *dec.* 24. *num.* 146. *p.* 1. addo
Scialoyam *de foro compet. c.* 8. *ſub nu.* 50. *verſic. Unde in*
*magna Curia*, omnino tamen videndus eſt Sperell. *dec.*
17. *ſub n.* 30. *lib.* 1.

34 Unde non poteſt Clericus obſideri per judicem ſæ-
cularem, ut verecundia afficiatur, nec in domo me-
retricis, ut videatur à populo, & infamia notetur,
nam tunc eſt locus excommunicationi, ut in declara-
tione Cancellarii Puigmari 21. Octobris 1627. contra
quendam Vicarium, qui medio die publicè, & in-
decenter religioſum inventum in domibus perſona-
rum inhoneſtarum aſportavit ad regios carceres,
quam refero *deciſ.* 27. *num.* 101. *part.* 1. quod eſt intel-
ligendum, quando hoc factum eſſet per judicem ſæ-
cularem animo injuriandi Clericum obſeſſum; ſecus
ſi bono zelo, ut ſcilicet capiatur, ut poſt alios Carol.
de Graſſ. *de effect. Cleric. effect.* 9. *numer.* 99. *&* 100.
refert, & ſequitur Daniel de Nobilibus *diſput.* 56. *nu-*
*mer.* 24.

35 Unde etiam, ſi Clericus permitteret ſpontè & quie-
tè ſe capi per judicem ſæcularem, vel duci ad ſuum ju-
dicem Eccleſiaſticum, non debet percuti calce, aut
pugno, Novar. *in manuali*, *capite* 27. *ſub num.* 83.
Diana *reſol. mor. part.* 1. *tract.* 2. 12. *aliàs* 11. *& in coor-*
*dinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 115. *ſub numer.* 2. Daniel
de Nobilibus *diſp.* 56. *numer.* 34. Thom. del Bene *de*
*imm. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 9. *dub.* 7. *numer. & de parlament.*
*capit.* 4. *ſect.* 19. *ſubject.* 5. *ſub numer.* 1. At ſi non
permitteret ſe ſpontè capi, vel duci ad judicem Ec-
cleſiaſticum, poteſt miniſter laicus vim juſtam, &
moderatam adhibere, ut poſt alios tradit Bellochius
*in prax. moral. caſ. reſervat. parte*, 2. *quæſt.* 4. *numer.*
49. 50. *&* 58. quem refert, & ſequitur Daniel de No-
bilibus *diſput.* 56. *num.* 34. eumque ligare, & verberare,
dummodo modus non excedatur, Alciat. *in cap. cùm*
*non ab homine*, *numer.* 63. *de judic.* Barboſa pluribus ci-
tatis *de jure Eccl. univ. lib.* 1. *c.* 39. §. 1. *num.* 78. Seſſe *de*
*inhibit. c.* 9. §. 2. *num.* 58. *& à num.* 60. *ſignanter numer.*
63. *&* 64. Daniel de Nobilibus *in addit. ad diſput.* 56.
*num.* 20. *verſic. Quarto*. Nam id facere videtur de man-
dato Prælati ſaltem tacito, uti rectè poſt alios notavit
Suarez *cap.* 34. *num.* 15. Et tunc non tam ipſe judex lai-
cus, quàm Prælatus Eccleſiaſticus cujus authoritate
judex laicus nititur, contra Clericum procedere cen-
ſetur, ut dicit Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 2.
*cap.* 9. *dub.* 7. *ſub num.* 6. *& de parlament. dub.* 4. *ſect.* 19.
*ſubſect.* 5. *ſub n.* 1.

Dubium tamen ſe offert, quando notoriè conſtat 36
captum eſſe Clericum, intra quantum temporis ſpa-
tium judex ſæcularis teneatur illum ducere, & remit-
tere ad judicem Eccleſiaſticum? Prima eſt opinio;
quod ſtatim id eſt recto tramite, ut nec poſſit illum
detinere per breve tempus unius, vel dimidiæ horæ,
aut minoris temporis. Secunda eſt opinio, quod po-
teſt illum detinere in carceribus per viginti horas.
Tertia eſt opinio, quod illum in carceribus retinere
poteſt per viginti quatuor horas. Quarta eſt opinio,
quod quanto citius tenetur eum ducere, & remitte-
re ad judicem Eccleſiaſticum, aliàs neque Prælatus
Eccleſiaſticus præſumitur conſentire, neque judex
ſæcularis habet cauſam illum detinendi. Quinta eſt
opinio, quod ſi delictum Clerici eſſet grave, & ſcanda-
loſum, & conveniens eſſet judici ſæculari inferiori
notitiam dare ſuo Principi, aut Regio Conſilio, po-
terit illum detinere per tempus neceſſarium. Sexta, &
ultima eſt opinio, quæ verior eſt, quod in hac quæſtio-
ne tempus fixum, aut certa regula numerica, & ſpeci-
fica viginti, aut viginti quatuor, vel majoris, aut
minoris numeri horarum dari non poteſt, ſed eſt judi-
ci ſæculari arbitrarium ducere, & remittere Clericum
ad ſuum judicem Eccleſiaſticum, attentis circumſtan-
tiis diſtantiæ loci, negotii, perſonarum, & temporis,
ac opportunitatis, aut poſſibilitatis traditionis, dum-
modo remiſſio fiat quanto citius, de quibus videndi
ſunt Borad. *in polit. libr.* 2. *capit.* 18. *num.* 50. *&* 327. Fa-
rinac. *in praxi*, *part.* 1. *quæſt.* 8. *numer.* 118. Guazin. *de-*
*fen.* 1. *cap.* 2. *num.* 5. Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect.*
1. *num.* 537. *&* 557. *& effect.* 9. *num.* 103. Barboſa *in cap.*
2. *num.* 7. *de vita*, *& honeſt. Cler.* Caſtr. Palaus *in oper.*
*mor. part.* 2. *tract.* 12. *diſp. unic. punct.* 6. *nu.* 14. *verſ. Ter-*
*tio ſi Prælatus*, Suelvez *conſ.* 2. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 3. Am-
broſin. *de imm. Eccleſ. cap.* 18. *num.* 14. Scaccia *de ju-*
*dic. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 36. *& cap.* 39. *n.* 14. Marian. Anto-
nin. *lib.* 3. *reſol.* 9. *n.* 6. *&* 7. *& reſol.* 18. *ſub n.* 8. *& reſol.*
47. *n.* 23. Daniel de Nobilibus *diſp.* 56. *n.* 17. Bellet. *diſq.*
*cler. par.* 1. *tit. de favore cler. can.* §. 2. *n.* 11. *&* 26. Pereyra
*de man. Reg. part.* 1. *c.* 10. *n.* 6. Cævallos *com. cont. com. qu.*
267. *num.* 7. Bellon. *de poteſt. eorum quæ fiunt in cont. lib.*
1. *cap.* 87. *num.* 4. Caracciol. *de foro privil. in proœm. ſub*
*num.* 91. Parlador. *rer. quotid. differ.* 9. §. 4. *n.* 1. Aviles *in*
*cap.* 47. *Prætor*, *verbo O Clerigo*, *num.* 10. *verſic. Et de*
*materia*, Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoy-
ti *de compet. juriſdic. capit.* 42. *à numer.* 26. *ad* 35. Fer-
moſin. *in capit. Eccleſ. Sanctæ Mariæ*, *quæſt.* 43. *numer.*
4. *in fine de conſtitut. & in cap. cùm non ab homine*, *qu.*
9. *numer.* 9. *de judic.* Diana *reſol. mor. part.* 1. *tract.* 2. *re-*
*ſol.* 12. *aliàs* 11. *& reſol.* 28. *aliàs* 27. *& part.* 4. *tract.* 1.
*reſol.* 85. *& part.* 8. *tractat. primo*, *reſolut.* 22. *& in coor-*
*dinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 112. *numer.* 2. *& reſol.* 113.
*tota*, *& reſol.* 115. *numer.* 3. *& reſol.* 126. *numer.* 2.
*in fine*, Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 2. *allegat.*
12. *ſub numer.* 34. *& in can. ſi quis ſuadente diabolo*
17. *quæſt.* 4. *numer.* 70. *et de jure Eccleſ. univ. libr.* 1.
*capit.* 39. *numer.* 1. *ſub numer.* 80. Sperell. *dec.* 17. *numer.*
18. 19. *et* 20. *libr.* 1. Regens Vico *ad prag. Reg.*
*Sard. tom.* 1. *tit.* 7. *capit.* 14. §. 20. ex noſtris juri-
bus patriæ citatis, ſic intelligendis, Oliba *de jure*
*fiſci*, *cap.* 14. *num.* 43. *et* 140. Peguera *in prax. crim.*
*cap.* 12. §. 3. *numer.* 3. *verſic. In hoc tamen Regno*, Ri-
poll. *var. cap.* 1. *numer.* 129. Fontanella *de pact. nupt.*
*tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 11. *num.* 50. Ego *deciſ.* 2. *num.* 19.
*part.* 1.

Limitatur 6. in Equitibus Sancti Joannis Hiero- 37
ſolymitani, & in aliis Equitibus Ordinum milita-
rium, qui per judicem Eccleſiaſticum capi poſſunt

per modicum tempus, vel in aliquem locum detrudi pro tuitione ſuarum perſonarum, ne ab eorum inimicis offendantur, ut in Clerico docent Squillante *de privileg. Cler. cap. 6. num. 93.* ſequitur Barboſa *de jure Eccleſ.univ.libr.cap.39.§. 1. num. 79.* alios addit Carol. de Graſſ. *de effect.Cler.effect. 9. num. 125.* notat Seſſe *de inhibit. capit.9.§. 2. numer. 56. & 57.* & ex eo Daniel. de Nobilibus *in addit ad diſp. 56. num.20.verſ. Tertio.*

38 Limitatur 7. in Equitibus Sancti Joannis Hieroſolimitani, & in aliis Equitibus Ordinum militarium pacem facere recuſantibus, cum rixante, qui capi poſſunt per judicem ſæcularem, & eos ducere ad ſuum judicem Eccleſiaſticum, qui illos cogat ad firmandam pacem, ut in Clerico tradit Seſſe *de inhibit. cap.9.§.7.num.59.* ſequitur Daniel de Nobilibus *in addit.ad diſp.56.n.20.verſ.Tertio.*

39 Limitatur 8. in Equitibus Sancti Joannis Hieroſolimitani deferentibus mediam crucem albam, vulgo dictam Thau, qui aliorum Equitum Sancti Joannis Hieroſolymitani privilegiis non gaudent, ac proinde privilegiis canonis, fori, & exemptionis gabellarum, quia non ſunt Religioſi, ſed remanent merè ſæculares, & uxores ducunt, ac bona propria poſſident, ut cum multis tradidi *deciſione 8.numer.79.parte prima*, quibus addo Sperell. *dec.21.num. 77. lib. 1.* Barboſa *de jure Eccleſ.univ.lib.1.cap.39.§.5.num.27. in fine* Mendo *de ordin.militar. diſq. 2. qu.2.numer.84.verſic. De confratribus.*

40 Limitatur 9. in Regno Valentiæ, in quo Equites Sancti Joannis Hieroſolymitani non gaudent privilegio fori in cauſis civilibus, ſed ſolùm in criminalibus in caſu ſpeciali delicto ſequuto, ſi petantur à Caſtello de Amposta ſivè ejus Commiſſario nominato poſt caſum ſequutum ad id ſpecialiter deputato, ut ei perſona rei tradatur, videantur duæ Regiæ epiſtolæ, altera data Matriti die 5. Aprilis, altera die 28. Junii 1659. quas refert Dominus Vice Cancellarius Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſervat. 53. num.35.*

Alias limitationes vide in deciſione ſequenti 139.

---

*ARGUMENTUM.*

## An Equites Ordinum militarium Hiſpaniæ Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ, gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendique ſint apud judicem Eccleſiaſticum.

*SUMMARIUM.*

1 *Equites Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ Ordinum Militarium Hiſpaniæ in cauſis civilibus, & criminalibus pertinentibus ad bona Religionum in communi, aut commendarum ipſarum gaudent privilegio fori.*

2 *Clerici Fratres, ſeu Moniales Ordinum Militarium Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ, ſunt ſtrictè & propriè religioſi, quo ad ſe, & quo ad bona ſua tam in civilibus, quàm in criminalibus gaudent privilegiis fori, ac canonis, & exemptionis gabellarum, etiam ſi ſint novitii, n.2.limita n. 3.*

3 *Equites profeſſi Sancti Jacobi, Calatravæ Alcantaræ, & Monteſiæ Ordinum Militarium Hiſpaniæ, an ſint verè propriè, & ſtrictè religioſi, gaudeantque privilegio fori tam in criminalibus quàm in civilibus, ac privilegiis canonis, & exemptionis gabellarum, num. 4. & quod ſint verè, propriè, & ſtrictè religioſi eſt verior ſententia, num.5. vel ſaltem ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, num.6. & gaudent privilegio fori, num. 7. non ſolum in criminalibus, ſed etiam in civilibus, num.8. ac privilegio canonis, num.9. & ſunt exempti à gabellis, num.10. & omnibus prædictis privilegiis gaudent etiam novitii, numer. 11. ſed in his unaquæque Provincia ſuo ſenſu abundat, & conſuetudini uniuſcujuſque Provinciæ ſtandum eſt, numer. 12. in Cathalonia, quo ad eorum perſonas, perſonæ Eccleſiaſticæ judicantur, quo vero ad eorum bona, propria perſonæ ſæculares habentur, num.13. in Regno Caſtellæ gaudent privilegio fori in criminalibus, ſecus in civilibus, num. 14. idemque obſervatur in Regno Sardiniæ, num. 15. quid in Regno Valentiæ, num.16. & quid in Regnis Aragonum, Neapolis, & Italiæ, num.17. Ampliatur in cauſis criminalibus quantumvis gravibus, & atrocibus, numer. 18. etiamſi occiderent Clericum, numer.19. & etiam ſi rei forent criminis aſſaſſinii, numer. 20. Limitatur 1. ſi commiſerint delicta excepta, in concordia comitis de Oſſorno contenta, & quæ ſint, numer. 21. Limitatur 2. ſi Dominus Rex tanquam ſupremus, & perpetuus adminiſtrator cauſam, & punitionem illorum judicibus ſæcularibus commiſerit, num. 22. & 25. ſublimitatur in Equitibus Monteſiæ, numer.26. Limitatur 3. ſi offendant perſonam Officialium Curiæ Epiſcopalis in actu exercendi ſuum officium, vel aliàs Epiſcopi juriſdictionem impediant, numer.27. Limitatur 4. ſi violant regias pragmaticas, & contra Regias prohibitiones portant arma, aut veſtes, aut extrahunt, vel introducunt merces in regnum abſque manifeſtatione, num. 28. ſublimitatur ut procedat quo ad pœnam commiſſi; ſecus quo ad aliam pœnam in Regiis prohibitionibus impoſitam, num. 29. ſed non gaudent privilegio canonis in Regno Caſtellæ, numer. 30. Limitatur 1. in civilibus, ſi actor, & reus ſint Equites Ordinum Militarium, numer. 31. Limitatur 2. ſi cauſa civilis ex delicto deſcendat, numer. 32. Limitatur 3. in Equitibus Monteſiæ Regni Valentiæ, num.33.*

22 *Rex eſt ſupremus, & perpetuus adminiſtrator Ordinum Equeſtrium Hiſpaniæ Sancti Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, num. 22. & Monteſiæ, num. 26.*

23 *Regina in Regno Hiſpaniæ ſuccedens eſt adminiſtratrix Ordinum Militarium.*

24 *Fœminæ an ex jure ſint incapaces juriſdictionis Eccleſiaſticæ, an verò capaces, ſi eis à Summo Pontifice concedatur facultas infligendi cenſuras, et imponendi præcepta obedientiæ, remiſſivè.*

34 *Commendatores nedum appellantur, qui commendas habent, tum etiam Equites, qui habitum Ordinum Militarium deferunt.*

35 *Equites Sancti Stephani, Sancti Lazari, & alii Ordinum Militarium exterorum ſunt verè religioſi, vel ſaltem perſonæ Eccleſiaſticæ, & gaudent privilegiis fori, canonis & exemptionis gabellarum, num.35. etiam ſi ſint novitii, num. 36. ſecus in Hiſpania, Neapoli, & Sicilia, n. 37. 38. & 39.*

40 *Habitum Militarem ex his, quos Principes exteri concedunt, nullus in Regnis Hiſpaniarum natus, in eiſque commorans poteſt deferre abſque Regis licentia.*

41 *Equites aurei Velleris vulgo del Toſon, Sancti Michaelis, Annuntiationis Beatæ Virginis, & Equites Gerreriorum, & de vulgo dicti de la Banda, & omnes alii abſque Sedis Apoſtolicæ authoritate inſtituti non gaudent privilegiis fori, canonis, & exemptionis gabellarum.*

42 *Equeſtris militia de la Banda eſt jam extincta.*

43 *Equites aurei Velleris Hiſpaniæ del Toſon ex ſpeciali privilegio gaudent privilegio fori, ita ut ſolus Magiſter ſit eorum judex, ſolet tamen Dominus Rex cauſam Equitis de Toſon delegare Proregi, etiam ſi non ſit Ordinis del Toſon.*

## DECISIO CXXXIX.

SErmo hujus deciſionis non eſt de Equitibus Ordinum militarium Hiſpaniæ Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ in cauſis civilibus, 1

bus,

bus, & criminalibus ad bona Religionum in communi, aut commendarum, ſeu Præceptoriarum ipſarum pertinentibus, in quibus certum, & indubitatum eſt, quod gaudent privilegio fori, & exempti ſunt à juriſdictione ordinaria, tam Eccleſiaſtica, quàm ſæculari, & ſolum pro eis conveniri poſſunt coram Magiſtris Ordinum, aut coram judicibus ab eis deputatis, Carleval *de judic. lib. 1. diſput. 2. num. 408. & 418.* Dominus Vice Cancellarius Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſer. 55. num. 41.* quia Commendæ, ſeu Præceptoriæ hujuſmodi Equitum Ordinum militarium ſunt bona Eccleſiaſtica. Mendo *de ordinib. militar. diſquiſ. 10. n. 63.* Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib. 3. c. 7. n. 17. & 47.*

2 Neque etiam eſt diſputatio de Clericis Fratribus Ordinum militarium Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ, qui vulgo vocantur freules, ſeu de monialibus hujuſmodi Ordinum militarium, nam hìc apud omnes extra omnem controverſiam eſt, quod ſunt propriè, & ſtrictè Religioſi, Azor. *inſtit. moral. lib. 13. cap. 3. quæſt. 1. verſic. Sciendum*, Rodriguez *quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 1. art. 6.* Villalobos *in ſum. mor. part. 2. tract. 12. diff. 20. in fine, & tract. 37. diff. 14. numer. 1.* Sanchez *de matrim. libr. 2. diſp. 18. numer.* Barboſa *de jure Eccleſ. univ. libr. 3. cap. 7. numer. 25.* Garcia *de benef. part. in addit. ad part. 7. capit. 10. numer. 37. verſic. Ex dictis*, Carleval. *de jud. libr. 1. diſp. numer. 409.* Balmaſeda *de collect. quæſt. 23. numer. 20.* latè Mendo *de ordin. milit. diſquiſit. 2. à numer. 91. ad 100.* Ideoque gaudent privilegio fori, quoad ſe, & quo ad bona ſua, tam in civilibus, quàm in criminalibus, ipſiſque Ordinibus ſubduntur, Carleval. *de judic. libr. 1. diſp. 2. numer. 411.* Fermoſinus *in cap. 2. quæſt. 16. numer. 6. de foro compet.* Mendo *de ordinib. militar. diſq. 2. numer. 30. 67. & 69. & diſquiſit. 14. numer. 43. & 44.* ac privilegio canonis, *Si quis ſuadente diabolo 17. quæſt. 4.* Mendo *de Ordinib. militar. diſquiſit. tertia, numer. 67. & diſquiſit. 14. numer. 44.* & ſunt immunes à collectis, gabellis, & vectigalibus, Balmaſeda *de collect. quæſt. 23. numer. 20.* ſive novitii ſint Clerici fratres, ſive moniales, Mendo *de Ordinib. militar. diſquiſit. 2. numer. 70. & diſquiſit. 3. numer. 67. & diſquiſit. 14. numer. 44.* Niſi prædicti
3 † fratres Clerici habuerint in Eccleſiis ſuorum Ordinum Curam Animarum, nam in concernentibus ipſam Curam, & Sacramentorum adminiſtrationem ſunt Ordinario ſubjecti, & ab eo viſitari poſſunt, juxta motum proprium Pii V. pro viſitandis Eccleſiis curatis, aut Parochialibus Equitum Sancti Joannis Hieroſolymitani, ut refert multis citatis Barboſa *de poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 74. n. 26. & 27. & dec. Apoſt. 728. num. 1. & num. 2. & nu. 3.* ubi quod Epiſcopus hanc viſitationem tenetur facere gratis & abſque impenſa, & onere Rectorum, *& de jure Eccleſ. univ. libr. 1. cap. 14. num. 22.* Et quæ ſub hoc veniant ad Epiſcopi viſitationem pertinentia, idem Barboſa *deciſ. 8. Apoſt. 72. numer. 2. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 14. num. 22.*

4 Solùm quæſtio eſt. An Equites profeſſi Ordinum militarium Hiſpaniæ Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ, ſint verè, propriè, & ſtrictè Religioſi, gaudeantque privilegio fori, tam in civilibus, quàm criminalibus, & privilegiis canonis, & exemptionis gabellarum? Quam latè tractant infiniti Doctores inter ſe repugnantes, ut tradidi *deciſ. 8. à numer. 81. cum pluribus ſeq. part. 1.* & me cum honore citato Don. Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſd. quæſt. 75. numer. 1.* quorum aliqui dicunt ſub diſputatione eſſe, ut Fajardo *alleg. 51. numer. 61.* dubiam, ut Mendo *de Ordinib. militar. diſquiſit. 2. numer. 21.* ſatis controverſam Dominus Vice Cancel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſer. 55. num. 19.* Caſtr. Palaus *in oper. mor. part. 2. tract. 12. diſp. unica, punct. 2. num. 10. verſic. Sexto*, Fagundez *de juſt. & jure, lib. 5. cap. 20. numer. 8. verſ. De Equitibus*, Sanchez *in ſum. lib. 4. cap. 16. num. 11.* ancipitem & difficillimam, Balmaſeda *de collect. quæſt. 23. n. 1. & 7.* & acrem altercationem fuiſſe, Sperell. *dec. 2. in princ. lib. 2.* & ſæpè in foro altercatam vidiſſe Cancer *p. 3. var. c. 14. num. 67.* & ſæpiùs de facto vidiſſe dubitari, Cævallos *de cognit. per viam violen. p. 2. quæſt. 159. in princ.*

Sed omiſſis controverſiis, & diſpitationibus, 5
quidquid dicant per me citati *dec. 8. à numer. 82. ad 87. part. 1.* Parlador *rer. quotid. differ. 9. §. 1. num. 10.* & alii plures ſequuti à Fagundez *de juſt. & jure, lib. 5. cap. 20. num. 8. verſic. negativam partem, & num. 10.* & allegati, ſed non ſequuti per Dominum Vice Cancellar. Don. Chriſt. Creſpi de Valdaura *obſer. 55. numer. 38.* Veritas eſt, quod ſunt verè, propriè, & ſtrictè Religioſi, ut frequentiori calculo tenent Juriſtæ, Canoniſtæ, & Theologi, quos laudavi *deciſ. 8. num. 88. part. 1.* quibus addendi ſunt idem Navar. *de redit. Eccleſ. in apolog. quæſt. 1. monit. 55. & 56. quæſt. 3. monit. 27. & in can. fin. 16. quæſt. 1. in quæſt. 3. numer. 1.* Covar. *in 4. de ſponſalib. part. 2. cap. 3. §. 1. num. 18. verſic. Quibus omnibus adductis*, Belluga *in ſpecul. Princip. rub. 7. numer. 7.* ubi Borrell. *in addit. litera F*, Guttier. *tract. libr. 2. quæſt. 111. numer. 2.* Valero *de diff. utriuſque fori, verbo munera, diff. 1. n. 22.* Rodriquez *quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 1. art. 6. & quæſt. 13. art. 2.* Zerola *in prax. Epiſc. verbo Commendatarii, verſic. Secundo, par. 2.* Cenedo *de pauper. Relig. dub. 60. à numer. 12.* Pontius *de matrimon. cauſa 17. quæſt. 2. §. 24.* Miranda *de Prælat. reg. qu. 10. art. 4. concluſ. 2. verſic. Sed loquendo, & concluſ. 3.* Avendanno *de exequend. mandat. lib. 2. cap. 11. numer.* Menchaca *controv. illuſt. lib. 3. cap. 105. numer. 48. cum ſeq. & de ſucceſſ. creat. libr. 3. §. 30. numer. 383.* Lezana *quæſt. regul. tom. 1. cap. 2. numer. 2. & tom. 2. cap. 5. numer. 6.* Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 37. numer. 15. de conſtitut.* Sancius *ſelect. diſput. 49. numer. 10.* Traſmiere *de poligam. libr. 3. quæſt. 22. numer. 26.* Novarius *in lucerna regul. numer. 16.* Leander *de ſacrament. tom. 1. tract. 5. diſp. 11. quæſt. 47.* Burgius *de modo proced. ex abrupto, quæſt. 65. num. 57.* Guazin. *defen. 20. cap. 9. num. 16.* Thoro *in compend. deciſ. part. 3. ſect. 2. verbo milites, fol. 84.* Cardoſo *in prax. jud. verbo regulares, numer. 3. 4. & 5.* Cuſel. *de immunit. Eccleſ. libr. 2. quæſt. 50. numer. 3.* Fajardo *allegat. 53. numer. 61. & 67.* Luca *de foro compet. libr. 3. differt. 93.* Diana *reſol. mor. part. 1. tract. 2. reſol. 50. aliàs 49. & reſol. 73. aliàs 72. & tract. 6. reſol. 23. & part. 2. tract. 3. reſol. 30. & part. 4. tract. 1. reſol. 36. & part. 6. tract. 8. & miſcel. 3. reſolut. 17. et part. 9. tract. 9. et miſcel. 4. reſol. 35. et in coordinat. par. 5. tract. 7. reſol. 35. numer. 2. verſic. Et hanc opinionem, et reſolut. 36. numer. 2. verſic. Reſpondeo, et part. 7. tract. 1. reſol. 99. numer. 1. et tract. 3. reſol. 55. numer. 1. et 2. et part. 9. tract. 2. reſol. 167. et reſol. 169. num. 2. et reſolut. 171. et reſol. 162. numer. 2.* ſexaginta ferè Doctores citat Archiep. Calaritan. Ambroſius Machin *in allegat. pro juriſdict. ordin. militar. art. 1. numer. 7. et 25.* quibus addit viginti novem idem Diana *reſol. mor. part. 10. tract. 2. et miſcellan. 2. reſol. 1. et in coordinat. part. 1. tract. 4. reſol. 79. à numer. 2.* alios plures addunt Queſada Pilo *contr. forenſ. cap. 50. numer. 82. et differ. 22. numer. 70. et 83.* Marinis *reſol. quotid. libr. 1. capit. 44. à numer. 14.* D. Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſdict. quæſt. 65. à numer. 4.* Domin. Vice Cancel. Don. Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſer. 55. à numer. 19.* omnium latiſſimè Sperell, *deciſ. 2. tota, ſignanter à num. 44. et nu. 58. lib. 1.* Mendo *de ordin. militar. diſquiſit. 2. à numer. 21. præcipuè à numer. 28.* me citato cum aliis innumeris Regens Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap. 7. §. 4. à num. 38. et à num. 64. et antea, cap. 4. §. 8. numer. 2. verſic. Sub qua*, Luca ad Gratian. *diſcept. foren. cap. 363. numer. 15.* ex noſtris Molinus *de ritu nupt. lib. 2. diff. 3. à num. 28.* Xammar. *de privileg. Barcin. §. 22. num. 9. et 10.* Berart. *in ſpecul. viſit. capit. 3. num. 46.*

Vel ſaltem ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, Ego plures 6
citavi *deciſ. 8. num. 89. part. 1.* quibus addo Maſtril. *dec. 290. à num. 88.* Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect. 1. numer. 111.* Sylveſter. *in ſumm. verbo Religioſi*, Zerolam *in prax. Epiſcop. part. 2. verbo commendatarii, §. 1.* Azor *inſtit. moral. part. 1. libr. 13. capit. 2.*

quæſt. 3. Rodriquez in compen. quæſt. regul. reſol. 28. num. 1. Rodriquez tom. 2. quæſt. 36. art. 7. in fine, Machado en ſu perfeto Confeſſor, tom. 2. libr. 5. tract. 2. documen. 1. numer. 3. Cerdan de viſitat. carcer. cap. 11. §. 4. num. 13. Cardoſo in prax. jud. verbo Regularis ſub numer. 5. Sperell. deciſ. 2. à numer. 89. lib. 1. Queſada Pilo diſſer. 22. numer. 70. & 83. & me citato controv. forenſ. cap. 50. numer. 82. Amaya in l. fin. num. 15. verſic. Et quia, Cod. de incolis, lib. 10. Caſtr. Palaus in oper. moral. part. 6. tract. 19. diſput. 3. punct. 32. §. 2. numer. 16. Marinis libr. 1. reſol. jur. cap. 44. num. 14. Domin. Vicecancel. Don. Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſer. 55. num. 28. verſic. Et ſi, Diana reſol. mor. part. 1. tract. 2. reſol. 50. aliàs 49. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſol. 262. numer. 2. in fine, Mendo de ordin. militar. diſquiſit. 2. num. 22. & 38. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti de compet. juriſdict. quæſt. 75. numer. 29. Regens Mattheu de Reg. Reg. Valen. cap. 7. §. 4. numer. 38.

7 Unde Equites Ordinum Militarium Hiſpaniæ Sancti Jacobi, Calatrayæ, Alcantaræ, & Monteſiæ, cùm ſint verè Religioſi, vel ſaltem perſonæ Eccleſiaſticæ, de jure communi, ex Bullis Pontificiis, & conſuetudine jam recepta, gaudent privilegio fori, & ſolùm judicantur à judicibus ſuorum Ordinum. Ego cum multis ttadidi dec. 8. numer. 90. part. 1. quibus addo Navar. in apolog. de reddit. Eccleſ. monit. 56. & conſ. 12. 13. & 22. de regularib. Sylveſter in ſum. verbo Eccleſia, §. 4. verſic. Quinto, verſic. Sexto, & verbo Religioſi, Menoch. in addit. de arbit. jud. caſu 135. num. 31. Rodriguez quæſt. regul. tom. 2. qu. 62. art. 13. cum ſeq. Duard. in Bull. Cœnæ, can. 15. qu. 28. numer. 1. & quæſt. 5. concluſ. 5. & quæſt. 18. numer. 50. Novar. in prax. elect. fori, quæſt. 37. num. 20. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect. 1. à num. 109. Valaſc. conſult. 108. num. 27. Cævallos de cognit. per viam violen. part. 2. quæſt. 149. à numer. 1. & infra, num. 20. Sperell. deciſ. 2. numer. 97. & 98. & deciſ. 21. numer. 27. lib. 1. Cerdan. de viſit. carcer. cap. 11. §. 4. num. 13. Azor. inſt. mor. part. 1. lib. 13. cap. 2. quæſt. 3. Zerola in prax. Epiſcop. part. 1. verbo Commendatarii, §. 1. Garcia benef. part. 1. cap. 4. numer. 21. Avendanno de exeq. mandat. libr. 2. cap. 16. numer. 11. Cardoſo in prax. jud. verbo Regulares, ſub num. 5. Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 36. numer. 36. Maſtrill. deciſ. 290. à numer. 93. & num. 160. & 161. libr. 3. Thoro in compend. deciſ. part. 3. ſect. 2. verbo Milites, verſic. Sicque videntur, fol. 84. Pereyra deciſ. 58. à numer. 1. & de manut. Reg. part. 2. qu. 58. Auguſt. Barboſa de jure Eccleſ. lib. 3. cap. 7. numer. 28. in fine, & in repert. verbo Milites, verſ. Milites Ordinum, fol. 243. & dec. Apoſt. 303. numer. 4 Reg. Leo dec. 89. numer. 15. part. 1. Domin. Vice-Cancel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſer. 55. à numer. 1. Caſtr. Palaus in oper. mor. part. 2. tract. 12. diſp. unica, punct. 2. numer. 10. verſic. Sexto, & part. 6. tract. 29. diſput. 3. punct. 22. §. 1. num. 16. Marin. reſol. jur. lib. 1. cap. 44. num. 14. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti de compet. juriſd. quæſt. 75. à numer. 4. Queſada Pilo diſſert. 22. numer. 83. cum ſeq. et controv. juriſd. c. 50. num. 82. Diana in coordin. reſol. mor. part. 3. tract. 1. reſol. 79. ſub num. 5. et part. 5. tract. 2. reſol. 49. et part. 9. tract. 2. reſol. 167. num. 2. et reſol. 169. num. 2. et reſol. 171. num. 2. alios plures addunt Manfrella in obſervat. ad Capyc. Latro deciſ. 102. numer. 2. Mendo de Ordinib. militar. diſquiſit. 2. à num. 28. cum multis ſeq. Regens Mattheu. de reg. Reg. Valen. cap. 7. §. 4. à num. 38. et n. 64. ſicque, vel explicitè, vel implicitè tenent omnes, quos longa ſerie congeſſi ſupra, num. 4. et dec. 8. n. 88. p. 1.

Non ſolùm in criminalibus, ſed etiam in civili-
8 bus, Pereyra dec. 58. num. 21. refert Thoro in compend. dec. part. 3. ſect. 1. verao Milites, verſic. Ita quid, fol. 84. Cævallos de cognit. per viam violent. part. 2. quæſt. 149. à numer. 1. juncto num. 20. refert Sperell. dec. 2. ſub num. 97. lib. 2. Pereyra de man. Reg. part. 2. quæſt. 58. num. 26. Rodriguez quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 2. art. 2. Mendo de Ordinib. Militar. diſquit. 2. numer. 64. Diana reſol. mor. part. 1. tract. 2. reſol. 37. aliàs 72. et in coordinat. part. 6. tract. 2. reſol. 169. Domin. Vice-Cancel. Don Chriſtophor Creſpi de Valdaura obſerv. 55. num. 7. latè Sperell. dec. 2. num. 125. lib. 1.

Ac privilegio canonis ſi quis ſuadente diabolo 17. 9
quæſt. 4. & percuſſores hujuſmodi Equitum incurrunt ſententiam excommunicationis hujus canonis, Ego poſt alios dec. 8. num. 91. part. 1. addo Navar. in apolog. de reddit. Eccleſ. monit. 55. et conſ. 11. de regular. Sylveſter in ſum. verbo Eccleſia §. 4. verſic. Quinto, Zerolam in praxi Epiſc. par. 2. verbo Commendatarii, §. 1. Azor. inſt. mor. part. 1. lib. 13. c. 2. qu. 3. Garciam de benef. p. 1. c. 4. n. 21. Cævallos de cognit. per viam violen. p. 2. qu. 149. n. 7. Marian. Antonin. var. reſol. lib. 2. reſ. 112. n. 63. Talaſc. conſult. 80. nu. 27. Bonac. de cenſur. diſp. 4. qu. 4. punct. 1. nu. 7. Rodriquez qu. regul. tom. 1. qu. 73. art. 2. Sperell. dec. 2. num. 102. et 103. lib. 1. Maſtrill. deciſ. 290. n. 53. lib. 3. Cardoſo in prax. jud. verbo Regulares, ſub n. 5. Marinis reſol. jur. lib. 1. cap. 44. n. 15. in fine. Caſtr. Palaus in oper. mor. p. 6. tract. 29. diſp. 3. punct. 22. §. 1. n. 16. Archiep. Machin. in defen. immun. Ordin. Militar. art. 4. num. 37. et art. 5. num. 90. Ramirez de confir. Ordin. Sancti Jacobi cap. 5. num. 19. Mota eod. tract. lib. 21. c. 1. §. 8. Filiuc. tom. 1. tract. 15. c. 1. q. 4. num. 14. Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 1. c. 39. §. 1. num. 14. verſic. Imo et alios, et lib. 3. c. 7. n. 28. in fine, Regens Mattheu de reg. reg. Valen. c. 7. §. 4. n. 32. et 64. Mendo de Ordin. Milit. diſquiſit. 3. n. 66. 67. et 68. Diana reſ. mor. in coordin. p. 3. tract. 1. reſ. 79. ſub n. 5. et par. 5. trac. 2. reſ. 50. et 51.

Et etiam ſunt exempti, & immunes à gabellis, 10
vectigalibus, collectis, & tributis, nedum quo ad fructus ſuarum commendarum, ſed etiam quoad alias res patrimoniales, & aliunde quæſitas, ut reprobatis contrariis à me citatis dec. 8. num. 86. p. 1. hanc ſequutus fui dicta dec. 8. numer. 62. addo Dianam reſol. mor. in coordinat. p. 3. trac. 1. reſ. 79. num. 5. et part. 9. trac. 2. reſol. 167. num. 2. et reſ. 171. nu. 4. in fine, et reſol. 262. Caſtr. Palaus in oper. moral. par. 2. trac. 12. diſp. unica, punc. 9. numer. 18. Trullench in decal. lib. 7. cap. 12. dub. 5. num. 26. et 27. Reg. Mattheu de reg. Reg. Valen. cap. 7. §. 4. num. 67. et 72. Marinis reſol. jur. lib. 1. cap. 44. numer. 15. Queſada Pilo diſſert. 22. num. 70. 71. et 84. in fine, Sperell. dec. 2. num. 124. lib. 1. Balmaſeda de collect. q. 23. num. 8. et 11. qui num. 14. limitat, quando neceſſitas ita urget, ut aliunde ſuccurri non poſſit, & num. 15. limitat in collectis, quæ ad communem utilitatem, veluti ad cuſtodiam paſcuorum exiguntur, & num. 16. limitat in collectis, quæ fiunt ad ſervitium, quod dicitur de las lanzas, de qua limitatione videndi ſunt Mendo de Ordin. Milit. diſquiſit. 10. à num. 19. Solorzano de jure indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 21. à num. 17. et in polit. lib. 4. c. 21. verſic. Y eſto es, fol. 678.

Quæ omnia abſque difficultate procedunt non ſo- 11
lùm reſpectu profeſſorum Equitum Ordinum Militarium Hiſpaniæ Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ: ſed etiam reſpectu novitiorum, Equitum hujuſmodi ordinum. Qui licèt aliqui negent gaudere privilegiis fori, canonis, & exemptionis gabellarum, quos citavi dec. 8. num. 87. part. 1. verius alii affirmant, quod gaudent prædictis privilegiis canonis, fori, & exemptionis gabellarum, quos congeſſi dicta deciſ. 8. num. 93. part. 1. quibus addo Lezanam in ſum. tom. 2. cap. 5. numer. 38. Bolannos in cur. Philip. tom. 1. p. 3. §. 1. numer. 13. Riccium in prax. tom. 4. reſol. 181. num. 2. Rovit. conſ. 96. Novar. de elect. fori, ſect. 2. quæſt. 66. num. 19. Archiep. Machin in reſol. pro Novitiis Ordin. Militar. in fine. Caracciol. de fori privileg. in proœm. num. 61. Bonacina tom. 3. in Bull. Cœnæ, diſp. 1. quæſt. 19. punc. 2. §. 3. numer. 3. Duard. in Bull. Cœnæ, lib. 2. can. 28. qu. 8. Sperell. deciſ. 2. num. 124. in fine, et num. 130. lib. 1. Barboſam de poteſt. Epiſc. par. 1. allegat. 12. numer. 46. et de jure Eccleſ. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 48. et 49. Thom. de Bene

de

*de imm. Eccleſ. tom* 1, *cap.* 1. *dub.* 11. *ſect.* 1. *numer.* 3.
Queſada Pilo *diſſert.* 22. *num,* 72. & me citato alios plu-
res addit cum deciſione facta anno 1664. idem Queſa-
da Pilo *controv. forenſ. cap.* 50. *numer.* 83. *verſic. Et hac*
*exemptione*, Trullench. *in decal. libr.* 7. *cap.* 12. *dub.* 5.
*num.* 26, Mendo *de Ordin. Militar. diſquiſit.* 2, *numer.*
70. *& diſquiſit.* 3. *à numer.* 65. Capyc. Latro *deciſ.* 118.
*numer.* 9. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti
*de compet. jurisd. quæſt.* 75. *à num.* 19. Reg. Mattheu *de*
*regl. Reg. Valen. cap.* 4. §. 7. *à num.* 64. Diana *reſol. mor.*
*in coordin. p.* 5. *tract.* 2. *reſol.* 50. *& part,* 9. *tract.* 2, *reſol,*
168. *& reſol.* 172. *num,* 3, *& reſol,* 272. *num.* 2. *in fine*, me
citato Balmaſeda *de collect. quæſt.* 23. *numer.* 11. *in*
*fine*,

12 Verum enim vero unaquæque Provincia in his
ſuo ſenſu abundet, ut dixi *deciſ.* 8. *num.* 94, *part.* 1,
me citato Don Didac. Anton. Frances de Urruti-
goyti *de compet, juriſdic, quæſt.* 75. *num,* 2. Luca *de fo-*
*ro compet. lib,* 3. *diſp.* 92. *num,* 14. Et ſic in his conſue-
tudini uniuſcujuſque Provinciæ ſtandum eſt, Moli-
na *de juſt. & jure tom.* 3. *diſp,* 50. *num,* 5. Caſtr, Pa-
laus *in oper, mor, part.* 6. *tract.* 29. *diſp.* 3, *punct.* 22. §. 1, *n.*
16. Bonacina *de cenſur, tom.* 3. *diſp.* 2. *quæſt,* 3. *punct.*
6, *numer,* 9. Mendo *de Ordinib. Militar. diſquiſit.* 2.
*numer,* 46, Domin. Vice Cancel. Don. Chriſtophor,
Creſpi de Valdaura *obſer,* 55. *num.* 9. *&* 10, Diana *re-*
*ſol, mor. p.* 9. *tract.* 4, *reſ.* 7. *& in coordinat. p.* 5, *tract.* 4, *re-*
*ſol,* 50. *numer,* 1, conducunt Suarez *de Relig, tom,* 1.
*lib,* 1. *cap,* 48, *numer,* 3. Diana *reſol. moral, part.* 6, *trac.*
8, *& miſcel,* 3, *reſol,* 17. *& in coordinat, part,* 5, *tract.* 8,
*reſol,* 38, *numer,* 3, Quam conſuetudinem validam eſſe
ex Gregor, Lopez tradit Maſtrill, *deciſ.* 190, *numer,*
84, *libr,* 3, quem citavi *in addit, ad deciſ.* 8. *num.* 49,
*poſitis poſt, part,* 2, *deciſ,* & ſentiunt Doctores pro-
ximè citati, & citandi *numer, ſeq.* etſi contrarium
teneat Sperell, *deciſ.* 2. *numer.* 126. *cum trib, ſeq. lib.*
1, cui poteris ſatisfacere ex infra dicendis, *nu-*
*mer,* 14,

Qua propter in Cathalonia Equites Ordinum Mi-
13 litarium Hiſpaniæ Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcan-
taræ, & Monteſiæ quoad eorum perſonas, perſonæ
Eccleſiaſticæ judicantur, gaudentque privilegio fori
Eccleſiaſtici, Cancer, *part.* 3, *var. cap,* 14, *num,* 68, Be-
rart, *in ſpecul. viſit, cap,* 3. *num,* 46, Quo vero ad eo-
rum bona propria ſunt de juriſdictione Domini Re-
gis, & ſic perſonæ ſæculares habentur, & ita paſſim
per Dominum Cancellarium judicari, & anno 1603.
fuiſſe judicatum in cauſa contentionis ortæ ratione
firmæ juris factæ per Egregium Don Petrum de Que-
ralt Comitem Sanctæ Columbæ Queralt Comenda-
torem Sancti Jacobi, refert Cancer *part.* 3, *var. cap.*
14, *num,* 68, ſequitur Ripoll. *var, reſol, cap.* 1. *num,* 378. *in*
*fine*, Quæ quidem declaratio reſpectu bonorum fuit
facta per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus
Dalmau, Aſtor, Torner, & Calba de Vallſeca 26.
Maji 1602. in favorem Nobilis Ludovici de Que-
ralt, contra Egregiam Don Petrum de Queralt Co-
mitem Sanctæ Columbæ de Queralt Equitem Ordi-
nis, & militiæ Sancti Jacobi de Spata. Et antea
fuit judicatum per Cancellarium Copons, Conſul-
toribus Sunyer, & Oliba 12. Auguſti 1593, contra
Don Ludovicum de Ortafa Equitem Ordinis San-
cti Jacobi de Spata. Et poſtmodum per Magarola
tertium Conſultoribus Ferrer, Aſtor, Gamis, Ro-
ca, & Morell, 15. Julii 1622, contra Joannem Ba-
ptiſtam ſervum, ſive mancipium Don Franciſci de
Montecateno, Comitis Offonæ, Equitis Ordinis,
& militiæ Sancti Jacobi de Spata, de qua meminit
Ripoll. *var. reſ. c.* 1. *nu.* 379, & Ego hæc omnia tradidi
*dec,* 8. *n,* 94, *p,* 1,

In Regno Caſtellæ Equites Ordinum Militarium
14 Hiſpaniæ Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, &
Monteſiæ gaudent privilegio fori in cauſis criminali-
bus, Bolannos *in cur. Philip, tom.* 1, *part.* 3. §. 1. *numer.*
13. Ego poſt alios *deciſ.* 8, *numer.* 98. *part.* 1. & etiam
in mixtis, Pereyra *deciſ.* 58. *numer.* 20. cum innume-
ris utrumque probat Mendo *de ordinib. militar. diſ-*
*quiſit.* 2. *numer.* 28, in civilibus verò non gaudent
privilegio fori Eccleſiaſtici, ſed eſt in electione acto-
ris illos convenire coram judice ſæculari, vel co-
ram Conſilio ordinum, Bovadilla, Villadiego, &
Carleval. quos citavi *dec,* 8. *ſub num,* 98. *p.* 1, addo Men-
do *de Ordinib. Militar, diſquiſit.* 2, *numer.* 53. 54. 55. *&*
83. Barboſam *de jure Eccleſ. univ. lib,* 1. *cap,* 39. §. 2, *num,*
47. Cutel. *de imm. Eccleſ, lib... quæſt,* 50. *num.* 10, Sal-
ſedo *in theat. honor. gloſſ.* 53. *num,* 83. Domin. Vice-Can-
cel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſer.* 55.
*num.* 3. 9. *&* 10, Tum quia ita diſpoſitum fuiſſe an-
nuentibus ipſis Ordinibus, Mendo *de Ordinib, Mi-*
*litar, diſquiſit.* 2. *num,* 65, & contrariis reſpondet, *n.*
76. Tum quia Bullæ Pontificiæ antiquæ Martini V.
Sixti IV. & Pii V. quæ videntur his Equitibus tri-
buere exemptionem tam in criminalibus, quàm in
civilibus, receptæ in hac parte non fuerunt, Carle-
val. *de jud. lib.* 1. *diſp,* 2. *num.* 450. *verſic, Atque hacte-*
*nus*, Mendo *de Ordinib, Militar. diſquiſit.* 2, *num.*
53. *&* 54. Dominus Vice-Cancellarius Don Chri-
ſtophor. Creſp, de Valdaura *obſervat.* 55. *n.* 9. Tum
quia Bullæ Pontificiæ recentiroes Clementis VIII.
& Pauli V, quas Dominus Rex Philippus Tertius
obſervari juſſit, ut refert Maſtril. *deciſ.* 390. *numer,*
165, *lib.* 3, declarant eos non gaudere in civilibus,
ut tradunt Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſput.* 2. *num.*
450. *verſic. Atque hactenus*, Dominus Vice-Cancel.
D, Chriſtophor, Creſpi de Valdaura *obſ.* 55. *n.* 9. Queſa-
da Pilo *diſſert,* 22. *num.* 85. *in fine*, Regens Mattheu
*de reg, Reg. Valen, cap,* 7. §, 4. *num,* 69, *verſic. Nec Rele-*
*vat dicere*.

Idemque obſervatur in Regno Sardiniæ, ubi in cri- 15
minalibus gaudent privilegio fori, non autem in ci-
vilibus, Ego poſt Reg. Vico, & Dexart cum deciſio-
ne illius Senatus tradidi *deciſ.* 8. *num,* 97. *part,* 1, addo
Queſad. Pilo *diſſet.* 21. *numer.* 85. *&* 86. In Regno† Va- 16
lentiæ quid obſervetur, *dixi deciſ.* 8. *num.* 96. *part.* 1.
addo Dominum-Vice Cancel. Don Chriſtophor. Cre-
ſpi de Valdaura *obſer,* 55. De Regno † Aragonum tra- 17
didi *dec,* 8, *num.* 95. *par.* 1. addo Don, Didac, Anton, Fran-
ces de Urrutigoyti *de compet. jurisd. quæſt.* 75. *d. num,* 4.
de Regno Neapoli. Ego *dec.* 8. *num,* 100. *part.* 1. addo
Pet. Mendo *de Ordinib. Militarib. diſquiſit.* 2. *num.* 56.
de tota Italia, & ſic in Janua Daniel de Nobilibus *di-*
*ſput.* 55, *n,* 17,

Ampliatur, quod Equites Ordinum Militarium 18
Hiſpaniæ Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, &
Monteſiæ gaudent in Cathalonia quoad perſonas pri-
vilegio fori, & in Regnis Caſtellæ, Sardiniæ, & aliis,
in cauſis criminalibus, quantumvis gravibus, & atro-
cibus, Quia privilegia, quibus eis conceditur pri-
vatum forum diſtinctum à ſæculari, loquuntur uni-
verſim in omnibus criminibus, & ſic accipienda
ſunt de quibuſcumque delictis, Bovad. *de jud. libr.*
2. *cap.* 19. *num.* 12. Carleval. *de jud, lib.* 1. *diſp.* 2. *nu.* 450.
*cum ſeq.* Mend. *de Ordin. Militar. diſquiſit.* 2. *ſub num,*
82. Ego *deciſ.* 8, *ſub num.* 98. *part.* 1. juxta concordiam
factam 23. Auguſti 1527. quam vocant Comitis Oſſor-
no, quia quo tempore facta fuit, erat Præſes Conſi-
lii Ordinum Militarium Caſtellæ, refert Carleval. *de*
*jud. libr.* 1. *diſp,* 2. *numer.* 433. *verſic. In cæteris autem*
*caſibus*.

Etiam ſi occideret Clericum, ut contra Bovad. 19
Rodriguez, & Villadiego relatos per Carleval *de jud.*
*lib.* 1. *diſp.* 2, *num.* 458. docet, & probat, ſicque deci-
ſum eſſe in Senatu Supremo Caſtellæ in cauſis compe-
tentiarum ſuper hujuſmodi delictis teſtatur idem Car-
leval. *de jud. lib.* 1. *diſp.* 2. *numer.* 159. *&* 460, Sperell. *de-*
*ciſ.* 2. *numer.* 131, *libr.* 1, Mendo *de ordin. milit. diſp.* 2.
*num.* 82. conducit Fermoſin. *allegat. fiſcal.* 5, *part.* 2.
confert pariter deciſio Cancellarii Rovirola, Con-
ſultoribus Peguera, Dalmau, Regas, Seniuſt, & Putg-
mija 15, Septembtis 1604. facta in favorem Franciſci
Vallcorda Clerici tonſurati, & in minoribus Ordini-
bus conſtituti in Regiis carceribus Barcinonæ capti,
& detenti, delati de vulnere, ſeu nece perpetrata ja-
ctu lapidis in perſonam Pauli Mas Clerici, & benefi-
ciati in Eccleſia Beatæ Mariæ Villæ Caſtellionis Em-
puriarum, in qua fuit declaratum gaudere privilegio
fori Eccleſiaſtici.

Et etiam ſi rei eſſent criminis aſſaſſinii, Bovad. *in* 20

*polit.*

*polit.lib.2.cap.19. num.* 12. *verſic. Y la juſtitia*, Mendo
*de ordinib.Militar.diſquiſit.2.num.*82.Carleval. *de jud.*
*lib.*1.*diſp.*2.*ſub num.*459. conducunt Fermoſinus *alleg.*
*fiſcal.*5.*par.*2. & in terminis fortioribus Equitum San-
cti Joannis Hieroſolymitani Barboſa *deciſ. Apoſt.*314.
*num.*10. Mendo *de Ordinib.militar. diſquiſit.* 1. *numer.*
118.

21 Limitatur 1. ſi Equites Ordinum Militarium Caſtel-
læ Sancti Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ commi-
ſerint delicta in Cathalonia, & in aliis Regnis, quæ
patrata in Regnis Caſtellæ non gauderent privilegio
fori, nam tunc per Judices ſæculares puniri poſ-
ſunt juxta dictam concordiam Comitis de Oſſorno,
tradit Dominus Vice-Cancellarius Don Chriſtopho-
rus Creſpi de Valdaura *obſer.* 53. *num.* 17. nempe in
cauſa hæreſis, criminis læſæ Majeſtatis, peccati ne-
fandi, proditionis, ſeu rebellionis, ſeditionis, tu-
multus, commotionis populorum, aut illationis bel-
li, violationis regiorum reſcriptorum, aut ſecuri-
tatis Regiæ, aut inobedientiæ regiorum mandato-
rum, de quibus Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſp.* 2.*nu.*
443. & 444. Larrea *allegat. fiſcal.* 64. *à num.* 23.
*ad* 28. notat Mendo *de Ordinib. militar. diſquiſit.*
2. *n.* 53. *ibi*: *Et ſimul etiam plures cauſæ crimina-
lis*. Et quod in cauſis hæreſis, & aliis ad Tribu-
nal Sancti Officii Inquiſitionis pertinentibus, ab
ejus juriſdictione non ſunt exempti, ut conſtat ex
pluribus Bullis, & colligunt Doctores, quos refert
Mendo *de Ordinib. Militar. diſq.* 2. *n.* 90. & plu-
res à me citati *dec.* 30. *n.* 14. 15. & 16. *p.* 1. Bo-
vad. *in polit. lib.* 2. *c.* 19. *n.* 13. Riccius *coll.* 503.
*verſic. Quarto*. Et quod non gaudeant in crimine
proditionis, &c. Bovad. *in polit. lib.* 2. *c.* 19. *num.*
10. Et quod non gaudeant exemptione fori in caſi-
bus violationis regiorum reſcriptorum, aut ſecuri-
tatis regiæ, aut inobedientiæ Regiorum præcepto-
rum, latè probat Larrea *alleg. fiſcal.* 64. *tota, ſignan-
ter à n.* 9. *uſque ad finem*.

22 Limitatur 2. ſi Dominus noſter Rex Hiſpaniæ,
(qui eſt ſupremus, & perpetuus adminiſtrator Or-
dinum Equeſtrium Sancti Jacobi, Caltravæ, & Al-
cantaræ ex Bullis Alexandri VI. Leonis X. Julii III.
& Adriani VI. Maſtril. *dec.* 290. *num.* 63, 64. & 76.
*libr.* 3. Rodriguez *q. regul. tom.* 2. *qu.* 122. *art.* 3.
Cævallos *de cog. per viam violen. p.* 2. *q.* 149. *num.*
18. Larrea *allegat. fiſcal.* 64. *num.* 38. & 39. Bor-
rell. *de Reg. Cathol. præſt. cap.* 64. *num.* 1. Sperell.
*dec.* 2. *n.* 15. & 84. & *Regiam Epiſtolam refert.*
*num.* 135. Daniel de Nobilibus *in addit. ad diſp.*
56. *num.* 8. Carleval. *de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *numer.*
418. 431. & 435. Pereyra *dec.* 58. *n.* 6. *verſic. Nec
obſtat*, & *num.* 7. & *de man. Reg. p.* 2. *q.* 58. *n.*
4. *verſic. Quæ quidem.* Barboſa *dec. Apoſt.* 12. *num.*
1. & *dec.* 306. *num.* 4. & *dec.* 308. *num.* 8. & *de-
ciſ.*316. *n.*8. & *de jure Eccleſ. univ. lib.*1.*c.*41.*ſub
n.* 81. 83. *et* 168. *et in collect. ad Concil. Trident.
ſeſſ.* 25. *de regularib. c.* 21. *n.* 5. Fermoſin. *in cap.
Eccleſiæ Sanctæ Mariæ*, *quæſt.* 37. *num.* 2. *de con-
ſtit.* Thoro *in compend. dec. part.* 3. *ſect.* 2. *verbo
Milites*, *fol.* 84. Fajardo *alleg. fiſcal.* 51. *à num.* 7.
*num.* 65. 91. *et* 92. Dexart *ad cap. Reg. Sadin. c.*
5. *n.* 4. *de Epiſc. et Cler.* Reg. Leo *dec.* 9. *numer.*
70. *lib.* 3. Mendo *de Ordin. militar. diſquiſit.* 1. *n.*
129. *verſic. Hoc verò extinct. et n.* 201. *et* 203. *in
fine, et diſquiſit.* 2. *ſub num.* 49. *et diſquiſit.* 6. *à n.*
1. *et diſquiſit.* 7. *à num.* 1. *et diſquiſit.* 8. *num.* 5. *et
diſquiſit.* 17. *num.* 1. Domin. Vice-Cancel. Don Chri-
ſtophorus Creſpi de Valdaura *obſer.* 55. *numer.* 32.
23 Idemque † eſt de Regina in Regno Hiſpaniæ ſuc-
cedente, cui à Summo Pontifice Adriano VI. con-
ceditur, ut adminiſtrationem Ordinum Militarium
retineat, Mendo *de Ordinib. Militar. diſquiſit.* 6.
*numer.* 1. *verſic. Imo etiam*, *et num.* 5. ubi *num.*2.3.
24 *et* 4. † quærit, An fœminæ ex jure ſint incapaces
juriſdictionis Eccleſiaſticæ; an vero capaces, ſi eis à
Summo Pontifice concedatur facultas infligendi cen-
ſuras, & imponendi præcepta obedientiæ, ſeu præcipien-
di in virtute Sanctæ Obedientiæ? De quo ultra per
eum citatos, vide tex. *in cap. dilecta* 12. ubi Barboſa
plures congerit *numer.* 2. *et* 3. *de majorat. et Obedient.*
Tamburin. *de jure Abbatiſſar.diſp.*22. *quæſt.* 12. Caſtr.
Palaus *in oper. mor. part.*1.*tract.*3.*diſp.*1. *punct.* 23. *nu-
mer.* 31. alios plures cumulat Reg. Mattheu *de reg. Reg.
Valen.cap.*7. §. 4. *num.* 164. *et* 165. Rota *deciſ.* 3. 1. *p.*
6. *recentior. vol.*1. *et deciſ.* 423. *part.* 9. *recent. vol.*2. *et
deciſ.*44. *part.* 10. noſter Triſtany *in Coron. Benedict.*
*capit.* 1. *à numer.* 37. ad 45. † cauſam, & punitionem 25
Equitum Ordinum Militarium Hiſpaniæ Sancti Ja-
cobi, Calatravæ & Alcantaræ judicibus ſæcularibus
commiſerit, pro ut facere poteſt ex Bulla Leonis X.
quam refert Didac. de Mota *de confir. Ord. San-
cti Jacobi, libr.* 1. *cap.* 4. §. 35. & teſtantur Carleval.
*de judic. lib.* 1. *diſp.* 1. 2. *numer.* 435. Larrea *allegat. fi-
ſcal.* 64. *num.* 39. *et* 40. Dominus Vice-Cancel. Don.
Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſer.* 55. *numer.* 32.
*et obſer.* 55. *num.* 14. quidquid dicat Pereyra *dec.* 58. *à
num.* 4.

Sublimatur hæc 2. limitatio in Equitibus Ordinis 26
Monteſiæ Regni Valentiæ, nam licèt Dominus no-
ſter Hiſpaniæ ſit illius Supremus, & perpetuus admi-
niſtrator ex Bulla Sixti V. quam refert Reg. Mattheu
*de reg. Reg. Valen. cap.*7.§.4. *num.* 166. & antea notave-
rat *num.*15.22. *et* 109. & Authores dictam Bullam refe-
rentes tradit, *num.* 167. Dominum Vice-Cancellar.
Don. Creſpi de Valdaura *obſer.* 55. *numer.* 15. Tamen
cauſas perſonarum Equeſtris Ordinis Monteſiæ per
ſuos judices expediendas eſſe, nec aliis extraneis com-
mitti poſſe, probat idem Dominus Vice-Cancellarius
D.Chriſtophorus de Creſpi de Valdaura *obſervat.* 55.*n.*
15. 16. *et* 17.

Limitatur 3. ſi Equites Ordinum Militarium Hiſpa- 27
niæ Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ & Monte-
ſiæ offendant perſonam Officialium Curiæ Epiſcopalis
in actu exercendi ſuum officium, vel aliàs Epiſcopi
juriſdictionem impediunt, ab eodem Epiſcopo coer-
ceri, & puniri poſſunt, ut in Equitibus Sancti Jo-
annis Hieroſolymitani declaravit Sacra Congrega-
tio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum in
una Panormitana refert Barboſa *de jure Eccleſ. un.
lib.* 1. *cap.* 43. *numer.* 154. *et deciſ. Apoſtolica* 303. *nu-
mer.* 6.

Limitatur 4. ſi Equites Ordinum Militarium Hi- 28
ſpaniæ Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, &
Monteſiæ, ac etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani
violant Regias pragmaticas, aut contra Regias pro-
hibitiones portant arma, aut veſtes, aut extrahunt,
vel introducunt merces in Regnum abſque manifeſta-
tione, non gaudent privilegio fori, ſed ſubjiciuntur
ſæculari juriſdictioni, Bovad. *in polit. lib.*2.*c.*19.*num.*
27. Villadiego *in politic.c.*5.*n.*118. Carleval. *de jud. lib.*
1. *diſp.*2.*num.*456.

Sublimitatur hæc 4. limitatio, ut procedat quoad 29
pœnam commiſſi, ſi in flagranti deprehendantur; ſe-
cus vero quoad aliam pœnam in Regiis prohibitioni-
bus impoſitam, pro qua puniri non poſſunt à judice
ſæculari, ſed ad ſuos judices remitti debent, quem-
admodum remittendi eſſent Clerici, ut in alia deci-
ſione, Deo dante dicam, ſic doctè Carleval. *de jud.lib.*
1.*diſp.*2.*n.*457. Mendo *de Ordin.militar. diſquiſit.* 2. *n.*
82. & juxta hanc diſtinctionem interpretatur ſe ipſum
de Clerico loquens Bovad. *in polit. lib.*2.*cap.*18.*numer.*
72. 121. *et* 122. alias limitationes vide in limitatione
præcedente.

Sed non eſt omittendum, Equites Sancti Jaco- 30
bi, Calatravæ, & Alcantaræ non gaudere privile-
gio canonis *ſi quis ſuadente diabolo* 17. *q.* 4. in Re-
gno Caſtellæ, ait Molina *de juſt. et jure tom.*3.*diſp.*
52. *numer.* 5. quem refert, & ſequitur Caſtr. Palaus
*in oper. mor. part.* 6. *tract.* 29. *diſp. univ. punct.* 23.§.1.
*num.* 16.

Quo verò ad ea quæ dixi *numer.* 13. *cum ſeq.* 31
quod Equites Ordinum Militarium Hiſpaniæ San-
cti Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ in Regnis Ca-
ſtellæ, non gaudent in civilibus privilegio fori. Li-
mitatur 1. ſi actor, & reus ſint Equites Ordinum Mi-
litarium Sancti Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ,
nam tunc actor coram Senatu Ordinum reum con-
venire debet, ut ex Carleval. dixi *deciſ.* 8. *ſub num.* 98.

*part.*

part. 1. addo Mendo *de Ordinib. Militar. diſquiſit.* 2. *numer.* 83. *in fine; verſic. Quin ſi actor.* Notanter dixi in Regno Caſtellæ: ſed in Cathalonia vidi contrarium obſervatum per Cancellarium Sunyer, Conſultoribus Roca, & Julia, Triſtany, & Pinyana 14. Julii 1663. ratione firmæ juris in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ facto per Procuratorem Nobilis Raymundi de Cagarriga Equitis Ordinis, & Militiæ de Calatrava, & Procuratorem Fiſcalem illius procedimentis in Curia ſæculari Regiæ Audientiæ contra eum factis, inſtante Nobili Joanne de Matha Equite Ordinis, & Militiæ Beatæ Mariæ de Monteſa, vigore Regiæ ſententiæ inter eaſdem partes latæ in Viceregia Audientia 17. Octobris 1662. ac proviſionis, liquidationis, & decreti executionis prætendente in dicta Curia Eccleſiaſtica dicto Procuratore dicti Nobilis Raymundi de Carriga fieri non poſſe executionem dictæ Regiæ ſententiæ, ex quo tranſactionis contractus, cujus occaſione extitit in favorem dicti Nobilis Joannis Baptiſtæ de Matha in ea cauſa declaratum, & pro cujus obſervantia fuit decreta executio dictæ Regiæ ſententiæ contra dictum de Cagarriga, allegabatur in totum illicitus, & uſurarius propter conventiones, & pacta in eo appoſita, fuit declaratum firmæ juris in dicta Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ, Sede Epiſcopi vacante per Procuratorem dicti Nobilis Raymundi de Cagarriga, & Procuratorem Fiſcalem illius factæ locum non fuiſſe, nec eſſe. Limitatur 2. ſi † cauſæ civiles ex delicto deſcendunt, nam tunc Equites Ordinum Militarium Sancti Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ gaudent privilegio fori, & conveniri debent coram Conſilio Ordinum, Pereyra *deciſ.* 58. *à numer.* 16. *ad* 22. Thoro *in compend. deciſ. part.* 3. *tract.* 2. *verbo Milites, col.* 2. *verſic. Nec obſtat, fol.* 84. Limitatur 3. in Equitibus Monteſiæ Regni Valentiæ, qui in eo Regno gaudent in civilibus privilegio fori reſpectu actionum perſonalium, convenirique debent in Curia, & Tribunali Locum Tenentis Generalis illius Ordinis, ut dixi cum Authoribus illius Regni Domin. Vice-Cancellar. Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſervat.* 54. *num.* 5. *cum ſeq. & obſer.* 5. *numer.* 2. *&* 17.

33 Et licèt Molina *de juſt. & jure tract.* 3. *diſp.* 50. *num.* 1. Guttier. *de gabel. quæſt.* 95. *numer.* 14. Bias de Mena *var. libr.* 2. *quæſt.* 21. *numer.* 204. Zerola *in prax. Epiſc. part.* 2. *verbo Commendatarii,* §. 1. *&* 2. Cancer. *var. lib.* 3. *capit.* 14. *numer.* 67. *&* 68. Ripoll. *var. capit.* 1. *numer.* 177. *&* 178. Berart. *in ſpecul. viſit. cap.* 3. *num.* 46. *&* 47. Balmaſeda *de collect. quæſt.* 23. *num.* 2. Domin. Vice-Cancel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſerv.* 54. *numer.* 2. & alii à me citati *deciſ.* 8. *à numer.* 88. *cum ſeq. pari & ſupra, numer.* 5. *cum ſeq.* Loquantur de Commendatariis, ſeu Commendatoribus Ordinum Militarium Hiſpaniæ Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ & Monteſiæ, ac etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani, Tamen animadvertendum eſt, quod verbum Commendatarii, ſeu Commendatores, non ſolum ſignificat eos, qui commendas, ſeu Præceptorias Militares habent, ſed etiam omnes Equites, qui habitu ſivè ſtemmate prædictorum Ordinum Militarium inſigniti ſunt Quia quamvis hi Equites, qui Commendas, ſeu præceptorias habent, propriè, & ſpecificè Commendatarii, ſeu Commendatores appellandi ſint, vulgari tamen vocabulo apud nos in Cathalonia Equites prædictorum Ordinum Militarium eo generali verbo Commendatores, ſivè Commendatarii vulgo Comandors nominabantur, & nominantur: & etiam in Regno Valentiæ à vulgo ita appellari tradit Domin. Vice-Cancellar. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſerv.* 54. *numer.* 3. notat Trullench. *in decalog. libr.* 7. *capit.* 12. *dub.* 5. *numer.* 27. quem refert Balmaſeda *de quæſt.* 23. *numer.* 8. & de Regnis Caſtellæ notat Lazarte *de gabel. cap.* 19. *numer.* 92. Parlador. *rer. quotid. libr.* 1. *cap.* 3. §. 1. *numer.* 23. & clariùs Guttier. *de gabel. qu.* 95. *numer.* 12. *in ſummario,* Bovad. *in polit. libr.* 2. *cap.* 19. *numer.* 9. Zerola *in prax. Epiſcop. part.* 2. *verbo Commendatarii,* §. 3. Caſtr. Palaus *in oper. mor. part.* 6. *tract.* 29. *diſp.* 3. *punct.* 23. §. 1. *numer.* 15. *&* 16. etſi aliter intelligat Diana *reſol. mor. part.* 9. *tract.* 4. *reſol.* 7. *& in coordinat. part.* 5. *tract.* 2. *reſol.* 50. *numer.* 1.

35 Sed quid de Equitibus Ordinum Militarium Sancti Stephani Papæ, & Martyris apud Florentinos, & Sancti Mauritii, & Sancti Lazari apud Sabaudos, & aliis Equitibus Ordinum Militarium exterorum Hiſpaniæ, an ſint verè Religioſi, vel ſaltem perſonæ Eccleſiaſticæ, & gaudeant privilegio fori canonis, & exemptionis gabellarum, ſicut Equites Ordinum Militarium Hiſpaniæ Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ? Remiſſivè propoſui *in addit. ad deciſ.* 8. *poſt numer.* 76. *verſic. An autem, poſt par.* 2. *deciſ. congeſtis.* Sed plures dicunt, quod ſic, Bonacina *de cenſur. diſp.* 2. *quæſt.* 4. *punct.* 3. *num.* 9. *& in Bulla Cœnæ, tom.* 3. *diſp.* 16. *punct.* 3. *numer.* 16. Maſtril. *deciſ.* 290. *numer.* 42. *libr.* 3. Novar. *de electione fori, part.* 2. *quæſt.* 66. *numer.* 31. Cabal. *reſol. crim. caſu* 225. *à numer.* 11. Bovad. *in polit. libr.* 2. *capit.* 19. *numer.* 98. Marin. Antonin. *libr.* 2. *reſol.* 122. *caſu* 63. Sancius *in ſelect. diſp.* 49. *numer.* 15. Caracciolus *de fori privileg. in proœm. numer.* 59. Riccius *in praxi, tom.* 4. *reſol.* 36. *numer.* 3. Carleval. *de judic. lib.* 1. *diſput.* 2. *numer.* 418. *in fine,* Fermoſin. *cap.* 2. *qu.* 16. *de foro compet.* Diana *reſol. moral. part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 6. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 171. *numer.* 3. *&* 4. *& reſol.* 172. *numer.* 1. *&* 2. Diaz de Mena *libr.* 2. *var. quæſt.* 21. *num.* 205. Caſtr. Palaus *in oper. moral. part.* 6. *tract.* 29. *diſp.* 3. *punct.* 23. *numer.* 15. *&* 16. latè Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *à numer.* 109. Anſaldus *de jurisdic. part.* 2. *tit.* 10. *capit.* 15. *à numer.* 119. Daniel de Nobilibus *in addit. ad diſp.* 56. *à numer.* 1. Don. Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſerv.* 54. *numer.* 5. multos alios addunt Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 2. *allegat.* 12. *numer.* 45. *& allegat.* 13. *numer.* 14. *& de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *numer.* 46. *&* §. 5. *numer.* 26. Sperell. *deciſ.* 2. *num.* 120. *lib.* 1. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 1. *dub.* 11. *à numer.* 1. & alii ex citatis à me *deciſ.* 9. *numer.* 88. 89. *&* 90. *part.* 1. *& ſupra, numer.* 5. 6. *&* 7.

36 Etiam ſi ſint Novitii, Riccius *in praxi, part.* 4. *reſol.* 181. *numer.* 2. Navarius *de elect. fori, ſect.* 2. *quæſt.* 66. *num.* 29. Archiepiſcopus Machin. *in reſol. pro Novitiis Ordin. Melitar. in fine, ibi: Y de todas las demas Religiones Militares, que tienen la meſma forma de los tres votos, y conſtitutiones confirmandas pro la Sede Apoſtolica,* Diana, *reſol. mor. in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 167. *num.* 3. *& reſol.* 168. *num.* 2. *& reſol.* 272. *num.* 3. Fermoſin. *in cap.* 2. *quæſt.* 17. *de foro compet.* & alii ex citatis à me *deciſ.* 8. *num.* 93. *part.* 1. *& ſupra, numer.* 11. ſed circa dicta, *num.* 35. *& hoc num.* 36. vide quæ ſcribunt Luca *in annotat. ad Concil. Trid. diſc.* 13. *&* 39. *de juriſd. diſp.* 92. alter Luca in animad. ad Gratianum, *diſcept. for. cap.* 363. *num.* 25. qui contrarium docent.

37 Quidquid autem ſit de his, in Hiſpania, Neapoli, & Sicilia dicti Equites Sancti Stephani, Sancti Lazari, & alii Ordinum Militarium exterorum non gaudent privilegiis fori, canonis, & exemptionis gabellarum. Vel quia eorum privilegia à Summis Pontificibus conceſſa tantùm ſunt localia, ut dicunt Bovad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 19. Villadiego *in polit. cap.* 5. *numer.* 116. *&* 117. Guttier. *de gabel. quæſt.* 95. *numer.* 16. Rodriquez *quæſt. regul. tom.* 2. *quæſt.* 62. *art.* 17. Balmaſeda *de collect. quæſt.* 23. *num.* 9. & Vel quia in ſuis privilegiis non habent regium exequatur, ut dicunt Imbrian. *de judice Regni, part. ult. numer.* 25. Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 95. *&* 115. Danza *de pug. Doctor. tom.* 1. *de qualit. Off. numer.* 82. Daniel de Nobilibus, *diſp.* 59. *numer.* 5. Coſta Siculus *conſil.* 42. *numer.* 5. Sperell. *deciſ.* 2. *numer.* 43. *libr.* 1. & in ſimili Carleval. *de jud. libr.* 1. *diſp.* 2. *numer.* 438. *verſic. Tamen,* Mendo *de Ordin. Militar. diſquiſit.* 2. *numer.* 56.

38 Et licèt Bovad. Villadiego, & alios ſequaces impugnent Diana *reſol. mor. in coordinat. part.* 9. *tr.* 2. *reſol.* 171. *numer.* 4. *verſic. Unde ex his apparet,*

Thom.

Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *capit.*1.*dub.*11. *num.* 16. Eo quia prædicti Equites exteri Regnorum Hiſpaniæ ſunt verè Religioſi, ut patet ex Bullis Pontificiis, & eorum privilegia ſunt abſoluta, & præſcindentia à loco, & eis gaudere debent in omnibus Mundi partibus, ſicut Equites Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ, Sperell. *deciſ.* 2.*numer.*114.*lib.* 1. & ſentiunt Guttier. *de gabel, quæſt,* 95.*numer.*27. Balmaſeda *de collect. quæſt.* 23. *numer.*10. Licèt etiam Imbrian. Carol. de Graſſ. Danzam, & ſequaces impugnent idem Diana *reſol. moral. in coordin. part.*9.*tract.*2.*reſol.*171,*numer.* 3. & 4. & *reſol.*172. *numer.*1. & 2. Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.*1. *cap.*1. *dub.* 11. *à numer.* 17. Sperell. *deciſ.* 2. *numer.* 114.*libr.*1.Caracciol. *de foro privileg. in proœmio, numer.* 60. Eo quia prædicti Equites exteri Regnorum Hiſpaniæ, ut potiantur privilegiis fori, canonis, & exemptionis gabellarum non egent executoriis in eorum privilegiis, ſed tantùm ſufficit, quod ſint verè Religioſi, vel ſaltem perſonæ Eccleſiaſticæ.

39 Cæterum quidquid ſit, an privilegia à Sede Apoſtolica conceſſa Equitibus Sancti Stephani apud Florentinos, Sancti Lazari apud Sabaudos, & aliis Ordinum Militarium exterorum Hiſpaniæ ſint tantùm locatio, vel abſoluta, & præſcindentia à loco. Tamen ultra tradita per Mendo *de ordin. militar. diſquiſit.* 2. *numer.* 56. & per unum, & alterum Lucam *citatos, numer.* 36. *in fine*, qui docent, quod Equites Sancti Stephani quamvis profiteantur pium, & laudabile inſtitutum à Sede Apoſtolica approbatum, non ſunt vere Religioſi, cùm non emittant vota formalia caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ. Dicendum eſt, quod dicta privilegia non ſunt recepta, nec admiſſa in Hiſpania, Neapoli, & Sicilia, & hoc videntur dicere Imbrian.Carol.de Graſſ. Danza, & ſequaces, dum dicunt prædictos Equites exteros in ſuis privilegiis non habere regium exequatur.

40 Eſtque ſciendum, quod nullus in Regnis Hiſpaniarum natus, aut in eis commorans poteſt abſque regis licentia afferre habitum militarem ex his, quos Principes exteri conferunt, excepto habitu Ordinis Sancti Joannis Hieroſolymitani, & ſecus agentes puniuntur pœna pecuniaria, exilii, & inhabilitationis ad habitus Ordinum Militarium, qui Hiſpanorum proprii ſunt. Narbona, *l.*10.*gloſſ.* 3. *à num.*1. *ad* 6.*tit.*6.*lib.*1. *recop.* Fermoſin.*in cap.*1.*quæſt.*5. *num.* 5. *de foro compet.* Mendo *de Ordin. Militar.diſquiſit.*12.*num.*142.*verſic. Cæterum*.

41 Ex quibus multo minus Equites aurei Velleris vulgo del Tuſon, Sancti Michaelis, Annuntiationis Beatæ Virginis, & Equites Garreriorum, & de vulgo dicti de la Banda, & omnes alii abſque Sedis Apoſtolicæ authoritate inſtituti nec gaudent,nec gaudere poſſunt privilegiis fori, canonis & exemptionis gabellarum, Diana *reſol. mor. part.*4.*tract.*1.*reſolut.* 36. & *in coordinat. part.*9.*tract.*2.*reſol.*167.*num.*3. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ.tom.*1.*cap.*1.*dub.*11. *numer.*12.Fermoſin. *in cap.*2.*q.*17.*num.*3. *de foro compet.* Cævallos *de*
42 *cognit. per viam violent. p.*2.*q.*149.*n.*19.Et nota, quod † Militia Equeſtris de la Banda eſt jam extincta, Mendo *de Ordinib. militar. diſquiſit.* 1. *num.* 158. Et Equi-
43 tes † aurei Velleris Hiſpanè del Tuſon ex privilegio ſpeciali gaudent proprio foro, ita ut ſolus Magiſter, qui eſt Dominus noſter Rex, ſit eorum judex, Mendo *de Ordinib.Militar.diſquiſ.*1.*num.* 93. Solet tamen Dominus noſter Rex cauſam Equitis del Tuſon delegare Proregi, etiam ſi non ſit Ordinis del Tuſon, qui de cauſa cognoſcit, Sanfelicius *in praxi, ſect. num.*7. ubi refert praxim ſervatam in Regno Neapolitano. De hoc Ordine del Tuſon plura congerunt Mendo *de Ordin. Militar. diſq.* 1. *n.*91.92. & 93. Salzedo *in theatro hon. gloſſ.* 44. *per totam*.

## *ARGUMENTUM.*

An ſervientes Eccleſiæ verè adſtricti, & deputati ejus ſervitio gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, & ſint conveniendi coram judice Eccleſiaſtico.

## *SUMMARIUM.*

1 *Servientes Eccleſiæ verè adſtricti, & deputati ejus ſervitio an gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici? Refertur opinio affirmativa cum ampliationibus, num.*1.2.3.4.5.6.7. & 8. *opinio negativa, cum limitationibus, & ampliationibus, à n.*9. *cum ſeq. & hæc ſervatur in Cathalonia, & Sicilia, n.* 22. 23. & 24.

5 *Muſici, Cantores, Tibicines, & ſimiles an gaudeant privilegio fori & ſint immunes à gabellis, refertur opinio affirmativa, num.*5. & 6. *negativa refertur, num.*14.15. 16. & 17. & *quid de Muſicis Capellæ Regiæ Regni Neapolis, numer.*18. & *quid in Regno Siciliæ de Muſicis Capellæ Regiæ, num.* 19.

7 *Diaconi Salvatici In Regno Neapolis an gaudeant privilegio fori, n.* 7. & 8.

20 *Seminariſtæ an gaudeant privilegio fori.*

21 *Servientes Eccleſiæ ſolùm in accedendis lampadibus, & aperiendis ejus portis non gaudent privilegio fori.*

## DECISIO CXL.

PRima eſt opinio affirmativa, quod ſervientes Ec- 1
cleſiæ verè adſtricti, & deputati ejus ſervitio gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendique ſunt apud judicem Eccleſiaſticum, idque non favore, intuitu, & gratia propriæ perſonæ, ſed gratia, favore, & intuitu ipſius Eccleſiæ, cui ſerviunt, *per text. in cap.* 2. *gloſſ. verbo minores*, ubi Felin. *numer.* 1. *verſic. gloſſ. in verbo, & num.*8.*verſic.Sed ſervientes*, Abbas, *num.*5.Barbatia *num.*9.Fermoſin.*qu.*23.*num.* 2. Barboſa plures citat *num.* 10. *de foro compet.* idem Barboſa alios addit *de jure Eccleſ.univ.lib.*1.*cap.*39.§.2.*num.*52. & §. 4.*num.*1.2. & 5.*remiſſivè de poteſt.Epiſc.p.*2. *allegat.*12. *numer.*40.Belluga *in ſpecul.Princip.rub.*11.§.*videndum, num.*6.*verſic.Sed numquid*, Morla *in empor.jur.p.*1.*tit.* 2.*de juriſdic.omn.jud.in præmiſſ.n.* 140. Carol.de Graſſ. *de effect.Cler.effect.*1.*n.*131.Ripoll.*var.cap.*1. *num.* 356. Diana *reſol.mor.p.*3.*tract.*1.*reſol.* 69. & *part.* 6.*tract.*1. *reſ.*36. & *in coordinat.part.*9.*tract.*2. *reſol.* 133. & 134. probabilem dicit Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.*1.*cap.*4.*dub.* 22. Bellet. *diſquiſit. Cler.tit.de favore Cler.perſon.*§.*num.*2. Fermoſin.*in cap.*3.*quæſt.*5. *num.* 6. *foro competen.*

Ampliatur 1. etiam ſi ſervientes Eccleſiæ verè ad- 2
ſtricti, & deputati ejus ſervitio non habeant primam tonſuram, ſed ſint omnino laici, gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, Morla *in empor.juris, part.* 1. *tit.* 2. *de juriſdic.omn.jud.in præmiſſ.numer.* 140. Diana *reſol. mor.part.*6.*tract.*1.*reſol.*36. *verſic. Nec ſecundo, & in coordinat.part.*9.*tract.*2.*reſol.*133. *numer.* 4. Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.*1. *capite quarto, dub.*12. *numer.* 3. *verſic. Objicies*, Decian. Farinac. Ambroſin. Maſcard. Daniel de Nobilibus & alii *infrà, numer.* 8.

Ampliatur 2. ut non ſolùm ſervientes Eccleſiæ per- 3
petuo adſtricti, & verè deputati ejus ſervitio gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, ſed etiam ii, qui ad tempus ſerviunt Eccleſiæ, privilegio fori Eccleſiaſtici decorantur, Diana *reſol. moral. part.* 9. *tract.*1.*reſol.*36. *verſic. nec obſtat, & in coordinat. part.* 9. *tract.* 2.*reſol.* 133.*numer.* 3. plures cumulat Barboſa *in capit.* 2. *num.* 10. *verſic. Intellige, de foro compet. & de jure Eccleſ. univ.lib.primo, cap.*39.§.4.*à numer.*4.Fermoſin.*in cap.* 2.*quæſt.*5.*numer.*6.*in fine, & quæſt.*7.*numer.* 8. *de foro compet.* Dummodo non ſerviant ſalario conſtituto dietim, vel per hebdomadas, aut pro aliquo parvo tempore, ſed per annum, vel ad longum tempus,

in cap.2.numer.10.verſ.Intellige in fine, de foro compet.
et de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 4. numer. 10.
quidquid dicat Fermoſin. in cap,2.quæſt.7. numer. 8. de
foro compet.
4 Ampliatur 3. ut nedum ſervientes Eccleſiæ pro
ſalario, & mercede gaudent privilegio fori Eccleſia-
ſtici, ſed etiam ſervientes Eccleſiæ gratis ſine ſala-
rio, & mercede privilegio fori Eccleſiaſtici gau-
dent, Barboſa in cap. 2. numer. 10. verſic. et licet de fo-
ro compet. et de jure Eccleſ. univ.lib.2.cap.39. §.4.num.
16. Fermoſin. in capit. 2. quæſt. 7. numer. 8. de foro
compet.
5 Ampliatur 4. in Muſicis, Cantoribus, Tibicini-
bus, & ſimilibus ( per quos devotio excitatur, ſi de-
center, & debito modo fiat, Barboſa cum multis in
cap. dolentes, 9. num. 16. de celebrat. miſſar. et in ex-
trag. univ. de vita, et honeſt. Cler. et in collect. ad Con-
cil.Trident. ſeſſione, 22. de Sacrif. Miſſæ, cap.8.num.
24. et de jure Eccleſ. univ.lib.1.cap. 11. numer. 35. et de
offic. Paroch. cap. 13. à num. 23. Daniel de Nobilibus
diſput. 33. num. 122. ) ſi per longum tempus Eccleſiæ
ſerviunt, gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, ſecus
ſi per modicum tempus, Parlador rer. quotidian. dif-
fer.9.§.1.num.7.Vega in cap.2.num.23. ubi Fermoſin.in
cap.23. numer. 2. de foro compet. Barboſa de jure Eccleſ.
univ.lib.1.cap.39. §. 2. numer. 54. Balmaſeda de collect.
6 quæſt.28.num. 2. Et ſunt † immunes à gabellis, & col-
lectis, Oldrad. conſ. 11. Riccius in prax. reſol. 193.
numer. 1. in fine, Trullench. in decalog. lib.7. cap. 12.
dub. 6. num. 15. quos citat Balmaſeda de collect. quæſt.
28. num. 3.
7 Ampliatur 5. in hominibus laicis gratis ſervien-
tibus Eccleſiæ in Regno Neapolitano, qui Diaconi
Salvatici appellantur, nam gaudent privilegio fori
Eccleſiaſtici in criminalibus durante ſervitio; non au-
tem privilegiis canonis, & exemptionis gabellarum,
ſicuti declaravit Sacra Congregatio Cardinalium 10.
Kalendas Junii 1632. refert Squillante de privileg.Cler.
cap.7.dub.2.numer.4. Novarius de elect. fori, quæſt.52.
numer.13.ſect.2. ad pragmat. Reg. Neapol,ſect.2.in rub.
numer. 4. de Clericis, ſeu Diaconis ſalvaticis, & in
ſumm.Bullar. titulo de diaconis ſalvaticis, Riccius in
praxi, part. 4. reſol. 480. Tamburin. de jure Abbat.
tom.2.quæſt.30. in fine, Diana reſol.moral.part.3.tract.
1.reſol.69.verſic.Sed his, & part. 9. tract. 4. reſolut. 4.
in fine, & in coordin. part. 5. tract. 2. reſol. 9. in fine,
& par.9.tract.2.reſol.134.num.2. Barboſa in cap.2.num.
10.verſic. Et licet ibi: Hos autem de foro compet. &
deciſ. Apoſt. 249. numer. 8. & in collect. Bullar. verbo
Diaconus. verſic. Diaconi Salvatici, & in collect. ad
Concil.Trident.ſeſſ.23.de refor,cap.6.num. 38. & de jure
Eccleſ,univ.lib.1.cap.39.§.4.n.18.verſic. Liberos autem
uſque ad num.24. ad quem locum ſe refert, §.2.num.54.
Tom. del Bene de imm. Eccleſ.tom.1.cap.4.dub.22.num.
5. ſed quod iſti famuli inſervientes Eccleſiæ, vulgo
nuncupati Clerici ſalvatici non gaudent privilegio fo-
ri in criminalibus in Regno Neapolitano deciſum fuit
tam per M.C. quam per S.C. in pluribus cauſis relatis
per Sanfelici deciſ.1. Thoro in ſuppl. dec. verbo Famu-
li inſervientes, fol.220, & verbo ſervientes Eccleſiæ,
fol. 601.
8 Ampliatur 6. ut multo magis ſervientes Eccleſiæ
eo animo, ut poſtea fiant Clerici, gaudent privilegio
fori Eccleſiaſtici, quamvis adhuc nullo ordine cleri-
cali ſint initiati, Decian.tract.crim.tom. 1. part.4.cap.
9.num.27.Farinac. in praxi, part.1.quæſt. 8. num. 5. in
fine, Ambroſin.de imm.Eccleſ.cap.22.6. Maſcard. de
gener. ſtat.interp.concl.1,num.120. Daniel de Nobilibus
diſput.31.numer. 43. verſic. Quod non diſtat., Guazin,
defenſ.30.cap.9.num. 36. verſic. Sed adde, Bellet.diſq.
Cler.part.1.tit.de favore Cleric.perſona, §. 2. numer.2.
Barboſa de jure Eccleſ.univ.lib,1.cap.39.§. 2. numer,52.
Diana reſol,mor.part.3.tract.1,reſol. 36. & in coordinat,
part,9. tract. 2. reſol. 133. & 134. probabilem inquit
Thom. del Bene de immunit. Eccleſ.tom. 1. capit, 4.
dub. 22. Fermoſin, in capit. 2. quæſt.5. numer. 6. de foro
compet.
9 Secunda eſt opinio negativa, quod ſervientes Ec-
cleſiæ verè adſtricti, & deputati ejus ſervitio non
gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, ſic Bonacina in
Bulla Cœnæ, tom.2.diſp.1.quæſt.16.punct.3.num.6. Re-
ginald. in praxi, fori pœniten.tom.1.lib.9.cap.23.num.
355. Gambacurta de imm.Eccleſ. lib.7.cap.11.numer.7.
verſic. deputatis, Abbas, Barbatia, Decian. Maſcard.
Ambroſin. & Daniel de Nobilibus infra, citati num.
12. & 13.
Ampliatur, ut ſervientes Eccleſiæ verè adſtricti, 10
& deputati ejus ſervitio ſerviant Eccleſiæ eo animo,
ut poſtea ſint Clerici, non gaudent privilegio fori
Eccleſiaſtici, Bonacina tom. 2. diſp. 10. quæſt. 2. §.2.
numer. 2. Suarez contra Reg. Angliæ, lib. 4.cap.29.nu-
mer. 9. Gambacurta de imm. Eccleſ.lib.7. cap. 11. num.
7. Reginaldus in praxi, fori pœnitent. tom.1.lib.6.cap.
23.num. 354.
Limitatur 1. ſi ſervientes Eccleſiæ ſint Clerici in mi- 11
noribus, & habitum clericalem, & tonſuram defe-
runt, nam tunc gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici,
Gambacurta de immun. Eccleſ.lib.7.c.11.n.7. verſic. De
deputatis, Suarez cont.Reg. Angliæ, lib.4.cap.29.num.
11. Thom. del Bene de imm.Eccleſ.tom.1.cap.4.dub.22.
num.2.in fine, Barboſa de jure Eccleſ.univ.lib.2.cap.39.
§.2.num.52.
Sublimitatur ſi ſervientes Eccleſiæ ſint verè adſtri- 12
cti, & deputati ejus ſervitio, ita ut adveniente ætate
ad ordines promoveantur, nam tunc tranſeat, quod
gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, ſecus ſi non eſ-
ſent ſic adſtricti, licet incederent in habitu, & tonſu-
ra, & viverent inter Clericos, & intereſſent celebra-
tioni divinorum Officiorum, non gaudent privilegio
fori Eccleſiaſtici, Abbas in c.2.n. 5. Barboſa num. 29.
de foro copet. Deciman.tract.crim.tom. 1.lib.4.cap.9.nu.
27. Maſcard. de gen.ſtat.interp.concluſ.1.num. 120. verſ.
Quod eſt intelligendum, Daniel de Nobilibus diſput.
31.num.43.verſic. Quod non diſtat, Ambroſin.de imm.
Eccleſ.cap.22.num.6. verſic. Et hoc voluit Gambacurta
de imm. Eccleſ. libr. 7. capit. 11.numer.7.verſic. Fede-
ricus de Senis. Intellige ſi ſervientes Eccleſiæ † perpe- 13
tuo ſunt adſtricti ejus ſervitio, non item ad tempus,
ſic communiter Doctores intelligunt procedere tex-
tum in cap. 2. gloſſ. verbo minores, de foro compet. ut
Abbas ibidem, num. 5. Gambacurta de immunit. Eccl.
lib.7.cap.21.numer. 7. verſic. Panormitanus, Reginal-
dus in praxi, fori pœniten.tom.1,lib.9.cap.23.num.354.
Morla in empor. jur. part. 1.tit.2.de juriſd.omni jur. in
præmiſſ.num.140.verſic.Communiter tamen, Thom. del
Bene de immun.Eccleſ.tom.1.cap.4.dub.22.nu.2. Bovad.
in polit.lib.2.cap.18.n.203. verſic. Porque, & ſentiunt
licet utantur verbo Maxime, Ripoll.varr.cap.1.num.
357.in fine, Fermoſin. in cap.2.quæſt.23.ſub n.2.de foro
compet. quidquid dubitet Guazin. defen.20.cap.9.n.36.
verſic. Sed adde.
Hinc Muſici, Cantores, Tibicines, & ſimiles qui 14
Eccleſiis ſerviunt, non gaudent privilegio fori Eccle-
ſiaſtici, Tondut.de penſionib.cap.34.num.18. Balmaſe-
da de collect.quæſt.28. numer. 7. plures alios addit Reg.
Mattheu de reg.Reg.Valen.cap.7.§.1. à numer. 178. Niſi
habeant † qualitates requiſitas Concilii Tridentin.ſeſſ. 15
23.de reformat.cap. 6. Vega in cap.2.num. 21. ubi Fer-
moſin.quæſt.23. numer. 3. de foro compet. Reginaldus in
praxi, fori pœniten.tom.1.lib.9.cap.23. num. 354. Nec 16
ſunt † immunes à gabellis, & tributis, latè Reg.
Mattheu de reg. Reg. Valen. capit. 7. §. 1. à numer.
184. Balmaſeda de collect. quæſt. 28. numer. 5. Niſi
Cantores, † ſeu Præcentores ſint dignitates in Ca- 17
thedralibus, Balmaſeda de collect. quæſt. 28. num. 10. ex
Valenzuela conſ.33. num. 90. libr. 1, addo Barboſam de
canonic. & dignit. capit. 9. numer. 12. in princ. & nu-
mer. 13. in fine, & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap.38.
numer. 12. in princ. & num. 13. in fine Machado en ſu
perfeto Confeſſor, tom. 2. lib. 4. part. 4. tract. 6. docum.
num. 4.
Sed nota pro Muſicis Regię Capellæ Excellentiſſimi 18
Domini Proregis Regni Neapolis, qui ſi delin-
quunt, puniuntur per Capellanum majorem, ut te-
ſtatur deciſum per Regium Collaterale Conſilium
Thoro in compen. deciſ. part. 3. ſect. 3. verbo Remiſſio
cauſæ, fol.61, & refert Scialoya de foro compet. cap.19.
ſub numer. 14. In Regno † autem Siciliæ Muſici Ca- 19
pellæ

pellæ Regiæ Sancti Petri exiſtentis in Regio Palatio ſunt de foro judicis militaris, ſicque remittuntur ad Auditorem Generalem tamquam ad familiam Regii Palatii, Caſtillo *dec.* 140. *numer:* 26, *verſic. Quæ tamen tom.* 2. Caracciolus *de foro privileg. q.* 39. Thoro *in compend. dec. part.* 3. *ſect.* 3. *verbo Remiſſio cauſæ, col.* 3. *in princ. fol.* 61, Scialoya *de foro compet.* 19. *numer.* 14. *in princ. in fine*, Et in civilibus non tenentur de perſona latè probat Caſtillo *dec.* 140. *à nume.* 12. *tom.* 2, Caracciolus *de foro privileg. quæſt.* 39, *numer.* 2. Thoro *in compend. deciſ. part.* 3. *ſect.* 3. *verbo Remiſſio cauſæ, col.* 2. *in fine, fol.* 61.

20 Hinc etiam Seminariſtæ in habitu, & tonſura incedentes, & in Seminario viventes, qui aliquando interſunt in ſervitio Eccleſiæ, cum tamen non ſint omnino adſtricti pro Clericis ordinati, non gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, ita Maſcard. *de gener. ſtat. interpret. concluſ.* 1. *numer.* 120. *in fine, verſic. Quod nota*, quem ſequitur Daniel de Nobilibus *diſp.* 31. *num.* 43. *verſic. Quod eſſe*, & ſentit Ambroſin. *de immunit. Eccleſ. cap.* 22. *num.* 6. *in fine, ibi: Secus de alii*, quidquid dubitet Guazin. *defenſ. n.* 20. *c.* 9. *nu.* 36. *verſic. Sed adde*.

21 Hinc ſimiliter ſervientes Eccleſiæ ſolum in accendendis lampadibus, & aperiendis ejus portis (licet Vincentius relatus per Abbat. *in capit.* 2. *ſub numer.* 5. *de foro compet.* Belluga. *in ſpecul. Princip. rub.* 11. §. *videndum, numer.* 6. *verſic. Ponit.* Gambacurta *de immunil. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 11. *numer. ſeptimo, verſicul. Vincentius* intelligat verbum *minores cap.* 2. *de foro compet.* de Janitoribus Eccleſiarum) non gaudent privilegio Clericorum, ut cenſuit Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & regularium præpoſitorum die 28. Januarii 1603. referunt Barboſa *de jure Eccl. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 53. *& in collect. Bullar. verbo Forum, verſic. Fori privilegio non gaudeat. fol.* 368. *& dec. Apoſtol.* 361. *numer.* 19. Diana *poſt part.* 5. *reſol. mor. in declarationibus Sacrarum Congregationum, numer.* 25. *& in coordin. poſt. p.* 9. *num.* 25. Thom. del Bene *de immun. Eccl. tom.* 1. *capit.* 2. *dub.* 8. *numer.* 36.

22 Tertia eſt opinio Petri Auguſtini Morlæ *in empor. jur. parte prima titulo ſecundo, de jurisdict. omn. jud. in præmiſſ. numer.* 130. ubi poſtquam dixit, quod incumbentes miniſteriis Eccleſiæ, quamvis Clerici non ſint, gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, *per text. in capite ſecundo gloſſ. verbo minores de foro compet.* & poſtquam dixit, quod communiter Doctores illum textum intelligunt procedere in illis, obſequiis Eccleſiæ perpetuo ſunt adſtricti, ſic inquit Hoc tamen non caret difficultate. Nam cum iſti, qui Eccleſiæ ſerviunt ſint mere laici, non videtur potuiſſe Romanum Pontificem in præjudicium Regiæ, & ſæcularis juriſdictionis hoc ſtatuere, pro ut fatetur Romanus Pontifex *in capite novit. de judiciis*, & ita tenendum cenſeo, ſalva correctione Apoſtolicæ Sedis, & concludit, quod text. *in cap.* 2. *de foro compet.* poteſt procedere in illis Provinciis, in quibus Romanus Pontifex habet temporalem juriſdictionem. Hanc opinionem Morlæ ſequitur Anſaldus *de juriſdic. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 5. *num.* 61. 62. *&* 63. & ſervatur in Regno Siciliæ, in quo iſti tales non gaudent privilegio fori, niſi ſint clericalibus caracteribus inſigniti, teſtatur Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 131. *poſt med.* Idem ſervatur in Cathalonia, ubi iſti non gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, ſi non incedunt in tonſura, & habitu clericali, ſic declaratum per Cancellarium Loris die 23. Julii 1577. in cauſa contentionis ortæ ſuper repetitione perſonæ Vincentii Inſa, qui à Capitulo Eccleſiæ Cathedralis Dertuzæ erat conductus pro adminiſtratione horologii dictæ Eccleſiæ ad quadriennium, & quia non conſtitit de tonſura, & habitu clericali fuit remiſſus ad Curiam ſæcularem Regiæ Audientiæ, refert Ripoll. *var. part.* 1. *num.* 366. alia exemplaria addam *deciſ.* 136. *à n.* 17. *&* 22. & in ornatum citato Morla, vide Barboſam *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *nu.* 58. Thom. del Bene *de imm. Eccl. tom.* 1. *c.* 4. *dub.* 15. *ſect.* 1. *n.* 8. *&* 9.

Et licet ipſe Ripoll. exiſtimet hoc procedere in perſonis, quæ deſerviendo officiis ad opus Eccleſiæ commodè, & ſecundum ſuum exercitium poſſunt deſervire, & incedere in habitu clericali, quales ſunt Baſſinerii, Sacriſtæ, & ſimiles; ſecus reſpectu perſonarum, quæ commodè cum habitu clericali incedere non poſſunt, quales ſunt Veſpillones, Furnarii, & ſimiles, nam hi quocumque habitu incedant in rebus concernentibus ſuas perſonas à judice Eccleſiaſtico eorum cauſas decidendas eſſe dixit *var. cap.* 1. *num.* 367. Confunditur ex ſupradictis. Et deciſiones Cancellarii Cathaloniæ per eum generaliter relatæ Ludovici Marti, & Joannis Montagut *numer.* 362. 363. *&* 364. erant clerici conjugati, & habebant requiſita Sacri Conſilii Tridentini, *ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 6. ut tradidi *deciſ.* 232. *numer.* 12. *&* 13. *& dec.* 136. *num.* .. 23

Solum facit difficultatem exemplar à me traditum *deciſ.* 9. *num.* 30. *part.* 1. ſuper repetitione perſonæ Pauli Prado Muſici Eccleſiæ Cathedralis Ilerdæ, eo tunc detenti in Regiis carceribus dictæ Civitatis, impediti de aliquibus delictis, & pendente contentione coram Cancellario à carceribus detinebatur relaxati, & liberati. Qua autem cauſa fuit liberatus a carceribus, ignoro, ſed ſi caſus iterum contingat, videantur tradita in hac deciſione, & infra, *dec.* 146. 24

---

## *ARGUMENTUM.*

**An Hoſpitale, & ejus Rector, Prior, Gubernator, Adminiſtrator, Hoſpitalarius ſeu alius Miniſter laicus quocumque nomine vocetur, gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, ſitque conveniendum, & conveniendus apud judicem Eccleſiaſticum.**

### *SUMMARIUM.*

1 *Hoſpitale eſt in duplici differentia, aliud erectum ſine authoritate Epiſcopi, aliud erectum authoritate Epiſcopi.*

2 *Hoſpitale erectum ſine, vel cum authoritate Epiſcopi an gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, diſtinguendi ſunt duo caſus, n.* 2. *ſi Hoſpitale eſt erectum ſine authoritate Episcopi, prima eſt opinio, quod gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, numer.* 3. *& fundatur, num.* 4. *&* 5. *Secunda eſt opinio, quod non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, num.* 6. *& fundatur, numer.* 7. 8. *&* 9. *Hoſpitale erectum authoritate Epiſcopi gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, num.* 10. *& fundatur, à n.* 11. *ad* 23. *Si illud in locum Sacrum, & Religioſum erigat, nu.* 24. *in ipſo actu erectionis Hoſpitalis, n.* 25.

4 *Hoſpitale erectum ſine Epiſcopi authoritate eſt locus pius, n.* 4. *non tamen eſt locus Eccleſiaſticus, nec Religioſus, nec ſacer. n.* 7. *nec eſt propriè, & ſtrictè locus pius, ſed mere ſæculare, & laicale, num.* 8. *Nec gaudet privilegio Eccleſiæ, n.* 9. *nec loci pii, n.* 10.

5 *Falcidia non detrahitur ex legato particulare Hoſpitali relicto, nec trebellianica, ſi relictum eſt univerſale, quamvis Hoſpitale erectum non ſit cum authoritate Epiſcopi.*

12 *Hoſpitale erectum authoritate Epiſcopi nedum eſt locus pius, n.* 12. *Sed etiam Eccleſiaſticus, Religioſus, & ſacer, num.* 13. *& gaudet privilegio Eccleſiæ, & reus ad illud confugiens tutus, & ſecurus eſt, ſicut confugiens ad Eccleſiam, nu.* 15. *& reſtituitur in integrum ſicut reſtituitur Eccleſia n.* 16.

17 *Hoſpitale erectum abſque authoritate Epiſcopi, an reſtituatur in integrum, opinio negativa refertur, n.* 17. *Sed affirmativa eſt verior, n.* 18. *& fundatur à n.* 19. *ad* 23.

19 *Pia-*

19 *Pia cauſa habet privilegium reſtitutionis in integrum, ut jure minoris reſtituatur.*

20 *Hoſpitale omne erigitur, ut ibi ſolum exerceantur opera charitatis & pietatis.*

21 *Hoſpitale regitur per Adminiſtratores, quorum officium, & adminiſtratio eſt ad inſtar tutorum & curatorum.*

22 *Reſtitutio in integrum conceditur illi, cujus aliena cura ſunt, & per Adminiſtratores reguntur.*

23 *Hoſpitale ſemper habet minores, & pupillos, & aliàs miſerabiles perſonas, ſicut in univerſitatibus.*

26 *Hoſpitale quando dicatur erectum, cum authoritate Epiſcopi, n.26. & ſi de ea non conſtat, ſtandum eſt ſignis, n.27. & quæ ſint iſta ſigna, n.28. & ſignis non exiſtentibus in dubio præſumitur erectum ſine authoritate Epiſcopi, n.29.*

30 *Rector, Prior, Gubernator, Adminiſtrator, Hoſpitalarius, ſeu alius miniſter laicus Hoſpitalis erecti authoritate Epiſcopi, an gaudeat privilegio canonis, & fori Eccleſiaſtici, n.30. privilegio canonis certum eſt, quod non gaudet, n.31. de privilegio fori, quidam abſolutè affirmant, quod gaudet, num.32. alii aliter dicunt, num.33. ſed verior eſt opinio negativa, quod non gaudet, numer.34. Niſi in tribus caſibus relatis, num. 35. 36. & 37.*

## DECISIO CXLI.

1 UT dilucidè circa materiam hujus deciſionis procedam, præmitto, quod Hoſpitale ad curandos infirmos, aut egenos adjuvandos, pauperes alimentandos, peregrinos hoſpitandos, captivos redimendos, vel orphanas dotandas, & alia ſimilia opera charitatis, & pietatis exercenda eſt in duplici differentia, aliud erectum ſine Epiſcopi authoritate, quod privatum dicitur, aliud erectum authoritate Epiſcopi. Ego plures citavi, *deciſ.43. n.3. par.2.* addo Riccium *collect.1886. in prin.* Cardoſum *in prax. jud. verbo Hoſpitale, n.1. in prin.* Anſaldum *de juriſdict. p.2. tit.11. c.13.* Fontanellam *deciſ.110. n.10. p.1.* Dom. Vice Cancel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſer.91. num.69.*

2 Sed an utrumque Hoſpitale non erectum authoritate Epiſcopi, ſive erectum cum Epiſcopi authoritate gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, diſtinguendi ſunt duo caſus.

Primus, quando Hoſpitale eſt erectum ſine authoritate Epiſcopi.

Secundus, quando Hoſpitale eſt erectum cum authoritate Epiſcopi.

In primo caſu. Prima eſt opinio affirmativa, quod
3 Hoſpitale erectum ſine authoritate Epiſcopi gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, non ratione loci, ſed ratione cauſarum, ſic Vega plures referens *in cap. 2. numer.47.* ubi Fermoſinus *quæſt.5. ſub num.8. de foro compet.* Bovad. *in polit. lib.2. cap.17. num.139. ante finem,* Ripoll. *var. reſol. cap.1. num.178.* Diana *reſol. mor. par.4. tract.1. reſol.37. in fine, & in coordinat. par.4. tract.2. reſol.177. in fine,* ubi citat Novar. *in prax. elect. fori, ſect.2. quæſt.54.*

Ratio eſt, quia Hoſpitale, in quo ex inſtituto exer-
4 centur opera pietatis ſupra enumerata, *num.1.* vel aliquid eorum, ſecundum probabiliorem opinionem, eſt locus pius, & de juriſdictione Eccleſiaſtica, & gaudet privilegiis Eccleſiæ, etiam ſi non ſit erectum authoritate Epiſcopi, Valaſcus *conſul.105. numer. 1. verſic. Sed an utraque, & numer. 2. 3. & 4.* Menochius *de recup. poſſeſſ. remed. 15. numer. 23.* Riccius *collect.648. verſic. Infertur ſexto,* Garcia *de benef. part.5. cap.1. numer.602.* Trentacinq. *var. libr.1. de reſcrip. reſol.4. numer.7.* Oddo *de reſtit. in integ. par.1. quæſt.3. num.43. & 49.* Barboſa *de jure Eccleſ. un. lib.2. cap.11. num.12. & 21. & in cap. ad hæc 4. num. 3. de Relig. Domib. & in l. orphanatrophos 30. 11. & in l. omnia 33. verſic. De Hoſpitalibus, C. de Epiſc. & Cler. & de poteſt. Epiſc. par.3. allegat.75. numer. 39.* Diana *reſol. mor. part. 7. tract.2. reſol. 30. aliàs 29. verſ. Sed ego, ibi: Secundo, & in coordin. part.6. tr.8. reſol.37. num.2. verſ. Secundo,* Boſſius *in moralib. tom.2. tit.12. num.218. & 219. & tom.3. tit.18. num. 485.* Fontanella *deciſ.119. num.20. par.1.*

Quapropter delegato particulari relicto Hoſpitali 5
non detrahitur falcidia, nec trebellianica, ſi relictum eſt univerſale, quamvis Hoſpitale non ſit erectum authoritate Epiſcopi, quemadmodum non detrahitur de legatis & relictis Eccleſiæ, Felin. *in cap. de quarta, num.6. de præſcriptionib.* Maynardus *deciſ.29. l. 2.* Riccius *collectan. 648. verſic. Infertur tertio,* Novarius *ad prag. Reg. Neapol. part. 1. collect. 2. num. 3. de legat. piis,* Gabriel. *com. concluſ. libr.6. de pia cauſa, concluſ.2. num.15.* Trentacinq. *var. lib. 1. de reſcrip. reſol.4. numer.4.* Valaſcus *conſultat.105. num. 39.* Flores de Mena *lib.2. variar. quæſt.21. numer. 190.* Maſcard. *de probat. concluſ.869. num.12.* Joſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſ.30. numer.8.* Genuenſis *in practicab. q. 572.* Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.3. allegat.75. numer.49. & 50. & de jure Eccleſ. univerſ. libr.2. cap. 11. numer.92. 93. & 94. & lib.4. cap.27. num.84. & 85. & l. ſi quis ad declinandum 37. numer.21. Codic. de Epiſcop. & Cleric.* notat Caſtillo *tom.8. de aliment. capit.9. ſub numer. 9.* & alii allegandi infra, *deciſ.143. numer. 39. & 40.*

Secunda eſt opinio negativa, quod Hoſpitale ere- 6
ctum ſine authoritate Epiſcopi non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici Pariſius *conſil.34. num.28. libr.4.* Valaſc. *conſultat.105. numer.47.* Cabedo *de patronat. Reg. Coron. cap.38. numer.1.* Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.1. cap.4. dub.20. à num.4.* Cævallos *com. contr. comm.4. quæſt.897. numer.982.* Cyriacus *controver.530. numer. 18. 39. & 40.* Solorzano *de jure Indiar. tom.2. libr.3. capit.3. num.61. & in polit. lib.4. cap.3. verſicul. Pero eſto, fol.518.* Hermoſilla *ad Gregor. Lopez, tom. 2. fol. mihi 76. pag.2. num.82. in fine,* Fontanella *deciſ. 110. à n.2. par.1.*

Ratio eſt, quia Hoſpitale erectum ſine Epiſcopi au- 7
thoritate, licèt ſit locus pius, cum opera pia in eo exerceantur, non tamen eſt locus Eccleſiaſticus, nec Religioſus, nec ſacer, Pariſius *conſ.34. num.15. lib.4.* Menochius plures citat *conſ.1025. num.8. lib.11.* Ludoviſ. *deciſ.11. numer.15.* Martha *de juriſdict. part.4. caſu 113. numer.21. & 22.* Cardoſ. *in prax. judic. verbo Hoſpitale, num.1. verſic. Illud autem,* Cabedo *deciſ. Luſitan.204. part.1.* Garcia *de beneſ. par.5. cap. 1. nu. 602. in prin.* Anſaldus *de juriſdict. part.2. tit. 11. c. 13. num.5. & 47.* Sanchez *de matrimon. lib.9. diſp.15. num. 39.* Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.1. c.2. ſect. 7. à num.22. & tom.2. capit.16. dub.9. ſect.1. numer.10.* Gonzalez *ad reg.8. Cancel. gloſſ.5. §. 4. n. 22.* Maſcard. *de gener. ſtat. interpret. concluſ.1. n.140.* Caſt. Palaus *in oper. mor. par.2. tract.13. diſp. unica, punct. 7. num. 2.* Barboſa *in cap. ad hæc, numer.4. & 5. de Relig. Domib.* Cyriacus *controv.530. à num.14.* Ego innumeros refero, *deciſ.43. num.8. part.2.*

Nec eſt propriè, & ſtrictè locus pius, Valaſcus *con-* 8
*ſult.105. numer.5.* ſed potius merè ſæculare, & laicale, Menochius *conſ.1025. numer.8. libr.11.* Cabedo *de patron. Reg. Cor. cap.38. numer.1.* Pereyra *de man. Reg. part.1. cap.17. numer.10. verſic. Totus autem,* Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.1. cap.4. dub.20. à numer.4.* Solorzano *de jure Ind. tom.2. lib.3. cap.3. numer. 61. & in polit. lib.4. cap.5. verſ. Pero eſto, fol.518.* Cyriac. *controver.530. à num.14.* Fontanella *deciſ. 110. à num.2. part.1.*

Nec gaudet privilegio Eccleſiæ, Eugenius *conſ.9. 88.* 9
*num.5. tom.1.* Marian. Anton. *var. lib.1. cap.14. num. 3.* Martha *de juriſdict. part.2. cap.23. num.21. & in fine, & part.4. caſu 113. num.23.* Cardoſ. *in prax. judic. verbo Hoſpitale, n.3. verſ. Si autem,* Peregrin. *de immun. Eccleſ. cap.4. n.66.* Stayban. *conſ.98. num.2.* Maſcard. *de gener. ſtat. interp. concluſ.1. n.164.* Thoro *in compen. deciſ. part.3. ſect.1. verbo Hoſpitale, col.1. in fine, fol.528.* Riccius *collect. 1886. verſ. Et hoc caſu,* Cyriacus *controv.530. à num.1. & per totam,* Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſd. q.76. n.10.* Ego *deciſ.43. n.4. & 8. p.2.*

In ſecundo caſu, quando Hoſpitale erectum au- 10
thoritate Epiſcopi gaudet privilegio fori Eccleſiaſti-

ci, conſequenter conveniendum, Soccin. *in cap.* 1. *numer.*1. *numer.*29. *verſicul. Vel niſi conveniretur, de foro compet.* Valaſc. *conſult.*105. *num.*33. & 45. Maſcard. *de gener. ſtat. interp. concluſ.*1. *numer.* 139. *in prin. & à num.*161. *ad* 172. Martha *de juriſdict. par.* 4. *caſu* 113. *num.*25. 26. & 27. Fermoſin. *in capit.* 2. *quæſt.*15. *num.*8. *de foro compet.* Anſaldus *de juriſdict. part.*2. *tit.*11. *cap.*13. *num.*55. Garcia *de benef. part.* 5. *cap.*1. *num.*612. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.*1. *cap.*4. *dubit.*20. *numer.*4. Cævallos *com. contr. com. tom.*4. *quæſt.*897. *num.*982. Hermoſilla *ad Greg. Lopez, tom.*2. *fol. mihi* 76. *pag.*2. *num.* 82. *in fine*, ſic obſervatum in Civitate Patavii inquit Decian. *tract. crim. tom.*1. *lib.*4. *cap.*9. *num.*37. & ſervatum in Regno Siciliæ tradit Carol. de Graſ. *de effect. Cleric. effectu* 1. *num.*118. Riccius ſic intelligendus, *collect.* 1886. *verſic. Et quod*, Fontanella *deciſ.*330. *à nu-*
11 *mer.*2. *part.*2. Ita fuit in † Cathalonia deciſum per Cancellarium Rovirola 23. Octobris 1600. in favorem Hoſpitalis Generalis Sanctæ Crucis Barcinonæ, & Antonii Coll Chirurgi ejus procuratoris majoris contra Jacobum Mattheu negotiatorem Civem Barcinonæ. Et per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Senjuſt, & Soler 25. Auguſti 1621. in favorem ejuſdem Hoſpitalis Generalis Sanctæ Crucis Barcinonæ, & ejus Adminiſtratorum, contra Catharinam Maſſana. Et per eundem Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Carreras, Garau, & Pexo 9. Aprilis 1631. occaſione firmæ juris in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ factæ per Rectores, & Adminiſtratores Hoſpitalis Beatæ Mariæ Angelorum, & Sancti Michaelis Civitatis Ilerdæ, qui ad inſtantiam Nobilis Franciſci de Agullò, & de Pinos fuerunt in Regia Audientia conventi, ut tanquam poſſeſſores bonorum Onofrii Cervero quondam Domicelli civitatis Ilerdæ, quæ ſunt ſpecialiter hipothecata in quodam cenſuali in favorem Nobilis Hieronymæ Deſpes viduæ, cui ſucceſſit dictus de Agullò, vendito, & originaliter creato, & ſic ratione dictorum bonorum, & obligationis fuerunt dicti Adminiſtratores in Regia Audientia condemnati, & contra eos decretum executionis proviſum, & literæ executoriales expeditæ, & executæ, qua de cauſa fuit in dicta Curia Eccleſiaſtica pro parte dictorum Adminiſtratorum de jure firmatum, fuit declaratum firmæ juris in dicta Curia Eccleſiaſtica factæ per ejus fiſci Procuratorem, & pro parte Rectorum, & Adminiſtratorum dicti Hoſpitalis Beatæ Mariæ Angelorum, & Sancti Michaelis Civitatis Ilerdæ locum fuiſſe, & eſſe. De qua latè Fontanella *deciſ.*331. & 332. *part.*2.

12 Ratio eſt, quia Hoſpitale erectum authoritate Epiſcopi nedum eſt locus pius, Eugen. *conſ.*88. *numer.*1. *tom.*2. Gratian. *diſcep. forenſ. cap.*34. *num.*1. Maſcard. *de gener. ſtat. interpret. concluſ.*1. *num.*164. Pereyra *de man. Reg. par.*1. *cap.*17. *num.* 10. *verſic. Locus autem*, Menochius *conſ.* 1025. *num.*1. *libr.* 11. Thoro *in compend. deciſ. part.*3. *ſect.*1. *verbo Hoſpitale, col.*1. *verſic. Et conſequenter, fol.* 528. Boſſius *in moralib. tom.*3. *tit.*18. *num.*482. & 483. Valaſcus
13 *conſult.*105. *num.*5. Sed etiam † Eccleſiaſticus, Religioſus, & Sacer, nec ad humanos uſus redire poteſt, *cap. ad hæc*, ubi Abbas, & omnes *de Religioſ. Domib. Clement. quia contingit, ubi gloſſ.* & Doctores *de Religioſ. Domib.* Gonzalez *ad Reg.* 8. *Cancell. gl.* 5. §.4. *num.*21. Cardoſ. *in prax. jud. verbo Hoſpitale, num.*1. & 3. Ciarlin. *contr. foren. lib.*1. *cap.* 116. *n. num.*5. & 13. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *n.*122. Garcia *de benef. par.*1. *cap.* 1. *num.* 612. Paz *in praxi, tom.*1. *part.*5. *cap.*3. §. *num.*28. Sanchez *de matrim. lib.*9. *diſp.*15. *num.*39. *verſ. Difficultas eſt, ibi: Primo*, Anſaldus *de juriſdict. par.*2. *tit.*11. *cap.* 13. *n.*51. Thoro *in compend. deciſ. par.*3. *ſect.*1. *verbo Hoſpitale, col.*1. *verſ. Et tunc diceretur, fol.*528. Caſt. Palaus *in oper. mor. p.*2. *tract.*13. *diſp. unic. punct.* 7. *n.*2. Flores de Mena *var. l.*2. *quæſt.*21. *n.*175. Marian. Antonin. *var. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 1. Thomat. *decade* 1. *tract.*10. *cap.*3. *toto præcipue num.* 23. Urſellius *conclſ.*128. *n.*869. plures citat Fontanella *dec.* 110. *num.*12. & 13. *part.*1. & *deciſ.*331. *num.*3. & 4. *part.*2. & alii innumeri per Barboſam *de poteſt. Epiſcop. part.*3. *allegat.*65. *num.*4. & *de jure Eccleſ. un. lib.*2. *cap.*11. *num.*14. & *in cap. ad hæc* 4. *num.*2. *de Relig. Domib. & in Clement. quia contingit, num.*18. *de Relig. Domib. & in l. omnia* 33. *num.*5. *C. de Epiſcop. & Cler.* & per me *deciſ.*43. *numer.*8. *part.*2. Et gaudet † privilegiis Eccleſiæ, Afflict. *deciſ.*67. *n.*4. 14
Gratian. *diſcep. foren. cap.*34. *n.*1. Martha *de juriſdict. par.*4. *caſu* 113. *num.*25. Sanchez *de matrimon. lib.*9. *diſp.*11. *num.*30. *verſ. Cæterum difficultas eſt, ibi: Cæterum exiſtimo*, Gabriel. *com. cont. com. lib.* 6. *de pia cauſa, concluſ.*2. *à num.*4. Alder. Maſcard. *de gener. ſtat. interp. concluſ.*1. *num.*162. & 163. Joſeph. Maſcard. *de probat. concluſ.*899. *à num.*9. Flores de Mena *var. lib.*2. *quæſt.*21. *num.*175. & 176. Anſald. *de juriſd. par.*2. *tit.*11. *cap.*13. *num.*52. & 53. Trentacinq. *var. lib.*1. *de reſcriptis, reſol.*4. *à num.* 1. *ad* 7. Riccius *collect.*1097. *in prin. juncto fine*, Ego cum multis, *deciſ.*43. *num.*6. & 10. *par.*2.

Ideoque Hoſpitale erectum authoritate Epiſcopi 15
gaudet privilegio immunitatis Eccleſiæ, & reus ad illud confugiens tutus, & ſecurus eſt, & ab eo extrahi non poteſt, ſicut confugiens ad Eccleſiam, ut lata manu cum multis probavi *deciſ.*43. *num.*2. 5. & 6. & deciſiones Cancellarii tradidi, *num.* 12. & 13. *part.*2. quibus addo Aponte *deciſ.* 35. *in princ.* Riccium *collect.* 1097. *verſ. Infertur ſecundo*. Maſcard. *de gener. ſtat. interpret. concluſ.*1. *numer.* 163. *juncto numer.*164. Novarium *ad prag. Reg. Neapol. in prag.* 1. *collect.*3. *num.*10. *de Clericis, & in prag.*1. *collect.* 2. *num.*2. *legat. piis*, Barboſam *de poteſt. Epiſcop. p.* 3. *allegat.*75. *num.* 56. Bonacin. *de legib. diſp.* 3. *q.* 7. *cap.*2. *num.*7. Ybannez de Faria *ad Covar. libr.*2. *var. cap.*20. *num.*139. & 140. *verſ. Secundum*, Thomat. *decade* 1. *tract.*10. *tit.*1. *cap.*3. *num.*18. me citato Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſdict. quæſt.*76. *num.*10. & 11. ad quem ſe refert Balmaſeda *de collect. quæſt.*26. *num.*2. Secus ſi non ſit erectum authoritate Epiſcopi, nam tunc non gaudet privilegio immunitatis Eccleſiæ, & reus ad illud confugiens tutus, & ſecurus non eſt, ſed inde invitus extrahi poteſt, Flores de Mena *libr.* 2. *var. quæſt.*21. *num.*176. Sanchez *de matrim. l.*9. *diſp.* 15. *n.*39. Thomat. *decade* 1. *tract.*10. *tit.*1. *cap.*3. *n.* 48. alios plures citavi, *deciſ.*43. *num.*7. *par.*1.

Item Hoſpitale erectum authoritate Epiſcopi reſti- 16
tuitur in integrum, ſicut reſtituitur Eccleſia, Felin. *in cap. de quarta, num.*3. *verſ. Primo, de præſcript.* Martha *de juriſd. par.*4. *caſu* 113. *num.*26. Novarius *ad prag. Neapol. in prag.*1. *collect.*2. *num.*1. *de deleg. & in prag.*1. *collect.*2. *numer.*9. *de legat. piis, & de elect. fori, ſect.*2. *quæſt.*54. *num.*4. Maranta *de ordin. jud. part.*6. *de appellat. num.*90. Morla *in empor. jur. par.*1. *tit.*5. *in præmiſ. num.*6. *verſ. Septimo*, Gabriel. *com. concluſ. lib.*6. *de pia cauſa, concluſ.*2. *n.*16. Maſcard. *de probat. concluſ.*89. *num.*10. Trentacinq. *var. lib.*1. *de reſcriptis, reſol.* 4. *num.*2. *juncto num.* 6. Maſtrill. *deciſ.*110. *tom.*2. Riccius *collect.*648. *verſ. Infertur quarto*, Guttier. *canonicar. libr.*1. *quæſt.*35. *n.* 14. Pereyra *in l. ſi curatorem habens, verbo minoribus, num.*63. Valaſc. *conſult.* 105. *num.* 44. Oddo *de reſtit. in integ. part.*1. *q.*3. *num.*39. Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.*3. *alleg.*75. *num.*36. & 37. & *in l. orphanatrophos* 30. *num.*10. *C. de Epiſc. & Cler. & in cap.* 1. *num.*4. & 5. *de in integ. reſtit. & de jure Eccleſ. un. lib.*2. *cap.*11. *num.*90. Fontanella *deciſ.*110. *num.*11. 17
*par.*1. Secùs ſi Hoſpitale non eſt erectum authoritate Epiſcopi, nam tunc licèt aliqui dicant, quod non reſtituitur in integrum, ut Valaſc. *conſult.*105. *num.* 44. *in fine*, & alii, quos referunt, ſed non ſequuntur Oddo *de reſtit. in integ. par.*1. *quæſt.*3. *ſub numer.* 26. & *à num.*41. *ad* 45. Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.* 3. *alleg.*75. *num.*42. & *de jure Eccleſ. un. libr.*2. *cap.* 11. *num.*90. *verſ. Contrarium, & num.*91. *in prin. & in l. orphanotrophos* 20. *num.*10. *de Epiſc. & Cler.* Fontanella *deciſ.*110. *n.*11. & 12. *par.*1.

Cæterum in hoc puncto reſtitutionis in integrum 18
non placet hæc diſtinctio. Imo ſi caſus contingeret, concederem in integrum reſtitutionem Hoſpitali

tali

tali etiam erectum abſque authoritate Epiſcopi, & hæc opinio eſt verior, & æquior, docent Oddo de reſtit. in integ. par.1. quæſt.3. num.45. verſic. In contrarium, uſque ad num.50. Barboſa de poteſt. Epiſcop. par.3. allegat.75. num.38. 39. 40. & 41. & in l. orphanatrophos, num.10. C. de Epiſcop. & Cler. & de jure Eccleſ. univ. lib.2. cap.12. num. 90. verſic. Circa, & num.91. verſ. Verum, Fontanella deciſ.110. n. 18. par.

19 Tum quia omnis pia cauſa habet privilegium reſtitutionis in integrum, & jure minoris reſtituitur, Tiraquel. de privileg. piæ cauſæ privileg.138. Pereyra in l. ſi curatorem habens, verbo minoribus, numer. 64. Oddo de reſtit. in integr. par.1. quæſt. 3. à num. 25. ad 37. Novarius de elect. fori, ſect.2. quæſt.56. n. 12. Barboſa de poteſt. Epiſc. par.3. allegat.85. num. 38. in prin. & in cap.1. num.5. de in integ. reſtit. & de jure Eccleſ. univ. lib.2. cap.61. num.90. verſ. Circa, Fontanella deciſ.109. num.14. & deciſ.110. num. 21. & 22. part.1. Manfrella in obſerv. ad Cap. La-
20 tro, dec.95. num.14. verſ. Omnis. Et Hoſpitale † erigitur, ut ibi ſolum exerceantur opera charitatis, & pietatis, Fontanella deciſ.110. n.19. par.1. Boſſius in mor. tom.2. tit.12. n.218. ver. Ratio patet.

21 Tum quia hoſpitale regitur per Adminiſtratores, quorum officium, & adminiſtratio eſt ad inſtar tutorum, & curatorum, Clement. quia contingit, §. ut autem, ubi Vitalin. nim. 65. Barboſa num. 1. de Relig. Domib. l. orphanatrophos 30. ubi Barboſa citat, num.7. C. de Epiſc. & Cler. Gonzalez ad Reg.8. Cancel. gloſſ.5. §.4. num.8. Garcia de benef. par.1. cap.3. num.1. Gratian. diſcept. foren. cap.395. num. 15. &
22 cap. 601. num. 6. 17. & 24. Urſellius concluſ. legal. 55. num.35. Fontanella deciſ.110. num.23. par.1. Et reſtitutio in integrum conceditur illi, cujus bona ſub aliena cura ſunt, & per Adminiſtratores reguntur, Mauritius de reſtit. in integr. quæſt. 417. Oddo de reſtit. in integ. par.1. quæſt.3. art.9. 10. & 11. Pereyra in l. ſi curatorem habent, verbo Minoribus, n. 61. Morla in empor. jur.1. tit.5. in præmiſ. numer. 9. verſ. Undecimo, ibi: Deinde, Barboſa de poteſt. Epiſcop. par.3. alleg.75. num.39. verſ. Deinde, & de jure Eccleſ. un. lib.2. cap.11. num.91. verſic. Verùm, Fontanella deciſ.109. num.9. 10. & 11. part. 1. alios plures addit Manfrella in obſerv. ad Cap. Latro, deciſ. 95. num.15. lib.1.

23 Tum denique, quia Hoſpitale ſemper habet minores, pupillos, & alias miſerabiles perſonas, ſicut in Univerſitatibus, quæ per Adminiſtratores reguntur, quod ſuadet, ut reſtitutio in integrum illi concedatur, Morla in empor. jur. par.1. tit.5. in præmiſ. num.9. verſ. Undecimo, in fine, Fontanella deciſ.110. num.25. par.1. & in ornatum Marinis in obſervat. ad Reverter. deciſ.156. num.2.

24 Sed adverte, quod ſola authoritas Epiſcopi in erectione Hoſpitalis non facit, ut gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, niſi illud in locum ſacrum & Religioſum erigat, iis modis, quibus ſacris canonibus loca prophana, ſacra, & Religioſa efficiuntur, ut ex Merlino tradidi, deciſ.43. n.17. par.2.

25 Adverte etiam, quod authoritas Epiſcopi debet intercedere in ipſo actu erectionis Hoſpitalis, nec ſufficit, quod ex poſt facto erectionis per Epiſcopum confirmetur, Pereyra de man. par.1. cap.17. num. 8. verſic. Tunc autem dicetur, latè, & benè Domin. Vice Cancel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſer. 91. à numer. 71. conducunt Maſcard. de gener. ſtat. interp. concluſ.1. num.166. Fontanella dec. 331. à num. 11. par. 2. etſi contrarium ſentiant Gratian. diſcep. foren. cap.481. num.16. Ciarlin. contr. foren. lib.1. cap.116. num.24. verſ. Quare.

26 Et ſic Hoſpitale dicitur erectum authoritate Epiſcopi per erectionem Crucis, quæ fit, cùm primus lapis per Epiſcopum in eo ponitur, ut cum multis tradidi, deciſ.40. num.12. & deciſ.64. num.22. part. 2. addo Ybannes de Faria in addit. ad Covar. lib. 2. variar. cap.20. num.26.

27 Si autem de authoritate Epiſcopi non conſtat in jactu primi lapidis erectionis Hoſpitalis, ſtandum erit ſignis. Ego pluribus probavi, deciſ.64. num.23. par.2. addo Anſaldum de juriſd. par.2. tit.11. capit. 13. num.64. Daniel de Nobilibus diſput. 49. num.5. & in addit. num.34. notat Ciarlin. contr. foren. lib. 1. diſp.116. num.25.

Quæ autem ſint iſta ſigna, ex quibus præſuma- 28
tur Hoſpitale eſſe erectum, aut non erectum authoritate Epiſcopi, tradunt latè Rota deciſ.725. à num. 1. ad 6. par.1. diverſor. & deciſ. 114. par.2. diverſ. Anſaldus de juriſdict. par.2. tit.11. cap.13. à num.65. uſque ad num.77. Ciarlin. controv. lib. 1. cap.116. à num.8. ad 26. Alderan. Maſcard. de gener. ſtatut. interp. concluſ.1. à num. 165. Joſeph. Maſcard. de probat. concluſ.574. & concluſ.869. à num.1. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. num. 122. Fontanella deciſ.110. num.17. & 27. par.1. & deciſ.331. num.9. & 10. par.2. Menochius lib.3. præſump.132. num.51. & lib.6. præſump.79. Barzius deciſ.124. num.5. Sanchez de matrimon. lib.9. diſp.15. num.39. verſ. Tandem rogabis, Novarius ad prag. Reg. Neapolit. in prag.1. collect.2. num.2. de delegat. & in prag.1. collect.2. num.1. de legat. piis Marian. Anton. var. lib. 1. reſol.14. num.4. & 5. Gabriel. com. concluſ. lib.6. de cauſa pia, concluſ. 2. num.5. Martha voto 169. à num.1. Thoro in compend. deciſ. par.3. ſect.1. verbo Hoſpitale, fol.528. Tretacinq. var. lib.1. de reſcript. reſ.4. n.7. verſ. Primus eſt. Barboſa de poteſt. Epiſc. par.3. alleg.75. n.3. & de jure Eccleſ. un. lib.2. c.11. à num.15. & in c. ad hæc 4. num.9. de Relig. Domib. & in clement. quia contingit, num. 17. de Relig. Domib. Filliucius tom.3. tract.44. cap.4. quæſt. 18. Bonacina de alienat. locor. Eccleſ. tract.2. quæſt. unica, punct.1. numer.11. Farinac. in praxi, par.1. quæſt.28. num.71. & de immun. Eccleſ. cap.18. nu.267. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom.1. cap.1. dub.2. ſect. 7. à num.38. & cap.4. dub.20. num.8. & tom. 2. cap. 16. dub.8. ſect.10. num.4. Martha de juriſd. part. 4. caſu 113. num.29. Thomat. decad.1. tract.10. tit.1. c. 3. Boſſius in moralib. tom.3. tit.18. numer. 486. cum trib. ſeq. remiſſivè Riccius collect.648. in fine, verſ. Signo vero, Urſellius concl. legal.128. verſ. Item, latiſſimè Ego dec.62. à num.24. par.2.

Signis verò non exiſtentibus in dubio ſecundùm ve- 29
riorem ſententiam præſumitur erectum ſine authoritate Epiſcopi, quamvis in eo opus pium exerceatur, Roman. conſ.477. numer. 13. verſ. His tamen, Rota deciſ.106. & 122. par.2. diver. Magon. deciſ. Flor. 61. num.15. Riccius collect. 1886. verſic. Et in dubio. Novarius ad pragm. Reg. Neapol. pragm.1. collect.2. num.1. in fine, de legat. piis, Aponte conſ.18. num.5. Barboſa in cap. ad hæc 4. numer.9. in fine, de Relig. Domib. & de jure Eccleſ. univ. lib.2. cap.11. num.16. Guidobonus advocat.107. num.2. Ego deciſ. 64. num.62. & 63. par.2. Ac proinde in dubio Hoſpitale potius præſumitur laicale, quàm Eccleſiaſticum, ut pluribus probavi, deciſ.64. num.64. part.2. addo Domin. Vice Cancellarium Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura obſerv.91. num.69.

An autem Rector, Prior, Gubernator, Admini- 30
ſtrator, Hoſpitalarius, ſeu alius Miniſter laicus Hoſpitalis erecti authoritate Epiſcopi gaudeat privilegio canonis ſi quis ſuadente diabolo 17. quæſt. 4. & fori Eccleſiaſtici quoad illius perſonam, & bona propria? Tractat remiſſivè Fontanella deciſ.331. numer.6. part. 2.

Et in primis quoad privilegium canonis certum eſt, 31
quod gaudet, Soccin. in cap.2. ſub nu.19. de foro compet. Belluga in ſpecul. Princip. rub.11. §. videndum, num.9. Valaſcus conſul.105. num.33. verſ. Non tamen gaudebunt, Fermoſin. in cap.2. quæſt.15. ſub num. 8. de foro compet.

Quo verò ad privilegium fori Eccleſiaſtici. Qui- 32
dam abſolutè aſſerunt quod Rector, Prior, Gubernator, Adminiſtrator, Hoſpitalarius, ſeu alius miniſter laicus Hoſpitalis erecti authoritate Epiſcopi quoad illius perſonam, & bona propria gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, quia ſicut Hoſpitale erectum authoritate Epiſcopi gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ita par eſt, aut gaudeat ejus Rector, Prior, Gu

bernator, Adminiſtrator, Hoſpitalarius, ſeu alius miniſter laicus Hoſpitalis erecti authoritate Epiſcopi, quoad ejus perſonam, & bona propria, ſic Anchar, *in cap. ea quæ ſunt, de regul. jur. in 6*, Felin. *in cap. 2. num. 8. de foro compet.* Martha *de juriſdict. par. 4. caſu 113. num. 28.* Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 4. dub. 20. num. 1. & 2.*

33 Alii autem aſſerunt, quod Rector, Prior, Gubernator, Adminiſtrator, Hoſpitalarius, ſeu alius Miniſter laicus Hoſpitalis erecti authoritate Epiſcopi, ſi eſt deputatus authoritate Epiſcopi ad Hoſpitale ipſius authoritate erectum, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici quoad illius perſonam, & bona propria, Valaſc. *conſil. 105. numer. 32. verſicul. Si tamen*, ad quem ſe refert Barboſa *in clement. quia contingit, numer. 4. de Relig. Domib.* Duardus *in Bulla Cœnæ, libr. 2. cap. 15. capit. 7. à numer. 3.* Squillante *de privileg. Cler. capit. 7. num. 45.* Vivianus *de jure patronat. lib. 6. cap. 1. num. 14.* Novarius *in ſum. Bullar. tit. de Diaconis, num. 7.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu 1. num. 117.* Caſt. Palaus *in oper. moral. par. 2. tract. 12. diſp. unica, punct. 2. num. 10. verſic. Quarto*, idem Barboſa *de poteſt. Epiſc. part. 3. allegat. 12. numer. 40. & de jure Eccleſ. univ. libr. 1. capit. 39. §. 2. numer. 51. & in cap. 2. num. 11. de foro compet.* Suelves *conſil. 19. numer. 9. lib. 1.* Fermoſin. *in cap. 2. quæſt. 15. numer. 6. de foro compet.* Diana *reſol. mor. par. 3. tract. 1. reſol. 66. & in coordinat. par. 9. tract. 2. reſol. 173.*

34 Sed verior eſt opinio, quod Rector, Prior, Gubernator, Adminiſtrator, Hoſpitalarius, ſeu alius Miniſter laicus Hoſpitalis etiam erecti authoritate Epiſcopi non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, nec quoad perſonam, nec quoad bona propria, quamvis deputatus ad illud eſſet authoritate Epiſcopi, & portet aliquam veſtem diſſimilem à laicis, vel Crucem in capite, vel pectore. Quia non eſt Clericus, neque converſus, neque Religioſus in aliqua Religione approbata, ſic nec in perſona, nec in bonis habetur pro Eccleſiaſtico, ſic Joan. de Lignan. & Zabarella *in clementin. per literas, de præbend.* Bartol. *in leg. quod conſtitutum 22. num. 3.* ubi Angel. *ff. de militar. teſtament.* Abbas *in capit. 2. numer. 11. de foro competent.* Soccin. *in cap. 1. ſub numer. 29. poſt princ. de foro compet.* Aufrer. *de poteſt. ſecul. in Eccleſiaſt. num. 38. verſicul. Quarto extende, & in addition. ad Capel. Tholoſan. deciſ. 8.* ad quem ſe refert Ripa *in cap. 2. num. 3. de judic.* Rota *deciſ. 591. numer. 6. part. 1. diverſ.* Cavalcan. *deciſ. 17. numer. 69. verſic. Quidquid, part. 2.* Decian. *tractat. crimin. tom. 1. libr. 4. cap. 9. nu. 37.* Maſcard. *de gener. ſtat. interp. concluſ. 1. num. 139. & 140.* Menoch. *in addit. de arb. jud. caſu 58. numer. 13.* Cyriacus *controver. 530. numer. 21.* Anſald. *de juriſdict. part. 2. titul. 11. 14. à numer. 56.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu 1. numer. 11. verſic. Quod ſecus eſt*, Riccius *collect. 1886. verſic. Quartum vero*, Bovad. *in politic. lib. 2. cap. 18. numer. 203. & 228. in fine*, Belluga *in ſpecul. Princip. rub. 11. §. videndum, numer. 7.* ubi Borell. *in addition. litera E*, Barboſa *de jure Eccleſ. univ. libr. 1. capit. 39. §. 2. num. 51.* Regens Vico *ad pragm. Reg. Sardin. lib. 1. titul. 7. cap. 15. §. 41.* notat Pereyra *de man. Reg. par. 2. cap. 47. ſub num. 1.* veriſſimum cenſet Morla *in empor. jur. par. 1. tit. 2. in præmiſ. de juriſdict. omn. jud. num. 140.* experientia vidiſſe nullo privilegio Eccleſiaſtico gaudere Rectores laicos Hoſpitalium, teſtatur Gambacurta *de immun. Eccleſ. lib. 7. cap. 12. num. 7.* deciſum per Cancellarium Regni Aragonum refert Portoles *poſt foros compet. quæſt. 4. n. 4. & 5.*

35 Limitatur 1. hæc ultima opinio, ſi Rector, Prior, Gubernator, Adminiſtrator, Hoſpitalarius, ſeu alius miniſter laicus Hoſpitalis erecti authoritate Epiſcopi promiſerit in manibus ipſius Epiſcopi caſtè vivere, & mortua uxore aliam non ducere, & propriis renuntiare, quibus intervenientibus, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ex quo iſte talis quodammodo videtur Religioſus, Hoſtien. *in ſumm. titul. de regularib. §. 1. verſic. Quod ruſticus*, Soccin. *in cap. 1. num. 19. de foro compet.* Abbas *in cap. 2. num. 11. de foro compet.* Aufrer. *de poteſt. ſecul. in Eccleſ. regul. 2. numer. 38. verſicul. Quinto extende*, Aloyſius de Leo *in authent. cauſæ, num. 21. & 22. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Vaſquius *lib. 1. controv. illuſt. cap. 105. num. 52.* Eugenius *conſil. 26. numer. 7. & 8.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu 1. numer. 118.* Caracciol. *de foro privileg. in proœm. numer. 62.* Cyriacus *controver. 130. numer. 26.* Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom. 1. capit. 4. dub. 20. numer. 3.* & ita videntur ſentire Bovad. *in politic. lib. 2. cap. 18. num. 203.* & Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 2. numer. 51.* Sed nullos vidiſſe, qui talia promiſerint in manibus Epiſcopi & id poſſe dici de conſuetudine, & de jure probabile eſſe, quod docet Hoſtienſis, refert Gambacurta *de immun. Eccleſ. lib. 7. cap. 12. num. 7. in fine*, quidquid impugnet Diana *reſol. moral. part. 3. tract. 1. reſol. 66. & in coordinat. par. 9. tract. 2. reſol. 173.*

36 Limitatur 2. ſi Rector, Prior, Gubernator, Adminiſtrator, Hoſpitalarius, ſeu alius Miniſter laicus Hoſpitalis authoritate Epiſcopi erecti conveniretur ratione bonorum, & rerum ipſius Hoſpitalis erecti authoritate Epiſcopi, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, quia tunc ille non convenitur, proprio nomine, ſed nomine Hoſpitalis, & ſequitur ipſius Hoſpitalis forum Eccleſiaſticum, Soccin. *in cap. 1. numer. 19. verſ. Vel niſi, de foro compet.* Decian. *tract. crim. lib. 4. cap. 9. numer. 37.* Maſcard. *de gener. ſtatut. interpr. concluſ. 1. numer. 139. in princip.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu 1. num. 118. verſic. Sed eſt bene verum*, Valaſc. *conſult. 105. num. 23.* Fermoſin. *in cap. 2. quæſt. 15. ſub numer. 8. de foro compet.* Et in terminis hujus limitationis ſunt deciſiones Cancellarii Cathaloniæ ſupra traditæ, *num. 11.*

37 Limitatur 3. niſi aliud haberet conſuetudo conveniendi Rectorem, Priorem, Gubernatorem, Adminiſtratorem, ſeu alium Miniſtrum laicum Hoſpitalis erecti authoritate Epiſcopi in Curia Eccleſiaſtica, tàm quoad bona propria, quàm quoad perſonam, quæ in his ſervanda eſt, Hoſtien. *in ſum. tit. de regularibus, §. 1. verſic. Quod ruſticus*, Soccin. *in capit. 1. numer. 19. de foro competent.* Aufrer. *de poteſtat. ſecul. in Eccleſ. reg. 2. numer. 38.* Carol. de Graſ. *de effect. Cleric. effectu 1. num. 120.*

---

### *ARGUMENTUM.*

## An Operarii laici Eccleſiæ gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici.

### *SUMMARIUM.*

1 *Operarii Eccleſiæ an poſſint eſſe laici, refertur opinio negativa, num. 1. Sed affirmativa eſt verior, num. 2. & 3.*

4 *Rector, ſeu Prior Hoſpitalis nedum laicalis, ſed etiam fundati authoritate Epiſcopi poteſt eſſe laicus quamvis ſit uxoratus.*

5 *Adminiſtrator Capellæ poteſt eſſe laicus.*

6 *Laicus tamquam miniſter, & adminiſtrator poteſt tractare de rebus ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis.*

7 *Operarii Eccleſiæ an gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, n. 7. Diſtinguuntur duo caſus, n. 8.*

9 *Operarii laici Eccleſiæ, quoad ea quæ pertinent ad eorum officium, res, aut bona Eccleſiæ gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, num. 9. ratio traditur, num. 10.*

11 *Laicus ratione adminiſtrationis rei Eccleſiaſticæ forum ſortitur coram judice Eccleſiaſtico.*

12 *Operarii laici Eccleſiæ, ſtante conſuetudine poſſunt conveniri pro reddendis rationibus coram judice Eccleſiaſtico.*

13 *Cognitio acceptationis officii Jurati ſimul, & operarii Eccleſiæ pertinet ad judicem Eccleſiaſticum.*

14 *Cognitio, an claves arcarum Sacriſtiæ pertineant ad Juratos Villæ, vel operarios Eccleſiæ ſpectat ad judicem Eccleſiaſticum.*

15 *Operarii laici Eccleſiæ quoad eorum perſonas, & bona propria non gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici.*

16 *Ope-*

16 *Operarii laici Eccleſiæ litigantes pro opera ipſius Eccleſiæ reſtituuntur in integrum adverſus omiſſas probationes,*

## DECISIO CXLII.

PRæterito, quod licèt Anton. de Butrio *in capit.*
1 *decernimus*, *de Judic.* teneat, quod Operarii Eccleſiæ non poſſint eſſe laici, quem alii ſequuntur, quos citat Martha *de juriſdict. part.* 4. *caſu* 158. *à num.* 2.

2 Tamen verius eſt, quod laici poſſunt eſſe Operarii Eccleſiæ, ut docet Abbas *in cap. decernimus*, *numer.* 10. *&* 11. quem ibi ſequuntur Ripa *numer.* 53. Decius *à num.*101. *de judic.* idem Decius *conſil.* 129.
3 *numer.*5. *verſ. Secus videtur*. Et † de conſuetudine, quaſi totius Orbis, laici eliguntur ad officia Operariorum Eccleſiæ, Abbas *in cap.*2. *num.*2. *in fine*, *de judic.* & ſimpliciter de conſuetudine teſtatur Decius *conſ.*129. *numer.*5. *verſic. Secus videtur*, maximè in Tuſcia, idem Decius *in cap.*2. *num.*104. *in fine*, *de judic.* Et video obſervari in hoc Principatu Cathaloniæ. Hancque conſuetudinem ſervandam eſſe in locis ubi viget, Martha *de juriſdict. par.*4. *caſu* 158. *n.* 10. Et licèt ipſe hanc conſuetudinem peſſimam eſſe dicat *de juriſdict. par.*4. *caſu* 158. *num.* 6. fallitur ex dictis, & dicendis.

4 Nam in ſimili Rector, Prior, Gubernator, Adminiſtrator, Hoſpitalarius, ſeu alius Miniſter Hoſpitalis poteſt eſſe laicus nedum Hoſpitalis laicalis erecti ſine authoritate Epiſcopi, Rota *deciſ.* 714. *num.* 18. *par.*1. *diver.* Riccius *collect.* 1886. *verſ. Hoc caſu, obſerv.*1, *ibi: Secundo*, Daniel de Nobilibus *diſput.*49. *num.*4. Barboſa *de jure Eccleſ. un. libr.*1. *cap.* 11. *numer.*39. Sed etiam Hoſpitalis fundati cum authoritate Epiſcopi *gloſſ. verbo ſæcularibus in clement. quia contingit*, ubi Cardinal. Imola, & Vitalin. *de Relig. Domib.* Decius *in cap. decernimus*, *num.* 104. *de judic.* Rota *deciſ.*725. *à num.*6. *ad* 9. *par.*1. *diverſor.* Gonzalez *ad reg.*8. *cancel. gloſſ.*5. §.4. *num.* 22. *verſ. Et quamvis*, Riccius *collect.*1299. *verſ. Ex quo deducitur primo*, Garcia *de benef. par.*1. *cap.*3. *ſub numer.*1. quamvis laicus ſit uxoratus, Borell. *ad Bellug. rub.*11. §. *videndum, littera E*, quinimo etiam mulier poteſt eſſe Hoſpitalaria, Borell. *loco proximè citato*.

5 Item laicus habere poteſt adminiſtrationem capellæ, quia non eſt beneficium Eccleſiaſticum, Buratt. *deciſ.*1. *num.*7. *& deciſ.*224. *num.*1. & etiam fœmina, Rota *deciſ.*182. *par.*1. *& deciſ.*264. *&* 265. *p.* 2. *diver.* Burat. *deciſ.*24. *num.*8.

6 Item laicus tamquam Miniſter, & miniſterialiter poteſt tractare de rebus ſpiritualibus, Eccleſiaſticis, Butrius *in cap. quia contingit*, *num.*4. ubi Barboſa *in addit. num.*8. *ante finem*, *de arbitris*, Decius *in capit. decernimus*, *num.*1. *&* 5. Ripa *numer.* 49. 50. *&* 51. ubi latè Barboſa *in addition. à numer.* 2. *de judiciis*.

7 Hoc præmiſſo, inquit Martha quod laicus prohibetur adminiſtrare temporalia Eccleſiaſticorum, ſolum ob controverſiam juriſdictionis, & ut faciliùs Eccleſiæ bonorum adminiſtrator coram judice Eccleſiaſtico conveniatur, *de juriſd. prag.* 4. *caſu* 158. *num.*9.

8 Ideoque pro reſolutione quæſtionis in argumento propoſitæ duo ſunt diſtinguendi caſus.

Primus, quoad ea quæ pertinent ad officium Operariorum laicorum res, & bona Eccleſiæ.

Secundus quoad perſonas ipſorum Operariorum laicorum, & eorum bona propria.

In primo caſu nullum eſt dubium, quod Operarii
9 laici Eccleſiæ quoad ea, quæ pertinent ad eorum officium, res, & bona Eccleſiæ, gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, Martha ſic intelligendus *de juriſdict. par.*4. *caſu* 158. *num.*1. conſonant Soccin. Decian. Maſcard. Carol. de Graſ. Fermoſin. & alii citati *deciſ.*141. *num.*10. *&* 36.

10 Ratio eſt quia Operarii laici Eccleſiæ, quando conveniuntur, quoad ea, quæ pertinent ad eorum officium, res, & bona Eccleſiæ non ſuo, ſed alieno nomine conveniuntur. Et ubi quis non ſuo ſed alieno nomine convenitur, ſortitur forum ejus cujus nomine convenitur, Soccin. *in cap.*1. *num.*52. *&* 53. *de foro compet.* & alii quos laudavi *deciſ.* 10. *numer.* 114. *verſicul. Ubi autem*, *par.*1. & alibi forſan latius dicam.

Siquidem laicus ratione adminiſtrationis rei Ec- 11
cleſiaſticæ forum ſortitur coram judice Eccleſiaſtico, *per notata in can. judicatum* 89. *diſt.* Soccin. *in rubr. numer.*1. *& in cap.*1. *num.* 8. *poſt medium*, *verſicul. Quoad omnia prædicta*, *& numer.*24. *&* 52. *de foro compet.* & ita ſervari in Camera Imperiali teſtatur Gail. *obſer.*37. *num.*7. *verſic. Sed laicus*, *libr.* 1. ſequitur Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *numer.* 606.

Unde laici Operarii Eccleſiæ, ſtante conſuetudi- 12
ne, poſſunt conveniri coram judice Eccleſiaſtico pro reddendis rationibus, ut probat Martha *de juriſdict. par.*2. *cap.*18. *à num.*6. *& par.*4. *caſu* 158. *n.* 11. Riccius *collect.*714. Carol. de Graſ. *de effect. Cleric. effectu* 1. *numer.*600. Barboſa *de poteſt. Epiſ. par.* 3. *allegat.*75. *à num.*57. *& in clement. quia contingit*, *à numer.*7. *de Relig. Dom. & de jure Eccleſ. univ. lib.* 2. *cap.*11. *à numer.*41. Daniel de Nobilibus *diſputat.* 49. *à num.*32. *& in addit. num.*26. *&* 27. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.*1. *tit.*19. *cap.*11. *num.*1. poſſunt etiam conveniri pro illis reddendis coram judice ſæculari, idem Reg. Vico *ad pragm. Reg. Sard. tom.*1. *tit.*7. *cap.*15. §.60.

Et ſic ad inſtitutum invenio in Cathalonia deci- 13
ſum, quod cognitio acceptationis officii Jurati ſimul, & Operarii pertinet ad judicem Eccleſiaſticum, per Cancellarium Puigmari 18. Februarii 1623. contra Franciſcum Famades agricolam loci del Hoſpitalet ſuper acceptatione officii Jurati ſimul, & Operarii, ad quod per ſortem extractus fuerat, quidquid reſpectu officii Operariorum dicat Anſaldus *de juriſdict. par.*2. *tit.*11. *cap.*14. *num.*48.

Invenio etiam deciſum, quod cognitio, an cla- 14
ves arcarum Sacriſtiæ pertineant ad Juratos Villę, vel Operarios Eccleſię, ſpectat ad judicem Eccleſiaſticum. Ita per Cancellarium Erill, conſultore Maſsò 23. Julii 1638. occaſione firmę juris in Curia ſęculari Regentis Vicariam Barcinonę factę per Juratos Parochię del Papiol per Dominum ejuſdem loci electos procedimentis contra eos factis in Curia Eccleſiaſtica Barcinonę, in & cum quibus fuit eis injunctum, & mandatum, quatenus ſub pœna decem librarum, & in ſubſidium excommunicationis intra tres dies reſtituerent Operariis Eccleſię dictę Parochię, per Rectorem dictę Eccleſię electis, claves arcarum Sacriſtiæ, & alias res dictæ Eccleſiæ, tanquam pertinentes ad dictos Operarios, & non ad dictos Juratos, fuit declaratum firmæ juris factę per dictos Juratos in Curia ſæculari locum non fuiſſe, nec eſſe.

In ſecundo caſu, Operarii laici Eccleſiæ, quoad eo- 15
rum perſonas, & bona propria non gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, ſed ſubjecti ſunt juriſdictioni ſæculari, Anſaldus *de juriſdict. par.*2. *tit.*11. *cap.*14. *num.* 48. juxta notata per Soccin. *in cap.*1. *num.*8. *verſ. Quæ omnia prædicta*, *de foro compet.* & per me ſupra, *deciſ.* 41. *num.*34.

Ex dictis *deciſ.*141. *à num.*18. nota, quod Operarii 16
laici Eccleſiæ litigantes pro ipſa opera reſtituuntur in integrum adverſus omiſſas probationes, ita fuit proviſum in Cathalonia per Nobilem Joſephum Rull Regiæ Audientiæ Doctorem, poſtea Regentem Regiam Cancellariam, & nunc Regentem in Sacro Supremo Regio Coronę Aragonum Conſilio 21. Octobris 1669. in favorem Operariorum Operæ laicæ Eccleſiæ Parochialis Sancti Felicis Civitatis Gerundæ contra Victoriam Triſtany, & Pol viduam, Notario Pellicet, quæ legitur in proceſſu Narciſæ de Sanjoan contra dictam Victoriam Triſtany, & Pol, *fol.* 276. à qua dicta Victoria ſupplicavit, ſed renuntiavit cauſæ ſupplicationis.

### *ARGUMENTUM.*

## An Confratria, ſeu Confraternitas laicorum gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendaque ſit apud judicem Eccleſiaſticum.

### *SUMMARIUM.*

1 *Confratria, ſeu Confraternitas an gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici? Quæſtio eſt valdè dubia, & admodum perplexa, & controverſa, num.1. Sed qui melius loquuntur, duplicem differentiam Confratriæ, ſeu Confraternitatis conſtituunt. Unam erectam authoritate Summi Pontificis, ſeu Epiſcopi, alteram erectam ſine Summi Pontificis, ſeu Epiſcopi authoritate, n.2. exemplis declaratur, n.3.*

4 *Confratria, ſeu Confraternitas erecta authoritate Summi Pontificis, vel Epiſcopi, juxta exempla tradita, num.3. ejuſque Rector, Prior, Gubernator, ſeu Adminiſtrator, quoad omnia, quæ concernunt officium, res, & bona ipſius Confratriæ, ſeu Confraternitatis, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, num.4. ratio traditur, numer. 5.*

5 *Confratria, ſeu Confraternitas erecta authoritate Summi Pontificis, ſeu Epiſcopi, juxta exempla tradita, num. 3. nedum eſt pia, & Religioſa, ſed etiam Eccleſiaſtica.*

7 *Reſtitutio in integrum competit Confratriæ, ſeu Confraternitati erectæ authoritate Summi Pontificis, ſeu Epiſcopi, quoad res, & bona ipſius Confratriæ, ſeu Confraternitatis.*

8 *Bona Eccleſiæ immobilia, & quæ pro immobilibus habentur, non poſſunt alienari ſine ſolemnitatibus à jure requiſitis, & in caſibus à jure permiſſis.*

9 *Bona immobilia, & quæ pro immobilibus habentur Confratriæ, ſeu Confraternitatis erectæ authoritate Summi Pontificis, ſeu Epiſcopi, juxta exempla tradita, n.3. alienari non poſſunt ſine ſolemnitatibus in rerum Eccleſiaſticarum alienatione à jure requiſitis, & in caſibus à jure permiſſis, n. 9. & idem de hujuſmodi bonis Hoſpitalis authoritate Epiſcopi erecti, n.10. & de Confratria, ſeu Confraternitate, & Hoſpitali, n.11.*

12 *Confratria, ſeu Confraternitas erecta ſine authoritate Summi Pontificis, ſeu Epiſcopi, juxta exempla tradita, n.3. an gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, reſidet in hoc controverſia inter Doctores, n.12. affirmativa, n.13. maximè ſi in ea opera Charitatis, & pietatis exerceantur, n.14. & multo magis ſi congregetur in loco Religioſo, & habeat Hoſpitale cum campanili, & ibi celebrentur Miſſæ, & Divina officia, n.15. negativa refertur, quæ verior eſt, n. 16. etiam ſi habeat locum in quo conveniat, ac adhæreat alicui Eccleſiæ, à qua nomen habeat, denomineturque ſub nomine alicujus Sancti, n.17. quamvis exerceat opera Charitatis, & pietatis, n. 18. & ſit erecta authoritate Summi Pontificis, ſeu Epiſcopi, & habeat campanile, & Altare, in quo Miſſæ celebrentur, n. 19. intellige hanc opinionem negativam quoad bona temporalia ipſius Confratriæ, ſeu Confraternitatis, ſecus quoad cauſas, & res merè ſpirituales, ac cæteros Eccleſiaſticos actus, quibus in caſibus cognitio pertinet ad judicem Eccleſiaſticum, n.22. exempla, & deciſiones referuntur, n.23. & n.31. & 32.*

20 *Rector, Prior, Gubernator, ſeu Adminiſtrator Confratriæ, ſeu Confraternitatis, ac quilibet ſingularis confrater quoad ejus perſonam, & bona non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, num.20. etiamſi Confratria, ſeu Confraternitas erecta ſit authoritate Summi Pontificis, ſeu Epiſcopi, n. 21. intellige, num.22. & 23.*

24 *Controverſia ſi oritur inter Confratrias, ſeu Confraternitates laicorum ſuper præcedentia in proceſſionibus publicis judex Eccleſiaſticus cognoſcere, & definire debet, numer. 24. appellatione remota, num. 25. quoad effectum ſuſpenſivum, ſecus quoad effectum devolutivum, num. 26. ſed alii dicunt quoad judex ſæcularis poteſt de his cognoſcere, num.27.*

28 *Confratriæ, ſeu Confraternitates laicorum non poſſunt compelli accedere ad publicas proceſſiones, ſed ſolum invitari, & hortari, num.28. niſi fecerint votum eundi, num. 29. vel niſi in proceſſionibus Sanctiſſimi Sacramenti, ſi prius monitæ fuerint, num.30.*

31 *Controverſia, an aliquis ſit benè, vel malè cancellatus à Confratria, ſeu Confraternitate, vel ſit recipiendus, vel non, vel an ſit canonice electus ad gubernium, & adminiſtrationem, an debeat dirimi per judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem.*

32 *Statutorum Confratriæ, ſeu Confraternitatis ordinatio, & correctio, an pertineat ad judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem.*

33 *Bona Confratriæ, ſeu Confraternitatis laicorum erectæ abſque authoritate Summi Pontificis, ſeu Epiſcopi an poſſint alienari ſine ſolemnitatibus in rerum Eccleſiaſticarum alienatione neceſſariis, refertur opinio affirmativa, num.33. num. 34. ſed affirmativa eſt verior, num.35.*

36 *Confratria, ſeu Confraternitas laicorum erecta abſque authoritate Summi Pontificis, ſeu Epiſcopi, ſi læſa fuerit in contractibus, aut in judicio, an gaudet privilegio reſtitutionis in integrum jure minoris, affirmativa refertur, num.36. negativa, quæ in Cathalonia ſervatur, num. 38. niſi aliquis confrater ſit minor, num.38.*

39 *Falcidia, & trebellianica an detrahatur ex relictis Confratriæ, ſeu Confraternitati laicorum erectæ abſque Summi Pontificis, ſeu Epiſcopi authoritate; affirmativa refertur, num.39. negativa, quæ verior eſt, refertur, num.40.*

41 *Jus Patronatus Confratriæ, ſeu Confraternitatis laicorum an ſit Eccleſiaſticum, vel ſæculare.*

42 *Confratriæ laicorum in Eccleſiis monialium erigi non poſſunt.*

## DECISIO CXLIII.

QUæſtio in argumento propoſita. An Confratria, ſeu Confraternitas laicorum gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, eſt valdè dubia apud Doctores, ut dicit Mareſcot. *var. lib.2. cap.72. num. 15. verſic. Sed dubium eſt*. Admodum perplexa, & controverſa apud noſtros, ut ait Menoch. *de recuper. poſſeſ. remed.15. num.24.* multorumque ingenia torſit, dicit Sperell. *deciſ.155. numer.1. lib.2.* difficiliſque eſt ejus diſſolutio propter varias interpretum opiniones, aſſerit idem Menoch. *de recup. poſſeſ. remed. 15. num.31.* ut patet ex hinc inde congeſtis per eundem Menochium *de recup. poſſeſ. remed.15. à numer. 24. ad 38.* Gabriel *com. concluſ. lib.6. de cauſa pia, concluſ.1.* Florez de Mena *lib.2. var. quæſt.21. à n. 182.* Guttier. *canonicar. lib.1. cap.35.* Bovad. *in polit. lib.2. cap.18. num.228.* Maſcard. *de probat. concluſ.869.* Caſtillo *de uſufruct. cap. 54. num. 14.* Garciam *de benef. par.5. cap.1. num. 606.* Barboſam *de poteſt. Epiſc. par.3. allegat.75. à num.22. & de jure Eccleſ. un. lib.2. c.11. à num.78.* Martham *de juriſd. par.4. caſu 113. à num.7. ad 21.* Mutam *deciſ.58. à num.19.* Fontanel. *deciſ.108. & 109. par. 1.* Fermoſin. *in cap.2. quæſt.12. de foro compet.* Cyriacum *controver.94. num.13. & controver.364. à numer.1.* Don Didacus Antonius Frances de Urrutigoyti *de comp. juriſdict. quæſt.78.* Dianam *reſol. mor. par. 4. tract. 1. reſol.37. & in coordinat. par.9. tract.2. reſol. 177.* Boſſium *in moralib. tom.3. tit.18. num.484. & 485.* Manfrella *in obſervat. ad Capyc. Latro, deciſ.95. à n. 1.* qui tandem in contingentia cogitandum reliquit *num.13.* remiſſivè Daniel de Nobilibus *diſputat.49. numer.3.* & pluribus citatis Balmaſeda *collect. quæſt. 26. num.4.* 1

Sed

2 Sed in hac re, qui melius meo parvo judicio loquuntur, duplicem differentiam Confratriæ, ſeu Confraternitatis conſiderant. Unam erectam authoritate Summi Pontificis, ſeu Epiſcopi. Alteram ſine Summi Pontificis, ſeu Epiſcopi authoritate erectam, ſic Barboſa de poteſt. Epiſcop. par.3. alleg.75. numer. 25. de jure Eccleſ. un. lib.2. cap.11. num. 78. verſic. Quare, Maſtrill. deciſ.110. num.16. par.2. Caſtillo de uſufruct. cap.54. num.24. Muta deciſ.58. à numer.19. Azevedo l.10. à num.26. tit.1. lib.4. recop. Hermoſil. ad Gregor. Lopez, tom.2. fol.76. num.80. 81. & 82. Menoch. de recup. poſſeſ. remed.15. num. 34. verſic. Secundus, cum trib. ſeq. Gratian. diſcep. foren. cap.517. Guttier. canonicar. lib.1. cap.35. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti de Eccleſ. Cathedral. quæſt.25. à numer.59. Don Didacus Anton. Frances de Urrutigoyti de competent. juriſd. quæſt.78. num.6. Sperell. dec.155. num.2. & 3. l.2. Fontanella dec.109. num.8. art. 1.

3 Exemplum Confratriæ, ſeu Confraternitatis erectæ authoritate Summi Pontificis, ſeu Epiſcopi poni poteſt in Confratria, ſeu Confraternitate Minervæ Sanctiſſimi Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti fundata in Eccleſia Parochiali Beatæ Mariæ de Mari Civitatis Barcinonæ, & in Eccleſia Parochiali Sancti Laurentii Civitatis Ilerdæ, in Confratria, ſeu Confraternitate pretioſi Sanguinis Domini Jeſu Chriſti fundata in Eccleſia Parochiali Beatæ Mariæ de Pinu, Regum Civitatis Barcinone, in Confraternitate Beatæ Mariæ de Roſario. ac Beatæ Mariæ de Monte Carmelo. Sancti Franciſci de Aſſiſis. Sancti Auguſtini, Sancti Franciſci de Paula, & ſimilibus. Exemplum vero Confraternitatis erectæ ſine authoritate Summi Pontificis, ſeu Epiſcopi, poni poteſt in Confratriis mechanicis, ſcilicet paratorum lanæ, ſartorum, ſutorum, fabrorum, & aliorum artificum, ſic Fontanella dec.109. n.9. p.1.

4 Si Confratria, ſeu Confraternitas eſt erecta authoritate Summi Pontificis, ſeu Epiſcopi, juxta exempla tradita, num.3. ſcilicet Minervæ Sanctiſſimi Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, pretioſi Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti, Beatæ Mariæ de Roſario, ac Beatę Mariæ de Monte Carmelo, Sancti Franciſci de Paula, & ſimilium, ejus Rector Prior, Gubernator, & Adminiſtrator, quoad omnia, quæ concernunt officium, res, & bona ipſius Confratriæ, ſeu Confraternitatis, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, convenirique debet apud judicem Eccleſiaſticum, ſic Muta deciſ.58. à num. 19. Marian. Antonin. var. lib.1. reſol.66. n.2. & 3. & reſol.203. nu.1. Novar. ad prag. Reg. Neapol. in prag. collect.2. n.3. de deleg. & in prag. 1. collect.2. n.9. in fine, & n.10. de legat. piis, Fuſcus de viſit. lib.3. c.14. n.3. & 5. Valaſc. conſul.105. num.28. Cardoſius in prax. jud. verbo Confraternitas, num.5. Zerola in prax. Epiſc. par.2. verbo Confraternitas, Pereyra de man. Reg. par.1. c. 17. num.8. Gratian. diſcep. foren. cap.481. num. 11. & 14. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. n.119. Lotterius de re benef. lib.2. quæſt.10. num.52. Ricciul. de jure perſon. lib.4. cap.11. num.22. Barboſa de jure Eccleſ. un. lib.1. cap.11. n.81. & 82. & de poteſt. Epiſc. par.3. alleg.73. n.25. verſ. Ex ea, & num.30. & 31. & voto 76. num.80. lib.3. Garcia de benef. par.5. cap.1. num.606. Don Michael Anton. Frances de Urrutigoyti de Eccleſ. Cathed. cap.25. à num.77. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti de compet. juriſdict. quæſt.78. à n.8. ad 15. & quæſt.85. n.5. & 6. Rota poſt Salgad. in labyrint. credit. deciſ. 117. numer. 14. Manfrella in obſerv. ad Capic. Latro, deciſ. 95. num. 2.

5 Ratio eſt, quia hujuſmodi Confratria, ſeu Confraternitas erecta authoritate Summi Pontificis, ſeu Epiſcopi juxta exempla tradita, num.3. & 4. nedum eſt pia, & Religioſa, ſed etiam Eccleſiaſtica, ut probat lex agens de Hoſpitalibus in capit. de xenodochiis, ubi Barboſa, num.2. & melius in cap. ad hæc ibi: Sicut moris eſt authoritate Pontificis deſtinatus, cum Religioſus ſit, de Religioſ. Domib. Covar. in cap. officii, num.12. de teſtam. Bovad. in polit. lib.2. cap.18. num.228. Azevedo l.10. num.27. tit.1. lib. 4. recopil. Riccius in prax. par.1. reſol.45. num.6. Garcia de benef. p.5. cap.1. num.606. Muta deciſ.58. ſub num. 21. Cabedo deciſ.51. tom.1. Novarius ad prag. Reg. Neapol. in prag.1. collect.2. num.3. de delegat. & in prag. 1. collect.2. num.9. de legat. piis, Barboſa de poteſt. Epiſc. par.4. alleg.75. num.23. verſ. Ex ea, & de jure Eccleſ. un. lib.2. cap.11. num.28. verſ. Ratio, & n. 90. Boſſius in moral. tom.3. tit.18. num.483. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti de compet. juriſd. quæſt.78. num.8. & 13. Sperell. deciſ.153. num.23. & deciſ.155. num.2. verſ. Et verius eſt, lib.2. Don Michael Anton. Frances de Urrutigoyti de Eccleſ. Cathedral. quæſt.25. à num.77. Gratian. diſcep. foren. c. 517. num.7. Rota poſt tract. Merlini de pignor. deciſ. 152. n.5. verſ. Prædictam, & n.6. Genuen. in pract. Eccleſ. quæſt. 606. num.2. verſ. Confraternitates, remiſſivè Baron. de citat. ad quæſt.23. num.16.

Ideoque ſicut Eccleſiæ competit in integrum re- 6
ſtitutio, cap. 1. cap. audiſti, de integr. reſtitut. Cardoſ. in prax. judic. verbo Eccleſia, numer. 55. Morla in empor. jur. part.1. tit.5. in præmiſ. num.9. verſic. Sexto, Pereyra in l. ſi curatorem habens, verbo minoribus, num.60. & verbo ſua facilitate, num.27. & verbo vel adverſarii dolo, num.20. C. de integ. reſtit. Molina de juſt. & jure, tract.1. diſput.574. num.1. & 2. Barboſa in cap.1. num.4. & in cap. audiſtis, num. 3. & 4. de integr. reſtit. & de poteſt. Epiſcop. part.3. alleg.75. num.36. verſic. Ex ea. Ita pariter † Confra- 7
triæ, ſeu Confraternitatis erectæ authoritate Summi Pontificis, ſeu Epiſcopi juxta exempla ſupra tradita, num.3. & 4. competit in integrum reſtitutio, ſic Oddo de reſtit. in integr. part.1. quæſt.3. à num.37. Cabedo deciſ.51. tom.3. Maſtrill. deciſ.110. num.16. tom. 2. Novar. ad prag. Reg. Neapol. in prag.1. collect. 2. num. de delegat. & de elect. fori, part.2. quæſt. 54. n. 4. Gratian. diſcep. forenſ. 517. num.2. & 3. Barboſa de poteſt. Epiſc. part.2. alleg.75. num.36. & 37. & de jur. Eccleſ. un. lib.2. cap.11. num.90. verſ. Atque ita, Fontanella dec.109. n.8. & 9. p.1.

Et quemadmodum bona immobilia Eccleſiæ, & 8
quæ pro immobilibus habentur, & mobilia pretioſa, ut puta vaſa aurea, & argentea, pretioſæ veſtes, & alia, quæ commodè ſervari poſſunt, non poſſunt alienari ſine ſolemnitatibus à jure requiſitis, & in caſibus à jure permiſſis, canon. ſine exceptione, ubi Barboſa 12. quæſt.1. cap.1. ubi Barboſa de reb. Eccleſ. alienand. Clement.1. & extravag. Ambitioſæ, ubi Barboſa eodem tit. l. jubemus, ubi Barboſa, authent. hoc jus porrectum, ubi Barboſa, Cod. de Sacroſ. Eccleſ. idem Barboſa de jure Eccleſ. un. libr.3. cap.29. & de poteſt. Epiſcop. lib.3. allegat.95. & deciſ. Apoſtol.19. Riccius collect.46. 611. & 2164. & in prax. fori Eccleſ. deciſ.11. cum ſeq. Borell. in ſum. deciſ. tom. 1. tit.15. Molina de juſt. & jure tom.2. diſput.465. cum ſeq. Ciarlin. controver. lib.1. capit. 105. à numer. 21. Caſtillo de uſufruct. capit. 54. à numer. 4. Caſtrus Palaus in oper. mor. part.2. tract. 12. diſput. unica, punct.15. per omnes §§. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom.2. cap.17. dub.1. cum ſeq. Tamburin. de jure Abbat. tom.3. diſp.13. q.8. Hermoſilla ad Greg. Lopez, tom.2. fol.72. pag.2. à num.16. cum ſeq. Ybannez de Faria in addit. ad Covar. lib.2. var. capit.17. Boſſius in moralib. tom.3. tit.18. toto, Urſellius concluſ. legal.85. tota. Ita hujuſmodi bona † Confratriæ, ſeu 9
Confraternitatis erectæ authoritate Summi Pontificis, ſeu Epiſcopi juxta exempla ſupra tradita, n. 3. & 4. alienari non poſſunt ſine ſolemnitatibus in rerum Eccleſiaſticarum alienationibus à jure requiſitis, & in caſibus à jure permiſſis, ſic Barzius deciſ.124. à numer.1. ad 5. Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſina 93. Riccius in prax. part.1. reſol.45. num.7. & collect.46. verſ. Et an etiam, & collect.611. verſ. Amplia quinto, Genuen. in pract. Eccleſ. quæſt.606. Borel. in ſum. deciſ. p.1. tit.15. num.41. Gratian. diſcep. forenſ. cap. 517. n.1. & 7. Muta dec.58. n.23. & 24. Ricciul. de jure perſon. lib.4. cap.11. num.15. Sperell. deciſ.155. n.3. tom.2. Manfrella in obſer. ad Capic. Latro, dec.95. n. 19. & 20. alios plures citat Boſſius in mor. tom.3. tit.18.

n.473. verſic. Et propterea, Et idem † in hujuſmodi
bonis Hoſpitalis authoritate Epiſcopi erectis, Ga-
briel. concluſ. lib,6. de cauſa pia, concluſ.1. num.9. &
10. Valaſc. conſ.105. n.34. Maſc. de probat. concluſ.
869. n.11. Tuſchus pract. concluſ. litera H, concl,163.
à n.8. Reginald, in prax. fori pœniten. lib,30. tract.
3. n.61. Riccius collect,46. verſ. Item, n. & collect.
611. verſ. Amplia quarto, & collect,2164. in prin. &
in praxi, par.1. reſol.37. à n.1. Boſſius in mor. tom.
3. tit,18. n,482. verſ. Et ideo, Trentacinq. var. lib.
1. de reſcrip. reſol.4. n.3. juncto n.6. Diana reſolut.
mor. par,1. tract.8. reſol,77. & in coord. par.6. tract.
11 3. reſol. 191. n.1. Et de hujuſmodi † bonis Confra-
triæ, ſeu Confraternitatis, & Hoſpitalis ſimul tra-
dunt Solis de cenſib. tom,1. lib,2. cap.3. n,11, Caſtil-
lo de uſufruct, cap.54. num.24. verſ. Aut confraterni-
tates, Gamma deciſ. ult. num,6. Bonacina tract.1, in
ſum. de alienat. rer. Eccleſ. quæſt,unica, punct.2. n.10.
Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom,2. cap.17. dub.
1. à n.14. Hermoſil, ad Gregor. Lopez, tom.2. fol.76.
num.8. Ybannez de Faria in addit. ad Covar, l.2. var.
cap.17. num.3. Barboſa in cap. ſi quis Presbyterorum,
num.5. de reb. Eccleſ. alienan. & de jure Eccleſ. un. l.
2. cap.11. num,88. verſ. quare, & de poteſt. Epiſc. par.
3. allegat,75. num.32. & 33. verſ. Quare, Urſellius
concl. legal. verbo Alienatio, concl.85. num,324.
12 Si autem Confratria, ſeu Confraternitas eſt ere-
cta ſine authoritate Summi Pontificis, ſeu Epiſcopi
juxta exempla tradita, num.3. ſcilicet paratorum la-
næ, ſartorum, ſutorum, fabrorum, & aliorum me-
chanicorum, ſeu artificum, an ſit pia, gaudeatque
privilegio fori Eccleſiaſtici, & ſit convenienda co-
ram judice Eccleſiaſtico, ac exempto à juriſdictione
ſæculari? Reſidet in hoc controverſia inter Docto-
res, ut dicit Maſtril, deciſ.110. num,16, verſ. Et con-
troverſia, tom.2. in qua alii affirmant, alii negant,
ut inquit Cyriacus contr.94. num.13. & contr.364. n.
1. ut videre eſt apud Doctores citatos num.1.
13 Affirmant multis citatis Menoch. de recup. poſſeſſ.
remed.15. à num.24. ad 29. Guttier. canonicar. lib.1.
cap.35. à num.2. & num.23. Maſcard. de probat. con-
cluſ.869. Bovad. in politic. lib.2. cap.18. nu. 228. in
gloſſ. litera C, Oddo de reſt. in integr. par.1. quæſt.6.
num. 4. Flores de Mena lib.2. var. quæſt.21. à num.
182. & alii per Barboſam de poteſt. Epiſc. par.3. al-
legat.75. num.22. & in cap. cum & plantare 3. num.
41. de privileg. Ciarlin. controv. forenſ. lib.3. capit.
228. num.24.
14 Maximè ſi in ea opera charitatis, & pietatis exer-
ceantur, ut eſt infirmos curare, aut egenos adjuva-
re, pauperes alimentare, peregrinos hoſpitari, ca-
ptivos redimere, orphanas dotare, & alia hujuſmo-
di, ſic Menochius de recup. poſſeſ. remedio 15. n.36.
ver. Si vero, & num.37. Gabriel com. concluſ. lib.6.
de pia cauſa, num.22. & 23. Oddo de reſtit. in integ.
par.1. quæſt.6. num.46. verſ. Ego breviter, cum ſeq.
Caſtillo de uſufruct. cap.54. n.24. in fine Guttier. ca-
nonicar. lib.1. quæſt.35. à n.21. Genuen. in practic.
Eccleſ. quæſt.290. num.1. verſ. in contrarium, Garcia
de benef. p.5. c.1. n.606. Riccius in prax. tom.3. re-
ſol.142. Navar. de elect. fori, ſect. 2. quæſt.66. à n.8.
Boſſius in mor. tom.3. tit.18. n.485. Martha de juriſd.
jur. par.4. caſu 113. n.18. Fermoſin. in cap. 2. q.29.
n.3. de foro compet. Anſald. de juriſd. part. 2. tit.11.
c.14. à n.37. Ripol. de jure perſ. l.4. c.11. n.11. Bar-
boſa de jure Eccleſ. un. l.2. c.11. n.78. verſ. Sed con-
trarium, & in c. cum & planiar. 2. n. 42. de privil.
Gratian. diſcep. for. c.481. num.11. & 12. D. Didac.
Ant. Frances de Urrutigoyti de compen. juriſd. q.78.
n.15. & à n.17. Diana reſol. mor. p.4. tract. 1. reſol.
37. & in coordinat. p.9. tract.2. reſol.717. verſ. Ta-
men, Fontanella dec.108. n.14. & 15. p.1.
15 Et multo magis ſi congregatur in loco Religioſo,
& habeat Hoſpitale cum campanili, & campanis, &
ibi Miſſæ, & divina officia celebrentur, Varal. dec.
528. num.3. par.1. Zerola in praxi Epiſc. verbo Con-
fraternitas, num.4. Ludovic. deciſ. Peruſin.93. num.
36. & 45. Anſaldus de juriſd. part.2. tit.11. capit.4.
num.40. Martha de juriſdict. part. 4. caſu 113. n. 7.
& 18. Cævallos de cognit. per viam violent, part. 2.
quæſt.32. num,5. verſ. Si vero, Fermoſin. in capit.2.
quæſt.19. num.1. in princ. de foro competent. Marinis
reſol. jur. lib,1. cap.112. num.9. verſ. Prius eſt, Ma-
rian Antonin. var. lib,1. reſol.66. num.2. & 3. Gra-
tian. diſcept. forenſ. cap.481. num.14. Barboſa de po-
teſtat. Epiſcop. p.3. alleg.75. num,22, & de jure Ec-
cleſ. un. lib,2. cap.11. num,80. verſ. Si de ipſis, Man-
frella in obſerv. ad Cap. Latro dec.95. num.8. lib.1.
Negant, & eſt magis communis, & verior opi- 16
nio, ſic Bartol. in l. fin. num,6. ff. de colleg. illicit. &
in l. cum ſenatus 21. num.4. ubi Caſtren. num.2. ſub-
jungit, ita de facto habuiſſe, Soccin. num.9. ff. de reb.
dub. Felin. in cap. nullus judicum, num,11. verſ. Fra-
ternitates, de foro comp. Abbas conſ.31. ſub numer.1.
verſic. Sed his non obſtantibus, cum ſeq. & per totum,
part,1. Caſtren. conſ,301. ſub num.3. verſ. Prout et-
iam reſpondet, lib.1. & conſ,102. lib.7. Jaſon conſil.
118. numer.1. verſic. Ultra, cum ſeq. libr.2. Pariſius
conſ.50. num.26. 27. & 28. lib.4. & conſ.34. à n. 9.
& à n,28. l,4. Gabriel conſ,62. n. 2. verſ. Primò quia
cum ſeq. l,1. Burſat. conſ,90. n,27. & 28. lib.1. Natta
conſ.62. n,2. Borell. conſ,81. Aponte conſ,18. l.1. Ga-
briel com. concluſ. l.6. de pia cauſa, concluſ.1. num.1.
2. 3. 7. 15. & 16. Tiraquel. de privilegio piæ cau-
ſæ, in præfat. verſ. Contrarium tamen, Caroccius in
addit. ad Decium, conſ.72. à n,25. Menoch. conſ.365.
à n.1. ad 5. l,6. & de recup. poſſe remed,16. à n,30. Tu-
ſch. pract. concluſ. litera E, concluſ.28. à n,4. & lite-
ra F, concluſ.455. à n.1. Ludov. dec. Peruſ. 93. n. 9.
verſ. Primo quia, Navar. conſ. 3. n,4. 5. & 6. de foro
compet. Covar. pract. c,36. n,8. Magon. dec. Lucen.
19. n.15. verſ. Secundum ſeq. Maſtril, dec,31. n. 14.
tom,1. & deciſ. 110. num,8. 9. 10. 11. 12. & num. 16.
verſ. Et controverſia, tom,2. Annam ſingular.90. De-
cian. tract. crim. part.1. lib,4. cap.9. num. 38. Carol.
de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. n,119. & 122. Caſtil-
lo deciſ.2. num.12. & 13. tom.1. Muta deciſ. 58. ſub
num.21. Valaſc. conſult,105. num. 5. verſ. Sed hoc eſt
intelligendum, cum ſeq. & num.47. verſ. Si verò, cum
ſeq. & num,54. Coccinus dec.210. num,1. verſ. Nam
licet Confraternitas, Moneta de commut. ultim. vo-
lunt. cap.4. n,26. verſ. Ex hoc facile erit, Maſcard.
de gener. ſtat. interpret. concluſ,1. ſub num.139. Avi-
les in cap. Prætor.2. verbo Confederacion, n.10. verſ.
Et ſic, Salazar. de uſu, & conſuetud. cap.8. à n.36. ad
37. Azevedo l.10. num.26. tit.1. lib.4. recop. Bovad.
in polit. lib.2. c.18. n.228. Mattham de juriſd. p.4. ca-
ſu 113. à n.9. Cævallos de cognit. per viam violent. p.
2. quæſt.32. & com. cont. com. quæſt.896. à n.982. Her-
moſil. ad Greg. Lop. tom.2. fol.67. pag.2. num.82. Fer-
moſin. in cap.2. quæſt.19. num.2. de foro compet. Par-
lador. rer. quotid. differ.9. §.1. num.9. Lara de anni-
verſar. lib.2. c.1. n.5. 6. & 7. Zerola in prax. Epiſc.
verbo Confraternitas, §.4. Cardoſ. in prax. jud. verbo
Confraternitas, num. 3. verſ. Si autem, Padilla in l.2.
n.50. C. de ſervit. & aqua, Genuen. in pract. Eccleſ.
q.606. Marian. Antonin. var. lib.1. var. reſol.66. n.1.
Boſſius in mor. tom.3. tit.18. num.484. Anſaldus de ju-
riſd. p.2. tit.11. cap.15. à n.7. Guttier. canonicar. l.
1. cap.35. à n.19. Thomaſius in ſua decade, tractat.10.
tit.2. cap.4. n.54. Daniel de Nobilibus diſp.49. n.3. &
4. Garcia de benef. par.5. cap.1. num,604. Gratian. di-
ſcep. foren. cap,481. num.2. & cap.517. num. 5. 6. &
7. Cyriacus controver.364. num.2. Mareſcot. l.2. var.
cap.62. num,20. Cirocchus diſcep.6. num.27. Cabedo
deciſ.51. part.1. Thom. del Bene de immunit. Eccl.
tom.1. cap.4. dub.20. num.4. Barboſa de poteſt. Epiſc.
part. allegat,75. num.24. & de jure Eccleſ. un. lib.2.
cap.11. num.78. verſ. Quare circa utrumque, & num.
79. & 80. verſ. Si de ipſis Confraternitatum corpori-
bus, Capiblanc. de Baron. tom.1. prag.8. p.3. nu.63.
Staiban. lib. 1. reſol.37. num.13. & 44. Rota dec.574.
n.5. verſ. Ideo ſi debet attendi, cum ſeq. art. 1. diverſ.
& poſt labyrint. creditor. Salgad. deciſ.55. num. 13.
verſ. Nec obſtant, & verſ. Si quidem, & numer.14.
Ripoll. var. cap.1. num.468. Fontanella deciſ. 109. à
num.1. ad 6. part.1. Marinis lib.1. reſol. jur. cap.117.
n.9. verſ. ſecundus caſus eſt, ubi Rodoer. n.26. Riccius de

jure

jure perſon, lib, 4, cap, 11. num, 26. Capycii Latro deciſ, 95. num, 6. ubi Manfrella in obſerv. num. 1. 2. 9. & 13, licèt in contingentia cogitandum dicat num, 17. Don Michael Anton. Frances de Urrutigoyti de Eccleſ, Cathed. cap, 25. à numer. 88. & num, 156, & 157. Don Didac. Antonius Frances de Urrutigoyti de compet. juriſd. quæſt. 78. num, 16. & 34. & quæſt, 85. num, 24, Manfrella in obſervat. ad Capycii Latro, deciſ.95. à num. 1, ad 21, Quæſada Pilo diſſert. 3. num. 44. Pereyra de manuten. Reg, part. 2, cap. 35. numer, 17. Luca ad Gratian. diſcep, foren. cap. 400, à num. 22. ad 28. deciſiones Cancellarii Cathaloniæ referuntur infra, numer. 23.

17 Hæc negativa opinio procedit, etiam ſi Confratria, ſeu confraternitas habeat locum, in quo conveniat, ac adhæreat alicui Eccleſiæ, à qua nomen trahat, denomineturque ſub nomine alicujus Sancti, vel Sanctæ Mariæ, aut Sanctiſſimi Corporis Chriſti, ſic Navarrus agens de Confratria ſub nomine Corporis Chriſti conſ. 3, de foro compet. Zabarella loquens de Confratria Sanctæ Mariæ de miſericordia civitatis Florentiæ conſ, 13. Burſat, Aponte, Ludovic, Covar. Maſcard, Cabedo, Barboſa, Rota, Rodoer. & alii citati num, 16.

18 Procedit etiam quamvis hujuſmodi Confratria, ſeu Confraternitas exerceat opera charitatis, & pietatis, Covar. pract. cap. 36. num, 8. Rodoer, ad Marinis, lib, 2, reſol. jur, cap, 117. numer, 26, Marian, Anton. lib, 1. var, reſol, 66, num, 1. Fontanella deciſ. 109. num. 4, & 5. part, 1, Martha de juriſdict, part. 2. cap. 18. num, 1, Lara de anniver, lib. 2, cap, 11. numer, 5, 6, & 7. Boſſius in mor, tom, 3, tit, 18, num, 485, Maſcard, de gener, ſtat. interp, concluſ, 1. ſub num, 139, innumeros Rota poſt tract. labyrint, credit, Salgad, deciſ. 55, num. 14, & alii laudati num, 16.

19 Quinimo procedit etiam ſi Confratria, ſeu Confraternitas mechanica, ſcilicet paratorum lanæ, ſartorum, ſutorum, fabrorum, & aliorum artificum ſit erecta authoritate Summi Pontificis, vel Epiſcopi non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, Gabriel conſ, 162, lib, 1, Duard. ad Bul, Cæn. lib, 2, cant. 15. quæſt, 7, concluſ. 3. numer. 9, Martha de juriſdic, part, 4, caſu 113, numer, 17. Bovad, in polit. lib, 2, cap. 18, numer. 228, Manfrella in obſervat. ad Capycii Latro deciſ, 95. numer, 2, ad medium, & num. 3, 4, & 7, alii infra num. 21. quidquid dicat Queſado Pilo diſſert. 3. num. 41, etiamſi habeat Capellam cum campanili, & altare in quo Miſſæ celebrentur, Pariſius plures citat conſ, 34. num, 15. lib, 4, Gabriel, com, concluſ. lib. 6, de pia cauſa, concluſ, 1. num. 8, Menochius de recup. poſs. remed. 15. numer, 36. Caroccius in addit, ad Decium, conſ, 72, num, 27. Rota deciſ. 574, numer, 5. verſic, Ideo, cum ſeq. part. 1, diver, Barboſa de poteſt. Epiſ. part, 3, alleg. 75, numer. 24. in fine, Anſaldus de juriſdict. part, 2. tit, 11. cap. 14, num, 33. & 38, & ita vigere uſum forenſem teſtatur Cevallos de cognit. per viam violen. part. 2. quæſt. 32. num. 6, verſic, Si vero, in fine & alii ex citatis num. 16.

20 Rector autem, Prior, Gubernator, Adminiſtrator, ſeu alius quocumque nomine vocetur Confratriæ, ſeu Confraternitatis, ac quilibet, ſingularis confrater, quo ad ejus perſonam, & bona non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſed conveniendus eſt coram judice ſeculari, tam in civilibus, quàm in criminalibus, quia eſt mere laicus, Zabarel. conſ. 13. num. 3. Pariſius conſ. 34, numer, 28, lib, 4, Abbas conſ, 31. num, 1. lib. 1. Menoch. de recup. poſſ. remed. 15. num. 30. 31. & 34. verſ. Difficilis ergo eſt, ibi: Primus eſt caſus, Gabriel comm. concluſ. lib, 6. de pia cauſa, concluſ. 1. numer, 14. Caroccius in addit, ad Decium, conſ. 72. num. 29. & 34. Martha de juriſd. part, 4. caſu 113. num, 13. Anſaldus de juriſdic. part. 2, tit. 11. capit. 14, num, 10. 16, & 41. Lara de anniver. lib. 2. cap. 1. num. 7. Gratian, diſcep. foren. cap. 517. numer. 5. Aviles cap. 2, Prætor. verbo Confederacion, num. 20. verſic. Et ſic, Valaſc, conſult, 105. num. 32. Azevedo l. 10. num. 26, tit. 1. lib. 4. recop. Muta deciſ. 58, ſub num. 21. Carol, de Graſ, de effect. Cler. effectu 1. num, 119, & 121. Maſcard, de gener. ſtat. interpret. concluſ. 1. num. 139. Bovad. in polit. lib. 2. cap. 18. ſub. num. 228. Lotterius de re benef. lib. 2. quæſt. 10. num. 52. Reg. Vico ad prag. Sardin. tom. 1. titul, 7. cap. 15. §. 41. & 47. Barboſa de poteſt. Epiſ. part. 3. alleg. 75. num. 31. in fine, & de jure Eccleſ. univ, lib. 2, cap. 11, num. 83. Ricciul. de jure perſon. lib, 4. cap. 12, à prin, Ciarlin. controv. foren. lib, 3. cap, 228, num, 23, Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti de compet. juriſdict. quæſt. 78. num, 16, in fine, & num, 34. & quæſt. 84. numer. 1. 2. & 3. Cap. Latro deciſ. 95. num. 6. ubi Manfrella in obſervat, à num. 1. & alii ex laudatis numer, 116.

21 Quamvis Confratria, ſeu Confraternitas ſit erecta authoritate Summi Pontificis, ſeu Epiſcopi juxta exempla tradita num. 3. & 4. ejus Rector, Prior, Gubernator, Adminiſtrator, ſeu alius miniſter laicus, quoad ipſius perſonam, & bona non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſed in civilibus, & criminalibus conveniendus eſt apud judicem ſecularem, Gabriel conſ, 162. numer, 3. lib, 1. Caroccius in addit, ad Decium, conſ, 72, numer. 16, Maſtril. deciſ, 110, numer. 10. libro 2, Gratian. diſcept. foren. capitul, 482. numer. 2. Martha de juriſd. part. 4. caſu 113. numer. 17. Bovad. in polit. lib, 2. cap, 18, num. 228. Barboſa de poteſt. Epiſ. part. 3. alleg. 25, num. 31, in fine, & de jure Eccleſ. univ. lib, 2. cap. 11, num. 83. Lezana in ſum. quæſt. regul. par. 2, cap, 15, num, 4. in fine, Pellizarius in man. reg. tom, 3. tract. 8, cap. 5. ſub titulo de privil. inſtit. Confraternitatis, ſect. 6. quæſt. 33. numer, 293. Don Michael Anron. Frances Urrutigoyti de Eccleſ. Cathed, cap, 25. à num, 83. Don Didac. Ant. Frances de Urrutigoyti de compet, juriſd. quæſt, 85, à num. 4, ad 21. Ricciul. lib, 4. lucubrat. cap. 12, à num, 1. Duard, in Bul. Cœnæ, lib. 2. can. 15. quæſt, concluſ. 3, num. 9. Manfrella in obſervat. ad Cap, Latro deciſ, 95. numer. 2, verſic. Quod tamen, & num, 3, & 4.

22 Intellige prædicta à num, 16, ad 21, ut procedant quoad bona temporalia ipſius Confratriæ, ſeu Confraternitatis, & quoad perſonam, & bona ejus Rectoris, Prioris, Gubernatoris, ſeu Adminiſtratoris, & cujuslibet ſingularis confratris; ſecus verò quoad cauſas, & res merè ſpirituales, ac cæteros Eccleſiaſticos actus, quibus in caſibus, cognitio pertinet ad judicem Eccleſiaſticum non ratione Confraternitatis, ſed ſpiritualitatis, juxta regulam tex, in cap. benè quidem 96. diſtinc. & cap. quanto de judiciis, & in terminis Rebuffus in tract. in quibus cauſis ſæculares judices num. 81. Azevedo l. 10. num. 26, tit. 1. lib. 4. recop. Salazar de uſu & conſuetud, cap. 7. num, 14. verſic. Quod proderit, Navar, conſ. 3. num, 5. in fine, & num, 6. in prin. de foro compet, Martha de juriſd, part, 4, caſu 113. num. 20, Bovad. in polit, lib. 2. cap. 8. num, 228. verſic. Y ſi ſe trataſſe, Lotter. de re benef, lib. 2. quæſt. 50. num, 52. Marcel. Vulpe in prax. cap, 11. numer, 10. Ricciul. de jure perſonar. lib. 4. cap, 12, num. 6. Anſaldus de juriſd, lib. 2, tit. 11, cap. 14, num, 42. 43. & 44. Fermoſin. in cap, 2, quæſt. 19. num. 5. de foro compet. Daniel de Nobilibus diſp, 49. num, 30. Barboſa de poteſt. Epiſ, part. 3. alleg. 75. num. 11. in fine verſic, Itemque, ibi: Vel jure aliquo ſpiritual. & alleg, 78, numer. 23. verſic, Et facite, & verſic. Itemque, ibi: Vel jure aliquo ſpirituali, & de jure Eccleſ. univ. lib. 2. cap. 11. 83. 84. & 85. verſic. Item ubi agitur, & voto 76. num, 82. & 83. lib. 3. Gratian. diſcept. foren. cap. 517. num. 5. Don Michael Anton. Frances de Urrutigoyti de Eccleſ. Cathedral. cap, 25, à numer. 83. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti de compet. juriſd. quæſt. 78. num. 34. verſic. Dummodo tamen, & quæſt. 85. num. 22. 23. & 25. Marinis lib. 1. reſol. jur. cap. 117.

num.

num. 9. verſic. Tertius caſus eſt, Riccius tom. 3. reſol. 144. & 145. Genuen. in prax. Epiſ. cap. 64. num. 9. Thomaſ. in ſua decade, tract. 10. titul. 2. cap. 4. num. 27 Duard. in Bul. Cœnæ, lib. 2. can. 15. quæſt. 7. concluſ. 3. numer. 14. Danza de pug. Doctor. tom. 1. cap. 3. de legat. piis à num. 8. ad 18. Manfrella in obſervat. ad Cap. Latro, deciſ. 95, num. 6. & 7. lib. 1.

23 Exemplum eſt, ſi agitur de clavibus, veſtibus, cereis, cæteriſque rebus ad uſum pium Capellæ Confratriæ, ſeu Confraternitatis perpetuo deſignatis, pertinet cognitio ad judicem Eccleſiaſticum, ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Loris, Conſultoribus Ferrer, Xammar, Ros, & Cordelles 20. Aprilis 1577. in favorem Sebaſtiani Brea Rectoris Capellæ Beatæ Mariæ de Marcus Civitatis Barcinonæ, contra Majorales Confratriæ curſorum dictæ Civitatis. Et licèt per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Aſtor, & Aguilò 16. Novembris 1627. occaſione firmæ juris factæ in Curia ſæculari Regentis Vicariam Barcinonæ per Subſyndicum dictæ Civitatis Barcinonæ, & per Syndicum Confratriæ ſancti Juliani Botigueriorum relatum merceriorum ejuſdem Civitatis, procedimentis contra Conſiliarios ejuſdem Civitatis, & contra dictum Syndicum dictorum Botigueriorum in Curia Eccleſiaſtica factis ad inſtantiam alterius Syndici Confratriæ Sancti Juliani merceriorum, occaſione declarationis, ſive deliberationis per Conſilium vulgo dictum lo Trentanari factæ, fuit declaratum, Capellam, ſive ſacellum Sancti Juliani ſitum intra Eccleſiam Monaſterii Sancti Auguſtini Civitatis Barcinonæ, omneſque res ſacras, & divino cultui deſtinatas ipſius Capellæ dictis Botigueriis tellarum, & eorum adminiſtrationi pertinere, & ſpectare, nec non legata pia eorum contemplatione dictæ Confratriæ relicta. Quæ deliberatio fuit per caput excubiarum dictorum Conſiliariorum merum executorem executioni deducta, dictis Botigueriis tellarum inſtantibus, videlicet eis dictam Capellam, ſive ſacellum, omneſque res ſacras ipſius divino cultui deſtinatas commendando, ſive in adminiſtrationem tribuendo: Quorum omnium cognitionem ad ſolam Curiam Eccleſiaſticam pertinere privativè ad ſecularem per Syndicum Confratriæ Sancti Juliani merceriorum fuit prætenſum. Declaratum fuit his verbis: Firmæ juris in dictæ Curia ſeculari Regentis Vicariam Barcinonæ factæ Subſyndicum Civitatis Barcinonæ, & per Syndicum Confratriæ Sancti Juliani Botigueriorum tellarum merceriorum dictæ Civitatis, quoad res ſacras mobiles, ac uſui Capellæ deſtinatas, quæ ſunt dictæ Confratriæ, locum fuiſſe, & eſſe: Quo vero ad declarationem factam per dictos Conſiliarios adjudicando Capellam, & res immobiles intus illam exiſtentes dictis Botigueriis tellarum, & traditionem poſſeſſionis illius in eorum favorem factam, locum non fuiſſe, nec eſſe, ſed prædictam cognitionem, & traditionem poſſeſſionis dictæ Capellæ ad Curiam Eccleſiaſticam pertinere, & ſpectare, & in ea fore, & eſſe tractandas. Hæc deciſio quoad primam ejus partem, in qua quoad res ſacras mobiles, & uſui Capellæ deſtinatas, & illarum cognitio pertineat ad judicem ſecularem, mihi non arridet. Ideoque per eundem Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Mir, & Rubi de Marymon 14. Novembris 1628. in facto cauſæ contentionis inter Juratos, & Univerſitatem Civitatis Gerundæ ex una, & Petrum Roig Chirurgum, Michaelem Fuſter, Petrum Ribot, & alios Confratres Confratriæ Sanctorum quatuor Martyrum in Eccleſia Sedis Gerundæ fundatę ex altera. Pro eo quod dicti Jurati reſtituerent vexillum, ſive banderam ad opus dictæ Confratriæ deſtinatas, fuit declaratum his verbis: Firmæ juris factæ in curia ſeculari Gerundæ per Juratos dictæ Civitatis, quoad vexillum uſui dictæ Confratriæ deſtinatum, locum fuiſſe, & eſſe: quo vero ad claves Capellæ, & cereos, cæteraſque res ad uſum pium dictæ Capellæ, & Confratriæ perpetuo deſtinatas, locum non fuiſſe, nec eſſe. His adde deciſionem factam per Cancellarium Eril Conſultore Maſsò 23. Junii 1638. quam tradidi deciſ. 142. numer. 14. Ex quibus deciſionibus liquet, quod cognitio clavium, & veſtium Capellæ, ac omnium rerum ad uſum pium Confratriæ perpetuo deſtinatarum pertinet ad judicem Eccleſiaſticum, cognitio autem vexilli, & aliarum rerum ad non pium uſum Confratriæ deſtinatarum pertinet ad judicem ſecularem.

Item ſi oritur controverſia ſuper præcedentia in 24
proceſſionibus publicis inter Confratrias, ſeu Confraternitates laicorum judex Eccleſiaſticus cognoſcere, & definire debet, ex quo modus, & forma incedendi in proceſſionibus, deferendi habitum, & ſimilia, ſunt actiones ſpirituales, vel ſaltem ſpiritualibus annexæ, in quibus laici judicio Epiſcopi ſubſunt, juxta decretum Concilii Tridentini ſeſſione 25. de regular. cap. 13. quod licèt loquatur de precedentiis inter Eccleſiaſticas perſonas, extendunt Doctores, ad quaſcumque Confraternitates etiam laicorum, ut in eis ordinarius Eccleſiaſticus poſſit pariter componere controverſias, & tumultus incidentes, & contingentes, & quod inter eos definierit, ceſſantibus reclamationibus, ſubterfugiis, & aliis hujuſmodi eſt executioni mandandum, Navar. conſ. 3. numer. 6. de foro compet. Gratian. deciſ. 232. num. 3. 4. & 5. Lara de anniverſar. lib. 1. cap. 24. num. 29. Salgado in labyrint. creditor. part. 2. cap. 9. num. 2. 3. & 4. ad quem ſe refert Baron. de citat. tom. 3. in addit. ad quæſt. 23. num. 1. Cenedo canonicar. quæſt. 26. num. 19. Cevallos de cognit. per viam violen. part. 2. quæſt. 124. ſub num. 2. Barboſa in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regular. cap. 13. num. 16. & de poteſt. Epiſ. part. 3. alleg. 78. num. 26. verſ. Cum igitur, & de jure Eccleſ. univ. lib. 2. capit. 11. num. 85. verſic. Idem ſi controverſia, & voto 76. num. 84. lib. 3. Carocc. de except. 44. num. 66. Sperell. deciſ. 179. numer. 6. libro 2. Marcel. Vulpe in prax. fori Eccleſ. cap. 11. numer. 10. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. numer. 612. Diana reſol. moral. part. 3. tract. 1. reſol. 70. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſol. 178. ita decrevit Gregorius XIII. in ſua Bulla 86. fol. 1323. tradunt Martha de juriſd. part. 4. caſu. 113. num. 20. Fermoſin. in cap. 2. quæſt. 19. num. 5. de foro competen. Zerola in prax. Epiſc. part. 1. verbo Proceſſiones, verſic. Ad tertium principale, Barboſa voto 76. num. 84. lib. 3. & de jure Eccleſ. univ. lib. 2. cap. 11. num. 85. verſic. Idem ſi controverſia, Salgado de regia protect. part. 2. cap. 9. num. 2. Marinis lib. 1. reſol. jur. cap. 117. num. 9. verſ. Tertius caſus eſt, Duardus in Bulla Cœnæ, lib. 2. cant. 15. quæſt. 7. concluſ. 3. num. 13. quem referunt Genuen. in prax. Archiep. Neapol. cap. 52. num. 2. & 3. Gratian. deciſ. 332. num. 2. Idque † 25
appellatione remota, ut habetur in dicta conſtitutione Gregorii XIII. Gratian. deciſ. 232. num. 1. Lara de anniver. lib. 1. cap. 14. num. 31. Riccius collect. 147. in fine, Cevallos de cognit. per viam violen. part. 2. quæſt. 124. Salgado de reg. protect. part. 2. cap. 9. numer. 2. Barboſa de poteſt. Epiſ. part. 3. allegat. 78. num. 24. & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regular. capit. 13. numer. 16. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, tom. 1. fol. 10. num. 88. Quoad effectum ſuſpenſivum, ſecus quoad effectum devolutivum, Barboſa in declarat. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regul. cap. 13. numer. 4. & in collectan. num. 8. & 9. & de poteſt. Epiſ. part. 3. allegat. 78. num. 26. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 43. num. 180. Salgado de Reg. protect. part. 2. cap. 9. num. 99. Rota poſt tract. Poſtii de manuten. deciſ. 32. num. 10. 11. & 52. Cevallos de cognit. per viam violen. par. 2. quæſt. 124. numer. 1. in fine, Hermoſilla ad Gregor. Lopez, tom. 1. fol. 10. num. 88. in fine.

Sed alii dicunt, quod Judex ſecularis poteſt co- 27
gnoſcere inter Confraternitates laicorum, ſi oritur controverſia ſuper præcedentia in proceſſionibus publicis,

blicis, ſic deciſum in magna Curia Vicariæ, quam
in Regio Conſilio referunt Anan. *ſingul.* 90. A-
ponte *conſ.* 18. *num.* 18. *lib.* 1. quos & alios citat
Thoro *in compend. deciſ. part.* 1. *verbo cauſa Con-
fraternitatis, folio* 78. addo Caroccium in addit. *ad
Decium, conſ.* 72. *n.* 35. *Eſcobar de Pontif. & Reg.
juriſdict. in ſtud. gener. cap.* 24. *num.* 171. maximè
ſi non ſuper jure incedendi, ſed ſuper facto in ju-
dicio poſſeſſorio agatur, Peregrin. *conſ.* 1. *numer.*
30. *libro* 3. Lara *de anniver. libro* 1. *cap.* 24. *num.*
29. *in fine, & num.* 30. Faber *in C. lib.* 7. *tit.* 28.
*defin.* 19. *verſic., Unam, de poſſeſſione* plures addit
Valeron *de tranſact. tit.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 48. Ideo-
que Carolus de Graſ. dicit, quoad locum inceden-
di in proceſſionibus, ut ſi debet incedere in quarto,
vel quinto loco; in talibus namque controverſiis eſt
Judex illuſtriſſimus, & ampliſſimus Senatus, qui
ſummariè, & abſque viſione ſcripturarum ſolet cau-
ſas ipſas terminare, *de effect. Cler. effectu* 1. *nu.* 113.
cujus dictum videri poſſe tolerabile, quando agi-
tur de judicio poſſeſſorio, inquit Barboſa *de poteſt.
Epiſ. part.* 3. *allegat.* 78. *num.* 42. ſequitur Diana
*reſ. mor. par.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 70. *& in coordinat.
part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 178. Bovadilla ait, y quanto
à las competencias en los lugares, y precedencias
en las proceſſiones, con que ſeulen perturbat los
actos publicos en lo qual el corregidor con deſtre-
za execute la coſtumbre, ſi huviere algun preboſte,
ò Confrade ſobreſaliente, y argulloſo, imbiele preſo
*in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 228. quam praxim re-
ceptam non negat Barboſa ſi illud agatur non per
modum juriſdictionis *de jure Eccleſ. univ. lib.* 2. *cap.*
11. *num.* 85. *verſic. Quod vero*, De quibus dicam
*deciſione* 159.

28 Sed in his ſcias, quod Confratriæ, ſeu Confra-
ternitates laicorum non poſſunt compelli accedere
ad publicas proceſſiones, ſed invitari, & hortari,
ut declaravit Sacra Congregatio Concilii Scalen. 5.
Maji 1593. referunt Gratian. *deciſ.* 232. *numer.* 6.
Piazech. *in prax. Epiſ. part.* 2. *cap.* 3. *numer.* 32.
Lara *de anniver. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 16. Marcel-
lus Vulpe *in praxi Archiep. Neapol. cap.* 63. *num.*
7. Ricciul. *Eccleſ. lucubrat. lib.* 4. *cap.* 14. Carol.
de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.* 613. *in fine*,
Lezana *quæſt. regul. tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 241. Ric-
cius *in praxi, reſol.* 308. *num.* 5. Ugolin. *de poteſt.
Epiſ. cap.* 11. *numer.* 6. Venero, & Leyva *in exam.
Epiſ. lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 23. Daniel. de Nobilibus
*in addit. ad diſput.* 49. *numer.* 8. Barboſa *in collect.
Bullar. verbo Confraternitas, verſic. Confraternitates
ad publicas proceſſiones, fol.* 225. *& in collect. ad
Concil. Trident. ſeſſione* 25. *de regular. cap.* 13. *num.*
26. *& deciſ. Apoſt.* 207. *num.* 24. quidquid dicant
Maceraten. *deciſ. Cur. Papiæ* 66. Barboſa *in remiſ.
ad Concil. Trident. ſeſs.* 25. *de regular. capit.* 13.
*verſic. Compellantur, ibi: Et quod pariter.* Salgado
*de Reg. protect. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 110. Quia con-
tra eos eſt verior ſententia, ut per Barboſam *de
poteſt. Epiſ. part.* 3. *allegat.* 78. *num.* 24. Hermoſilla
*ad Gregor. Lopez, tom.* 1. *fol.* 10. *numer.* 86. *&* 87.
remiſſivè Baron. *de citat. tom.* 3. *in addit. ad quæſt.*
29 23. *numer.* 20. Niſi fecerint † votum eundi; nam
tunc compelli poſſunt ad obſervantiam voti; vel
ad quamlibet promiſſione votivam Sancti, ſub cu-
jus nomine fuerint congregati, Lara *de anniv. lib.*
1. *cap.* 24. *num.* 17. Salgado *de reg. protect. part.* 2.
30 *cap.* 9. *num.* 100. Et etiam in † proceſſionibus San-
ctiſſimi Sacramenti, in quibus poſſunt compelli ac-
cedere in Plebania, vel Parochiali, ſed prius mo-
nendæ, & à pœnis à principio abſtinendum, juxta
declarationem Sacræ Congregationis relatam per
Barboſam *deciſ. Apoſt.* 207. *num.* 24. *in fine*,

31 Item exemplum eſt, ſi ſit differentia, an aliquis
ſit benè, vel malè cancellatus à Confratria, Con-
fraternitate, vel ſit recipiendus, vel non, vel an
ſit canonicè electus ad gubernium, & adminiſtra-
tionem hujuſmodi Confratriæ: nam tales, & ſimi-
les controverſiæ dirimendæ ſunt per judicem Ec-
cleſiaſticum, ſic Bovad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.*
141. *& cap.* 18. *ſub num.* 228. *verſic. Y quanto à re-
cebir*, Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.*
613. *verſic. quando autem*, Guttier. *canonicar. lib.* 1.
*quæſt.* 35. *num.* 24. Lotterius *de re benef. lib.* 1. *quæſt.*
10. *num.* 52. Ricciul. *de jure perſon. lib.* 4. *cap.* 12.
*num.* 4. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti
*de compet. juriſdic. quæſt.* 85. *num.* 23. Barboſa *de poteſt.
Epiſ. part.* 3. *allegat.* 78. *num.* 24. *verſic. Vel per eum
cogi, & num.* 42. *& de jure Eccleſ. univ. lib.* 2. *cap.* 11.
*num.* 85. *in prin.* Manfrella in obſervat. *ad Cap. La-
tro, deciſ.* 95. *ſub num.* 6. Diana *reſol. mor. part.* 3.
*tract.* 1. *reſol.* 70. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2.
*reſol.* 178. Quod ſi Confratria, ſeu Confraternitas
ſit Sanctiſſimi Sacramenti, Beatæ Mariæ de Roſa-
rio, & ſimilium, de quibus ſupra *num.* 3. *&* 4. nam
tunc cognitio pertinet ad judicem Eccleſiaſticum;
ſecus vero ſi Confratria, ſeu Confraternitas ſit me-
canica, ſcilicet paratorum lanæ, fabrorum, & alio-
rum artificum, ex traditis per Xamar. *de privileg.
Barcinonæ*, §. 13. *à num.* 35. *&* §. 14. *à num.* 40.
Don Didac Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet.
juriſd. quæſt.* 78. *à num.* 15. *& num.* 34.

Item etiam exemplum eſt reſpectu ordinationis, 32
& correctionis ſtatutorum, nam hoc pertinet ad ju-
dicem Eccleſiaſticum, Ricciul. *de jure perſon. lib.* 4.
*cap.* 12. *num.* 7. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 2.
*cap.* 11. *num.* 85. *verſic. Idem reſpectu.* Quod eſt in-
telligendum juxta ſupra tradita *num.* 22. ex Xamar.
*de privil. Barcin.* §. 13. *à num.* 18.

An autem bona Confratriæ, ſeu Confraternitatis 33
laicorum, ſcilicet paratorum lanæ, fabrorum, &
aliorum artificum poſſint alienari ſine ſolemnitati-
bus in rerum Eccleſiaſticarum alienationibus neceſ-
ſariis, & à jure requiſitis? Quidam affirmant, ut
Pariſ. *conſ.* 34. *num.* 19. *&* 25. *lib.* 4. Aponte *conſ.* 18.
*num.* 8. *lib.* 1. Gabriel. *concluſ. lib.* 6. *de pia cauſa,
concluſ.* 1. *num.* 12. Menoch. *conſ.* 635. *num.* 4. *&* 5.
*lib.* 7. Muta *deciſ.* 58. *num.* 22. Maſtril. *deciſ.* 110.
*num.* 16. *lib.* 2. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 517. *num.*
4. *&* 7. Caroccius in addit. *ad Decium, conſ.* 72.
*num.* 22. Genuen. *in pract. Eccleſiaſt. quæſt.* 605.
Cyriacus *controver.* 364. *num.* 3. *&* 4. Cabedo *deciſ.*
51. *num.* 3. Coſta *de jur. & facti ignorant. in conſil.
poſito poſt. inſpect.* 98. *num.* 3. Filliucius *tom.* 3. *tract.*
44. *cap.* 4. *num.* 19. Thom. del Bene *de immunit.
Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 17. *dub.* 1. *num.* 16. *&* 17. Ric-
cius *in praxi aurea, part.* 1. *reſol.* 37. *& reſol.* 45.
*num.* 6. Guttier. *canonicar. lib.* 1. *cap.* 35. *num.* 16.
Luca in animad. *ad Gratian. diſcep. foren. cap.* 400.
*num.* 21. Boſſius *in moral. tom.* 3. *tit.* 18. *num.* 484.
Anſaldus *de juriſdic. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 14. *num.* 9.
Danza *de pug. Doctor. tom.* 1. *cap.* 3. *de legat. piis*,
Sperel. *deciſ.* 155. *num.* 2. 3. *&* 4. *lib.* 2.

Alii negant, ſi opera charitatis in hujuſmodi Con- 34
fratria, ſeu Confraternitate exerceantur, idem Gu-
tier. *canonicar. lib.* 1. *cap.* 35. *à num.* 22. idem Boſ-
ſius *in moralib. tom.* 3. *tit.* 18. *num.* 485. Novarius
*de elect. fort. ſect.* 2. *quæſt.* 56. *num.* 8. Riccius *in
praxi, tom.* 3. *reſ.* 42. Diana *reſol. mor. par.* 4. *tract.*
1. *reſol.* 37. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.*
177. Fermo *in cap.* 2. *quæſt.* 19. *numer.* 4. *de foro
compet.*

Sed abſolutè opinio affirmativa eſt verior, ut re- 35
probatis contrariis docent Barboſa *de jure Eccleſ.
univ. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 88. *& de poteſt. Epiſ. part.*
3. *allegat.* 75. *numer.* 32. *&* 33. Thom. del Bene *de
imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 20. *à num.* 4. *uſque
ad finem*, Manfrella in obſervat. *ad Capyc. Latro,
deciſ.* 95. *à num.* 16. *uſque ad finem*. Debet tamen
intervenire illa ſolemnitas, quæ in alienandis rebus
profanis Univerſitatum requiritur, Ludov. *deciſ. Pe-
ruſin* 93. *num.* 37. Caſtillo *de uſufruc. cap.* 54. *num.*
24. *verſic. Aut verò conſtructæ*, Hermoſilla *ad Gregor.
Lopez, tom.* 2. *fol.* 76. *pag.* 2. *num.* 82.

An etiam Confratria, ſeu Confraternitas laico- 36
rum puta fabrorum, paratorum lanæ, & aliorum
artificum, ſi læſa fuerit in contractibus, aut in ju-
dicio, gaudeat beneficio reſtitutionis in integrum
jure minoris? Tractat remiſſive Xammar *de privil.*

Bar-

*Barcinonæ in addit.* §. 13. *num.* 48. Super quo dubio quidam affirmant, ſi opera charitatis in hujuſmodi Confratria, ſeu Confraternitate exerceantur, ſic Oddo *de reſt. in integ. part.* 1. *quæſt.* 3. *numer.* 45. Cabedo *deciſ.* 51. *num.* 2. *part.* 1. Maſtril. *deciſ.* 110. *num.* 15. *tom.* 2. Gratian. *diſcep. foren, cap.* 481. *nu.* 27. *& cap.* 517. *num.* 2. *&* 3. & alii plures, quos referunt, & ſequuntur Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 75. *à num.* 38. *& de jure Eccleſ. univ. lib.* 2. *cap.* 11. *numer.* 90. *&* 91. *& in cap.* 1. *nu.* 6. *de in integ. reſtitut.* Marinis in obſervat. *ad Reverter. deciſ,* 155. *num.* 2. Fermoſin *in cap.* 2. *qu.* 19. *num.* 4. *de foro compet.* Diana *reſol. mor. part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 37. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 177. Fontanella *deciſ.* 108. *&* 109. *part.* 1. Manfrella in obſervat. *ad Cap. Latro, deciſ.* 95. *n.* 14. *&* 15. *lib.* 1. & ita ſervari de conſuetudine, & cum caſus contigiſſet in Conſilio Archiepiſcopi Toletani, ſic deciſum teſtatur Çevallos, licèt ipſe de jure teneat, & conſuluerit contrarium *comm. cont. comm. quæſt.* 4. *num.* 4. ſequitur Garcia *de benef. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 606. *in fine*.

37 Alii negant, ita Pariſius *conſ.* 34. *num.* 22. *lib.* 4. Gabriel. *comm. concluſ. lib.* 6. *de pia cauſa, concluſ.* 1. *num.* 21. Guttier. *canonicar. lib.* 1. *cap.* 35. *num.* 14. Maſtril. *deciſ.* 110. *à num.* 8. *tom.* 2. Gizzius in addit. *ad Capic. Latro, deciſ.* 95. *num.* 15. 16. *&* 17. Roderic. *de ann. reddit. lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 68. *verſic. Nec obſtat quod Civitas, ibi: Non ſi ſit publicanorum*, Pereyra *in l. ſi curatorem habens, verbo minoribus, num.* 63. Valaſc. *conſult.* 105. *num.* 44. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 20. *num.* 8.

38 Verum hæc opinio negativa ſervatur in Cathalonia, deciſiones antiquas ſenatus refert Fontanella *deciſ.* 109. *num.* 13. *part.* 1. Niſi in hujuſmodi Confratria, ſeu Confraternitate adſit aliquis Confrater minor, quo oſtenſo per exhibitionem baptiſmi talis confratris conceditur Confratriæ, ſeu Confraternitati in integrum reſtitutio & non aliàs; deciſiones noſtræ Regiæ Audientiæ referunt Deſpujol *ad Mierez, verbo Confratriæ, fol.* 42. Fontanella, *deciſ.* 106. *num.* 6. *&* 15. etſi ipſe reclamet *part.* 1. & Ego etiam reclamo ex rationibus adductis ſupra *deciſ.* 141. *à num.* 18. Sed in vanum quia ut dixi, ita obſervat Senatus.

39 Sed an falcidia, & trebellianica poſſit detrahi ex relictis Confratriæ, ſeu Confraternitati laicorum puta ſartorum, ſutorum, & aliorum artificum? Quidam affirmant, ut Corneus *conſ.* 307. *in fine, lib.* 4. quem ſequitur Pariſ. *conſ.* 34. *num.* 24. *lib.* 4. Menochius *conſ.* 635. *num.* 2. *verſic. Et hinc dicimus, lib.* 7. *& de recup. poſſeſs. remed.* 15. *num.* 34.

40 Alii negant, & eſt verior opinio. Quia licèt hujuſmodi Confratria, ſeu Confraternitas ſartorum & aliorum artificum non ſit locus pius, tamen ad effectum, quod detractio falcidiæ, & trebellianicæ cenſeatur prohibita, non eſt neceſſe, quod locus ſit pius, ſed ſufficit, quod opera pietatis exerceat, ex quo privilegium non datur loco, ſed cauſæ cui relinquitur, ſic Caſtren. *conſ.* 167. *numer.* 2. *lib.* 2. Peregrin. *de fideicom. art.* 3. *num.* 63. *verſic. Et nota*, Guttier. *canonicar. lib.* 1. *cap.* 35. *num.* 14. Cabedo *deciſ.* 52. *num.* 2. *part.* 1. Caroccius in addit. *ad Decium, conſ.* 72. *num.* 30. Flores de Mena *lib.* 2. *var. quæſt.* 21. *num.* 190. *verſic. Quemadmodum etiam*, Moneta *de commutat. ult. volun. cap.* 10. *à n.* 479. Genuen. *in prax. Eccleſ. quæſt.* 290. Rota apud Coccin. *deciſ.* 210. *n.* 1. *&* 2. *& deciſ.* 373. *n.* 8. *&* 7. *par.* 2. *& dec.* 22. *n.* 9. *par.* 4. *tom.* 2. *& deciſ.* 27. *n.* 11. *part.* 5. *& deciſ.* 83. *num.* 5. *part.* 6. *recentior.* Mareſcot. *var. lib.* 2. *cap.* 72. *uum.* 19. 20. *&* 21. Cyriacus *controver.* 94. *a num.* 14. *præcipuè numer.* 40. Cirocchus *diſcept. num.* 29. *&* 30. Suarez *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de ſimoniac. cap.* 27. *num.* 11. Barboſa *in l. ſi quis ad declinandam* 37. *num.* 20. *Cod. de Epiſc. & Cler. & de jure Eccleſ. univ. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 84. *&* 85. Fontanella *deciſ.* 310. *num.* 22. *part.* 1. Caſtillo *tom.* 8. *de aliment. cap.* 9. *ſub num.* 9. & reprobatis contrariis, Gabriel. *comm. concluſ. lib.* 6. *de pia cauſa, concluſ.* 1. *numer.* 9. 10. *&* 11. idem Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 75. *à n.* 79. *& de jure Eccleſ. univ. lib.* 2. *cap.* 11. *à num.* 91.

Et an jus patronatus Confratriæ, ſeu Confraternitatis laicorum, nempè fabrorum, & aliorum artificum ſit Eccleſiaſticum, vel laicale? Tractant Roch. de Curte *de jure patronat. verbo jus, num.* 18. *quæſt.* 3. Covar. *pract. cap.* 36. *num,* 8. Zerola *in prax. Epiſc. part.* 1. *verbo jus patronatus, verſic.* 33. Fuſcus *de viſit. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 12. *ad finem*, Azevedo *lib.* 1. *num.* 6. *tit.* 4. *lib.* 1. *recopil.* Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *à num.* 604. Azor. *inſt. moral. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 28. *col.* 2. *verſic. Item juſpatronatus eſt profanum*, Cenedo *canonicar. lib.* 1. *quæſt.* 12. *n.* 11. *circa finem, verſic. Eam tamen*, Riccius *in prax. part.* 1. *cap.* 1. §. 2. *num.* 3. Rota *deciſ.* 574. *part.* 1. *diver.* Duran. *deciſ. Rotæ* 130. *à num.* 1. Barboſa *in cap. cum & plantare, num.* 42. *verſi. Unde juſpatronatus, & verſic. Cæterum, de privileg. & de jure Eccleſ. univ. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 86. *& lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 15. Guttier. *canonicar. lib.* 1. *cap.* 35. *num.* 30. Ricciul. *Eccleſ. lucubrat. lib.* 4. *cap.* 13. 41

Et tandem nota, quod Confratriæ, ſeu Confraternitates laicorum, nempe fabrorum, & aliorum artificum in Eccleſiis monialium erigi non poſſunt, ut declaravit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & regularium in Baren. 9. Aprilis 1595. referunt, Ricciul. *lib.* 4. *Eccleſ. lucubrat. cap.* 3. *num.* 4. Lezana *in ſumm. quæſt. regul. tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 22. *in fine*, Barboſa *deciſ. Apoſtol.* 207. *num.* 8. Mendo *de Ordin. Militar. diſquiſit.* 14. *num.* 40. *in fine*. 42

---

## *ARGUMENTUM.*

## An uxor, vidua, & filii Clerici conjugati, ac Equitis Ordinum Militarium Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici. Conveniendique ſint coram judice Eccleſiaſtico.

### *SUMMARIUM.*

1 *Uxor Clerici conjugati, ac Equitis Ordinum Militarium Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ an gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici? Eſt quæſtio multum controverſa, numer.* 1. *Prima eſt opinio negativa, num.* 2. *&* 7. *rationes referuntur, num.* 3. 4. 5. *&* 6. *ampliatur, num.* 8. *Secunda eſt opinio affirmativa, quæ verior eſt, n.* 9. *&* 25. *rationes referuntur, num.* 10. *ad* 24. *Ampliatur* 1. *in uxore nondum traducta ad domum viri ſui, n.* 26. *Ampliatur* 2. *in uxore ſoerſum habitante à viro ſuo, ſi ipſa continentiam ſolemniter vovit, & non ſua culpa ſeorſum habitet, num.* 27. *Limitatur* 1. *ſi uxor non ſit vera, & legitima, num.* 29. *Ut ſi ſit putativa, num.* 30. *vel concubina, numer.* 31. *Limitatur* 2. *ſi Clericus conjugatus, aut Eques Ordinum Militarium ex aliqua cauſa amittat privilegium fori, idem privilegium amittit ejus uxor, num.* 31. *Limitatur* 3. *in ſponſo de futuro, n.* 33. *Limitatur* 4. *ut procedat in criminalibus, ſecus in civilibus, nu.* 34. *Limitatur* 5. *niſi aliud ſit de conſuetudine, num.* 35.

3 *Privilegium perſonale non egreditur perſonam, num.* 3. *Limitatur caſibus, in quibus privilegium perſonale beneficio legis extenditur ad alios, num.* 10.

4 *Fœminæ jure divino ſunt incapaces Sacramenti Ordinis, etiam primæ tonſuræ.*

5 *Fœminæ ſunt incapaces beneficiorum.*

6 *Fœminæ non poſſunt ſervire in Divinis, nec ad altare accedere, nec Præsbytero celebranti miniſtrare,*

11 *Ma-*

*11 Maritus, & uxor ſunt ſocii divinæ, atque humanæ domus, num. 11. & duo in carne una, num. 12.*

*13 Uxor ſequitur forum mariti, numer. 13. etiam acquiſitum propter privilegium perſonæ, num. 14.*

*15 Clericatus, & Equeſtris ordo dignitates habentur.*

*16 Clericatus eſt actus, ſeu miniſterium habens annexam dignitatem, & nobilitatem.*

*17 Eques Ordinum Militarium habet annexam dignitatem.*

*18 Uxor gaudet omnibus privilegiis, & honoribus, quibus gaudet maritus, num. 18, nedum illis, quæ marito competunt ratione Nobilitatis innatæ, num. 19. Sed etiam illis, quæ marito competunt ratione officii habentis dignitatem annexam, num. 20.*

*22 Fœmina eſt incapax ſenatoriæ dignitatis.*

*23 Senator, licèt non ſit nobilis ex ſtirpe, habet annexam dignitatem.*

*24 Uxor Senatoris gaudet ejus privilegiis, etiam fori.*

*36 Vidua Clerici conjugati, ac Equitis Ordinum Militarium Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ an durante viduitate gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici? eſt quæſtio majoris difficultatis, num. 36. Prima eſt opinio negativa, numer. 37. Secunda eſt opinio affirmativa, num. 38. & 42. rationes referuntur, num. 39. 40. & 41. Limitatur 1. ſi vidua inhoneſte vivat, num. 43. Limitatur 2. ſi vidua ſecundo nubat, num. 44. Limitatur 3. ſi ingreditur Religionem, num. 45. Limitatur aliis modis, num. 46.*

*46 Filii Clerici conjugati ac Equitis Ordinum Militarium Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ, an gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici? Prima eſt opinio negativa, num. 46. ſecunda eſt opinio affirmativa, nu. 48. & 50. Rationes referuntur, num. 49. Limitatur 1. ſi eorum pater non gaudet, num. 51. Limitatur 2. mortuo patre, num. 52. contrarium, , num. 53. Limitatur 3. ſi non ſint in patria poteſtate, num. 54. Limitatur 4. ſi non habitant cum patre, num. 55. Limitatur 5. ſi ſunt illegitimi, num. 56. niſi ſint legitimati, num. 57.*

*58 Uxor, vidua, ac filii Clerici conjugati non gaudent privilegio canonis ſi quis ſuadente diabolo 17. quæſt. 4. num. 58. & 60. limita, nu. 59. & 61. Sed reprehenduntur limitationes, num. 62.*

## DECISIO CXLIV.

1 TRes habet partes quæſtio in argumento propoſi-
ta. Circa primam, An Uxor Clerici conjuga-
ti, ac Equitis Ordinum Militarium Sancti Jacobi,
Calatravæ, Alcantatæ, & Monteſiæ gaudeant pri-
vilegio fori Eccleſiaſtici? Remiſſivè tractat Carle-
val, de judic. lib. 1. diſp. 2, ſub num. 406. eſt mul-
tum controverſa, ut ajunt Barboſa de jure Eccleſ.
univ. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 62. Eſcobar de Pontif.
& Reg. juriſdict. in ſtud. general. cap. 36. numer. 9.
& in dies agitur in Conſiliis, ut tradit Pareja de
inſtrumen. edit. tom. 1. tit. 2. reſol. 6. num. 346. &
de ea non ſemel dubitari contingit, ut inquit Ma-
rinis reſ. jur. lib. 1. cap. 150. num. 1.
2 Prima eſt opinio negativa, quod Uxor Clerici
conjugati, ac Equitis Ordinum Militarium Sancti
Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ non
gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici. Tum quia pri-
vilegium fori Eccleſiaſtici, quo gaudet Clericus
conjugatus, ac Eques Ordinum Militarium Sancti
Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ & Monteſiæ eſt per-
3 ſonale, & fuit ob eorum perſonas ſtatutum, Et
privilegium perſonale non egreditur perſonam, l.
in omnibus, ff. de regul. jur. alia plura jura, & Do-
ctores laudat Auguſtin. Barboſa in cap. privilegium.
à num. 1. de regul. jur. in 6. & axiom. 190. num. 5.
Pet. Barboſa in l. quia tale, à numer. 14. ff. ſolut.
matrim. Tum quia Clericus conjugatus, ut gaudeat
privilegio fori Eccleſiaſtici, debet habere tonſuram,
& incedere in habitu & tonſura, & ſervire Eccle-
ſiæ ab Epiſcopo aſſignatæ in Divinis, ut dixi, dec.
136 quæ ejus uxor obſervare non poteſt. Cùm fœ- 4
minæ jure divino ſint incapaces Sacramenti Ordi-
dinis, ac etiam primæ tonſuræ, cap. in nova 10.
ubi Barboſa num. 2. & 3. de pœnitent. & remiſſion.
Cardoſus in prax. judic. verbo Mulier, num. 2. Vil-
lalobos in ſum. part. 1. tract. 11. dif. 10. numer. 1.
Caſt. Palaus in oper. mor. part. 2. tract. 27. diſput.
unica, punct. 6. num. 1. & 2. Diana reſol. mor. par.
8. tract. 1. reſol. 39. & part. 12. tract. 1. reſol. 54.
& in coordinat. part. 3. tract. 1. reſol. 75. & par. 4.
tract. 8. reſol. 54. alios plures addunt idem Barboſa
de poteſt. Epiſc. par. 2. allegat. 10. num. 24. 25. 26.
& 27. & in can. ſacratas 23. diſtinct. verſic. Et hinc,
& in can. diaconiſſam 27. quæſt. 1. à num. 2. & de
jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 33. num. 83. 84. & 85.
& cap. 36. num. 6. Bellet. diſquiſit. Cler. par. 1. tit.
de diſciplina Clericali, §. 8. n. 5. Sanchez in opuſc.
mor. lib. 7. cap. 2. num. 30. Fermoſin. in rub. num.
31. 32. & 33. & in cap. cùm contingat. quæſt. 4. nu.
26. & 27. de ætate, & qualit. Sicque prorſus † 5
ſint incapaces beneficiorum, ut probat juribus, &
Doctoribus Gonzal. ad Reg. 8. Cancel. gloſ. 4. num.
200. Barboſa in cap. in nova, num. 5. de pœnit. &
remiſſion. Mendo de Ordinib. Militar. diſquiſit. 10.
num. 14. Neque poſſint † ſervire Eccleſiæ in divi- 6
nis, nec ad altare accedere, nec Presbytero cele-
branti miniſtrare, cap. 1. ubi Barboſa in can. ſacra-
tas 23. diſtinct. Villalobos in ſum. mor. part. 1. tract.
8. dif. 34. num. 2. verſic. Secundo, Cardoſus in pra-
xi, judic. verbo mulier. numer. 2. Suarez tom. 3. par.
3. diſp. 88. ſect. 1. Squillante de privileg. Cler. par.
2. dub. 23. num. 70. Bellet. diſquiſit. Cler. par. 1. tit.
de diſcip. Cler. §. 8. numer. 6. Fagundez de præcep.
Eccleſ. præcept. lib. 3. cap. 21. num. 2. alios plures
addit Diana. reſol. mor. part. 2. tract. 14. reſol. 44.
& part. 10. tract. 15. & miſcel. 5. reſol. 26. & in coor-
dinat. part. 2. tract. 1. reſol. 139. num. 4. 5. & 6. &
reſol. 169. Per quas, & † alias rationes hanc opi- 7
nionem negativam probant, & docent plures, quos
citavi deciſ. 8. num. 107. par. 1. quibus addo Rovit.
in pragmat. 1. num. 2. de Cler. ſeu Diacon. ſalvat.
Marcel. Vulpe in praxi fori Eccleſiaſt. cap. 40. poſt.
num. 10. Scialojam de foro compet. cap. 27. num. 15.
16. & 17. Auguſtin. Barboſam in lib. 2. num. 9. C.
de Epiſc. & Cler. Marinis lib. 1. reſol. jur. cap. 350.
Merlinum controver. lib. 1. cap. 94. Anſaldum de ju-
riſdic. par. 2. tit. 11. cap. 9.
Multoque minus gaudet privilegio fori Eccle- 8
ſiaſtici uxor Clerici conjugati, quando Clericus
ſivè Græcus, ſivè Latinus de licentia uxoris ad Sa-
cros Ordines aſcendit, & ipſa manet in ſæculo; quia
tunc diſſolutum eſt matrimonium quoad thorum,
& quoad mutuam cohabitationem, quæ poterat eſ-
ſe occaſio participandi privilegio fori Eccleſiaſtici
mariti, nec ipſa efficitur perſona Eccleſiaſtica, li-
cèt voto caſtitatis maneat in ſæculo, ſic Alexand.
de Novo in cap. 1. num. 22. de foro compet. Sanchez
de matrimon. lib. 7. diſp. 47. numer. 5. 6. & 7. Caſt.
Palaus in oper. mor. part. 2. tract. 12. diſp. unica,
punct. 2. num. 10. verſic. Ex quo fit, Barboſa de jure
Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 9. §. 2. num. 62. verſic. Ha-
ctenus, Thom. del Bene de imm. Eccleſ. tom. 1. cap.
4. dub. 23. num. 12.
Secunda eſt opinio affirmativa, quæ verior eſt 9
quod uxor Clerici conjugati, ac Equitis Ordinum
Militarium Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ
& Monteſiæ gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici.
Idemque dicendum eſt de uxoribus familiarium
Sancti Officii, Senatorum, Nobilium, Militarium
Militiæ Aulicæ, Militum Militiæ bellicæ haben-
tium dignitatem annexam, ſtudioſorum, quæ gau-
dent privilegio fori maritorum ſuorum. Tum quia
† licèt regulariter privilegium perſonale non egre- 10
diatur

diatur perſonam, ut dictum eſt, numer. 2. limitatur
caſibus, in quibus privilegium perſonæ beneficio
legis extenditur ad alios, ſic Boſſius de pat. poteſt,
cap. 3. numer. 241. verſic. Porro illud, Salzedo in
theatro honoris, gloſ. 53. à numer. 68. præſertim ad
uxorem, ut in l. fœminæ, ff. de Senatorib. l. fin. C.
de incolis, libro 10. l. mulieres, Cod. de dignitat.
lib. 12.

11 Tum quia maritus, & uxor ſunt ſocii divinæ at-
que humanæ domus, Geneſis, cap. 3. ibi: Mulier
quam dediſti mihi ſociam, can. ſocietas 27. quæſt. 2.
l. adverſus 6. C. de crim. expil. hered. l. 1. ff. de
ritu nup. Molinus de ritu nupt. libro 1. compar. 5.
num. 5. & lib. 3. quæſt. 65. num. 3. Amaja in l. fin.
num. 3. Cod. de incol. lib. 10. Ferrer in conſt. hac
noſtra, temp. 1. declarat. 2. num. 76. Salzedo in theat.
12 honor. gloſ. 53. num. 5. Et ſunt duo † in carne una,
cap. debitum, ubi Barboſa num. 3. de bigamis, Fon-
tanella de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 7. part.
1. num. 68. alia plura jura, & Doctores citat Carol.
de Graſ. de effect. Cler. effect. 1. à num. 157. Scia-
loja de foro compend. cap. 27. num. 1. Amaja in lib.
fin. num. 4. C. de incol. lib. 10.

13 Tum quia uxor ſequitur forum Mariti, l. fin.
C. de incolis, lib. 10. l. penult. Cod. de fabricen. lib.
11. l. mulieres, C. de dignitat. lib. 12. l. ne ad di-
verſa, C. de ſilentiar. lib. 12. l. fœminæ, ff. de ſe-
nator. capit. 2. in authent. de Conſulib. Cardoſo in
prax. judic. verbo Mulier. num. 27. Aviles in proœm.
cap. prætor. num. 5. Scialoja de foro compet. capitul.
27. à num. 1. Fontanella de pact. nup. tom. 2. clauſ.
7. gloſ. 3. part. 15. à numer. 40. alios plures addunt
Amaja in l. fin. à num. 1. C. de incolis, lib. 10. Sal-
zedo in theat. honor. gloſ. 53. num. 24. & 25. Man-
frella ad Cap. Latro, deciſ. 181. à num. 21. Etiam
14 acquiſitum † ob privilegium perſonæ, Carol. de
Graſ. de effect. Cler. effect. 1. numer. 178. Salzed. in
theat. honor. gloſ. 53. num. 99.

15 Tum quia Clericatus, & Equeſtris Ordo digni-
tates habentur, Salzedo in theat. honor. gloſ. num.
16 78. Et quod Clericatus † ſit dignitas, ac actus,
ſeu miniſterium habens annexam dignitatem, &
nobilitatem, tradunt Joan. Andr. in c. libemius de
ſervis non ordin. poſt prin. Tiraq. de Nobilit. c. 9.
Pet. Barboſa in l. quia tale, num. 26. verſic. Nam
ratio eſt, ff. ſolut. matrim. Giurba ad conſuetud.
Meſſanen. part. 1. cap. 1. §. 1. gloſ. 1. à num. 54.
Fermoſin. in cap. fin. quæſt. 1. num. 30. de ſervis non
ordinan. Boſſius de patria poteſt. cap. 3. num. 239.
verſic. Tum privilegia conceſſa Salzedo in theat.
honor. gloſ. 53. num. 78. Gutier pract. lib. 4. quæſt.
12. num. 4. Salgado de Reg. protec. part. 4. cap. 12.
num. 110. Auguſtin. Barboſa in cap. ſedes 15. numer.
13. de reſcript. latè variis juribus, & Doctoribus
docet Carol. de Graſ. de effect. Cler. in præludio,
à numer. 382. & effectu 55. toto. Bondenus collect.
legal. 19. num. 5. & ſentiunt à me citati deciſ. 99.
17 num. 49. par. 2. Et quod Eques Ordinum Militarium
habeat annexam dignitatem, plures citat Salzedo
in theat. honor. gloſ. 53. num. 79. vel ſaltem hono-
rem, Amaja in l. fin. num. 16. verſic. At quis nega-
18 bit, Cod. de incolis, lib. 10. Et uxor † gaudet om-
nibus privilegiis, & honoribus, quibus gaudet ma-
ritus, l. fin. C. de nuptiis, aliis pluribus juribus,
& Doctoribus exornat Carol. de Graſ. de effect.
Cler. effectu 1. à numer. 163. Solorzan. de jur. ind.
lib. 2. cap. 13. alios plures addit Manfrella in obſer.
ad Cap. Latro, deciſ. 181. num. 26. cum aliis per
Auguſtin. Barboſam in l. cum te, numer. 4. Cod. de
19 nuptiis. Nedum illis, † quæ marito competunt ra-
tione Nobilitatis innatæ, Boſſius de pat. poteſt. cap.
3. num. 236. Petrus Barboſa in l. quia tale, à num.
22. ff. ſolut. matrim. Amaja in l. fin. à numer. 1. C.
de incolis, lib. 10. latè Salzedo in theat. honor. gloſ.
53. à numer. 1. qui innumeros citat, numer. 4. Sed
20 etiam illis, † quæ marito competunt ratione officii
habentis dignitatem annexam, l. fœminæ, ff. de ſe-
nator. l. fin. C. de incolis, lib. 10. l. mulieres, Cod.
de dignitatib. lib. 12. l. ne ad diverſa, Cod. de ſi-
lentiar. lib. 12. Capiblanc. de Baronib. prag. 8. cap.
57. num. 7. Boſſius de pat. poteſt. cap. 3. numer. 236.
& 241. Pareja de inſtrum. edit. tom. 2. tit. 2. reſol. 6.
ſpecie 6. num. 352. Salzedo in theat. honor. gloſ. 53. à
num. 14. Auguſtin. Barboſa in l. fin. num. 2. & 3. C.
de nuptiis.

Tum quia, licèt uxor incapax ſit ejus Religio- 21
nis, quam maritus profitetur, vel ordinis, aut cha-
racteris, quos maritus inſignitur, tamen capax eſt
honoris ex his reſultantis, idque ſufficit, ut ejus fo-
ri privilegio fruatur, ex unitate viri, & uxoris ex
matrimonio reſultante, per quod vir, & uxor efficiun-
tur unum corpus, & una caro, ſic in terminis Diana
reſol. mor. part. 6. tract. 8. & miſcel. 3. reſol. 6. &
in coordinat. part. 9. tract. 2. reſol. 156. num. 3. &
4. verſic. Unde, Amaja in l. fin. num. 16. C. de in-
colis, lib. 10. Domin. Vice Cancel. Don. Chriſto-
phorus Creſpi de Valdaura obſer. 55. num. 55. Reg.
Matheu de regim. Reg. Valen. cap. 7. §. 4. num. 73.
Marinis inquit ſemper fuiſſe hanc reſolutionem apud utriuſque juris probatos Auctores citra controverſiam *reſol. jur. lib. 1. cap. 117. num. 1. & poſt. lib. 2. reſol. jur. allegat. 75. num. 4. & 5.* tamen *num. 6.* dicit, benè verum eſſe, quod magna Doctorum caterva hoc affirmarunt, nimirum, ut familiares laici Epiſcoporum, cum in aliquod ſcelus inciderint; non niſi ab ipſis Epiſcopis cognoſci poſſint. Et licèt addat, quod eſt opinio Doctorum, & quod pro contraria parte poſſet quamplurimos allegare: concludit, at in hoc non inſiſto, quia ſum contentus concedere magis communem opinionem eſſe pro Epiſcopis.

Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part. 3. allegat. 107. num. 9.* ubi reprobat Suarez, Cævallos, Pereyram, Vegam, Cutellum & Moſcoſum, *& de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 55.* & ſine dubio affirmare poſſe, ita communiter à Doctoribus receptum eſſe dicit, *§. 4. numer. 30. & 31.* & reprobat Theſaurum, & ei, ac contrariis reſpondet *à num. 45. & in cap. fin. num. 2. de offic. Archidiac.*

Leza-

Lezana *in ſum. quæſt. regul. verbo Gabella*, *num.* 11. *verſic. Unde*.

Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 15. *ſect.* 1. *à num.* 4. *&* *num.* 8. reprobat Pereyram, Cævallos, Caravitum, Cutellum, & Moſcoſum, *&* *num.* 9. Rationibus probat, *&* *à num.* 18. *&* *ſect.* 2. *per totam*, contraria ptoponit, & illis reſpondet.

Ciarlinus *controv. foren. lib.* 1. *cap.* 203. *à numer.* 13. *verſic. Et apertum eſt*, *&* *lib.* 2. *cap.* 186. *num.* 9. *in fine*, 10. *&* 11. *&* *cap.* 187. *num.* 1. 2. *&* 10.

Sperellus veriſſimam certè concluſionem eſſe ait, & temeraria ab hac ſententia in judicando, & conſulendo diſcedere *deciſ.* 128. *num.* 8. *&* 9. qui *à num.* 10. *ad* 27. *lib.* 2. reprobat Theſaurum, Borellum, Cævallos, Pereyram, & Suarez, eiſque reſpondet.

Diana *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 98. *alias* 97. *&* *part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 12. *&* *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 30. *&* *part.* 5. *tract.* 2. *reſol.* 1. *&* *part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 36. *&* *dicta part.* 6. *tract.* 2. *reſol.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. *&* 10. *&* *in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 233. *numer.* 6. *verſic. Num familia laica*, *&* *reſol.* 180. probat Paponium *&* *reſol.* 181. reprobat Pereyram, *&* *reſol.* 182. reprobat iterum Pereyram, & Cævallos, *&* *reſol.* 183. reprobat Cutellum, *&* *dicta reſol.* 183. *numer.* 4. reprobat Caravitum, & *num.* 5. reprobat iterum Cutellum, Cævallos, Pereyram, *&* *part.* 9. *tract.* 8. *reſolut.* 2. *num.* 1. *verſ. Et ideo tota difficultas*, ubi impugnat Moſcoſum, *&* *reſol.* 3. variis rationibus confirmat, *reſol.* 4. tradit declarationes Sacrę Congregationis, & improbat Patrem Suarez, *&* *reſol.* 5. 6. 7. 8. 9. *&* 10. contraria proponit, & illis reſpondet.

Fermoſinus *in cap. fin. num.* 1. *de offic. Archid.* *&* *in cap. cum contingat* 14. *quæſt.* 1. *numer.* 6. 7. *&* 23. *&* *quæſt.* 10. *de foro competen.* *&* *allegat. fiſcal.* 13. *à num.* 40. *part.* 2. & latiſſimè contraria proponit, & illis reſpondet *in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ* 10. *quæſt.* 41. *tota*, *de conſtitut.*

Ego *deciſ.* 8. *numer.* 124. *part.* 1. ubi impugnavi Cutellum, Bovadilla, Theſaurum, Anſaldum, Cævallos, & Ferrer, *&* *in additionibus poſt par.* 2. *deciſionum*.

Tertia eſt opinio, ſtandum eſſe conſuetudini. An famuli, laici, ſeu familiares Epiſcopi fruantur privilegio fori Eccleſiaſtici. Nam textus *in capit. fin. de offic. Archidiac.* in quo affirmativa opinio fundatur; conſuetudini hoc jus tribuit, Parlador. *rer. quotidian. tom.* 2. *differ.* 9. §. 1. *num.* 8. *in fine*, Fermoſin. *in cap. cum contingat* 13. *quæſt.* 12. *numer.* 13. *de foro compet.* Suarez *contra Reg. Angliæ*, *libro quarto*, *de immunitate Eccleſiæ*, *cap.* 29. *num.* 9. Daniel de Nobilibus *in addit. ad diſput.* 27. *numero ſecundo*, & alii hic, *&* *num.* 3. citandi Atque ita ſi adeſt conſuetudo, quod famuli, laici, & familiares Archiepiſcopi, & Epiſcopi in cauſis civilibus, & criminalibus non gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, ſed conveniantur coram judicibus ſæcularibus, valida eſt, & ſervanda, cum non ſit valde oneroſa Eccleſiis, Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.* 379. *verſic. limitatur.* 3. Mattian Anton. *part. lib. primo reſol.* 75. *num.* 7. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 340. *à num.* 36. ubi Luca *in animad. num.* 6. *&* 7. Parlador. *rer. quotid. tom.* 2. *differ.* 9. §. 1. *num.* 8. Marinis *reſol. jur. lib.* 1. *cap.* 117. *num.* 1. *&* *lib.* 2. *allegat.* 75. *num.* 6. *in fine*. Urries *de cognit. Cleric. part.* 1. *numer.* 74. 85. 91. *&* 98. Trentacinq. *var. lib.* 2. *de foro compet. reſol.* 1. *num.* 3. Daniel. de Nobilibus *diſput.* 27. *num.* 13. *&* 14. Fontanella *deciſ.* 304. *num.* 14. *&* *deciſ.* 237. *num.* 1. 2. *&* 3. *part.* 2. Ego *in addit. ad deciſ.* 8. *num.* 24. *poſitis poſt part.* 2. *deciſionum*, ſi legitimè probetur, Gratian. *diſcep. foren. cap.* 340. *num.* 8. *&* 39. Daniel de Nobilibus *diſp.* 37. *num.* 14. Fontanella *deciſ.* 337. *à numer.* 4. *ſignanter num.* 7. *part.* 2. & ſit legitimè præſcripta Trentacinquius *var. lib.* 2. *de foro compet. reſol.* 1. *num.* 3. Fontanella *deciſ.* 347. *à num.* 10. *part.* 2. ſentit Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *num.* 80. & ſit in ſpecie caſus controverſi, Fontanella *deciſ.* 337. *num.* 8. *part.* 2. Qua propter in Regno Neapolitano conſuetudo ita ſe habet, ut ſemper hi familiares laici cum delinquunt, cogniti ſunt à judicibus ſæcularibus, notum eſt Deo, & hominibus, nec à ſæculo eſt auditum, ut illorum delicta cognita ſint à judicibus Eccleſiaſticis, ut teſtatur Flaminius Clari *in allegat.* 75. *num.* 7. *impreſſa apud Marinis poſt lib.* 2. *reſol. jur.* qui addit, poſſum Ego atteſtari propriis oculis vidiſſe in Civitate Neapolis, quæ eſt caput Regni, Domeſticos Illuſtriſſimi Domini Archiepiſcopi propter eorum patrata facinora, non niſi à magna Curia cognitos fuiſſe Cævallos *de cognition. per viam violen. par.* 2. *quæſt.* 58. *num.* 14. teſtatur, vidiſſe practicari in ſervitoribus, & Commenſalibus Archiepiſcopi Toletani in civilibus, & criminalibus coram judice ſæculari conventis. Belluga *in ſpecul. Princip. rub.* 11. §. *videndum*, *numer.* 7. *verſic. Et quamvis*, tradita, ita ſervari in Regno Valentiæ ex immemoriali conſuetudine, Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valent. capit.* 7. §. 4. *à num.* 180. item teſtatur de conſuetudine immemoriali, & de foro, ac teſtatur bis definitum per Cancellarium Regni Valentiæ. Et in Regno Sardiniæ adeſt regia pragmatica ita diſponens apud Regent. Vico *lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 7. quæ eſt contraria aliæ Regiæ pragmaticæ, de qua idem Reg. Vico *lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 15. §. 46. & in iis ait Gambacurta *de imm. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 9. Sed vereor, ne pleriſque in locis contrarium de conſuetudine ſervetur.

Si vero adſit conſuetudo, ut famuli laici, ſeu 4
familiares Archiepiſcopi, & Epiſcopi gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, valet & tenet, ac ſervanda eſt, quia rationabilis, & auctoritatem, & juriſdictionem Epiſcopalem fovet, Suarez *controv. Reg. Angliæ*, *lib.* 5. *de imm. Eccleſ. cap.* 29. *num.* 9. Pereyra *de manu Reg. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 13. *verſ. Unde eleganter*, Cævallos *de cognit. per viam violen. part.* 2. *quæſt.* 58. *num.* 15. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 12. *diſputatione unica punct.* 2. *num.* 20. *verſic. Nono* Reg. Mattheu *de reg. Reg. Valen. cap.* 7. §. 1. *num.* 180. *verſic. Tum quia.* Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 15. *ſect.* 1. *num.* 8. Et ſecundum hæc, quoties caſus ſe obtulit, definitum fuiſſe judicialiter in pluribus Provinciis, quod famuli laici, ſeu familiares Epiſcoporum gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, ut in hoc Principatu Cathaloniæ ſic deciſum per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Ferrer, Senjuſt, Magarola, & Morell. 29. Octobris 1616. in favorem Michaelis Monder laici loci de Alcampell, Aldeæ Villæ de Tamarit Regni Aragonum, familiaris, & Domeſtici Epiſcopi Ilerden in Regiis carceribus Ilerdæ de mandato Excellentiſſimi Domini Locum Tenentis Generalis detenti, meminit Ferrer *in conſtitut. hac noſtra eviden.* 2. *n.* 114. Et per Cancellarium Erill. 18. Februarii 1632. occaſione firmæ juris in regio criminali Cathaloniæ Concilio factæ, per Joannem Borras Medicinæ Doctorem, Bajulum Villæ Acrimontis, procedentis contra eum in Curia Eccleſiaſtica Officialatus Acrimontis ad inſtantiam ejus fiſci Procuratoris factis, ſuper repetitione perſonæ, & armorum Jacobi Prats laici de familia laicali Epiſcopi Urgellen. Ex quo dictus Borras Bajulus officio officiando repetiit dictum Prats de nocte incedentem per dictam Villam Acrimontis armatum tormento manuali parvæ, & reprobatæ menſuræ vulgo piſtola, & ea de cauſa in carceribus regiis dictæ Villæ, ubi ad præſens detinetur, mancipavit: fuit declaratum, repetitioni perſonæ tantum dicti Jacobi Prats per dictam Curiam Eccleſiaſticam, & per ejus fiſci Procuratorem inſtatæ, locum fuiſſe, & eſſe refero has declarationes *deciſ.* 8. *ſub numer.* 124. *part.* 1. Et in Regno Aragonum fuiſſe declaratum quemdam famulum cujuſdam Epiſcopi mere laicum non incedentem cum habitu, & tonſura gaudere privilegio fori, ita ut coram judice laico conveniri minimè poſſit, teſtatur Cenedo *pract. qu.* 4. *num.* 26. & cum eo Narbona *l.* 20. *gloſ.* 12. *num.* 4. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Fermoſin. *in cap.*

*in cap. cum contingat.* 13. *quæſt.* 10. *ſub num.* 10. *de foro compet.* Et ita factum à Juſtitia Civitatis Barbaſtri anno 1586. nam cum quemdam famulum rixantem admodum Illuſtris, & Reverendiſſimi Domini Michaelis Cercito Epiſcopi Barbaſtren. digniſſimi in fragrantia rixæ cœpiſſet, agnoſcendo deciſionem juris canonici ad requiſitionem dicti Domini Epiſcopi ſupra dictum famulum ad judicem Eccleſiaſticum remiſit, tradit Portoles ad Molin. *poſt foros competent. quæſt.* 11. & inconcuſsè obtineri in Regno Aragoniæ in praxi, & conſuetudine indubia, non ſolum in familiaribus laicis domeſticis exiſtentibus aſſalariatis intra Palatia, ſed etiam extra illa in omnibus aliis miniſtris Curiæ, ut notariis, fiſcalibus, & aliis, ad Curiam pertinentibus, & in fomentum hujus juris fuiſſe obtentam juris firmam à Curia D. Juſtitiæ Aragonum per Illuſtriſſimum D. Joannem Moriz de Salazar anteceſſorem ſuum in Epiſcopatu Barbaſtren. ſub die 3. Auguſti 1612. in qua quidem repoſitum fuiſſe anno 1665. teſtatur Don Didac. Antonius Frances de Urrutigoyti *de competen. juriſdic. quæſt.* 83. *num.* 27. *&* 28. & in Regno Siciliæ, quamvis Clericali charactere non ſint inſigniti, ut contra Moſcoſum *in ſua juris allegatione pro defenſione Regiæ juriſdictionis contra familiares Nuntii Apoſtolici in Regnis Hiſpaniæ commorantis, num.* 78. probat, & literas Viceregias refert Diana *reſolut. mor. part.* 7. *tract.* 2. *reſolut.* 10. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſolut.* 10. *num.* 2. *&* 3. ubi in fine addit, & hoc etiam hodie patere ex praxi, ſequitur Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 15. *ſect.* 2. *numer.* 21. & in Regnis Neapolis, & Luſitaniæ, ut infra *num.* 10. *&* 31. de prædictis deciſionibus Aragoniæ, Luſitaniæ, Cathaloniæ, & Siciliæ meminit Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ* 10. *quæſt.* 41. *num.* 22. *de conſtitut.* Et in Regno Caſtellæ ſententiam Senatus, qua declaratum fuit, judicem Eccleſiaſticum vim non facere procedendo per cenſuras contra judicem ſæcularem, ut ſe inhibeat à cauſæ cognitione contra commenſalem Epiſcopi, vel ejus ſervitorem, & famulum, tradit Cævallos *de cognit. per viam violentiæ, part.* 2. *quæſt.* 58. *num.* 9. & vidiſſe declarari in variis cauſis teſtatur Vivius *deciſ.* 116. *libro* 1. Et ſacra Congregatio Epiſcoporum, & regularium ita declaravit in Regien. 14. Februarii 1581. in Turritana 1603. referunt Barboſa *in collect. Bullar. verbo Familia, Familiaris, Familiaritas verſic. Familiares Epiſcopi, fol. mihi* 355. *& deciſione Apoſtol.* 353. *num.* 9. *& de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *num.* 34. *in fine, & in verſic. Ac ipſe in fine*, Ciarlin. *controver. foren. cap.* 186. *num.* 11. *in fine, lib.* 2. Lezana *in ſum. quæſtione regul. part.* 3. *verbo Gabella quod regulares, num.* 11. *verſic. Unde*, Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 15. *ſect.* 1. *numer.* 9. *verſic. Accedit ſecunda*, Diana *reſol. mor. poſt part.* 9. *tract.* 14. *in declarationibus Sacræ Congregationis, numer.* 1. *fol. mihi* 486. & in illa Turritana 8. Maji 1603. ſic Sacra Congregatio reſpondit Archiepiſcopo Turritano. Quod privilegia per ſacros canones conceſſa miniſtris, officialibus, vel familiaribus Epiſcopi ſunt ita clara, ut in dubium revocari non poſſint nec indigeant confirmatione, injungendo ei ſtrictè, ut prædicta faciat obſervari, tradunt Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 3. §. 4. *n.* 34. *in fin. verſic. Item Archiepiſcopo*, Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 4. *dub.* 15. *ſect.* 1. *num.* 10. *verſic. Item reſpondit*. Et quod contraria ſententia ſit manifeſtè contra diſpoſitionem ſacrorum canonum, & juris communis, & multo præjudicialis juriſdictioni Eccleſiaſticæ declaravit Sacra Congregatio emanata facto verbo cum Summo Pontifice Paulo V. & de ejus ordine teſtatur Cardinalis Gallus in quadam epiſtola dat. Romæ 16. Aprilis 1611. ut refert Diana *reſol. mor. par.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 1. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 183. *num.* 2. *col.* 2. *verſic. Sed non agemus*. Et ex altera epiſtola Cardinalis Galli ad Epiſcopum Liparen. dat. Romæ 2. Martii 1611. quam extensè refert idem Diana *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 30. *& part.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 1. *& par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 34. *& in cordinat. par.* 9. *tract.* 1. *reſol.* 2. *poſt numer.* 16. *& tract.* 2. *reſol.* 182. *num.* 2. *verſic. Et ideo & reſol.* 183. *num.* 2. *verſic. Illuſtr. ſecundo, & verſic. Illuſtriſſimo* Fermoſin. *allegat. fiſcal.* 13. *cum* 44. *in fine, part.* 2. & patet ex epiſtola Cardinalis Gipſij ſcripta de ordine Eminentiſſimorum Cardinalium ad Cardinalem Columnam in favorem Comitis Don Alphonſi Gonzaga Archiepiſcopi Rhodienſis dat. Romæ 21. Auguſti 1638. de qua meminit Diana *reſol. mor. par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 5. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 1. *reſol.* 16. *ſub num.* 4. & per extenſum *part.* 6. *tract.* 2. *reſol.* 4. *& in coordinat. par.* 8. *tract.* 8. *reſol.* 4. *poſt numer.* 1. Et noviſſimè ex tribus literis Auditoris Cameræ Octaviano Raggio ex ordine Summi Pontificis Urbani VIII. directis una Comiti Alphonſo Gonzaga Archiepiſcopo Rhodienſi dat. Romę 14. Maji 1639. altera Epiſcopo Regien. dat. Romæ 14. Maji 1639. alia Comiti Camilio Gonzaga dat. Romæ 21. Maji 1639. de quibus meminit Diana *reſol. mor. part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 5. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 1. *reſol.* 16. *ſub num.* 4. *& extenſe, part.* 6. *tract.* 2. *reſol.* 4. *& in coordin. par.* 9. *tract.* 8. *reſol.* 4. *ſub num.* 1. Et de prædictis declarationibus Pauli V. & Urbani VIII. meminerunt idem Diana *reſol. mor. par.* 6. *tract.* 2. *reſol.* 4. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 4. *numer.* 2. *&* 3. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 15. *ſect.* 1. *ſub numer.* 11. Fermoſin. *in cap. Eccleſ. Sanctæ Mariæ* 10. *quæſt.* 41. *num.* 33. *de conſtit.* Sed adverte ex his omnibus, quod ſi non conſtat de contraria conſuetudine, non eſt recedendum à communi ſententia affirmativa, ut dicit Suarez *contra Reg. Angliæ, lib.* 4. *de immunit. Eccleſ. cap.* 29. *num.* 9. *verſic. Ultimo vero*, & refert Sperell. *deciſ.* 120. *num.* 25. *lib.* 2.

Ampliatur 1. opinio affirmativa, quæ in Cathalonia 5 ſervatur in famulis; ſeu familiaribus laicis Vicarii Generalis Epiſcopi, qui gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici. Quia Epiſcopus ea, quæ ſunt juriſdictionis, & dignitatis, poteſt facere participem Vicarium Generalem ratione unitatis inter eos exiſtentis, cum utriuſque eorum ſit idem tribunal, conſiſtorium, & officium, adeo ut perſona unius dicatur perſona alterius, & in Vicario Generali relucet dignitas Epiſcopalis, & juriſdictio ſpiritualis, ſicut Sol in Luna, & Vicarius Generalis Prælatos dicitur ratione dignitatis, & juriſdictionis, ſic Boer. *deciſ.* 9. *num.* 7. Sbrozius *de officio Vicarii quæſt.* 146. *num.* 2. *in fine, & num.* 3. *lib.* 2. notat Marinis *lib.* 1. *reſol. jur. cap.* 117. *num.* 1. Gratian. *deciſ.* 233. *nu.* 19. Riccius *in praxi reſol.* 471. *numer.* 6. *in fine*, Giurba *conſ.* 88. *num.* 1. *in fine*. Squillante *de privil. Cler. cap.* 7. *num.* 55. Bellet *diſq. Cler. par.* 1. *tit. de favore Cler. reali* §. 1. *num.* 19. Barboſa *de poteſt. Epiſ. par.* 3. *alleg.* 107. *num.* 15. *& de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *numer.* 31. Novarius *de elect. fori ſect.* 2. *quæſt.* 36. Marian. Anton. *var. lib.* 1. *reſol.* 75. *num.* 2. Vegia *in cap. cum contingat. num.* 24. *de foro compet.* Diana *reſol. mor. part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 46. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 185. ad quem ſe refert Xammar. *defin.* 28. *numer.* 22. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *capit.* 4. *dub.* 16. Daniel de Nobilibus *in addit. ad deciſ.* 27. *num.* 6. Sperell. *deciſ.* 118. *num.* 38. *lib.* 2. Ego *deciſ.* 8. *num.* 125. *par.* 1. Docte Ciarlin. *contr. foren. lib.* 1. *cap.* 20. *à num.* 19. *verſic. Ampliatur iterum uſque ad num.* 125. Fermoſin. *in cap. cum contingat* 13. *quæſt.* 12. *num.* 5. *de foro compet.* ſed addit nunc in praxi de familiaribus laicis aliter cuſtodiri vidiſſe, cum iſti pro exceſſibus conveniantur coram judice laico.

Ampliatur 2. in famulis, ſeu familiaribus laicis 6 Decani, ſeu, Vicarii foranei Epiſcopi, quia licet non faciat unum tribunal cum Epiſcopo, Ciarlin. *controv. foren. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 23. Tamen Epiſcopus ſine miniſterio Vicarii foranei non poteſt ſuum officium explere, ita Guazin. *defen.* 20. *cap.* 9. *num.* 24. *verſic. Ex qua ratione*, ſequuntur Giurba *conſ.* 88. *num.* 1. *in fine*, Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *ſub num.* 41. Ciarlin. *controv. foren. lib.* 2. *cap.* 86. *num.* 60.

Am-

7 Ampliatur 3. in famulis, ſeu familiaribus laicis Epiſcopi Titularis, qui gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici. Quia cum hujuſmodi privilegium conceſſum fuerit ob Epiſcopalem dignitatem, Ciarlin. *controv. foren. lib. 7. cap. 20. num.* 27. Sperell. *deciſ.* 128. *numer. 9. lib.* 2. & alii ſupra *numer.* 2. licèt Epiſcopus Titularis careat Populo, & Clero Chriſtiano, Barboſa *de poteſt. Epiſc. par. 1. tit. 1. cap. 6. num.* 15. Tamen retinet ordinem, & Epiſcopalem dignitatem, idem Barboſa *de poteſt. Epiſ. part. 1. tit. 1. cap. 6. nu.* 18. Diana *reſol. mor. par. 6. tract. 1. reſol. 5. & in coordinat. part. 9. tract. 1. reſol. 16. num. 3. in fine*, Menochi *de arbit. jud. caſu, 68. nu.* 53. Gratian. *diſcep. foren. cap. 291. num.* 60. Narbona *l. 9. gloſ. 11. num. 2. tit. 1. lib. 4. recop.* Bolero *de decoct. debit. fiſcal. tit. 5. quæſt. 12. num. 8. verſic. Et in Epiſcopis.* Ideo famuli, ſeu familiares laici Epiſcopi Titularis fruuntur privilegio fori Eccleſiaſtici. Verùm quia Epiſcopus Titularis territorio, ac tribunali caret, ejus famuli, & familiares laici conveniri debent, ac puniendi ſunt ab ordinario Eccleſiaſtico loci, ubi degunt, & non ab ipſo Epiſcopo Titulari, ut declaravit Sacra Congregatio Cardinalium controverſiis juriſdictionalibus præpoſitorum in cauſa Regien, ſub die 17. Januarii 1628. referunt Barboſa *de poteſt. Epiſc. part. 3. allegat. 107. num. 9. verſic. Amplia, & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 4. num. 31. in fine, & deciſ. Apoſtol.* 353. *num. 8. verſ. Et in familiaribus*, Sperell. *deciſ. 128. num. 36. lib.* 2. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom. 1. cap. 4. dub.* 17. Ciarlin. *controv. foren. lib. 1. cap. 20. numer. 16. cum. trib. ſeq.* ubi teſtatur Sereniſſimum Ducem Mantuæ ſub die 6. Aprilis 1629. ad Epiſcopum Regienſem remiſiſſe familiarem Archiepiſcopi Titularis, qui tormentum bellicum contra quemdam exploſerat, *& lib. 2. cap. 186. numer. 3. & 4. & cap. 195. à num.* 30. Diana *reſol. mor. par. 5. tract. 1. reſol. 25. & par. 6. tract. 1. reſol. 5. & tract. 2. reſol. 4. & in coordinat. par. 9. tract. 1. reſol. 16. numer.* 4. ubi teſtatur de epiſtola Cardinalis Baldini ad Epiſcopum Regienſem die 17. Junii 1628. & de epiſtola Cardinalis Gipſij ad Cardinalem Columnam die 21. Auguſti 1638. & de literis Auditoris Cameræ ex ordine Urbani VIII. directis ad Comitem Novellare in cauſa Archiepiſcopi Rhodienſis anno 1639. impreſſis Romæ *& nu. 11. & dicta, par. 9. tract. 2. reſol. 184. & tract. 8. reſol.* 4. ubi refert epiſtolas proximè memoratas, *& in declarationibus Sacra Congregationis poſitis, poſt part. 9. in coordinatis, numer. 1. verſic. Idem dicendum eſt, fol.* 486.

8 Ampliatur 4. in famulis, ſeu familiaribus laicis Epiſcopi, qui renuntiavit loco, id eſt adminiſtrationi Epiſcopatus, ſed non dignitati, nam gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici. Quia Epiſcopus, qui renuntiavit loco, ideſt adminiſtrationi Epiſcopatus, ſed non dignitati, proximus eſt Epiſcopo Titulari, Barboſa *de poteſt. Epiſc. par. 1. tit. 1. cap. 6. num. 18. verſic. His proximi.* Et ſicut Epiſcopus Titularis retinet ordinem, & Epiſcopalem dignitatem, *ut dictum eſt, numer.* 7. ita Epiſcopus, qui renuntiavit loco, ideſt adminiſtrationi Epiſcopatus, ſed non dignitati, retinet dignitatem, & ea, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, Gratian *diſcep. foren. cap. 291. numer.* 61. Barboſa *in cap. 1. numer.* 4. ubi Fermoſin. *à num. 2. de ordinatis ab Epiſc. qui renuntiavit Epiſcopatui* idem Barboſa *de poteſt. Epiſc. part. 3. allegat. 113. ſub num.* 1. conducunt tradita per Aponte *de poteſt. reg. tit. de electione officialium §. 2. num.* 19. Maſtril, *de magiſt. lib. 4. cap. 13. à num.* 68. Gratian, *diſcept. foren. cap. 834. à num.* 28. Oleam, *deciſ. jur. tit. 3. qu. 3. à num.* 23. Bolero *de decoct. debit. fiſcal. tit. 5. quæſt. 12. num.* 9. ita in terminis hujus limitationis docent Ciarlin. *controv. foren. lib. 1. cap. 20. à numer.* 16. Sperell. *deciſ. 128. num. 36. lib.* 2. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 4. ſub num. 31. & deciſ. Apoſtol.* 353. *numer. 8. verſic. Et de familiaribus*, Sed nota, quod quando dubitatur, an Epiſcopus renuntiaverit loco, & dignitati, ſeu loco tantum, in dubio tenendum eſt renuntiaſſe loco tantum, non dignitati, ſic Gratian, *diſcep. foren. cap. 291. à num.* 50. Aizedo *de præcel. Epiſ. dignit. part. 2. cap. 5. num. 14. &* 15. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part. 3. allegat. 113. num. 1. verſ. Et quando*, Fermoſin. *in cap. 1. quæſt. 1. numer. 48. & 49. de ordinat. ab Epiſc. qui renuntiavit. Epiſcopatui.*

Ampliatur 5. in famulis, & familiaribus laicis 9
Cardinalium etiam Epiſcopali dignitate non fulgentium, qui gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, ſi actu ſerviant Cardinalibus, & continui commenſales eorum ſint, imo de conſuetudine remittuntur ad ipſos Cardinales, ut neque Vicarius Papæ de illorum cauſis cognoſcat, hacque de cauſa Cardinales habent privatum carcerem ad puniendum domeſticos, & commenſales ſuos, ut tradunt Zabarella, & Pavinus quos citat Jul. Clar. *§. fin. quæſt. 35. num. 17. verſic. Excipiuntur, & quæſt. 68. numer. 32. verſic. Privatum carcerem, ibi: Scias autem*, quem ſolum citat Bolannos *in cur. Philipica, tom. 1. par. 3. §. 1. num. 15. in fine*, quibus addendi ſunt, Gratian. *diſcep. foren. cap. 341. num.* 16. Farinac. *in praxi par. 1. quæſt. 8. nu. 46. verſic. Ubi etiam*, Cevallos *de cognit. per viam violen. part. 2. quæſt. 58. num.* 15. Pereyra *de manu Reg. part. 1. cap. 10. nu. 13. verſic. Unde elegan.* Carleval. *de judic. lib. 1. diſp. 2. num. 509. verſic. Quemadmodum*, Tuſchus *pract. concluſ. litera C. concluſ. 100. num.* 52. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 4. numer.* 85. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom. 1. cap. 4. dub. 15. ſect. 2. num.* 26. Narbona *l. 20. gloſ. 1. num. 19. & 65. verſic. Et etiam, & numer. 69. tit. 1. lib. 4. recop.* Ambroſin. *de imm. Eccleſ. cap. 22. numer. 13. verſic, Et tanto magis*, Carol. de Grat. *de effect. Cler. effectu 1. numer.* 151. Diana. *reſol. mor. par. 3. tract. 2. reſol. 25. & part. 6. tract. 8. reſol. 10. & in coordinat. par. 9. tract. 7. reſol. 64. & tract. 8. reſol. 10. numer. 4. verſic. Item magis*, Salzedo *in theat. bonor. gloſ. 53. numer.* 85. Sperell. *deciſ. 128. numer. 38. lib.* 2. Fermoſin. *in cap. cum contingat. 13. quæſt. 12. à num. 1. ad 4. de foro compet & in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ* 10. *quæſt. 41. num. 40. de conſtitut.* Sed an hæc conſuetudo adhuc viget Romæ, & ſervetur extra Romam infra *num.* 19.

Ampliatur 6. in famulis, ſeu familiaribus laicis 10
Nuntii Apoſtolici, qui gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici. Tum quia Nuntius Apoſtolicus in Provincia ſibi decreta habet juriſdictionem ordinariam, qualem habet Epiſcopus in ſua Diœceſi, *cap. 2. de off. legat. in 6.* ubi Barboſa *numer.* 3. idem Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 4. num.* 95. Gonzalez *ad Reg. 8. Cancel. gloſ. 21. num. 37. & gloſ. 24. num. 37. & gloſ. 24. numer. 36. & gloſ. 25. numer.* 15. Sanchez *de matrim. lib. 3. diſp. 28. num. 8. in princ. & verſic. Item quia & in decal. lib. 4. cap. 38. numer.* 3. Guttier. *canonicar. lib. 1. cap. 11. à num. 4. & de matrimon. cap. 66. numer.* 10. Suarez *tom. 2. de Religione, lib. 6. de voto cap. 16. num.* 10. Fagundez *in decal. tom. 1. lib. 2. cap. 41. num.* 22. alios plures addunt Salgado *de ſupplic. ad Sanctiſſim. part. 2. cap. 21. à num.* 2. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom. 1. cap. 4. dub. 18. num.* 2. Diana *reſol. moral. part. 9. tract. 2. reſol. & in coordinat. part. 9. tract. 8. reſol. 2. in prin.* Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ* 10. *quæſt. 41. numer. 21. de conſtitut.* Et poteſt, & exercet in Provincia ſibi commiſſa ea omnia, quæ exercet, & poteſt Epiſcopus reſpectu juriſdictionis in ſua Diœceſi, Guttier. *canonicar. lib. 1. capit. 11. num. 6. & de matrimon. cap. 66. num.* 10. alios plures, Sanchez *de matrimon. lib. 3. diſp. 28. num. 8. verſic. Secundo & verſic. Tertio, & lib. 8. diſp. 9. num. 25. & in decal. lib. 4. cap. 38. num.* 3. Suarez *tom. 2. de Religione, lib. 6. de voto, cap. 10. num.* 10. Fragozo *de reg. Reipub. par. 1. lib. 5. diſc. 23. num.* 66. Fagundez *in decal. tom. 1. lib. 2. cap. 41. numer.* 22. Garzia *de benef. par. 1. cap. 5. num.* 283. Auguſt. Barboſa *in cap. 1. n. 2. de off. legati, & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 5. numer. 24. & cap. 36. §. 4. num.* 96. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom. 2. cap. 4. dub. 18. num.* 3. Diana *reſol. mor. part. 6. tract. 2. reſol. 2. & in coordinat. part. 9. tract. 8. reſol. 2. poſt. prin. verſic. Et ideo.* Caſt. Palaus *in oper. mor. part. 5. tract. 28. diſp. 2. punct. 11. num. 1. verſi. Item ſum* ordi-

*ordinarii*, Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap.* 7. §. 1. *numer.* 107. Sorzanus *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 14. & *in polit. lib.* 3. *cap.* 5. *verſic. En lo que ſe puede*, *fol.* 273. Tum quia Nuntius Apoſtolicus Hiſpaniæ habet facultatem à Sede Apoſtolica cum poteſtate legati à latere, Auguſt. Barboſa *voto* 39. *num.* 36. *lib.* 2. Salgado *de ſuppl. ad Sanctiſſim. part.* 2. *cap.* 16. *nuv.* 31. & *cap.* 21. *num.* 3. Dominus Vice Cancel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſer.* 51. *numer.* 23. & ſic eſt major Epiſcopo, vel Archiepiſcopo, eſt ſupra omnes Epiſcopos, & Archiepiſcopos, tamquam Summi Pontificis vices gerens, *cap.* 2. *de offic. legat. in* 6. Riccius *collect.* 1974. *in prin.* Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 18. *numer.* 4. Diana *reſol. mor. part.* 6. *tract.* 2. *reſol.* 2. & *in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 3. *poſt princ. verſic. Imo legatus eſt*. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *ſub numer.* 96. nam poteſt cuncta omnia, quæ poteſt Summus Pontifex, niſi ſpecialiter aliqua prohibeantur, Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 9. *in annotat. à numer.* 268. Don Vice Cancellar. Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſervat.* 51. *numer.* 23. Salgado *de ſupplic. ad Sanctiſſim. part.* 2. *cap.* 16. *numer.* 32. & *cap.* 21. *num.* 15. Tum quia famuli, ſeu familiares Nuntii Apoſtolici pertinent ad miniſtrum in dignitate Eccleſiæ conſtitutum, ex qua parte non debent eſſe deterioris conditionis ejus famuli, ſeu familiares ac ſunt alii famuli, ſeu familiares Epiſcoporum, ne alias in diſpendium, ac offenſam officii ſic nobilis ejus familia diſtraheretur, Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ* 10. *quæſt.* 41. *ſub numer.* 18. *de conſtitut.* Ex quibus ſicut familia laica Epiſcopi gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici: ita, & à fortiori familia Nuntii Apoſtolici gaudere debet, ſic per prædicta docent Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 18. *tota*, Fermoſin. *in capit. fin. nu.* 3. *de offic. Archidiac.* & *in cap. cum contingat.* 13. *quæſt.* 12. *numer.* 13. *de foro competen.* Auguſtin. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *à num.* 94. ita in Luzitania deciſum in famulo Octavii Acarambanoa Nuntii, ſeu collectoris Apoſtolici, & Epiſcopi à Foſumbruno ad ipſum Collectorem remiſſ. Teſtatur Pereyra etſi ipſe diſſentiat *de man. Reg. par.* 1. *cap.* 10. *num.* 13. & 14. & refert Sperell. *deciſ.* 128. *num.* 15. *lib.* 2. quidquid dicat Theſau. *quæſt. foren.* 78. *lib.* 3. quia eum impugnat Tondunt. *de præven. judic. part.* 1. *cap.* 39. *num.* 27. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 39. *à num.* 25. & quidquid dixit Moſcoſ. *in ſua jugi allegatione pro defenſione Regiæ juriſdictionis contra familiares Nuntii Apoſtolici, in Regnis Hiſpaniæ commorantis*, contra quem inſurrexerunt omnino videndi Diana *reſol. mor. part.* 6. *tract.* 2. *reſol.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 10. & *dicta part.* 6. *tract.* 8. & *miſcel.* 3. *reſol.* 2. & *in coordin. par.* 9. *tract.* 1. *reſol.* 23. *num.* 7. & *dicta par.* 9. *tract.* 8. *reſol.* 1. *contraria proponit*, & *reſol.* 2. *cum ſeq. uſque ad reſol.* 10. Fundamenta, & rationes ſuæ ſententiæ adducit, & contrariis ſatisfacit, Fermoſinus eaſdem rationes, fundamenta, & reſponſiones ad contraria tradit *in c. Eccleſ. Sancta Maria* 10. *quæſt.* 41. *tota de conſtitutionibus* qui *nu.* 6. inquit Moſcoſum poſteà ut judicem in alio caſu ſenſiſſe cum Diana contra prius à ſe ipſo ſcriptam allegationem, & *nu.* 7. refert, quod Vincentius Vaſques, Lazarus Gomat, Joannes Fernandez, alias Barbilla, & D. Petrus Gueſada famuli laici Nuntii Apoſtolici anno 1637. eripuerunt à manibus Alguacellorum Curiæ quemdam famulum apprehenſum dicti Nuntii Apoſtolici, qua de cauſa fuit in eos lata ſententia triremium ad decennium, & quod dictus Gomat publicè fuſtigaretur, pro ut fuit fuſtigatus. Quam ob rem Sereniſſimus Dominus noſter Rex Philippus IV. juſto dolore ſcandeſcens illicò mandavit, quod Dom. Lope de las Cuebas alter ex judicibus vulgo Alcalde Corte exularetur à Curia Matriti per annos decem, & addit *num.* 23. *verſic. Tamen*, quod taliter hoc factum fuit, ut dictus D. Lopez de las Cuebas in exilio deceſſit, & concludit, quod piiſſimus Rex notavit exceſſum prædictorum judicum & quod in Curia Matriti quoties contingit incarcerari per judices Curiæ vulgo Alcaldes de Corte, aut Prætorem vulgo Corregidor aliquem famulum Nuntii Apoſtolici, illico habita notitia talis familiaritatis juridice; imo & extrajudicialiter fit remiſſio incarcerati ad ipſum Nuntium.

Ampliatur 7. in famulis, ſeu familiaribus laicis 11
Abbatum, & aliorum Prælatorum nullius Diœceſis, habentium territorium diſtinctum, & jura ſpiritualia cum poteſtate juriſdictionis Eccleſiaſticæ pleno jure privativè ad Epiſcopum in Parochos, & Parochianos, qui gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici. Quia licèt privilegium fori Eccleſiaſtici ſpecialiter ſit conceſſum familiaribus Epiſcoporum, ut dictum eſt *num.* 2. & 7. & ſic non videatur ad alios Prælatos trahendum, *l. quod vero, ff. de legib.* Tamen quia tales Prælati in ſua Diœceſi habent plenam juriſdictionem Epiſcoporum, ab eiſque ſola conſecratione differant, & Diœceſani appellatione comprehendant, ac illi ea expediunt circa juriſdictionem, quæ propria Epiſcoporum ſunt, & dicuntur ordinarii ſicut Epiſcopi, *ut latè exornavi, dec.* 128. *à n.* 33. inde fit, ut famuli, & familiares laici hujuſmodi Prælatorum gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, ſic per prædicta docet Ciarlin *contr. foren. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 25. *verſic. Quod dicendum uſque ad numer.* 21. ſequuntur Diana *reſolut. moral. part.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 25. & *in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 184. *verſic. Quo ad ſecundum dubium*, Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 19. Barboſa *de poteſt. Epiſ. par.* 3. *allegat.* 107. *num.* 13. *in fine*, Sperell. *deciſ.* 128. *numer.* 47. *lib.* 2. Et quamvis *num.* 48. dicat, inſpecto jure communi in cauſis criminalibus id pateretur difficultatem. Tamen arbitratur, quod ſi dicti Prælati ſunt nullius Diœceſis, Ciarlini opinionem veram eſſe dicit. Et remiſſive ad Ciarlin. Rodoer. *ad Marinis, lib.* 1. *reſol. jur. cap.* 1. *num.* 26. Et Ciarlin. ponit exemplum in Abbate Guardiſtalli, & Archipresbytero Carpi, qui habent uſum Pontificalium. Et Diana dicit à fortiori procedere in ſuo Archimandrita Meſſanenſi. Et Ego pono exemplum in Abbate de Gerri Ordinis Clauſtralis Divi Benedicti, & in Abbate, hodie Archipresbytero Ageren. qui etiam habent uſum Pontificalium, & in Priore Beatæ Mariæ de Mejà Ordinis Clauſtralis Divi Benedicti, licèt non habeat uſum Pontificalium, nam in eis verificantur omnia quæ tradidi *deciſ.* 128. *à num.* 33. *ſignanter num.* 39. Plus dicit Ciarlin. *dicto cap.* 20. *num.* 31. *verſic. Et ideo*, & *num.* 32. & 33. hoc idem eſſe extendendum ad famulos laicos Vicarii Capituli Sede vacante, quia iſte eſt ordinarius, & à canone habet eamdem juriſdictionem, quam Vicarius Epiſcopi, & ſuccedit in Epiſcopi juriſdictionem, ex latè à me traditis *deciſ.* 8. *à num.* 30. *par.* 1. addo Sanches *de matrimon. lib.* 3. *diſp.* 25. *num.* 4. & *in decal. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 4. Guttier. *de matrimon. cap.* 66. *num.* 5. & *canonicar. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 10. Fagundez *in decal. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 91. *num.* 23. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 5. *tract.* 28. *diſp.* 2. *punct.* 13. *num.* 1. *verſic. Præterea*, & *num.* 3. Barboſam *de Canonicis*, & *dignit. cap.* 42. *à num.* 61. & idem Ciarlin. *loco proximè citato*, hoc extendit ad famulos laicos Vicarii Prælatorum habentium juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ex Sanchez *de matrimon. lib.* 5. *diſp.* 25. *num.* 10. & *diſp.* 29. *num.* 4. *verſi. Et idem*, & *num.* 19. Gutier. *de matrim. cap.* 66. *num.* 16. Sed in praxi terminis Vicarii Capituli Sede vacante, per Jalpi Tertium, Conſultoribus Andreu, de Codina, Puig. Llunes, & de Boxadòs, die 16. Aprilis 1654. occaſione procedimentorum in Curia Eccleſiaſtica Urgellen. contra Auguſtinum Folcras Vicarium Regium Villæ, & Vicariæ, Cervariæ factorum ſuper repetitione octo tormentorum manualium parvæ menſuræ, duorum tormentorum vulgo diſpes llargues, & duorum pugionum à Paulo Caſſelles fiſci Procuratore Curiæ Eccleſiaſticæ Urgellen. Onofrio Carabaſſa, & Bonaventura Grau aſſociantibus Bonaventuram Gualdo Canonicum, Officialem, & Vicarium Generalem, ac viſitatorem Terræ inferioris Epiſcopatus

Ur-

Urgellen. pro Capitulo Prælatorum, & Canonicorum Eccleſiæ Urgellen. Sede vacante, per Auguſtinum Folcras Vicarium Regium Villæ, & Vicariæ Cervariæ, vel alios de ſua comitiva ex ejus ordine abſtractorum, ex quo dictus Auguſtinus Folcras repertus in loco de Torrofera dictæ Diœceſis Urgellen. & Vicariæ Cervariæ dictos Petrum Caſſelles, Onofrium Carabaſſa, & Bonaventuram Grau die 31. Auguſti 1653. incedentes per dictum locum armatos dictis tormentis manualibus, & aliis armis ſupradictis & ea de cauſa dictos Paulum Caſſelles, & Onofrium Carabaſſa carceribus dicti loci mancipavit, & commendavit Jurato dicti loci ad pœnam mille librarum Barcinonenſium, qui poſtea eos liberavit, & reſtituit dicto Bonaventuræ Gualdo viſitatori; & etiam ſuper procedimentis per dictum Regium Vicarium contra Jacobum Sanou Jaratum dicti loci de Torrofera pro recuperatione mille librarum ei impoſitarum pro cuſtodia dicti Pauli Caſſelles, & Onofrii Carabaſſa: fuit declaratum firmæ juris per dictum Auguſtinum Folcras Vicarium Regium dictæ Villæ, & Vicariæ, & per Procuratorem fiſcalem dictæ ſuæ Curiæ in dicta ejus Curia ſæculari factæ locum fuiſſe, & eſſe.

12 Ampliatur 8. in famulis, & familiaribus laicis Epiſcopi degentis extra ſuam Diœceſim, qui etiam gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, Quia Epiſcopus extra ſuam Diœceſim Epiſcopalem dignitatem ſecum ſemper defert, ad inſtar Epiſcopi Titularis, & Epiſcopi, qui renuntiavit loco, id eſt adminiſtrationi Epiſcopatus, *de quibus ſupra, numer.7. & 8.* ſic Ciarlin. *controver. foren. libr.1. capit.20. ſub numer.* 40. Barboſà *de jure Eccleſ. univerſ. libr.1. cap.39. §.2. num.55. verſ. Largo modo, in fine*, notat Diana *reſol. mor. par.6. tract.1. reſol.5. & in coordin. par.9. tract.* 1. *reſol.16. n.8.*

13 Ampliatur 9. in famulis, ſeu familiaribus laicis Inquiſitorum, non loquor de familiaribus Sancti Tribunalis ex cauſa fidei, ſed de familiaribus domeſticis, qui Inquiſitoribus deſerviunt, nam gaudent privilegio fori Sanctæ Inquiſitionis, & coram Inquiſitoribus ſunt conveniendi, & ab Inquiſitoribus puniri debent in criminalibus, aliquibus criminibus exceptis, ſic Gratian. *diſceptation. forenſ. capit.* 340. & 341. *numer.*11. latè Narbona *libr.* 20. *gloſſ.* 1. *à numer.*10. *& gloſſ.22. numer.7. tit.1. libr.4. recopil.* Carleval. *de judic. lib.1. diſp.2. à numer.*508. Barboſa *de jure Eccleſ. univerſ. lib.1. cap.39. §.4. numer.25.* Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.1. cap.4. dub.14. ſignanter, num.6. & dub.15. ſect.1. num.9. & ſect.2. num.13.* Diana *reſol. mor. par.1. tract. 2. reſol.136. alias 135. & in coordinat. par.5. tract.10. reſolut.21. &* 22. Tondutus *de præven. jud. par.1. cap.29. num.31.* Fermoſin. *in cap. fin. num.3. de offic. Archidiac. & in cap. cùm contingat 13. quæſt.11. de foro compet. & in alleg. pro Tribunali Sancti officii, art.1. num.4.* Anſaldus *de juriſdict. part. 2. tit.11. cap.6.* Ciarlin. *controver. foren. lib.2. cap.120. n. 6. & 7.* Sperell. *deciſ.128. num.81. lib.2.* Ego *deciſ.* 30. *num.171. par.2.*

14 Limitatur 1. in iis qui ab Epiſcopo literas familiaritatis habent, non gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici. Quia verè non ſunt in famulatu, & ſervitio, ita Abbas, Azor, & Decian. quos citat Gratian. *diſcep. foren. cap.340. num.20.* Farinac. *in addition. ad part.1. quæſt.8. num.46. verſic. Et dicto, poſitis poſt lib.3. conſil.* Bellet. *diſquiſit. Clericali, part.1. titul. de favore Cler. Reali, §.1. num.23.* Ciarlin. *controv. foren. lib.* 1. *cap.20. num.40. & lib.2. cap.186. num.13. in fine*, Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.1. cap. 39. §.2. numer. 55. verſic. Largo modo, in fine*, Sperell. *deciſ.* 128. *numer.* 50. *libr.*2. Exemplum poni poteſt in ſutore, ſartore, barbitonſore, & ſimilibus, qui Epiſcopo in ſua arte deſerviunt, & habent literas familiaritatis, quidquid dicat Sperell. *hic citatus, num.50. in fine*, & in medico, Ciarlin. *ubi proximè, num.40. in fine*, ex Gratiano *diſcep. forenſ. cap.* 340. *numer.* 10. poteſt etiam poni exemplum in famulis fratris, & conſanguinei in domo, ſeu Palatio Epiſcopi commorantis, ut ex Deciano, & Farinacio tradit Ferrer *in conſtit. hac noſtra evident.2. num.* 122. 123. *&* 124. Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ* 10. *quæſt.41. num.23. in prin. de conſtitut.* conducunt Brltramin. *ad Ludoviſ. deciſ.* 166. *n.* 10. *verſ. In quo tamen*, Garcia *de benef. par.* 1. *cap.1. à n.313.* Burat. *deciſ.228. n.16.*

Limitatur 2. in famulis, ſeu familiaribus laicis moraliter non neceſſariis, qui non gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, Ciarlin. *controv. foren. lib.1. capit.20. numer.26. & 27.* ſed non credo hanc limitationem eſſe veram. Tum quia Ciarlin. pro ſe allegat Abbat. & Tuſcum, qui non loquuntur de familia Epiſcopi, ſed de familia Clerici; & adhuc familia Clerici quamvis neceſſaria non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, *ut in deciſ. ſeq. à num.19. præcipuè num.22.* Tum quia in deciſionibus Cancellarii Cathaloniæ *relati, num.4.* nullum verbum fit in eis de famulis neceſſariis, ſed abſolutè in eis fuit declaratum gaudere privilegio fori Eccleſiaſtici. 15

Limitatur 3. in famulis, ſeu familiaribus Epiſcopi finito fumulatu, qui non gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, Quia illi de per ſe non habent aliquod privilegium, ſed propter favorem Epiſcopi, & ſic privilegium fori competens famulis Epiſcopi, tanto durat, quanto tempore famulatur Epiſcopo, & ideo ceſſante cauſa favoris ceſſat illorum favor, Soccin. *in capit. 1. numer.21. declarat.18. de foro competent.* Leo *in leg. 1. numer.11. Cod. de Epiſcop. & Cleric.* Carol. de Graſ. *de effect. Cleric. effectu 1. numer.153. & effectu 2. numer.* 66. Capic. *deciſion.22. numer.1.* Thom. del Bene *de immunitat. Eccleſ. tom.1. capit. 4. dub.15. ſect. 2. num.* 17. alios addit Ciarlin. *controverſ. forenſ. libr.2. capit.* 187. *numer.* 20. *&* 28. & propterea mortuo Epiſcopo ceſſat privilegium ejus familiarum, Tuſch. *practic. concluſ. litera F, concluſ. 27. numer.28.* Ciarlin. *loco hic citato.* Niſi lis eſſet cepta famulatu durante, quo caſu continuari debet coram judice privilegiato, Tondut. *de provention. judic. part.11. capit. 29. numer. 39. verſicul. Sed dubium, numer.* 40. *&* 41. Ideoque ſi familiares recedant ab Epiſcopo animo non redeundi, etiam non petita licentia, ſi tamen probari poteſt, ſi ea de re ſe jactaverint, privilegio fori Eccleſiaſtici non gaudent, Narbona *l.20. gloſſ.1. nnmer.60. titul.1. lib.4. recop.* 16

Limitatur 4. in famulis, ſeu familiaribus laicis Epiſcopi dietim tantum, id eſt mercede diurna ſervientibus, qui non gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, Quia nec verè famuli, nec familiares Epiſcopi dicuntur, ſic Albericus *in l.2. C. de Epiſcop. & Cleric.* Soccin. *in cap.1. numer. 21. declar. 18. de foro compet.* Niger. *in extravag. unico, num.90. in fine, de vita, & honeſtat. Cleric.* Menochius *de arb. jud. caſu 562. num.* 14. Maſcard. *de gener. ſtat. interpretat. concluſ.1. num.* 235. *in fine*, Vivius *deciſion.116. numer.2.* Decian. *tractat. crimin. part.1. libr. 4. capit. 9. numer.* 47. Vulpell. *de libert. Eccleſ. part. 3. numer.24.* Martha *de juriſdict. p.4. caſu 111. num.11.* Gratian. *diſcept. foren. cap.* 341. *num.4.* Daniel de Nobilibus *diſp.27. ſub num.* 4. Giurba *conſil.88. numer.2. in fine*, Guazin. *defen.20. cap. 9. numer. 23. in fine*, Barboſa *de jure Eccleſ. univerſ. lib.1. cap.39. §.4. num.10.* Sperell. *deciſ. 128. num.49. l. 2.* Xammar. *rer. judicat. defin.28. numer.13.* Ego *deciſ. 8. num.130. part.1.* idem in ſervientibus per hebdomadas, Martha, & Barboſa *hic citati*, aut pro aliquo parvo tempore, Alberic. Soccin. Barboſa, & alii *hic laudati*, aut ad beneplacitum Epiſcopi, Gratian. *deciſ.233. num.4.* Ego *deciſ.8. ſub num.130. par.1.* Sed debent eſſe conducti ad annum, vel ad longum tempus, Alberic. Soccin. Decian. Barboſa, Ego, & alii hic citati, Fontanella *deciſ.336. num.19. par.2.* Dubito tamen, quod hæc limitatio procedat in praxi in Cathalonia, nam in deciſionibus Cancellarii *traditis, num.* 4. nulla fit mentio de conductione famulorum Epiſcopi. 17

Limitatur 5. in famulis famulorum, ſeu familiarium laicorum Epiſcopi, qui non gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, aliàs eſſet nimia extenſio. Nam ſicut ſocius ſocii mei ſocius meus non eſt, & homo hominis mei homo meus non eſt, & domeſticus domeſtici mei domeſticus meus non eſt. & vaſſallus vaſſalli 18

mei,

mei, & colonus coloni mei vaſſallus meus, & colonus meus non eſt, & affinis mei affinis non eſt mihi affinis, & libertus liberti mei libertus meus non eſt, & familiaris mei familiaris meus familiaris non eſt, ita famulus famuli Epiſcopi non poteſt, dici famulus ejuſdem Epiſcopi, ſic Ciarlin. *controver. foren. libr.* 2. *capit.*187. *numer.*29. 30. *&* 31. Vulpell. *de liber. Eccleſ. cap.*3. *num.*24. Daniel de Nobilibus *in addit. ad diſp.* 63. *numer.*15. Ego *deciſ.*30. *numer.*140. *&* 172. *part.*1. *& latè in addit. ad numer.*140. *poſitis poſt part.*2. *deciſionum*, & in ornatum Faber *in Cod. libr.* 3. *tit.*3. *defin.* 13. *gloſſ.*1.

19 Limitatur 6. in Urbe Romæ, ubi famuli, ſeu familiares laici Epiſcoporum non gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, Scaccia *de judic. libr.* 1. *capit.* 11. *numer.* 22. Carleval. *de judiciis, libr.* 1. *diſput.*2. *num.*509. *in fine*, Moſcoſo *in ſua juris allegatione pro defenſione Reg. juriſdict. contra familiares Nuntii Apoſtolici in Regnis Hiſpaniæ commorantis, numer.* 76. ſicut famuli, ſeu familiares Cardinalium tali privilegio non gaudent Romæ teſtantur Scaccia *de judic. libr.* 1. *capit.* 11. *numer.* 22. ubi ſcribit, numquam in Urbe vidiſſe, aut audiviſſe ſervatum hoc privilegium Cardinalium puniendi ſuos familiares, Farinac. *in praxi, part.* 1. *qu.* 8. *numer.*46. Ubi tamen ſubdit, quod quidquid ſit de jure, hodie Cardinalium famuli, & familiares puniuntur à judicibus ordinariis Urbis, ſicut alii quicumque, Ambroſin. *de immunitat. Eccleſ. capit.*22. *numer.*13. *verſic. Et tanto magis, ibi: Verum*, Ferrer. *in conſtitut. hac noſtra eviden.*2. *numer.*120. Bonacin. *tom.* 3. *diſput.*1. *quæſt.*16. *punct.*3. *num.*7. Thom. del Bene *de immunitat. Eccleſ. tom.*1. *cap.*4. *dub.*15. *ſect.*2. *numer.* 76. *in fine*, Fermoſin. *in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ. quæſt.* 10. *numer.* 40. *de conſtitut.* Diana *reſolut. moral. part.*6. *tractat.*8. *reſolut.*10. *& in coordinat. part.*9. *tractat.* 8. *reſolut.*10. *numer.*4. *verſic. Et tamen, & licèt, Bonacinam, & Scacciam audiendos non eſſe dicat* idem Diana *reſolut. moral. part.*5. *tract.*2. *reſol.* 25. *& in coordinat. par.*9. *tractat.*7. *reſolut.*64. *in fine*. Tamen de Scaccia, Farinacii, & aliorum dictis veritate Sperell. eſt teſtis, & millies ſic ſervari vidiſſe teſtatur *deciſ.*128. *numer.*38. *verſic. Quam tamen, libr.*2. At verò ex his non ſequitur, ergò extra Urbem Romæ familiam laicam Epiſcoporum, & Cardinalium non gaudere privilegio fori Eccleſiaſtici: cum hoc Romæ forſan introductum fuit ob reverentiam Summo Pontifici debitam, vel ob aliquam aliam juſtam cauſam Summo Pontifici benè viſam, ſic Diana *reſol. mor. part.*6. *tract.*10. *reſol.*10. *& in coordin. par.*9. *tract.*8. *reſol.* 10. *num.*4. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.*1. *cap.*4. *dub.*15. *ſect.*2. *à num.* 22. Sperell. *deciſ.* 128. *numer.* 38. *verſic. Quam tamen, ibi: At non tangunt, lib.* 2. Fermoſin. *in capit. Eccleſia Sancta Mariæ* 19. *quæſt.*41. *numer.*40. *de conſtitut.* Sed quia Cardinales carent Populo, Clero, ac territorio, cauſa ſui familiaris ſpectat ad Epiſcopum, in cujus Diœceſi moratur, Sperell. *deciſ.*128. *n.*43. *lib.*2.

20 Limitatur 6. in privilegio canonis. *Si quis ſuadente diabolo* 17. *quæſt.*4. quo non gaudent famuli laici Epiſcoporum, Machin. *in allegat. pro juriſd. Ordin. Militar. num.*58. Diana *reſol. mor. par.*6. *tract.*1. *reſol.*36. *& in coordin. par.*9. *tract.*2. *reſol.*133. *num.*5. *&* 6. Ego *in addit. ad deciſ.*8. *num.*124. *verſ. Famuli laici poſitis poſt, par.*2. *deciſionum*.

21 Quæro 1. qui dicantur famuli, & familiares Epiſcopi, & qui eorum appellatione veniant? Tractant remiſſivè Barboſa *de jure Eccleſ. univ. libr.*1. *capit.* 39. §.2. *numer.* 55. *in fine, principii verſicul. Qui autem*, Narbona *libr.*20. *gloſſ.*1. *numer.*36. *titul.*1. *libr.* 4. *recopil.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *numer.* 152. ad quem ſe refert, Riccius *de publ. judic. quæſt.*35. *numer.*77. Farinac. *in praxi, par.*2. *quæſt.*55. *num.*100. *&* 101. Sed dico.

22 Quod famuli laici, ſeu familiares Epiſcopi ad effectum de quo in præſenti, alii ſunt commenſales, & domeſtici, qui actualiter in domo, ſeu Palatio Epiſcopi ejus perſonæ ſerviunt, & domeſticis ſervitiis mancipantur. Alii ſunt, qui ſerviunt Epiſcopo in ejus Curia, & juriſdictione Eccleſiaſtica, Fermoſin. *in capit. cum contingat* 13. *quæſt.*14. *numer.*1. *&* 2. *de foro compet.* Balmaſeda *de collect. quæſt.*125. *num.* 3. Narbona *l.*20. *gl.*1. *à num.*1. *tit.*1. *lib.*4. *recop.* Ciarlin. *contr. foren. lib.*1. *cap.*20. *& l.*2. *cap.*187. Barboſa *de jure Eccleſ. un. lib.*1. *cap.*39. §.4. *à num.*33.

Ideoque familiares dicuntur, qui ſunt deputati ad aliquod ſervitium, vel officium, ut cum multis dixi *deciſ.*8. *num.*128. *p.* 1. quibus addo Giurbam, qui plures cumulat *conſil.*88. *num.*3. plures etiam addit Ciarlin. *controv. foren. lib.*2. *cap.*186. *num.*12. *&* 13. *& cap.* 186. *num.*13. *& cap.*187. *num.*11. Sed non eſt neceſſarium, nec requiritur, quod ſint deputati ad aliquod particulare ſervitium, ſeu officium, quia familiares verè, & propriè dicuntur ii, quos ſuperior circa ſe, & ſui cultus cauſa tenet, & ſuæ domus continui commenſales exiſtunt, *leg. cum quæritur*, §. *ſervus in fine, ff. de legat.*3. *c. fin. de verb. ſignif. in* 6. & ſufficit quod abſque aliquo diſtincto ſervitio, ſeu officio obſequantur, & ſerviant, Lucas de Penna *in rubr. Codic. de domeſtic. & protect. libr.*12. Burat. *deciſ.*255. *num.*2. Barboſa *de jure Eccleſ. univerſ. libr.*1. *cap.* 39. §. 4. *numer.* 38. *&* 39. Sperell. *deciſion.*128. *numer.* 89. *libr.*2. cum familiares ſint omnes quomodocumque in ſervitio exiſtentes, ut docent multis citatis Barboſa *de jure Eccleſ. univerſ. libr.* 1. *capit.* 39. §. 4. *numer.*33. Sperell. *deciſion.* 128. *numer.* 90. *verſicul. Et familiares, libr.* 2. 23 24

Unde familiares domeſtici Epiſcopi gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, quando ſcilicet actu inſerviunt, & famulantur ipſi Epiſcopo, ſuntque continui commenſales in ejus domo, aliter ſecus, Farinac. *in addition. ad part.*1. *quæſtion.*8. *numer.*46. *verſic. Et dicto, poſitis poſt libr.*3. *conſil.* Quamvis in domibus ſuis comedant, & dormiant, Caravita *ritu* 46. *à numer.* 28. Fontanella *de pact. nupt. tom.*1. *clauſul.*4. *gloſſ.*10. *part.* 2. *num.*68. *verſic. Nec denique*, plures Ciarlin. *contr. foren. lib.*1. *cap.*20. *num.*13. dummodo ſit ſine fraude, & fictione, Valenzuela 57. *num.*1. *tom.*1. Fermoſinus *in cap. cum contingat* 13. *quæſt.*14. *numer.*3. *de foro competent.* 25

Ex quibus etiam ſequitur, quod famuli laici, ſeu familiares domeſtici, & commenſales Epiſcopi, qui in ejus domo, ſeu Palatio actualiter ipſi ſerviunt, ut gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, non requiri, nec eſſe neceſſarium, quod vivant expenſis Epiſcopi, id eſt quod mente, & dente inſerviant, ut aliqui voluerunt, quos citavi, *deciſion.*8. *numer.*127. *par.*1. Barboſa *in capit. fin. numer.*2. *&* 3. *de verborum, ſignif. in* 6. Buratt. *deciſion.*228. *à numer.* 1. Menoch. *de arbitr. judic. caſu* 552. *numer.*17. Sperell. *deciſion.* 129. *numer.* 1. *libr.*2. qui moventur, *per text. in capit. fin. de verb. ſignific. in* 6. Quia iſte textus loquitur in materia reſervationis beneficiorum, quæ odioſa, & exorbitans eſt, & ſic ſtrictè interpretanda, Hic autem agitur de re favorabili Eccleſiæ, quæ non debet reſtringi, ſed latè interpretari, & ſic ad hunc effectum ſatis eſt, ut familiares ſint in obſequio, & ſervitio Epiſcopi licèt expenſis Epiſcopi non vivant, ita Gratian. *deciſ. foren. capit.*340. *à numer.*7. *ſignanter, numer.* 17. 18. 28. *&* 29. Marian. Anton. *libr.*1. *variar. reſol.* 75. *numer.* 8. Barboſa *de jure Eccleſ. univerſ. libr.*1. *cap.*39. §.4. *num.* 35. 36. *&* 37. Fontanella *deciſ.*336. *à numer.*12. *præcipuè à numer.*17. *ad* 22. Luca *in animadver. ad Gratian. diſcept. foren. cap.*212. *num.*9. *&* 10. Sperell. *deciſ.*128. *num.*35. *lib.*2. 26

Notanter dixi, *n.* 22. perſonæ Epiſcopi inſerviunt. 27
Nam famuli laici, ſeu familiares Epiſcopi, qui longè à perſona Epiſcopi ejus expenſis vivunt, non gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, quia ii familiares dici non poſſunt, ut ex Abbate, Felino, Decian. Farinacio, & Surdo, docet Ciarlin. *controverſ. forenſ. capit.*20. *numer.*36. *libr.*1. addo Narbonam, *l. gloſſ.* 1. *num.*63. *tit.*1. *lib.*4. *recopil.* Barboſa *de jure Eccleſ. univer. lib.*1. *cap.*39. §.2. *num.*55. *verſic. Largo modo, prope finem*. Niſi ex aliqua juſta cauſa ſint abſentes, puta ob negotia Epiſcopi, animo redeundi fuerint, vel ipſorum familiarium negotiis abeſſe contingat cum licentia Epiſcopi. Narbona plures laudat *libr.*20. *gloſſ.* 1. *numer.*59. *titul.*1. *libr.*4. *recopilat.* conducunt Vivius *deciſ.*

deciſion.88. numer.5. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 3. numer.306. Ciarlin. controverſ. foren. cap. 187. num.9. lib.2.

28 Ex dictis, num.22. fit, quod famuli laici, ſeu familiares Epiſcopi gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, nedum domeſtici, & commenſales, qui perſonæ Epiſcopi ſerviunt; ſed etiam illi, qui neceſſarii ſunt ad gubernium tribunalis, & juriſdictionis Eccleſiaſticę, ut ſunt Notarii, fiſcales, Nuntii, cuſtodes carcerum, barricelli, & ſimiles, donec in officio manent, & ſi expenſis Epiſcopi non vivant, nam ſufficit, quod potiantur lucris, & emolumentis Cancellariæ, & officii Marian. Antonin. var. lib.1. reſol.75. num.1. verſic. Cæterum Fontanella deciſ.336. numer. 10. libr.1. Ciarlin. contr. foren. lib.2. cap.186. num.39. Ego deciſ.8. num.130. in fine, par.1. ut conſtat ex epiſtola Cardinalis Galli ſcripta de ordine Summi Pontificis Pauli V. dat. Romæ 11. Aprilis 1611. quam refert Diana reſol. moral. par.5. tract.1. reſol.1. & in coordin. par.9. tract.2. reſol.183. verſ. Ideo non gravabor, & docent Boer. deciſ.9. num.7. 8. & 9. Sbrozius de offic. Vicar. lib.2. quæſt.146. num.2. latè Gratian. dec.233. à num.6. & diſcep. forenſ. cap. 340. à num. 1. per totum, ubi Luca in animad. num.8. & 9. idem Gratian. cap.341. à num.1. ubi Luca num.4. & 6. Marian. Antonin. reſol. lib.1. reſol.75. tota Bellet. diſquiſit. Cleric. par.1. tit. de favore Cler. reali, §.1. num.16. 17. & 18. Riccius in prax. reſol.471. n.4. & 5. Giurba conſ.88. à n.4. ad 11. Barboſa de poteſt. Epiſc. par.3. alleg.107. à n.11. & de jure Eccleſ. un. libr.1. cap.39. §.2. num.55. verſ. largo modo, & §.4. n.33. & 34. & in cap. fin. num.2. verſ. De familia, de offic. Archidiac. Alzedo de præcel. Epiſc. dignit. par.1. cap.12. n. 74. Bonacina in Bul. Cœnæ, diſp.1. quæſt.16. punct.3. n.7. Squillante de privil. Cler. cap.7. numer.54. Sperell. deciſ.128. n. 34. & 35. lib.2. ubi plures declarationes Sacræ Congregationſs refert Thom. del Bene de immu. Eccleſ. tom.1. cap.4. dub.15. ſect.1. num.11. in fine, Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. num.129. Scialoya de foro compet. cap.17. num. 18. Ciarlin. contr. foren. lib.1. cup.20. num.24. & lib.2. cap.186. à numer.9. ad 14. & cap.186. num.20. verſic. Cum ergo, & num.21. & 27. Narbona l.20. gloſſ.1. num.32. tit. 1. lib.4. recop. Marinis reſol. jur. libr.1. cap.117. n. 2. & 3. Tondut. de præven. judic. part.1. cap.29. n. 25. Fermoſin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ 10. q. 41. num.32. de conſtitut. & in cap. fin. num.2. de offic. Archidiac. & allegat.13. num.42. Diana reſolut. mor. part.1. tract.2. reſol.98. alias 97. & part.3. tr. 1. reſol.30. & in coordinat. par.9. tract.2. reſol. 180. num.2. & reſol.182. num.2. & 3. Fontanella dec.336. num.8. & 13. Ego deciſ.8. num.131. part.1. de praxi Regni Aragonum Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti de compet. juriſd. quæſt. 83. num. 27. & 28.

29 Et quod Not. Curiæ Epiſcopalis etiam laici gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici. Eo quia ſunt laici de familia, & Curia Eccleſiaſtica Epiſcopi, & neceſſarii Epiſcopo, & ad eum acceſſorii, ſine quibus non poteſt juriſdictionem Eccleſiaſticam exercere, latè Gratian. deciſion.233. & diſcep. foren. cap. 340. & 341, Riccius collect.131. verſic. Et numer. Magiſter, & collect.2418. verſ. Quod etiam procedit, & in praxi, reſol.471. num.4. & deciſ.549. Guazin. defen.20. cap. 9. numer.24. Marian. Anton. var. libr.1. cap.75. n. 5. & 6. Bellet. diſquiſit. Cler. part.1. tit. de favore Cler. reali, §.1. num.16. Burgius de modo proced. ex abrup. q.65. num.78. Tondut. de præven. jud. part.1. cap.29. n.24. Ciarlin. controv. foren. lib.2. quæſt.186. n.59. & c.187. n.22. Barboſa de poteſt. Epiſc. par.3. alleg.107. n.11, Scialoya de foro compet. cap.17. n.18. verſ. Et ſic, quod ſit laicus, Suelves conſ. 19. num.7. in fine, lib.1. latè Giurba conſ.88. num.4. 5. 6. 7. & 8. deciſum per Sacram Congregationem Epiſcoporum, & regularium in Ottunen. 6. Auguſti 1602. referunt Barboſa de collect. Bullar. verbo Notarius, verſic. Notarius Curiæ Epiſcopalis, fol.490. & deciſ. Apoſtol. 523. n.10. & in cap. fin. n.2. verſic. Notarius, de offic. Archid. & in collect. ad Concil. Trid. ſeſſ.23. de refor. c. 6. num.37. & de jure Eccleſ. un. lib.1. cap.39. §.4. n.34. verſ. Mandavit inſuper, Fermoſin. in cap. fin. num.2. in fine, de offic. Archid. & in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ 10. quæſt.41. num.32. in fine, de conſtit. Diana reſol. mor. part.4. tract.1. reſol.30. & in coordin. part.9. tract.2. reſol.182. num.3. in fine, Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom.1. cap.4. dub.15. ſect.1. n.11. verſ. Item mandavit, & alii plures allegat. n. 28. & allegandi, num.32.

Et quod fiſcales etiam laici Curiæ Epiſcopalis, cum 30
ſint de familia Epiſcopi, gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, præter Doctores citatos, nu. 28. latè Fontanella deciſ.336. 337t & 338. part.2. ſic deciſum per Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium in Vaſionen. 11. Decembris 1614. & 11. Decembris 1615. referunt Barboſa in collect. Bullarii, verbo fiſcalis in fine, & deciſ. Apoſtol.360. num.1. & 2. de jure Eccleſ. univ. lib.1. cap.39. §.4. num.34. verſicul. Rurſus petente, & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap.6. num.36. & in cap. fin. numer.2. verſ. De familia, ibi: rurſus petente, de off. Archid. Fermoſin. in cap. fin. num.2. verſ. Aliam de off. Archidiac. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. cap.4. dub.15. ſect.1. num. 11. in prin. & verſ. Item petente, & verſ. Item die 11. Diana reſol. mor. par. 5. tract.1. reſol.1. & in coordinat. par.9. tract.2. reſolut. 183. n.3. verſ. Rurſus petente.

Et adeo verum eſt, quod Notarii, fiſcales, & ſimi- 31
les familiares Curiæ, & juriſdictionis Eccleſiaſticæ Epiſcopi gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, ut procedit, nedum quando delinquunt in officio, Boer. deciſ.9. numer.7. & 8. Scialoya de foro compet. cap. 17. n. 18. verſic. Nonnulli vero dicunt Balmaſeda de collectan. quæſt.125. num.6. Marian. Anton. var. libr.1. reſol.75. num.2. & libr.3. reſol.14. nu. 2. Burgius de modo proceden. ex abrup. quæſt.65. num.79. Guazinus defen.20. cap.9. num.24. Giurba conſ.38. num.12. & alii pares ſtatim allegandi, quidquid dicat Paponus de jure franc. libr. 1. titul. 4. arreſto 8. quia contra eum eſt verior ſententia, ut teſtantur Diana reſol. mor. part.3. tract.1. reſol.72. & in coordinat. part.9. tract.2. reſol.180. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom.1. cap.4. dub.15. ſect.1. num.2. & 3. Sed etiam
† quando delinquunt extra officium latè probat Gra- 32
tian. diſcep. foren. cap.340. à num.31. & cap.341. à num.5. & num.14. latè etiam Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib.1. cap.39. §.4. à num.38. ad 45. Bellet. diſq. Cler. part.1. de privil. Cler. real. §.1. num.22. Ciarlin. contr. foren. lib.1. cap.20. num.35. & lib.2. cap. 186. num.10. & num.60. Tondutus de præven. jud. p. 1. cap.29. n.28. Scialoya de foro compet. cap.17. n.18. verſ. Imo nonnulli dicunt plures cumulat Giurba conſil. 70. num.20. & 21. & relati per Fermoſin. allegat.13. num.32. & 44. part.2. & per Solorzanum de jure Indiar.2. lib.3. cap.8. num.68. & in polit. libr.4. cap.8. verſ. Yaun, cum ſeq. fol.563. Fontanella deciſ. 336. num.22. par.3. & reprobatis contrariis, Diana reſolut. moral. part.3. tract.1. reſol.1. & part.4. tract. 1. reſol.30. & part.6. tract.2. reſol.6. & in coordinat. par. 9. tract.2. reſolut.182. num.2 & reſol.183. et tract.8. reſol.6. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. c. 8. dub.15. ſect.1. à num.4. et num.8. & alii citati ſupra, num. 2. Et quamvis dicant nonnulli ſtandum eſſe conſuetudini, ut inquit Daniel de Nobilibus diſput.27. à n.4. in fine, refert Amanuenſem Curiæ Epiſcopalis retroactis annis ob quædam perperam geſta in libris ejuſdem Curiæ punitum à laico Magiſtratu fuiſſe; & ejuſdem Curiæ ſcribam ob fidem de Clericatu non veram condemnatum tradidere Vulpell. de liber. Eccleſ. capite tertio, numer.26, & Fermoſin. in capite, cum contingat 13. quæſtione decima, numero octavo, verſ. Quando de foro compet. dicat, quod quando iſti delinquunt extra officia, vidiſſe practicari, ut de eorum exceſſibus cognoſcant judices laici, Gallupus in praxi, parte ſecunda, capit. 6. numer. 50. tradit deciſum in Regno Neapolis, ſcribam Curiæ Epiſcopalis conveniendum eſſe coram Judice laico, referunt Scialoya de foro competent. capite decimo ſeptimo, numero decimo octavo in fine,

Mari-

Marinis *reſolutione jur. libro primo, capit.* 117. *numero tertio*, ubi addit ipſum ſcire de anno 1621. idem in alia facti contingentia per S. C. fuiſſe deciſum contra quemdam Archiepiſcopatus Neapolis referente D. Conſiliario Fœlice de Januario in Banca de Cantone. Tamen contrarium invenio deciſum in Regno Neapolis, in quo Curia Archiepiſcopalis Neapolitana eſt in hac quaſi poſſeſſione, & in anno 1594. fuit remiſſus ad Curiam Archiepiſcopalem Joſeph Vinaccia laicus familiaris dictæ Curiæ, inquiſitus in magna Curia Vicariæ de delictis commiſſis in Civitate Neapolis extra officium, quod gerebat: proceſſus eſt in banca de Rugerio, ut teſtantur Genuenſis *in praxi Archiepiſcop. Neapol. cap.8. num.6. in fine*, Riccius *deciſ.*193. *in prin. par.*2. *& in praxi, deciſ.*549. *numer.* 5. Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ* 10. *quæſt.* 41. *ſub num.* 32. *de conſtitut.* Fontanella *deciſ.*336. *num.*22. *part.* 2. Burgius *de modo proceden. ex abrup. quæſt.*65. *num.* 81. Guazinus *defen.*20. *cap.*9. *num.*14. *verſ. Sed praxis*, Gratian. *diſcep. foren. cap.*340. *num.*32. Thoro *in compen. deciſ. part.*1. *verbo familia Epiſcoporum, fol.*205. Et ideo in deciſione relata per Gallupum, non inſiſtit Marinis, cum id judicare ſua non interſit, & proinde quando caſus occurrerit, articuli veritatem videant illi, ad quos ſpectat, inquit *lib.* 1. *reſol. jur. cap.*117. *num.*3. *in fine*. Et in Burgundia teſtatur Chaſſanæus in facti contingentia ad judicem Eccleſiaſticum fuiſſe remiſſum cujuſdam Epiſcopi ſecretarium, qui exiſtens in ejus ſervitio furtum commiſit ipſi Epiſcopo, ad conſuetud. Burgundiæ *rubr.*1. §.5. *verbo s'il n' a grace, in additionibus, verſ. Nicolaus, ibi: Eo quia*. Idemque ſervatur in Regno Aragonum, referunt deciſum Portoles *ad Molina poſt foro compet. q.*4. *n.*26. & de praxi Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſd. q.* 83. *nu.*27. *&* 28. Reſolutum in Regno Siciliæ in S. R. C. præſente D. Prorege M. Notarium pro delicto etiam extra officium gaudere fori Eccleſiaſtici privilegio teſtatur Giurba *conſ.* 88. *num.* 13. meminit Ciarlin. *contr. foren. lib.*1. *cap.*20. *num.*33. & patet in literis Proregis Siciliæ in favorem miniſtrorum laicorum Curiæ Epiſcopalis Cataniæ de anno 1460. quas refert Diana *reſol. mor. part.*6. *tract.*2. *reſ. & in coordinat. par.*9. *tract.*8. *reſol.*6. *n.*1. *verſic. Non deſinam*, & ex epiſtola Cardinalis Galli ſcripta de ordine Summi Pontificis Pauli V. ad Epiſcopum Liparen. Dat. Romæ 2. Martii 1611. quam refert Diana *reſol. moral. par.*4. *tract.*1. *reſol.*30. *& part.*5. *tractat.*1. *reſol.*1. *& part.*6. *tract.*1. *reſol.*34. *& in coordinat. part.*9. *tract.*1. *reſol.*2. *poſt num.*16. *& tract.*2. *reſol.*182. *num.* 1. *verſic. Et ideo, & reſol.* 183. *num.* 2. *ver. Illuſtre, & verſ. Illuſtriſſimo* notant Fermoſin. *alleg. fiſcal.*13. *num.*44. *in fine* 2. Sperell. *deciſ.* 128. *n.*8. *verſ. Et quod in fine, lib.*2. Et noviſſimè ex altera epiſtola Cardinalis Giptii ad Metropolitanum Regni Siciliæ dat. Romæ 7. Septembris 1636. quam per extenſum tradit Diana *reſol. mor. p.*6. *tract.* 2. *reſol.*6. *& in coordin. pa.*6. *tract.*8. *reſ.*6. *n.*1. *poſt prin.* Et in Regno Sardiniæ fuiſſe alias jus dictum in ſimili cauſa à Cancellario in favorem menſæ Archiepiſcopalis Turritanæ, cui fuit decidenda, & judicanda remiſſa cauſa cujuſdam delicti commiſſi à Nuntio, & Notario illius menſæ, pro ut in ſententiis teſtatur Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.* 1. *tit.*7. *n.*8. Et in Cathalonia per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Ramon. Gueran, & Rubi & de Marimon. 1. Februarii 1630. in favorem Michaelis Gibert procuratoris fiſcalis menſæ Archiepiſcopalis, & Curiæ Eccleſiaſticæ Tarraconæ contra Civitatem Tarraconæ, & Antonium Pujades cuſtodem jurium, & impoſitionum ejuſdem Civitatis, ratione apprehenſionis per dictum Pujades factæ de quadam fiſcella cum ſexdecim denariis carnis à macello Capituli Sedis Tarraconæ per quamdam famulam dicti Gibert fiſci Procuratoris, & ad opus ipſius emptæ, ex quo quod ementes carnes in dicto macello Capituli non ſolvunt impoſitionem dictæ Civitatis Tarraconæ, à qua dictus Gibert licèt laica perſona ratione ſui officii Procuratoris fiſcalis prædicti, tanquam de familia neceſſaria dictæ Curiæ Eccleſiaſticæ prætendit eſſe exemptus contrarium prætendente ſyndico dictæ Civitatis: fuit declararum ad favorem Curiæ Eccleſiaſticæ; de hoc caſu latè ſcribit Fontanella *deciſ.* 336. 337. *&* 338. *& hanc deciſionem laudat, numer.* 18. *p.* 2. meminit de hac, & aliis deciſionibus relatis Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ* 10. *quæſtion.* 41. *numer.* 22. *de conſtitution.*

Procedit etiam ſi Notarii, fiſcales, & ſimiles mi- 33
niſtri Curiæ, & juriſdictionis Eccleſiaſticæ Epiſcopi non exerceant immediatè, gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, Barboſa *de jure Eccleſ. uu. libr.*1. *cap.*34. §.4. *num.*34. *& in cap. fin. ſub num.*2. *de off. Archidiac.* Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ ſub num.*32. *de conſtit.* de quo eſt caſus diſcuſſus apud Giurbam *conſ.*88. id eſt, ſive ſint principales, ſive ſubſtituti, ut docent idem Giurba *conſ.*88. *num.* 11. & alii quos citavi, *deciſ.*8. *n.*132. *par.*1. quibus addo Ciarlin. *controv. foren. lib.*1. *cap.*187. *uum.*27.

Fallit 1. ſi non conſtat eſſe Notarios, fiſcales, & 34
ſimiles miniſtros Curiæ Eccleſiaſticæ Epiſcopi, nam tunc non gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, ſic fuit deciſum per Cancellarium Pons 19. Novembris 1667. in favorem Antonii Villaplana I. V. contra Joannem Caſanoves Notarium publicum, tauleriumque, & ſcribam ſeu Notarium Curiæ Eccleſiaſticæ ordinariæ Ilerdæ, ut per eum fuit prætenſum.

Fallit 2. in Aſſeſſoribus, & Notariis Epiſcopi, pro 35
Talliis, & dominiis temporalibus, in quibus temporalem juriſdictionem exercet ipſe Epiſcopus, qui non gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, Solorzanus *de jure Indiar. tom.*2. *lib.*3. *cap.*8. *num.*68. *in fine, & in polit. lib.*4. *cap.*8. *verſic. Del qual punto, fol.*563. Tondutus *de præven. jud. part.* 1. *cap.*29. *n.* 39. *part.*1. conducunt tradita, *deciſ.*10. *à numer.* 1. *cum pluribus ſeq. par.*1.

Quæro ſecundo, an Epiſcopus poſſit procedere 36
per cenſuras contra judices laicos punientes, ſeu carcerantes familiares Epiſcopi? Aliqui tenent negativam, ut Maranta *de ordin. judic. parte quarta, diſtinctione* 11. *numero quarto*, Scaccia *de jud. libr.*1. *capite undecimo, num.*48. quos citat Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.* 218. Reginald. Homobon. de bonis alterius, Bonacina quos ardit Daniel de Nobilibus *diſputat.*127. *numer.*8. *& in additionibus, num.*2. Sed affirmativa eſt verior, ut latè probat, contrariaque proponit, & illis reſpondet Sperell. *deciſione* 129. *tota libro ſecundo*. Et ſic invenio Sacram Congregationem ſuper negotiis Epiſcoporum, & regularium præpoſitam mandaſſe Epiſcopo Ortunen. 2. Auguſti 1602. ne ſuſpenderet cenſuras latas, & publicatas contra Gubernatorem Lanciani, niſi prius relato è carceribus ejus notario Regiis hortatoriis, ac aliis quibuſcumque non obſtantibus, ut referunt Barboſa *in cap. fin. num.*2. *verſ. Notarius quoque in fine, de offic. Archidiac. & de jure Eccleſ. univ. lib.*1. *cap.*39. §. 4. *num.* 34. *verſicul. Mandavit inſuper*, & addit *in verſic. Ac ipſe*, quod cum eſſet à ſecretis apud Sacram Congregationem Illuſtriſſimorum Cardinalium præpoſitam negotiis Epiſcoporum, & regularium, ſub Reverendiſſimis PP. DD. Zambeccario recolendæ memoriæ, Campegio obſervavit, ut pro familiaribus Epiſcopi etiam laicis carceratis per Curiam ſæcularem ſemper darentur literæ ad proprios Epiſcopos, & Nuntios Apoſtolicos de ordine Sanctiſſimi, ut ſub cenſuris, ac aliis ſacrorum canonum remediis curarent omninò remitti ad Curiam Eccleſiaſticam, Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ* 10. *quæſt.*41. *num.*32. *in fine, de conſtitut. & in cap. fin. num.*2. *in fine, de off. Archidiac.* Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.* 1. *cap.*4. *dub.*15. *ſect.*1. *num.* 11. *verſ. Item mandavit*, Diana *reſol. mor. par.*4. *tract.*1. *reſol.*30. *& p.*5. *tr.* 1. *reſol.*1. *& in coordinat. par.*9. *tract.*2. *reſol.*182. *num.* 3. *in fine, & reſol.*183. *num.*3. *in fine*.

Quæro 3. An famuli, ſeu familiares Epiſcopi et- 37
iam laici ſint immunes, & exempti à gabellis, col-

lectis,

lectis, oneribus, & tributis? Reſp. affirmative, ut docent Burſat. *conſ.25. num.13. lib.1.* Menochius *de arb.jud. caſu 562. num.13.* Giurba *conſ.88. numer. 2.* Sperell. *deciſ.128. num.8, verſ. Et quod præfati familiares, lib.2.* Reverter. *deciſ.192. numer.1. & 2.* ſivè ſint domeſtici, & commenſales, qui vivant cum Epiſcopo ipſius expenſis, Ciarlin. *controver. forenſ. libr.2. capit. 187. à numer. 2. & 10.* Balmaſeda *de collect. quæſt. 125. numer.4. & 5.* ſivè non ſint commenſales, & ſeorſum degant, ut Notarii fiſcales & ſimiles, qui ſunt ei neceſſarii pro exercenda juriſdictione Eccleſiaſtica, Ciarlin. *controv. foren. cap.187. à num.10. verſic. Difficultas conſtitut. cum pluribus ſeq. libr.2.* Balmaſeda *de collect. numer.8.9. & 10.* ita declaraſſe Sacram Congregationem conſtat ex epiſtola Cardinalis Galli dat. Romæ 2. Martii 1611. ut referunt Diana *reſol. mor. part. 4. tract.1. reſol.30. & part.6. tractat.1. reſolut.34. & in coordinat. part.9. tract.1. reſol.2. poſt num.16. & par.9. tract.2. reſolut.182. ſub numer. 2. verſic. Et ideo contrariam ſententiam*, Sperell. *deciſ.128. numer.8. verſic. Et quod præfati familiares, libr.2.* Ciarlin. *controv. foren. cap.287. numer.12. verſic. Poſt hæc ſcripta, libro ſecun-*
38 *do*, Intellige, † ut ſint immunes, & exempti à collectis, gabellis, tributis, & oneribus perſonalibus, Balmaſeda *de collect. quæſt. 125. num.11.* & in his terminis declaravit Sacra Congregatio 11. Decembris 1615. quod fiſcalis Epiſcopi tamquam ipſius familiaris ad perſonalia Civitatis munia non tenetur, referunt Diana *reſolut. moral. part.4. tractat.1. reſolut.30. in coordinat. part.9. tractat.2. reſolut.182. numer.3. in fine.* Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.1. capit.4. dub. 15. ſect.1. numer.11. in fine*, Ciarlin. *controv. forenſ. c. 187. numer.11. in fine, libr.2.* Fontanella *deciſ.536. n. 21. in fine, part.2.* Barboſa *deciſ. Apoſt.360. n.1.* ſecus à gabellis, tributis, collectis, & oneribus realibus. idem Balmaſeda *de collect. quæſt. 125. numer. 12.* Intellige 2. ſecus ſi dietim, ſeu breviſſimo tempore ſerviunt, Reverter. *deciſ.272. num.2. verſic. Sed valde dubitatur*, ubi Marinis *in obſerv. num.1.*

39 Quæro 4. An famuli, ſeu familiares Epiſcopi etiam laici ſint exempti à ſtatutis laicorum? Reſp. affirmativè, quia paria ſunt forum ſortiri, & ſtatutis ligari, & illi non ſunt de foro ſæculari, ſic Maſcard. *de gener. ſtat. interp. concluſ.1. num.135.* plures addunt Xammar *rer. jud. defin.28. num.14.* Ciarlin. *contr. foren. lib.1. c. 20. num.14. & lib.2. cap.187. num.13. 14.* latè Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ 10. quæſt.41. de con-*
40 *ſtitution.* Intellige † niſi ſtatuta ſint facta ob publicam utilitatem & non ſint contraria libertati Eccleſiaſticæ, quo caſu eis ligantur, & poteſt à laicis abſque metu excommunicationis familiares laicos Epiſcopi illis contravenientes in carceres trudi, & cogi ad illorum obſervantiam, latè Martha *conſil.162. per totum præſertim, num.1. 7. & 8.* refert, & ſequitur Daniel de Nobilibus *diſp.27. num.7. ante finem*; verum eſt, quod nonnulli id limitant quando petitur remiſſio, Martha *dicto conſ.162. num.6. & de juriſd. par.4. caſu 111. n. 4.* Daniel de Nobilibus *dict. diſp. 27. num. 7. in fine*; ſed tu reſpectu carcerationis vide quæ dixi, *numer. 26.* & impugnatis, Martha, & aliis per Sperell. *n.10. & 11.* vide eumdem Sperell. *deciſ.129. tota, lib.2.*

41 Quæro 5. An coloni partiarii menſæ Epiſcopalis, aut bonorum patrimonialium Epiſcopi durante colonia gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici? Videndi ſunt Tamburin. *de jure Abbat. tom.1. diſp.20. ſub n. 4.* Barboſa *in collect. Bullar. verbo Coloni, in fine, & deciſ. Apoſtol.184. num.3. & collect. ad Concil. Trid. ſeſſ. 25. de refor. cap.20. num.11.* Diana *reſol. mor. poſt part. 5. in declarat. Sacræ Congregat. num.37. & in coordin. poſt part.9. in declarat. Sacræ Congregat. nu. 17.* Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.1. cap.5. dub.18. num.3.* Sperell. *deciſ.41. ſub num.29. & deciſ.42. numer.21. lib. 1. & deciſ.128. numer.33. libr.2.* Ciarlin. *controver. forenſ. lib.1. cap.20. num.36.* latiſſimè omnino videndus *lib.2. cap.186. toto.*

### *ARGUMENTUM.*

## An famuli, & coloni laici Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendique ſint coram judice Eccleſiaſtico.

### *SUMMARIUM.*

1 *Famuli, & coloni laici Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum an gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, tres diſtinguendi ſunt caſus; numero primo. Primus in famulis laicis perpetuo obſequio Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum, qui propriè ſunt ſervi, & mancipia vulgo appellantur ſclaus, gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, num.2. ratio traditur, numer. 3. Ampliatur, etiam ſi ſervi, & mancipia Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum ſint Mauri, Turcæ, aut aliàs à gremio Eccleſiæ ſeparati, num.4. Limitatur ſi non conſtat eſſe ſervos, & mancipia Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum, num.5. Secundus caſus eſt in famulis, & colonis laicis temporalibus, & conductitiis Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum, an gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, numero decimo quinto quidam affirmant, num.16. ſed alii negant, num. 17. Limitatur 1. opinio negativa, num.18. & 19. ſed impugnatur limitatio 21. limitatur. Etiam aliis modis, numer.24. 25. & 26. Tertius caſus eſt in famulis, & colonis Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum gratis ſervientibus abſque aliqua mercede qui an privilegio fori Eccleſiaſtici gaudeant vide, num.27.*

6 *Servi efficiuntur, & fiunt quatuor modis. Primo jure belli. Secundo nativitate. Tertio juſta condemnatione ob delictum. Quarto emptione.*

7 *Servi quomodo efficiantur jure belli, num. 7. 8. 9. & 10.*

11 *Servi quomodo efficiantur nativitate.*

12 *Servi quomodo efficiantur juſta condemnatione ob delictum.*

13 *Servi quomodo efficiantur emptione.*

14 *Servorum in conditione nulla eſt differentia.*

20 *Homines laici, qui aſſumpto habitu religioſo adhibentur ad ſervitia, & obſequia monialium, ſeu ad petendum pro ipſis eleemoſynas gaudent privilegio fori, & canonis, num.20. ſed contrarium, num.22. & 23.*

28 *Dominus an teneatur pro delicto famuli.*

29 *Dominus an teneatur facere expenſas famulo infirmo, num. 29. & an teneatur ſolvere medicinas pharmacopolæ, quæ famulo infirmo à medico ordinantur, num.30. 31. & 32.*

33 *Dominus an teneatur ſolvere ſalarium famulo infirmo.*

## DECISIO CXLVI.

QUæſtionem in argumento propoſitam celebrem, 1
& egregiam in foro, & judiciis, ait Menoch. *de arb. jud. caſu 562. in princ.* remiſſivè ſolùm tractat, pluribus laudatis Hodierna *ad Surd. deciſ. 19. num. 1. 2. & 3.* latè tractavi *deciſ. 8. num. 119. parte 1.* & diſtinxi tres caſus.

Primus caſus eſt in famulis, & colonis laicis per- 2
petuo obſequio Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum obligatis, qui propriè ſunt ſervi, & mancipia, & vulgo appellantur ſclaus, gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, Ego cum multis, *deciſ.8. numer.11. part.1.* addo Panormitan. *in cap.2. num.6.* Felin. *num. 1. & 2. de foro compet.* Capic. *deciſ.12. num.2.* Gratian. *deciſ.28. num.5.* Maſcard. *de gener. ſtat. interp. concluſ. 1. num.136.* Duard. *ad Bul. Cœnæ, can.15. quæſt.8. concluſ.2. num.4.* Squillante *de privil. Cler. cap.7. num.57.* Dian. *in coordin. part.9. tractat.2. reſol.160. n.1. & reſol.161. num.1.* Mendo *de Ordin. Militar. diſquiſit.2. n.*

71. *verſic. Et generaliter*, Ciarlin, *controv. foren. libr.* 1. *cap.*20. *num.*38. *& lib.*2. *cap.*186. *n.* 6. 26. 27. *&* 66, Reg. Vico *ad prag. Reg. Sardin. tom.*1. *titul.* 7. *cap.*15. *numer.* 46. me citato Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſd. quæſt.*100. *num.*3. quidquid dicat Anſaldus *de juriſdict. part.*2. *tit.* 11, *capit.*5. *à num.*113, *verſic. Neque jure uſque*, *ad num.*124. *ubi reſpondet ad ea*, *quæ ipſe dixit*, *à numer.*22. *ad* 34. ita vidiſſe plures ſervari, & deciſum 16. Februarii 1549, teſtatur Ferrer. *part.*3. *obſervan. cap.*204. & fuit declaratum per Cancellarium Caſſador, Conſultoribus Sabater Sorts, & Cordelles 29. Martii 1596. in favorem Joannis Phelip. ſervi fratris Onofrii de Monſuar Bajulivi Majoricarum Ordinis Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolimitan. in carceribus Regiis Civitatis Barcinonæ detenti, refert Ripoll. *variar. reſol. capit.* 1. *numer.*376. *&* 377.

3 Ratio eſt, quia ſervi, & mancipia vulgo ſclaus ſunt veluti aliæ res Dominorum, Solorzan *de jure Indiar. tom.*2. *lib.*1. *cap.*16. *num.*20. & ſic ſervi, & mancipia Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum tamquam bona ipſorum ſunt extra juriſdictionem judicis ſæcularis, ſic Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.*150. *verſ. Ideo vera*, Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.*1. *cap.*4. *dub.*15. *ſect.*1. *num.*7. Diana *in coordin. par.*9. *tract.*2. *reſol.*160. *num.*1. *in fine*, Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſdict. quæſt.*100. *num.*4. & ferè omnes hic citati, *num.*2. *& deciſ.*8. *num.*118. *par.*1.

4 Ampliatur, ut procedat, etiam ſi ſervi, & mancipia Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum vulgo ſclaus ſint infideles Mauri, Turcæ aut aliàs à gremio Eccleſiæ ſeparati, gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, Ego poſt alios, *deciſ.*8. *num.*120. *part.*1. addo Diana *reſolut. moral. in coordination. part.*9. *tractat.* 2. *reſolution.*160. *numer.*4. me citato Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſdict. quæſt.* 100. *num.*5.

5 Limitatur ſi non conſtat ſervos, & mancipia eſſe Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum, quo caſu non gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, ita fuit declaratum per Cancellarium Ponts, Conſultoribus Rull, Triſtany, Didac. Ferrer, & Joſepho Ferrer 22. Novembris 1667. occaſione firmæ juris factæ in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ per ejus Procuratorem fiſcalem, & per Dominum Joſephum Brea aſſertum Abbatem Abbatiæ in oratorio Sancti Michaelis de Alexio Ripariæ Genuæ ſuper repetitione perſonæ Joannis Baptiſtæ, ut prætenditur ſervi, ſive mancipii dicti Brea, per regios officiales capti, & carceribus mancipati de portu tormenti manualis parvæ menſuræ vulgo piſtola impetiti.

6 Sed Advocatus debet ligare digito principia juriſprudentiæ, ut ſciat ſi caſus contingit, quid articulare, & probare debet etenim ſervi efficiuntur pluribus modis, nam ut inquit Imperator, *in §. ſervi autem* 4. *de jure perſonarum*, ſervi aut naſcuntur aut fiunt. Naſcuntur ex ancillis noſtris; fiunt aut jure gentium: id eſt ex captivitate: aut jure civili, cum homo liber major viginti annis ad pretium participandum ſe venundari paſſus eſt, Ricciard. *in §. ſed cum aliquis*, *num.* 21. *de teſtament. ordinand.* Sed quatuor modis ſervi efficiuntur. Primo jure belli. Secundo nativitate. Tertio juſta condemnatione ob delictum. Quarto emptione. Docent Molina *de juſt. & jure*, *tom.*1. *diſp.*33. *tract.*2. *in initio*, Fagundez *de juſt. et jure*, *lib.*2. *cap.*1. *num.*3. *in princ.* Pichard. *in §. ſervitus* 2. *numer.*5. *&* 6. *de jure perſonar.* Diana *reſol. mor. par.*7. *tract.* 7. *reſol.*5. 6. 7. *&* 9. *& in coordin. par.*7. *tract.*8. *reſol.*5. 6. 7. *&* 11. Fermoſin. *in rubric. quæſtion. prima*, *à numer.* 23. *de ſervis non ordin.*

7 Jure belli efficiuntur ſervi, eo quod jure gentium introductum eſt, ut capti in bello juſto efficiantur capientium, *§. jus autem gentium*, *de jure naturali*, *§. ſervi autem aut naſcuntur*, *de jure perſonar. §. item ea quæ ab hoſtibus*, *de rer. diviſ. leg. ſi quis bello*, *leg. hoſtes*, *ff. de captivis*, *l. naturalem*, *§. ultimo*, *l. transfugam*, *ff. de acquirend. rer. domin. canon. jus gentium*,
*diſtinctione prima*, *canon. dicat.* 23. *quæſtione quinta*,
Filius meus multos citat, *in tract. de poteſt. Proreg.*
*quæſt.* 23. *num.* 30. Sed quia † Victores deſæviebant 8
in captivos, eoſque jure belli crudeliter necabant,
prout poterant, *§. in poteſtate*, *de his qui ſunt ſui*,
*vel alieni juris*, *l.*1. *ff. eodem*, *can. fin.* 14. *quæſtione*
4. *can. quid copulatur* 23. *quæſt.*1. *l. libertas*, *ff. de ſtatu hominum*. Inde ex miſericordia, atque humanitate
prohibitum id fuit, *can. nolo* 23. *quæſtione prima*, alia
plura jura cumulat Reg. Mattheu *de re criminali contro* 54. *à numer.*2. conſtitutumque, ut potius venderentur, ac per hoc ſervarentur quàm occiderentur,
*§. ſervi autem ex eo* 3. *de jure perſonar. l. libertas* 4.
*§.*1. *ff. de ſtatu hominum*, *pupillus* 239. *§.*1. *ff. de verb.*
*ſignif.* commutatam morte in perpetuam ſervitutem,
& ſic ſervi dicti ſunt à ſervando, id eſt quod ſerventur vivi, *gloſſ. verbo ſervare*, *in §. ſervi autem ex eo*
*de jure perſonar.* Et ſervi † mancipia dicuntur, eo 9
quod capiuntur ab hoſtium manibus, *§. ſervi autem ex eo*, *de jure perſonar. l. libertas*, *§.*1. *ff. de ſtatu hominum*, docent hæc omnia Pichard. *in §. ſervitus*, *num.*4. *in fine* 5. *&* 6. *de jure perſonar.* Fagundez *de juſtit. & jure*, *libro* 2. *cap.* 1. *num.*3. *verſic. Primus igitur*, Diana *reſol. mor. par.*7. *tract.*7. *reſol.*3. 4. *&* 5. *& in coordin. par.*7. *tract.*8. *reſol.* 3. *per totam* 4. *&* 5. Fermoſin. *in rub. quæſtione* 1. *num.*24. 25. 26. *&* 27. *de ſervis non ordinand.* Villalobos *in ſum. part.*2. *tract.*5. *dif.*13. *num.*1. *&* 2.

Ab hoc tamen jure ſervitutis excipiuntur Chriſtiani capti ab aliis Chriſtianis, qui ob conſuetudinem inter eos præſcriptam, inveteratam, & inviolabiliter obſervatam, vim legis habentem, non poſſunt in ſervitutem redigi, nec fiunt ſervi, ſed remanent liberi; poſſunt tamen aliquantulum detineri, non ut ſervi, ſed ut ab illis pecuniam aliquam juſtam & moderatam pro eorum libertate, & dimiſſione victores accipiant, ut probat multis citatis filius meus *in tract. de poteſt. Proreg. quæſt.*23. *à num.* 31. *ad* 39. Sed hoc privilegio non gaudent apoſtatæ à fide, ſive ſint ſubditi bellantis, ſive non, quia quod introductum eſt in favorem fidei, non debet prodeſſe iis, qui fidem abjurarunt, Barboſa *in can. mancipia* 13. *diſt.*54. *numer.*2. Hæreticis autem receptum eſt prodeſſe quia iis aliquo modo Chriſtum fatentur, Suarez *diſp.*13. *de bello*, *ſect.*7. *num.*13. Caſt. Palaus *in oper. mor. par.*1. *tract.*6. *diſp.*5. *punct.*4. *num.* 12. multos alios addit Diana *reſol. mor. par.* 11. *tract.*3. *& miſcel.*3. *reſol.*1. *et in coordin. par.*7. *tract.*7. *reſol.*19. *num.*3. *et* 4. exempla ponunt Fagundez *de juſt. et jure*, *lib.*2. *cap.*1. *n.*4. *verſ. Item fas*, Diana *reſol. mor. p.* 7. *tract.*7. *reſol.*5. *et in coordin. par.*7. *tract.*8. *reſ.* 5. *n.*5. Et ſi hodie jam non fiunt ſervi niſi Mahometani, vel Æthiopes, Fagundez *de juſt. et jure*, *lib.*2. *cap.*2. *num.* 2. 10

Nativitate efficiuntur ſervi, qui ex ancillis noſtris naſcuntur, ſive patres ſint liberi ſive non, ſive naſcantur ex matrimonio legitimo, ſive non, quia partus ſequitur ventrem, *l. partum*, *C. de rei vindicat. §. ſervi autem* 4. *de jure perſonar. §. ſed et ſi quis*, *de ingenuis*, *cap. unico*, *de natis ex libero ventre*, *cap. fin. de ſervis non ordinand.* de qua ſpecie ſervitutis videndi ſunt Molina *de juſt. et jure*, *tom.*1. *tract.*2. *diſp.*33. Fagundez *de juſt. et jure*, *lib.*2. *capit.*1. *num.*5. *et* 6. Sanchez *de matrim. lib.*7. *diſp.*24. *num.*5. Pichard. *de nobilit. num.*12. *et à num.*91. Diana *reſol. mor. par.*7. *tract.*7. *reſol.*9. *et in coordin. par.*7. *tract.*8. *reſolut.*11. Barboſa *in cap. unico*, *num.*2. *et* 3. *de natis ex libero ventre*, *et in l. partum*, *num.*1. 2. *et* 3. *C. de rei vindicat*, Fermoſin. *in rub. num.*28. *et latè*, *in cap. fin. q.* 1. *de ſervis non ordinand.* 11

Juſta condemnatione ob delictum efficiuntur ſervi, ſi quis propter graviſſimum crimen ab habente publicam poteſtatem ea pœna damnati ſint, quia ſicut quis poteſt juſtè puniri morte, ita etiam ſervitute, *ut in eos qui*, *diſt.*32. *can. cùm multæ* 15. *qu.* 8. *cap. ita quorundam*, *de Judæis*, *can. de raptoribus* 36. *quæſt.*1. *l. ſi manumiſſus*, *C. de libertis*, *et eorum filiis*, *§. maxima*, *de capitis diminutione*, Pichard. *in §. ſervitus*, *num.*6. *de jure perſon.* Fermoſin. *in rub. quæſt.*1. *num.* 12

num.29. de ſervis non ordinand. latè Molina de juſt. & jure, tom.1. tract.2. diſp.33. Fagundez de juſt. & jure, lib.2. cap.1. n.7. & 8. Diana reſol.mor. par.7. tract. 7. reſol.7. & in coordin. par.7. tract.8. reſol.6. aliqua tradidi, dec.86. n.16. & à n.23. par. 2.

13 Emptione efficiuntur ſervi, qua homines antea liberi emuntur in ſervos. Requiruntur tamen plures conditiones, ut venditio libertatis jure civili valida fiat, §. ſervi autem 4. juxta gloſſ. verbo major, de jure perſon. l.1. & 4. ff. quibus ad libertatem proclamare non licet, l. & ſervorum, §.1. l. homo liber, ff. de ſtatu homin. l. liberis, ff. de liberali cauſa, l. non ideo, l. ſi minus, C. eodem, Pichard. in §. ſed cum aliquis, de teſtament. ordinand. Molina tom.1. de juſt. jure, tract.2. diſput.33. Fagundez de juſt. & jur. lib.2. cap.1. n.9. Barboſa in cap. unico, num.4. de natis ex libero ventre, Diana reſol. mor. par.7. tract.7. reſol.6. & in coordin. par. 7. tr. 8. num.4.

14 In prædictorum ſervorum conditione nulla eſt differentia, quoad hoc ut unus ſit magis ſervus quam alius, quia in ſpecie ſervitus ſcindi non poteſt, §. fin. de jure perſonar. l. & ſervorum, ff. de ſtatu hominum, Pichard. in §. ſervitus, n.6. in fine, de jure perſon. Fermoſin. in rub. quæſt.1. n.30. & 67. de ſervis non ordin. Barboſa in can. generalis 12. diſt.54. nu. 1. in fine. Et licèt in officiis, & miniſteriis plurimum differre ſoleant, gloſſ.1. in §. fin. de jure perſon. Solorzanus de jure Indiar. tom. 2. lib.1. cap.3. n.18. & in triplici ſint differentia. Quidam qui verè ſervi ſunt, ut poſſint domini eos vendere. Alii Adſcriptitii, qui glebæ, ſeu prædio colendo ſunt perpetuo adſtricti. Alii originarii, qui ſunt orti ex adſcriptitiis, & cum eis ſimul imputantur inter bona immobilia, & ſunt pars fundi, de quibus omnibus abundè Fermoſinus in rub. quæſt.1. à n.38. ad 70. de ſervis non ordinand. Solorzanus de jure Indiar. tom.2. lib.1. cap.3. per totum. Tamen ſervitus, tàm circa originarios, quàm adſcriptitios ſervos jam non eſt in uſu, Suarez de cenſur. diſt.91. ſect.3. numer.15. Fermoſin. in rubr. quæſt.1. numer.39. de ſervis non ordinand. Barboſa in canon. quis contra leges 11. diſputat. 54. numer. 1. & in Hiſpania ex Navarro conſil.1. numer.83. de conſtit. obſervat Solorzan. de jure Indiar. tom.2. libr.1. capit.3. num.65.

15 Secundus caſus eſt in famulis, & colonis laicis temporalibus, & conductitiis Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum, an ipſi gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici? Et in hoc caſu eſſe opiniones, dicunt Menoch. de arb. jud. caſu 562. n.4. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. n.149. verſicul. Aut famulus, & hinc inde adeſſe communem opinionem, inquit Sperell. deciſion. 128. numer.7. libr.2. & non levis difficultatis propter diſcordantes, & repugnantes opiniones Doctorum eſſe ait Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti de competent. juriſdict. quæſt.100. num.6. in fine, in quo.

16 Prima eſt opinio affirmativa, quod famuli, & coloni laici temporales, & conductitii Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, ut tenent plures, quos citavi, deciſ.8. numer.121. part.1. addo Dianam in coordinat. part.9. tractat.2. reſol.160. num.2. & 3. & tract.8. reſol.3. num. 4. Mendo de Ordin. Militar. diſquiſit.2. numer.72. Aufrerium Auguſtinum, Taurellum in ejus conſilio pœnes Barboſam de jure Eccleſ. univ. lib.1. cap.39. §. 4. per totum, ſignanter concludit, numer.102. & notat in l.2. num.2. C. de Epiſcop. & Cleric. Don Didac. Aoton. Frances de Urrutigoyti de compet. juriſd. quæſtion. 100. num.6. 7. & 8. veriorem eſſe inquit Sperell. deciſ. 138. num.7. lib.2.

17 Secunda eſt opinio negativa, quod famuli, & coloni laici Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum non gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, ut docent innumeri quos laudavi, & ſequutus fui, deciſ.8. num. 122. part.1. quibus addendi ſunt Caſtr. Palaus in oper. mor. part.2. reſol.12. diſp. unica, punct.2. num.10. verſ. Nono, Riccius collect.131. verſic. Sed an coloni, Curia Philippica tom.1. part.3. §. 1. num.15. in fine, Tuſchus pract. concluſ. litera E, concluſ.77. à numer. 14. cum pluribus ſeq. Parlador. rer. quotidian. tom.4. differ. 9. §.1. num.8. Marinis lib.2. reſol. jur. allegat.75. num. 1. & 2. veriorem, & receptiorem eſſe dixit Ciarlin. controv. foren. lib.1. cap.20. num.37. & lib.2. capit.186. à num.28. cum pluribus ſeq. & num.46. & 67. uſu receptam teſtatur Bonacina in Bulla Cœnæ, diſp.1. quæſt. 16. ſect.1. part.3. numer.8. Gambacurta de immun. Eccleſ. lib.7. cap.11. numer.9. verſic. De ruſticis, Bovad. in politic. libr.2. cap.18. num.166. in fine, Luca in animadver. ad Gratian. diſceptat. foren. cap. 341. num. 5. Sperell. deciſ.41. à num.29. libr.1. & hanc eſſe magis receptam opinionem Doctorum ait Maſcard. de gener. ſtatut. interpr. concluſ.1. numer.136. verſic. Aut agitur, & ſecundùm iſtam opinionem ſæpius Senatum Taurinenſem judicaſſe refert Theſaurus deciſ.22. numer. 1. juncto numer.4. verſicul. Verum retenta, ex Oſaſco deciſ.31. Senogalliæ, & Placentiæ ſervatum ait Vulpell. de libertat. Eccleſ. cap.3. numer.24. & de facto vidiſſe quendam crematum, ut laicum, refert Belluga in ſpecul. Princip. rub.11. §. videndum, num.10. & ex eo Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. num.389. verſicul. Limitatur tertio, & anno 1591. in Urbe Panormitan. famulum Receptoris militum Hieroſolimitanorum furcis ſuſpenſum ob homicidium per eum appenſate commiſſum, non obſtante, quod dictus Receptor conabatur illum defendere ſuo privilegio, & non potuit obtinere, teſtatur Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. num.147. verſ. Ego vero, qui num. 150. dicit opinionem affirmativam eſſe ſatis periculoſam, & ex eo Daniel de Nobilibus diſput.27. num. 14. in fine, qui in addit. num.1. reprobat Angel. Auguſtin. Taurellum in ejus Conſilio pœnes Barboſam, cujus magnum feſtum fecit Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti de compet. juriſdict. quæſt. 100. num.17. deciſiones Cancellarii Regni Valentiæ tradit Mattheu de regim. Reg. Valen. cap.7. §.1. à num.178. & ſecundum hanc opinionem negativam fuit judicatum in Cathalonia per Cancellarium Loris 8. Januarii 1578. per Cancellarium Rovirola anno 1604. per Cancellarium Agullana 12. Decembris 1606. per Cancellarium Carmona 30. Octobris 1618. per Magarola Tertium 21. Februarii, & 3. Novembris 1620. per Cancellarium Puigmari anno 1631. & per Regium criminale Conſilium 12. Juni 1631. tradidi, deciſ.8. num.123. par.1. quibus addo ita deciſum per Cancellarium Chaſſador 9. Decembris 1569. in favorem Curiæ ſæcularis ſubvicarii Dertuzæ contra Curiam Eccleſiaſticam Dertuzen. & Petrum Peyret francigenam, panicerium ordinarium panis Canonicorum Eccleſiæ Dertuzæ, & ſic aſſertum familiarem, domeſticum, & commenſalem Capituli Eccleſiæ Dertuzen. Et per eundem Cancellarium Loris, Conſultoribus Planes, & Sans 23. Julii 1577. contra Vincentium Inca Valentinum, in Regiis carceribus captum prætendentem ſe familiarem eſſe Capituli, & Clericorum Eccleſiæ Dertuzen. ex quo certa mercede conductus habebat curam horologii dictæ Civitatis. Et per eundem Cancellarium Loris, Conſultoribus Sala, Tamarit, & Amell. 23. Novembris 1577. contra Baudilium Villar. Carnicerium macelli Canonicorum Civitatis Gerundæ, Et per Cancellarium Pons, Conſultoribus Paſtor, Triſtany, Vidaly, Roca, Ferrer, & Vinyal 10. Februarii 1669. in favorem Procerum Confratriæ ſartorum Civitatis Barcinonæ, contra Joſephum Pere ſartorem, ſceptiferum, ſivè viadell Capituli Sedis Barcinonæ. Et per eundem Cancellarium Pons 27. Februarii 1671. in favorem Chriſtophori Reguer Vicarii Regii Rivipulli, & Fiſci Procuratoris Curiæ ſæcularis Vicarii Regii Civitatis Vici contra Curiam Eccleſiaſticam Vicen. Paulum Roſſo, Antonium Capxich, Petrum Viladell, & Salvadorum Scrinyanell famulos laicos conductitios Antonii Rollan Presbyteri, & Rectoris Eccleſiæ Parochialis Sancti Quintini de Puigrodon, & per noſtram Regiam Audientiam 16. Junii 1677. referente Magnifico Joanne Colomer in facto juris firmæ in favorem Syndici Civitatis Tarraconæ contra Capitulum Sedis dictæ Civitatis, in qua fuit declaratum, officiales laicos Capituli Tarraconæ non gaudere

dere privilegio fori. Actuario Ribes. His adde tradita ſupra, *deciſ.*140. *à num.*22.

18 Limitatur hæc opinio negativa, [ ſeu ut alii dicunt, eſt tertia opinio ] ut procedat, ſi Clerici & Eccleſiaſticæ perſonæ non impediuntur uti ſervitio famulorum laicorum temporalium, & conductitiorum ſine damno, vel incommodo illorum, aut ſaltem levi, nam tunc famuli laici Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum non gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici; ſecus ſi Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ impedirentur uti ſervitio ipſorum famulorum cum gravi damno, & incommodo ipſorum Clericorum, quo caſu famuli laici Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici. Quia alias privilegium Clericorum remaneret inutile, niſi ſic intelligeretur, ita Felin. *in cap.* 3. *num.*2. *verſ. Tene iſtam concluſionem*, *de foro competent.* opinionem probabiliorem inquit Menochius *de arb. jud. caſu* 562. *num.*11. Tuſchus *pract. concluſ. litera E, concluſ.*27. *num.*32. Maſcard. *de gener. ſtat. interp. concluſ.*1. *num.*136. *verſ. Aut agitur, ibi: Niſi forte*, Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.* 250. *verſ. Quoad ſervos conductitios*, & *num.*210. Surdus *conſ.*304. *num.*11. *lib.*3. Gambacurta *de immun. Eccleſ. lib.*7. *cap.* 11. *num.*9. *verſ. Quartum caſum*, Marinis *reſol. jur. lib.*1. *cap.*117. *num.*3. Gratian. *deciſ.*233. *num.*7. & *diſceptat. foren. cap.*340. *numer.*4. & 5. Alterius *diſp.*10. *de excom. Bullæ*, *lib.*5. *cap.*2. *fol.*575. *col.*2. Narbona *l.*12. *gloſſ.*1. *num.* 29. & 30. *tit.*1. *lib.*4. *recop.* Diana *reſol. moral. par.*3. *tract.* 1. *reſol.*47. & *in coordinat. par.*9. *tract.*2. *reſol.*160. *numer.*3. *in fine*, *verſ. Cujus ſententia*, Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.*1. *cap.*4. *dub.*15. *ſect.*1. *numer.*17. *in fine*, & *num.*29. *verſic. Quod multo magis*, Squillante *de privileg. Cler. cap.*7. *dub.*2. *numer.*57. Daniel de Nobilibus *diſput.* 27. *num.*11. Tondut. *de præven. jud. par.*1. *cap.*29. *num.*19. Fermoſin. *in cap. cùm contingat* 13. *quæſt.*12. *num.*9. *de foro competent.* Xammar *rer. jud. defin.*28. *num.*32. Anſaldus *de juriſdict. par.* 2. *tit.*11. *cap.*5. *num.*20. & 21. Ciarlin. *contr. foren. lib.*1. *cap.*20. *num.*39. & *lib.*2. *cap.* 186. *num.*62. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.*1. *cap.*39. §. 4. *à num.*11. Mendo *de Ordin. Militar. diſquiſit.* 2. *num.*72. Sperell. *deciſ.*128. *num.*17. 18. 19. & 20. & ſecundum hanc limitationem judicatum per Cancellarium Regni Aragonum teſtatur Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *in paſtor. regul. part.*3. *voto* 10. & *de compet. juriſd. quæſt.*100. *à num.*10. *præcipuè num.*20. conducit *gloſſ. verbo Admittituntur*, *in cap. licet, verſic. Cùm conceditur*, ubi Franc. *num.*2. Dominic. Archidiac. & Barboſa *à numer.*2. *de privileg. in* 6. Bartol. *in tract. de repreſal. quæſt.*7. Gratianus *diſceptat. foren. cap.*340. *num.*6. Marian. Antonin. *var. lib.*1. *reſol.*75. *num.*4. Narbona *l.*2. *gloſſ.* 1. *num.*31. *lib.*1. *tit.*4. *recop.* Barboſa *de jure Eccleſ. un. lib.*1. *cap.*39. §.4. *num.*14. Eſcobar *de Pontif. & reg. juriſd. inſtitut. gener. cap.* 37. *num.* 28. Giurba *conſ.* 88. *num.*11. *verſic. Imo fori*, Sperell. *deciſ.*128. *numer.*21. *lib.*2. Fontanella *deciſ.*336. *numer.*14. & 15. *par.* 2.

19 Quando autem Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ dicantur impediri ſervitio famulorum cum gravi damno, & incommodo, non eſt in jure definitum, nec definiri potuit, ob idque judicis arbitrio relinquitur, ita ex Doctoribus citatis, *num.* 18. Menochius *num.*12. Maſcardus *num.*136. *verſ. Aut agitur*, *in fine*, Gratian. *cap.*340. *numer.*25. Diana *num.*3. *in fine*, Daniel de Nobilibus *num.* 2. Tondut. *numer.*20. Barboſa *num.*12. Sperell. 22.

20 Hinc homines laici, qui aſſumpto habitu religioſo adhibentur ad ſervitia, & obſequia monialium, ſeu ad petendum pro ipſis eleemoſynas, gaudent privilegio fori; & canonis, ut de privilehio fori dicunt Bonacina *in Bul. Cœn. diſp.* 1. *quæſt.*16. *ſect.*1. *punct.* 3. *num.*18. Diana *reſol. mor. par.*4. *tract.*1. *reſolut.*31. & *in coordinat. par.*9. *tract.*2. *reſol.*176. *num.*1. *in fine*, Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.*1. *capit.* 4. *dub.*1. Mendo *de Ordin. Milit. diſquiſit.*14. *num.* 44. *verſic. Laicos*, Pellizzarius *in tract. de monialib. cap.*.. *num.*9. *de privilegio canonis*, Bardonus *in Conſil. regul. reſol.* 28. *num.* 19. Bonacina *tom.* 2. *de excommun. quæſt.* 4. *punct.*3. *num.* 10. Diana *reſol. mor. par.*6. *tract.*8. & *miſcel.*3. *reſol.*7. & *in coordinat. par.* 9. *tract.*2. *reſol.*163. *num.*4. *verſic. Adde*, Barboſa *de jure Eccleſ. univerſ. libr.*1. *cap.*39. §.1. *num.*23. *in fine*, Mendo *de Ordin. Milit. diſquiſit.*14. *num.*44. *in fine*, *verſ. Idem*, *de laicis*, Pellizzar. *in tract. de monial. cap.*9. *num.*14.

Sed contra iſtam opinionem, ſeu primam limita- 21
tionem, quod famuli, & coloni laici Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum conductitii ad tempus ſervientes etiam in iis, quæ concernunt præciſam neceſſitatem Clericorum, & ſi per ſe efficere nequeant, non gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, latè Anſaldus *de juriſd. par.*2. *titt.*11. *cap.*5. *à num.* 22. & Doctoribus contrariis, nempè Felino, Menochio, & Gratiano reſpondet, *à num.* 109. *verſ. Jura vero*, *uſque ad num.* 113. *verſ. Neque jura*, & dato quod dicta prima limitatio, ſeu opinio admittatur pro vera, opus eſt magnâ circumſpectione; non enim videtur poſſe dici; Eccleſiaſticos eorum privilegiis, vel quoad proprias perſonas, vel bona frui non poſſe, & ſic illa inutilia remanere; quilibet enim cernere poteſt, quod ſicuti famuli temporales conductitii Clericorum poſſunt ad libitum recedere, & cum Clerici alios aſſumere poſſint, quibus utantur, eodem modo ſi ob ſua delicta in carcerem iſti famuli detruduntur, alios conducere Clerici poterunt, & facillimè, ut patet ad ſenſum, & quilibet rectus judex arbitrari poteſt, ſic Daniel de Nobilibus *diſp.*27. *num.*11. *verſ. Hac enim*. Et quamvis dicta prima limitatio, ſeu opinio de jure procederet, contrarium ſervatur de conſuetudine, ut credit Fermoſin. *in cap. cùm contingat* 13. *quæſt.*12. *num. in fine*, *de foro competen.* probabilius non ſolùm attento jure, ſed etiam attenta conſuetudine dicit Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.*1. *cap.*4. *dub.*15. *ſect.* 1. *num.*29. *verſ. quod multo magis*, *juncto num.*30. de conſuetudine, & foro Regni Valentiæ teſtantur Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap.*7. §.1. *numer.*179. *verſ. Et licet*, Belluga *in ſpecul. Princip. rubr.*11. §. *videndum*, *à num.* 9. & ſervatur in praxi in Cathalonia, ut fuit deciſum in cauſis Macellarii Capituli Ilerdæ, Veſpilionis, ſive foſſerii Sedis Barcinonæ, famulæ coquinariæ Petri Pons Canonici Ilerdæ, & Guillelmi Baptiſtæ laici deſervientis in monaſterio Monialium Capuccinarum Civitatis Gerundæ, ut tradidi, *deciſ.*8. *num.* 123. *verſic. Sed contrarium*, *par.* 1. & in cauſis Petri Peyret panicerii Canonicorum Civitatis Dertuzæ, Vicentii Inca prætendentis ſe eſſe familiarem Capituli, & Canonicorum Civitatis Dertuzæ, habentis curam horologii dictæ Civitatis, Benedicti Villar Carnicerii macelli Canonicorum Civitatis Gerundæ, Joſephi Pere ſceptriferi Capituli Sedis Barcinonæ, Pauli Roſſo, & aliorum famulorum conductitiorum Rectoris Sancti Quintini de Puigrodon, *de quibus ſupra*, *num.*17.

Et quod homines laici, qui aſſumpto habitu religio- 22
ſo adhibentur ad ſervitia, & obſequia monialium, ſeu ad petendas pro ipſis elcemoſynas, non gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, fuit declaratum in Cathalonia per Magarola tertium, Conſultoribus Bonet, & Magarola 2. Novembris 1620. contra Guillelmum Baptiſtam laicum, deſervientem Monaſterio Monialium Capuccinarum Civitatis Gerundæ in carceribus Regiis Barcinonæ captum.

Nullum namque eſt dubium in his attendendam 23
eſſe conſuetudinem, quæ ſi adeſt animadvertendi per judices ſæculares in famulos, & colonos Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum, tàm in civilibus, quàm in criminalibus, valida eſt, cùm non ſit valdè oneroſa Eccleſiis: Bellug. *in ſpecul. Princip. rub.*11. §. *videndum*, *num.*9. *in fine*, *verſic. Maximè*, Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.*389. *verſic. Limitatur tertio*, Marian. Antonin. *var. reſolut.*75. *numer.* 7. multos alios addit Daniel de Nobilibus *diſput.*27. *numer.*13. & 14. & *in addit. num.* 4. ſi ſit legitimè præſcripta, Don Didac. Anton. Frances

de

de Urrutigoyti *de compet.juriſd.q.* 100. *n.* 15. & è contra Ciarlin.*contr.forenſ.lib.2.c.*197.*n.*63.*verſic.Quinto, & num.*64. *lib.* 2.

24 Limitatur 2. ſi famuli, & coloni Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum habent privilegium à Principe laico conceſſum, ut gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, nam tunc eo gaudent, ut poſt Abbatem, & Burſatum tradit Theſaurus *deciſ.* 22. *num.*7. qui ſecus dicit, ſi hujuſmodi privilegium conceſſum eſſet ſolummodo à Summo Pontifice, quod nihil operatur, niſi in terris, & juriſdictione Eccleſiæ, & inquit, ſe ita vidiſſe ſervatum in Senatu Sabaudiæ, ſequuntur Menochius *de arbitr.jud.caſu.*562.*n.*15. Trentacinq.*lib.*2.*var de foro compet.reſol.*1.*numer.* 1. *verſic. Ego non recederem*, *ibi*: *Septimo*, Decian.*tract.crim. tom.*1.*lib*4.*cap.*9.*num.*58.Riccius *deciſ.*193.*ſub num.* 2. Ciarlinus *controv. forenſ.cap.* 186.*n.* 63. *verſic. Quarto fallit. lib.* 2.

25 Limitatur 3. quando famuli, & coloni Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum eſſent in Eccleſia illius loci, cujus juriſdictio temporalis pertinet ad Eccleſiam, quo caſu gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, Theſaurus *deciſ.*22.*nu.* 7. *verſic. Sexto fallit.* Trentacinquius *libr.* 2. *var. de foro compet. reſolut.* 1. *numer.* 2. *verſic. Ego non recederem*, *ibi*: *Quarto*, Ciarlin. *controv. forenſ. capit.* 186. *numer.* 70. *libro* 2.

26 Alias plures limitationes tradunt Theſaur. *deciſ.* 12. *à num.* 5. Trentacinq.*lib.*2.*var.de foro compet.lib.*1.*n.*2. *verſic. Ego non recederem*, Menoch. *de arb. judic. caſu.* 562. *a num.*13.Maſcard. *de gener.ſtat.interp. concluſ.* 1. *numer.*137. Ciarlin. *contr. forenſ. lib.* 2. *capit.*196.*à numer.* 58.

27 Tertius caſus eſt, in famulis, & colonis Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum gratis ſervientibus abſque aliqua mercede, qui fori Eccleſiaſtici privilegio gaudent, Reg. Leo, & Barboſa *quos citavi*, *deciſ.*8. *num.* 133. *part.* 1. Tamen de conſuetudine, & praxi Cathaloniæ non gaudent. Etenim in deciſionibus relatis *deciſ.*8.*num.*123.*part.*1. dempta prima Joannis Roan, & ſupra traditis, *num.* 17. exceptis Vincentii Inca, & Pauli Roſſo, & ſociorum, abſque diſtinctione, an famuli laici Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum ſint conductitii, vel gratis ſervientes, fuit declaratum, quod non gaudebant privilegio fori Eccleſiaſtici, ut dixi *dicta deciſ.* 8. *numer.* 133. *part.* 1.

28 An autem Dominus teneatur de delicto ſui famuli? Videndi ſunt Farinac. *in praxi*, *part.* 1.*quæſt.*24. *à numer.* 48. *ad* 107. *& conſ.* 230. *lib.* 3. Vermigliolus *conſ.* 334. *&* 335. Coſta *de facti ſcientia*, *& ignorantia inſpect.*42. *&* 43. Thoro *in compend. deciſ. part.* 3. *ſect.* 1. *verbo Dominus an teneatur*, *fol.* 311. Barboſa *in repertor. verbo familia in princ.* Conciolus *reſolut. crim. verbor. Mandatum reſolut.* 3. Riccius *collect.* 1550.

29 Sed utrum Dominus teneatur expenſas facere pro famulo infirmo? Reſp. cum diſtinctione, quod aut expenſa eſt modica, vel eſt magna. Si modica, debet facere; ſi verò magna, tunc ſecus, ita Bartol, *in l. ſi cum dotem* 23.*§.ſi autem in ſæviſſimo*, *num.*8.ubi Alexander *num.*6. *ff. ſolut.matr.* Aufrer. ad Capel.Tholoſan.*deciſ.*268. *in fine*, Surdus *de aliment. tit.*4.*quæſt.* 23. *numer.* 34. Alfaro *de offic. fiſcal. gloſ.* 39.*numer.*6.*in fine*, Petr. Barboſa *in divortio*, *§. fin.part.*1.*numer.*20. *ff.ſolut.matr.*Covar.*libr.*3.*var.capit.* 13.*numer.* 8. *ibi*: *Tenetur tamen*, Portoles ad Molin. *§. famulus*, *numer.*4.Azevedo *l.*9.*numer.*19.*tit*. 15. *lib.* 4. *recop.* Parlador. *rer. quotidian.differ.*130.*§.*9.*num.*3.*tom.*2. Guttier. *pract.lib.*4.*quæſt.*52.*num.*16. Peguera *deciſ.* 151. *tom.* 1. remiſſivè Laynes ad Gomez *var.reſol.tom.*2.*cap.*3.*num.* 4. *ibi. Quarto infero*, ſic intelligendi Bolannos *in cur. Philip.tom.*2.*part.*3.*§.*4.*num.* 38. *verſic. Y ſi en la enfermedad.*Urſellius *concluſ.*60.*numer.*19. Florez. de Mena *var.lib.*1.*qu.*8.*§.*2.*num.*17. facit, *l.in rebus*, *§.poſſunt,ff. commodati*, & quæ docent Mantica, Cardoſus, Garzia, & alii plures quos citat Hermoſilla ad Gregor Lopez *tom.*1.*fol.mihi* 163.*pag.*2.*n.*1. Surdus *de aliment.tit.*4.*q.* 23. *num.* 36.

Idemque eſt in medicinis pharmacopolæ, quæ pro 30
famulo infirmo à medico ordinantur, nam eas dominus ſolvere tenetur, ſi medicinæ ſunt modici valoris, ſecus ſi ſunt alicujus valoris, niſi pro illis caviſſet, Caroccius *de locato*, *par.* 1. *de famulis ſub numer.* 35. *fol. mihi.* 35. *pag.* 2. determinatum per noſtram Regiam Audientiam teſtatur Peguera *deciſ.*151.
*numer.* 2. *tom.* 1. Intellige † ſi tales expenſæ, vel me- 31
dicinæ præſtentur, ut famulo, ſecus ſi ut pauperi, nam tunc dominus ad omnes expenſas, & medicinas tenetur, ſi famulus ita pauper eſt, qui non habeat, unde ſibi ſubveniat, Angelus *in ſumm. verbo familia*, *numer.* 2. Aufrer. ad Capel. Tholoſan. *deciſ.* 268. *in fin. verſic. Adde*, Caroccius *de locatio part.* 1. *de famulis*, *numer.* 36. Surdus *de aliment. tit.* 4. *quæſt.* 23. *ſub num.* 34. Urſcellius *concluſ.*60. *ſub numer.* 19. *& concluſ.*89.*num.* 459. Diana *reſol. mor. part.* 1.*tr.* 8. *reſol.* 86. *& in coordinat. part.* 6. *tract.* 3. *reſol.*175. *numer.* 2. Barboſa *in capit.* 1. *numer.* 6. *Clerico ægrotante*.

Quantitas modica, vel magna pro expenſis, & me- 32
dicinis famuli infirmi, quæ dicatur? Parladorius dicit eas eſſe, qualis ſolet eſſe infirmi alimonia, *rer.quotidian.tom.*2. *differenſ.* 136.*§.*9.*num.*3. ſed verius eſt arbitrio judicis relinqui, Gregor. Lopez *leg.* 7. *tit.* 2. *part.* 5. *gloſ. unic.* Guttier. *pract.libr.* 4. *quæſt.* 52. *num.* 16. *in fine*, Hermoſilla ad Gregor. Lopez. *tom.* 1.*fol.* 163. *pag.* 2. *numer.* 2. Peguera *deciſ.* 151. *in fine part.* 1.

Et an dominus teneatur ſolvere ſalarium famulo 33
infirmo? Queſtio eſt multum controverſa remiſſivè Surdus *de aliment.tit.*4.*quæſt.*4.*quæſt.*23.*num.* 35. Reg. Vico *ad prag.Reg.Sard.tom.*2.*tit.*32.*cap.* 4. *num.* 2. Baronius *de citatione in addit.ad quæſt.*19.*nu.*145.Auguſt. Barboſa *in cap. ad audentiam* 15.*num.* 7. *de Cler.non reſident.* ſed veritas eſt quod non, ita poſt antiquos docent Gomez *tom.*2.*var.cap.*3.*num.*3.*verſic.Quarto infero*, ubi Ayllon. Laynez *num.*4. *ibi*: *Quarto infero*, Aufrer. ad Capel. Tholoſan. *deciſ.* 268. Bolannos *in cur. Philip.tom.*2.*lib.*3.*cap.*4.*num.*38. Covar.*var.reſol.lib.*3. *cap.* 13. *numer.*8. *verſic.Idem apparet*, *cum ſeq.* Caroccius *de locato*, *par.*1. *de famulis à num.* 23. *fol. mihi* 35. Azevedo *l.*9.*num.*15.16. *&* 27.*tit.*15.*libr.* 4. *recopil.* Guttier. *pract.lib.*4.*quæſt.*52.*numer.*12. *&* 24.Cævallos *com.cont.com.quæſt.*288.*numer.*1. 2. 3. *&* 4. Portoles ad Molin. *§. famulus*, *num.*6.7.8.*&* 9.Parladorius *rer.quotid.tom.*2.*differ.*130.*§.*3.*num.*1.*&* 2. Eſcobar *de ratiociniis*, *cap.*27. *à num.*20. Florez de Mena *var.lib.*1.*quæſt.* 8.*§.*2.*num.*17. Cardoſ. *in prax. jud. verbo Salarium ſub num.*7. Morla *in empor. jur.part.*1.*tit.*2.*quæſt.* 28. *num.* 11. Cabal. *reſol.crim.caſu* 294. *numer.*423. Scialoya *de foro compet. capit.* 33. *numer.* 139. *verſic. Sed famulu*, Hermoſilla ad Gregor. Lopez *tom.* 1. *fol.* 163. *pag.* 2. *numer.* 3. 4. *&* 5. Barboſa *in capit.* 1. *numer.* 5. *de Cler. ægrotan. & in addit. ad cap. ad Audientiam* 15. *à numer.* 1, *de Cler. non reſident. & in leg. fin. numer.* 3. *C. de condict. ob cauſam datorum*, Diana *reſol. mor. part.* 1, *tract.* 8. *reſol.* 86. *& in coordin. par.* 6. *tract.* 3. *reſol.* 175. Pereyra *quæſt. forenſ.* 30. *numer.* 9. Marian. Antonin.*variar.lib.*1.*reſol.*92. *num.* 7. Niſi famulus infirmus alium in ſui defectum ponat, nam tunc integrum ſalarium ei erit præſtandum, ut docent Doctores citati, Azevedo *numer.* 20. Guttier. *numer.* 15. Eſcobar *n.*25.Hermoſilla *n.*6.Barboſa *in addit. ad capit.ad Audientiam*, *numer.* 5. *& in l. fin. numer.* 5. Vel niſi poſt recuperatam ſalutem tantum tempus deſerviret, quantum ægrotus fuit, ut tradunt prædicti Doctores, Azevedo *numer.* 22. Guttier. *numer.* 14. Eſcobar. *numer.* 24. Hermoſilla *numer.* 6. Barboſa *in addit. ad capit. ad Audientiam numer.* 5. *in fine*, *& in leg. fin. numer.* 6. Carocius *de locatio*, *part.* 1. *de famulis*, *numer.* 20. Cardoſ. *in prax. jud. verbo ſalarium*, *numer.* 7. *in fine*.

## *ARGUMENTUM.*

An Clericus tam in actione perſonali quàm reali gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque ſit coram judice Eccleſiaſtico.

## *SUMMARIUM.*

1 *Clericus in actione reali an gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque ſit apud judicem Eccleſiaſticum, num.* 1. *prima eſt opinio negativa, num.* 2. *ſecunda eſt opinio affirmativa, num.* 3. *deciſiones Cancellarii Cathalonia, num.* 4. *& reprobantur conſuetudines contrariæ, num.* 5. 6. *&* 7. *Ampliatur* 1. *opinio affirmativa, ut procedat in Clerico, qui titulo univerſali hæreditatis, vel emptionis, donationis, aut alio titulo particulariæ poſſidet fundum, domum, ſeu aliam rem ſpecialiter, aut generaliter per laicum hypothecatam præſtationi alicujus cenſualis, violarii, & alterius obligationis, num.* 13. *ſubampliatur* 1. *hæc* 1. *ampliatio num.* 14. *Ampliatur,* 2. *num.* 15. *ſubampliatur* 3. *num.* 16. *ſubampliatur,* 4. *num.* 17. *ſubampliatur,* 2. *num.* 20. *Ampliatur* 3. *num.* 21. *Ampliatur* 4. *num.* 22. *Limitatur* 1. *num.* 23. *ſed vide, num.* 24. *Limitatur* 2. *in cauſis feudalibus, num.* 27. *Ampliatur* 1. *hæc* 2. *limitatio, ſive de proprietate feudi ſive de ejus poſſeſſione agatur, num.* 28. *Ampliatur* 2. *num.* 29. *ſublimitatur pluribus modis remiſſivè, num.* 30. *Limitatur* 3. *in cauſis emphyteuticariis, num.* 32. *&* 33. *Limitatur* 4. *in bonis regalibus, numer.* 34. *Limitatur* 5. *in bonis donatis à Rege, quæ appellantur de realenco, num.* 35.

8 *Clericus poſſidens bona ſpecialiter, aut generaliter hypothecata gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, num.* 8. *&* 12. *deciſiones Cancellarii referunt, num.* 13. *Ampliatur quatuor modis, num.* 14. 15. 16. 17. *&* 19.

9 *Hypothecaria actio eſt realis, & judicatur de ea tanquam de mere reali.*

10 *Hypotheca tranſit in quemcumque poſſeſſorem, etiam ſingularem, & in Eccleſiam, ſeu Clericum, ac alium privilegiatum.*

11 *Clericus poſſidens non poteſt regulariter amoveri à ſua poſſeſſione, niſi conveniatur coram judice Eccleſiaſtico.*

18 *Creditor verè dicitur poſſidere pignus naturaliter, & civiliter, & ei dantur remedia poſſeſſoris.*

23 *Clericus poteſt bona ſua patrimonialia ſubmittere juriſdictioni judicis ſæcularis, num.* 13. *ſed contrarium eſt verius, num.* 24. *niſi cum facultate Summi Pontificis, n.* 26.

35 *Bona patrimonialia Clericorum ſunt exempta à juriſdictione ſæculari, ſicut perſonæ.*

27 *Clericus in cauſis feudalibus non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſed conveniendus eſt coram domino feudi etiam laico, num.* 27. *ampliatur, num.* 28. *&* 29. *limitatur remiſſivè, nu.* 30.

31 *Cauſa feudalis quæ dicatur, remiſſivè.*

32 *Clericus in cauſis emphyteuticariis poteſt de conſuetudine Cathaloniæ conveniri coram judice ſæculari, ſecus de jure, n.* 32. *&* 33.

36 *Forum quis ſortitur ratione rei ſitæ, ſive conveniatur rei vindicatione, ſive actione perſonali in rem ſcripta, ſive actione hypothecaria, num.* 36. *etiam ſi reus non reperiatur in loco rei ſitæ, ſi ibi habeat domicilium, vel fuerit citatus per literas ſubſidiales, vel in loco rei ſitæ habeat procuratorem, n.* 37. *intellige ut in n.* 38.

39 *Clericus ſi poſſideat rem, & conveniatur actione reali ratione rei ſitæ, conveniendus eſt coram judice Eccleſiaſtito illius loci, ubi res ſita eſt.*

## DECISIO CXLVII.

IN quæſtione propoſita in argumento diverſæ ſunt 1
de jure opiniones, ut dicit Joan. Faber *in §. ſi verò reus, numer.* 8. *verſic. Quid in realibus, de ſatiſdat.* & conſtat ex Doctoribus citandus, *num.* 2. 3. *&* 12.

Prima eſt opinio, quod Clericus ſolum in actione 2
perſonali, ſcilicet quando convenitur ex contractu, vel quaſi, aut ex delicto, vel quaſi gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque eſt coram judice Eccleſiaſtico: at quando convenitur actione reali ad reſtitutionem hæreditatis, fundi, domus, vel talis rei, non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, ſed eſt conveniendus coram judice ſæculari, *argumento l. viros, C. de Palat. ſacrar. larg. libr.* 12. Tum quia jura *in cap.* 1. *cap. nullus* 2. *capit. ſi diligenti, de foro compet. can. nullus Clericus, can. nullus Epiſcopus, can. inolita, can. placuit,* 11. *quæſt.* 1. *cap. ſi judex laicus, de ſenten. excom. in* 6. *authent. ſtatuimus, Cod. de Epiſc. & Cler.* Solum perſonam Clerici eximunt à juriſdictione ſæculari, non autem ejus, bona, & ſic non extendenda ad caſum, ubi reali actione cum Clerico agitur, *argumento, l. ſi ſingulare, l. quod verò, ff. de leg.* Tum quia in actione reali, non tam Clericus, quàm ejus res ad judicium trahitur, *l. imperatores,* 7. *ibi: in vectigalibus ipſa prædia non perſonas conveniri, ff. de publican. & vectigal. l. liberto* 31. *§. fin. ibi. Sententia prædio. datur, ff. de neg. geſt. l. ſed & loci* 4. *§. ſi aliter, ibi. quoniam magis fundo quàm perſonis adjudicari fines intelliguntur, ff. fin. regundor.* ſic Triviſan, *deciſ.* 34. *lib.* 1. Riccius *collect.* 735. *verſic. Infertur primo, & verſic. Infertur.* 6. Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 32. *gloſſ.* 1. *num.* 82. Caracciol. *de foro privil. quæſt.* 17. *num.* 4. *verſic. Et ideo,* alios plures referunt, ſed non ſequuntur Bovadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 164. *gloſſ. litera H, verſic. Et quod Clerici,* Porroles ad Molin. *§. Clericus, num.* 14. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 39. *§.* 2. *num.* 106. Solis *de cenſibus tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 16. *verſic. Præterea.*

Secunda eſt opinio, quæ de jure verior eſt, quod 3
Clericus tam in actione reali gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque eſt apud judicem Eccleſiaſticum, non ſolum reſpectu bonorum Eccleſiæ, & acquiſitorum ex ſuo beneficio, ſed etiam reſpectu omnium bonorum ſuorum patrimonialium. Tum quia jura *in cap.* 1. *cap.* 2. *cap. ſi diligenti, de foro compet.* & alia ſupra allegata, *numer.* 1. generaliter ſtatuunt, ut Clericus coram judice Eccleſiaſtico conveniatur, nec diſtinguunt, an actio mota in Clericum ſit realis, vel perſonalis, & ſic generaliter abſque diſtinctione debent intelligi, *argumento, l. de pretio, ff. de public. in rem actione.* Tum quia de jure non ſolum perſona Clerici, ſed etiam ejus bona exempta ſunt à juriſdictione ſæculari, *cap. quamquam, de cenſibus in* 6. *cap. ſi Clericus laicum, de foro compet. can. ſimiliter* 16. *quæſt.* 1. *l. placet, C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. decernimus, C. de Epiſcop. audient.* adde infrà, *num.* 25. Tum quia Clericus exemptus eſt à juriſdictione judicis ſæcularis tam in civilibus, quam in criminalibus, *authent. ſtatuimus, Cod. de Epiſc. & Cler.* & actio realis civilis eſt. Tum quia in concurſu fori ratione rei, & ratione perſonæ præfertur forus perſonæ, *l. quod legatur,* 38. *ff. de judic. l. à divo Pio, ff. de re judic. l. fin. C. ubi in rem actio,* nam ad qualitatem fori diſcriminandam potius ſequimur conditionem perſonæ quàm rei, cum ſtare in judicio reſpiciat perſonam, quia in judiciis quaſi contrahitur, Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, qu.* 24. *numer.* 22. *in fine, de conſtitut.* Tum quia res inſpicitur tanquam acceſſoria ad qualitatem perſonæ, *cap. in præſentia, de probat. authent. ingreſſi, C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. in pecudum, ff. de uſur.* & ſequuntur forum perſonæ poſſidentis, *capit. prudentia, de donat. interp. vir. & uxor. leg.* 2. *Cod. de Epiſcop. & Cler.* & ex conſequenti quemadmodum perſona Clerici eſt exempta à juriſdictione judicis ſæcularis, ita & patrimonium, & bona Clerici, cum acceſſo-

rium

rium debeat ſequi naturam ſui principalis, *cap. acceſſorium*, *de reg. jur. in 6.* ea enim quæ religioſis adhærent, religioſa ſunt, *l. quæ religioſis*, *ff. de rei vindicat.* & dignior trahit, non autem trahitur à minus digno, *cap. quod in dubiis*, *de conſecrat. Eccleſ. l. qua ratione*, *ff. de acquiren. domin.* præſertim ſi de competentia fori agatur, *cap. quando*, *de jud. l. per minorem*, *ff. eodem*. Tum quia circa bona Clerici moveri non poteſt lis, quin ipſe Clericus citetur, & comparere cogatur, nam cùm res non ſit capax judicii, debet fieri ſententia, ac condemnatio in perſonam ipſius Clerici, *can. mulier. verſic. Quæritur 15. quæſt.* 1. Tum quia ratio quare Clericus gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, eſt, ne avocetur à divinis, *l. omnes*, *C. de Epiſc. & Cler.* & hæc ratio locum habet tam in actione perſonali, quàm reali. Tum quia Clericus hoc privilegium fori habet ratione totius Cleri, ideo ad ejus res debet extendi, *argumento*, *l. fin. §. divus Veſpaſianus*, *ff. de cenſibus*. Sic per prædicta hanc ſecundam opinionem docet Panormit. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *num.* 21. *&* 22. ubi dicit hanc opinionem veram, & opinionem contrariam eſſe falſam, & plures citat *additio*, *litera D*, ubi Felin. *numer.* 66. 67. *& à numer.* 176. *de conſtitut.* idem Panormit. *in capit. qualiter*, *numer.* 8. Felin. *numer.* 1. *verſic. Contra*; Barbat. *num.* 20. 21. 29. *&* 31. Fermoſin. *quæſt.* 2. *numer.* 7. *de jud.* Bald. *in authent. Clericus*, *numer.* 2. *in fine*, *Cod. de Epiſc. & Cleric. & in cap. decernimus*, *in fine de jud.* Joan. de Platea *in l. viros*, *num.* 2. *&* 3. ubi Rebuff. *numer.* 2. *C. de palat. ſacrat. largit. libr.* 12. Aretin. *in rub. de excep. numer.* 18. *verſic. Advertas*, Albericus latè defendit, & communem opinionem eſſe teſtatur *in authent. ſtatuimus*, *à numer.* 4. *ad* 7. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Socin. *in cap.* 1. *numer.* 35. *& latè probat in cap. ſane*, *numer.* 9. *verſic. Nona limitatio*, *& numer.* 10. ubi Fermoſin. *quæſt.* 1. *numer.* 12. *de foro compet.* Oldrad. *conſ.* 83. *à num.* 3. Socin. *conſ.* 13. *numer.* 30. *libr.* 4. Roland. *conſ.* 12. *numer.* 37. *& conſ.* 23. *numer.* 13. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 302. *numer.* 64. *lib.* 4. Maranta *de Ord. jud. part.* 4. *diſt.* 11. *numer.* 2. *in fine*, *verſic. Item procedit*, *& conſ.* 37. *num.* 3. ubi dicit quod opinio tenentium contrarium eſt falſa, Afflict. *deciſ.* 2. *numer.* 5. Gregor. Lopez *l.* 57. *gloſſ.* 2. *verſic. Sed an in bonis temporalibus*, *tit.* 6. *part.* 1. Tiraquell. *de tract. ligniag.* §. 32. *gloſſ.* 1. *numer.* 80. Marchus *deciſ.* 558. *numer.* 1. *in fine*, Vantius *de nullit. ex defect. iuriſd. num.* 54. *verſic. Quæ procedunt*, Cavalcan. *deciſ.* 33. *numer.* 28. *lib.* 2. Maſul. ad Capyc. *deciſ.* 98. *num.* 3. Grammat. *deciſ.* 29. *num.* 14. *& deciſ.* 61. *à numer.* 2. *& deciſ.* 100. *à num.* 7. Menoch. *retinen. poſſ. remed.* 3. *num.* 351. *&* 401. Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit.* 2. *in præmiſſ. numer.* 144. relatis & reprobatis contrariis, de magis communi opinione teſtatur Scaccia *de judic. libr.* 1. *cap* 11. *numer.* 28. *&* 30. Germonius *de ſacror. immunit. libr.* 3. *cap.* 15. *numer.* 107. Addentes ad Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 34. *numer.* 113. *litera O*, Honded. multos allegat *conſ.* 3. *numer.* 21. *libr.* 1. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæſt.* 8. *numer.* 21. Carol. de Graſſ. plures laudat, communiorem & veriorem opinionem dicit *de effect. Cler. effect.* 1. *à numer.* 10. Maſcard. *de gener. ſtat. interp. concluſ.* 1. *numer.* 93. 94. *&* 95. Amad. à Pont. *de laudem. quæſt.* 51. *num.* 5. Gironda *de privileg. quæſt.* 76. *à numer.* 373. Portoles ad Molin. §. *Clericus*, *num.* 16. Martha *de juriſdict. part.* 2. *cap.* 6. *numer.* 25. *& par.* 4. *caſu.* 38. *numer.* 13. *& caſu* 49. *numer.* 4. *verſic. & hæc omnia*, *& caſu* 101. *numer.* 4. *& caſu* 104. *numer.* 6. *& caſu* 123. *numer.* 11. *& latè videndus caſu* 125. *toto*, Gratian. *diſcept. for. cap.* 16. *numer.* 22. 23. *&* 24. veriorem, & receptiorem ait Solis *de cenſib. tom.* 2. *lib.* 2. *capit.* 1. *numer.* 16. *verſi. Tum quia*, Hodierna ad Surd. *deciſ.* 110. *numer.* 9. Valaſc. *de privil. pauper. quæſt.* 52. *à numer.* 1. Caſtilla *de tertiis*, *cap.* 12. *numer.* 5. Faber *in Cod. lib.* 3. *tit.* 12. *defin.* 19. Novar. *ad pragm. Reg. Neapol. in pragm.* 2. *collect.* 3. *ſub numer.* 6. *de Cler. ſalvat.* Bovadilla magis communem, & magis veram, & ſecuram opinionem eſſe inquit *in polit. lib.* 2. *capit.* 18. *numer.* 164. *verſic. Pera*, Suarez *de immun. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 14. *numer.* 11. Caſtr. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 12. *diſput. unica*, *punct.* 7. *numer.* 2. Carleval. *de judic. lib.* 1. *diſp.* 1. *numer.* 153. *&* 352. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 7. *dub.* 2. Auguſtin. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. *num.* 107. *ad* 115. Sperell. *deciſ.* 12. *nu.* 35. 36. *&* 37. *& deciſ.* 37. *num.* 74. *&* 75. *& deciſ.* 42. *numer.* 9. *&* 10. *lib.* 1. *& deciſ.* 126. *num.* 74. *&* 75. *& deciſ.* 135. *à num.* 60. *ſignanter numer.* 64. *libr.* 2. Diana *reſol. mor. part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 77. *et in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 56. *numer.* 3. Ripoll. *var. reſol. cap.* 1. *numer.* 196. *verſic. Et expreſſe*, Fontanella *deciſ.* 332. *numer.* 19. *part.* 2. Et hæc ſecunda opinio affirmativa ſervatur in Rota Romana *deciſ.* 5. *num.* 1. *de foro compet. in antiquis*, Vivius *deciſ.* 49. *lib.* 1. & in Regnis Caſtellæ, Covar. *pract. cap.* 31. *numer.* 5. *verſic. Secundo ex præmiſſa*, *in fine*, Azevedo *l.* 11. *num.* 13. *tit.* 1. lib. 4. *recop.* Roderic. *de ann. reddit. lib.* 2. *quæſt.* 9. *numer.* 59. Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſp.* 2. *numer.* 154. *verſic. Quæ conſuetudo*, *et numer.* 352. Et in Cathalonia 4
†fuit deciſum ſic per Cancellarium Copons, Conſultoribus Peguera, Sabater, Guardiola, Deſcamps, Alzina, & Ferran. 2. Martii 1594. in favorem Antonii Aduart Archidiaconi Valliſpiri, & Canonici Eccleſiæ Elen. contra Raphaelem Antonium Davi domicellum Perpiniani domiciliatum agentem rei vindicatione in Curia ſæculari Regii Patrimonii Comitatum Roſſelionis, & Ceritaniæ, ad merum, & mixtum imperium, & quamcumque aliam juriſdictionem, altam, & baſſiam, civilem, & criminalem manſorum, domorum, terminorum, & omnium de la Pera ejuſdem Diœceſis. Et per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Dalmau, Fontanet, Torner, Calba de Valiſeca, & Puigmija 19. Martii 1601. referenda *deciſ.* 149. Et per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Senjuſt, Mijavila Franqueſa, & Ferruz 12. Auguſti 1611. in favorem Capituli Sedis Urgellen. contra Nobiles conjuges Don Ybandum, & Dompnam Agnetem Coſcon, petentes dictum Capitulum compelli per Regiam Audientiam, & condemnari ad deſerendum vacuam, & expeditam poſſeſſionem Villæ de Alos, & Bajuliæ & juriſdictionis illius. Et per eumdem Cancellarium Agullana Conſultoribus Dalmau, Ferrer, Senjuſt Bonet, Soler, Ferruz, Rollan. Rocha, & Morell. 19. Novembris 1616. referenda *dec.* 149. Et per Copons Tertium, Conſultoribus Beſturs, & Guerau 8. Junii 1633. in favorem Joſephi Clareſvalls Prioris Sanctæ Annæ Civitatis Barcinonæ contra Nobilem Joannem de Semmanat.

Unde conſuetudo, quæ in Francia viget, ut Cle- 5
rici in realibus actionibus conveniantur coram judice ſæculari, de qua Faber *in §. fin. num.* 8. *in fine de ſatiſdat.* Boer. *deciſ.* 69. *num.* 7. Marchus *deciſ.* 61. *num.* 5. *p.* 1. & alii plures, quos citat Tiraquell. *de retract. ligniag.* §. 32. *gloſſ.* 1. *numer.* 81. remiſſivè Cenedo *collect. ad decretum* 37. *num.* 14. quam non audet damnare, Covar. *pract. capit.* 31. *numer.* 5. *verſic. Secundo ex præmiſſa*, *ibi*. *Non itaque iniqua*, & merito ut addit Garcia *de nobilitate*, *gloſſ.* 9. *numer.* 45. & eam valere, non tamen extendendam ad alias regiones dicunt Scaccia, Farinac, & Caſtr. Palaus *locis citatis*, *n.* 3. eam tamen ut abuſivam non valere docet Baldus *in cap. decernimus*, *num.* 18. *verſic. Alii dicunt*, *de jud.* & cum eo Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *à numer.* 106. Hodierna ad Surd. *deciſ.* 112. *num.* 9. & damnant tanquam juris contrariam Carolus de Graſſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 25. Roderic. *de annuis reddit. lib.* 2. *quæſt.* 9. *numer.* 49. Solis *de cenſib. tom.* 2. *libr.* 2. *cap.* 3. *numer.* 16. *verſic. Præterea*, *juncto verſic. Tum quia*, Martha *de juriſd. part.* 4. *caſu.* 125. Carleval. *de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *numer.* 154. Azevedo, *leg.* 10. *num.* 11. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* & de Covar. quod tale dixerit, miratur idem Azevedo, *l.* 11. *num.* 13. *tit.* 1. *lib.* 5. *recop.*

Similis conſuetudo, ut Clerici in actionibus rea- 6
libus conveniantur coram judice ſæculari, ſervatur in Camera Imperiali, de qua Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 37. *numer.* 4. *et de pignorat. obſerv.* 9. *numer.* 9. Minſinger. *cent.* 1. *obſer.* 22. *à numer.* 2. *et cent.* 4. *obſerv.* 95.

à numer. 2. & centur. 5. obſerv. 93. num. 5. eam impro-
bant tanquam juri contrariam Martha de juriſdict.
part. 4. caſu. 125. Carleval. de judic. lib. 1. diſp. 2. nu-
mer. 154.

7 Conſuetudo autem Angliæ, quæ ſolebat eſſe, ut
Clerici quicumque etiam non conjugati in ſacris con-
ſtituti ſuper actionibus realibus, mixtis, & perſona-
libus conveniebantur coram Regiis judicibus, non
erat juſta, & rationabilis, multo limitans, & coar-
ctans libertatem Eccleſiaſticam, ideoque illam im-
probant Rota deciſ. 10. de conſuetud. in antiquis Cov.
pract. capit. 31. numer. 5. verſic. Quaratione, Garcia
de nobilit. gloſſ. 9. numer. 44. Carol. de Graſſ. de effect.
Cler. effect. 1. numer. 373. Carleval. de judic. lib. 1. diſp.
2. numer. 154. verſic. Sed & in Anglia, Seſſe de in-
hibit. cap. 8. §. 3. num. 118. & 131. Domin. Vice-Can-
cel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſerv. 53.
num. 41.

8 Ampliatur 1. hæc ſecunda opinio affirmativa, ut
procedat in Clerico, qui titulo univerſali hæredita-
tis, vel emptionis, donationis, vel alio titulo parti-
culari poſſidet domum, fundum, ſeu aliam rem ſpe-
cialiter, vel generaliter per laicum hypothecatam
præſtationi alicujus cenſualis, violarii, vel alterius
obligationis, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, &
ſic non poteſt ratione talis hypothecæ pro ſolutione
penſionum cenſualis, violarii, ac alterius obligatio-
nis conveniri coram judice ſæculari, ſed eſt conve-
niendus coram judice Eccleſiaſtico, Tum quia †
9 actio hypothecaria, ſive ſit ſimpliciter realis, ut
multi dicunt, gloſſ. in §. hæres, de obligat. quæ ex quaſi.
contractu, ſive ut aliis placet, non ſit mere realis, ſed
in rem ſcripta, l. pignoris, ff. de pignorib. l. pignoris,
C. eodem, l. eôs, C. qui potiores in pignore habeantur,
gloſſ. in §. ſerviana, verbo maximè, de actionibus, cùm
tamen plus inhæreat rei quàm perſonæ, gloſſ. numer. l.
ſi tibi decem, §. de pignore, ff. de pactis, dicitur, &
appellatur realis, & judicatur de ea tanquam de me-
re reali, argumento l. quæritur, ff. de ſtatu hominum,
l. ſed eſt quæſitum, ff. de lib. & poſthum. Jaſon. in §.
item ſerviana, num. 119. & 120. ubi Pichad. numer.
34. noſter Oliba num. 1. & 2. de actionibus, Rom. conſ.
388. num. 9. Pariſ. conſ. 5. num. 18. lib. 1. Ranchin. ad
Guidon. Papam deciſ. 108. Tiraquel. de retract. §. 8.
gloſſ. 5. num. 10. Surd. deciſ. 174. num. 19. Afflict. deciſ. 8.
num. 3. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 9. ſub num.
59. Merlin. de pignorib. lib. 5. quæſt. 58. numer. 3. & 10.
idem Oliba de actionib. in praxi, part. 2. lib. 1. capit.
29. numer. 1. & 2. ubi Montaner in addit. num. 2. idem
Montaner in addit. ad Olibam in praxi de actionib.
part. 2. lib. 1. numer. 46. ſed in actionibus realibus Cle-
ricus conveniri debet coram judice Eccleſiaſtico, ut
probatum eſt, numer. 3. & 4. ergo. Tum quia † licèt
10 hypotheca ſit onus reale, & tranſeat cum ipſa re in
quemcumque poſſeſſorem, l. is cui opus, ff. de novi
oper. nuntiat. l. ſi convenerit, §. ſi fundus, de pigno-
rat. act. cap. ex literis, de pignorib. alia plura jura, &
Doctores citat Auguſt. Barboſa axiom. 199. numer. 5.
& 6. & in clemen. 1. numer. 3. de cenſib. & in l. fin. C.
ſine cenſ. vel reliq. Amaja in l. 1. & num. 2. Cod. de
annot. & trib. 2. lib. 10. Gratian. diſcept. forenſ. capit.
272. numer. 9. Etiam ſingularem, l. cum fundum, ff. de
ſervit. urb. præd. Gratian. diſcept. forenſ. capit. 16. num.
21. in fine, Auguſtin. Barboſa axiom. 199. numer. 7. &
in Eccleſiam, ſeu Clericum, ac alium privilegia-
tum, can. ea enim, §. item prædium 10. quæſt. 2. can.
ſi tributum, 11. quæſt. 1. can. tributum, 23. quæſt. 8.
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 16. numer. 21. Bovadilla in
polit. lib. 2. cap. 18. numer. 290. Auguſt. Barboſa axiom.
199. ſub numer. 7. & in clement. 1. numer. 2. de cenſib. &
in cap. non minus, 4. numer. 6. de imm. Eccleſ. & de jure
Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 5. à numer. 57. Bellet. diſq.
Cler. part. 1. tit. de Clerico debitore, à numer. 6. & tit.
de exempt. Cler. & eorum bonis, §. 3. numer. 1. Caſtr. Pa-
laus in oper. mor. part. 2. tract. 12. diſput. unica, punct.
9. numer. 1. Solorzano de jure Ind. tom. 2. lib. 3. cap. 21.
à num. 29. Amaya in l. 1. & 2. à numer. 14. C. de annon.
& tribut. lib. 10. Flores de Mena var. libr. 2. quæſt. 21. nu-
mer. 234. & 235. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ.
tom. 1. cap. 5. dub. 2. ſect. 2. numer. 18. & dub. 6. & dub. 15.
à numer. 30. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect. 3. à
numer. 154. Caſtillo de tertiis, cap. 36. à num. 54. Fe-
rentil. ad Burat. deciſ. 780. numer. 19. verſic. Sed re-
deundo, Noguerol. allegat. 3. numer. 28. Ciarlin. contr.
forenſ. libr. 1. cap. 103. à numer. 21. Spereil. deciſ. 36. lib.
1. Thoro in ſuppl. deciſ. verbo Clerici an teneantur,
fol. 89. Balmaſeda de collect. quæſt. 19. numer. 25. Re-
gens Mattheu de regim. Valen. capit. 2. & 5. num. 108.
Tamen non inde ſequitur, quod ad ſolvendum cen-
ſuale, violarium, ac aliam obligationem propter
hypothecam, cogi poſſit Clericus per judicem ſæcu-
larem. Tum quia Clericus † poſſidens non poteſt 11
regulariter amoveri à ſua poſſeſſione, niſi conve-
niatur coram judice Eccleſiaſtico, Martha de juriſ-
dict. part. 4. caſu 159. numer. 13. Fontanella de pact.
nupt. tom. 2. clauſ. 7. gloſſ. 2. part. 3. numer. 21. Sic per
prædicta † hanc ampliationem ſequuntur contra Can- 12
cer. part. 3. var. carit. 15. à numer. 248. ad 252. Por-
toles ad Molin. §. Clericus, numer. 54. in fine. Cæ-
vallos com. cont. com. quæſt. 36. numer. 19. & 20. &
de cognit. per viam violen. part. 1. quæſt. 40. à numer.
17. Salgado de Reg. protect. part. 4. capit. 14. numer. 76.
Bovad. in polit. lib. 2. cap. 18. num. 204. Eſcobar. de Pon-
tif. & juriſd. in ſtud. gener. cap. 50. numer. 27. Nogue-
rol. allegat. 3. numer. 23. Vela diſſert. 14. numer. 59. tom.
1. Dexart. ad cap. Reg. Sard. in cap. 1. numer. 9. Cod. de
Epiſc. & Cler. Guzman. de evict. cap. 7. num. 34. & 35.
Joan. Anton. ab Eccleſia obſervat. 182. num. 6. Balma-
ſeda de collect. quæſt. 19. numer. 27. remiſſivè Monta-
ner. ad Olibam. de actionib. part. 2. libr. 1. capit. 29. nu-
mer. 79. verſic. Sed utrum, docent & probant uti ve-
riorem, & juri conformem, magis communem,
& in praxi receptam Gratianus diſcept. forenſ. cap.
16. à numer. 19. ad 25. capit. 141. numer. 9. Martha de
juriſd. part. 4. caſu. 132. à numer. 2. Solis de cenſib. tom.
2. lib. 2. cap. 3. num. 16. Carleval de judiciis, lib. 1. diſp.
2. à numer. 349. ad 353. Diana reſol. moral. part. 4. tract.
1. reſol. 21. in fine, & in coordinat. part. 9. tract. 2. re-
ſol. 81. numer. 3. Scialoya de foro compet. cap. 28. ſub
num. 25. Thom. del Bene de imm. Eccleſ. tom. 1. cap. 7.
dub. Fontanella deciſ. 312. numer. 21. & deciſ. 332. à
numer. 17. ad 21. part. 2. Xammar defin. 99. à num. 13
primo ad 12. part. 1. Ego notavi deciſ. 36. numer. 64.
part. 1. Ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancel-
larium Rovirola, Conſultore Puigmija 3. Decem-
bris 1602. in favorem Antonii Joannis Mallol. Pres-
byteri, & Rectoris Sancti Petri de la Brera contra
tutores, & curatores pupillæ Canals. Et per Can-
cellarium Agullana, Conſultoribus Dalmau, &
Puigmaija 3. Februarii 1610. in favorem Commu-
nitatis Presbyterorum Eccleſiæ Caſtelionis Empuria-
rum, contra Michaelem Moner. Et per Cancella-
rium Carmona, Conſultoribus Aſtor, & Gamis 15.
Julii 1619. in favorem Bartholomei Marti Presby-
teri Villæ Mataroniis, contra Mariam Annam Cal-
vò viduam, ratione expoſitionis retroclami contra
dictum Bartholomeum Marti poſſeſſorem cujuſdam
petiæ terræ, factæ pro recuperatione penſionum de-
curſarum cujuſdam creati per Bartholomeum Mar-
ti, & Angelam conjuges patrem, & matrem dicti
Bartholomei Marti Presbyteri cum generali obliga-
tione bonorum, & cum ſpeciali hypotheca, & in-
tra manus miſſione dictæ petiæ terræ, & cum clau-
ſulis conſtituti, & præcarii. Et per Cancellarium
Puigmari, Conſultoribus Carreres Guerau, & Pe-
xo 9. Aprilis 1631. occaſione firmæ juris in Curia
Eccleſiaſtica Barcinonæ factæ per Rectores, & Ad-
miniſtratores Hoſpitalis Beatæ Mariæ Angelorum,
& Sancti Michaelis Civitatis Ilerdæ, qui ad inſtan-
tiam Nobilis Franciſci de Agullò, & de Pinòs fue-
runt in Regia Audientia conventi, ut tanquam poſ-
ſeſſores bonorum Onofrii Cervera quondam Domi-
celli Civitatis Ilerdæ, quæ ſunt ſpecialiter hypothe-
cata in quondam cenſuali in favorem Nobilis Hie-
ronymæ Deſpes viduæ, cui ſucceſſit dictus de Agullò,
vendito, & onerato, & ſic ratione dictorum bono-
rum, & obligationis fuerunt dicti Adminiſtratores in
dicta Regia Audientia condemnati, & contra eos de-

cretum

cretum executionis, proviſum, & literæ exequutoriales expeditæ, & executæ, qua de cauſa fuit in dicta Curia Eccleſiaſtica, pro parte dictorum Adminiſtratorum de jure firmatum: fuit declaratum firmæ juris in dicta Curia Eccleſiaſtica factæ per ejus fiſci Procuratorem, & pro parte Rectorum, & Adminiſtratorum dicti Hoſpitalis Beatæ Mariæ Angelorum & S. Michaelis civitatis Ilerdæ locum fuiſſe & eſſe. Quas deciſiones ferè omnes recopilarunt Ripoll. *var. reſol. cap. 1. num. 192. 193. 194. & 195.* Xammar *defin. 98. nu. 3. 4. 5. 6. & 7.* & ultimam refert Fontanella *deciſ. 332. tota præcipuè, n. 23. part. 2.* Et fuit declaratum per Regiam Audentiam Cathaloniæ 3. Decembris 1659. ad relationem Magnifici Lunes, in favorem Joſephi Nadal Canonici Vicen. contra Franciſcum Lucianum de Codina Canonicum Vicen. quæ fuit remiſſa ad judicem Eccleſiaſticum competentem, Scriba Bas. Et me referente de menſe Aprilis 1670. in favorem Capituli Sedis Gerundæ contra Mariam Annam Illa, & Caner, ſcriba Riamban. Et ad relationem Magnifici Raphaelis, de Narbona 25. Octobris 1670. in favorem Stephani Nadal Presbyteri, & Sacriſtæ majoris Sedis Gerundæ contra tutores pupillorum Companys loci de Taja, ſcriba Forcada.

14 Subampliatur 1. hæc prima ampliatio: ut procedat, etiam ſi Clericus poſſideat bona ſpecialiter hypothechata per laicum ſubmiſſa cuicumque foro tam Eccleſiaſtico, quàm ſæculari pro ſolutione penſionis cenſualis, violarii, ac alterius obligationis, & cum promiſſione non opponendi in æternum exceptionem fori declinatoriam, non poteſt conveniri coram Judice ſæculari, ſed eſt conveniendus apud Judicem Eccleſiaſticum, Fontanella *dec. 332. à n. 11. p. 2.* Xammar *defin. 98.* Ripoll. ad Peguer. *in praxi civ. rub. 11. n. 111. & 112.* & fuit declaratum in deciſionibus relatis *n. 13.* etſi contrarium teneat Reg. Vico *ad pag. Reg. Sard. to. 1. tit. 7. c. 15. §. 57.*

15 Subampliatur 2. hæc 1. ampliatio ut procedat, etiam ſi Clericus poſſideat bona ſpecialiter hypothecata per laicum pro ſolutione cenſualis, violarii, ac alterius obligationis cum pacto de non alienando, conveniri non poteſt coram judice ſæculari, ſed conveniri debet apud judicem Eccleſiaſticum. Quia licèt alienatio hypothecæ contra pactum de non alienando fit nulla, & dominium non transferatur in Clericum, ſaltem in creditoris præjudicium, *l. ſi creditor. 7. §. ult. ff. de diſtract. pig.* Cyriacus *controv. 425. numer. 52. 53. & 54.* Merlinus *de pignor. libr. 4. quæſt. 140. à numer. 5.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt. 674. à num. 12.* Tamen in eum transfertur poſſeſſio, *l. 1. §. ſi vir uxori, ff. de donat. inter virum, & uxorem,* Gomez *in l. 45. taur. à numer. 23.* qua poſſeſſione non poteſt Clericus privari à judice ſæculari ſine citatione, *cap. licet Epiſcopus 28. de præbend. in 6. l. cum fundum 18. ff. de vi, & vi armata, l. meminerint, C. unde vi,* latè Caſtillo, *controver. lib. 3. cap. 24. à num. 66.* & judex ſæcularis non poteſt citare Clericum vocareque eum ad ſuum tribunal à ſua juriſdictione immunem, Tuſchus *pract. concluſ. litera, C. concluſ. 239.* quem ſi de facto citaverit, & ille petierit, ut ad ſuum judicem Eccleſiaſticum remittatur, remitti debet, Grammat. *deciſ. 61. num. 1. 2. & 3.* ſic contra Parlador. *rer. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 1. §. 1. numer. 11. verſic. Ex quibus,* Cævallos *com. cont. com. quæſt. 36. à numer. 14. ad 20. & quæſt. 820. numer. 28. & 29. & quæſt. 899. à numer. 8. & de cognit. per viam violen. part. 2. quæſt. 40. à numer. 14. ad 22.* Salgado *de reg. protect. part. 4. cap. 14. numer. 64. & 109.* Avendanno *de exequen. mandat. part. 1. cap. 1. numer. 33. & part. 2. cap. 14. numer. 31. & de cenſib. cap. 85. numer. 93.* Pichard. *in manuducat. ad prax. 2. præcept. 4. numer. 8.* Amaja *in l. 1. & 2. numer. 31. 32. & 33. C. de anno & tribut. lib. 10.* Vela *diſſert. à num. 49. ſignanter à numer. 54. ad 62. tom. 1.* Noguerol. *alleg. 3. per totam,* Balmaſeda *de collect. q. 19. num. 27. in fine.* Docent, & probant Roderic. *de ann. reddit. lib. 2. q. 9. numer. 58. verſic. Quod amplia, & num. 59.* ubi teſtatur ita pluries judicaſſe Senatum Pintianum, & ſe obtinuiſſe in quadam cauſa Metinenſi, Felician. Gratian. Martha, & alii per Carleval *de jud. lib. 1. diſp. 1. à num. 340. ad 353.* & per Fermoſin. *in cap. quia 11. quæſt. 9. à num. 1. ad 9. de jud.* quibus addo Diana *reſol. mor. part. 3. tract. 1. reſol. 49. & in coord. part. 9. tract. 2. reſol. 84.* Sperell. *deciſ. 7. numer. 16. & 20. lib. 1.* Scialoyam *de foro compet. c. 28. ſub n. 25.* Baron. *de citat. in addit. ad quæſt. 19. ſub num. 115.*

Subampliatur 3. hæc 1. ampliatio ut procedat, etiam ſi Clericus poſſideat bona ſpecialiter hypothecata per laicum pro ſolutione cenſualis, violarii, ac alterius obligationis, & in inſtrumento adſit clauſula, qua debitor voluit jam ex tunc haberi pro condemnato, non poteſt conveniri coram judice ſæculari, ſed conveniendus eſt apud judicem Eccleſiaſticum, Fontanella *deciſione 332. à numer. 7. ad 11. part. 2.* 16

Subampliatur 4. hæc 1. ampliatio in Clerico creditore poſſidente in pignus rem ſpecialiter hypothecatam per laicum pro ſolutione penſionis cenſualis, violarii, ac alterius obligationis, non poteſt conveniri coram judice ſæculari, ſed conveniendus eſt apud judicem Eccleſiaſticum. Quia creditor † verè dicitur poſſidere pignus naturaliter, & civiliter, & ei dantur remedia poſſeſſoria, ut probat Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 174. n. 18.* Fontanella *de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 7. gloſſ. 3. part. 3. num. 18. & 19.* benè id explicat Cyriacus *controverſ. 77. lib. 1.* Poſtius *de manuten. obſerv. 11. à numer. 4.* Et Clericus poſſidens non poteſt regulariter amoveri à ſua poſſeſſione, niſi conveniatur coram judice Eccleſiaſtico, *ut dixi, num. 11.* Sic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Puigmari 11. Novembris 1621. in favorem Capellæ Sancti Severi Civitatis Barcinonæ immiſſæ in poſſeſſionem, revocato præcario cujuſdam manſi certi laici pro penſionibus cujuſdam cenſualis ſibi debitis, pro quibus dictus manſus erat ſpecialiter hypothecatus, contra œconomum Monaſterii monialium Beatæ Mariæ Angelorum ejuſdem Civitatis, qui pro alia obligatione domini manſi inſtavit executionem rigoroſam contra eum, teſtatur Fontanella *de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 7. gloſſ. 3. part. 3. num. 10. & 21.* meminit, & ſi non ſic expreſsè, ſed pro confirmatione ampliationis Xammar. *defin. 98. n. 5.* 17 18 19

Ampliatur 2. in Clerico poſſidente juriſdictionem in aliquo loco, & termino, ſi ab eo evincatur, gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque eſt apud judicem Eccleſiaſticum, *ut infra, deciſ. 148.* 20

Ampliatur 3. in Clerico poſſidente rem ſubjectam pacto de retrovendendo, pro cujus recuperatione conveniri debet coram judice Eccleſiaſtico, *ut infra, deciſ. 149.* 21

Ampliatur 4. in cauſis retractus, in quibus Clericus conveniri debet apud judicem Eccleſiaſticum, *de qua late infra explicabitur, dec. 159. à n. 23.* 22

Limitatur 1. ſi Clericus bona ſua patrimonialia & temporalia pro aliqua obligatione, vel contractu ſubmittit juriſdictioni judicis ſæcularis; poteſt judex ſæcularis de illis bonis cognoſcere. Quia licèt Clericus in nullo caſu poſſit, nec cum juramento, & conſenſu ſuperioris ſubmittere ſuam perſonam, & bona ſpiritualia juriſdictioni judicis ſæcularis, poteſt tamen bona ſua temporalia obligare, & ſubmittere juriſdictioni judicis ſæcularis, in cujus dominio ſita ſunt; ſic Bovad. *in polit. libr. 2. cap. 18. num. 291.* Reg. Vico *ad prag. Regni Sard. tom. 1. tit. 7. c. 15. §. 10.* 23

Sed hæc limitatio non eſt vera. Ideoque contrariam Sententiam quod Clericus non poſſit ſe ſubmittere juriſdictioni judicis ſæcularis quoad bona patrimonialia, & temporalia, docet Diana *reſol. mor. part. 3. tract. 2. reſol. 29. & part. 8. tract. 5. reſol. 64. in coordinat. part. 6. tract. 9. reſol. 66. numer. 8. verſic. Quod adeo verum eſt, & part. 9. tract. 2. reſolut. 70.* Ratio eſt, † quia bona non ſolùm Eccleſiarum, ſed etiam patrimonialia Clericorum ſunt exempta à juriſdictione ſæculari, ſicut perſonæ, ut juribus, & doctoribus dixi *ſupra, num. 3.* addo innumeros, quos citant. Auguſt. Bar- 24 25

Barboſa in cap. Eccleſ. Sancta Mariæ, & in addit. de conſtitut. & in cap. non minus 4. numer. 3. de immun. Eccleſ. & de jure Eccleſ. univ. libr. 2. capit. 39. §. 2. numer. 6. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 5. dub. 2. ſect. 1. & 2. Caſtillo de tertiis, cap. 9. num. 18. Lezana in ſumm. quæſt. regul. part. 3. verbo Gabella, num. 15. Nov. ad pract. Reg. Neapol. prag. 2. collect. 3. numer. 3. de Cler. ſalvat. Sperell. deciſ. 22. à num. 35. & deciſ. 37. à numer. 34. & deciſ. 42. numer. 10. lib. 1. & deciſ. 126. numer. 74. & 75. & deciſ. 135. à num. 56. ad 68. lib. 2. Caſtr. Palaus in oper. mor. part. 2. tract. 12. diſp. unica, punct. 9. nu. 2. Ciarlin. controv. forenſ. cap. 31. numer. 7. & 8. libr. 1. & cap. 138. toto, ſignanter à n. 9. lib. 2. Vela diſſertat. 45. numer. 64. tom. 2. Balmaſeda de collect. quæſt. 19. numer. 11. Diana reſolut. mor. part. 1. tract. 2. reſol. 40. alias 39. & part. 2. tract. reſol. 22. & part. 3. tract. 1. reſolut. 29. & part. 5. tract. 1. reſol. 27. & part. 8. tract. 5. reſol. 64. & in coordinat. part. 6. tract. 9. reſol. 99. numer. 7. & 8. & part. 7. tract. 6. reſol. 33. num. 3. & part. 9. tract. 2. reſol. 7. & reſol. 255. & reſol. 256. num. 6. Et Clerici non poſſunt exemptioni privilegii renuntiare, ut latè dicam, part. 4. Diana locis citatis, numer. 24.

26 Bene tamen verum eſt, quod ſi Eccleſia præcedentibus debitis ſolemnitatibus, & cum facultate Summi Pontificis vendiderit aliquando cenſuale Univerſitati, Collegio, vel privatæ perſonæ, pro cujus ſecuritate in penſionibus, & ſuo caſu in proprietate obligaverit ſpecialiter aliqua bona ſua cum clauſulis renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alterius fori Eccleſiaſtici, vel ſæcularis, poteſt Univerſitas, Collegium, vel privata perſona penſiones cenſuales adverſus Eccleſiam dicta bona hypothecata poſſidentem petere in Regia Audientia, aliovè judicio ſæculari à creditore electo, ita Oliba teſtatur in Regia Audientia obſervari de jure fiſci, cap. 14. à numer. 15. ſequitur Cancer. part. 3. var. capit. 15. numer. 250. adde in confirmationem Thom. del Bene de imm. Eccleſ. tom. 1. cap. 1. dub. 2. ſect. 3. & dub. 14. ſect. 1. numer. 13. & 14. Caſtillo multos citat de tertiis, cap. 12. num. 33.

31 Inſuper tortura eſt meri imperii, Belluga *in ſpecul. Princip. rub. 24. §. et primo videamus 10.* Cancer. *par. 2. var. cap. 2. num. 57.* Gail. *de pace pub. lib. 2. cap. 2. num. 16.* Farinac. *in praxi, part. 1. quæſt. 38. numer. 109.* Capiblan. *de Baronib. tom. 2. cap. 36. num. 10.* Cavalcan. *de brac. Reg. part. 2. num. 1. et part. 3. num. 136.* Guazin. *defen. 30. cap. 4. numer. 22.* Reg. Mattheu *de reg. Reg. Valen. cap. 6. §. 2. num. 3.* Scialoya *de foro compet. cap. 37. numer. 15.* Novar. *de gravam. vaſſal. tom. 1. grava 184. num. 6.* ſentit Peguera *deciſ. 16. numer. 3. et in praxi crim. cap. 12. §. 9. numer. 2. et 3.* quidquid in contrarium conſideravit Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 14. à numer. 73.* & dicant Matheaſ. *in leg. imperium repet. 1. à numer. 156. ad 178. fol. 54. ff. de juriſdict. omn. jud.* Mier. *in Cur. Barein. Reg. Jacobi 2. part. 1. col. 4. capit. 9. numer. 27. fol. 28. in novis.*

32 Rurſus ſi ultra pœnam mortis naturalis, vel civilis, aut membri mutilationis ſit etiam pro aliquo delicto impoſita pœna pecuniaria, iſta applicatur domino meri imperii, quia eſt neceſſaria ad pœnam corporalem, Scialoya *de foro compet. cap. 37. num. 24.* & in fortioribus terminis Conſtantius *in 1. num. 36. C. de pœn. fiſc. cred. præferen. lib. 10.*

33 Præterea ſi quis eſſet condemnatus ex delicto ad aliquam pœnam, & pro ejus inopia eam ſolvere non poſſet, & ſic eſſet deveniendum ad pœnam corporalem, debet eam pœnam declarare dominus meri imperii, Capyc. *deciſ. 27. numer. 19.* Matheaſ. *in l. imperium, repet. 1. numer. 274. cum. trib. ſeq. fol. 72. ff. de juriſdict. omn. jud.* Franchis *deciſ. 358. numer. 6.* Cancer. *part. 2. var. cap. 2. num. 56.* Sanfelic. *deciſ. 67. numer. 2.* Scialoya *de foro compet. cap. 37. num. 18.* Niſi aliàs dominus mixti imperii ad ſimilem pœnam imponendam juriſdictionem haberet. Cancer. *part. 2. var. cap. 2. numer. 56.*

34 Præconia, edicta, proclamata, & banna publicare eſt meri imperii in ſpectantibus ad cauſas criminales, quo verò ad res ſpectantes ad cauſas civiles eſt mixti imperii, Capyc. *deciſ. 27. num. 29.* ad quem ſe refert Cancer. *part. 2. var. cap. 2. num. 207. in fine.* Maurus Jun. *allegat. 32. num. 9.* Thoro *in compen. deciſ. part. 1. verbo Banna promulganda, fol. 62. in fine,* Scialoya *de foro competen. capit. 37. numer. 29.* de primo Celſus Hugo in pulchro caſu *conſil. 86. numer. 6.* Cancer. *part. 2. var. capit. 2. ſub numer. 205.*

35 Unde edicta, banna, proclamata, & præconia generalia prohibentia delationem armorum poſſunt facere tam habens merum imperium, quàm habens mixtum imperium, probat Cancer. *part. 2. var. cap.* 36
*2. à num. 203. ad 208.* Dixi † edicta, banna, proclamata, & præconia generalia prohibentia delationem armorum. Nam ſi banna, edicta, proclamata, & præconia particularia eſſent prohibentia delationem armorum, pro quibus imponeretur pœna mortis naturalis, vel civilis, nempè damnationis ad triremes perpetuæ ac deportationis, aut exilii perpetui, vel membri mutilationis, ſpectat illa facere ad merum imperium, ad Guid. Papam *deciſ. 437. numer. 7.* Scialoya *de foro compet. cap. 37. n. 30.* ita fuit proviſum in noſtra Regia Audientia, & confirmatum in gradu ſupplicationis in cauſa relata, *n. 26.*

37 Caſus autem ſpectantes in Cathalonia ad mixtum imperium declarati fuerunt cum maxima deliberatione, & collationem plurium Advocatorum, Barcinonæ, Gerundæ, Ilerdæ per Jacobum de Monello, & Dalmatium Corona arbitros inter Præpoſitum Eccleſiæ Gerunden. habentem juriſdictionem civilem in Caſtro de Loreto, Nobilem Petrum de Montecateno ibi habentem juriſdictionem criminalem: quam refert Mieres *in Cur. Barcin. Reg. Petri 2. tom. 1. collat. 2. capit. 42. à num. 61. ad 85. fol. 46. in noviſ.* Et eos declaravit noſter Senatus ſententia lata 30. Junii 1536. per Magnificos Franciſcum de Valleſicca, & Franciſcum Caſtello, actuario Fogaſſot, quam refert Ripoll. *var. reſol. cap. 1. à nu. 314. verſic. Ultra uſque ad numer.* Et ſententia lata 11. Maji 1562. referentibus Magnificis Sunyer, & Llobregat in cauſa Abbatis Monaſterii Montiſſerrati habentis juriſdictionem civilem in oppido Sancti Petri de Riudebilles, cum Vicario Regio Villæ Franchæ Pœniten. in eo loco habente juriſdictionem criminalem, quam refert Cancer. *part. 2. var. reſol. cap. 2. numer. 55.* Et ſententia lata 4. Junii 1568.

refe-

referentibus Magnificis Antonio Negrell, & Antonio Ros Doctoribus Regiæ Audientiæ, in cauſa Monſerrati de Cartiliano Præpoſiti præpoſituræ Menſis Novembris, & Canonici Eccleſiæ Gerunden. habentis jurisdictionem civilem in Caſtro de Loreto, contra Nobilem Hieronymam de Crudilis tunc habentem ibi juriſdictionem criminalem, *quam vidi in proceſſu Syndici Eccleſiæ Gerundæ, contra Excellentiſſimum Marchionem de Aytona ad mei relationem, Scriba Payſſa, nunc Fabra.* Et ſententia lata referente Magnifico Narciſo Regas Regio Conſiliario 30. Octobris 1595. in cauſa Franciſci Oliveres Canonici Sedis Gerundæ, & Prioris Monaſterii Beatæ Mariæ de Ridaura habentis in eo oppido juriſdictionem civilem, contra Excellentiſſimum Marchionem de Aytona; Vice-Comitem de Cadaria, de Baſſo, habentem ibi juriſdictionem criminalem, Scriba Balle. Quam referunt Ripoll. *var.reſol. cap.* 1. *à numer*, 279. *ad* 314. Cancer. *par.*2.*var.reſol. cap.* 2. *num.* 49. 51. *et* 55. cujus concluſionem invenies ſub die 26. Octobris 1595. in libro concluſionum illius anni, *fol.* 297. Et ſequentes.

38 Primo ad habentem juriſdictionem civilem, & mixtum imperium pertinet habere, & tenere Curiam in loco juriſdictionis, & dare notarium, & ſcriptorem, habere, & tenere Bajulum, judicem, ſagionem, præconem, curritorem, & alios officiales in, & ſuper actibus, cauſis, & factis civilibus ad juriſdictionem civilem pertinentibus, & ſpectantibus, Ripoll.*var.cap.*1.*num.*280.Cancer. *par.* 2. *var. c.* 2. *num.*60. 61. 62. *et* 63. Ramon noſter *conſ.* 55. *numer.* 2. Giurba *obſervat.* 115. *numer.* 14. Luca ad Franchis, *deciſ.* 388. *ſub num.*2. Scialoya *de foro compet. cap.* 37. *num.* 42.

39 Secundo pertinet cognoſcere etiam de omnibus cauſis civilibus, & pecuniariis, quæ ſint, & ducuntur inter partes in loco, & termino juriſdictionis civilis quarumque ſummarum, & quantitatum exiſtant, Mieres *in cur. Barcin. Reg. Petri* 2.*tom.* 1.*collat.* 2.*cap.*42. *numer.* 62. *fol.*46. *in novis*, Ripoll. *var. cap.* 1. *numer.* 281. Cancer. *part.*2. *var. cap.* 2. *numer.*49. Ramon noſter *conſ.*55.*numer.* 3. *et* 5. Matheaſ. *in l. imperium, repet.*1.*num.* 272. *et* 273. *ff. de juriſdiction. tom. judic.*

40 Tertio pertinet audire, & dare clama, & retroclama, & executiones facere pro factis, & cauſis pecuniariis quibuſcumque, Mieres *in Cur. Barcin.Reg.Petri* 2.*tom.*1.*collat.*4.*c.*42.*num.*62.Ripoll.*var.c.* 1.*n.* 282. Capyc.Latro *deciſ.*290.*p.*2.Scialoya *de foro compet.cap.* 37. *ſub n.*35. *et* 77.

41 Quarto clavare januas, & pignorare pro cauſis pecuniariis prædictis, Mieres *in Cur.Barcin.Reg. Petri* 2. *tom.*1.*collat.*4.*cap.*42. *numer.* 62. Ripoll. *var.cap.* 1.*numer.* 283.

42 Quinto firmam, & firmas juris recipere, Mieres *in Cur.Barcin.Reg.Petri* 2.*tom.*1.*collat.* 4. *c.* 42. *ſub nu.*62. *fol.*46.*in noviſ.* Ripoll. *var.c.*1.*n.*284.

43 Sexto ſuper prædictis cauſis, & factis ſententias dare, & proferre, & eas executioni debitè mandare, Mieres *in Cur.Barcin.Reg.Petri* 2.*tom.*1.*collat.*4.*cap.*42.*numer.* 62. *fol.*46. *in novis*. Ripoll.*var.cap.*1. *num.* 285. Cancer. *part.*2.*var.cap.*2.*num.*49. Scialoya *de foro compet.c.* 54. *à num.* 6.

44 Septimo dare tutores, & curatores pupillis, & minoribus, & adultis, furioſis, & mentecaptis, ac bonis vacantibus, & abſentium, & hæreditatibus jacentibus, dum tamen facultates pupillorum, adultorum, furioſorum, mentecaptorum, hæreditatum vacantium, & abſentium quantitatem quingentorum aureorum valentium ſex mille ſolidorum Barcinonenſium non excedant, Mieres, Ripoll. & Cancer. *citati n.* 37.Guttierez *de tutel.p.*1.*c.*16. *n.* 27. latè diſputat Matheaſius *in l.imperium, repet.*1. *à num.* 190. *ad* 211. *fol.* 59. *& in hac reſidet, repet.*2.*num.*236. *fol.*197.*ff. de juriſdict. omn. judic.* quidquid dicat Gratian. *diſcept. forenſ.cap.*225.*num.* 43. & an removere à tutela ſit mixti imperii, Matheaſius *in l.imperium, repert.*1. *à n.* 211. *ad* 217.*ff.de juriſdict.omn. jud.* Ego tradidi *dec.*35.*num.* 86. *part.* 1.

Octavo emancipare, & emancipationes facere in 45
poſſe ſuo de majoribus ſeptem annorum, Mieres *in Cur.Barcin.Reg.Petri* 2.*tom.*1.*collat.*4.*cap.*42.*num.* 66. Ripoll. *var.cap.*1.*numer.*287.Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 2. *numer.* 51. de quo Matheaſius *in leg. imperium, repet.* 1. *numer.* 264. *&* 265. *fol.* 71. *& repet.* 2. *num.* 223. *fol.* 194. *ff. de juriſdict. tom. jud.* Paſcal. *de poteſt. part.* 1. *cap.*6. *numer.*130.Boſſius *de pat.poteſt. par.* 1.*capit.*6.*numer.* 130. Boſſius *de pat. poteſt. capit.*2. *ſub num.* 58.

Nono inſinuationes donationum, & aliorum con- 46
tractuum, in quibus neceſſariæ ſunt, audire, & in eis decretum interponere, & ſuam authoritatem præſtare, Mieres *in Cur. Barcin. Reg. Petri* 2. *tom.* 1. *collat.* 4. *capit.* 42. *numer.* 67. Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 288.

Decimo interponere decreta in prædictis tutellis, 47
& curis, & in venditionibus bonorum vacantium, & hæreditatum jacentium, & pupillorum, & adultorum, dum tamen ut prædictum eſt, *numer.* 44. dicta bona minorum, & aliorum prædictorum valorem dictorum quingentorum aureorum non excedant. Mieres *in Curia Barcin. Reg. Petri* 2. *tom.* 1. *collat.* 4. *capit.* 42. *numer.* 68. Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 289.

Undecimo interponere decreta, & authoritates 48
præſtare in alienationibus, venditionibus, & aliis actibus, in quibus decreta, & authoritates judicis ſunt ex diſpoſitione juris præſtanda, & præſtandæ, videlicet in venditionibus, quæ fiunt per curiam pro executione juſtitiæ ad inſtantiam creditorum, & per tutores & curatores, & in translatis, & reparationibus inſtrumentorum, teſtamentorum, & aliarum ſcripturarum, Mieres *in Cur. Barcin. Reg. Petri* 2. *tom.* 1. *collat.* 4. *capit.* 42. *numer.* 69. Ripoll. *var. capit.* 1. *numer.* 290. Matheaſ. *in l. imperium, repert.*1. *numer.* 269. *&* 271. *fol.*72. *ff. de juridict.tom.jud.* Mantica *de tacitis, lib.*4. *tit.* 6. *numer.* 26. Hermoſilla ad Gregor. Lopez *l.* 4. *gloſſ.* 8. *numer.* 7. *fol.* 35. *tom.* 2. quidquid dicat Gratian.*diſcept. forenſ. cap.* 225.*numer.* 43.

Duodecimo cognoſcere de omnibus cauſis pecu- 49
niariis, quibus aliquis privatus petit ab aliquo privato aliquod prædium, domum, manſum, vineam, aut alia bona, vel jura ex cauſa mutui, commandæ, depoſiti, commodati, emptionis, venditionis, vel aliorum quorumlibet contractuum, vel quavis alia actione, reali, perſonali, vel mixta, niſi fuerit feudum, vel emphyteuſis, Mieres *in Cur.Barcin. Reg. Petri* 2. *tom.*1.*collat.*4.*cap.*42. *num.* 69. Ripoll. *var.cap.*1. *num.* 291.

Decimo tertio ſi quis agit ex quaſi contractu, 50
negotiorum geſtorum, communi dividundo, familiæ erciſcundæ, finium regundorum, pro ſocio, indebiti, vel quacumque alia condictione, vel aliter ſi aliquid pecuniarium petatur, Mieres *in Cur. Barcin.Reg. Petri* 2.*tom.*1.*collat.*4.*cap.*42.*numer.* 70. *&* 71. Ripoll. *var. capit.* 1. *numer.* 292. ut dictum eſt *numer.* 39.

Decimo quarto ſi aliquis privatus agat civiliter ju- 51
re actionis non officio judicis ex cauſa delicti, vel quaſi delicti, Mieres *in Cur. Barcin. Petri* 2. *tom.* 1. *collat.* 4.*cap.*42. *num.* 72. Ripoll.*var.cap.*1.*numer.*293. Cancer.*part.*2.*var. c.*2. *numer.* 1. §. 5. Scialoya *de foro compet. c.* 37.*n.*34.

Decimo quinto cognoſcere de cauſis reſtitutionis 52
in integrum, ſive petatur ipſa reſtitutio a minoribus, ſive ab Eccleſia, ſive ab Univerſitate, ſive à Fiſco, vel à majoribus propter abſentiam ex cauſa reipublicæ, vel legationis, vel aliàs, Mieres *in Cur. Barcin. Reg. Petri* 2.*tom.*1.*collat.*4.*cap.*42.*num.* 72. Ripoll. *var. cap.* 1.*num.*294.Cancer.*part.*2. *var.* 2. *numer.* 51. Matheaſ. *in l.imperium, repert.*1.*numer.* 242. *fol.* 67. *& repert.* 2. *numer.*329. *&* 330. *fol.* 196. *ff. de juridict.omn. jud.* Oddo *de reſtit. in integ. part.* 1. *quæſt.* 32. *art.* 2. *numer.* 24.

Decimo ſexto cognoſcere de cauſis liberalibus, 53
videlicet an aliquis ſit, liber, vel non, Mieres in *Cur. Barcin. Reg. Petri* 2. *tom.* 1. *collat.* 4. *capit.* 42.

*num.*

num.74. Ripoll.var.cap.1.n.295. Cancer.part.2.var.c. 2.n.49. Matheaſ. in l.imperium, repet.1.n. 271.fol.71. ff. de juriſd.com.jud.

54 Decimo ſeptimo jubere cavere, & in poſſeſſionem mittere, Mieres in Cur. Barcin. Reg. Petri 2. tom. 1. collat. 4. cap. 42.num. 75. Ripoll. var. capit. 1. num. 296. Cancer. part.2.var.cap.2. num. 49. Matheaſius in l. imperium, repet.1. à num. 246. ff. de juriſdict. com. judic.

55 Decimo octavo dare licentiam congregandi Univerſitatem ad effectum imponendi aliqua onera, ſeu cenſualia, & ad effectum firmandi confederationem, ſeu unionem cum aliis Univerſitatibus pro expulſione, & perſecutione hominum facinoroſorum, & propterea obligandi bona dictæ Univerſitatis, & ſingularium ejuſdem damnificatis in dicto termino, Ripoll. var. cap. 1. numer. 297. Cancer. part.2. var. c. 2. num. 51.

56 Unde nota, quod Univerſitas non poteſt ſe congregare, etiam pro ſuis neceſſitatibus, nec conſilium tenere ſine licentia domini juriſdictionis illius oppidi, ne ſub prætextu boni detur occaſio malignandi, l. 2. cum gloſſ. ff. de decret. ab ordine faciend. l.2. C.de decurionib. l. 10. Bart. in l. act. ff. rem ratam haberi, & in l.omnes populi, numer. 16. ff. de juſt. & jure, Marchius deciſ.801. num. 13. Guido Papa deciſ. 87.numer. 9. & deciſ.106. & 631. Capyc. deciſ. 27. nu. 22.Flores de Mena var.lib. 2. quæſt. 21. num. 38. Boer. deciſ.60.num.12. & 13.Franchis deciſ.446. ubi Luca in ſuis obſervat.Amendola ad Franchis deciſ.210.num.24. & 25.Capyc. Latro.deciſ.185.num.21. ubi Manfrella n. 8.& 9. lib. 2. Maſtrill. de magiſtrat.lib. 4. cap. 16. à nu. 201. Anna alleg.52.num. 77. & ſingul. 365. & 367. Loſeus de jure Univerſit. p. 1.cap.3.num.66. & 67.Novar. in prag.8. à num. 1. de adminiſt. Univer. & tom.1. Gravamine 301. Regens Vico ad prag. Reg. Sard. lib.1.tit. 18.cap.27.numer. 4. Thoro in compen. deciſ.part.1.verbo Officialis licet regulariter, fol. 330. & verbo Univerſitas pro electione, fol. 579. Farinac. in repertor. contract.quæſt.15.num. 26. Scialoya de foro compet.cap. 33. numer. 265. & 266. Suelves conſ. 14. numer. 10. qui num. 11. dicit non procedere in Univerſitatibus Aragoniæ lib. 3. ex noſtris Calicius in margarita fiſci, dub. 8. verſic. 60. & in extravag. cur. cap. 7. verſic. 60. Deſpujol ad Mieres, verbo Univerſitates in Cathalonia, fol. 206. Ripoll. var.cap.ult. num. 420. Cancer, part. 3. var.cap.3.num.147. & cap. 13. num. 115. 116.117.163. et 170. deciſum per noſtrum Senatum 14. Octobris 1593. referente Oliba inter Præceptorem Villæ de Aſco, & Syndicum ejuſdem oppidi refert Xammar de privil. Barcin. §. 20. à n. 32. ad 39. qui num. 37. et 38. non procedere in Civitate Barcinonę inquit. Quidquid de jure dicant Craveta conſ. 4. Menochius conſil. 28.lib.1.Seſſe deciſ.429. num.17.tom. 4. Niſi Univerſitas velit agere contra dominum juriſdictionis, nam tunc debet habere recurſum ad ſuperiorem, nempe Regium Senatum, qui narrato facto per Univerſitatem cum ſupplicatione, & conſtito, quod dominus requiſitus negaverit licentiam Univerſitati ſe congregandi, aut Syndicum conſtituendi, vel cenſualia manu levandi, aut concedere differret, concedit in calce ſupplicationis licentiam Univerſitati, ut poſſit ſe congregare, Syndicum conſtituere, vel cenſualia manu levare abſque licentia domini, & ad id expediuntur literæ, & proviſiones opportunæ, ſic Doctores citati Franchis num.2.verſic. Quando tamen, Luca nu. 3.Amendola num.25.Maſtril.num.203. Novar. in prag. 8.num.3.& 4. & gravam.301.num.3.& 4. Thoro verbo Univerſitas, Scialoya num.465. & 266. Xammar. ſub num.34. remiſſivè Manfrella nu. 9. de obſervantia noſtri Senatus de anno 1606. Cancer. cap.13.num. 170.& antea in facto Univerſitatis de la Biſbal 10. Januarii 1616. Et in facto Univerſitatis Villæ de Cambrils 24. Maji 1519. & 22. Octobris 1521. & 6. Junii 1526. & in cauſa Syndici de Vilanant 22. Octobris 1521. & de meis temporibus ſic pariter obſervatum vidi.

57 Sed ubi eſt dominus juriſdictionis civilis in oppido, & dominus juriſdictionis criminalis. Licèt aliqui dicant, quod ut Univerſitas poſſit ſe congregare, & conſilium tenere, requiritur licentia domini juriſdictionis criminalis, Franchis deciſ. 388. Capiblanc. in prag. 1. numer.53.part.1. de Baron. & in prag.8. numer. 160.part.2. Et alii teneant † quod re-
quiritur licentia amborum, domini ſcilicet juriſdi- 58
ctionis criminalis, & domini juriſdictionis civilis, Novar. in pragm. octavo numer. 6. de admini-
ſtrat. Univerſit. Tamen verius eſt, † quod requiritur 59
licentia domini juriſdictionis civilis, & non domini juriſdictionis criminalis, ſic Capyc. deciſ. 27. nu. 21. verſic. Quintum, & num. 22. Anna alleg. 52. & ſingul. 368. Thoro in compend. deciſ. verbo Officialis in civilibus, fol. 370. Danza de pug. doctor. tom. 1. de official. in genere, cap.8. à num. 43. Sialoya de foro compet.cap.33.num.264. & cap.37. num. 38. Luca ad Franchis deciſ. 388. numer. 2. verſic. Si igitur, & num. 4. Cancer. part. 3. var.cap. 13. numer. 163. verſic. Et ubi, Ita fuit in Cathalonia deciſum per Nobilem Joſephum de Balaguer Regium Senatorem 19. Aprilis 1672. in favorem Abbatis, & Conventus Beatæ Mariæ de Monteſerrato, domini juriſdictionis civilis, & mixti imperii loci de Riudebilles, contra Juratos ejuſdem loci, & Vicarium Villæ Franchæ Pœniten. ſcriba Ferrer.

Subdit tamen Capycius deciſ.27. num. 22. quod ſi 60
dominus juriſdictionis criminalis vult intervenire in congregatione, & concilio Univerſitatis bene poteſt, ut unus de Univerſitate, Franchis deciſ. 388. num. 1. ubi Luca num. 2. verſic. Quod ſi agitur, Fagnan. ad Rovit. in prag.2.num. 3. de adminiſtrat. Univer. Scialoya de foro compet. cap. 37. numer. 38. Cancer. par. 3. var. reſol. cap. 13. numer. 163. verſic. Et ubi, Thoro in compend. deciſ. part. verbo Officialis in civilibus, fol. 370.

Sed tunc intrat † dubium. An dominus juriſdictio- 61
nis civilis, vel dominus juriſdictionis criminalis præcedere debent, vide Capyc. deciſ. 27. à numer.23. Tapia deciſ.21.numer. 10. & 11. Franchis, & ibi Luca deciſ.128. & 388. Maſtril. de magiſtrat. lib. 5. cap. 4.n. 65.66.& 67. Novar. in prag. 8. num. 7. de adminiſtrat. Univerſitat. Taſſon de antefato, verſic. 3. obſer.3.à num. 178. Danza de pug. doctor. tom. 1. tit. de official.in gener.cap.8.num.42. Scialoya de foro compet. cap.33.num. 264. & 37.num.39.Fontanella de pact.nupt.tom.1.clauſ. 4.gloſſ.10. part. 2. à num. 69. ad 85. & deciſ. 366. n.22. & 23. part. 2.

Decimo nono ſpectare ad dominum mixti imperii 62
cognitionem omnium cauſarum civilium in modo pecuniario conſiſtentium, Ripoll.var. cap. 1. num. 298. ut dictum eſt num. 39.

Vigeſimo cognoſcere etiam de minoribus, & levi- 63
bus criminalibus, & audire, inquirere, punire, & civiliter caſtigare, videlicet de percuſſionibus enſium, & cultellorum in rixa factis, dummodo inde ex percuſſione mors, aut mutilatio membri non ſequatur, Mieres in Cur.Barcinon.Reg.Petri 2.tom.1.collat.4. cap. 42. num.75.76. & 77. Ripoll.var.cap. 1.num. 298. Cancer. par.2.var.cap.2. num. 55. Fontanella de pact. nup. tom. 1. Clauſ. 4. gloſſ. 14. num. 111. niſi percuſſiones eſſent proditorię, vel per inſidias, aut appenſatè, quibus in caſibus ſunt de mero imperio, Fontanella hic, num. 111. & 112.

Vigeſimo primo de bannis hortorum & vinearum 64
uſque ad quinque ſolidos, Mieres Barcin. Reg. Petri 2.tom.1.collat.4. capit. 42. num. 78. Ripoll. var. cap. 1. num. 299.

Vigeſimo ſecundo inquirere contra cantilenas, 65
& libellos diffamatores facientes, cantantes, vel affigentes, Ripoll.var.cap.1. numer.300. Cancer. part. 2. var.cap.2.num. 55. de quo vide Novar. in prag. 2. num. 1.de juriſdict. ad ut non turband. Franchis, & ibi Luca deciſ.553.Peguera deciſ. 77. Barboſa voto 116. à nu. 53. ad 59. lib. 3. & alios quos Ego refero deciſ.99. num. 44. part. 2.

Vigeſimo tertio concedere licentiam ſaltandi, ti- 66
bicines conducendi, & choreas, ac ſi viſum fuerit prohibere, Ripoll. var.cap.1.num.301. Cancer.part.2. var.cap.2. n. 51.

Vigeſimo quarto cognitionem, & examinatio- 67
nem

nem ſuper falſis ponderibus, menſuris, & cannis, Mieres *in Cur. Barcin. tom. 1. collat. 4. cap. 42. numer. 8.* Ripoll. *var. cap. 1. num.* 302. Cancer. *part. 2. var. cap. 2. num.* 49.

68 Vigeſimo quinto cognitionem pannorum falſorum, & minuatorum, Ripoll. *var. cap. 1. n.* 303.

69 Vigeſimo ſexto de furtis, quæ fiunt uſque ad valorem ducentum ſolidorum incluſivè, dum tamen non fiant de die, vel de nocte in Eccleſia, domo, vel itinere publico per violentiam, vel niſi fiant per latronem famoſum, & furta ſint talia, quæ in aliud nomen delicti non tranſeant, nec ſint talia, pro quibus mors, aut inciſio membri eſſet infligenda, Mieres *in Cur. Barcin. Reg. Petri 2. tom. 1. collat. 4. cap. 42. numer.* 78. Ripoll. *var. cap. 1. num.* 304. aliàs eſſet meri imperii, *ut dixi, num.* 34. niſi agatur civiliter, nam tunc eſſet mixti imperii Scialoya, *de foro compet. cap. 37. numer.* 12. 22. 23. *&* 25.

70 Vigeſimo ſeptimo fuſtigare, & ponere in cuſtellum citra tamen ſanguinis effuſionem pro qualitate, & modo criminum prædictorum, in dicto loco, & termino, Mieres *in Cur. Barcin. Reg. Petri 2. tom. 1. collat. 4. c. 42. num.* 79. Ripoll. *var. cap. 1. num.* 305. Cancer. *part. 2. var. cap. 2. num.* 55. *&* 58. Ramon noſter *conſ.* 55. *n.* 6. & de fuſtigatione Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 14. num.* 103. *&* 104. Scialoya, *de foro compet. cap. 37. n.* 20. Reg. Mattheu *de reg. Reg. Valen. cap. 6.* §. 10. *n.* 1. & de cuſtello Belluga *in ſpecul. Princip. rub.* 24. §. *poſtremo, n.* 24. *in fine, verſic. Et ſi domini*, Dom. Vice-Cancel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſerv. 5. n.* 172. adde infra, *n.* 80.

71 Vigeſimo octavo inquirere, cognoſcere, & punire de percuſſionibus, ex quibus ſanguis non exeat, ſeu os, vel oſſa non frangantur, aut debilitentur quæ tamen aliter non ſint judicio Medicorum periculoſa de morte, ſeu de affollamento, Mieres *in Cur. Barcin. Reg. Petri, 2. tom. 1. collat. 2. cap. 42. n.* 80. Ripoll. *var. cap. 1. n.* 306. Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. gloſſ. 14. num.* 111. alias eſſent de mero imperio, Mieres, & Fontanella *hic citati*.

72 Vigeſimo nono cognoſcere de perquiſitionibus factis cum baculo, ſive cavech, ò ab ariſtol de llauſa, & ab llauſa de batallons, vel cum lapide, vel aliàs ſine ferro, etiam quod remaneat ſignum de blavura, vel etiam inde ſanguis emanaverit, dum ſit tale vulnus, quod inde non ſequatur mors, nec membri debilitatio, aut notabilis deformatio judicio medicorum, Ripoll. *var. c. 1. num.* 307. Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 14. n.* 111. aliàs eſſet meri imperii, Fontanella *hic citatus*.

73 Trigeſimo cognoſcere de injuriis verbalibus & realibus, ſicut de empenta, bufet & percuſſionibus cum manibus, & ſimilibus, Ripoll. *var. cap. 1. num.* 308.

74 Trigeſimo primo cognoſcere de raſis, & terminis amotis, Ripoll. *var. c. 1. n.* 309. Cancer. *part. 2. var. 2. num.* 49.

75 Trigeſimo ſecundo punire non dantes juxta pondera, vel juſtas cannas & menſuras non tenentes, & cum eis falsè menſurantes, vel falsè ementes, vel falsè vendentes quoad banna pecuniaria inde poſita declarando, & exequendo. Verum tamen quod tenentes pondera, menſuras, & cannas falſa, & falſas non poſſit punire ratione falſitatis menſurarum, ponderum, & cannarum, dumtaxat pro bannis de non dando juxta pondera, & juxtas menſuras in ponderibus menſuris, & cannis, Mieres *in Cur. Barcin. Reg. Petri, 2. tom. 1. collat. 4. cap. 42. num.* 82. Ripoll. *var. capit. 1. num.* 301. Cancer. *p. 2. var. c. 2. n.* 49. ſi ignoranter utatur falſis ponderibus, & menſuris, nam tunc punitur per dominum juriſdictionis civilis, & non per dominum juriſdictionis criminalis, Scialoya *de foro compet. cap.* 37. *n.* 87.

76 Trigeſimo tertio compellere ad firmandum treugas, quæ firmandæ veniunt pro caſibus ad juriſdictionem civilem pertinentibus, & non pro caſibus ad juriſdictionem criminalem ſpectantibus Ripoll. *var. capit. 1. numer.* 311. Cancer. *part. 2. var. capit. 2. num.* 51.

77 Trigeſimo quarto, capere, & captos incarcerare, & compedibus, aliis detruſionibus, & cuſtodibus tenere delinquentes in caſibus prædictis, & aliis ad dictam juriſdictionem civilem pertinentibus intra locum, & terminum ſuæ juriſdictionis, Mieres *in Cur. Barcin. Reg. Petri 2. tom. 1. collat. 4. cap. 42. num.* 81. Ripoll. *var. cap. 1. numer.* 312. Cancer. *part. 2. var. cap. 2. n.* 64. Scialoya *de foro competen. cap. 37. numer.* 42. vide Matheaſium *in l. imperium, repet. 1. à numer.* 146. *ad* 150. *ff. de juriſdict. omn. jud.* ſed adverte, quod iſte carcer domini juriſdictionis civilis, & mixti imperii debet eſſe honeſtus cauſa cuſtodiæ, & juxta qualitatem criminum, quæ punire poteſt, & non ſubterraneus Cancer, ſic conſuluit *part. 2. var. cap. 2. num.* 65. Sialoya *de foro compet. cap. 37. numer.* 42. quinimo Baro habens omnimodam juriſdictionem non poteſt, tenere carcerem obſcurum, & ſubterraneum damnantur enim carceres, ſine lumine & ſubterranei, cum regulariter inventi ſint ad cuſtodiam, non ad pœnam, *l. 1. C. de cuſtod. reor. leg. aut damnum*, §. *ſolent. ff. de pœnis, capit. quamvis* 3. *de pœnis in* 6. ſic Gomez *tom. 3. var. capit. 9. numer. 6. verſic. Item adde*, Boſſ. *tit. de carcerat. numer.* 3. Guazin. *defenſ. 5. capit. 1. numer.* 55. Cancer. *part. 2. var. cap. 2. num.* 66. Scialoya *de foro compet. 37. numer.* 42. latè Menoch. *de arb. jud. caſu* 305. Novarius *de gravamin. vaſſal. tom. 1. grav.* 268. *& in pragm. 19. de Baronib.* Berart. noſter *in ſpecul. viſitat. 16. numer.* 25. *&* 26. Bene tamen verum eſt, quod ſi qualitas delicti & perſonæ hoc expoſceret, poſſunt criminoſi pro gravibus delictis detineri in carceribus ſubterraneis, & obſcuris, Gomez *tom. var. cap. 2. numer. 6, in fine*, Novar. *in pragmat. 19. numer. 7. de Baronib.* quidquid ipſe dicat *de gravamin. vaſſal. gravam. 268. numer. 7. tom.* 1. Et ſi eſt dubium, an carcer ſit nimis durus, reſidet judicis arbitrio, Menoch. *de arb. judic. caſu* 305. Cancer. *part. 2. capit. 2. numer. 66. in fine*. Relatione autem pendente, an carcer ſit nimis durus, cives ibidem interim carcerari nequeunt Navar. *de gravam. vaſſal. tom. 1. grav. 268. numer. 8. & in prag. 18. numer. 5. de Baronib.*

78 Trigeſimo quinto capere quoſcumque delinquentes in caſibus meri imperii, & illos incarcerare ad effectum tantum eos liberandi, tradendi, & remittendi cognitioni, & punitioni domini meri imperii, & ſuorum officialium, Ripoll. *var. cap. 1. num.* 317. vide Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 4. cap. 17. nu.* 45. *& deciſ. 188. lib.* 2. Reg. Vico *ad prag. Regni Sardiniæ, tom. 1. tit. 18. cap. 27. n. 12. in fine*.

79 Huc uſque dicta *à n.* 39. *ad* 78. à me exornata, ſunt tranſcripta à Regia ſententia lata 30. Octobris 1595. in cauſa Prioris de Ridaura, de qua ſupra, *nu.* 37. alii tamen caſus referuntur in Regia ſententia lata die ultima Junii 1536. de qua etiam ſupra, *num.* 37. & ſunt ſequentes & ſic.

80 Trigeſimo ſexto ad habentem juriſdictionem civilem, mixtumque imperium pertinet flagellare, & ponere in cuſtellum citra ſanguinis effuſionem, Ripoll. *var. capit. 1. numer.* 315. de quo jam dictum eſt ſupra, *numer.* 70. adde quod cuſtellum ſpectat ad mixtum imperium, ita fuit declaratum per Nobilem Joſephum Balaguer Regium Conſiliarium 19. Aprilis 1672. in cauſa relata, *numer.* 16. 17. *&* 59.

81 Trigeſimo ſeptimo præconia facere, bannire delinquentes, & illos reſtituere, vel abſolvere, componere, ſeu remittere, Ripoll. *var. cap. 1. numer.* 316. reſpectu præconiorum, *vide dicta num.* 35. & reſpectu bannimenti, Belluga *in ſpecul. Princip. rub. 24. §. poſtremo videamus à numer.* 4. Matheaſius *in l. imperium, repet. 1. numer. 144. & 145. fol. 5. ff. de juriſdict. omn. jud.* & quod dominus mixti imperii, juriſdictionis nempè civilis poſſit facere præcepta pœnalia, bannimenti, & carcerationis contra mulierem luxurioſè viventem fuit declaratum 19. Aprilis 1672. referentem Nobili Joſepho de Balaguer in cauſa relata, *n.* 16. 17. *&* 59.

82 Trigeſimo octavo cognoſcere de quibuslibet cauſis ſimilibus, Mieres *in Cur. Barcin. Reg. Petri 2. tom. 1.*

*collat.*

*collat.4.cap.42.n.84.* Ripell, *var, c.1. n.* 317. Cancer. *p. 2. var. cap.2.n.59.*

83 Trigeſimo nono cognoſcere de cauſis venationum, & piſcationum, Ripoll. *var. capit.* 1. *num.* 318.

84 Quadrageſimo prohibere delationem armorum, Ripoll. *var. cap.* 1. *numer.* 319. jam dictum eſt ſupra, *n.* 35. *&* 36.

85 Quadrageſimo primo emparas facere, & punire infringentes eas, Ripoll, *var. capit.* 1. *numer.* 320.

86 Ultra prædictos caſus in dictis deciſionibus contentis ſupra relatis *à n.* 38. *ad* 85. dominus mixti imperii cognoſcit, quando ex delicto venit imponenda pœna relegationis, relegationem enim eſſe mixti imperii probant Cancer. *p.* 2. *var. c.* 2. *nu.* 58. *&* 59. Scialoya *de foro compet, capit.* 37. *numer.* 20. Belluga *in ſpecul. Princip. rub.* 24. §. *& primo videamus*, *n.* 4. de quo vide Matheaſ. *in l. imperium, repet.* 1. *à n.* 239. *fol.* 52. *ff. de omn. jud.*

87 Item ſi quis eſſet condemnatus ad aliquam pœnam, quæ eſſet meri imperii, & poſtea dominus juriſdictionis criminalis commutaſſet dictam pœnam criminalem in pecuniariam (caſu quo poſſet) illa pœna pecuniaria ſpectat ad habentem mixtum imperium, Capyc. *deciſ.* 27. *num.* 17. Franchis *deciſ.* 318. *numer.* 6. Cancer. *part.* 2. *var. capit.* 2. *numer.* 56. *verſic. Et è contrario*. Scialoya *de foro compet. c.* 37. *n.* 17.

88 Dominus juriſdictionis civilis tempore nundinarum debet portare vexillum, ſive banneram in nundinis, & non dominus juriſdictionis criminalis Capyc. *deciſ.* 27. *numer.* 46. *&* 47. Luca ad Franchis *deciſ.* 388. *num.* 2. *in princ.* Scialoya *de foro compet. cap.* 37. *num.* 31. Novarius *de gravamin. vaſſal. tom.* 1. *gravam.* 325. *num.* 4. Manfrella ad Capycium Latro *dec.* 168. *num.* 16.

89 Ad dominium juriſdictionis civilis, mixti nempe imperii, & non ad dominum juriſdictionis criminalis meri ſcilicet imperii pertinet emanare facere banna tempore peſtis, ne aliquis accedat ad locum peſtis, Cancer. *var. part.* 2. *cap.2.n.*315.316. *&* 317. Scialoya *de foro compet. cap.* 37. *num.* 44. Giurba *obſer.*115. Luca ad Franchis *dec.*388.*n.*2.*verſic. agitur*. Niſi dominus juriſdictionis civilis non providiſſet, & monitus adhuc eſſet in mora, nam tunc dominus meri imperii poteſt ei providere per ſuum proclama, Cancer. *part.* 2. *var. cap.2.n.*318.

90 Item dominus juriſdictionis civilis cognoſcit de injuria facta officiali civili intuitu & ratione officii, Caracciolus *de fora privil. quæſt.* 31. Scialoya *de foro compet.c.37.n.26.* intellige in quantum ipſe dominus juriſrictionis civilis poſſit de ipſo crimine ordinariè punire, aliàs ſecus, latè videndus Scialoya *de foro comp. c.* 37. *n.* 49.

91 Ubi vaſſalli lege particulari, vel conſuetudine tenentur ad adjutorium dominorum in dotationibus filiarum, de quo latè Ramon noſter *conſ.*87. Cancer. *p.* 2.*var.c.*1.*n.*298. Fontanella *de pact.nupt.tom.2.clauſ.5. gloſ.4. à n.13. & in addit.n.1. &* 2. Amat. *reſol.* 2. Suelves *conſ.* 55.*n.2.lib.1.* Boſſius *de dote cap.4. n.* 156. 189. *&* 206. Urſellius *concluſ.* 54. *verbo Adjutorium*, Novarius *in prag.1. de Baronib. & de gravam. vaſſal. tom. 1.gravam.*4.6. *&* 6. *& tom.2.grav.* 13. *à n.8. & gragm.* 17. Franchis *deciſ.*73.76. *&* 215. Riccius *collect.* 65. *&* 1324. ſi duo ſunt domini pro indiviſo, tunc vaſſalli antiquiorem adjuvare tenentur, ut ait Urſel. ad Afflict. *deciſ.*265.*nu.*55. Urſellius *conculuſ.*54. *verbo Adjutorium*, *n.*19. ſi autem adſit dominus juriſdictionis civilis, & dominus juriſdictionis criminalis, adjutorium pro iſtis dotationibus debent vaſſalli ſolvere domino juriſdictionis civilis, & non domino juriſdictionis criminalis, Capyc. *deciſ.* 27. Capiblanc. *de Baron. prag.1. à n.62.part.* 1. *& prag.8.n.266. part.*2. Franchis *deciſ.*131.*n.*3. ubi Luca *n.*4. Aponte *de poteſt. Proreg. tit.* 10. §. 1.*numer.*14. Sialoya *de foro compet.cap.*17. *numer.* 57. Marinis ad Reverter. *deciſ.*86. *num.* 5. *& deciſ.*506. *num.*12. Fontanella *de pact.nupt.tom.2.clauſ.5.gloſ.* 4. *à num.* 34.

92 Dominus juriſdictionis civilis pro ſuo intereſſe poteſt comparere coram domino juriſdictionis criminalis, quando dominus juriſdictionis criminalis malè tractat vaſſallos, & ponere gravamina, & appellare pro ſuis vaſſallis, Anna *ſingul.* 61. Capiblanc. *de Baronib. prag.3. num.* 80. Thoro *in compend. deciſ. tom.* 1. *verbo an poſſit comparare*, *fol.* 64. Borrell. *in ſumm.dec. tom.1.tit.41. à num.*219. Scialoya *de foro comp. cap.* 37. *num.*36. Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap.* 6.§.2.. *num.* 29.

93 Dominus oppidi poteſt viſitare officiales Baronniæ, & officiales ipſarum ſyndicare, ac computa, & rationes ab officialibus Univerſitatum diſtributionis pecuniæ publicæ petere, & diſpungere ſicut poteſt Dominus Rex in terris regiis, *l.fin.C.de dedit. civit. lib.* 11. *l.fin.* ubi Bat. & Lucas de Penna *C.de adminiſtr.rer.publicar.lib.*11. Guido Papa *deciſ.*631. *num.* 29. Salon de Pace *in l.3.taurini, numer.*451. Avendanno *de exequen. mandat. part.* 1. *cap.9.num.*1. Menoch. *de arb. jud. caſu* 228. *numer.* 18. Bobadilla judicatum refert *in polit. libr.* 4. *cap.* 16. *à numer.* 134. *& cap.* 17. *num.*45. *& lib.* 6.*capit.1.n.*37. Eſcobar. *de ratiocin.cap.*42. *à nu.*1. Maſtrill. *de magiſtrat.lib.4.cap.16.à num.* 134. Ramirea *de leg.Reg.§.26.num.*67. Caſtillo *de tertiis*, *tom.7.cap.*41. *ſub num.*120. Novarius *de gravam.vaſſallor.tom.1.gravam.*122.*num.*1. *& in prag.5. numer.* 259. *de adminiſtr. Univerſit.* Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.* 1. *tit.* 18. *cap.* 27. *à numer.* 6. Reg. Leo *deciſ.* 10. *à num.* 7. *ad* 12. *& à num.* 35. *ad* 42. *lib.* 3. Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. tom.* 1, *cap.* 6. §. 1. *numer.* 85. *& re crimin. controv.* 71. *num.* 5. Domin. Vice-Cancel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſerv.* 4. *numer.* 142. *& obſerv.* 55. *numer.* 35. *& obſer.*98. *num.* 3. Cancer. *part.* 3.*var.cap.*3. *numer.* 451. *& cap.* 13. *numer.* 119. Xammar. *de privil. Barcin.* §. 10. *num.* 71. Berart. *in ſpecul. viſitat.cap.3.num.42. & cap.23.numer.3. &* 4. Etiam ſi † 94
Univerſitates haberent privilegium adminiſtrandi bona ſua cum libera, & generali adminiſtratione, vel haberent privilegium non inquirendi adverſus ejus officiales, vel etiam ſi in ſpecie haberent privilegium liberationis à reddenda ratione, Belluga *in ſpecul. Princip. rub.* 35. §. *poſt militares*, *numer.* 11. *&* 12. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 3. *à numer.* 450. Ramirez *de lege Reg.* §. 26. *numer.* 67. Domin. Vice-Cancel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſerv.* 4. *à numer.* 89. *ſignanter à numer.* 100. *ad* 141. *& obſerv.* 55. *num.* 36. *& obſerv.* 68. *num.* 3. Et ſi in † oppido adeſt, dominus juriſdictionis civilis, & dominus juriſdictionis criminalis, facultatem viſitandi Univerſitatem, & ejus officiales pertinet ad dominum juriſdictionis civilis plenæ, & non ad dominum juriſdictionis criminalis, latè Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.* 1. *tit.* 18. *cap.* 27. *à numer.* 6. deciſum in noſtra Regia Audientia, referente Senjuſt 12. Februarii 1612. in favorem Præpoſiti majoris Monaſterii Sancti Cucuphatis Vallen. Ordinis Divi Benedicti, domini juriſdictionis plenæ dictæ Villæ Sancti Cucuphatis, contra Syndicum ejuſdem Villæ teſtatur Xammar *de privileg. Barcinonæ*, §. 10. *numer.* 72. licet contrarium ſervetur in Regno Valentiæ, ut referunt Reg. Leo *deciſ.* 10. *libr.* 3. Reg. Mattheu *de regi Reg. Valen. cap.* 2. §. 3. *numer.* 52. *& capit.* 6. §. 2. *numer.* 17. Domin. Vice Cancel. Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſerv.* 4. *num.* 143. Sed viſitatio † Univerſitatum facienda per Dominum Regem in oppidis Regiis, & per Baronem in ſua Baronia, quibus expenſis fieri debeat, Craveta 238. Eſcobar *de ratiocin. capit.* 42. *à numer.* 6. *ad* 13. Menoch. *de arb. judic. caſu* 228. *n.* 18. Rovitus *in pragmat.2.num.2. adminiſtr. univer.* Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.* 1. *titul.* 18. *capit.* 19. *numer.* 5. *&* 6. Capiblanc. *in prag.* 12. *numer.* 25. *de Baronib.* Novarius *de gravam. vaſſal. tom.* 1. *gravam.* 125. *numer.* 2. *&* 3. Berart. *in ſpecul. viſitat. cap.* 3. *numer.* 79. 80. *&* 81.

95 Jus tenendi macellum, & facultas ſcindendi, & vendendi publicè carnes pertinet ad habentem juriſdictionem civilem, mixtum nempè imperium. Similiter jus tenendi tabernam, cauponam, tandem & paneficium, ac ibidem vendendi panem,

vinum,

vinum, oleum, piſcatum, tabachum, aquam vitæ, avenam, & alia in dictis locis vendi ſolita, pertinet ad habentem juriſdictionem civilem. Dummodo tamen id fiat ſine aliqua impoſitione, & macellum non ſit forciatum, quia iis caſibus de regalis Domini Regis eſt. Bene tamen verum eſt, quod poteſt Univerſitas præſcribere per tempus immemoriale domino juriſdictionis civilis, & mixti imperii jus tenendi macellum publicum flecam publicam, & tabernam publicam, & ibidem vendendi carnem, panem, vinum, oleum, piſcatum, tabachum, aquam vitæ, avenam, & alia ſolita, *ut infra, deciſ...*

98 Baro, qui habet juriſdictionem civilem dicitur habere mixtum imperium, Cancer. *part.*2. *var. c.*2. *num.*53. Scialoya *de foro compet. cap.*37. *num.*35. Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap.*6. §.2. *num.*4. Giurba *conſ.*24. *num.*9. *Mixtum imperium*, Fontanella *de pact. nupt. tom.*1. *clauſ.*4. *gloſſ.*14. *à num.*36. & dominus juriſdictionis criminalis dicitur habere merum imperium, *l.*1. §. *qui mandatum*, *ff. de offic. ejuſ. l. imperium*, *ff. de juriſdict. omn. jud.* Giurba *conſ.*24. *num.*9. *verſ. Ipſaque* Fontanella *de pact. nupt. clauſ.*4. *gl.*14. *à num.*31.

99 Juriſdictio civilis modica, ſeu ſimplex, ac civiliſſima, ut ab aliis vocatur, quid ſit, explicant Fachineus *cont. juriſd. lib.*9. *cap.*96. Giurba *conſ.*24. *n.*9. *verſ. Simplex juriſdictio*, Fontanella *de pact. nup. tom.*1. *clauſ.*4. *gl.*14. *num.*97.

100 Et qui eam habet communiter, & ut plurimum in Cathalonia habet coertionem pœnæ, & banni tantum quinque ſolidorum, ut declaravit Dominus Rex Alphonſus in cauſa Luitionis Caſtri de Villaſario 27. Auguſti 1419. in Aula majoris Palatii veteris Civitatis Barcinonæ, quæ fuit confirmata per eundem Dominum Regem Alphonſum in Civitate Turdi 4. Martii 1482. ut teſtantur Socarrats *in conſuet. Cathaloniæ, cap. ſi verò aliqui, num.*62. & 73. *fol.*182. Marquilles *in uſat. Bajulia, verſ. Sed quæro, fol.*326. *col.*2. Celſus Hugo *conſ.* 71. *num.*7. Ramon. *conſ.*18. *num.*27. Cancer. *part.*2. *var. capit.* 2. *n.*52. & 67. & *par.*3. *cap.*13. *num.*36. Fontanella *de pact. tom.*1. *clauſul.*4. *gl.*11. *num.*10. In Regno Siciliæ poteſt mulctare uſque ad quatuor uncias Maſtril. *de magiſtrat. lib.*4. *cap.*16. *num.*30.

101 Poteſt emparas facere, & pro emparis factis quinque ſolidos exigere, Marquilles *in uſat. Bajulia, verſic. Sed quæro, fol.*326. *col.*2. Cancer *par.*2. *var. num.* 52.

102 Cognoſcit de cauſis minimis ſine ſcriptis, Marquilles, & Cancer citati, *num.*100. & 101. in quibus ordo judiciarius non obſervatur, Cancer *par.*2. *var. c.*2. *n.*67. in Regno Siciliæ cognoſcit de cauſis civilibus uſque ad certam ſummam, Maſtril. *de magiſtrat. lib.*4. *cap.*16. *num.*31.

103 Habet modicam coertionem, *l. cui juriſdict.* ubi Doctores *ff. de juriſdict. omn. jud.* Cancer *par.*2. *var. cap.*2. *numer.*68. Scialoya *de foro compet. cap.*37. *numer.*33. iſtaque modica coertio, ſivè caſtigatio in quibus conſiſtat, Cancer. *part.*2. *var. cap.*2. *numer.*68. ſe refert ad Marquilles, Bartol. Alexand. Jaſon. Soccin. ibidem citatos.

104 Sed Ripoll. *var. cap.*1. *nom.* 314. dicit fuiſſe declaratum in noſtra Regia Audientia 17. Septembris 1524. referente Magnifico Franciſco Aguilò de Regio Conſilio in cauſa vertente inter Oeconomum Monaſteri Sancti Benedicti de Bages, & Bernardum Oliveres Subvicarium Minoriſſæ, caſus ſaltandi, & capiendi nummos ludentium ludis, prohibitis, & capiendi pugiones, ſivè dagues à tranſeuntibus, eo quia ſunt nimiæ longitudinis, & furtorum non excedentium ducentum ſolidos ad civilem juriſdictionem pertinere, non vero ad mixtum, nec merum imperium.

105 Verum cum hoc ultimo de furtis non excedentibus ducentum ſolidos. Ego non aſſentior, quia habens ſimplicem juriſdictionem ſolùm poteſt pro levibus criminibus incarcerare judicis arbitrio, Marquilles *in uſat. Bajulia, ver. Sed quæro, col.*2. *fol.* 326. Cancer. *part.*2. *var. cap.*2. *ſub num.*52. & moderatè caſtigare, Scialoya *de foro compet. capit.* 37. *num.*33. *in fine*. In Regno Siciliæ poteſt cognoſcere cauſas criminales à relegatione infra, Maſtrill. *de magiſtrat. lib.*4. *cap.*16. *num.*31.

Unde deducitur non eſſe veram doctrinam, Cancer. *var. part.*2. *c.*2. *num.*53. *verſ. Sicque* cum Marquilles, Baldo, Jaſone, & Soccino dicentis, habentem tantum ſimplicem juriſdictionem non poſſe capere, Quia certo certius eſt, quod poteſt capere, non ut de cauſa cognoſcat, ſed ut captum ad competentem judicem remittat, Bartol. *in l. magiſtratibus, quæſt.*1. *ff. de juriſdict. om. jud.* Farinac. *in praxi, part.*1. *quæſt.*27. *num.*5. Maſtril. *deciſ.*188. *num.*28. *lib.*2. & *de magiſt. lib.*4. *cap.*17. *num.*45. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.*1. *tit.*18. *c.*37. *num.*12. 106

Nota, quod ſi quis in Cathalonia, vel alibi habens unam, vel alteram ex prædictis ſpeciebus juriſdictionis, nempè meri imperii, aut mixti imperii, vel ſimplicis juriſdictionis exerceat fortaſsè plus juriſdictionis, aut minus, quàm in dictis Regiis ſententiis narratur, id procedit ex conſuetudine, & præſcriptione, Cancer. *part.*2. *var. cap.*2. *num.* 68. *verſ. Neque*, & *n.*69. Ramon noſter *conſ.*55. *n.*7. Maſtril. *de magiſt. lib.*4. *cap.*16. *num.*30. & 31. 107

Quæro tertio. An ſi dominus juriſdictionis criminalis intendat vendere, vel locare ſuam juriſdictionem criminalem, præferatur dominus juriſdictionis civilis omnibus emere, vel locare volentibus dictam criminalem juriſdictionem? Negat Marinis *lib.*2. *reſol. jur. cap.*117. affirmant, & deciſum teſtantur Anna *ſingul.*105. Sanfelicius *deciſ.*322. & *in additionibus*, & antea, *deciſ.*106. *num.*10. Thoro *in ſupplem. deciſ. verbo Baro habens civilem, fol.*62. Pratus *diſceptat.*1, & 2. *tom.*2. Galeota *in addit. ad controv.*53. *art.*2. *num.*22. *tom.*1. & *reſpon. fiſcal.*22. *num.*53. Roſa *conſult.*16. & 27. *numer.*8. & Scialoya *de foro compet. cap.*37. *n.*45. Capic. Latro *deciſ.*168. ubi Manfrella *in obſer. à n.*8. & opinio affirmativa, quæ verior eſt, procedit, etiamſi Eccleſia ſit domina juriſdictionis civilis? Scialoya, & Capicius Latro *ubi proximè*, ſed an præferatur Univerſitati quæſtio eſt multum controverſa, ideoque pro articuli veritate, quando caſus contigerit, videndi ſunt, Franchis *dec.*17. *num.*14. Aponte *de poteſt. Proreg. tit.*10. *de diverſis proviſion.* §. *de donis*, & *expen. Univerſit. n.*15. Borell. *in ſum. deciſ. par.*1. *tit.*41. *num.*81. 219. & 220. Camil. de Curte *in diverſ. jur. feudal. part.*1. *cap.*3. *num.*67. *à num.*20. Sanfelic. *deciſ.*339. *num.*2. Medices *conſ.*64. *num.*3. Scialoya *de foro compet. cap.* 37. *num.*46. Marinis *reſol. jur. lib.*1. *cap.*117. *n.*8. & 21. & *in obſervat. ad Reverter. deciſ.*85. *n.*6. & *deciſ.* 215. *num.*2. Luca *ad Franchis, deciſ.*17. *numer.* 4. Manfrella *ad Capic. Latro, deciſ.*168. *num.*12. & 13. Reverterius *deciſ.*215. *in fine*. 108

109 (beside line "tro *ubi proximè*, ſed an præferatur Univerſitati quæ-")

Quæro quarto. An Baro habens plura oppida poſſit extrahere vaſſallos à propria patria pro juſtitia adminiſtranda, ut eis in alio jus reddatur? Videndi ſunt Franchis *deciſ.*166. *numer.*6. ubi Luca *numer.*2. idem Franchis *deciſ.*526. *num.*8. Bobadilla *in politic. lib.*2. *cap.*16. *num.*187. Maſtril. *de magiſtr. lib.*4. *cap.*16. *num.*119. 120. & 121. Caval. *reſol. crim. caſu* 120. Giurba *conſ.*52. Novarius *tom.*1. *gravam.*197. & 285. & *in pragmat.*2. *collect.*2. *num.*1. 2. 3. & 32. *tit. ubi de delicto*, Suelves *conſ.*60. 1. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.*1. *tit.*18. *cap.*14. Reg. Mattheu *de reg. Reg. Valen. cap.*6. §.1. *num.*89. & 90. Domin. Vice Cancel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſerv.*15. *à num.*43. Cancer *part.*2. *var. cap.*2. *à num.* 263. & *part.*3. *cap.*13. *à num.*224. Fontanella *de pact. nupt. tom.*1. *clauſ.*4. *gl.*1. *par.*2. *à num.*11. & *gl.*11. *à num.*25. Ripoll. *var. cap.* 1. *à num.* 407. remiſſivè Xammar *de offic. jud. par.*1. *quæſt.*15. *num.*141. 110

Quæro quinto. An Baro plebejus habens omnimodam juriſdictionem, aut juriſdictionem civilem plenam in aliquo oppido, cui titulo lucrativo, aut oneroſo ſucceſſit, ex eo efficiatur Miles? Reſpondeo, quod non, ut probant & docent Tiraquel. *de nobilitat. capit.*7. *numer.*9. Garcia *de Nobilitate, gloſſ.*18. *num.* 28. Seſſe *deciſ.* 1. *numer.* 45. 46. & 48. 111

verſic. Jam igitur, tom. 1. Parlador. rer. quotid. diff.
145. §.1. à num.4. ſignanter num.10. Guttier. practic.
lib.3. quæſt.26. num.13. & 14. Solorzano de jure In-
diar. tom.2. lib.1. cap.19. num. 58. & lib. 2. cap.23.
num.115. & in polit. lib.2. cap.20. verſicul. La qual
exemption, fol.181. & lib.3. cap.25. verſ. Y loque es
mas, fol.425. Balmaſeda de collect. quæſt. 40. num. 4.
5. 14. & 16. ſentiunt Covar. pract. cap. 37. num. 1.
verſ. Et denique, ibi: Præſertim quod, & poſſunt,
Bobadilla in polit. lib.2. cap.16. ſub num.173.

112 Hocque [ quidquid aliud ſervetur in Regnis Sici-
liæ, & Neapolis, ut dicunt Giurba deciſ. 118. num.
7. Novarus de gravam. vaſſal. tom.1. prælud.13. n.1.
in fine, ] nullam patitur difficultatem in Cathalo-
nia, ex Cancer. par.3. var. cap.13. n.304. Deſpujol
ad Mieres verbo Milite, tàm in civilibus, verſ. Et
nota, fol. 127. ita fuit in Regia Audientia deciſum
referente Nobili Hieronymo de Magarola 5. Julii
1673. in favorem Univerſitatis Villæ Palatii Angu-
lariæ, contra Univerſitatis Villæ Palatii Angulariæ,
contra Raymundum Pocurull. in eadem Villa habita-
torem, dominum, juriſdictionis civilis loci de Fe-
nolleres, & in terminis de Corbella in Vicaria Cerva-
riæ, Scriba Cervera.

113 Siquidem licèt iſte talis admittatur in Cathalonia
in Curiis generalibus in Brachio Militari, & habeat
in eis votum, ut quilibet Militaris, conſtitut. parta-
ço 7. tit. de celebrar. corts, Calicius in extravagant.
Cur. cap.6. num.1. 27. & 29. Peguera in pract. cele-
brand. cur. cap.5. num. 3. verſic. Y per lo bras mili-
tar. Fontanella deciſ.366. num.21. part.2. Vilaplana
de brachio militari, cap. 5. num. 59. Tamen non ad-
mittitur in Cathalonia tamquam Miles, ſeu ut Ba-
ro, ſeu verius ut dominus vaſſallorum, Cancer. p.
3. var. c.13. n.405. Deſpujol ad Mieres verbo Milites,
tàm in civilibus, verſ. Tamen iſte, fol.127. D. Vice
Cancel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura in ob-
ſer.15. n.192. Sic legi obſervatum in Curiis genera-
libus annorum 1626. & 1632. in habilitationibus
brachii Militaris in perſonas Jacobi Margalef, Mat-
thiæ Villar, Honofrii Raymundi de Cubells, Jo-
ſephi Mora, Jacobi Joannis Magarolla, Raymun-
di Margalef & Botella, Damiani Marti del Pont de
Armentera, Joannis Rey, Jacobi Laſſera, Joannis
Franciſci Palaguer, Raymundi Cadell, & Rocabru-
na: Michaelis Bendicho, & Breſcò. Joannis Quin-
tana, & Franciſci Gubert fuit unuſquiſque eorum ad-
miſſus ut Baro. Et in perſonas Marcellini de Boquer,
Franciſci Giminells, & Maſcarò, Franciſci Roſſel-
lò, & Jorda, Franciſci Tarròs Civitatis Balagarii;
Joannis Pocurull oppidi Palatii Augulariæ, Hiacinti
Caſanoves, Franciſci Giminell, & Didaci Claris Vil-
læ Bergæ, fuit quilibet eorum admiſſus, ut Dominus
vaſſallorum. Etiamſi ſit alienigena, & non domici-
liatus in Cathalonia, Peguera in pract. celebran. cur.
c.5. n.2. & c.16. n.9. ſic in dictis Curiis generalibus
annorum 1626. & 1632. legi obſervatum in perſona il-
luſtris Don Martini de Alagon, Comitis de Saſtago
Marchionis de Calande in Regno Aragonum, cujus
eſſe dicitur locus de Caſtiſſen. in Vicaria Pallarien.
præſentis Principatus Cathaloniæ, Don Sebaſtiani
Judici, & Freſcò, & Don Joannis Capena, & Bre-
ſcò, unuſquiſque eorum fuit admiſſus ut Baro. In
Regno Valentiæ quid Dominus Vice Cancel. Don
Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſer.15. num.193.
Reg. Mattheu de reg. Reg. Valen. cap.3. §.1. n. 56. &
in forma celebrandi curias, cap.10. num.2.

114 Unde primo infertur, quod Baro plebejus non ci-
tatur ſicut Militaris cum termino viginti ſex dierum,
ſed cum termino decem dierum ut citatur plebejus,
Dexart deciſum refert in Regia Audientia Sardiniæ in
cap.15. num.4. de reſcrip. fol.205.

115 Secundo infertur, quod Baro plebejus habitans ex-
tra oppidum juriſdictionis in alio oppido ligatur ſta-
tuti Univerſitatis oppidi, in qua habitat, ad Daſpu-
jol ad Mieres verbo Milites, tàm in civilibus, verſ.
Infertur ex his, fol.127.

116 Tertio infertur, quod Baro plebejus in alio oppido
habitans extra oppidum juriſdictionis ſuæ, tenetur
hoſpitare milites, & ſolvere taleas, & alias impoſitio-
nes illius oppidi, cujus non eſt dominus in quo habi-
tat. Sic fuit in Cathalonia deciſum referente Nobili
Hieronymo de Magarola 5. Julii 1673. in cauſa relata,
num.112.

Limitatur prædicta, ſi imperator, vel Rex in ſuo 117
Regno, vel etiam alius, qui jus habet conferendæ
nobilitatis conceſſerit vaſſallos cum juriſdictione ali-
cui ignobili ex certa ſcientia ignobilitatis illi eo ipſo
nobilitatem concedere videtur, & conſequenter exem-
ptionem à taleis & aliis impoſitionibus, ſic Guido Pa-
pa deciſ.385. Guttier. practic. lib.3. quæſt. 15. num. 9.
10. & 11. Tiraquel. de nobilitate, capit.7. à numer.
2. ſignanter numer. 14. Paſchal. de pat. poteſt. part.
4. cap.2. num.40. Boſſius de pat. poteſt. cap. 3. num.
215. verſ. Unde, ſic intelligendi Flores de Mena l.
2. var. quæſt.251. Balmaſeda de collect. quæſt.40. num.
14. & licèt hæc limitatio non careat difficultate,
ex traditis per Bobad. in polit. lib.2. capit.16. numer.
173. & lib.5. cap.5. numer.32. Solorzano de jure In-
diar. tom.2. lib.1. capite 19. num.58. & lib.2. cap.23.
numer.115. & in politic. libro 2. capit.20. verſic. La
qual exemption, fol.181. & libro 3. cap.25. verſic. Y
lo que es mas, fol. 425. Secutus fuit noſter Senatus
limitationem die 5. Julii 1673. ad relationem No-
bilis Hieronymi de Magarola, in cauſa relata, num.
112. Sed adverte † limitationem eſſe intelligen- 118
dam, quando in conceſſione vaſſallorum cum ju-
riſdictione facta per principem ignobili, & plebe-
jo eum facit Nobilem, aliàs ſecus; nam Princeps,
etſi vaſſallos cum juriſdictionem donet ignobili,
niſi aliud expreſſerit non videtur accipientem fa
cere Nobilem, niſi inſuper aliqua dignitate, puta
Ducatos, Marchionatus, aut Comitatus eum ho-
neſtaverit, Parlador. omnino videndus rer. quoti-
dian. differ.145. §.1. à num.4. ſignanter numer. ſex-
to, verſic. Quærimus igitur, numero ſeptimo 8. & 9.
Dixi niſi inſuper aliqua dignitate, puta Ducatus,
Marchionatus, aut Comitatus eum honeſtaverit. 119
Nam Rex ſi aliquem creat Ducem, Marchionem,
aut Comitem cenſetur eum facere Nobilem, etiam-
ſi ille talis plebejus ſit, Tiraquel. de Nobilitate,
capite 7. numer.1. Garcia de Nobilit. gloſſ.18. numer.
15. Guttier. pract. lib.3. cap.16. numer.6.7. & Seſſe
deciſione 1. num. 47. tom. 1. Parlador. rer. quotidian.
differ.145. §.1. numer.5. & 6. Maſtril. de magiſt. lib.
4. capit.13. numer.199. Balmaſed. de collectan. quæſt.
40. à num. 7.

Verùm tamen eſt, quod executio, ſi quæ facien- 129
da ſit contra Baronem plebejum pro taleis, & aliis
impoſitionibus Univerſitatis in quo ille habitat ex-
tra ſuam juriſdictionem, debet fieri per Vicarium
Regium ſuum ordinarium, ita fuit deciſum in Re-
gia Audientia referente Nobili Hieronymo de Ma-
garola 5. Julii 1673. in relata cauſa, num.112. Mo-
tus fuit Senatus, eo quia Barones † in Cathalonia, 121
etiam ſi cingulo militari non ſint inſigniti, ſubſunt
tàm in civilibus, quàm in criminalibus, Vicariis
Regiis, non autem cæteris Baronibus, nec eorum
officialibus, ut dixi deciſione 10. num.188. par.1. ad-
do Vilaplanam de brachio Militari, cap.5. num.159.
ubi refert deciſionem noſtri Senatus.

---

### ARGUMENTUM.

**An Clericus poſſidens rem ſubjectam pacto de retrovendendo pro ejus recuperatione gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque ſit apud judicem Eccleſiaſticum.**

### SUMMARIUM.

1 *Clericus poſſidens rem ſubjectam pacto de retrovendendo pro ejus recuperatione conveniendus eſt apud judicem Eccleſiaſticum.*

2 *Pactum de retrovendendo appoſitum venditioni eſt omni jure licitum, numero 2. ſive ſit perpetuum,*

*petuum, ſive limitatum uſque ad certum tempus, num.3. non ſolùm quando eſt conceptum affirmativè, ſed etiam quando eſt conceptum negative, numero quarto etiam quod in eo dicatur, ut non liceat redimere niſi collectis fructibus, numero quinto, vel quod venditor teneatur denuntiare emptori retrovenditionem per duos menſes ante, num.6. Niſi concurrant conjecturæ ſimulationis, & uſuræ, num.7.*

8 *Pactum de retrovendendo cum modicitate pretii efficit contractum uſurarium, ſive ſit perpetuum, n.8.& 9. ſive limitatum affirmativè, vel negativè, n.10.& 11.*

12 *Modicitas pretii qualis debeat eſſe ad arguendum contractum uſurarium in pacto perpetuo de retrovendendo, num.12. & qualis debeat eſſe quando eſt limitatum, & conceptum affirmative, num. 13. & qualis eſſe debeat, quando eſt limitatum, & conceptum negativè, num.14.*

15 *Pretium ut ſit juſtum ad effectum cognoſcendi ejus modicitatem, inſpici debet tempus contractus, nu.15. & deducenda ſunt prius ea, quæ faciunt rem minus valere, n.16. 17. & 18.*

19 *Pactum de retrovendendo facit rem minus valere, n.19. & quantum diminuat de juſto valore rei, quando eſt perpetuum, num.20. 21. & 22. & quia quando eſt limitatum, conceptum affirmativè, num.23.24. 25. 26.& 27. & quid quando eſt limitatum, conceptum negativè, numero vigeſimo octavo.*

29 *Pactum de retrovendendo collatum ad certum tempus, eo elapſo, amplius exerceri non poteſt, n. 29. & 30. amplia, ut nec mora purgari poſſit intra modicum tempus, n.31. Limita 1. ſi adſit modicitas pretii, n.32. Limita 2. ſi emptor lapſo termino dixerit, ſe adhuc paratum eſſe retrovendere, n.33. & idem ſi petierit pretium ſibi ſolvi, n.34. idemque ſi pretium oblatum acceperit, n.35. Limita 3. ſi redimendi facultas ab initio minori conceſſa ſit, n.36. & vide n.37.38. 39. 40. & 41.*

42 *Pactum de retrovendendo limitatum uſque ad certum tempus ſufficit redimere qualibet die etiam noviſſimo illius temporis, ſeu ultimi anni.*

43 *Pactum de retrovendendo ſimpliciter factum abſque temporis determinatione, & ſine clauſula denotante perpetuitatem, an præſcribatur ſpatio triginta annorum, n.43. refertur opinio affirmativa, n.44. ſed negativa ſervatur in Cathalonia, n.45.*

46 *Pactum de retrovendendo conceptum verbis denotantibus perpetuitatem, ut toties quoties perpetuo ſemper, quandocumque, quotieſcumque, & ſimilibus, an præſcribatur ſpatio triginta annorum? n.46. opinio affirmativa refertur, n.47. opinio negativa ſervetur in Cathalonia, n.49. 50. Amplia in tertio, num.51. & contra tertium, num.56. Limita duobus modis, num.52. 53. & 54.*

55 *Redimendi facultas in annuis redditibus immobilibus nullo tempore præſcribi poteſt.*

57 *Pacta de retrovendendo inter immobilia computantur.*

58 *Pactum de retrovendendo mortuo venditore tranſit ad ejus hæredes etiam extraneos, quamvis de eis non fuerit facta mentio in contractu, n.58.& poteſt cedi, vendi, & donari, n.60. Limita 1. ſi conventum fuerit, ut ipſe venditor tantùm poſſet redimere, num.61. Limita ſecundo, ſi actum fuit, ne res redimatur, niſi de propriis pecuniis, num.63.*

62 *Pactum de retrovendendo, quod ſolus venditor, & non alius redimere poſſit, validum eſt.*

64 *Pactum de retrovendendo, quod res non redimatur, niſi propriis pecuniis, valet.*

65 *Pecunia propria quæ dicatur.*

66 *Pacto de retrovendendo unus ex pluribus hæredibus venditionis, vel unus ex pluribus venditoribus non poteſt pro ſua parte uti, num. 66. poteſt tamen totam rem redimere, num.67. præſtita cautione de reſtituendo, & reficiendo aliis hæredibus, vel venditoribus partes, ſeu portiones ejuſdem contingentes, & de ſervando indemnem ipſum emptorem, num.68. & 69.*

70 *Hæres unus ex pluribus emptoribus rem emptam ſolus poſſidens, vel communiter cum aliis, poteſt in ſolidum condemnari ad ejus reſtitutionem.*

71 *Pactum de retrovendendendo, quod redemptio fiat eodem pretio, quo venditio facta fuit, licitum eſt, num.71. & ſimpliciter adjectam, nihil dictum de pietio retrovenditionis, cenſetur appoſitum pro eodem pretio, quo venditio facta fuit, num.72. etiamſi interim valor monetæ mutetur, num.73.*

74 *Pactum de retrovendendo an valeat, ut res minori, vel majore pretio redimi poſſit.*

75 *Venditæ plures res cum pacto de retrovendendo, an debeant omnes ſimul redimi, an vero poſſit redimi una ſine alia, num.75. 76. 77.78. 79.80. 81.82. 83. 84. 85. & 86.*

87 *Venditor an vigore pacti de retrovendendo poſſit agere ad revenditionem cum ſola oblatione pretii; an vero neceſſaria ſit obſignatio, & depoſitio pretii, n.87.88. & 89. quid in Cathalonia, n.* 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. & 104.

105 *Laudemium an debeatur, & quantum ex prima venditione, quæ fit cum pacto de retrovendendo, & quid ex revenditione, vide num.105. & cum duabus ampliationibus, num.106.& 107. & cum ſex limitationibus, num.108.109.110.111.112. & 113.*

114 *Argumentum de gabella ad laudemium, & è contra valet.*

115 *Venditor reemens rem venditam vigore pacti de retrovendendo tenetur ſtare locationi factæ per emptorem.*

116 *Augmentum per alluvionem an ſpectet ad venditorem, vel ad emptorem cum pacto de retrovendendo.*

117 *Venditor reemens rem venditam vigore pacti de retrovendendo tenetur ultra pretium ſolvere emptori omnes expenſas, & ſumptus, quos emendo fecit, n.117. & qui ſint iſti ſumptus, n.118.119.* 120. 121. 123. 125. & 126.

122 *Emptor cum pacto de retrovendendo non poteſt arbores ſcindere, nec rem aliter deteriorare.*

123 *Promiſſionum materia apud nos Azaus, remiſſivè, num.123. & 124.*

127 *Pactum de retrovendendo quomodo probetur.*

## DECISIO CXLIX.

DUbio propoſito in argumento reſpondetur affirmativè. Tum quia Clericus in actione reali 1
ratione rei ſitæ gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, eſtque conveniendus coram judice Eccleſiaſtico, *ut deciſ.*147. *num.*3.& 4. Tum quia jus retractus, congrui, ſivè prothomiſeos eſt ſimile pacto de retrovendendo, *ut infra, deciſ.*150. *nu.*7. & Clericus in cauſa juris retractus, congrui, ſivè prothomiſeos conveniri debet apud Judicem Eccleſiaſticum, *ut infra, deciſ.*150. *num.*26. ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Dalmau, Fontanet, Torner, Calba de Valſeca, & Puigmija 19. Martii 1601. occaſione firmæ juris factæ in Curia ſæculari Locumtenentis Curiæ, & Vicarii Ilerdæ per Syndicum ejuſdem Civitatis ratione quorumdam procedimentorum in Curia Eccleſiaſtica Illerden. factorum contra dictum Syndicum prædictæ Civitatis ad inſtantiam Capituli Sedis Ilerdæ ſuper termino de la Cugullada poſſeſſo per dictum Capitulum, quem luere, & redimere prætendit Univerſitas dictæ Civitatis, fuit declaratum: firmæ juris factæ in dicta Curia ſæculari per Syndicum dictæ Civitatis Ilerdæ locum non fuiſſe, nec eſſe, & cognitionem

tionem dictæ cauſæ ad dictam Curiam Eccleſiaſticam pertinere, & ſpectare. Et per Cancellarium Agullana, conſultoribus Dalmau, Ferrer, Senjuſt, Bonet, Don Petro Soler, Ferruz, Rollan, Roca, & Morell. 19. Novembris 1616. occaſione firmæ juris factæ in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ per Oeconomum Monaſterii Beatæ Mariæ Montiſserrati, Ordinis Divi Benedicti, quibuſdam procedimentis in Regia Audientia factis inſtante Nobili Agnete de Biure, & de Cardona contra dictum Oeconomum pro recuperatione loci, & termini de Arteſa cum juribus, & pertinentiis illius in vim pacti de retrovendendo, fuit declaratum, firmæ juris factæ per dictum Oeconomum Monaſterii Montiſſerrati in dicta Curia Eccleſiaſtica locum fuiſſe, & eſſe. De qua latè Ripoll. var. capit.1. à numer.203. ubi num.210. in fine, id notat.

Quæro primo. An pactum de retrovendendo appoſitum venditioni, quod noſtri Tabelliones appellant inſtrumentum gratiæ redimendi mediante, ut teſtantur Peguera in conſtitut. Item ne ſuper laudemio, verſic. Primo, num.76. Fontanella deciſ.69. n. 3. & deciſ.70. num.2. & deciſ.76. num.26. part.1. ſit licitum? Reſp. quod ex ſe eſt omni jure licitum de jure divino, levitici, capit. 25. ubi ait Dominus filiis Iſrael: Cuncta regio poſſeſſionis veſtræ ſub conditione redemptionis vendatur, de jure canonico, cap. ad noſtram, de emp. & vendit. cap. conquæſtus, de uſuris, cap. illo vos, de pignioribus, extravag.1. & 2. de emp. & vendit. de jure civili, leg.2. l. ſi à te Cod. de pact. inter empt. & vendit. l. qui fundum, l. 2. ff. de contrahenda empt. l. ſi ſterilis, §. ſi tibi, ff. de act. empt. l. ſi vir uxori, ff. de præſcrip. verb. latè comprobant aliis innumeris laudatis Tiraquel. de retractu convent. in præfat. à num.2. Covar. lib.3. var. c. 8. num.4. & cap.9. num.2. Gomez tom.2. var. cap.2. num.27. ubi Laynez num.28. Mantica de tacit. lib. 4. tit.31. num.1. 2. & 3. Pereyra in l. ſi curatorem habens, verbo ſua facilitate, num.59. verſ. Nihilominus, Cagnol. in l.2. num.11. ubi Barboſa à num.2. C. de pact. inter emp. & vendit. Maſcard. de probat. concluſ.441. num.4. Solis de cenſib. lib.1. cap.7. num.12. Menoch. libr.3. præſumpt.122. numer.11. 12. 13. & 16. Caſtillo lib.2. controver. cap.25. à num.5. Trentacinq. var. lib.3. de empt. & vendit. reſol.10. num. 5. Cenedo collect. ad decretal. 28. numer. 1. Tuſch. pract. concluſ. litera P. concluſ. 24. num. 1. Farinac. deciſ.52. num.2. poſt lib.1. conſil. & de falſitate, q. 163. num.19. & 20. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, l. 42. gloſſ.1. num.4. fol.194. tom.2. Ciarlin. controver. lib.1. cap.40. num.29. & 65. Morla in empor. jur. p. 1. tit.9. quæſt.14. num.1. & 2. Carena reſolut.14. n. 9. & 24. verſ. Certiſſimum, Vela diſſert. 32. num.7. tom.2. Suelves conſ.13. num.8. l.2. Leotard. de uſur. quæſt.9. num.12. & quæſt.15. numer.1. & 2. Ferentil. ad Burat. deciſ.761. num.7. Fontanella deciſ.69. ſub num.2. par.1. Molina de juſt. & jure, tom.2. diſp.374. Fagundez de juſt. & jure, lib.5. cap.43. num.2. & 3. Villalobos in ſum. tom.2. tract.21. diſ.18. numer. 2. Caſt. Palaus in oper. mor. par.7. tract. 32. diſput. 5. punct.31. §.1. num.1. Trullench. in decal. lib.7. cap. 10. cap.14. num.2. Lugo de juſt. & jure, diſput. 26. ſect.13. §.1. num.184. 185. & 186. & hanc eſſe communem opinionem, tàm Canoniſtarum, quàm Legiſtarum, & etiam Theologorum dicit Azevedo l. 4. num.11. tit.6. lib.8. recop.

3 Sive pactum de retrovendendo ſit perpetuum, ſive limitatum ad certum tempus, eſt omni jure licitum, ut probant ex juribus citatis, num.2. Cyriacus controver.255. num.28. & 29. tom.2. Cagnol. in l.2. num.12. C. de pact. inter empt. & vendit. Menoch. lib.3. præſump.122. num.17. verſic. Rurſus, Marinis lib.2. reſol. jur. cap.160. numer. 2. Farinac. de falſit. quæſt.163. num.21. Ciarlin. controver. libr. 1. capit.40. num.29. Suelves conſ.13. num.8. lib.2. Thoro in ſupplem. deciſ. verbo revendere, col.1. verſicul. Præterea, fol.579. Fagundez de juſt. & jure, lib.5. c. 43. num.2. & 3. Trullench. in decal. lib.7. c.20. dub. 14. num.3. in fine, & alii ex citatis, num.2. & citandis, num.4. Imo eſt magis licitum de retrovendendo limitatum uſque ad certum tempus, quàm perpetuum, quaſi tunc magis appareat verus animus emendi, & vendendi, Ciarlin. controv. forenſ. lib. 1. capit.40. num.66. latè Menoch. lib. 3. præſumpt. 122. à num.74.

Non ſolùm quando eſt conceptum affirmativè, 4
ut liceat redimere infra certum tempus, puta tres, quatuor, quinque, vel decem annos, Farinac. deciſ.57. num.3. poſt lib.1. conſil. & citati, num. 2. & 3. ſed etiam quando eſt conceptum negativè, ut non liceat redimere, niſi poſt certum tempus, ſcilicet poſt tres, quatuor, quinque, aut decem annos. Nam licèt aliqui putent, quod pactum iſtud, quod intra tale tempus non poſſit redimi res vendita, ſit illicitum, ut voluerunt Decian. conſ. 2. n. 17. 18. & 19. l.2. & alii plures relati à Suelves conſ. 13. num.9. lib.2. contrarium eſt verius, quod tale pactum negativè conceptum eſt validum, ut docent reprobatis contrariis, Decian. conſ. 2. num. 131. & 132. lib.2. Tiraquel. de retract. conven. §.1. gloſ.2. à num.69. Covar. lib.3. var. cap.8. num.8. Azevedo l. 4. num.35. & 36. tit.6. l.8. recopil. Maſcard. de probat. concl.441. num.4. 5. & 6. Solis de cenſib. libr.1. cap.6. num.14. & cap.7. num.6. & 7. Caſtillo controver. lib.2. cap.25. à num.9. Mantica de tacit. libr.4. tit.31. num.33. & lib.8. tit.20. num.8. & 9. Menoch. conſ.343. num.33. lib.4. & præſump.122. num.69. & 70. lib.3. Leotard. de uſur. quæſt.15. à num.3. Pereyra in l. ſi curatorem habens, verbo ſua facilitate, n. 61. Barboſa in cap. ad noſtram, num.4. & in addit. num.6. de emp. & vendit. & in l.2. nu.13. C. de pact. int. emp. & vendit. Merlin. de pignorib. lib.4. quæſt. 124. num.1. & 3. Cancer. par.1. var. cap.13. num. 55. & 56. Marinis lib. 2. reſol. jur. cap. 160. à nu. 7. & in obſervat. ad Reverter. deciſ.142. num.2. Molina de juſt. & jure, tract.2. diſp.375. nu. 5. Fagundez de juſt. & jure, lib.5. cap.43. num.2. & 3. Trulench. in decal. lib.7. cap.20. dub.14. num.3. in fine, remiſſivè Cenedo collect. ad decretal.28. num.3. Capic. Latro deciſ.24. num.1. ubi Manfrella num.1.

Etiam ſi dicatur in pacto de retrovendendo ne- 5
gativè concepto, ut non liceat redimere, niſi fructibus collectis, Ferrer. in conſtit. hac noſtra temp. 1. declarat. 12. numer. 35. quiquid dicat Cirocchus diſcept.71. num.30. verſ. Et in caſu noſtro, & confirmatur ex Doctoribus citatis, num.4. & citandis 4. num.28.

Vel in pacto de retrovendendo negativè conce- 6
pto dicatur, quod venditor teneatur denuntiare emptori retrovenditionem per duos menſes ante, tale pactum validum eſt, Cenſius de cenſib. quæſt. 103. à num.19. Olea de ceſſ. jur. tit.1. quæſt.6. num. 59. Capic. Latro deciſ.24. num. 1. ubi Manfrella n. 1. Benè tamen verum eſt, quod venditor ante duos menſes, vel ante tempus pacto conventum, nulla facta requiſitione redimere poteſt, ſi offerat redditus illius medii temporis illorum duorum menſium, Gratian. diſcep. foren. cap. 8. num. 3. in fine, Cenſius de cenſib. quæſt.19. à num.43. & 54. Olea de ceſſ. jur. tit.1. quæſt.6. num.59. & 60. Manfrella in obſerv. ad Cap. Latro dec.24. num. 1. verſ. Quo ioᴐo, Merlin. de pignorib. l.4. quæſt.124. num.4.

Niſi concurrant conjecturæ, ex quibus contra- 7
ctus ſimulatus, & in fraudem uſurarum factus præſumi poſſit, quo caſu pactum de retrovendendo, ſivè perpetuum, ſivè ad tempus, affirmativè, vel negativè conceptum, licitum non cenſetur, quia tunc mutat ejus naturam, & præſumptionem uſuræ inducit, Cavalcan. deciſ.1. num.17. lib. 1. Solis de cenſib. lib.1. cap.6. numer.12. verſic. Licèt ergo, Caſtillo dicit hanc eſſe communem ſententiam, à qua nullum diſſentire contr. lib. 2. c.25. nu.7. & 8. Ferentil. ad Burat. poſt alios deciſ.761. n.9. in fine, Barboſa in cap. conquæſtus, num. 10. in fine, de uſuris, Mantica de tacit. l.8. tit.20. n.3. in fine, Farinac. de falſitate, q.163. nu. 125. Cyriacus 1. contr. 251. n.1. & 2. contr.2. Cirocch. diſ. 71. n. 30. Ciarlin. contr. forenſ. lib.1. cap.40. num. 18. Trullench,

in de-

in decal. lib.7. cap. 20. dub.14. num. 2. & alii relati, num.2. 3. 4. 5. & 6. & referendi, à num.8.

8 Inter alias conjecturas de ea præcipuè diſputatur à Doctoribus. An pactum de retrovendendo perpetuum cum modicitate pretii efficiat contractum uſurarium? In qua ſunt quatuor opiniones. Prima quod pactum de retrovendendo cum modicitate pretii efficit contractum uſurarium, etiam quod emptor non ſit ſolitus fœnerari. Secunda ſententia aſſerit quod prædictum pactum non efficit contractum uſurarium, ſi fiat in gratiam venditoris, & ſit vera venditio, & non pallium mutui. Tertia præcedentium conciliatrix, quod quando læſio in pretio eſt ultra dimidiam juſti pretii, tum procedit prima opinio; ſi verò læſio eſt in modico pretio, procedit ſecunda opinio. Quarta relinquitur arbitrio judicis, qui juxta facti, & perſonarum qualitatem, quandoque ex pacto de retrovendendo, & modicitate pretii juxta conſuetudinem fœnerandi, & ex aliis præſumptionibus, & conjecturis contractum uſurarium exiſtimabit, de quibus opinionibus Tiraquel. de retract. conven. in præfat. à num.5. Covar. lib.3. var. cap.8. n. 3. & 4. Menoch. lib.3. præſump.122. à numer.30. & conſ.343. à num.20. & conſ.358. à num.1. lib. 3. & de arbit. judic. caſu 217. Solis de cenſib. lib. 1. cap. 6. à num. 13. Maſcard. de probat. concluſ. 447. Fachineus controv. jur. lib.2. cap.12. Mantica de tacitis, libr.8. tit.20. à num.5. Cævallos com. contr. com. quæſt. 224. Gratianus diſcept. foren. cap.258. à num. 1. & capit. 600. num.1. Roderic. de annuis reddit. lib.2. quæſt.3. à num.8. Cardoſo in praxi jud. verbo emptio, num.56. & verbo uſura, à num.10. Pereyra in leg. ſi curatorem habens, verbo ſua facilitate, à num.58. & de empt. & vendit. cap.8. num. 25. Farinac. de falſit. quæſt. 163. à num.40. & deciſ.57. poſt libr. 1. conſil. Cenedo collect. ad decretal. 28. num.1. Azevedo leg.4. à num.23. tit.6. lib. 8. recopil. Trentacinq. var. lib.3. de empt. & vendit. reſol.10. à num.7. Caroccius de locato, par. 5. de uſuris, quæſt.11. Parlador. rer. quotid. differ.53. §.1. num.3. Caſtillo controverſ. lib.2. capit.25. à num. 4. Surd. conſil.54. Barboſa in cap. ad noſtram, & in addit. num.1. 2. & de empt. & vend. & in capit. conquæſtus, num. 10. de uſuris, & in l. 2. n. 9, 10. 11. C. de pact. inter empt. & vendit. Rovit. conſil. Suelves conſ.13. num.1. 2. & 3. lib.2. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, l.42. gloſſ.1. à num.25. fol.195. pag. 2. tom.2. Cyriacus controver.255. num.1. & 2. & à numer. 43. tom.2. Ciarlin. controv. foren. cap.40. à num.18. tom. 1. Gomez var. tom.2. cap.2. num.27. Laynez numer. 28. Leotardus de uſur. quæſt.9. à numer. 12. Bellonus conſil.10. à num.3. & à num.35. Pereyra de man. Reg. par.7. cap.72. à num.20. Ferentil. ad Burat. dec.761. num.8. Cirocchus diſceptat.71. num.26. & 27. & diſceptat.76. num.1. & 2. Urſellius concluſ.94. num.15. & 16. & concluſ.161. à num.63. Molina de juſtit. & jure, tractat. 2. diſput. 375. Fagundez de juſtit. & jure, lib.5. cap.43. num.4. Caſtr. Palans in oper. mor. part.7. tract.32. diſp.5. punct.32. §.1. numer.3. & 4. Trullench. in decalog. libr.7. capit.20. dubitat.14. numer. 6.

9 Verum quidquid præcitati Doctores dicant, verior eſt opinio, quod pactum de retrovendendo perpetuum cum modicitate pretii efficit contractum uſurarium, quamvis emptor non ſit ſolitus fœnerari, quam pluries amplexa eſt Rota, ut apud Chaſſador. deciſ.1. num.1. & deciſ.2. num.1. de uſuris, apud Farinac. deciſ.57. num.9. poſt lib.1. conſil. & deciſ.99. ſub num. 1. poſt libr.2. conſil. repetita deciſ. 801. par. 4. diverſ. alias plures deciſiones Rotæ referunt Ferentil. ad Burat. deciſ.761. num. 8. verſic. Et licèt, ibi: Nihilominus non eſt, Cirocchus diſcep.71. num. 27. Barboſa in cap. conquæſtus, num. 10. verſic. Sed quidquid de uſuris. Urſellius concluſ.94. num.16. verſic. Contrarium tamen, & hanc ſequuti fuerunt Aragonenſis, Neapolitanus, Luſitanus, Pedemontanus, Burdegalenſis, & alii Senatores apud Suelves conſil. 13. in fine, lib.2. Grammat. deciſ.76. Anna allegat.83. Marchus deciſ.484. par.1. Afflictis, & ibi Urſellius deciſ.65. Oſaſcus deciſ.41. Barzius deciſ.123. Boer. deciſ.76. Gamma, & ibi Flores de Mena deciſ.138. Surdus, & ibi Hodierna deciſ.34. Valaſcus conſult. 70. Martha deciſ. Piſana 54. à num.1. Magon deciſ. Lucen.60. Cornozan. deciſ. Lucen.41. Cavalcan. deciſ.1. à num.7. part.1. Faber in Cod. plus valere quod agitur, defin.7. Grivell. deciſ. dolana 74. & hanc opinionem etiam ſequitur Senatus Cathaloniæ, ſi adſit magna pretii modicitas, Michael Ferrer. par. 3. obſervan. cap.436. Cancer. par.1. var. c.13. numer.40. ubi teſtatur in facti contingentia conſuluiſſe, Ripol. var. cap.11. num.220.

Quod non ſolùm procedit in pacto de retroven- 10
dendo perpetuo cum modicitate pretii, ut ſi adſit magna pretii modicitas, contractus efficiatur uſurarius; ſed etiam in pacto de retrovendendo limitato uſque ad certum tempus affirmativè concepto, puta ad tres, quatuor, quinque, vel decem annos, data pretii modicitate contractus eſt uſurarius, Surdus deciſ.34. à num.4. ubi Hodierna à n. 1. Marinis lib. 2. reſol. jur. cap. 160. num. 3. Cancer. part. 1. var. cap. 13. num. 53. verſ. Quod intellige, & alii citati numer. 9. & citandi numer. 12. & 23. & ſenſit noſter Senatus ad mei relationem in cauſa tutorum, & curatorum pupillorum, Garrigas, deciſ. infrà referenda, numer. 30. in fine.

Quinimo pactum de retrovendendo negativè con- 11
ceptum ut non liceat redimere, niſi poſt tres, quatuor, quinque, aut decem annos expletos, contractus eſt uſurarius, data modicitate pretii, Menochius pluribus citatis conſ. 347. numer. 33. lib. 3. Gratian. diſcep. forenſ. cap. 258. à numer. 4. Mantica de tacitis, lib. 4. tit. 31. numer. 33. & lib. 8. titulo 20. numer. 8. & 9. Maſchardus de probat. concluſ. 447. numer. 14. Caſtillo controverſ. libro 3. capitul. 25. à numer. 9. innumeros addunt Barboſa in capit. ad noſtram, numer. 4. & in addit. numer. 6. de empt. & vendit. & in l. 2. numer. 13. Cod. de pactis int. empt. & vendit. Ciarlin. controv. forenſ. libro 1. capit. 40. numero 25. Leotardus de uſuris, quæſt. 9. numer. 18. & 19. Ciriacus controverſ. 261. numer. 66. Urſellius concluſ. 161. numer. 65. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, lib. 42. gloſſ. 1. numer. 32. fol. 196. pag. 2. tom. 2. & alii citati num. 4. & citandi num. 14.

Sed qualis debeat eſſe iſta exceſſiva, ſeu magna pre- 12
tii modicitas ad arguendum contractum uſurarium in pacto de retrovendendo perpetuo? Quidquid Doctores controvertant, ut habes apud Caroccium de locato, part. 5. tit. de uſuris, quæſt. 11. in parergon. numer. 21. 22. 23. & 24. Farinacium de falſitate, quæſt. 162. numer. 199. & quæſt. 163. numer. 17. Veritas eſt, quod debeat eſſe ultra dimidium juſti pretii, Roman. conſ. 304. in princ. Roland. 69. à numer. 33. lib. 2. & conſil. 58. à num. 11. lib. 4. Honded. conſil. 31. numer. 69. lib. 1. & conſil. 33. numer. 62. lib. 2. Oſaſcus deciſ. 41. numer. 9. verſic. Primum, Menoch. conſ. 343. numer. 22. lib. 4. & præſumpt. 122. num. 30. lib. 3. Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 20. numer. 49. & 51. Maſcard. de probat. concluſ. 447. num. 7. 8. & 9. Farinac. deciſ. 240. numer. 1. & deciſ. 256. numer. 29. poſt lib. 2. conſil. Trentacinq. var. lib. 3. de empt. & vendit. reſol. 10. numer. 10. Gratian. diſcept. forenſ. capit. 600. num. 2. alios plures addunt Barboſa in capit. conquæſtus, num. 10. verſ. Pretii, vero de uſuris, & in l. 2. num. 9. C. de pac. int. emp. & vend. Ferentil. ad Burat. deciſ. 761. numer. 9. Cirocchus diſcept. 71. numer. 28. & diſcept. 76. num. 2. Urſellius concluſ. 94. numer. 16. verſ. Concludendum, Leotard. de uſuris, quæſt. 9. num. 14. Ciarlin. controv. forenſ. lib. 1. capit. 40. numer. 24. Hodierna ad Surd. deciſ. 34. numer. Carena reſolut. 14. num. 5. & reſol. 22. num. 4. & aliis citatis numer. 8. & 9. noſter Regius Senatus cenſet iſtam pretiis modicitatem debere eſſe multo plus ultra dimidiam juſti pretii, ut teſtatur Michael Ferrer. part. 3. obſerv. capit. 439. quem referunt, & ſequuntur Cancer. par. 1. var. cap. 13. num. 41. Ripoll. cap. 11. num. 220. Hodierna ad Surd. deciſ. 34. num. 4. in fine. Aliis tamen concurrentibus conjecturis, ut contractus hujuſmodi dicatur uſurarius, non requiritur læſio ultra dimidiam juſti pretii, ſed ſufficit in tertia parte, ut probant

pluribus citatis Barboſa in cap. conquæſtus, num. 10. in fine, de uſuris, Ferentil. ad Buratt. deciſ. 761. nu. 9. in fine, Ciroc. diſcep. 71. num. 28. in fine, Farin. de falſitate, quæſt. 163. ſub num. 17. & 125. Hodiern. ad Surd. deciſ. 34. num. 8. Urſellius concl. 94. num. 16. verſ. Declara, & verſ. Quinimo.

13 Quando verò pactum de retrovendendo non eſt perpetuum, ſed limitatum uſque ad certum tempus, puta ad tres, quatuor, quinque, aut decem annos, iſta pretii modicitas debet eſſe ultra dimidiam juſti pretii; vel ſaltem in dimidia, Honded. conſ. 33. à n. 61. lib. 2. ſequitur Farinac. de falſitate, quæſt. 163. n. 17. propè finem, & ex citatis, num. 12.

14 Sed quando pactum de retrovendendo cum modicitate pretii eſt conceptum negativè, ut non poſſit redimi, niſi poſt certum tempus, puta poſt tres, quatuor, quinque, vel decem annos, aut expletos, tunc ſufficit modicitas pretii in tertia parte, vel alia modicitate, etiam quod non excedat dimidiam, vel circa dimidiam juſti pretii, ſic Honded. conſ. 33. à num. 61. lib. 2. Farinac. de falſitate, quæſt. 163. num. 17. prope finem. Sed quod iſto caſu debeat eſſe modicitas pretii propè dimidiam, Gabriel conſ. 74. lib. 1. quem refert Cancer. par. 1. var. cap. 13. num. 54. Per noſtrum Regium Senatum 20. Octobris 1602. in cauſa Joannis Puig, contra Hieronymum de Caſtellarnau, & Franciſcum ejus filium, referente Egregio Senatore Michaele Calba de Vaiſeca, poſtea Regente in S. S. R. C. Aragonum Concilio, fuit deciſum, pactum de retrovendendo cum modicitate pretii propè dimidiam, & cum adjectione pacti, quod non poſſet à venditore redemptionem fieri, niſi poſt quatuor annos, vel expletos arguere contractum uſurarium, & fœneratitium, Scriba Jacobo Papiol, referunt Fontanella de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gl. 18. par. 3. num. 6. & deciſ. 86. numer. 1. par. 1. Deſpujol ad Ferrer. par. 3. obſer. cap. 459. Ripoll. var. cap. 11. num. 213.

15 In conſtituendo autem juſto pretio ad effectum cognoſcendi modicitatem pretii, inſpici debet tempus contractus, cum illud loco, & tempore mutetur, Tiraquel. de retract. conven. in præfat. num. 74. in fine, Surd. conſ. 151. num. 71. lib. 2. Pinel. in l. 2. par. 3. cap. 4. à num. 15. C. de reſcind. vendit. Maſcard. de prob. concluſ. 447. num. 16. Oſaſcus deciſ. 91. num. 5. & 11. Rota Avenionen. deciſ. 122. ſub num. 4. Farinac. deciſ. 57. num. 10. ubi additio litera C. poſt lib. 1. conſil. & deciſ. 257. num. 2. & 7. poſt lib. 2. conſil. Gratian. diſcep. foren. cap. 600. num. 6. Marin. lib. 2. reſol. jur. cap. 160. num. 4. Menoch. conſil. 358. numer. 13. lib. 4. Hodiern. ad Surd. deciſ. 34. num. 5. ſub numer. 6. Leotard. de uſuris, quæſt. 9. num. 33. Cirocc. diſceptat. 76. num. 31. & 44. Ripoll. var. cap. 11. numer. 221.

16 Præpterea ad cognoſcendum juſtum pretium, deducenda ſunt ea, quæ faciunt rem minus valere, de quibus latè Mantica de tacitis, lib. 4. tit. 20. à n. 38. Pinel. in l. 2. par. 3. cap. 4. à num. 15. C. de reſcind. vendit. Maſcard. de probat. concluſ. 1198. à numer. 13. Valaſc. conſult. 43. & 70. Gabriel. l. 3. com. concl. de emp. & vendit. concluſ. 1. num. 51. Cyriac. contr. 87. à num. 4. tom. 1. Covar. var. lib. 2. cap. 3. num. 4. & lib. 3. cap. 10. num. 1. Giurba ad conſuetud. Meſſanen. par. 1. capit. 6. gloſſ. 12. à numer. 17. Fontanella de pact. nupt. tom. 1. clauſul. 4. gloſſ. 18. part. 1. à n. 17.

17 Et ſic ad cognoſcendum juſtum pretium habenda eſt ratio, ſi res vendita cum pacto de retrovendendo, ſi eſt ſubjecta aliis oneribus, ut puta ſolutioni alicujus canonis, vel cenſus, Surd. conſ. 452. num. 77. lib. 3. Oſaſc. deciſ. 91. num. 10. Menoch. conſ. 458. n. 30. lib. 4. Cagnol. in l. 2. num. 293. Cod. de pact. int. empt. & vend. Gratian. diſcept. foren. cap. 600. num. 7. Ferentil. ad Burat. deciſ. 761. num. 15. Cancer. p. 1. var. cap. 13. num. 47. Trentac. var. lib. 3. de emp. & vend. reſol. 10. num. 9. Cyriac. controv. 87. à num. 4. & contr. 162. num. 18. tom. 1. & controver. 261. num. 68. tom. 2. Rota poſt contr. 261. Cyriac. num. 9. Pinel. in l. 2. par. 3. cap. 4. ſub num. 19. Cod. de reſcind. vendition. Guttier. de jurament. confirmat. part. 1. capit. 26. num. 14. & 15. Urſellius concluſ. 94. num. 15. verſic. Animadvertendo, Hermoſilla ad Gregor. Lopez, l. 56. gloſſ. 6. num. 86. Mantica de tacitis, libr. 4. tit. 20. num. 38. Noguerol. allegat. 37. n. 62. & 63. Ybannes de Faria in addit. ad Covar. lib. 2. var. cap. 3. n. 34. Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. q. 19. numer. 17. Coſta in tract. aut ſciebat, aut ignorabat, centur. 1. diſt. 41. num. 13. Beltramin. ad Ludoviſ. deciſ. 573. litera B, Giurba ad conſuet. Meſſanen. par. 1. cap. 6. gl. 12. num. 18. & 25.

Sicut etiam debet fieri æſtimatio, & conſiderari 18
valor rei, habendo reſpectum ad qualitatem diminutivam pacti de retrovendendo, & non pro ut ſimpliciter res per ſe conſiderata valere poterat, ut docent pluribus laudatis, Caroccius de locato, part. 5. titul. de uſuris, quæſt. 11. in parergon. numer. 15. & 16. Caſtillo controv. lib. 2. cap. 25. num. 63. Menoch. lib. 1. præſump. 122. num. 29. in fine, Cyriacus contr. 255. num. 41. & 42. tom. 2. Gratian. diſcep. foren. c. 600. num. 8. de quo latiùs infra, à num. 19.

Quæro 2. An pactum de retrovendendo faciat rem 19
minus valere, minoriſque valoris, & æſtimationis eſſe, quàm illa, quæ liberè abſque dicto pacto venditur. Reſpond. quod ſic, quia tale pactum eſt pars pretii, l. fundi partem 29. ff. de contrahen. empt. & eſt pecunia æſtimabile, & recompenſandum, cùm nemo ſit, qui non cupiat habere rem potiùs irrevocabiliter ſuam, quàm revocabiliter, ſic poſt antiquos latiùs probant Cagnol. in l. 2. num. 58. Cod. de pact. inter emp. & vendit. Tiraquel. de retractu conven. in præfat. à num. 20. & de retract. lignagier, §. 1. gl. 18. ſub n. 38. Roland. conſ. 96. à num. 36. libr. 2. & conſ. 58. à num. 11. lib. 4. Decian. conſ. 2. num. 169. l. 1. Menochius lib. 3. præſump. 122. num. 9. & 29. in fine, & conſ. 343. num. 25. & conſ. 358. num. 26. lib. 4. Covar. lib. 3. var. cap. 10. num. 1. Tondut. quæſt. civil. 83. num. 13. Mantica de tacitis, lib. 4. tit. 20. numer. 41. & lib. 8. tit. 20. num. 47. Carena reſol. 22. numer. 11. Maſcard. de probat. concl. 447. num. 10. Gratian. diſcept. for. cap. 258. à num. 37. & cap. 600. num. 8. & cap. 616. num. 7. Oſaſcus deciſ. 40. num. 14. Rota Avenionen. deciſ. 122. num. 2. Farinac. de falſitat. quæſt. 163. num. 13. & deciſ. 240. num. 2. poſt libr. 2. conſil. Caroccius de locat. par. 5. tit. de uſuris, quæſt. 11. parergon, num. 15. & 16. Ciarlin. contr. forenſ. lib. 1. cap. 40. num. 32. & 33. Trentacinq. var. lib. 3. de empt. & vend. reſol. 3. num. 16. Urſell. concl. 94. ſub num. 15. Ludoviſ. deciſ. 492. num. 10. Ferentil. ad Burat. deciſ. 62. ante num. 11. & deciſ. 761. num. 10. Cenedo collect. ad decret. 28. num. 4. Pereyra in l. ſi curatorem habens, verbo ſua facilitate, num. 83. Barzius deciſ. 123. num. 7. Pereyra de man. Regia, part. 3. cap. 72. ſub num. 22. Cirocchus diſcept. 71. numer. 29. & diſcep. 76. num. 3. Suelves conſ. 13. num. 4. lib. 2. Ybannes de Faria in addit. ad Covar. libr. 1. var. cap. 9. num. 55. Giurba ad conſuet. Meſſanen. part. 1. cap. 6. gl. 12. num. 19. Ferrer. in conſtit. hac noſtra, temp. 1. de la 12. num. 19. Ripoll. var. cap. 11. num. 24. Fontanella deciſ. 73. num. 19. & 20. & deciſ. 83. num. 1. 2. & 3. par. 1. Fagundez de juſt. & jure, libr. 5. cap. 43. num. 5. Trullench. in decal. l. 7. c. 40. dub. 14. n. 3. Lugo de juſt. & jure, diſp. 26. ſect. 13. §. 1. n. 189. quidquid dicat Pinel. & Valaſcus locis ſtatim citandis, & alii citati per Cancer. part. 1. var. c. 13. num. 44. in fine, & per Leotardum de uſuris, quæſt. 17. num. 33. verſic. In quo tamen. Quia contra eos, & alios eſt verior ſententia, ut per Hermoſillam ad Gregor. Lopez, l. 42. gl. 1. n. 31. fol. 196. & l. 56. gl. 6. n. 98. fol. 299. pag. 2. tom. 2. Hodierna ad Surd. dec. 34. à n. 5. ad 8. Fontanella de pact. nup. tom. 1. cl. 4. gl. 18. par. 1. num. 78. & deciſ. 83. à num. 10. par. 1. deciſionem noſtri Senatus refert Cancer. par. 1. var. cap. 3. num. 44. & ita ſæpiſſimè vidiſſe declaratum teſtantur Pinel. in l. 2. cap. 4. num. 19. C. de reſcind. vendit. Valaſcus conſultat. 70. num. 11. & judicaſſe Senatum Luſitanum tradit Gamma deciſ. 138. num. 2. & Senatum Pedemontanum teſtatur Faber libr. 4. titul. 30. Codic. de reſtitution. vendit. definit. 27. plures citat Barboſa in capit. ad noſtram, num. 5. & in addition. num. 7.

de emp.

de emp. & vend. & in cap. conqueſtus, num. 13. de uſuri, & in cap. cum Joannes, num. 7. de fide inſtr. & in l. 2. num. 12. C. de pact. int. emp. & vend. & in repert. verbo pactum de retrovendendo.

20 Sed tantùm diminuat de juſto valore rei pactum de retrovendendo, & quanti æſtimetur? Doctores ſunt diſcordes, Aſſerunt enim, aliquando minuere uſque ad dimidiam, vel paulo plus. Aliquando citra dimidiam, Aliquando in dimidia. Aliquando paulo plus dimidia. Aliquando in ſexta parte, Aliquando in quarta parte, Aliquando inter tertiam, & quintam partem, Aliquando in paulo minus tertiæ partis, Id eſt circa tertiam partem, Aliquando in tertia parte, recurrendo in omnibus ad judicis arbitrium, de quibus opinionibus videndi ſunt Riminaldus conſil. 218. num. 117. & 118. lib. 2. Rolandus conſil. 96. à num. 36. lib. 2. Decianus conſil. 2. numer. 169. & 170. lib. 2. Menochius conſil. 243. num. 26. lib. 3. & de arb. jud. caſu 217. & lib. 3. præſump. 122. num. 8. Hondedeus conſil. 33. à num. 29. libr. 2. Caſanate conſil. 10. num. 46. Gamma deciſ. 138. num. 2. Rota Avenionen. deciſ. 122. num. 5. Tiraquel, de retract. conven. in præfat. num. 20. Maſcard. de probat. concluſ. 447. à num. 10, Mantica de tacitis, libr. 4. titul. 20. num. 41. in fine, & lib. 8. titul. 20. numer. 46. & 49. Farinac. de falſitate, quæſt. 163. numer. 13, & deciſ. 240. num. 2. poſt lib. 2. conſil. Flores de Mena in addit. ad Gammam, deciſ. 82. in fine, Caſtillo lib. 2. controver. cap. 25. num. 65. Cyriacus controver. 254. num. 44. & 46. & controver. 261. num. 47. 48. 49. 71. 73. & 74. tom. 2. Covar. lib. 3. var. cap. 10. num. 1. Ludovic. deciſ. Peruſin. 97. à num. 3. Ferentill. ad Burat. deciſ. 62. num. 11. & deciſ. 761. num. 11. Gratian. diſcep. foren. cap. 258. num. 39. in fine, & cap. 600. num. 8. & cap. 616. numer. 7. Merlinus de legitima, lib. 2. titul. 2. quæſt. 19. num. 22. Bellon. conſ. 20. num. 31. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, lib. 42. gloſſ. 1. num. 31. fol. 196. & lib. 56. gloſſ. 6. num. 98. fol. 299. pag. 2. tom. 2. Urſellius concluſ. 94. num. 16. verſicul. Secus autem, Rota poſt controver. Cyriaci 261. num. 2. & 3. Scaccia de cambiis, §. 1. quæſt. 7. part. 2. ampliat. 8. num. 37. Cirocchus diſcept. 71. ſub num. 19. & diſceptat. 76. num. 3. in fine, Carena reſol. 14. numer. 6. Ciarlin. controv. foren. lib. 1. cap. 40. num. 31. & 36. Caroccius de locato, par. 5. tit. de uſuris, quæſt. 11. Parergon, num. 17. Ybannes de Faria in addit. ad Covar. lib. 1. var. cap. 9. num. 55. Pereyra de man. Reg. par. 2. cap. 72. à num. 20. Barboſa in cap. ad noſtram, num. 5. in fine, & in addit. num. 7. de emp. & vendit. & in lib. 2. num. 12. ante finem, de pact. int. empt. & vendit. Beltramin. ad Ludovic. deciſ. 573. litera B, Faber in C. lib. 4. tit. 30. de reſcind. vendit. defin. 27. & de error. pragmat. decade 9. errore 10. Hodierna ad Surd. deciſ. 34. num. 5. Ripoll. var. cap. 11. num. 225. & 226. Cancer. par. 1. var. cap. 15. num. 44. Fontanella de pact. nup. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 18. par. 1. n. 78. & deciſ. 77. num. 6. & deciſ. 83. num. 14. 15. & 16. & deciſ. 84. num. 1. & 2. Azor. inſtit. mor. par. 3. libr. 8. cap. 12. Bonacina in oper. mor. tom. 2. de contract. diſp. 2. quæſt. 4. num. 7. Fagundez de juſt. & jure, lib. 5. c. 43. num. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. Trullench. in decal. libr. 7. cap. 20. dub. 14. num. 3. Lugo de juſt. & jure, diſp. 26. ſect. 13. §. 1. num. 189.

21 Attamen communior, & verior eſt opinio, quod pactum de retrovendendo diminuit tertiam partem de valore rei, ſic Turretus conſ. 28. num. 19. & conſ. 80. numer. 61. libr. 2. Coſta in tractatu, aut ſciebat, aut ignorabat, cent. 1. diſt. 41. num. 55. Merlin. dec. Lucen. 70. num. 3. Caſanate conſ. 10. num. 46. Barzius deciſ. 123. num. 6. Suelves conſ. 13. num. 5. lib. 2. Ferrer. in conſtit. hac noſtra temp. 1. declar. 12. num. 28. Fontanella de pact. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 18. par. 1. numer. 78. & aliis ex citatis, num. 20. & hanc ſequimur in Cathalonia, binas deciſiones noſtri Senatus refert Fontanella deciſ. 84. num. 3. par. 1. adde ſic deciſum ad relationem Magnifici Alexii Triſtany Regii Conſiliarii 26. Aprilis 1670. in favorem adminiſtratorum quotidianarum diſtributionum Sedis Minoriſæ, contra Martinum Gatius, & alios, ſcriba Forcada.

Verùm hoc procedit, quando pactum de retroven- 22
dendo eſt perpetuum, & liberum ad libitum debito-
ris, ut advertunt Tiraquel. de retractat. conven. in
præfat. num. 26. Ferentil. ad Burat. deciſ. 61. num. 11.
& deciſ. 761. num. 2. Faber in C. lib. 4. tit. 30. de re-
ſcind. vend. defin. 27. Cirocchus diſcept. 71. ſub nu.
19. Barboſa in cap. ad noſtram, ſub num. 5. de emp. &
vendit. & in cap. conquæſtis, ſub num. 13. de uſuris.
Rota poſt controver. Cyriaci 261. num. 3. Hodierna
ad Surd. deciſ. 34. ſub num. 5. Merlin. de legitima, l.
2. tit. 2. q. 19. n. 21. Carena reſol. 14. n. 6. Fontanel-
la dec. 83. à n. 10. p. 1. & alii ex citatis, n. 20. & 21.
At quando pactum de retrovendendo eſt temporale, 23
nempè limitatum uſque ad certum tempus, puta
tres, quatuor, quinque, vel decem annos, licèt
certiſſimum ſit, quod etiam diminuit de valore rei,
Bertazol. conſ. 229. numer. 20. lib. 1. conſil. criminal.
Rota poſt controv. Cyriac. 161. à num. 4. Faber in C.
lib. 4. tit. 30. de reſcind. vendit. defin. 27. in fine, Ur-
ſellius concluſ. 94. ſub num. 15. Fontanella deciſ. 83.
num. 9. par. 1. & alii ex citandis, num. 25. 26. & 27.
etiam ſi † pactum retrovendendi temporale fuerit 24
lapſum, adhuc valorem rei diminuit, Decius conſil.
307. ſub num. 3. Tiraquel. de retract. conven. in præ-
fat. num. 24. Honded. conſ. 33. num. 30. libr. 2. Rota
Avenion. deciſ. 122. num. 4. Cyriacus controverſ. 255.
num. 43. tom. 2. Barzius deciſ. 123. n. 10. & 22. Ciar-
lin. controver. for. lib. 1. cap. 40. num. 33. Tamen pa-
ctum † de retrovendendo temporale limitatum uſque 25
ad certum tempus diminuit valorem rei in ſexta tan-
tùm parte, Burat. deciſ. 62. num. 8. deciſ. 47. num. 3.
Seraphin. deciſ. 1063. num. 5. Cyriacus controver. 261.
num. 73. Rota poſt controver. 261. Cyriaci, numer. 5.
& apud Farinac. deciſ. 563. num. 5. par. 2. & in recen-
tior. deciſ. 64. num. 13. & deciſ. 344. num. 14. part. 4.
tom. 2. apud Urſellium concluſ. 94. num. 16. verſicul.
Unde, apud Barboſam in cap. conquæſtus, ſub num. 3.
de uſur. apud Salgado poſt Labyrint. creditor. deciſ.
24. num. 34. apud Cirocchum diſcept. 71. ſub numer.
29. Ferentil. ad Burat. deciſ. 761. num. 13. quidquid
† dicat Ludovic. deciſ. Peruſin. 93. num. 3. quod pa- 26
ctum de retrovendendo eſt æſtimandum ad ducatos tri-
ginta pro centenario, etiam ſi ſit ad modicum tem-
pus trium annorum; ſequitur Rovitus conſ. 56. nu-
mer. 11. & 12. quia eorum opinio non eſt vera, &
eos impugnant Faber in C. lib. 4. tit. 30. de reſcind.
vendit. defin. 27. in fine, num. 6. Hodierna ad Surd.
deciſ. 34. ſub num. 5. Cirocchus diſcep. 76. ſub num. 3.
Rota poſt controver. Cyriaci 161. à num. 5. tom. 2. &
quidquid † alii arbitrio judicis relinquant, habita 27
ratione majoris, vel minoris temporis ad redimen-
dum conceſſi, ut Cyriacus controver. 255. num. 46. &
controver. 261. num. 72. tom. 2. Honded. conſ. 33. num.
1. lib. 2. Ferentil. ad Burat. deciſ. 761. num. 13. Ci-
rocchus diſcep. 76. num. 29. in fine, Barboſa in capit.
conquæſtus, ſub num. 13. de uſuris, Rota poſt controv.
Cyriac. 261. à num. 4. Valaſcus conſult. 70. numer. 11.
Merlinus de legitima, lib. 2. tit. 2. quæſt. 19. num. 22.
Lugo de juſt. & jure, diſp. 26. ſect. 13. §. 1. num. 180.
in fine, Fontanella deciſ. 83. num. 5. 6. 7. 8. & 9. p. 1.

28 Ubi verò pactum de retrovendendo eſſet negativè conceptum, & limitatum in damnum venditoris, nempè ut non poſſit redimere, niſi elapſo tanto tempore, puto tribus, quatuor, quinque, vel decem annis, aut expletis, tunc enim pactum illud nihil minuit de vero valore rei, Tiraquel. de retract. conven. in præfat. num. 26. Gabriel. conſ. 74. à num. 4. l. 1. Maſcardus de probat. concluſ. 447. num. 14. Gratian. diſcep. foren. cap. 258. numer. 38. Farinac. deciſ. 240. num. 3. poſt lib. 2. conſil. Caroccius de locato, part. 5. tit. de uſuris, quæſt. 11. Parergon. num. 18. Barboſa in cap. conquæſtus, num. 13. in fine, de uſuris, Ferentill. ad Burat. deciſ. 761. num. 14. cenſuiſſe reſolutum per Rotam in Romana ſimulationis contractus 14. Februarii 1631. refert Urſellius concluſ. 94. num. 15. verſic. Item cum pretia, in fine, & concluſ. 161. num. 65. in fine. Quidquid dicant Leotardus de uſur. quæſt. 9. numer. 36. Cyriacus controver. 261. à num. 58. ad 68. tom. 2.

30 Quæro 3. infra quantum tempus poſſit venditor redimere rem venditam cum pacto de retrovendendo ? Reſp. quod ſi inter partes certum tempus fuit poſitum & determinatum, infra illud redimi debet. Siquidem † abſolutum eſt de jure, quod pactum de retrovendendo ad certum tempus collatum, eo elapſo, amplius exerceri non poteſt, probant jura *in l. 2. Quandocumque, vel intra certa tempora, C. de pact. inter emp. & vend. l. commiſſariæ 4. C. eodem, l. Æmilius Largianus, ff. de minorib. l. ſi creditor. §. illud, ff. de pignorib. l. cùm ſtipulatus ſim.* ubi Jaſon. *num.2. ff. de verb. obligat.* Tum quia vana aliàs eſſet, & eluſoria redderetur adjectio temporis, ſi poſt illud eſſet licita redemptio. Tum quia patiendo venditor labi tempus ad redimendum, cenſetur juri redimendi renuntiaſſe. Tam quia conceſſum ad tempus poſt illud cenſetur prohibitum. Per quæ jura, & rationes poſt antiquos ſic reſolvunt Cagnolus *in l. 2. num. 63. & 64. C. de pactis int. empt. & vend.* Tiraquel. *de retract. conven. §.1. gloſſ.2. à num. 43. cum multis ſeq.* Surd. *conſ.52. à numer.23.* Tuſch. *pract. concluſ. litera P, concluſ.30. à numer.5.* Menoch. *de arb. jud. caſu 217. num.1.* Altogradus *conſil.26. num.60. & 61.* Mantica *de tacitis, lib.4. titul.31. à numer.34.* Rota *deciſ.272. num.1.* ubi loquitur de pacto de retrovendendo infra novem menſes, *part. 1. diver.* Ludoviſ. *deciſ.492. num.6. & deciſ.559. num.2. & 3.* ubi Beltramin. *num.8.* Gratianus *diſcep. foren. cap.26. num. 19. & cap.207. num.17. 18. & 27.* ubi Luca *in animadver. num.1.* Hermoſilla *ad Gregor. Lopez, leg.42. gloſſ.1, num.53. fol.196. pag.2. tom.2.* Barboſa *in l.2. num.31. & 32. C. de pact. int. emp. & vendit.* Novar. *ad prag. Reg. Neapol. rub. pact. de retrovendendo, numer.3. & quæſt. foren. 41. num.1. lib.1.* Fachineus *controv. lib.1. cap.83.* Gomez *var. tom.2. cap.2. numer. 28. in prin.* ubi Laynez *num.28. verſ. Si tempus,* Marinis *reſol. jur. l.2. c.160. n.1.* Coſta *in tract. aut ſciebat, aut ignorabat, cent.2. diſt.100. num.1. & ratione ratæ, quæſt.83. n.1. & 8.* Giurba *ad conſuet. Meſſanen. p.1. c.1. gloſ.8. num.20. in fine,* Maſcard. *de probat. concl.992. num.4. & 5.* Fermoſin. *in cap. Clericus 35. quæſt.3. num.1. de jurejurando,* Lugo *de juſt. & jure, diſp.26. ſect.13. §.1. n.187.* Thomat. *deciſ.112, num.14. & 15. tom.1.* Cirocchus *diſcep.71. numer.6.* Ciarlin. *contr. foren. lib.1. cap.40. num.3. & 4.* Thoro *in ſuppl. deciſ. verbo revendere, col.1. in fine, fol. 579. & verbo revendere, fol.581.* Cancer. *par.1. var. c. 13. n. 53.* ſic fuit in Regia Audientia Cathaloniæ deciſum ad mei relationem 7. Octobris 1656. in favorem tutorum, & curatorum pupillorum filiorum, & hæredum Antonii Garriga Civitatis Minoriſæ, contra tutores, & curatores pupillorum filiorum. & hæredum Antonii Vives auri, & argenti fabri Civitatis Barcinonæ,

31 Amplia, ut nec mora purgari poſſit intra modicum tempus, latè defendit, boniſque rationibus probat Mantica *de tacitis, lib.4. tit.31. à numer.48.* ſequuntur Beltramin. *ad Ludoviſ. deciſ.559. numer. 8.* Surd. *conſ.52. à num.23.* Hermoſilla *ad Gregor. Lopez, lib.42. gloſ.1. num.34. fol.196. pag.2. tom. 2.* Laynez *ad Gomez tom.2. var. cap.2. num.28. verſic. Si tempus,* Barboſa *in l.2. num.33. Cod. de pact. int. empt. & vendit.* deciſum per Rotam refert Merlinus *de pignorib. lib.4. quæſt.123. num.67.* Ybannes de Faria *in addit. ad Covar. lib.1. variar. cap. 9. num. 44. in fine,* & ſenſit noſter Senatus in dicta cauſa tutorum, & curatorum pupillorum filiorum, & hæredum pupillorum Garrigas, *relata numer. 30.* in qua pactum de retrovendendo erat ad quinque annos, & elapſi erant novem anni, & ſex menſes, & fuit declaratum, elapſo dicto termino quinque annorum non eſſe locum ampliùs facultati redimendi. Quidquid dicant Decianus *conſ.84. num.24. lib. 2.* Rota *deciſ. 180. num.2. & deciſ.190. num.2. verſic. Et licet, par. 1. recent.* Cirocchus *diſcep.71. num.16. in fine,* Thoro *in compend. deciſ. part.3. ſect.2. verbo pactum, de retrovendendo, fol.237.* Gratian. *diſceptat. foren. cap. 26. numer.18. & 19.* Surd. *deciſ.34. numer.5.* Caſtr. Palaus *in oper. moral. part.7. tractat. 3. diſceptat. 5. punct.3. §.4.* remiſſivè Gomez *tom.2. var. cap.2. numer.28. poſt prin.*

32 Limita 1. ſi venditio eſſet facta cum modicitate pretii, nam tunc poteſt venditor ea redimere, etiam lapſo præſtituto termino ad redimendum, Tiraquel. *de retract. conven. §.1. gloſſ. 2. num. 55.* Mantica *de tacit. lib.4. tit.31. num.40.* Hondedeus *conſ.33. num. 90. lib.2.* Anna *alleg.11. num.19. & 20. & alleg. 83. numer.4.* Beltramin. *ad Ludoviſ. deciſ.559. numer. 8. verſic. Quod tamen non procedit,* Novarius *ad prag. Reg. Neapol. in rub. de pacto retrovendendi, num.19.* Cirocchus *diſceptat.71. num.16.* Marinis *lib.2. reſol. jur. cap.160. num.3.* Thomat. *deciſ.111. num.16. tom. 1.* Cancer. *part.1. var. cap.13. num.53. verſic. Quod intellige.* Et cenſuit noſter Senatus in illa cauſa pupillorum Galligas *relata num. 30.* in qua tutores, & curatores pupillorum Vives prætendebant ob pretii modicitatem eſſe admittendos ad redimendum, non obſtante lapſu temporis. Sed fuit dictum non conſtare de ſufficienti modicitate ad effectum prædictum, ſaltem eo modo, quo de jure conſtare debebat. [ Et ſtante magno exceſſu in pretio, cum hac limitatione tranſeunt Cagnol. *in lege 2. num.65. verſic. Secunda limitatio, Codic. de pact. inter empt. & vendit.* Menochius *de arb. jud. caſu 217. num. 2. & 3.* Cyriacus *controv. 251. num.5. 31. & 32.* Coſta *in tract. aut ſciebat, aut ignorabat, centur.2. diſt. 100. ſub num.6. de re integra, diſtinctione 44. num.2.* ] etiam poſt triginta annos, & ſemper, ac in perpetuum, Tiraquel. *de retract. conven. §.1. gloſſ.2. num. 53.* Afflictis *deciſ.65.* Urſillis *ad Afflictis, deciſ. 73. num.3.* Surdus *deciſ.34. num. 4.* Ubi Hodierna *num. 4.* Gratian. *diſcept. foren. cap.26. nu.20. & cap.207. num.19.* Coſta *in tract. aut ſciebat, aut ignorabat, centur.2. diſt.100. num.7. & 8. & de re integra, diſt. 44. num.2.* Valaſcus *conſ.70. num.16.* Ciarlin. *contr. foren. cap.40. num.6. & 7. lib.1.* Marinis *lib.2. reſol. jur. cap. 160. num. 3.* Anna *allegat.83.* Novarius *ad prag. Reg. Neapol. rub. de pacto retrovendendi, num. 16.* licèt cum Fabro *in C. lib.4. tit.30. defin.5. & 7.* aliter explicet Cancer. *part.1. var. cap.13. num. 31, in fine, & num.54.*

Et in ſimilibus eandem diſtinctionem faciunt Docto- 76
res in materia retractus, in materia deceptionis ultra dimidiam juſti pretii, in materia remiſſionis mercedis, in materia actionis redhibitoriæ, in materia ſolutionis gabellæ, in materia tranſactionis, & aliis pluribus caſibus, quos poſt antiquos referunt Tiraquel. *de retract. lign.* §. 23. *gloſ.* 1. Boer. *deciſ.* 253. Guttier. *de juramen. confir. par.* 1. *cap.* 26. *à nu.* 10. & *pract. lib.* 2. *quæſt.* 162. Auguſt. Barboſa *in l.* 2. *num.* 61. Padilla *n.* 63. *C. de reſcind. vend.* Caſtillo *deciſ.* 5. *à n.* 46. *lib.* 1. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 2. *à n.* 49. *verſic. Dubium tamen eſt*, ubi Ayllon Laynes *n.* 50. idem Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 11. *nu.* 16. ubi Ayllon Laynez *n.* 17. idem Gomez *in l.* 70. *tauri*, *n.* 15. Guzman *de evict. qu.* 45. *n.* 9. *in fine*, & *quæſt.* 61. *n.* 49. Salgad. *in labyr. cred. part.* 2. *cap.* 11. *n.* 22. Valeron *de tranſact. tit.* 6. *qu.* 2. *à n.* 61. Azevedo *l.* 2. *à num.* 48. *verſic. Et ſic & l.* 10. *à n.* 1. *ad* 6. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop.* Matienco *l.* 7. *gloſ.* 7. *n.* 20. & 27. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop.* Reverter *deciſ.* 278. Luca *ad Franchis*, *deciſ.* 17. *num.* 6. Caſt. Palaus *in oper. mor. par.* 7. *tract.* 32. *diſp.* 5. *punct.* 29. §. 8. *n.* 13. *verſ. Si plures*, Hermoſ. *ad Greg. Lopez*, *l.* 55. *gloſ.* 8. *num.* 54. & 55. *fol.* 263. *pag.* 2. & *l.* 56. *gloſ.* 4. *n.* 108. *fol.* 289. *pag.* 2. *tom.* 2. Mantica *de tacitis*, *lib.* 2. *tit.* 3. *à n.* 12. Duran. *deciſ.* 118. *n.* 2. Thoro *in compend. deciſ. par.* 3. *ſect.* 2. *verbo pretium terræ*, *fol.* 326. & *in ſuppl. deciſ. verbo jus congrui ſeu jus prothomiſeos*, *fol.* 324. & *verbo reemere*, *fol.* 521. Tondut. *quæſt. civil.* 108. *n.* 5. Caroccius *de locato tit. de multiplicat. contract. quæſt.* 1. Cancer *par.* 1. *var. cap.* 13. *à num.* 15. Et in materia evictionis, quando plures res uno pretio venduntur, graviter controvertitur, ut videre eſt apud Hermoſillam *ad Gregor. Lopez*, *l.* 32. *gloſ.* 1. *à n.* 143. *ad* 184. *fol.* 143. *pag.* 2. *cum ſeq. tom.* 2. At quando in uno contractu, aut inſtrumento venditæ ſunt plures res ſi in ſingulis pretium conſtituatur, ſolum venditor poteſt agi de evictione pro illa re evicta, & non pro aliis rebus, *l. cum plures*, *ff. de evict.* Hermoſ. *ubi proximè*, *n.* 185. Thoro *in compend. deciſ. par.* 3. *ſect.* 2. *verbo pretium terræ*, *col.* 2. *verſic. Ea propter*, Faber. *in C. lib.* 8. *tit.* 30. *defin.* 10. Guzman. *de evict. qu.* 23. *à n.* 18. & *qu.* 95. *à n.* 5. Reverter. *deciſ.* 278. ubi Marinis *num.* 2. idem Marinis *reſol. jur. lib.* 1. *cap.* 108. ubi Rodoer. *num.* 1.

Ratio eſt, quia quando in uno contractu, vel in- 77
ſtrumento plures res venduntur uno pretio in univerſum, & confusè enuntiato, in ſingulas res non diſtributo, una dicitur venditio, *l. & uno pretio*, *ff. de action. emp.* At quando ſingulæ res venduntur pro diverſis, & ſeparatis pretiis, plures, & diverſæ intelliguntur venditiones, *l. cum ejuſdem*, *l. ſi plura*, *ff. de ædil. edic. l. quod ſæpe*, §. *in his*, *ff. de contra emp. l. cum duo ſervi*, *ff. de in diem adject. l. ſi duos ſervos*, *ff. de evict.* Hermoſilla *ad Gregor Lopez*, *l.* 32. *gloſ.* 1. *n.* 55. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 7. *tract.* 32. *diſp.* 5. *punct.* 29. §. 8. *num.* 13. Azevedo *l.* 10. *n.* 3. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop.* Salgado *in labyr. cred. par.* 2. *cap.* 11. *num.* 22. Cancer. *par.* 1. *var. cap.* 13. *n.* 15. & punctim Cavaller. *deciſ.* 629. *num.* 1. Duran. *deciſ.* 108. *num.* 1. Merlin. *deciſ.* 101. *num.* 4. Cirocchus *diſcep.* 79. *num.* 2. Thoro *in ſuppl. deciſ. verbo reemere col.* 2. *verſic. Quam etiam*, & *col.* 3. *verſ.*

*Deci-*

*Decimo*, *&* *colon.* 4. *verſic.* *Quarto*, *fol.* 521.

78 Ut puta, ſi in uno contractu, vel inſtrumento venditæ ſint plures res, pretiis in ſingulas res diviſis, ſcilicèt domus pro aureis centum, & fundus pro aureis centum, plures, & diverſæ venditiones eſſe cenſentur, ut probant jura citata *n.* 77. & docent Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 23. *gloſ.* 1. *nu.* 28. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 715. *num.* 10. *&* 11. Mantica *de tacitis*, *lib.* 2. *tit.* 5. *numer.* 23. Hermoſilla *ad Gregor. Lopez*, *l.* 32. *gloſ.* 1. *num.* 185. *tom.* 2.

79 Et idem eſt, ſi plures res ſint emptæ uno pretio, & deinde in eodem contractu, vel inſtrumento pretium in ſingulas res dividatur, ut puta, ſi quis vendiderit domum, & fundum tercentum aureis, ſcil. domum ducentum, & fundum in reliquis centum plures intelliguntur venditiones, ſic Tiraquel. *de retract. lig.* §. 23. *gloſ.* 1. *n.* 21. Mantica *de tacitis*, *lib.* 2. *tit.* 3. *n.* 17. Azevedo *l.* 10. *n.* 5. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop.* Matienco *l.* 7. *gloſ.* 7. *n.* 8. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop.* Hermoſilla *ad Gregor. Lopez*, *l.* 32. *gloſ.* 1. *n.* 186. *&* *l.* 55. *verſic. Idemque erit.*

80 Idemque eſt, ſi pretium in ſingulis rebus fuerit diviſum, & deinde ex omnibus rebus unum pretium coactum, videlicet ſi quis vendiderit fundum pro aureis ſexaginta, & domum pro aureis quadraginta, quæ quidem ſummæ in unum redactæ faciunt aureos centum, plures venditiones eſſe cenſentur, *l. ſi plura*, *ff. de ædil. edict*, Tiraquel *de retract. lig.* §. 13. *gloſ.* 1. *n.* 22. Mantica *de tacitis*, *lib.* 2. *tit.* 3. *n.* 18. Hermoſilla *ad Gregor Lopez*, *l.* 32. *gloſ.* 1. *n.* 186. *fol.* 147. *pag.* 2. *tom.* 2. Thoro *in ſuppl. deciſ. verbo reemere col.* 4. *verſic. Quinto*, *fol.* 521. Mangil. *de evict. quæſt.* 65. *n.* 24. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 725. *num.* 12. Azevedo *l.* 10. *nu.* 5. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop.* Cavaller. Merlin. & Cirocchus *citandi*, *num.* 83.

81 Quæ omnia primò procedunt, ſtante præſertim diverſitate pretii, plures cenſentur venditiones, Cirocchus *diſcept.* 79. *num.* 3. etiam ſi pretium unius rei ſit certum, & pretium alterius rei ſit incertum, & remiſſum arbitrio alterius, Cavaller. *deciſ.* 629. *num.* 2.

82 Secundò procedunt, etiam ſi in numero ſingulari fuerit appellata venditio, nam illud nomen tanquam generale captum eſt comprehendere plura, & ideo licèt prolatum in ſingulari poteſt in contractibus reſolvi in plurale, Cavaller. *deciſ.* 629. *num.* 4. Cirocchus *diſcept.* 70. *num.* 5. *in fine.*

83 Tertiò procedunt, etiam ſi contrahentes uſi ſint ablativo abſoluto, ut ſi dicatur reſtituto integro pretio ſcutorum mille, nam tale pretium non poteſt dici unum, cum ex plurium ſummarum diſtinctarum coacervatione ſit conflatum, Cavaller. *deciſ.* 629. *n.* 3. Merlin. *deciſ.* 195. *n.* 5. Cirocchus *diſcep.* 79. *num.* 5. *in fine.*

84 Limitantur hæc communiter à Doctoribus quando veroſimiliter conſtare poſſet, emptorem unam rem ſine alia non fuiſſe empturum, nam tunc etiam data diverſitate pretii in ſingulis rebus cenſeretur unica venditio, nec licet venditori cum pacto de retrovendendo unam rem ſine alia redimere, ſed omnes ſimul redimere tenetur, Tiraquel. *de retract. lig.* §. 23. *gloſ.* 1. *num.* 23. Mantica *de tacitis*, *lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 15. *&* 19. Salgado *de labyrint cred. par.* 2. *cap.* 11. *n.* 23. Carocius *de locato tit. de multiplicit. contr. quæſt.* 1. *n.* 16. Cancer *par.* 1. *var. cap.* 13. *n.* 16. Guzman. *de evict. quæſt.* 23. *num.* 25. *&* *quæſt.* 45. *num.* 10. Hermoſilla *ad Greg. Lopez*, *l.* 32. *gloſ.* 1. *num.* 168. 169. *&* 170. *fol.* 146. *pag.* 2. *&* *l.* 55. *gloſ.* 8. *num.* 55. *verſi. Limita*, *fol.* 263. *pag.* 2. *tom.* 2. Azevedo *l.* 10. *numer.* 6. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop.* Matienco *l.* 7. *gloſ.* 7. *num.* 28. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop.* Ayllon Laynez *ad Gomez*, *tom.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 50. *verſic. Si plures*, Caſtillo *deciſ.* 5. *num.* 48. *&* 49. *tom.* 1. Thoro *in ſupplem. deciſ. verbo reemere*, *col.* 4. *in fine verſic. Quo fit*, *fol.* 521. punctim Cavaller. *deciſ.* 629. *n.* 1. *verſic. Fundamentum in fine*, Cirocchus *diſcep.* 79. *num.* 6.

85 Sed eſt advertendum circa hanc limitationem, quod licet veroſimiliter emptor alias non eſſet empturus, niſi ſimul, & unico pretio ſibi omnes res venditæ fuiſſent, & ſic omnes ſunt redimendæ, aut dimittendæ, Tiraquel. *de retract. lib.* §. 23. *gloſ.* 1. *n.* 2. Azevedo *leg.* 10. *num.* 1. *verſic. Tum ex eo*, *tit.* 11. *lib.* 5. *recop.* Tamen ſtante varietate pretii rerum emptarum præſumitur emptorem unam rem ſine alia empturum, & emptori contrarium dicenti incumbit onus probandi, unam rem ſine alia non empturum, Gabriel. *conſ.* 49. *numer.* 8. *lib.* 2. Guzman *de evict. quæſt.* 45. *numer.* 10. 11. *&* 12. Hermoſilla *ad Gregor. Lopez*, *leg.* 32. *gloſ.* 1. *numer.* 169. *fol.* 146. *pag.* 2. *&* *leg.* 55. *gloſ.* 8. *numer.* 54. *verſic. Alteram fol.* 263. *pag.* 2. *tom.* 2. Cancer *part.* 1. *var. cap.* 13. *num.* 16. Thoro *in ſuppl. deciſ. verbo reemere*, *col.* 4. *verſic. Quinto*, *fol.* 521. Cirocchus *diſcep.* 79. *nu.* 6. *in fine*. Niſi caſibus in quibus à lege præſumitur emptorem alias non empturum, veluti in hominibus, & animalibus ejuſdem generis, & officii Guzman *de evict. quæſt.* 45. *à num.* 10. Hermoſilla *ad Greg. Lopez*, *leg.* 32. *gloſ.* 1. *num.* 169. *fol.* 146. *pag.* 2. *tom.* 2.

Una autem re vendita certo pretio cum pacto 86
de retrovendendo, non poteſt pars ejus redimi, ſed tota res eſt redimenda, Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 23. *gloſ.* 1. *à num.* 1. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 10. *num.* 25. *verſic. Quinto infero in princ.* ubi Ayllon Laynez *num.* 26. *verſic. Re vendita* Azevedo *leg.* 10. *num.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop.* & alii citati *num.* 66. Notandum tamen eſt, quod venditis pluribus rebus uno pretio in univerſum, ſi aliunde poteſt conſtare aliquam rem ex eis venditam fuiſſe certo pretio, poteſt illa res redimi ſine aliis, iſte fuit principalis caſus ad mei relationem deciſus 4. Julii 1659. in favorem Excellentiſſimi Domini Marchionis de Aytona, *de quo ſupra*, *num.* 50.

Quæro 7. An venditor vigore pacti de retroven- 87
dendo poſſit agere ad revenditionem cum ſola oblatione pretii. An vero neceſſaria ſit obſignatio, & depoſitio pretii? Tres ſunt opiniones. Prima quod non ſufficiat ſola oblatio pretii ad agendum, ſed neceſſaria ſit obſignatio, & depoſitio pretii, ſic Tiraquel. *de retract. conven.* §. 4. *gloſ.* 6. *numer.* 1. *&* *de retract. lignag.* 6. *gloſ.* 3. *à prin.* Roland. à Valle *conſ.* 63. *à num.* 22. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 756. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 8. Azevedo *leg.* 9. *à numer.* 8. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop.* Maſtril. *deciſ.* 201. *à num.* 7. *lib.* 3. Merlin. *de pignorib. lib.* 4. *quæſt.* 83. *num.* 48. Ludoviſ. *deciſ.* 492. ubi Beltramin. *num.* 9. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 786. *à num.* 12. Cirocchus *diſcep.* 71. *numer.* 20. *diſcep.* 79. *num.* 11. 12. *&* 19. latè defendit Fontanell. *deciſ.* 69. *à numer.* 3. *ad* 16. *part.* 1.

Secunda eſt opinio, quod ad agendum vigore pa- 88
cti de retrovendendo non ſit neceſſaria obſignatio, & depoſitio pretii, ſed ſufficiat ſola pretii oblatio, Tiraquel. *de retract. conven.* §. 4. *gloſ.* 6. *numer.* 2. Mantica *de tacit. lib.* 4. *tit.* 32. *nu.* 11. Boer. *deciſ.* 124. *à num.* 25. Roland à Valle *conſ.* 7. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 3. Petr. Barboſa *in leg. ſi mora* 10. *à n.* 67. *verſic. Ex qua concluſione*, *ff. ſol. matr.* Maſtrill. *deciſ.* 201. *à num.* 21. *lib.* 3. Duran. *deciſ.* 108. *num.* 4. Cirocchus *diſcep.* 79. *num.* 1. Fontanella *deciſ.* 69. *à nu.* 16. *&* *deciſ.* 70. *à numer.* 1. *part.* 1. Ferrer. *in conſtit. hac noſtra temp.* 1. *declar.* 12. *num.* 6.

Tertia eſt opinio ſuperiorum conſiliatrix, ut ſola 89
oblatio pretii ſufficiat ad aperiendam viam ad agendum, & ita procedit ſecunda opinio relata *nu.* 88. quo vero ad lucrandos fructus neceſſaria eſt obſignatio, & depoſitio pretii, & ita procedit prima opinio relata *n.* 87. ſic Tiraquel. *de retract. conven.* §. 4. *gloſ.* 6. *num.* 4. Decian. *conſ.* 84. *nu.* 51. *lib.* 2. Cornazan. *deciſ.* 19. *nu.* 22. Urſill. *ad Afflict. deciſ.* 205. *num.* 8. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 786. *num.* 4. Maſtrill *deciſ.* 148. *num.* 13. *lib.* 2. Milanen. *deciſ.* 4. *num.* 101. *&* 102. *lib.* 4. Fontanella *deciſ.* 73. *numer.* 21. *part.* 1. Cancer *par.* 2. *var. cap.* 8. *num.* 29. *&* 31. Ripoll. *var. cap.* 11. *num.* 232. conducit Peguera *deciſ.* 5. *num.* 3. *tom.* 2.

Nota

90 Nota primò pro praxi Cathaloniæ, quod venditor vigore pacti de retrovendendo poteſt convenire emptorem in judicio, & petere, quod emptor condemnetur ad retrovendendum, & reſtituendam rem venditori, ſoluto ſibi pretio, Fontanella *deciſ.* 70. *num.* 4. 12. & 13. *par.* 1. Et tunc una, & eadem ſententia emptor condemnatur ad faciendum, & firmandum inſtrumentum revenditionis rei de qua agitur venditori, & ad deferendum ei vacuam, & expeditam poſſeſſionem illius, ſoluto prius emptori pretio, & aliis creditis, ſi forſan habet. Fontanella deciſionem noſtri Senatus refert die 1. Decembris 1627. *deciſ.* 70. *numer.* 12. & *deciſ.* 73. *numer.* 19. *par.* 1. Addo ſic fuiſſe, ſequuta concluſione, deciſum ad mei relationem 3. Februarii 1661. in favorem Mariæ Roig contra viduam Xammar *de qua ſupra*, *num.* 72. Et iterum per me, ſine concluſione, die 15. Decembris 1673. in cauſa Petri Salamò, *de qua ſupra*, *num.* 61. Et iterum ad mei relationem, concluſione ſequuta 5. Julii 1678. in favorem conjugum de Maſdovelles, *de qua ſupra*, *num.* 60. *in fine*, deciſionem Senatus Siciliæ tradit Maſtrill. *deciſ.* 201. *num.* 19. & 20. *lib.* 3.

91 Idque practicatur in Cathalonia etiam negata facultate redimendi per emptorem, vel tertium poſſeſſorem, nam poteſt procedi ad ulteriora in cauſa mota per venditorem petendo revenditionem fieri, & ad rei reſtitutionem condemnari, latè Fontanella *deciſ.* 71. *tota*, *ſignanter num.* 21. ubi deciſionem noſtri Senatus tradit diei 1. Decembris 1627. *par.* 1. & fuit ad mei relationem obſervatum, concluſione ſequuta, die 5. Julii 1678. in favorem conjugum de Maſdovelles, in qua Ludovicus de Sabater negabat facultatem redimendi domos, de quibus agebatur, *de qua ſupra*, *num.* 60. *in fine*. Nec his eſt contraria deciſio noſtri Senatus relata per Cancer *par.* 1. *var. cap.* 8. *à num.* 27. quam ſequitur Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 232. quia in ea actor dumtaxat movit judicium ſuper jure redimendi, ut advertit Fontanella *deciſ.* 70. *num.* 27. *par.* 1.

92 Et in utroque caſu, ſive non negata, ſive negata facultate juris redimendi, ſequuta per Senatum ſententia condemnatoria, actor deinde in decreto executionis facit depoſitum forma ſolita, & obtinet executionem Regiæ ſententiæ, exemplar tradit Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 8. *num.* 30. *in fine*, aliud refert Fontanella *deciſ.* 70. *numer.* 14. *in fine*, *par.* 1. alia exemplaria habes in cauſis relatis *num.* 60. 61. 72. & 90.

93 Nota ſecundò pro praxi Cathaloniæ, quod quando venditor ex pacto de retrovendendo, non facto depoſito, ſed oblatione pretii obtinet retrovenditionem ſibi faciendam, non fit condemnatio fructuum, latè probat Fontanella *deciſ.* 73. *tota*, qui *num.* 20. & *deciſ.* 74. *num.* 16. deciſionem noſtri Senatus tradit die 1. Decembris 1627. *par.* 1. & ſentiunt Cancer *part.* 3. *var. cap.* 8. *num.* 29. & 32. Ripoll. *var. cap.* 11. *num.* 232. ſicque fuit deciſum ad mei relationem in illis cauſis Mariæ Roig. Petri Salamò, & conjugum de Maſdovelles, *relatis num.* 60. 71. 72. & 90. & in illa cauſa referente Carbonell *de qua ſupra*, *num.* 68. & docent Tiraquel. Decian Urſil. Gratian. Maſtrill. & Milanen. *relati num.* 88. quamvis à die litis conteſtatæ abſque obſignatione cum ſola oblatione pretii veniant fructus rei ex una parte, & ex alia intereſſe pretii, dicant Faber. *in Cod. lib.* 4. *tit.* 36. *def.* 17. Rodericus *de ann. reddit. quæſt.* 15. *num.* 67. Maſtril. *deciſ.* 148. *par.* 2. Petr. Barbòſa *in rub. part.* 3. *num.* 72. & *in leg. divortio*, *num.* 76. & *in l. ſi mora*, *num.* 67. 68. 72. & 73. *ff. ſolut. matrimon.* Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 27. ubi Laynes *num.* 28. *in fine*, Fachineus *controv. jur. lib.* 2. *cap.* 14. Cancer *par.* 1. *var. cap.* 13. *num.* 49. Fontanella *deciſ.* 74. *par.* 1.

94 Nota tertiò pro praxi Cathaloniæ, quod facto depoſito pretii per venditorem in loco congruo, eoque emptori notificato, emptor nedum condemnatur ad fructus à die litis motæ, ut aliqui voluerunt, ſed etiam à die depoſiti, & notificationis illius, Faber. *in cod. lib.* 4. *tit.* 36. *defin.* 3. & *melius defin.* 17. Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 15. *num.* 8. ubi Ybannes de Faria *n.* 45. Mantica *de tacitis*, *lib.* 4. *tit.* 32. *nnmer.* 100. Poſtius *poſt tract. de manutenen. deciſ.* 18. *numer.* 4. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 7. ubi Ayllon Laynez *num.* 128. Maſtrill. *deciſ.* 148. *num.* 3. & 11. *lib.* 2. Tiraquel. *de retract. conven.* §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 4. & 5. Petr. Barboſa *in leg. divortio*, *num.* 70. & 71. *ff. ſolut. matrimon.* Matienco *l.* 7. *gloſ.* 12. *numer.* 8. & 9. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop.* Auguſt. Barboſa *in leg.* 2. *num.* 65. *Cod. de pact. inter. empt. & vendit.* Hermoſilla *leg.* 42. *gloſ.* 9. & 10. *num.* 14. *fol.* 200. *pag.* 2. & *leg.* 55. *gloſ.* 8. *num.* 47. *fol.* 263. *pag.* 2. *tom.* 2. Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 8. *n.* 18. Ferrer *in conſtit. hac noſtra*, *temp.* 1. *declar.* 22. *num.* 26. Fontanella *deciſ.* 72. *à num.* 4. *ſignanter nu.* 19. *part.* 1. & ſentiunt Tiraquel. Urſil. Gratian. Maſtrill. Milanen. Ripoll. Cancer, & Fontanella *citati*, *num.* 89. ſic fuit deciſum in Regia Audientia ad mei relationem 4. Julii 1659. in cauſa relata *num.* 50. & ad relationem Magnifici Joannis de Colomer 17. Junii 1680. in favorem Joſephi Traſerra Agricolæ Parochiæ Sanctorum Quinti, & Julitæ Loci de Montaniola, contra Joſephuur Tayadella Villæ de Caſtell Terſol. Actuario Ferrer.

95 Limita 1. ſi depoſitum non eſſet ſimplex, purum, & liberum, ſed conditionale, quia depoſitum ut relevet, debet eſſe ſimplex, purum, liberum, non conditionale, ac tale quod emptor poſſit ad libitum illud accipere, ut innumeris docent Giurba *deciſ.* 87. *num.* 1. & *deciſ.* 98. *num.* 4. Hermoſilla *ad Gregor. Lopez*, *leg.* 2. *gloſ.* 4. *numer.* 44. *fol.* 185. *pag.* 2. *tom.* 1. Barboſa *in l. acceptam*, *num.* 9. *Cod. de uſuris*, addo Ludoviſ. *deciſ.* 505. *num.* 9. ubi Beltramin. *num.* 11. Duran. *deciſ.* 421. *num.* 5. Ferentil. *ad Burat. deciſ.* 517. *nu.* 6. Ciriacus *contr.* 267. *à nu.* 2. *tom.* 2. Coſta *de port. rata*, *quæſt.* 121. *num.* 9. Merlin. *de pignorib. lib.* 4. *quæſt.* 83. *nu.* 68. Queſada Pilo *diſſert.* 3. *num.* 66. Fontanella *de pact. nup. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *par.* 6. *num.* 30. punctim Gratian. *diſcep. foren. cap.* 786. *num.* 20. Ciroccus *diſc.* 79. *nu.* 13. & 20. Fontanella *deciſ.* 72. *num.* 10. *par.* 1.

96 Sublimita 1. hanc primam limitationem, ſi depoſitum per venditorem factum eſt emptori ad ſoltam, & ordinationem judicis, nam tunc legitimum eſt, ſimplex, purum, & liberum, non autem conditionale, Duran. *deciſ.* 421. *numer.* 6. Cancer. *par.* 3. *cap.* 8. *num.* 16. & 17. Fontanella *de pact. nup. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *par.* 6. *à num.* 22. *precipuè*, *num.* 31. & punctim *deciſ.* 72. *numer.* 11. 12. & 13. *part.* 1. & *deciſ.* 540. *num.* 14. *part.* 2.

97 Sublimita 2. ſi per venditorem factum eſt depoſitum emptori ad ſoltam alicujus notarii ad effectum firmandi inſtrumentum revenditionis, quo caſu legitimum eſt purum, ſimplex, & liberum, non vero conditionale, quia illa conditio eſt intrinſeca, & ineſt ex natura rei, quæ non facit actum conditionalem, Hermoſilla *ad Gregor. Lopez*, *l.* 2. *gloſ.* 4. *num.* 45. *fol.* 185. *pag.* 2. *tom.* 1. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 160. *num.* 2. Giurba *deciſ.* 82. *num.* 1. *in fine*, & *num.* 2. & *deciſ.* 98. *num.* 6. 7. & 8. Merlinus *de pignorib. lib.* 4. *quæſt.* 34. *numer.* 9. & *quæſt.* 83. *num.* 69. Beltramin. *ad Ludoviſ. deciſ.* 505. *nu.* 11. Duran. *deciſ.* 421. *num.* 8. Fontanella *deciſ.* 540. *num.* 14. *par.* 2. etſi aliter dixerint Rota *deciſ.* 152. *par.* 1. *diverſor.* Cirocchus *diſcep.* 71. *num.* 22. Mareſcot. *lib.* 1. *var. reſol. cap.* 7. *num.* 9.

98 Limita 2. ſi emptor ex juſta, & legitima cauſa recuſat acceptare depoſitum, & illud perit, quia tali caſu in damnum venditoris deponentis cedit, Tiraquel. *de retract. conven.* §. 4. *gloſ.* 6. *numer.* 34. Merlinus *de pignorib. lib.* 4. *quæſt.* 83. *numer.* 117. Trentacinq. *variar. lib.* 3. *de ſolut. reſol.* 22. *ſub nu.* 2. Maſtrill. *deciſ.* 148. *num.* 17. *lib.* 2. Afflict. *deciſ.* 172. Mareſcot. *var. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 7. Solis *de cenſib. tom.* 2. *lib.* 4. *cap. unico*, *num.* 6. Cagnol. *in l.* 2. *nu.* 121. *Cod. de pact. int. emp. & vend.* Caroccius *de depoſito*, *par.* 2. *quæſt.* 81. Cyriac. *controver.* 267. *in fine tom.* 2. Ferentil. *ad Burat. deciſ.* 517. *n.* 6. Cirocchus

ſic

ſic intelligendus diſcept.72. num.22. Fontanella deciſ. 72. num.16. part.1. alios plures citant Hermoſilla ad Gregor. Lopez, in l.2. gloſ.4. num.94. verſic. Concurrentibus, fol.189. tom.1. Barboſa in l. acceptam. 19. num.36. Cod. de uſuris.

99 Notanter dixi ex juſta, & legitima cauſa. Nam ſi emptor abſque juſta, & legitima cauſa recuſat acceptare depoſitum in loco congruo factum, & illud periit, eo tunc cedit in damnum ipſius emptoris, ut docent doctores citati, num.98. ſingulariter Tiraquel. de retract. convent. §.4. gloſ.6. numer. 34. Mareſcot. var. lib.1. cap.7. numer. Fontanella deciſ. 6. numer. 14. & 15. part.1.

100 An autem emptor habuerit juſtam cauſam, vel non juſtam cauſam non acceptandi depoſitum, id ex exitu cauſæ conſtabit, Tiraquel. de retract. convent. §.4. gloſ.6. num.34. Fontanella deciſ.72. num.17. part.1.

101 Limita 3. ut depoſito non integro, vel aliàs non legitimè facto, emptor condemnandus eſt ad fructus à die litis conteſtatæ, Maſtril. deciſ.248. lib.2. Riccius collect.159. verſic. Limita, Fontanella deciſ.72. num.18. part.1.

102 Sed adverte, quòd hæc limitatio non eſt vera, nam ad nullos fructus poteſt emptor condemnari, ſi depoſitum non eſt integrum, vel aliàs non legitimè factum, quia perinde eſt, ac ſi depoſitum factum non eſſet, Roderic. de annui. reddit. lib.2. quæſt.15. num.68. Faber in Cod. lib.4. tit. 36. defin. 17. ex his quæ docent Cancer. part. 3. var. cap.8. numer. 104. & 105. Peguera deciſ.61. part.2. Fontanella de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 7. gloſ.1. part.6. numer.16. & 17. Merlinus de pignorib. libro 4. quæſt.83. à numer. 79. verſic. Quintum requiſitum. Queſada Pilo differt. 3. numer.59. 60. & 61. Barboſa in l. acceptam 19. à num. 10. Cod. de uſuris, Hermoſilla ad Gregorium Lopez, leg.2. gloſſ.4. à numer.50. fol. 186. tom.1. qui multos alios citant.

103 Nota 4. pro praxi Cathaloniæ, & ex prædictis colligitur, quòd emptor fructus perceptos interim, donec, & quouſque res vendita cum pacto de retrovendendo à venditore redimitur, ſeu pretium pro ea redimenda deponitur, ſuos facit, nec tenetur venditori reſtituere, l.2. ubi gloſſ. Bald. Caſtrenſ. Cagnol. numer.27. Barboſa numer. 60. Cod. de pact. inter. empt. & vendit. Tiraquel. de retract. convent. §. 2. gloſſ.1. numer.33. & §.5. gloſſ.1. num.1. & 2. Covar. lib.3. cap.9. num.1. Azevedo l.4. numer.14. tit.6. lib.8. recop. Molina de Hiſpan. primog. lib.3. cap.11. numer. 9. Mantica de tacitis, lib.4. tit.32. num.69. Giurba dec. 92. num.10. Petr. Barboſa in l. divortio 8. num.75. ff. ſoluto matrim. Seſſe deciſ.31. num.21. lib.1. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, l.42. gloſſ.9. num.3. & 4. fol.200. tom. 2. Gomez tom.2. var. cap.2. num.27. ubi Laynez num. 28. Fachineus controver. jur. lib.2. cap.14. Auguſt. Barboſa in cap. ad noſtram 5. numer.7. de empt. & vendit. Fagundez de juſt. & jure lib.5. cap.43. numer.12. Caſtrus Palaus in oper. mor. part.7. tract.32. diſp.5. punct. 31. §.9. n.1. Ferrer in conſtit. hac noſtra, temp.1. declarat. 12. ſub num.26. Fontanella deciſ.72. n.1. 2. & 3. part.1.

104 Nota 5. pro praxi Cathaloniæ, & etiam ex prædictis colligitur, quòd venditor redimens rem venditam cum pacto de retrovendendo omnes fructus pendentes à die redemptionis, ſeu depoſiti, ſuos proprios facit ſolutis expenſis, abſque diviſione fructuum pro rata, ut docent Bald. conſ.389. in princ. lib.4. Alexand. in l. qui Romæ in princ. numer.9. ff. de verb. obligat. Caſſaneus in conſuet. Burgun. rub.5. §.1. numer.26. Beronis quæſt. famil.98. numer.4. Crotus conſ.323. numer.12. lib.3. Molina de primog. Hiſp. lib.3. cap.11. num.9. Et ſi aliter dicant diviſionem fructuum pro rata eſſe faciendam Tiraquel. de retract. convent. §.5. gloſſ. 4. numer.1. ad 10. Theſeur. deciſ.56. Fachineus lib.2. controv. jur. cap.14. Riccius collect.259. verſic. Sed numer. fructus, Gratian. deciſ.176. Eſcobar poſt tract. de ratiocin. comput. 26. Coſta de portion. ratæ quæſt.36. Mantica de tacitis, lib. 4. cap. 32. à numer. 102. Valaſc. conſuit.77. in fine. Cyriacus controverſ.75. num. 25. tom.1. Covar. tom.1. var. cap.15. num.6. & 7. ubi Ybannez de Faria à numer.33. Fagundez de juſt. & jure lib. 5. cap.43. à numer.13. Auguſt. Barboſa in l. 2. à 61. Cod. de pact. int. empt. & vend. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, leg.42. gloſ. 9. à numer. 5. 200. tom.2. Cirocchus diſcept.71. numer.31. Molina de juſt. & jure tract.2. diſp.374. verſic. Fructus, Caſtrus Palaus in oper. mor. par.7. tract.32. diſp.5. punct.31. §.9. numer.2. & 3. Ripoll. var. cap.11. numer.232. verſic. Sed cum, uſque ad numer. 236. Cancer part. 1. var. cap.13. numer.60. quia contra eos, & alios eſt verior ſententia ut latè diſputando probat Thomas de collect. §. vendentes ſub pact. à num.1. fol.577. & magis probat Zaoner. in l.2. à numer.135. Cod. de pact. inter empt. & vendit. latiſſimè probat contraria proponit, & illis reſpondet Petrus Barboſa in l. divortio, part. 2. à num.69. verſic. Ultimo loco, ff. ſolut. matrim. proſequitur noſter Ilerdenſis Ferrer in conſtit. hac noſtra, tom.1. declar.12. à num.25. ad 38.

105 Quæro 8. An laudimium debeatur, & quantum ex prima venditione, quæ fit cum pacto de retrovendendo, & quid ex revenditione? Tractant remiſſivè Cancer part.1. var. cap. 11. numer. 78. Deſpujol ad Mieres verbo laudemium, verſic. ex venditione, fol. 109. Cenedo collect. ad decretal.144. num.56. Et licèt variæ ſint Doctorum opiniones quas latè referunt Tiraquel. de retract. concent. §.6. gloſ.2. à numer.4. ad 19. Solſona in lucer. laudem. cellula 10. Amatus reſol. 73. numer.5. & 9. Veritas eſt quòd laudimium ex prima venditione facta cum pacto de retrovendendo debet ſolvi integrum, quia venditio illa prima jam eſt à principio pura, & ex omni parte perfecta, & dominium translatum, & poſſeſſio, pretiumque ſolutum, licèt ſub conditione reſolubili, nam jus ſemel ex ea venditione quæſitum, non amittitur reſolutione poſtea contractus vi pacti de retrovendendo adjecti. Ex revenditione autem nullum debet ſolvi laudemium, quia revenditio non eſt ſecunda venditio, nec nova acquiſitio, ſed reſolutio primæ venditionis, in vim executionis pacti de illa diſſolvenda in prima venditione appoſiti, ſic Tiraquel. de retract. lignag. §.29. gloſ.1. à numer.1. & de retract. convent. §.6. gloſſ. 2. numer. 20. Aponte de laudim. quæſt. 37. Burgius de laudim. part.2. inſpec.50. Theſaur. deciſ.75. Pereyra de extinct. emphit. libro 4. capit. 16. à numer. 52. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 180. à numer.6. ad 15. Cavaller. deciſ. rotæ 360. numer. 5. Amat reſol. 67. numer. 35. & reſol. 73. num. 5. & 6. Olea de ceſſ. jur. tit. 7. quæſt. 5. numer. 17. & 19. Borrell. in ſum. deciſ. part.1. tit.35. de laudem. numer. 72. & 73. Marian. Anton. lib. 1. reſol. 99. numer. 2. & 3. Roderic. de ann. reddit. libro 2. quæſt. 4. numer. 9. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, leg.42. gloſſ. 9. & 10. numer.21. & 22. fol.201. tom. 2. Cenſal. ad Peregrin. de fideicom. art. 42. verſic. Addens ulterius, fol. 432. col. 1. in fine, Marinis reſol. jur. lib. 1. cap. 235. numer. 2. & 3. ubi Rodoer. numer. 9. 10. & 11. Surdus deciſ.305. & 321. ubi Hodierna numer.1. & 2. alios plures addit Manfrella in obſervat. ad Capic. Latro deciſ. 142. num. 35. & 37. Gomez tom.2. var. cap.2. num.31. verſic. Quod ſi fiat contractus, ubi Ayllon Laynez num.32. verſic. Itaque ex pacto, idem Gomez in l.70. tauri n. 30. Pinel. in l.2. part.2. cap.3. numer.36. Cod. de reſcind. vend. Morla in empt. jur. part.1. tit.9. quæſt. 14. numer. 12. Parlador. rer. quotid. lib. 1. cap. 3. §. 4. numer.5. Gironda de gabel. part. 5. in princ. num. 30. Laſſarte de decim. vend. cap.14. à numer.36. Molina de juſt. & jure, tract.2. diſput. 374. verſic. Dubium eſt, Matienco l.7. gloſ.3. num.14. tit.11. lib.5. recop. Azevedo l.1. num.99. tit.17. lib.9. recop. Guttier. de gabel. quæſt.10. numer.22. & 23. Barboſa in l.2. numer. 56. Cod. de pact. inter empt. & vendit. & in cap. fin. num.24. & 34. de locato, Fagundez de juſt. & jure, lib.5. cap.43. num.24. Caſt. Palaus in oper. mor. part.7. tract.32. diſp.5. punct.31. §.10. num.1. & 2. Villalobos in ſum. mor. part.2. tract.8. diſp.16. num.6. & tract.21. dif.18. num.10. verſic. Quinto, Luca ad Franchis deciſ. 277. numer. 3. verſic. Hanc non debetur, idem Luca in animadver. ad Gratian. cap.180. num.11. Solſona

*in lucerna laudem, cellula* 10. *à numer.*23. *in impreſſione facta Barcinonæ anno* 155. Socarrats *in conſuet. Cathaloniæ, capit. cautum, à num.*33. *fol.*553. Fontanella *deciſ.* 277. *à numer.*4. *ad* 9. *part.*1. ubi teſtatur hanc opinionem eſſe in Cathalonia indubitatam, ſervarique in ea indubitanter in omni ejus parte, ut laudemium integrum debeatur, & ſolvatur à principio pro prima venditione, nihil pro revenditione, & addit non eſſe, quod traderet Senatus deciſiones in re tam manifeſta; ſervire tamen pro deciſione, conſuetudinem, & obſervantiam Principatus inconcuſſam. Ego verò addo ita fuiſſe deciſum 7. Decembris 1673. concluſione ſequuta ad relationem Nobilis Joſephi de Ferrer, Aulæ Nobilis Regentis Cancellariam; in cauſa Fr. Hieronymi Abrich. Præpoſiti Monaſterii Gallicantus, Ordinis Divi Benedicti Civitatis Gerundæ ex una, & Joannis Puig agricolæ loci de Angles ex altera, in qua fuit etiam dictum ſic ſervari in dicto loco de Angles; Scriba Troch. prout ſimiliter obſervari in Civitate Vici, & ejus territorio teſtatur Ripoll. *var. capit.* 7. *numer.* 390. unde dicit Fontanella *loco citato numer.* 9. *in fine* mirandum, quod Socarrats *in comment. Petri Alberti, cap. cautum, numer.* 43. & Peguera *in conſtit. item ne ſuper laudemio, verſic.*1. *numer.*79. fuerit viſum contrarium, conſiderando in venditione, & revenditione duos contractus, cùm non ſit niſi unus, & poterat Fontanella etiam mirari de Ripoll. *var. cap.*1. *num.*185. 186. *&* 187.

106 Amplia 1. ut laudemium debeatur integrum ex prima venditione cum pacto de retrovendendo, ſive pactum fuerit indefinitum, & ſic in perpetuum, aut ad longum tempus, ſive fuerit temporale, etiam ad modicum tempus, quia quocumque modo fiat venditio cum prædicto pacto, eſt pura, atque perfecta, & res eſt tradita, & dominium in emptorem translatum, contra Pegueram *in conſtit. item ne ſuper laudemio, verſic.* 1. *numer.* 100. Cancer *part.* 1. *var. capit.* 11. *numer.* 78. Deſpujol. ad Mieres, *verbo Laudemium debetur, verſic. Certum tamen eſt, fol.* 109. latè docent & probant Amat, *reſol.* 73. Guttierez *de gabel. quæſt.* 1. *numer.* 23. Fontanella *deciſ.* 277. *numer.* 9. Marinis *reſol. jur. capit.* 235. *numer.* 8. *&* 9. *libro* 1. Luca in animadverſ. ad Gratian. *capit.* 180. *num.* 12. *verſic. Debetur.*

107 Amplia 2. laudemium deberi integrum ex venditione prima cum pacto de retrovendendo, non ſolùm quando hujuſmodi pactum eſſet initum verbis directis, ſed etiam quando eſſet conceptum verbis obliquis, Guttier. *de gabel. quæſt.* 10. *numer.* 27. *&* 28. Laſſarte *de decimæ vendit. cap.*14. *num.*37. Barboſa *in l.*2. *num.*57. *Cod. de pact. in empt. & vendit.* Hermoſilla *ad Gregor. Lopez, l.*42. *gloſ.*9. *&* 10. *num.*23. *fol.* 201. *tom.*2.

108 Limita 1. niſi aliud ſit de conſuetudine loci, in quo res venditur cum pacto de retrovendendo, Faber *in Cod. lib.*4. *tit.* 42. *defin.*30. *numer.*23. Amat. *reſol.*73. *numer.*5. *in fine*, & fuit dictum in deciſione noſtri Senatus, referente Nobili Joſepho de Ferrer. 7. Decembris 1673. *relata num.*105. cùm in ſolutione laudemiorum, deficientibus pactis, recurratur ad conſuetudinem loci contractus, & ad morem regionis ubi res ſita eſt, Peguera *in conſtit. Item ne ſuper laudemio, prælud.*3. *numer.*4. Ripoll. *variar. cap.*7. *numer.* 391. Cancer. *part.*1. *variar. cap.*11. *numer.*77. Fontanella *deciſ.*380. *numer.*20. *part.*1. Et in hoc Principatu Cathaloniæ in multis locis practicatur conſuetudo, quod ex alienationibus factis cum pacto de retrovendendo, hoc eſt inſtrumento gratiæ redimendi mediante, ſolvitur medium laudemium ex prima venditione, & aliud medium laudemium ſolvitur in revenditione ad complementum integri laudemii, ut atteſtatur Peguera *in conſtit. Item ne ſuper laudemio, verſic.*1. *numer.*79. *ibi: Super hoc video*, Fontanella *deciſione* 277. *numer.* 10. *in fine part.* 1. ſicque obſervatur in hac Civitate Barcinonæ, ut cum deciſione Senatus tradit Solſona *in lucer. laudem. cellula* 10. *à numer.* 38. refert, & ſequitur Fontanella *deciſ.* 277. *numer.* 10. *&* 11. *part.* 1. Quam commendant, & laudant Theſaurus *deciſ.* 75. *numer.* 3. Luca ad Franchis, *deciſ.*277. *numer.*3. *verſic. Bene verum.*

Limita 2. ſi pactum de retrovendendo eſſet de re- 109
dimenda re intra certum tempus, & antequam illud eſſet elapſum, vel finitum, ad aliud tempus prorogetur, tunc ex revenditione facta elapſo primo tempore debetur laudemium, quia non fit vi primæ venditionis, & ex pacto in ea contento, ſed vi ſecundi pacti, ac proindè novus contractus eſt cenſendus, *l. ſed & ſi in fine, ff. de precar.* Aponte *de laudem quæſt.* 37. *numer.* 24. Burgius *de laudem. part.* 2. *quæſt.* 45. *numer.* 42. *& quæſt.*50. *numer.*9. 10. *&* 23. Laſſarte *de decimæ vendit. capit.* 14. *numer.* 43. Molina *de juſt. & jure, tract.*2. *diſp.*374. *ad finem*, Guttier. *de gabellis quæſt.*10. *num.*26. Hodierna ad Surd. *deciſ.*321. *num.* 5. Caſtrus Palaus *in oper. mor. part.*7. *tract.*32. *diſp.*5. *punct.*31. §.10. *numer.*2. *verſic. Et idem eſt dicendum*, Fontanella *deciſ.*277. *numer.*13. *part.*1. Luca ad Franchis, *deciſ.*277. *num.*3. *in fine*, Tiraquel. *de retract. convent.* §. *primo, gloſ.*7. *num.*35. Coſta *de retrotract. cap.* 8. *caſu* 29. *numer.* 11. *&* 16. Noguerol. *allegat.* 21. *numer.*22.

Limita 3. ſi venditio non fuiſſet facta cum pacto de 110
retrovendendo, ſed cum pacto, quod ſi emptor eam rem vendere vellet, teneatur primum venditorem præferre cæteris emptoribus, tunc ſi emptor vi illius pacti revenderet primo venditori pro eodem pretio, quo prima vendictio facta fuit, debetur laudemium domino directo exiſtenti tempore revenditionis, quia eſt nova venditio, novuſque contractus, Molina *de juſt. & jure, tract.*2. *diſp.*374. *ad finem*, Fagundez *de juſt. & jure, lib.*5. *cap.*43. *num.*24. *verſic. Si tamen*, Caſt. Palaus *in oper. mor. part.*7. *tract.*32. *diſp.* 5. *punct.*31. §.10. *num.*2. *verſic. At idem eſt.* Guttier. *de gabel. quæſt.*10. *num.*25. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 180. *à num.*15. ubi Luca *in animadver. num.*14. Cancer *part.*1. *var. cap.*11. *à numer.*81. Fontanella *deciſ.*277. *num.*25. *part.*1.

Limita 4. ſi in venditione pactum de retroven- 111
dendo apponeretur, ut res pro majori, aut minori pretio redimeretur, vel juxta qualitatem, & æſtimationem rei tempore redemptionis, debetur laudemium pro revenditione, quia cenſetur novus contractus, novaque venditio, Laſſarte *de decimæ vendit. capit.* 14. *numer.* 41. Guttierez *de gabell. quæſt.* 10. *numer.* 25. Caſtrus Palaus *in oper. moral. part.* 7. *tract.* 32. *diſp.* 5. *punct.* 31. §. 10. *numer.* 2. *verſic. videtur.*

Limita 5. ſi venditio facta cum pacto de retroven- 112
dendo eſſet cum pacto, ut poſſit ab illa recedi, ſi emptori videbitur intra tale tempus, nam ſi revera fuerit demum ab ea receſſum, laudemium non eſt ſolvendum, ut late probat Marinis *lib.*1. *reſol. jur. cap.* 225. *à num.*1. *ad* 8.

Limita 6. ut procedat, quando pactum de retro- 133
vendendo eſſet appoſitum à principio in ipſa venditione; nam tunc ex revenditione nullum debetur laudemium, ſecus ſi ex poſt eſſet appoſitum pactum de retrovendendo ex intervallo, & nova cauſa, vel ex nova conventione, nam tunc ex revenditione debetur laudemium, quia eſt novus contractus, quamvis fiat occaſione primi contractus, Solſona *in lucer. laudem. cell.*10. *num.*14. Molina *de juſt. & jure, tract.*2. *diſp.* 374. *ad finem*, Guttier. *de gabel. quæſt.*10. *numer.*11. *&* 24. Maynard. *deciſ.*38. *leg.*4. Hieronym. Laurent. *deciſ. Avenion.* 122. *numer.* 7. *in fine*. Aponte *de laudem. quæſt.*37. *à numer.* 18. Manent. *poſt ſuas deciſ. conſ.* 128. *liber* 2. Borrell. *in ſumm. deciſ. part. prima, tit.* 35. *à numer.* 51. *ad* 59. Rodoer ad Marin. *lib.*1. *reſol. jur. cap.*225. *numer.* 12. Aylon Laynes ad Gomez, *tom.*2. *var. cap.*2. *num.*32. *verſic. Itaque, in fine, & verſic. In venditione, in fine*, Tiraq. *de retract. convent.* §. 6. *gloſ.*2. *num.*20. *verſic. Si autem diſceditur*, Hermoſilla *ad Gregor. Lop. l.*42. *gloſ.*9. *&* 10. *num.*23. *verſic. Intellige, fol.*201. *col.*2. Barboſa *in l.*2. *num.*57. *verſic. Intellige, Cod. de pact. inter empt. & vendit.* Hodierna *ad Surd. deciſ.*321. *num.*4. Fontanella *deciſ.* 277. *numer.* 12. Gratian. *diſcept. forenſ. numer.* 180. *num.*19.

numer. 19. Luca de Franchis deciſ.277. num.3 in fine.

114 Verum nota, quod quamvis aliqui ex ſupradictis Doctoribus relatis ex num.106. cum ſeq. non loquantur in terminis laudemii, ſed gabellæ. Tamen idem dicendum eſt de laudemio, nam Doctores paſſim parificant hos terminos, & in effectu idem ſonant, & arguunt de uno ad alterum, nec inter gabellam, & laudemium cadit ratio aliqua diverſitatis, ideo de uno ad alterum bene infertur, ſic Surd. deciſ.305. n.32. verſic. Et quamvis, Gratian. diſcep. forenſ.cap.180. num.10. & 11. Ciarlin. contr. foren. lib. 3.cap.245. num.14. & 15. Barboſa argum. jur. loco 52. notant Fontanella deciſ.277. numer.12. in fine part. 1. Pinel. in lege ſecunda, parte ſecunda, capite tertio, numer.37. verſic. Qui tamen, Cod. de reſcind. vend.

115 Quæro 9. An venditor reemens rem venditam vigore pacti de retrovendendo teneatur ſtare locationi factæ per emptorem? Reſp. quod ſic, quia emptor videtur locationem feciſſe de voluntate venditoris, ut docent Bald. in l.1. in fine, Cod. de jure fiſci, lib. 10. Roland. conſ. 45. à num.2. lib.2. Tiraquel. de retract. convent. 5. §. 3. gloſ.1. à numer. 13. Mantica de tacitis, lib.4. tit.32. numer.97. & 98. & lib.5. tit.10. numer.34. Surd. deciſ.264. num.11. Carocius de locato, tit. de ſucceſſorib. quæſt.12. Peregrin. de fideicom. art.40. numer.47. & art.44. num.24. Giurba deciſ. 58. numer. 8. & ad conſuetud. Meſſanen. part.1. c. 10. gloſ.10. n. 14. Mareſcot. var. lib. 1. cap. 18. numer. 8. Novarius quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 62. Ciarlin. controverſ. forenſ. cap. 93. numer. 10. tom. 1. Sanfelicius deciſ. 366. numer.15. Pariſius poſt tract. de ſalviano, deciſ. 106. à numer. 2. Penna deciſ. 18. Barboſa in leg. 1. numer.58. Cod. de pact. inter. empt. & vendit. & in leg. emptorem, numer.24. Cod. de locato, Marinis reſol. jur. lib.1. cap.259. numer.15. ubi Rodoer. numer. 15. Maſtril. deciſ.5. tota, Ybannes de Faria in addit. ad Covar. lib.1. var. cap. 15. numer.34. in fine, Cancer part. 1. var. cap.14. numer. 49. quidquid dicat Petrus Barboſa in l. ſi filiofamilias 26. §. fin. numer.10. ff. ſol. matrimon. Etiam ſi locatio fuerit facta per plures annos, Mareſcot. var. lib.1. cap. 18. numer. 11. ſequitur Ybannes de Faria in addit. ad Covar. var. lib.1. capit.15. numer.34. in fine. Intellige ſi citra fraudem præceſſit locatio, Giurba deciſ.58. num.8. Barboſa in leg. emptorem, numer. 24. Cod. de locato, Maſtril. deciſ.5. numer.3. quæ non præſumitur, ſed probanda eſt, & ubi alia capi poteſt conjectura, ceſſat fraus, idem Giurba deciſ.85. num.11. vide Maſtril. ad excludendam fraudem dec.5. num.10. veſic. Poſtremo, cum ſeq. tom.1.

116 Quæro 10. An augmentum per alluvionem ſpectet ad venditorem, vel ad emptorem cum pacto de retrovendendo? Vide Theſaur. deciſ. 140. Giurb. deciſ. 92. numer.15. Fachin. controverſ. jur. lib.2. cap.6. Seſſe deciſ.63. à numer.16. Menoch. conſ.606. num.15. & 16. tom.7. Amendola ad Franchis, deciſ.64. num.9. Hermoſilla ad Greg. Lopez, l.42. gloſ.9. & 10. numer.16. 17. & 18. fol.200. pag.2. tom.2. Barboſa in leg.2. numer.66. & 67. Cod. de pact. inter. empt. & vendit. Urſell. concluſ.94. à num.9. cum plurib. ſeq. Menochius conſ.606. num.15.16. & 17. lib.7. & latè conſ.26. lib.1. Coſta de ratione ratæ, quæſt.11. num.10. & 11. Cirocchus diſcep. 71. num.24.

117 Quæro 11. An venditor reemens rem venditam vigore pacti de retrovendendo teneatur ultra pretium ſolvere emptori omnes expenſas, & ſumptus, quos emendo fecit? Reſp. quod ſic Greg. Lopez, leg.55. gloſ. 8. num.43. in princ. fol.262. pag.2. tom.2. Caſt. Palaus in oper. mor. par.7. tract.32. diſp.5. punc.29. §.7. num. 5. Pinel. in leg.2. part.1. cap.3. num.37. in fine Cod. de reſcind. vend. Cancer part.1. var. cap.11. num.80. Chaſſanæus in conſuet. Burgun. rub.10. §.1. verbo le pris, n.1. fol.336. pag.2. Azevedo leg.9. num.20. & 23. tit.11. lib. 9. recop.

118 Sed dubium eſt, quos ſumptus, & expenſas ſolvere teneatur venditor emptori? Etenim in primis tenetur ſolvere laudemia, leg. debet. ff. de ædilit. edicto, Tiraquel. de retract. lign. §.29. gloſ.4. à numer.1. & de retract. convent. §.6. gloſ.2. num.1. 2. & 3. Doctores citati num.117. Hermoſilla, numer.43. Caſt. Palaus n.7. Pinel. num.37. Can. num.80. Azevedo num.19. ſic fuit in Cathalonia deciſum ad mei relationem, concluſione ſequuta 5. Julii 1678. in cauſa relata num.6. in fine.

119 Secundo impenſas inſtrumentorum emptionis, Bald. in leg.2. ubi Salicetus, Barboſa num.62. Cod. de condict. ex lege, Chaſſanæus ad conſuet. Burgun. rub.10. §.1. verbo les frais, num.6. fol.337. Tiraquel. de retract. lignag. §.29. gloſ.3. num.1. & de retract. conven. §.6. gloſ.2. numer.24. Azevedo leg.9. num.25. ubi Matienco gloſ.3. à num.33. tit.11. lib.5. recop. Hermoſ. Caſt. Palaus, & Can. citati numer.117. primus num.43. ſecundus numer.5. in fine, tertius num.80. & etiam id quod ſolvit emptor notario pro inſtrumento emptionis extrahendo, Tiraquel. de retract. lig. §.29. gloſ.3. num. 2. & de retract. convent. §.6. gloſ.2. n.24. in fine, Azevedo leg.9. num.25. in fine tit.11. lib.4. recop. Caſt. Palaus in oper. mor. part.7. tract.32. diſp.5. punc.29. §.8. num.5. in fine. Parlador. in ſexquicent. differ.109. §.5. num.16.

120 Tertiò expenſas melioramentorum, ut juribus, & Doctoribus probant Tiraquel. Cancer Morla, Hermoſilla, & Barboſa, locis ſtatim allegandis. Ita fuit in Cathalonia deciſum concluſione ſequuta ad mei relationem 5. Julii 1678. in relata cauſa ſupra numer.60. in fine, ſive expenſæ melioramentorum ſint neceſſariæ, ſive utiles ad perpetuam rei utilitatem, niſi eſſent admodum graves, & oneroſæ, magnæ, & exceſſivæ, quas venditor non poſſet eas ſolvere, ſed cogeretur habere rem pro derelicta; nam tunc emptor non poteſt eas repetere, ut Juribus, & Doctoribus docent Tiraquel. de retract. convent. §.7. gloſ.1. numer. 1. 2. 3. & 5. Menoch. de recuper. poſſe remed.5. numer. 523. & 553. Mareſcot. lib. 2. var. cap. 109. numer. 20. & cap. 110. numer.29. ubi numer.30. 31. & 32. tribus modis limitat Cancer part. 1. var. capit. 13. num. 105. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, leg. 42. gloſ. 9. & 10. numer.20. fol.201. tom.2. Morla in emp. jur. part. 1. tit. 9. in præmiſ. numer.109. Barboſa in leg. 2. numer. 69. Cod. pact. int. empt. & vendit. quod procedit, etiam ſi venditor in contractu venditionis permiſiſſet emptori facere ſumptus ſibi benè viſos; nam adhuc emptori non licet facere ſumptus exceſſivos, cùm non ſit veroſimile venditorem de eis cogitaſſe, ut notant Baldus & Aymon, quos ſequitur Menochius de recup. poſſeſ. remed.15. numer.523. Cancer. part.1. var. capit.13. numer. 106. Morla in emptor. jur. part. 1. tit. 9. in præmiſ. numer.109. verſic. Quæ ſententia, Hermoſilla ad Gregor. Lopez, leg. 42. gloſ. 9. & 10. numer.20. in fine, fol. 201. tom.2. declaratur per Ciroc. diſcept.57. numer.21. & an expenſæ melioramentorum ſint magnæ, oneroſæ, & exceſſivæ, arbitrio judicis committendum eſt, qui id judicare debet, inſpecta qualitate rei, & perſonarum, ut dicit Baldus, quem referunt, & ſequuntur Tiraquel. de retract. convent. §.7. gloſ.1. ſub numer. 5. Mareſcotus lib.2. var. cap.109. numer.20. & ſi vis ſcire melioramenta, quæ dicantur neceſſaria, & quæ utilia, & quando deducenda ſint, vide Mareſcot. var. lib. 2. cap. 109. & 110. ad quem ſe refert Ferentil. ad Burat. deciſione 217. litera A.

121 Benè etiam verum eſt, quod emptor, qui expenſas exceſſivas fecit poteſt ſine domini incommodo eas auferre, niſi venditor paratus eſſet illi dare, quantum habiturus emptor eſſet, expenſis ablatis, probat Cancer part.1. var. cap.13. numer.107. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, leg.42. numer.20. in fine fol. 301. tom. 2. Mareſc. var. lib.2. cap.110. numer.31. videndus Cirochus diſcep.57. à numer. 17. ad 21. qui numer. 19. tradit melioramentorum ablationem non permitti in ædificiis in Civitate ſitis, ne Civitas nimis deformetur.

122 Addunt aliqui ex præcitatis Doctoribus, quod emptor cum pacto de retrovendendo, cum habeat dominium qualificatum, non poteſt arbores ſcindere, nec rem aliter deteriorare, ut Cancer referens ſæpè conſultum reſpondiſſe var. part.1. cap.13. numer.108. Hermoſilla ad Gregor. Lop. l.42. num.11. fol.200. pag.2. tom. 2. Morla in empor. jur. part. 1. tit. 9. numer. 109. verſic. Unde colligitur, aliàs emptor tenetur vendi-

tori ad damna, & intereſſe Tiraquel. *de retract. convent.* §. 3. *gloſſ.* 1. *ſub num.* 23. Cirocchus *diſcept.* 71. *num.* 25. circa hoc vide ea, quæ obſervant Doctores, ſignanter Pet. Barboſa *in leg. divortio*, §. *ſi fundum*, *ff. ſolut. matrim.* Molina *Hiſpan. primog. lib.* 1. *capit.* 22. Guttier. *de tutel. part.* 3. *capit.* 27. *à num.* 9. *ad* 20. Tiraquel. *de retract. convent.* §. 2. *gloſ.* 1. *à num.* 24. latè Caſtillo *de uſufruct. cap.* 25. Ciarl. *lib.* 1. *cont. forenſ. capit.* 51. dicit tamen Hermoſilla *num.* 12. ex Joſepho Ludovic. *deciſ. Peruſin.* 5. quod ſi arbores fundi durante tempore revenditionis vento ſint evulſæ, æſtimatione facta lignorum, tradi debere venditori cum cautione de reſtituendo pretio emptori caſu, quo venditor non redemerit, idem tradit Barboſa *in lege* 2. *numer.* 64. *in fine*, *Codic. de pact. int. emption. & vendit.*

123 Quarto promiſſiones, ſi quæ fiunt, ut emptor alliciatur ad pluris emendum, vulgo in Cathalonia Axaus, in Caſtella promettidos, de quo vide Azevedo *leg.* 9. *num.* 21. *tit.* 11. *lib.* 9. *recop.* Caſt. Palaum *in oper. mor. part.* 7. *tract.* 32. *diſp.* 5. *punct.* 29. §. 8. *num.*
124 6. de iſtis promiſſionibus, † ſi plura ſcire volueris, conſule Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. part.* 5. §. 13. *à num.* 3. Gratian. *de gabel. quæſt.* 151. & 252. Guttier. *deciſ.* 103. Bobad. *lib.* 5. *in polit. cap.* 4. *num.* 60. Larrea *alleg. fiſcal.* 29. Salgado *in labyrint. cred. lib.* 2. *cap.* 2. *à num.* 43. Eſcobar. *de rat. in cap.* 23. *à num.* 38. Carleval. *de judic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 8. *fol.* 523. Berart. *in ſpecul. viſit. cap.* 23. *num.* 74. 75. & 76.

125 Quinto datum ſubhaſtatoribus, proxenetis, mediatoribus, & ſimilibus, quia hæc pars pretii reputantur, & emptori neceſſaria, vel convenientia, de quo vide Chaſſan. *ad conſuet. Burgun. rub.* 10. §. 1. *verbo le prix*, *num.* 1. & *verbo les frais*, *num.* 4. Tiraquel. *de retract. lig.* §. 15. *gloſ.* 1. *num.* 5. & §. 29. *gloſſ.* 4. *num.* 8. 9. & 10. & *de retract. conv.* §. 6. *gloſ.* 2. *numer.* 22. Matienco *l.* 7. *gloſ.* 3. *n.* 32. & 33. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop.* Azevedo *l.* 9. *num.* 24. *tit.* 11. *libro* 5. *recop.* Parlador. *in ſexquicent. differ.* 109. §. 5. *num.* 16. Hermoſilla *ad Gregor. Lopez, leg.* 55. *ſub num.* 43. *fol.* 262. *pag.* 2. *tom.* 2. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 7. *tract.* 32. *diſp.* 5. *puncto* 29. §. 8. *num.* 5. *verſic. Etenim*.

126 Quid de pretio ſervitutis acquiſitæ per emptorem, vide Tiraquel. *de retract. conv.* §. 6. *gloſ.* 2. *n.* 23. Hermoſ. *ad Gregor. Lopez leg.* 42. *num.* 17. *fol.* 201. *pag.* 2. Barboſam *in leg.* 2. *num.* 68. *Cod. de pact. inter. empt. & vendit.*

127 Quæro 12. & ultimo. Quomodo probetur pactum de retrovendendo? Reſp. quod primo probatur per inſtrumentum. Secundo per teſtes.

Tertio per famam cum uno teſte. Quartò cum uno teſte, & juramento ſuppletorio. Quintò per conjecturas, & vehementes præſumptiones, & unicum teſtem, & probatur aliis modis, de quibus Boer. *deciſ.* 185. *à num.* 1. Zerola *in prax. Epiſcopo, verbo pactum*, *in princ.* Tuſchus *tract. concl. litera P. concluſ.* 34. Maſcardus *de probat. concl.* 1142. Tiraquel. *de retract. lig. ad finem tit. num.* 62. & 63. Novar. *ad pragm. Reg. Neapol. tn rub. de pacto de retrovendendo*, *n.* 1. & quod pactum de retrovendendo poſſit probari per teſtes, præter citatos, Mantica *de tacitis*, *lib.* 4. *tit.* 31. *num.* 6. Marinis *lib.* 2. *reſol. jur. cap.* 161. *num.* 18. & 19. Joſeph Ludovic. *deciſ. Peruſina* 9. Cancer cum deciſione noſtri Senatus *par.* 3. *var. cap.* 7. *num.* 254. Ripoll. *var. cap.* 11. *nu.* 248. & quod in materia pacti de retrovendendo poſſit eſſe locus juramento ſuppletorio. Ludovic. *deciſ. Peruſin.* 9. *num.* 25. Cancer *part.* 3. *var. cap.* 7. *nu.* 254. & quod pactum de retrovendendo ſola fama probetur, Farinac. *in prax. part.* 1. *quæſt.* 47. *num.* 139. Ayllon. Laynes *ad Gomez*, *tom.* 2. *var. cap.* 2. *ſub num.* 28. *col.* 2. *in fin.* Parce prolixitatem, quia materia pulchra eſt, & quotidie in praxi evenit.

### *ARGUMENTUM.*

**An Clericus in cauſa juris retractus, congrui, ſive prothomiſeos ratione conſanguinitatis, vel vicinitatis gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, convenirique debeat apud judicem Eccleſiaſticum.**

### *SUMMARIUM.*

1 *Venditor non poteſt cogi de jure communi vendere rem uni potiùs quàm alteri emere volenti, etſi conſanguineo, vel vicino, numero primo. Limita ubi ſpecialiter in aliquo loco inductum eſſet jus retractus, congrui, ſive prothomiſeos ſanguinis, vel vicinitatis, num.* 2.

3 *Statuta juris retractus, congrui, ſivè prothomiſeos ſanguinis, vel vicinitatis vigens in pluribus Regnis, num.* 3. & *valida ſunt, obſervarique debent, num.* 4. *ſed ſunt contraria communi, & dicuntur potiùs odioſa, quàm favorabilia, & conſequenter reſtringenda ſunt, num.* 5.

6 *Jus retractus, congrui, ſive prothomiſeos ratione conſanguinitatis, vel vicinitatis non datur in Cathalonia.*

7 *Jus retractus, congrui, ſive prothomiſeos ratione conſanguinitatis, vel vicinitatis eſt ſimile pacto de retrovendendo.*

8 *Clerici tam activè, quàm paſſivè an ligentur ſtatutis, & conſuetudinibus retractus, congrui, ſive prothomiſeos ratione conſanguinitatis, vel vicinitatis, diſtinguendi ſunt plures caſus, numero* 8. 9. 10. 13. 15. 19. & 20. *quid in Regnis Neapolis, & Sardiniæ, num.* 17.

11 *Eccleſiæ tam activè, quàm paſſivè an ligentur ſtatutis, & conſuetudinibus juris retractus, congrui, ſive prothomiſeos ratione conſanguinitatis, vel vicinitatis, num.* 11. 12. & 16.

14 *Clerici an ligentur ſtatuto de cauſis compromittendis inter conjunctos, num.* 14. & 18.

20 *Monaſterium an ligentur ſtatutis, & conſuetudinibus juris retractus, num.* 20. 21. & 22.

23 *Clericus quando emit à Clerico conveniendus eſt pro jure retractus coram judice Eccleſiaſtico.*

24 *Clericus quando emit à laico, eſt conveniendus pro jure retractus coram judice ſæculari, numer.* 24. *Sed contrarium eſt verius, debet conveniri apud judicem Eccleſiaſticum, num.* 26.

25 *Clericus ratione affictus domus conductæ poteſt conveniri coram judice ſæculari, num.* 25. *Sed contrarium eſt verius, quod debet conveniri apud judicem Eccleſiaſticum, num.* 28.

28 *Monaſterium ratione retractus debet conveniri apud judicem Eccleſiaſticum.*

29 *Laicus emens à Clerico conveniri debet ratione retractus coram judice ſæculari, numero* 29. & 30.

31 *Retrahi, quæ res poſſint, quibus competat jus retrahendi, & ſimilibus quæſtionibus remiſſivè.*

32 *Jus prælationis, quod in pluribus caſibus à jure conceditur, non datur in Cathalonia, excepto jure prælationis, & faticæ ratione dominii directi, num.* 32. *vide, num.* 33. 34. 35. 36. 37. & 38.

39 *Clerici activè & paſſivè an ligentur ſtatutis ratione communionis, remiſſivè.*

## DECISIO CL.

DE jure communi, venditor non poteſt cogi ven- 1
dere rem uni potiùs quàm alteri emere volenti, etiì conſanguineo, vel vicino, *l. dubium*; ubi Barboſa *numero* 1. & 2. *Cod. de contrahen. empt.* Tiraquel. *de retract. lignag. in præfat. numero* 16. & *à num.* 22. Parlador. *ſexquicent. differ.* 109. §. 1. *num.* 1. Carol. *deciſ.* 26. *numero* 4. Portol. *de conſortib. cap.* 9. *num.* 3. 4. & 15. Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit.* 9. *quæſt.* 11. *num.* 2. *verſ. Neque*, Hermoſilla *ad Gregor. Lopez*, *l.* 55. *gloſ.* 1.

*num.* 1. *fol.* 249. *tom.* 2. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.* 2. *tit.* 31. *cap.* 3. *num.* 1.

2 Limita, ubi in aliquo loco ſpecialiter, inductum eſſet jus retractus, congrui, ſive prothomiſeos ſanguinis aut vicinitatis, *l. dubium*, *ibi*: *Niſi lex ſpecialiter quaſdam perſonas hoc facere prohibuerit*, *Cod. de contrahend. empt.* id eſt dicit Baldus *ibid.* ſpecialis conſtitutio loci, vel municipale ſtatutum, *capite conſtitutus octavo*, *de integ. reſtitut.* Marinis *lib.* 1. *reſ. jur. cap.* 55. *num.* 8. & 9.

3 Ideoque in pluribus Regnis ſunt ſtatuta juris retractus, congrui, ſive prothomiſeos ſanguinis, vel vicinitatis, ut in Regno Caſtellæ de retractu ſanguinis extant leges fori, ordinamenti, & Tauri, quæ ſunt in nova recopilatione, *l.* 7. *cum ſeqq. titul.* 11. *lib.* 5. *recop.* de quibus Gomez *in l.* 74. *tauri*, Guttier. *pract. quæſt.* 145. Hermoſilla *ad Gregor. Lopez leg.* 55. *gloſſ.* 2. *cum ſeq. for.* 250. *tom.* 2. Vela *diſſert.* 17. *à numer.* 34. *tomo* 1. Barboſa *in l. dudum*, *num.* 16. *Cod. de contrahend. empt.* Ybannez de Faria *ad Covar. libro* 1. *variar. capitulo* 15. *numero* 42. Parlador. *in ſexquicent. differ.* 109. §. 1. *à numer.* 17. Caſtr. Palaus *in oper. moral. part.* 7. *tract.* 32. *diſp.* 5. *punct.* 29. §. 1. *à num.* 2. & in Regno Aragonum in conſortibus Seſſe *deciſ.* 229. *tom.* 2. Suelves *conſ.* 49. *num.* 20. *lib.* 2. in Regno Sardiniæ, Regia pragmatica apud Regentem Vico *lib.* 2. *tit.* 31. *capitulo* 3. Queſada Pilo *diſſert.* 3. In Regno Neapolis Zerola *in prax. Epiſcop. verbo jus congruum*, *num.* 1. Marinis *lib.* 1. *reſolut. jur. capit.* 55. & *lib.* 2. *capit.* 144. Franchis *deciſ.* 285. Thoro *in compend. deciſ. part.* 1. *verbo jus congrui*, *cum ſeq. fol.* 319. & *par.* 3. *ſect.* 1. *verbo jus congrui*, *fol.* 633. & *in ſupplem. deciſ. verbo jus congrui*, *fol.* 322. In Civitate Romæ, Marinis *lib.* 1. *reſolut. jur. capitulo* 55. *num.* 10. Urſellius *concl.* 62. *num.* 19. Ferentil. *ad Burat. deciſ.* 937. *litera A.* In Regno Franciæ, & aliis pluribus Regnis, de quibus Tiraquel. *de retract. lig. in præfat. à numero* 1. Bellonus *de his quæ fiunt in continenti*, *quæſt.* 72. *num.* 1.

4 Hujuſmodique ſtatuta, leges, conſtitutiones, & conſuetudines juris congrui, retractus, ſive prothomiſeos conſanguinitatis, vel vicinitatis valida, & validæ ſunt, obſervarique debent, & in utroque foro ligant, *capit. conſtitutus* ubi Abbas *notab.* 7. *de in integ. reſt.* Decius *conſil.* 88. *num.* 1. Pariſius *conſil.* 82. *num.* 2. & 3. *conſil.* 83. *num.* 2. 3. & 5. *lib.* 3. Roland. *conſil.* 63. *num.* 1. *lib.* 1. Tiraquel. *de retract. lignag. in præfat. à num.* 15. Portoles *de conſortib. capit.* 9. *num.* 20. Morla *in empt. jur. part.* 1. *tit.* 9. *quæſt.* 11. Cirocchus *diſcept.* 29. *num.* 1. & 2. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tomo* 2. *titulo* 32. *cap.* 3. *num.* 2. Azevedo *l.* 7. *n.* 4. & 5. *titul.* 11. *lib.* 5. *recopil.* Hermoſilla *ad Gregor. Lopez l.* 55. *gloſs.* 5. *num.* 10. *fol.* 258. *pagin.* 2. *tom.* 2. Barboſa *in l. falſo* 3. *num.* 5. *verſic. Valet tamen*, *Cod. com. rer. alienat.* ſed vide Conciolum *ad ſtat. Eugubii*, *lib.* 1. *rub.* 55. *num.* 1. & 2. ubi Romaguera *num.* 40. & 41.

5 Sed cum iſta ſtatuta juris retractus, congrui, ſive prothomiſeos conſanguinitatis, vel vicinitatis ſint contra jus commune, dicuntur potius odioſa, quam favorabilia, & conſequenter ſtrictè interpretanda, & reſtringenda ſunt, ſecundum veriorem ſententiam, de qua teſtantur Tiraquel. *de retract. lig. in præfat. à num.* 56. *præcipuè num.* 60. & 61. Gomez *in l.* 70. *tauri num.* 1. Guttier. *pract. lib.* 2. *quæſt.* 145. *num.* 2. Azevedo *l.* 7. *num.* 6. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop.* Morla *in empt. jur. part.* 1. *tit.* 9. *quæſt.* 12. *num.* 3. Burat. *deciſ. num.* 8. & 9. Olea *de ceſs. jur. tit.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 7. Ciroc. *diſcep.* 29. *num.* 8. 9. 10. & 11. Barboſa *in l. dudum*, *n.* 16. *in fin. C. de contrahend. empt.* Portoles *de conſortib. capit.* 2. *per totum*, vide Parlador. *in ſexquicent. diſſer.* 109. §. 4. *num.* 2. 3. & 4.

6 In Cathalonia vero non ſervatur, nec datur jus retractus, congrui, ſive prothomiſeos ratione conſanguinitatis, vel vicinitatis, Fontanella *deciſ.* 277. *num.* 15. *part.* 1. Solſana *in lucerna laudim. cellula* 12. *quæſt.* 2. *numero* 4. & 5. Romaguera *in addit. ad Conciol. ad ſtatut. Eugubii*, *rub.* 55. *numero* 42. *lib.* 1. ſolumque ſcio in Villa Villæfranchæ Pœniten. adeſſe ſtatutum, quod ſi aliquod prædium de territorio dictæ Villæ vendatur, in ejus emptione homines dictæ Villæ præferantur extraneo emptori, Cancer. *par.* 1. *var. cap.* 13. *num.* 60. Nec datur in terra Summæ, nec in Civitate Averſæ Regni Neapolis, Thoro *in ſuppl. dec. verbo jus congr. regulariter*, & *verbo jus congrui ſive Prothomiſeos*, *fol.* 324. Capyc. Latro *conſult.* 98. *numero* 2. nec datur in Regno Caſtellæ jus congrui ratione vicinitatis, Matienco *leg.* 13. *gloſs.* 4. *numero* 3. *titulo* 11. *libro* 5. *recopil.* Parlador. *in ſexquicent. differ.* 109. §. 1. *numero* 2. Hermoſilla *ad Gregorium Lopez leg.* 55. *gloſs.* 8. *numer.* 8. *fol.* 260. *pagin.* 2. *tom.* 2.

Verum, quia jus retractus, congrui, ſive protho- 7
miſeos eſt ſimile pacto de retrovendendo, Fontanella *deciſ.* 71. *numero* 13. & *deciſ.* 74. *num.* 13. *part.* 1. ideo hujus deciſionis quæſtionem propoſui in beneficium Regnorum, in quibus ſtatuta juris retractus, congrui, ſive prothomiſeos ratione conſanguinitatis, vel vicinitatis vigent.

Et antequam quæſtionem aggrediar, videndum 8
eſt tamquam neceſſarium antecedens. An ſtatuta, leges, conſtitutiones, & conſuetudines de jure retractus, congrui, ſive prothomiſeos agentes ratione conſanguinitatis, vel vicinitatis comprehendant Clericos? Quod eſt dubitare. An Clerici tam activè quàm paſſive ligentur ſtatutis, legibus, conſtitutionibus, & conſuetudinibus juris retractus, congrui, ſive prothomiſeos ratione conſanguinitatis vel vicinitatis? tractat remiſſivè Sperell. *deciſ.* 8. *numero* 39. *tomo* 1. in qua diſtinguendi ſunt plures caſus.

Primus eſt, quando laicus vendit laico, adeſt ta- 9
men Clericus conſanguineus venditoris, qui vult eam retrahere tanquam ſui patrimonii, vel avitam à ſuis majoribus deſcendentem, & in hoc caſu omnes conveniunt, quod poteſt Clericus illam rem à laico diſtractam retrahere. Nam jus retractus habet locum in Clericis activè: ideoque poſſunt Clerici agere jure retractus contra laicos, quia nullum obſtaculum urget, cum ambo nempè venditor, & emptor ſint ſubditi ſtatuentis, & Clerici in favorabilibus poſſunt uti ſtatutis laicorum, aliàs Clericatus illis præjudicaret, ſic probat textus *in capitulo conſtitutus*, ubi Panormit. *notab.* 5. Ancharran. *notab.* 7. Barboſa *numer.* 2. *de in integ. reſtit.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 8. *num.* 41. & *de jure primog. quæſt.* 44. *num.* 9. Maranta *diſp.* 8. *num.* 55. Azevedo *l.* 7. *n.* 24. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop.* ubi Matienco *gloſ.* 2. *n.* 11. Gomez *l.* 70. *tauri n.* 7. Guttier. *pract. lib.* 2. *q.* 156. *num.* 2. Caſt. Palaus *in oper. mor. par.* 7. *tract.* 32. *diſp.* 5. *punct.* 29. *n.* 8. & 9. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 2. *n.* 386. Surd. *conſ.* 2. *n.* 14. *lib.* 1. Solis *de cenſib. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 5. *verſ. Ideoque*, Franch. *deciſ.* 285. *n.* 5. Amend. *ad Franch. deciſ.* 390. *n.* 11. Diana *reſol. mor. par.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 43. & *in coordin. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 73. *n.* 2. Hermoſ. *ad Gregor. Lopez l.* 55. *gloſ.* 8. *n.* 34. *fol.* 262. *tom.* 2. Fermoſ. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *q.* 7. *n.* 38. & 39. *de conſtit.* & *in cap. quod Clerici* 9. *q.* 5. *n.* 5. & 6. *de foro compet.* Sperell. *deciſ.* 11. *n.* 11. *lib.* 1. Ciroc. *diſcept.* 29. *num.* 49. & 50. Fallit in Regno Sardiniæ, & in Civitatis Neapolis, *ut infrà num.* 17.

Secundus caſus eſt, quando Clericus vendit rem 10
patrimonialem, vel avitam laico, & nunc idem dico, quod in primo caſu, nempè, quod habet locum jus retractus. Nam certum eſt, quod adverſus ementes à Clericis jus retractus datur, ab illiſque res empta retrahi poteſt. Tum quia Clerico venditori nulla fit injuria, cum pretium conventum eidem præſtetur, nec ad nullam tenebitur evictionem ratione retractus. Tum quia poſtquam res devenit ad laicum titulo emptionis, lex immediatè operatur ſuum effectum contra ſubditum ipſius rei poſſeſſorem, ita Tiraquel. *retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 13. *numero* 11. Roland. *conſil.* 21. *numero* 7. *lib.* 1. Maranta *diſp.* 8. *numero* 50. Gomez *in l.* 70. *tauri*, *num.* 7. Azevedo *l.* 9. *num.* 4. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopil.* Guttier. *pract. libro* 2. *quæſt.* 156. *numero* 3. Parlador. *in ſexquicent. differ.* 109. §. 3. *ſub numero* 19. Caſtr. Palaus *in oper.*

mor. part. 7. tract. 32. diſp. 50. punct. 29. §. 3. num. 10. Hermoſillam ad Gregor. Lopez l. 55. gloſſ. 8. num. 36. fol. 262. tom. 2. Fermoſin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 7. num. 39. de conſtitut. Barboſa in capitulo conſtitutus, ſub numer. 2. de in integ. reſt. quidquid dicant Carol. de Graſ. de effect. Cleric. effectu 2. numero 392. Sperell. deciſ. 11. numero 11. libro primo, Conciolus ad ſtatut. Eugubii, lib. 1. rub. 55. num. 4. & 5. quia contra eos eſt verior ſententia, ut pluribus citatis probat Rodoerius ad Marinis lib. 1. reſol. capitulo 55. numer. 1. adde alios quos remiſſivè citat Romaguera in addit. ad Conciolum loco citato, numero 54.

11 Idemque eſt adverſus ementes ab Eccleſia, nam jus retractus locum habet, Maranta diſput. 8. num. 58. Franchis deciſ. 285. num. 5. Riccius ad Franchis deciſ. 383. Marin. lib. 1. reſol. jur. capitulo 55. num. 15. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 742. num. 16. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 2. num. 399. Giurba obſerv. 2. numer. 19. quidquid dicant Martha de juriſdict. part. 4. caſu 30. num. 23. Urſellius concluſ. 62. num. 40. Fermoſin. in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 7. numer. 41. de conſtitut. Reg. Vico ad pragm. Reg. Sard. tomo 2. titul. 31. capit. 3. num. 31. quia contra eos, & alios eſt verior, communior, & receptior ſententia, ut per Lucam ad Franchis deciſ. 383. num. 3. deciſum in Regia Audientia Regni Sardiniæ refert Queſada Pi-
12 lo diſſert. 3. à num. 38. Præterquam † adverſus ementes ab Hoſpitali Sanctiſſimæ Annuntiatæ Civitatis Neapolis ob privilegium à Sereniſſimo Domino Rege Ferdinando conceſſum, ut docent Franchis deciſ. 383. ubi Riccius in princ. Luca num. 1. Petra ad Capic. deciſ. 98. Maſul. 66. num. 4. Riccius collect. 6. verſic. Item an iſtud Thoro in comp. deciſ. part. 1. verbo Emptores à Sacro Hoſpitali, fol. 180. Amendola ad Franch. deciſ. 346. numer. 4. Urſell. concluſ. 62. numero 40. in fine, Marin. lib. 1. reſol. jur. capitulo 55. num. 16.

13 Tertius caſus eſt, quando Clericus eſt emptor in quo negant plures dari locum retractui. Eo quia lex retractus, utpotè derogans juri communi, & naturali libertati, quam omnibus permiſſum eſt liberè de propriis bonis diſponere, non poteſt habere locum in Clericis. Dicunt ſiquidem jus retractus congrui, ſive prothomiſeos non habere locum in Clericis paſſivè, ſed tantum activè, & ideo poſſe Clericos agere jure congrui, ſeu retractus contra laicos; non autem laicos contra Clericos, quia ſtatuta laicorum proſunt Clericis, ſed eis non æque nocent, ſic Surd. conſil. 2. lib. 3. quem, & alios laudat Diana reſol. moral. part. 3. tract. 1. reſol. 43. & part. 4. tract. 1. reſol. 111. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſolut. 78. num. 1. & 2. & reſol. 159. num. 2. Martha de juriſdict. part. 4. caſu 30. à num. 8. Fermoſin. in capitul. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 7. à num. 37. ad 52. de conſtitut. & in capit. quod Clerici 9. quæſt. 5. num. 5. 6. & 7. de foro compet. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 2. à num. 385. ad 390. Thoro in compend. deciſ. par. 1. verbo Clericus non poſſit convenire, fol. 93. Cirocchus diſcept. 29. num. 49. & 50. Sperell. deciſ. 11. numero 11. lib. 1. Genuenſ. in pract. Eccleſ. quæſtion. 647. tota, Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 1. capitulo 39. §. 2. numer. 157. Luca ad Franchis deciſ. 383. num. 3. verſic. jus congrui, Alder. Maſcard. de gener. ſtatut. interp. concluſ. 1. num. 72. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tomo 1. capit. 8. dub. 17. Romaguera in addit. ad Conciolum ad ſtatut. Eugubii, lib. 1. rub. 55. numero 7.

14 Sicut in ſimili quæſtione. An Clerici ligentur ſtatuto laicorum de cauſis compromittendis inter conjunctos, & affines, ita ut ipſi poſſint, alios compellere, & compelli ad compromittendum? Dicunt, Clericos nequaquam ligari paſſivè prædicto ſtatuto, ſed tantum activè, & ſic non poſſe cogi ad compromittendum, quamvis poſſint alios cogere. Quia Clerici gaudent privilegiis laicorum ſtatutariis pro ſe, non autem contra ſe, ut docent plures, quos citat, & ſequitur Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 2. numero 412. & 414. quibus addendi ſunt Sperell. deciſ. 11. num. 26. & 27. lib. 1. Gramat. deciſ. 100. Cavalcan. deciſ. 2. & 68. Borrell. de compromiſſ. §. 1. gloſſ. 3. à numer. 223. ad 264. Novarius in pragmat. 1. collect. 2. numero 9. & 10. de arbitris Martha de juriſdict. part. 4. caſu 40. Diana reſol. moral. part. 3. tract. primo, reſolut. 43. & in coordination. parte 9. tractat. 2. reſol. 78. num. 3. Fermoſin. in capit. Eccleſ. Sanctæ Mariæ, quæſt. 7. num. 42. & 43. de conſtitut. & in capit. quod Clerici 9. quæſt. 5. num. 8. de foro compet. Bellet. diſq. Cler. part. 1. titul. de exem p. Cler. à ſtatutis, laicor. §. 3. num. 10. Squillante de privil. cap. 7. num. 95. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. capit. 8. dub. 17. num. 6. Marinis reſol. jur. lib. 2. cap. 74. num. 9. Cirocchus diſcep. 35. n. 38. verſ. Nec obſtat, Ciarlin. controv. forenſ. tom. 2. cap. 170. num. 40. Gipſius in obſervat. ad Capic. Latro deciſ. 33. num. 11. ubi Manfrella alios plures cumulat num. 12. plenè Carena reſol. 58. & 66.

Sed affirmativa ſententia eſt verior, quod jus re- 15
tractus, congrui ſive prothomiſeos locum habet adverſùs Clericum emptorem, & ſic Clericus tàm activè, quàm paſſivè ligatur ſtatutis, legibus, conſtitutionibus juris retractus, congrui, ſive prothomiſeos, docent plures, quos citat, ſed non ſequitur Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect. 2. n. 283. ſequuntur tamen Tiraquel. de retract. lig. §. 1. gloſſ. 13. à numer. 2. Gomez in leg. 70. tauri num. 7. ubi Palat. Rub. num. 15. Caſtillo gloſſ. 1. à num. 8. Cifuentes quæſtion. 51. Azevedo leg. 7. num. 24. titulo 11. lib. 5. recop. ubi Matienco gloſs. 2. à numero 10. idem Azevedo lege 9. numer. 4. titulo 11. lib. 5. recopilat. Solis de cenſib. lib. 1. capit. 9. numer. 5. verſic. Ideoque, Parlador. in ſexquicent. differ. 109. §. 3. num. 19. Zerola in prax. Epiſc. part. 1. verbo jus congrui, verſ. Primum dubium, Franchis deciſ. 185. num. 5. ubi Amendola num. 12. & 13. Luca num. 2. & 3. Roland. conſ. 21. num. 7. lib. 1. Capic. deciſ. 98. num. 1. ubi Petra in princ. Honded. conſ. 2. lib. 1. Boer. deciſ. 231. num. 2. Laratha conſ. 46. Marinis lib. 2. reſol. jur. capit. 44. num. 1. & cap. 74. num. 6. & 7. Squillante de privileg. Cleric. capitulo 7. à numer. 96. Queſada Pilo diſſert. 3. num. 45. Hermoſill. ad Gregor. Lopez l. 55. gloſs. 8. num. 34. fol. 262. com. 2. Caracciolus de foro privileg. quæſt. 17. num. 3. verſic. Et non obſtant. Amendola ad Franchis deciſ. 411. num. 2. & 3. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 460. num. 17. & cap. 472. num. 16. Ciarlin. contr. forenſ. lib. 2. cap. 138. num. 3. Urſellius concl. 62. num. 40. Giurba obſer. 2. num. 1. Barboſa in capit. conſtitutus, ſub num. 2. de in integ. reſtit. & in leg. dudum, num. 17. Cod. de contrahenſ. empt. pluribus rationibus comprobant, & contrariis reſpondent Portoles de conſortib. capit. 31. Marinis lib. 1. reſol. jur. cap. 55. à num. 1. ſignanter, à num. 5. ubi Rodoer. num. 1. Caſt. Palaus in oper. mor. part. 7. tract. 32. diſp. 5. punct. 29. §. 3. num. 11. & 12. Guttier. pract. lib. 2. quæſt. 156. num. 4. & 5. omnium latiſſimè Maranta diſp. 8.

Idemque eſt adverſùs Eccleſiam ementem datur jus 16
retractus, congrui, ſive prothomiſeos, ut prædicti Doctores advertunt, quos citant Hermoſilla ad Gregor Lopez leg. 55. gloſs. 8. num. 34. fol. 262. tom. 2. Barboſa in leg. dudum, num. 17. Cod. de contrahenſ. empt. quidquid aliter dicant Carol. de Graſ. de effect. Cleric. effect. 2. num. 398. Marinis lib. 1. reſol. capit. 55. numero 15.

Quorum doctrina relata, num. 15. & 16. in Re- 17
gno Sardiniæ, & in Civitate Neapolis, ac in aliis Regnis non procedit, in quibus, nec activè, nec paſſivè jus retractus Clericis adverſus laicos competit, quia contra laicum in foro ſæculari jus congrui non ſortiuntur, Reg. Vico ad pragm. Reg. Sard. tomo 2. titulo 31. capit. 3. num. 64. Queſada Pilo diſſert. 3. numer. 64. Franchis deciſ. 285. ubi Luca à num. 1. Amandola ad Franchis deciſ. 411. num. 1. & 2. Laratha conſ. 26. à num. 22. Thoro in compend. deciſ. verbo jur. congrui, ſive prothomiſeos, fol. 322. Staiban. conſil. 41. Marinis reſol. jur. lib. 1. capit. 55. ſub num. 1. ubi Rodoer. à num. 2. Capic. Latro deciſ. 66. numero 23. ubi Manfrella num. 17. idem Manfrella ad Capicium Latro deciſ. 46. numer. 25. Galeota lib. 1. controverſ. 61.

num.

*num.* 18. *&* 19. Zerola *in prax. Epiſcop. part.* 1. *verbo jus congruum*, *verſ. Primo*, *& ſub verſ. Tertium dubium eſt*, Urſellius *concluſ.* 62. *num.*40.

18 Sicut in ſimili dicitur in ſtatuto de cauſis compromittendis, quo ligantur Clerici activè, & paſſivè in foro laicali litigantes, quia reſpicit ordinatoria judicii, ut docent plures, quos citat, ſed non ſequitur Carol. de Graſ. *de effect.Cler. effect.* 2. *num.*413. ſequuntur tamen Capic. ſic deciſum teſtatur *deciſ.* 66. Urſill. *ad Afflict. deciſ.* 46. *numer.* 9. Riccius *collect.* 171. *verſic. Limita primo*, *& collect.* 710. *verſ. Tertio*, Maſcard. *de gener. ſtatut. interpret. concluſ.* 1. *num.* 34. Rovit. *in pragm.* 1. *num.* 5. *de arbitris*, Cirocchus *diſcept.* 36. *numero* 40. *&* 60. Blanc. *de compromiſs. quæſt.* 3. *à num.* 32. Thoro *in compend. deciſ. part.* 1. *verbo Clericus litigans*, *fol.*95. Scialoya *de foro compet. cap.* 11. *num.* 51. Thomat. *deciſ.* 6. *à numer.* 22. *part.* 1.

19 Quartus caſus eſt, quando Clericus vendit Clerico, in quo etſi à ceſſante ratione Maranta *diſcept.* 8. *num.* 51. cenſeat, locum non eſſe retractui, quem ſequuntur Parlador. *in ſexquicent. differ.* 109. §. 3. *numer.* 19. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect.* 2. *num.* 396. ut in ſimili dicitur in ſtatuto de cauſis compromittendis, quod non habeat locum, quando Clericus convenitur ab alio Clerico, Maranta *de ordin. judic. part.* 6. *actu* 2. *num.* 28. Maſul. *ad Capic.deciſ.* 66. *num.* 1. Carolus de Graſ. *de effect. Cler. effect.* 2. *num.* 416. Scialova *de foro compet. cap.* 11. *à num.* 51. *in fine*, plus addit Maranta *dicta diſp.* 8. *numer.* 55. nec etiam jus retractus locum habet, quando laicus vendit Clerico, nam alius Clericus ab eo retrahere non poteſt, ex quo ambo ſunt privilegiati in genere, tam emptor, quàm retrahere volens, & ſic melior eſt conditio poſſidentis, ſequitur Carol. de Graſ. *de effect. Cler.effect.*2. *n.*397. ſed verior, receptior, & communior eſt ſententia affirmativa, quæ hoc in caſu tenet poſſe conſanguineum proximiorem Clerici venditoris retrahere rem patrimonialem, vel avitam venditam, eo quia ſtatuta juris retractus Clericis, & laicis, & omnibus indiferenter utilia, ac ſervanda ſunt, cum contrarium juri canonico cautum non reperiatur, ſic Guttier. *pract. quæſtion.* 156. *num.* 7. *lib.* 2. Matienco *lege* 7. *gloſſ.* 2. *num.* 18. ubi Azevedo *num.* 25. *titulo* 11. *lib.* 5. *recopil.* Molina *de juſt. & jure*, *tomo* 2. *diſput.* 370. *verſic. Eccleſiaſtici*, quos citat, & ſequitur Caſt. Palaus *in oper. moral. part.* 7. *tractat.* 32. *diſput.* 5. *punct.* 29. §. 3. *num.* 13, quibus addendi ſunt Barboſa *in capitul. conſtitutus*, *num.* 2. *in fine*, *de integ. reſtit.* Fermoſin. *in capitul. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *quæſt.* 7. *num.* 41. *de conſtitut.* Hermoſilla *ad Gregorium Lopez leg.* 55. *gloſſ.* 8. *num.* 34. *folio* 263. *tom.* 2.

20 Quintus caſus eſt in Monaſterio emente rem patrimonialem, quo in caſu jus retractus locum habet, Azevedo *l.* 7. *num.* 29. ubi Matienco *gloſſ.* 7. *num.* 21. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopil.* Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 7. *tract.* 32. *diſput.* 5. *punct.* 29. §. 3. *num.* 16. At Mona-
21 ſterium † vendens rem immobilem, & patrimonialem, quam à monacho hæreditavit, non poteſt conſanguineus proximior monachi retrahere, quia ex translatione ad Monaſterium res vendita amiſit qualitatem patrimonialem, & facta eſt extranea, cum Monaſterium ſuo nomine venditionem faciat, ita Gomez *in l.* 70. *tauri*, *num.* 10. Matienco *l.* 7. *gloſſ.* 2. *num.* 22. ubi Azevedo *ſub num.* 29. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop.* Molina *de juſt. & jure*, *tract.* 2. *diſp.* 370. *verſic. Dubium item eſt*, Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 7. *tract.* 32. *diſput.* 5. *punct.* 29. §. 3. *ſub num.* 6. Hermoſilla *ad Gregor. Lopez l.* 55. *gloſſ.* 8. *num.* 34. *in fine*, *fol.* 262.
22 *tom.* 2. Nec Monaſterium † in quo filius eſt profeſſus, poteſt retrahere, quia Monaſterium non ſuccedit in jure retractus, Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſs.* 8. *num.* 10. Gomez *in leg.* 70. *tauri*, *num.* 9. Azevedo *l.* 7. *num.* 26. 27. *&* 28. ubi Matienco *gloſs.* 2. *num.* 11. *in fine*, *& num.* 20. *titul.* 11. *libro* 5. *recopil.* Molina *de juſtit. & jure*, *tract.* 2. *diſput.* 370. *verſic. Dubium deinde eſt*, Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 7. *tract.* 32. *diſp.* 5. *punct.* 29. §. 3. *num.* 15. Hermoſilla *ad Gregorium Lopez leg.* 55. *gloſs.* 8. *num.* 34. *in fine*, *fol.* 262. *tom.* 2.

His ſic præhabitis, ad quæſtionem propoſitam in 23
argumento hujus deciſionis accedens. Dico primo, quod quando emptor, & venditor ſunt Clerici, nulli eſt dubium, quod coram judice Eccleſiaſtico eſt intentandus retractus, ſic Azevedo *l.* 7. *num.* 25. *in princ. titul.* 11. *lib.* 5. *recopil.* Caſtrus Palaus *in oper. moral. part.* 7. *tract.* 32. *diſput.* 5. *punct.* 29. §. 3. *num.* 14. Queſada Pilo *diſſert.* 3. *numero* 47. ſentit Caracciolus *de foro privileg. quæſt.* 17. *num.* 3. *verſic. Et non obſtant*.

Dico ſecundo, dubium conſiſtere, quando vendi- 24
tor eſt laicus, & emptor Clericus. In quo nonnulli negant, & nonnulli affirmant, ut dicit Diana *reſol. mor. part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 43. *in princ. & in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 78. *in princip.* à quo tranſcripſit Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 8. *dub.* 17. *num.* 7. prima tamen eſt opinio, quod Clericus emptor in cauſa juris retractus, congrui, ſive prothomiſeos ratione ſanguinis, vel vicinitatis conveniendus eſt coram judice ſæculari. Tum quia actio pro retractu competens ſecundum aliquos eſt realis, vel ſecundum alios eſt perſonalis in rem ſcripta, quæ eadem privilegia habet, ac ſi realis eſſet, latè Maranta *diſq.* 9. Tiraquel. *de retract: leg.* §. 1. *gloſs.* 8. *numer.* 15. Gomez *in leg.* 70. *tauri*, *num.* 6. Parlador. *in ſexquicent. dif.* 109. §. 6. *num.* 1. *&* 3. Matienco *l.* 7. *gloſs.* 8. *num.* 11. ubi Azevedo *num.* 40. *&* 41. *titul.* 11. *lib.* 5. *recopil.* Caſt. Palaus *in oper. moral. part.* 7. *tract.* 32. *diſp.* 5. *punct.* 29. §. 3. *num.* 12. *verſic. Nam eſto*, Giurba innumeros citat *deciſ.* 75. *à num.* 5. Merlinus *de pignorib. lib.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 9. *& lib.* 2. *quæſt.* 99. Franchis *deciſ.* 379. & ibi Luca *in obſervat.* Paz *de tenuta*, *part.* 2. *cap.* 63. *num.* 11. *verſ. Eſtque ratio*; Urſellius *concl.* 62. *num.* 53. *verſic. Animadvertendo*. Et Clericus in actione reali ſecundum unam opinionem conveniendus eſt apud judicem ſæcularem, *ut tradidi*, *dec.* 147. *num.* 2. Tum quia Clericus emendo provocat conſanguineos, & vicinos ad retractum; & ideo actor eſt, ipſeque retrahens reus, quia provocatus. Per quas, & alias rationes ſic tenent Maranta *diſput.* 8. *num.* 34. Tiraquel. in Francia certiſſimum eſſe dicit *de retract. lig.* §. 8. *gloſ.* 5. *num.* 16. Triviſan. *deciſ.* 43. *lib.* 1. Giurba *deciſ.* 25. *num.* 19. *& late obſerv. vat.* 2. *à num.* 15. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 124. Riccius *collect.* 6. *verſic. Item an Clericus*, *& collect.* 735. *in fine*, Reg. Vico *ad pract. Reg. Sard. tomo* 1. *titulo* 7. *cap.* 5. §. 51. *&* 61. Fontanel. *deciſ.* 328. *part.* 1. latè defendit, & refert audiviſſe in Regia Cancellaria Pintiana judicatum fuiſſe in favorem retrahentis oppoſita per Clericum fori declinatoria, Paz *de tenuta*, *tom.* 2. *capit.* 63. *à num.* 23. *ad* 32. Caracciolus *de foro privileg. quæſt.* 17. Urſellius *concluſ.* 62. *num.* 40. Qui per eaſdem † rationes ad- 25
dunt, Clericum ratione affictus domus conductæ poſſe conveniri coram judice ſæculari, ſignanter Maranta *diſp.* 8. *nu.* 34. Triviſan. *deciſ.* 34. *num.* 3. *lib.* 1. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 124. Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.* 1. *titul.* 7. *cap.* 15. §. 51. *&* 61.

Secunda eſt opinio, quæ verior, communior, & 26
receptior eſt, quod Clericus rem emptam poſſidens in cauſa juris retractus, congrui, ſivè prothomiſeos ratione ſanguinis, vel vicinitatis, conveniri debet coram judice Eccleſiaſtico. Tum quia actio competens pro retractu eſt realis, vel ſaltem in rem ſcripta, *ut dixi numer.* 24. & in actione reali ſecundum veriorem ſententiam Clericus conveniendus eſt apud judicem Eccleſiaſticum, *tradidi deciſ.* 147. *numer.* 3. *cum ſequentib.* Tum quia retrahens in cauſa juris retractus eſt actor, & Clericus emptor, à quo retrahitur, reus eſt, & actor debet ſequi forum rei. Ita per prædictas, & alias rationes docent Azevedo *leg.* 7. *numer.* 25. *titul.* 11. *lib.* 5. *recop.* Guttier. *practic. lib.* 2. *quæſt.* 156. *num.* 6. Hermoſilla ad Gregor. Lopez *l.* 55. *gloſ.* 8. *numer.* 34. *verſic. Quando vero res. fol.* 262. *tom.* 2. Barboſa *in capit. conſtitutus*, *num.* 2. *in fine*, *de in integr. reſtit.* Scaccia *de jud. lib.* 4.

cap. 11. num. 100. Riccius deciſ. 180. lib. 3. quos, &
alios citat, latiſſimèque probat contraria proponit,
& illis reſpondet Marinis lib. 2. reſol. jur. cap. 44. per
totum, & antea prænotaverat, lib. 1. reſol. jur. capit.
55. num. 5. quibus addendi ſunt Surd. 193. num. 5. Te-
ſtay alleg. 2. num. 200. Turret. conſ. 36. Fermoſin. in
cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 7. num. 40. de con-
ſtitut. Eſcobar. de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtatut. ge-
neral. quæſt. 53. num. 8. & 9. Luca ad Franchis deciſ.
285. num. 3. in fine, Caſt. Palaus in oper. mor. part. 7.
tract. 32. diſp. 5. punct. 29. §. 3. num. 15. Romaguera
ad Conciol. ad ſtat. Eugub. lib. 1. rub. 55. numer. 44. Et
27 Clericus † ratione affictus domus conductæ conve-
niri debet apud Judicem Eccleſiaſticum, Scaccia de
judic. lib. 1. cap. 11. num. 100. Marinis lib. 2. reſol. jur.
cap. 44. num. 27. & 38.

28 Dico tertio quod quando Monaſterium remit,
& conſanguineis, vel vicinus uti vult jure retra-
ctus, debet illud conveniri coram ſuo judice, ut
docent, Azevedo, Matienco, & Caſt. Palaus citat.
num. 20.

29 Dico quarto, quando emptor eſt laicus, quam-
vis venditor ſit Clericus, nulli dubium eſt, quod eſt
agendum coram judice ſæculari, & hoc procedit, ſi-
ve retrahens ſit Clericus, ſive laicus, Azevedo l. 7.
num. 25. in fine, tit. 11. lib. 5. recop. Carocciolus de
foro privileg. quæſt. 16. n. 18. Caſt. Palaus in oper. mor.
part. 7. tract. 32. diſp. 5. punct. 29. §. 1. num. 14. in fin.
30 Et tunc † adiri debet judex ſæcularis territorii, in
quo res ſita eſt, & non domicilii emptoris, Franchis
deciſ. 389. & ibi Luca in obſervat. Riccius collect. 924.
in fine, Urſellius concl. 62. num. 53. verſic. Animad-
vertendo, Scialoya de for. compet. cap. 4. num. 16. Reg.
Vico ad prag. Reg. Sard. tom. 2. tit. 31. cap. 3. num. 99.
etſi aliter dicant Tiraquel. de retract. lig. §. 8. gloſſ. 4.
num. 9. Parlador. rer. quotid. in ſexquicent. differ. 109.
§. 6. num. 2. Fermoſin. in cap. 3. quæſt. 1. numer. 14. de
foro compet. Hermoſilla ad Gregor. Lopez l. 55. gloſſ.
8. numero 34. verſic. Quando vero non eſt, fol. 262.
tomo 2.

31 Quæ autem res retrahi poſſunt. Quibus retrahen-
di jus competat? Qui ſint in retractu præferendi?
Qua in venditione locum habeat jus retractus? An
retractus habeat locum in contractibus cum vendi-
tione ſimilibus? Et quod tempus retractioni ſit con-
ceſſum? Quas conditiones retrahens ſervare tenea-
tur? Et an retractus impediri poſſit ex conſenſu ven-
ditoris, vel ex pœnitentia retrahentis? Videndi ſunt
Gomez in l. 70. tauri, Azevedo, Matienco l. 7. cum
ſequentibus, tit. 11. lib. 5. recop. Riccius collect. 6. &
924. Zerola in prax. Epiſcop. part. 1. verbo jus con-
gruum, Giurba deciſ. 75. cum trib. ſeq. Cirocchus di-
cept. 29. Queſada Pilo diſſert. 3. Regens Vico ad prag.
Reg. Sard. tom. 2. tit. 31. cap. 3. Thoro in compend. de-
ciſ. part. 1. verbo jus congrui com. ſeq. fol. 298. & part.
2. verbo jus congrui, cum ſeq. fol. 319. & part. 3. ſect.
1. verbo jus congrui, & ſeq. fol. 633. & in ſuppl. verbo
jus congrui, cum trib. ſeq. fol. 322. Morla in empt. jur.
part. 1. tit. 9. quæſtion. 11. 12. & 13. Franchis, & ibi
Amendola, & Luca deciſ. 242. 285. 389. & 588. Fe-
rentil. ad Burat. deciſ. 937. à num. 14. Olea de ceſſ. jur.
tit. 3. quæſt. 2. Valeron. de tranſact. titul. 4. quæſt. 2. à
num. 85. & tit. 5. quæſt. 5. num. 52. Ybannez de Faria
in addit. ad Covar. lib. 1. var. cap. 15. à num. 42. Her-
moſilla ad Gregorium Lopez l. 55. gloſſ. 1. cum ſeq. fol.
240. tom. 2. Caſtrus Palaus in oper. moral. part. 7. tract.
32. diſp. 5. punct. 29. §. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. Parlador.
rer. quotid. in ſexquicent. differ. 109. §. 1. ad 8. Urſel-
lius concluſ. 62. à numor. 19. ad 54. Conciolus, & ad
eum Romaguero ad ſtatut. Eugubii, lib. 1. rubrica 55.

32 Sed ſcias, quod licet de jure jus prælationis pluri-
bus in caſibus concedatur, Azevedo l. 7. num. 33. tit.
11. lib. 5. recop. quos referunt Barboſa in l. dudum, à
num. 7. ad 14. Cod. de contrahend. empt. Hermoſilla ad
Gregor. Lopez l. 55. gloſſ. 1. à num. 5. fol. 249. & gloſſ.
8. fol. 260. tom. 2. Amat. reſol. 54. Cancer. part. 1. var.
cap. 11. numer. 52. 53. & 54. Parlador. in ſexquicent.
differ. 109. §. 7. Caſt. Palaus in oper. mor. part. 7. tract.
32. diſp. 5. punct. 29. §. 10. Tamen in Cathalonia non
datur, Ripoll. var. cap. 11. num. 262. in fine, juncto,
numer. 252. cum ſeqq. & ſentit Fontanella deciſ. 277.
numer. 15. part. 1. excepto jure prælationis, & fa-
ticæ, quod competit domino directo in re emphyteu-
ſi vendita.

Exemplum eſt in ſocio rem in communi, vel pro 33
indiviſo cum alio poſſidente, qui de jure in parte ſo-
ciali, vel communi vendita, vel locata habet jus re-
tractus, ſeu redimendi, præferturque aliis emptori-
bus, eodem pretio ſoluto, Gratianus deciſ. 169. nu-
mer. 20. diſcep. foren. cap. 526. num. 3. & cap. 546. nu.
4. Barboſa in l. dudum, num. 8. Cod. de contrahen. emp.
Menoch. de arb. jud. caſu 442. à num. 14. Gomez tomo
2. var. cap. 3. ſub num. 14. & in l. 70. tauri, num. 27.
Azevedo l. 13. num. 6. & 7. tit. 11. lib. 5. recop. ubi Ma-
tienco gloſ. 3. Caſtillo de uſufructu, cap. 74. à numero
30. & controverſ. lib. 3. cap. 6. numero 17. & 15. Parla-
dor. in ſexquicent. differ. 109. §. 7. à num. 1. Hermoſilla
ad Gregor. Lopez l. 55. gloſſ. 1. num. 2. fol. 249. & gloſſ.
2. numer. 12. verſ. Si enim, fol. 257. pag. 2. & gloſſ. 8.
num. 1. & 2. fol. 260. tomo 2. Caſt. Palaus in oper. mor.
par. 7. tract. 32. diſp. 5. punct. 29. §. 10. à num. 1. ad 7.
Carocius de locato, tit. de jure congrui, num. 2. & 3.
part. 5. Queſada Pilo diſſert. 22. num. 100. & 111. Ca-
pic. Latro deciſ. 39. ubi Manfrella in obſerv. Michalor.
de fratrib. part. 3. cap. 36. num. 23. & 24. Amat. reſol.
54. num. 7. 9. 10. & 12. Olea de ceſſ. jur. tit. 3. quæſt. 2.
num. 27. & 33. Ripoll. var. cap. 12. num. 262. Cancer.
var. part. 1. cap. 11. n. 54. Fontanel. de pac. nupt. tomo
1. clauſ. 4. gloſſ. 9. part. 2. à numer. 12. ad 17. & deciſ.
127. num. 19. par. 1. Et quando † plures ſocii concur- 34
runt ad retractum partis per unum ex ſociis venditæ,
præferendus eſt habens majorem partem aliis ſociis,
latè probat Gratian. diſcep. forenſ. cap. 745. à num. 16.
Barboſa in l. dudum, num. 10. Cod. de contrahend. emp.
Vel verius, ut alii volunt, admittendi ſunt omnes
ſocii pro virili parte, quam quis habet in re, Aze-
vedo l. 7. numer. 54. titul. 11. libro 5. recop. Matienco
l. 13. gloſ. 2. numer. 8. titul. 11. lib. 5. recop. Parlador.
in ſexquicent. differ. 109. §. 7. numero 13. Barboſa in l.
dudum, numero 9. Codic. de contrahenſ. empt. Hermo-
ſilla ad Gregor. Lopez l. 55. gloſſ. 8. numero 3. & 4. fol.
258. tomo 2. Caſt. Palaus in oper. moral. parte 7. tract.
32. diſput. 5. punct. 29. §. 120. num. 12. Niſi ſocius † 35
partem ſuam alteri ex ſociis vendiderit, nam alii
ſocii non poſſunt rem retrahere, licet emptor ſo-
cius minorem partem habeat, ut reprobatis Tira-
quel. de retract. lig. §. 11. gloſſ. 6. numer. 11. & 17. &
Parlador. rer. quotid. differ. 109. §. 7. num. 14. docent
Matienco leg. 13. gloſſ. 3. numero 10. titulo 11. libro 5.
recopil. Barboſa in leg. dum, numero 11. Codic. de con-
trahend. empt. Hermoſilla ad Gregorium Lopez lege
55. gloſſ. 5. numero 1. fol. 158. tomo 2. Caſtr. Palaus
in oper. moral. part. 7. tract. 32. diſp. 5. punct. 29. §. 10.
numero 13.

Non inquam ſervatur in Cathalonia, nec unquam 36
tale audiviſſe teſtatur Ripoll. var. cap. 11. numer. 262.
videnda eſt Regia proviſio facto verbo facta in Re-
gia Audientia ad relationem Magnifici Hieronymi
Senjuſt 5. Junii 1604. in cauſa Mariæ Garau, &
Torrella ex una, & Joannis Planes blanque-
rii Civitatis Barcinonæ ex altera, Scriba Joſepho
Cortès, quam referunt Fontanella de pac. nupt. tomo
1. clauſ. 4. gloſſ. 9. part. 2. num. 17. verſ. Hac quæſt. Pe-
guera deciſ. 48. tom. 2. Cancer. part. 3. var. cap. 13. n.
9. 10. 11. & 12.

Similiter licet ſocius habens majorem partem in 37
re communi poſſit de jure ſocium compellere ad ſi-
bi vendendum ſuam partem, leg. ſancimus, §. ne au-
tem, Codic. de donat. Capic. deciſ. 36. num. 1. Urſil-
lis ad Afflict. deciſ. 23. à numer. 6. Valaſcus de parti-
tionib. cap. 22. numer. 3. Barboſa in l. officium 3. numer.
10. Cod. de immun. divid. Fontanella de pactis, nupt.
tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 9. part. 2. num. 17. & à num. 80.
Hermoſilla ad Gregorium Lopez l. 55. gloſſ. 5. numer. 9.
fol. 258. pag. 2. tom. 2. Michalor. de fratrib. parte 3.
capit. 36. numero 45. Queſada Pilo diſſert. 22. numero
112. Tamen non † ſervatur in Cathalonia, imo
quoties res dividi non poteſt, etiam ſi unus ex

ſociis habeat majorem partem devenitur ad licitationem, ut in deciſione Senatus relata *numer.* 36. quam iterum refert Fontanella *de pac. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *part.* 2. *num.* 85. ſequendo deciſionem Barzii 100. *num.* 16. & Valaſcum *de partition. cap.* 22. *num.* 8. *&* 9. Faber. *in C. comm. dividundo*, *diff.* 3. & tradunt Capic. Latro *deciſ.* 28. *num.* 9. Olea *deciſ. jur. titul.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 32.

38 Sed advertant, qui degunt in Regnis, in quibus ſervatur jus prælationis, & retractus ratione communionis, ut leges de hoc retractu communionis agentes comprehendunt etiam Clericos eodem modo, quo dictum eſt in hac deciſione de retractu ſanguinis, ut tradit Guttier. *pract. libro* 2. *quæſt.* 156. nam in retractu communionis debent eædem ſolemnitates intervenire, ac in contractu ſanguinis, Azevedo 33. *num.* 8. *titul.* 11. *lib.* 5. *recop.* Parlador. *in ſexquic. diff.* 209. §. 7. *num.* 1. Hermoſilla *ad Gregorium Lopez. leg.* 55. *gloſ.* 8. *numero* 10. *fol.* 260. *pag.* 2. *tom.* 2. Caſt. Palaus *in oper. moral. part.* 7. *tract.* 32. *diſput.* 5. *punct.* 29. §. 10. *num.* 1.

---

### *ARGUMENTUM.*

## An Clericus hæres laici pro rebus hæreditariis gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque ſit coram judice Eccleſiaſtico.

### *SUMMARIUM.*

1 *Clericus laici hæres an pro rebus hæreditatis gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, & conveniendus ſit coram judice Eccleſiaſtico? Quæſtio eſt ambigua, & conſulendus Princeps.*

2 *In hac quæſtione duo ſunt caſus diſtinguendi.*

3 *Primus caſus, an ſi lis jam fuerit cœpta cum defuncto laico? in quo variæ ſunt Interpretum opiniones.*

4 *Veritas tamen eſt, quod ſi lis adhuc non fuerit cœpta, Clericus gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici.*

5 *Ampliatur* 1. *ſi Clericus hæres laici convenitur actione tam perſonali, quàm reali vel mixta.*

6 *Ampliatur* 2. *etiamſi Clericus teſtator mandaret, ut Clericus hæres conveniatur coram judice ſæculari.*

7 *Imo, etiamſi ſit aliqua res legata clerico cum conditione quod ſi aliquis quidquam prætendet ſuper re legata, clericum conveniat coram judice laico.*

8 *Si tamen Eccleſia aut clericus admittunt legatum hac conditione gravatum quidam credunt poſſe conveniri coram judice laico.*

9 *Ampliatur* 3. *Etiamſi laicus cujus clericus eſt hæres, obligatus eſſet inſtrumento publico ad certam pecuniæ ſummam vel aliud ſimile.*

10 *Ampliatur* 4. *Etiam ſi Clericus hæres laici poſſideat bona ſpecialiter hipotheta præſtationi alicujus cenſuali violarii aut alterius obligationis.*

11 *Limitatur* 2. *Niſi aliter ſe haberet conſuetudo legitime præſcripta.*

12 *Limitatur* 2. *Si laicus cujus hæres eſt clericus eſſet prædo.*

13 *Notandum in hoc primo caſu, quod ſi clericus hæres ſit alterius diœceſis quam laicus teſtator, ſit conveniendus coram judice Eccleſiaſtico laici teſtatoris.*

14 *Secundus caſus eſt. An ſi lis jam fuerat cœpta cum laico teſtatore, clericus hæres conveniendus ſit coram judice Eccleſiaſtico? Variæ ſunt opiniones interpretum.*

15 *Veritas tamen eſt Clericum in hoc caſu non gaudere privilegio fori Eccleſiaſtici & debere litem continuari coram judice laico.*

16 *Ampliatur* 1. *Ut procedat etiam in Eccleſia & Monaſterio hærede laici.*

17 *Ampliatur* 2. *Ut procedat ſive laicus lite cœpta coram judice ſæculari fuerit reus ſive actor.*

18 *Ampliatur* 3. *Etiamſi laicus conventus ſit ſuper ſolutione.*

19 *Ampliatur* 4. *Etiam ſi lis cœpta ſit coram judice laico cum curatore dato hæreditati jacenti teſtatoris laici, & poſtea Clericus hæres adeat hæreditatem.*

20 *Limitatur multipliciter à doctoribus iſte caſus.*

21 1. *Si judicium cœptum cum defuncto laico coram judice laico ſit nullum in aliquo capite.*

22 2. *Si inſtantia ſit perempta.*

23 *Ampliatur hæc ſecunda limitatio, etiam ſi per principem reſtauraretur inſtantia, nam in iſto caſu clericus hæres laici remittendus eſt ad judicem Eccleſiaſticum.*

24 *Infra quantum tempus pereat inſtantia?*

25 *Limitatur* 3. *ſi per partes fuerit liti ceſſum & renuntiatum.*

26 *Limitatur* 4. *Si citatio laici coram judice ſæculari eſſet circumducta.*

27 *Quomodo fiat conductio.*

28 *Limitatur* 5. *Si lis à principio fuit cœpta contra laicum coram judice incompetente tam ratione rei, quàm cauſæ vel perſonæ.*

29 *Limitatur* 6. *Si poſt litem terminatam coram judice laico oriatur alia controverſia pendens ex eadem cauſa.*

30 *Limitatur* 7. *quo ad executionem pro qua adiri debet judex Eccleſiaſticus. In Cathalonia fit executio per judicem laicum cum aſſiſtentia judicis Eccleſiaſtici.*

31 *Clericus donatarius univerſalis laici lite cœpta coram judice laico continuare debet litem apud eundem judicem.*

32 *Clericus poſſeſſor bonorum laici lite cœpta coram judice laico debet continuare litem coram eodem judice.*

33 *Unde ſit ratio quare Clericus hæres, ſeu donatarius univerſalis laici, non gaudeat privilegio lite cœpta cum defuncto laico, & gaudeat non cœpta.*

34 *Hæc opinio continuationis litis coram judice laico maxime procedit ſi lis conteſtata ſit coram judice ſæculari contra defunctum laicum, &* 37.

35 *Et multo magis ſi cauſa in Curia ſæculari fuit concluſa.*

36 *Et fortius ſi lata eſſet ſententia per judicem ſæcularem.*

38 *Undenam lis dicatur cœpta.*

39 *Quid ſit litis conteſtatio.*

40 *In Cathalonia quandonam litis conteſtatio cenſeatur facta.*

41 *Quænam ſit veritas rei in hoc caſu, &* 42. 43. *&* 44.

45 *Dubium an id procedat, quando Clericus non eſt hæres vel donatarius univerſalis, ſed ſuccedat tantùm titulo aliquo ſingulari.*

46 *Id tamen procedit in ſucceſſore ſingulari neceſſario.*

47 *Succeſſor ſingularis neceſſarius quis dicatur.*

48 *Clericus fideicommiſſarius univerſalis laici litem cœptam cum defuncto teſtatore coram judice ſæculari, non eſt remittendus ad judicem Eccleſiaſticum, ſed apud eundem judicem ſæcularem proſequi, & continuare tenetur.*

49 *Clericus fideicommiſſarius univerſalis laici litem cœptam cum hærede gravato coram judice ſæculari non tenetur proſequi coram eodem judice ſæculari, ſed eſt remittendus ad judicem Eccleſiaſticum, num.* 49. *intellige ſi lis eſſet cœpta coram judice ſæculari cum hærede gravato ex actione quæſita per ipſum hæredem nomine proprio; ſecus ſi lis eſſet cœpta coram judice ſæculari cum hærede gravato actione reali nomine fideicommiſſi, num.* 50.

## DECISIO CLI.

1 QUæſtio iſta, an Clericus hæres laici pro rebus hæreditariis gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, convenienduſque ſit coram judice Eccleſiaſtico? celebris eſt, Balboa *in cap. propoſuiſti 19. num.* 80. ubi Fermoſin. *quæſt.* 10. *in princ. de foro compet.* in foro frequens, non ſine controverſia, Parlador. *rer. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 2. §. 1. num.* 8. practicabilis, & pulchra, Hodierna *ad Surd. deciſ.* 110. *in princ.* magna Tondut. *de præven. judic. part.* 1. *cap.* 30. *num.* 50. dubia, Spinus *in ſpecul. teſtam. gloſs.* 33. *num.* 71. *verſ. Ex his*, imo valde dubia, Caſtillo *deciſ.* 100. *num.* 7. *verſ. Nam in iſta caſu, lib.* 2. & anceps, Cevallos *com. cont. com. quæſt.* 36. *in princ. & de cognit. per viam violent. part.* 2. *quæſt.* 40. *in princ.* Fermoſinus *in capit. quia* 12. *quæſt.* 8. *num.* 1. *de judic.* Sperell. *deciſ.* 7. *num.* 3. *lib.* 1. ſatis difficilis viſa interpretibus, idem Fermoſin. *in cap. final. quæſt.* 11. *num.* 2. *de foro compet.* & adeo ambigua, ut in ea Princeps ſit conſulendus, Azevedo *l. fin. num.* 6. *in fin. tit.* 4. *lib.* 5. *recop.* Pet. Barboſa *in l. hæres abſens* 19. *in princ. num.* 137. *in fine, ff. de judici*, & ſic non ignorabilis, Eſcobar. *de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtud. general. cap.* 50. *num.* 1.

2 In quo duo ſunt diſtinguendi caſus. Primus lite cum laico defuncto nondum cœpta, Secundus lite cum defuncto laico cœpta.

3 In primo caſu, an Clericus hæres laici pro rebus hæreditariis lite cum defuncto laico nondum cœpta gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendúſque ſit coram judice Eccleſiaſtico? Controvertunt Interpretes, opiniones referunt Covarr. Petrus Barboſa, Menchaca, Fermoſin. Parlador. latè Vela, & Carleval. *locis hic citandis*, & quidquid dicant Alberic. *in l. hæres abſens, numero* 4. *ff. de judic.* Aviles *capitul.* 10. *Prætor. gloſs. la execucion, num.* 66. Queſada *quæſt. jur. capitul.* 4. *num.* 7. *verſic. Quoad patrimonialia vero*, Mencacha *de ſucceſs. creat. lib.* 3. §. 22. *à num.* 70. Balboa *in capit. fin. ex num.* 74. *de foro compet.* & alii, quos citant, ſed non ſequuntur, Carleval, & Vela *locis ſtatim allegandis ille, num.* 303. *iſte à num.* 34.

ſucceſſore neceſſario, in quem transfertur inſtantia litis cœptæ cum defuncto, l. in hoc judicio ff. famil. erciſcun. l. ſed & ſi unius, §. filia, ff. de jure juran. l. 1. §. & hoc ex rei, Cod. de rei uxor. actione, Bart. in l. ſi cum hominem 34. num. 4. ff. de fidejuſ. Peregrin. de fideicom. art. 53. num. 24. Carleval. de jud. lib. 1. diſput. 2. num. 348. verſic. Quæ tamen, Hodierna ad Surd. deciſ. 110. numer. 23. Molina de Hiſpan. primogen. lib. 4. cap. 8. num. 6. Seſſe deciſ. 54. num. 3. tom. 1. Suelves conſ. 33. nu. 2. lib. 3. Caſtillo lib. 2. controv. cap. 9. num. 2. Peguera deciſ. 20. ſub num. 4. par. 2. Valaſc. conſult. 160. num. 3. Burat. deciſ. 337. num. 3. Rodoer ad Marin. lib. 1. reſol. jur. cap. 185. num. 10. Tondut. de prævent. jud. par. 1. cap. 30. num. 24. Ripa obſerv. 95. à num. 1. Giurba deciſ. 107. nu. 2. Gratian diſcept. forenſ. cap. 906. num. 19. Thom. deciſ. 65. num. 5. tom. 2. Reg. Leo deciſ. 136. à num. 4. & num. 20. tom. 2. Amat. reſol. 86. num. 34.

47 Singularis ſucceſſor neceſſarius, ſeu ex neceſsitate dupliciter in propoſito conſideratur, ut explicant Peregrin. de fideicom. artic. 53. num. 24. Tondut de prævent. jud. par. 1. cap. 30. num. 16. 17. 18. & 19. Amat. reſol. 86. num. 38. Caſtillo controv. lib. 2. cap. 9. num. 3. ſed ex mente communi dicitur, quando ſuccedit in re, ſuper qua verrebatur lis, prout loquitur text. in l. in judicio in fin. ff. famil. erciſun, ita Valaſc. conſult. 160. num. 4. & ſic inſtantia tranſit in legatarium rei, cujus occaſione fuit cæpta lis, Rodoer. ad Marin. lib. 1. reſol. jur. capit. 185. num. 11. & inſtantia cæpta in judicio hypothecario tranſit in legatarium illius crediti, idem Rodoer, ad Marin. lib. 1. reſol. jur. cap. 185. num. 12.

48 Clericus fideicommiſſarius univerſalis laici litem cæptam cum defuncto teſtatore coram judice ſeculari apud eundem judicem ſecularem proſequi, & continuare tenetur, & non eſt remittendus ad judicem Eccleſiaſticum, quia hæredis vice fungitur, cum in omnibus actionibus hæreditariis activis, & paſsivis ſuccedat, & in eum jura omnia hæreditaria activè, & paſsivè tranſeant, Bartol. in l. ſi cum hominem, ff. de fidejuſſor. Angel. & Alexand. in l. cum hæreditas, ff. ad Trebellian. Anna alleg. 14. Peregrin. de fideicom. art. 53. numer. 19. Azin. in prax. §. 2. cap. 13. num. 8. 9. & 10. Caſtillo latè deciſ. 24. à numer. 9. ſignanter numer. 17. tom. 1. Eſcobar. de Pontif. & reg. juriſd. in ſtud. gen. cap. 50. num. 9. juncto numer. 36. Tondut. de prævent. iudic. par. 1. cap. 30. num. 30. Alter Caſtillo controv. lib. 2. cap. 9. num. 19. Amat. reſolut. 86. num. 17. Ego remiſsivè deciſ. 36. num. 67. par. 1.

49 Dixit litem cæptam cum defuncto teſtatore; ſecus ſi lis, cæpta eſſet cum hærede gravato coram Judice ſeculari, nam eam clericus fideicommiſſarius univerſalis non tenetur proſequi & continuare coram eodem judice ſeculari, ſed eſt remitendus ad judicem Eccleſiaſticum, quia lis & inſtantia cum hærede gravato cæpta non tranſit in fideicommiſſarium ſine ceſsione cum non ſuccedat hæredi gravato, ſed teſtatori, l. cum hæreditas 36. ff. ad Trebel. Peregrin. de fideicomm. art. 536. num. 19. Tuſſcus præc. concluſ. lit. I. conclaſ. 216. num. 3. Noalis de tranſmiſ. caſu 55. numer. 3. Azin. in praxi §. 2. cap. 13. n. 11. 12. & 13. Valenzuel. conſ. 60. nu. 4. Caſtillo controv. lib. 2. cap. 9. num. 10. Reg. Leo deciſ. 136. num. 4. tom. 2. Amat. reſol. 86. n. 18. Tondut. de præv. iud. par. 1. cap. 30. n. 31. Ego deciſ. 36. num. 68. par. 1.

50 Intellige ſi lis eſſet cæpta coram judice ſeculari cum hærede gravato ex actione quæſita per ipſum hæredem nomine proprio; ſecus verò ſi lis eſſet cæpta apud judicem ſecularem cum hærede gravato actione reali nomine fideicommiſsi, nam tunc Clericus fideicommiſſarius univerſalis laici tenetur eam litem activè, & paſsivè proſequi, & continuare coram eodem judice ſeculari, quia in illum tranſit lis, & inſtantia ſic Peregrin. de fideicom. art. 53. num. 18. ubi Cenſal., fol. 357. col. 1. verſ. Secundo obſervo Intrigliol. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 73. num. 129. & 130. Tondut. de præven. iud. par. 1. cap. 30. num. 33. & 34. Reg. Leo latè cum deciſione Senatus Valentiæ deciſ. 13 . . n. 2. Amat reſol. 86. num. 18. in fine, & num. 21. Fuzarius ſic intelligendus de ſubſtit. quæſt. 610. num. 1. Peguera deciſ. 20. numer. 4. verſic. Secundo limitatur, par. 2. Molina, & ejus Additionat. de Hiſpan. primog. lib. 4. cap. 8. numer. 6. Suelves conſ. 33. numer. 4. & 5. lib. 3. Caſtillo controver. lib. 2. cap. 9. Valaſcus conſult. 160. Salgado de reg. protec. par. 4. capite 8. num. 302. Valenzuola conſ. 60. à numer. 6. Rodœr. ad Marinis lib. 1. reſol. jur. capite 185. nu. 5. & 6. Manfrella ad Capic. Latro deciſ. 33. num. 24. & 25. Niſi hæres colluſivè proceſsiſſet, Fuzar. de ſubſtit. quæſt. 502. num. 8. & quæſt. 620. numer. 4. & quæſt. 622. num. 8. & 9. Valenzuola conſil. 60. à numer. 61. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 4. cap. 8. à num. 7. ubi Additionat. numer. 6. verſic. Limitatur primo, Amat. reſol. 86. num. 21. in fine, Rodœr. ad Marinis lib. 1. reſol. iur. cap. 185. num. 7. Cenſ. ad Peregrin. de fideicomm. art. 53., fol. 567. col. 2. verſic. Limitatur vero Suelves conſ. 35. numer. 1. lib. 1. Reg. Leo poſt deciſ. 173. in reſpon. iur. num. 255. & 256. tom. 2. Caſtillo controv. iur. tom. 6. capit. 157. à numer. 25. Noguerol. allegat. 28. numer. 27. Fontanel. deciſ. 595. part. 2.

---

## A R G U M E N T U M.

### An laicus hæres Clerici pro rebus hæreditariis ſit conveniendus coram Judice Eccleſiaſtico.

## S U M M A R I U M.

1 *Laicus hæres Clerici pro rebus hæreditariis an ſit conveniendus coram judice Eccleſiaſtico, vel ſeculari. Diſtinguendi ſunt duo caſus.*

2 *Laicus hæres Clerici pro rebus hæreditariis litem cæptam cum Clerico defuncto coram judice Eccleſiaſtico apud eundem judicem Eccleſiaſticum proſequi tenetur, & non eſt remittendus ad judicem ſecularem.*

3 *Laicus donatarius univerſalis Clerici litem cœptam cum Clerico defuncto coram judice Eccleſiaſtico apud eundem judicem Eccleſiaſticum proſequi tenetur, & non eſt remittendus ad judicem ſecularem.*

4 *Laicus hæres Clerici lite nondum cæpta cum Clerico defuncto pro rebus hæreditariis coram judice Eccleſiaſtico, conveniri debet coram judice ſeculari, num. 4. niſi hereditas Clerici teſtatoris ſit jacens, nam tunc convenitur coram judice Eccleſiaſtico, num. 5.*

6 *Bona ſi diſtrahuntur hæreditate Clerici jacente adeundus eſt judex Eccleſiaſticus.*

7 *Bona Clerici, eo vivente, ſunt immunia à gabellis, & collectis, & etiam eo mortuo, hæreditate ejus jacente.*

8 *Hæres militis, licet ſit paganus, ſi lis erat cœpta cum milite defuncto in foro militari, tenetur proſequi in eodem foro militari, & non poteſt petere ſe remitti ad judicem ordinarium competentem ipſius hæredis.*

9 *Hæres perſona miſerabilis, ſi lis fuerit cæpta cum defuncto non privilegiato, non poteſt virtute ſui privilegii forum declinare, nec variare ad Regia tribunalia, ſed tenetur proſequi litem, ubi ipſa lis cæpta fuit cum defuncto non privilegiato, num. 9. Niſi inſtantia cæpta cum defuncto non privilegiato eſſet perempta, num. 10. Vel niſi judicium cæptum cum defuncto non privilegiato ſit nullum, num. 11.*

12 *Hæres perſona miſerabilis lite nondum cæpta cum defuncto non privilegiato poteſt uti privilegio electionis fori.*

13 *Hæres ſtudioſus, ſi lis fuerit cæpta cum non ſtudioſo tenetur proſequi ubi cæpta fuit, ſecus ſi lis non eſſet cæpta cum non ſtudioſo.*

14 *Teſtamenti publicatio, & inſinuatio ſivè facti à*

Cle-

*Clerico, ſive à laico, ſive ad pias cauſas, ſive ad profanas, ſive inſtituatur hæres Clericus, ſive laicus, an ſit facienda coram judice Eccleſiaſtico, vel coram judice ſæculari, & n. 23.*

15 *Inventarium bonorum Clerici defuncti, hæreditate adhuc jacente, & non adita ab hærede etiam laico, an ſit conficiendum, per judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem, & n. 23.*

16 *Inventarium bonorum Epiſcopi mortui an poſſit fieri à judice ſæculari, vel debeat fieri per judicem Eccleſiaſticum, & n. 23.*

17 *Inventarium bonorum Clerici defuncti relinquentis hæredem laicum poſt aditam jam per eum hæreditatem an fieri debeat per judicem Eccleſiaſticum, vel per judicem ſæcularem, & numer. 23.*

18 *Inventarium bonorum Clerici defuncti relinquentis hæredem Clericum, vel pium locum poſt aditam jam hæreditatem, an fieri debeat per judicem Eccleſiaſticum, vel per judicem ſæcularem, & n. 23.*

19 *Inventarium bonorum laici defuncti, hæreditate adhuc jacente, & non adita ab hærede etiam Clerico, an ſit conficiendum per judicem Eccleſiaſticum, vel per judicem ſæcularem, & num. 23.*

20 *Inventarium bonorum laici defuncti relinquentis hæredem Clericum, adita jam per eum hæreditate, an debeat fieri per judicem Eccleſiaſticum, vel per judicem ſæcularem, & num. 23.*

21 *Clericus hæres laici an debeat mitti in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum per judicem Eccleſiaſticum, vel per judicem ſæcularem.*

22 *Clericus relictus executor teſtamenti an teneatur conficere inventarium coram judice ſæculari.*

24 *Judex ſæcularis an poſſit citare Clericum creditorem in confectione inventarii.*

25 *Inventarium de jure debet fieri per hæredem cum citatione fideicommiſſariorum, legatariorum, & creditorum, num. 23. Sed debet obſervari conſuetudo regionis, num. 26. quid in Cathalonia, num. 27.*

28 *Emancipatio per patrem laicum de filio Clerico an debeat fieri coram judice ſæculari.*

30 *Legitimatio filii Clerici ſi ipſe filius Clerici ſit, an fieri debeat apud judicem Eccleſiaſticum, vel apud judicem ſæcularem.*

## DECISIO CLII.

1 EX dictis *in deciſione* 151. Infertur primo reſolutio ad iſtam quæſtionem. An laicus hæres Clerici pro rebus hæreditariis ſit conveniendus coram judice Eccleſiaſtico, vel ſæculari. Quam remiſſivè propoſui *dec.* 3. *n.* 71. *part.* 1. in qua diſtinguendi ſunt duo caſus.

Primus lite cœpta cum Clerico defuncto.

Secundus lite nondum cœpta cum defuncto Clerico.

2 In primo caſu, quidquid dicant Faber *in Codic. lib.* 3. *titul.* 1. *def.* 12. Riccius *collect.* 1039. *verſic. Limita tertio.* Veritas eſt, quòd laicus hæres Clerici pro rebus hæreditariis litem cœptam cum Clerico defuncto coram judice Eccleſiaſtico, apud eumdem judicem Eccleſiaſticum proſequi tenetur, & non eſt remittendus ad judicem ſæcularem, per eaſdem rationes quas in caſu inverſo tradunt Doctores citati *deciſ.* 151. *n.* 15. probat. *text. in cap. quia de judic.* ſic docent Alciat. *conſil.* 22. *num.* 3. *lib.* 6. Tuſch. *pract. concl. littera I. concl.* 451. *num.* 5. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.* 321. Petrus Barboſa *in l. hæres abſens* 19. *in princip. à num.* 216. *ff. de jud.* Riccius *dec.* 218. *tota part.* 5. Diana *reſolut. moral.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 25. *alias* 24. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 79. *numer.* 2. *in fine*, Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *capit.* 7. *dub.* 6. *num.* 4. *verſic. Quarto probatur*, Tondut. *de prævent. jud. part.* 1. *cap.* 30. *à num.* 50. Pereyra *de manu Reg. part.* 2. *cap.* 30. *numer.* 13. Anſaldus *de juriſdict. part.* 3. *titul. unico*, *cap.* 10. *num.* 74. Carracciol. *de foro privileg. quæſt.* 42. *numer.* 18. & 19. Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſp.* 2. *n.* 319. *in princ.* Salgado *de Suppl. ad Sanctiſ. part.* 2. *cap.* 12. *num.* 33. Cutel. *de immun. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 25. *numero* 13. Suelves *conſ.* 48. *numer.* 1. *verſ. Quare*, *lib.* 2. Cancer. *part.* 3. *variar. cap.* 16. *num.* 136. *prope finem*, Hodierna ad Surd. *dec.* 110. *numer.* 21. Scialoya *de foro compet. capit.* 38. *numer.* 20. *verſic. Niſi judicium*. Ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Ferrer, Megarola, & Buigmija 14. Junii 1606. contra Coſmum Surat medicinæ Doctorem Villæ de Ulldecona.

Similiter laicus donatarius Clerici litem cœptam 3
cum Clerico coram judice Eccleſiaſtico non poteſt forum declinare, ſed cauſa eſt continuanda coram judice Eccleſiaſtico, ſic fuit deciſum in Cathalonia per Cancellarium Soler, Conſultoribus Codina, Llunès, & Ferrer 18. Decembris 1656. occaſione firmæ juris factæ in Curia ſæculari Regentis Vicariam Barcinonæ per Procuratorem Nobilium Antonii de Pons, & Franciſcæ Pons, & Mecha conjugum, procedimentis executionis in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ factis contra Nobilem Michaelem de Mecha Presbyterum coram Patrem, & Socerum reſpectivè factis, & contra ejus bona fuit decreta executio rigoroſa, & illa inventariata ad inſtantiam Nobilium conjugum Raymundi Xammar, & Annæ Xammar, & Mecha pro petitionibus cujuſdam cenſualis mortui, in quo dictus Nobilis Michael Mecha firmavit. Quæ bona inventariata, & ſignanter, uſusfructus ei competens in vim legati facti in teſtamento Nobilis Hieronymę Mecha, & Jorda ejus uxoris, poſtea per dictum Nobilem Michaelem Mecha fuerunt donata, & renuntiata in capitulis matrimonialibus dictis Nobilibus conjugibus Antonio Pons, & Franciſcæ Pons, & Mecha, & ſic non poſſe per dictam Curiam Eccleſiaſticam continuari dictam executionem; fuit declaratum, firmæ juris in dicta Curia ſæculari Regentis Vicariam Barcinonæ pro parte dictorum Nobilium conjugum Antonii, & Franciſcæ Pons, & Mecha factæ locum non fuiſſe, nec eſſe.

In ſecundo caſu laicus hæres Clerici lite non- 4
dum cœpta cum Clerico defuncto coram judice Eccleſiaſtico conveniri debet coram judice ſæculari, ex rationibus, quas in caſu inverſo tradunt Doctores citati *deciſ.* 151. *numer.* 4. ſic Jaſon *in aut. quas actiones numero* 41. *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Menochius *conſ.* 322. *numer.* 18. & 19. *lib.* 4. Petrus Barboſa *in l. hæres abſens* 19. *in princ. à num.* 216. *ff. de judic.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 3. *numer.* 320. Carleval *de jud. lib.* 1. *diſput.* 2. *num.* 319. *verſic. Si vero, & num.* 324. *in princ.* Salgado *in labyr. cred. part.* 1. *cap.* 32. *numer.* 32. & 33. Solorzano multis citatis *de jur. in d. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 7. *numer.* 33. & 34. *& in polit. lib.* 5. *capit.* 7. *verſic. Lo quinto*, *fol.* 805. ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Manegat 25. Septembris 1586. in favorem Raymundi Angel, & Angelæ conjugum contra Alduncia m Bonaſalva, & Palmerola Villæ Podii Ceritaniæ.

Limita iſtum ſecundum caſum, ſi hæreditas Cle- 5
rici teſtatoris ſit jacens, nam tunc convenitur coram judice Eccleſiaſtico, etiam ſi laicus ſit hæres inſtitutus, quia hæreditas antequam adeatur, repræſentat perſonam defuncti, Petrus Barboſa *in l. hæres abſens* 19. *in princip. à numer.* 199. *ff. de judic.* Anſaldus *de juriſdict. part.* 3. *rit. unico*, *capit.* 13. *à numer.* 37. Scialoya *de foro compet. capit.* 28. *numer.* 21. *in princip.* alios plures addunt Pereyra *de manu Reg. part.* 1. *capit.* 16. *numer.* 21. & 23. Salgado *in labyrinth. creditor. part.* 1. *cap.* 2. *numer.* 48. & 56. Carleval. *de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 322. Ciarlin. *controv. forenſ. lib.* 2. *cap.* 171. *à numer.* 9.

Unde ſi hæreditate Clerici jacente, aliqua bo- 6
na di-

na diſtribuantur , adeundus erit judex Eccleſiaſti-
cus, Petrus Barboſa *in l. hæres abſens* 19. *in princip.*
*num.*200. *ff. de jud.* Carleval *de judic. lib.* 1. *diſput.*2. *n.*
324. *verſic. Unde*, Salgado *in labyr. cred. part.* 1. *cap.*
2. *numer.* 49. *iu fine*, *&* *capit.* 32. *numer.* 35. Perey-
ra *de manu Reg. part.* 1, *capit.* 16, *ſub numer.* 23,
Fermoſin. *in capit. fin. quæſt.* 9. *num.* 12. *de foro com-
pet.*

7 Item ſicut bona Clerici eo vivente ſunt immu-
nia à gabellis , & collectis ita etiam eo mortuo ,
hæreditate jacente, Petrus Barboſa *in l. hæres abſens*
19. *in princ. à n.* 201. *ff. de jud.* Molina *de juſt. & jure*,
*tom.*2. *diſput.* 663. *num.* 11. Anſaldus *de juriſd. part.*
3. *titul. unic. cap.* 3. *numer.* 42. Riccius *in prax. reſol.*
129. *part.* 3. Flores de Mena *var. lib.*2. *quæſt.* 21. *à
numer.* 200. Novar. *de electione fori* , *ſect.* 2. *quæſt.* 27.
*numer.* 25. Carleval. *de judic. lib.* 1. *diſput.*2. *numer.*
324. *in fine* , *cum ſeqq.* Romaguera ad Conciolum
*ad ſtat. Eugubii*, *lib.* 2. *rubr.* 34. *numer.* 42. *in fine*,
Salgado *in labyr. cred. part.* 1. *capit.* 2. *à numer.* 50.
*uſque ad finem*, *&* *capit.* 32. *numer.* 34. *&* 36. Pe-
reyra *de manu Reg. part.* 1. *cap.* 16. *à num.* 28. Virgil.
*de legitim. perſon. cap.*15. *numer.* 15. Scialoya *de foro
compet. cap.* 28. *num.*12. Fermoſius *in cap. fin. quæſt.* 9.
*num.* 14. *de foro compet.* Balmaſeda *de collect. quæſt.* 19.
*num.*8. qui *num.* 9. limitat, quando laicus hæres in-
ſtitutus à Clerico tardius adiret, ut à collectis excu-
ſaretur.

8 Infertur 2. quod ſi lis erat cepta cum milite de-
functo in foro militari, hæres militis, licet ſit pa-
ganus, tenetur proſequi litem in foro militari , &
non poteſt petere ſe remitti ad judicem ordinarium
competentem ipſius heredis, *l. nullus*, *Cod. de vete-
ran. lib.* 12. Valaſcus *conſultat.* 57. Carleval. *de jud.
lib.* 1. *diſputat.* 2. *numer.* 470. Scialoya *de foro com-
pet. cap.* 7. *num.* 56. *verſ. Nam ſi lis*, *&* *cap.* 28. *nu-
mer.* 13.

9 Infertur 3. quod ſi lis fuerit cepta cum defuncto
non privilegiato ejus hæres perſona miſerabilis non
poteſt virtute ſui privilegii forum declinare , nec
variare ad Regia Tribunalia, ſed tenetur proſequi,
& continuare litem , ubi ipſa lis cepta fuit cum
defuncto non privilegiato , Gratian. *diſcep. forenſ.
capit.* 182. *num.* 27. Scaccia *de appellat. lib.* 3. *cap.*
2. *quæſt.* 7. *numer.* 133. Giurba *deciſ.* 82. *numer.* 2.
*verſ. Ideò pupillus*, *&* *num.* 9. Novar. *de elect. fori*,
*quæſt.* 20. *ſect.* 2. Franchis *deciſ.* 364. *nnmer.* 3. ubi
Luca *numer.* 1. latè Caſtillo *controverſ. lib.* 3. *capit.*
25. *à numer.* 45. Valaſc. *conſult.* 136. Thoro *in com-
pend. deciſ. part.* 2. *verbo remiſſio cauſæ inceptæ*, *fol.*
554. *&* *part.* 3. *ſect.* 3. *verbo remiſſio cauſæ intenta-
tæ*, *fol.* 115. Riccius *collect.* 2309. Amat. *reſol.* 86. *n.*
27. Fermoſin. *in cap. ex part.* 15. *quæſt.* 8. *num.* 1. 2. *&*
3. *de foro compet.* Auguſt. Barboſa *in l. unica* , *num.*
13. *Codic. quando Imper. int. pupil. &* *vid.* Cancer.
*par.* 2. *variar. capit.*2. *numer.* 27. *verſic. Quod ego in-
telligo*, Scialoya *de foro compet. cap.* 28. *num.*6. *ad med.*
*&* *numer.* 7. *in fine*, alios addit Carleval *de jud. lib.*
10 1. *diſput.* 2. *numer.* 625. *&* 636. Niſi † inſtantia ce-
pta cum defuncto non privilegiato eſſet perempta ,
quo caſu hæres perſona miſerabilis poteſt uti pri-
vilegio electionis fori, etiam ſi eſſet inſtaurata in-
ſufflatio ſpiritus vitæ , Scialoya *de foro compet. ca-
pit.* 28. *numer.* 6. *ut dixi deciſ.* 151. *numer.* 22. *cum*
11 *ſeqq.* Vel niſi † judicium ceptum cum defuncto
non privilegiato ſit nullum , Scialoya *de foro com-
pet. cap.* 28. *num.* 6. *iu fine*, *ut dixi deciſ.* 131. *nu-
mer.* 21.

12 Si autem lis non eſſet cepta cum defuncto non
privilegiato , ejus hæres perſona miſerabilis poteſt
uti privilegio electionis fori, Gratian. *diſcept. forenſ.
cap.* 186. *num.* 27. Scaccia *de appellat. lib.* 3. *eap.* 2. *q.*
7. *numer.* 133. *verſ. Subreſtringe*, Caſtillo *controverſ.
lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 52. Giurba *deeiſ.* 82. *ſub numer.*9.
Luca ad Franchis *deciſ.* 364. *numer.* 2. Carleval *de
jud. lib.* 1. *diſputat.* 2. *numer.* 621. Scialoya *de foro
compet. cap.*16. *num.* 65. *in fine* , *&* *cap.* 28. *numer.* 6.
Fermoſin. *in capit. ex parte* 15. *quæſt.* 8. *num.* 6. *de foro
compet.*

Infertur 4. quod ſi lis fuerit cepta cum non ſtu- 13
dioſo, ejus hæres ſtudioſus tenetur proſequi litem ,
ubi cepta fuit; ſecus ſi lis non eſſet cepta cum non
ſtudioſo, Eſcobar *de Pontif. & regia juriſd. in ſtud. ge-
ner. c.*50. *à n.*1. *ſignanter n.* 9.

Hic tractandæ erant plures quæſtiones . Prima ; 14
An teſtamenti publicatio , & inſinuatio , ſive facti
à Clerico , ſive à laico , ſive ad pias cauſas , ſive
profanas , ſive inſtituatur hæres Clericus, ſive lai-
cus , facienda ſit coram judice Eccleſiaſtico , vel
coram judice ſæculari ? Doctores diſcordant , vi-
dendi tamen ſunt Covar. *pract. cap.* 8. *numer.* 1. *&*
*in capit. ſi hæredes*, *num.* 3. *de teſtament.* Azevedo *lib.*
15. *in princ. & numer.*1. ubi Matienco *gloſſ.* 1. 2, *&* 3,
*titul.* 4. *libr.* 5. *recop.* Guttier. *pract. lib.* 2, *quæſt.* 48,
*&* *quæſt.* 49, *à numer.* 5, Martha *de juriſdic. part.*
4. *caſu* 109. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *numer.*
168. Spinus *in ſpecul. teſtament. gloſ.* 28. *numer.* 43,
*&* 44, Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effectu* 1, *nu-
mer.* 961. *&* 1034. Petrus Barboſa *in l. hæres abſens*
19. *in princ. à numer.* 187. *ad* 190. *ff. de judic.* Cabe-
do *deciſ.* 81. Paz *in prax. tom.* 2. *prælud.* 2. *numer.*42,
Auguſt. Barboſa *in l. repetita*, *numer.*1. *&* 2. *Cod. de
Epiſcop. Cler. & in capit. cum eſſes*, *numer.* 8, *&* 9,
*& teſtament.* Pereyra *de manu Reg. part.* 1. *capit.* 16,
*numer.* 18. Menchaca *de ſucceſſ. creat. libr.* 3. §. 26,
*numer.* 56. *&* 60. Roderic. *quæſt. regular. tom.* 2. *q.*
62, *art.* 12. Anſaldus *de juriſdict. part.* 3. *titul. uni-
co*, *cap.* 13. *numer.* 27. *&* 34. *& latè capit.* 14. Bel-
let *diſquiſ. Cleric. part.*1. *tit. de favore Cler. reali* ,
§. 3. *numer.* 25. Bolanos *in Cur. Philip. tom.* 1, *part.*
1. §. 5. *numer.* 26. 28. *&* 30. Regens Vico *ad pragm.
Reg. Sard. tom.* 1. *tit.* 7. *cap.* 15. §. 36. Diana *reſolut.
moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 10. *alias* 99. *& in coordi-
nat. part.* 9. *tract.* 2. *reſtlut.* 191. Ciarlin. *controverſ.
forenſ. lib.*1. *cap.* 21. Carleval *de judic. lib.*1. *diſputat.*
2. *à numer.* 329. *cum ſeqq.* Scialoya *de foro compet. ca-
pit.* 28. *numer.* 26. Vela *diſſertat.* 49. *numer.* 69. 72.
*&* 75. Boſſius *in moralib. tom.* 2. *tit.* 22. §. *à numer.*
347. Fermoſin. *in cap. fin. quæſt.* 9. *numer.* 10. *de foro
compet.* Cutel. *de immunit. Eccleſ. libr.* 2. *quæſt.* 100.
Thom. del Bene *de immun. Eccl. tom.*2. *cap.* 10. *dub.* 6.
*ſect.* 7.

Secunda . An inventarium bonorum Clerici defun- 15
cti, hæreditate adhuc jacente ; & non adita ab hæ-
rede etiam laico, ſit conficiendum per judicem Ec-
cleſiaſticum, vel per judicem ſæcularem? Diſputant
pariter Doctores; ſed videndi ſunt Marchus *deciſ.*
105. *&* 1058. *numer.* 3. *part.*1. Guttier. *pract. libr.* 1.
*quæſt.* 49. *numer.*3. Martha *de juriſd. part.* 4. *caſu* 122.
*numer.* 14. *&* 15. Cevallos *de cognit. per viam violent.
part.* 2. *quæſt.* 78. *à numer.*14. Ponte *conſ.* 18. *numer.*
13. *lib.* 1. Petrus Barboſa *in lib. hæres abſens* 19. *in
princip. à num.* 192. *ff. de judic.* Bellet. *diſquiſ. Cler.
p.* 1. *tit. de favore Cler. reali*, §. 3. *numer.* 22. *&* 23.
Pereyra *de manu Reg. part.* 1. *capit.* 16. *numer.* 21 28.
29. *&* 30. Fermoſin. *in cap. fin. quæſt.* 9. *numer.* 11. *de
foro compet.* Carleval. *de jud. libr.* 1. *diſput.* 2. *numer.*
340. 341. *&* 342. Ciarlin. *controverſ. forenſ. lib.*2. *cap.*
171. *numer.* 12. Scialoya *de foro compet. capit.* 28. *nu-
mer.* 30. Queſada Pilo *controv. forenſ. cap.* 40. *num.* 23.
*&* 24. Salgado *in labyr. credit. part.* 1. *cap.* 6. *nu-
mer.* 25. Solorſano *de jure ind. tom.* 2. *lib.* 4. *capit.* 7.
*numer.* 33. & alii plures, quos citat Romaguera ad
Conciolum *ad ſtatut. Eugubii*, *rubric.* 34. *numer.* 42.
*libr.* 2.

Tertia. An inventarium pro ſpolio bonorum Epi- 16
ſcopi mortui poſſit fieri a judice ſæculari , vel de-
beat fieri per judicem Eccleſiaſticum ? Doctores ſi-
militer diſcordant , videndi tamen ſunt Guttierez
*pract. lib.* 1. *quæſt.* 49. *num.* 4. *& de gabel. quæſi.* 88.
*numer.* 4. Cabedo *deciſ.* 84. *& de patron. Reg. Cor.
cap.* 37. *numer.* 7. Cevallos *de cog. per viam viol. part.*
2. *quæſt.* 78. *numer.* 13. *& com. cont. com. quæſt.* 897. *in
num.* 307. Auguſt. Barboſa *de jure Eccleſ. un. lib.* 1. *ca-
pit.* 9. *num.* 68. Fagundez *de juſt. & jure*, *lib.* 6. *cap.* 4.
*à numer.*14. *uſque ad finem*, Diana *reſol. moral. part.*
4. *tract.* 1. *reſolut.* 110. *& part.* 8. *tractat.*5. *reſolut.*
64. *& in coordin. part.* 6. *tract.* 9. *reſol.* 66. *& part.* 9.

tract.

*tractat. 2. reſol.* 192. Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 8. *dub.* 23. Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sancta Mariæ, quæſt.* 53. *num.* 10. 11. & 12. *de conſtit.* Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 180. Ciarlin. *controverſ. forenſ. lib.* 2. *cap.* 171. *num.* 12. Lazarte *de decim. vend. cap.* 19. *num.* 45. Carleval *de jud. libr.* 1. *diſput.* 2. *num.* 344. Pereyra *de manu Regia, part.* 1. *cap.* 16. *num.* 19. *verſ. Sicut aliàs*, Solorzanus *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *à n.* 29. *cum plur. & ſeq. & in polit. lib.* 4. *c.* 11. *per totum.*

17 Quarta. An inventarium bonorum Clerici defuncti relinquentis hæredem laicum poſt aditam jam per eum hæreditatem fieri debeat per judicem Eccleſiaſticum, vel per judicem ſæcularem, Guido Papa *deciſ.* 261. Gutier. *pract. lib.* 2. *quæſt.* 49. *num.* 1. & 2. Phanuc. *de inventar. quæſt.* 140. *numer.* 24. & 25. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 179. Azevedo *lib.* 15. *num.* 8. & 9. *titul.* 4. *lib.* 5. *recop.* Martha *de juriſdict. part.* 4. *caſu* 122. *num.* 15. Pet. Barboſa *in l. hæres abſens* 19. *in princ. num.* 178. & 179. *ff. de jud.* Pereyra *de manu Reg. part.* 1. *cap.* 16. *numer.* 19. 20. & 22. *verſ. Quando vero, num.* 23. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *numer.* 1010. Cevallos *de cog. per viam viol. part.* 2. *quæſt.* 78. *à num.* 7. Rege Vico *ad pragm. Reg. Sardin. tom.* 1. *titul.* 7. *cap.* 15. §. 37. Queſada Pilo *cont. forenſ. capit.* 40. *num.* 25. Conciolus *ad ſtat. Eugubii, lib.* 2. *rubr.* 34. *numer.* 20. Romaguera *numer.* 43. Fermoſin. *in cap. fin. quæſt.* 9. *num.* 9. *de foro compet.* Borrell. *in ſum. dec. part.* 1. *titul.* 41. *numer.* 154. Anſaldus *de juriſdict. part.* 3. *titul. unico, cap.* 13. *num.* 25. Carleval *de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 337. Bolanos *in Cur. Philip. tom.* 1. *part.* 1. §. 5. *numer.* 28. Diana *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 95. *aliàs* 94. & *in coordinat. part.* 9. *tractat.* 2. *reſolut.* 283. *numer.* 2. *in fine*, Solorzan. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 7. *à numer.* 32. Vela *diſſertat.* 40. *numer.* 74. *tom.* 2. Scialoya *de foro compet. capit.* 28. *numer.* 29.

18 Quinta. An inventarium bonorum Clerici defuncti relinquentis hæredem Clericum, vel pium locum poſt aditam jam hæreditatem, fieri debeat per judicem Eccleſiaſticum, vel per judicem ſæcularem, Gutier. *pract. lib.* 1. *quæſt.* 49. *à num.* 5. Cevallos *de cog. per viam viol. part.* 2. *quæſt.* 78. *n.* 14. & 15. Martha *de juriſd. part.* 4. *caſu* 122. *num.* 14. & 15. Bolanos *in Cur. Philip. tom.* 1. *part.* 1. §. 5. *numer.* 26. & *n.* 30. ubi idem dicit de ſuccedentibus ab inteſtato, Salgado *in labyr. creditor. part.* 1. *cap.* 6. *n.* 25. Conciolus *ad ſtatut. Eugubii, lib.* 2. *rubr.* 34. *n.* 19. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.* 1010. Pet. Barboſa *in l. hæres abſens, in princip. num.* 197. *ff. jud.* Anſald. *de juriſd. part.* 3. *titul. unico, cap.* 13. *n.* 36. Carleval *de jud. lib.* 1. *diſput.* 2. *n.* 345. 346. & 357. Vela *diſſ.* 40. *n.* 75. *tom.* 1. Scialoya *de foro compet. cap.* 28. *n.* 28.

19 Sexta. An inventarium bonorum laici defuncti, hæreditate adhuc jacente, & non habita ab hærede etiam Clerico ſit faciendum per judicem ſæcularem, vel per judicem Eccleſiaſticum, Pet. Barboſa *in l. hæres abſens* 19. *in princ. n.* 185. *ff. de judic.* Pereyra *de man. Reg. part.* 1. *cap.* 16. *numer.* 22. Carleval. *de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 343.

20 Septima. An inventarium bonorum laici defuncti relinquentis hæredem Clericum poſt aditam jam per eum hæreditatem fieri debeat per judicem Eccleſiaſticum, vel per judicem ſæcularem, Bolanos *in Cur. Philip. tom.* 1. *part.* 1. §. 5. *num.* 30. Pereyra *de manu Reg. part.* 1. *cap.* 16. *num.* 24. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *num.* 1010. Carleval. *de jud. libr.* 1. *diſp.* 2. *numer.* 345. Scialoja *de foro compet. cap.* 28. *n.* 28. Doctores citati *num.* 17. Et an Clericus † hæ-
21 res laici debeat mitti in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum per judicem Eccleſiaſticum, vel per judicem ſæcularem, Gomez *in l.* 45. *Tauri n.* 151. Menoch. *de adipiſcend. poſſ. remed.* 4. *à numer.* 402. Azevedo *l.* 3. *à numer.* 52. *titul.* 13. *lib.* 4. *recop.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 48. *ex num.* 62. quos, & alios remiſſivè citat Carleval *de jud. libr.* 1. *diſp.* 2. *num.* 347. *in fin.* latè, Anſald. *de juriſdict. part.* 3. *tit. unico, cap.* 16. Scialoya *de foro compet. cap.* 8. *num.* 28. *in fin.*
qui antea *numer.* 27. Dixit, quod ſi † Clericus ſit 22
relictus executor teſtamenti, tenetur conficere inventarium coram judice laico, in tantum quod etiam Epiſcopus, ſi eſt executor teſtamenti, tenetur conficere inventarium coram judice laico, & citat Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *numer.* 962. Anſald. *de juriſdict. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 29. *numer.* 15. addo, Bobad. *in polit. lib.* 21. *cap.* 18. *numer.* 179. Reg. Vico *ad pragm. Reg. Sard. tom.* 1. *tit.* 7. *cap.* 15. §. 37.

Verum quæſtiones prædictæ non diſputantur, 23
nec intrant in Cathalonia, ſed videntur ſuperfluæ. Nam quoad primam, communis praxis obſervat, quod teſtamentum, ſive ſit factum à Clerico, ſive à laico, ſive hæres inſtitutus ſit pia cauſa: ſive Clericus, ſive laicus, publicatur coram teſtibus per Notarium, qui illud recepit ad inſtantiam hæredis abſque alia ſolemnitate, & nullius judicis licentia. Et quoad ſecundam, quartam, quintam, ſextam, & ſeptimam, obſervatur in hoc Principatu, quod inventarium conficitur per hæredem coram notario, & teſtibus, abſque alia ſolemnitate, & judicis licentia, *ut infra numer.* 27. Sed quoad tertiam, bonum tamen mihi videtur, quod judex ſæcularis faceret inventarium ſpolii Epiſcopi mortui ad evitanda furta, prout contigerunt, quando deceſſit Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Epiſcopus Barcinonæ Don. Raymundus de Semmanat.

Octava. An judex laicus poſſit citare Clericum 24
creditorem, ſeu fideicommiſſarium, vel legatarium in confectione alicujus inventarii? Diſcordant Doctores, videndi tamen ſunt Martha *de juriſd. part.* 4. *caſu* 122. Ambroſin. *de immun. Eccleſ. c.* 20. *n.* 73. Duard. *ad Bul. Cœn. lib.* 2. *can.* 15. *quæſt.* 11. *n.* 15. Bonacina *de legib. diſp.* 10. *quæſt.* 2. *punct.* 1. *n.* 27. Diana *reſol. mor. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 21. *aliàs* 20. & *part.* 8. *tr.* 5. *reſol.* 44. & *in coordinat. part.* 6. *tract.* 9. *reſol.* 74. & *part.* 9. *tr.* 2. *reſol.* 85. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *n.* 659. & 660. Bolanos *in Cur. Philip. tom.* 1. *part.* 1. §. 5. *n.* 31. Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 18. *num.* 179. Gironda *de gabel. part.* 4. §. 1. *n.* 18. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæſt.* 89. Maſtrill. *deciſ.* 79. *n.* 4. *part.* 1. Surd. & ad eum Hodierna *dec.* 26. Salgado *de Reg. protect. part.* 1. *c.* 2. *n.* 135. Cevallos *de cog. per viam viol. part.* 2. *quæſt.* 78. *à n.* 3. Reg. Vico *ad pract. Reg. Sard. tom.* 1. *tit.* 7. *c.* 15. §. 36. Carpius *de execut. teſtam. libr.* 3. *c.* 10. *à num.* 32. Cutell. *de immun. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 21. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. num.* 2. *c.* 9. *dub.* 11. Vela *diſſert.* 40. *n.* 70. & 71. *tom.* 2. & alii ex his, quos citavi *dec.* 9. *n.* 80. *part.* 1.

Sed hæc quæſtio etiam eſt ſuperflua in Cathalo- 25
nia, & in aliquibus Regnis. Quia licet de jure aliquæ ſolemnitates requirantur ad confectionem inventarii, de quibus remiſſive Riccius *deciſ.* 67. *n.* 1. & 2. *part.* 1. Oſaſcus *deciſ.* 68. *numer.* 1. Ferrer. *in conſtit. hac noſtra temp.* 2. *declar.* 4. *n.* 137. latè Villalobos *in ſum. mor.* 2. *tract.* 30. *diff.* 23. *tota*, Et inter eas, quod inventarium fiat per hæredem cum citatione fideicommiſſariorum, legatariorum, & creditorum ad videndum illud fieri certo die, loco, & tempore, *l. fin.* ubi Doctores, *C. de jure deliber.* Valaſcus *conſult.* 52. *n.* 21. Spin. *in ſpecul. teſt. gloſs.* 35. *n.* 19. 20. & 21. Cutel. *de immun. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 1. Carena *reſol.* 25. *num.* 2. Oſaſcus *dec.* 68. *n.* 2. 8. 9. & 10. Thoro *in compend. deciſ. part.* 3. *ſect.* 1. *verbo Inventarium, fol.* 599. & *verbo Inventarium, fol.* 602. Cancer. *part.* 3. *var. c.* 2. *n.* 65. Villalobos *in ſumm. mor. par.* 2. *tract.* 30. *diff.* 23. *n.* 5. de jure noſtro *conſtitutio* 1. *tit.*
*del inventari fahedor per lo hereu.* Tamen omnes † ſo- 26
lemnitates in confectione inventarii jam ſunt reductæ ad conſuetudinem, & ſtylum Reg. ſeu Provinciæ, & ſi juxta eam fiat, & ſolemne, & prodeſt hæredi ad omnes juris effectus, Rota *dec.* 629. *part.* 1. *diverſ.* Capyc. Latro *dec.* 101. *n.* 3. Riccius *dec.* 67. *à num.* 3. *part.* 1. Baldaxar de Angel. ad Gizarel. *dec.* 7. *numer.* 4. quos, & alios citat Noguerol. *allegat.* 19. *n.* 101. addo Seraph. *dec.* 915. *n.* 3. Cavaller. *dec.* 508. *n.* 7.

Gratian. *diſcept. forenſ. cap.767. n.7.* Ferrer. *in conſ. hac noſtra temp. 2. declar.4. n.138.* Carena *reſol. 32. n. 4. & 5.*

27 Et in Cathalonia communis praxis recipit, & obſervat, quod inventarium fit coram notario, & teſtibus abſque aliqua citatione creditorum, legatariorum, & fideicommiſſariorum, & habetur pro ritè facto, Mieres *in Cur. Perpiniani Reg. Petri 3. tom. 1. collat. 6. rub. de jure dotium, num. 228. fol. 366. in noviſ.* Cancer. *par.3. c.2. n. 66. 67. & 68.* Fontanella *de pac. nup. tom. 2. clauſ.7. gloſ. 3. part.2. n. 45.* Xammar. *de offic. jud. part.2. quæſt. 7. num.56.* exceptis Civitatis Dertuzæ; & oppido Perpiniani, in quibus adhuc obſervatur ſolemnitas juris communis in confectione inventarii, ut tradunt Cancer. & Fontanella ubi proxime, *ille n.68. iſte n.46. & 47.* de praxi Regni Caſtellæ Noguerol. *alleg. 19. n. 102.* ubi de noſtra praxi Cathaloniæ meminit, Parlador. *rer. quotid. lib.2. cap. fin. part.4. §.1. num. 8.* & de Regno Luſitaniæ Valaſc. *conſult. 52. n.22. & 24.* Villalobos *in ſum. mor. part. 2. tr. 30. diff. 23. n.4.*

28 Obiter tractant etiam Doctores. An emancipatio per patrem laicum de filio Clerico fieri debeat per judicem Eccleſiaſticum, vel per judicem ſæcularem? Videndi ſunt Rota *deciſ. 7. de judic. in novis*, Ripa *in cap. decernimus, num.9.* ubi Decius *num.220. de jud.* idem Decius *conſ. 150. n. 1.* Socin. *in cap.1. n. 23. verſ. Vigeſima ſecunda, & n. 42. de foro compet.* Bellamera *deciſ. 732.* Bobad. *in polit. lib.2. cap.18. n.174. & 175.* Bolanos *in Cur. Philip. tom. 1. part. 1. §. 5. n. 25.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect. 1. n. 930.* Carleval. *de judic. l.1. diſp.2. n. 332. in fine, verſ. Quemadmodum emancipatio*, Fragoſo *de reg. Reipubl. tom. 3. lib. 2. diſp. 3. §.2. n. 98.* Martha *de juriſd. par.4. caſu 108.* Cabedo *dec. 80. n.4.* Boſſius *de pat. poteſt. c.2. n.58. verſ. Quare ſi emancipatio*, Anſald. *de juriſd. part. 3. titul. unico, cap. 15.* Muta *ſuper cap. Reg. Alphonſ. 511. n. 60. tom. 5.* Vivian. *de jure patron. part.2. l.6. capit.1. n. 161.* Thom. del Bene *de Immun. Eccleſiaſt. tom. 2. c. 10. dub. 6. ſect. 9. à n. 37.* Baron. *de citat. tom. 1. quæſt. 29. n. 22. verſ. Et An Clericus, & in addit. tom. 3. ad q.29. n. 36.*

29 Et an emancipatio per patrem Clericum de filio laico facienda ſit coram judice Eccleſiaſtico, vel coram judice ſæculari, Baron. *de citatione tom. 1. q. 29. num.23. ver. Et an Clericus, ubi: Ex qua ratione infertur.*

30 Utrum denique legitimatio filii Clerici, ſi ipſe filius Clericus ſit, fieri debeat apud judicem Eccleſiaſticum, vel judicem ſæcularem, Decius *conſ. 150. tom.1.* Covar. *de ſponſalib. part.2. cap.8. §.8. n.19.* Pontius *de matrim. lib.11. c.6. num. 9.* Anguian. *de leg. tom. 1. lib. 2. controverſ.23. num. 65.* Azor. *inſtit. mor. tom.2. lib.2. cap.15. quæſt. ult.* Diana *reſol. mor. part.1. tract.2. reſol. 112. aliàs 111. & in coordinat. part. 9. tract.2. reſol.213.* Cutel. *de immun. Eccleſ. lib.2. q.112.* Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.2. cap. 10. dub. 6. ſect. 9.*

---

*ARGUMENTUM.*

## An Clericus fidejuſſor laici gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque ſit apud judicem Eccleſiaſticum.

*SUMMARIUM.*

1 *Fidejuſſor poteſt eſſe quilibet pro altero, num. 1. limitatur pluribus modis, remiſſive, num.2. ſignanter in Clerico, n.3. & 4.*

3 *Clericus non debet, nec poteſt eſſe fidejuſſor pro laico, num. 3. ſi tamen de facto fidejubeat, valida eſt fidejuſſio, & remanet obligatus, num. 4.*

5 *Clericus fidejuſſor laici gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque eſt apud judicem Eccleſiaſticum, n. 5. Amplia 1. etiam ſi tempore quod fidejuſſit pro laico atteſtetur ſe laicum eſſe, & non Clericum, num. 7. Amplia 2. etiam ſi fidejubeat pro laico coram judice ſæculari de ſtando juri, & judicatum ſolvendo, n.8.*

6 *Clericus non eſt idoneus fidejuſſor.*

9 *Clericus ſi dat fidejuſſorem laicum coram judice ſæculari de judicio ſiſti, & judicatum ſolvi obligatio tam Clerici principalis quam laici fidejuſſoris eſt nulla.*

10 *Clericus ſi principaliter ſe obligat pœnes acta judicis ſæcularis abſque prorogatione juriſdictionis laicalis, valet talis obligatio; & ejus vigore condemnari poteſt per Curiam Eccleſiaſticam, n.10. & ſi dederit fidejuſſores laicos, iſti remanent obligati, & contra eos poteſt procedere Curia ſæcularis, n. 11.*

12 *Laicus fidejuſſor Clerici convenitur coram judice ſæculari, & non poteſt petere ſe remitti ad judicem Eccleſiaſticum, num. 12. & 19. Limita 1. ſi in fidejuſſione eſſet interpoſitum, juramentum, num. 22. & 23. Limita 2. ſi fidejuſſerit pro Clerico pœnes acta judicis Eccleſiaſtici, num. 24. Limita 3. ſi creditor moveat litem contra Clericum principalem debitorem coram judice Eccleſiaſtico, nam tunc poteſt coram eodem judice Eccleſiaſtico convenire laicum Clerici fidejuſſorem, num. 28. ſed vide contrarium, n. 29. Limita 4. ſi Clericus debitor principalis comparuerit coram judice ſæculari, & allegaverit exceptiones ex propria perſona competentes, n. 30. ſublimita, n. 31.*

13 *Fidejuſſor convenitur pro fidejuſſione coram judice competente, & non poteſt petere ſe remitti ad forum rei principalis.*

14 *Exceptio quæ competit principali, competit ejus fidejuſſori, num. 14. ſi exceptio eſt realis, ſecus ſi perſonalis, n. 15. ſecus etiam ſi exceptio competit principali ex æquitate, & jure ſpeciali, num. 16. ſecus inſuper ſi exceptio reſpicit obligationem, & merita cauſæ, n. 17. ſecus denique ſi exceptio ſit declinatoria fori, n. 18.*

20 *Laicus fidejuſſor familiaris ſancti officii non gaudet privilegio fori Sanctæ Inquiſitionis, n. 20. limita, n. 24.*

21 *Fidejuſſor ſcholaris non gaudet privilegio ſcholarium, & 20. limita, num. 24.*

25 *Laicus poteſt fidejubere pro Clerico coram judice Eccleſiaſtico.*

26 *Laicus prorogando juriſdictionem Eccleſiaſticam poteſt coram judice Eccleſiaſtico ſe obligare.*

32 *Fidejuſſor, qui ſe obligavit ut principalis, & inſolidum, large dicitur fidejuſſor, & proprie dicitur reus debendi, & jura loquentia de fidejuſſoribus non habent locum, ubi fidejuſſor ſe obligat uti principalis, & inſolidum.*

33 *Fidejuſſores in Cathalonia in publicis inſtrumentis obligari ſolent uti principales, & inſolidum.*

34 *Laicus fidejuſſor pro Clerico, ſi convenitur coram judice ſæculari, & ab eo ſit condemnatus, non poteſt coram eodem judice ſæculari convenire Clericum principalem ad ſolvendum, quod pro eo ſolvit, ſed debet adire judicem Eccleſiaſticum.*

35 *Laicus fidejuſſor pro laico, ſi deinde efficitur clericus, ipſe fidejuſſor Clericus effectus conveniri debet apud judicem Eccleſiaſticum.*

36 *Laicus fidejuſſor de judicio ſiſtit coram judice ſæculari, ſi poſtea efficitur clericus, fidejuſſio ipſa finitur, & non poteſt adſtringi per judicem ſæcularem, coram quo fidejuſſit.*

37 *Fidejuſſor de judicio ſiſti eſt liberatus, ſi is pro quo fidejuſſit, effectus fuerit Clericus, vel Religioſus.*

38 *Religioſus non poteſt eſſe fidejuſſor, & ſi de facto fidejubeat, irrita eſt fidejuſſio.*

## DECISIO CLIII.

1 Licet regula ſit, quòd fidejuſſor poteſt eſſe quilibet pro altero, *ut per tot. ff. & C. de fidejuſſ.* Guttier. *de fidejuſſ.* Guttier. *de jurament. confirm. part.* 1. *capite* 72. *numer.* 1. Cardoſ. *in prax. judic. verbo fidejuſſ. num.* 8. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 13. *numer.* 28. Morla *in emp. jur. part.* 1. *tit.* 8. *quæſt.* 25. *n.* 34. *verſ. Etenim.*

2 Tamen hæc regula plures patitur limitationes, quas ultra Doctores citatos *num.* 1. tradunt Hypol. de Marſil. *in rubr. de fidejuſ. à num.* 109. Novar. *ad prag. reg. Neapol. prag.* 5. *collect.* 1. *à n.* 109. *de admin. univerſit.*

3 Et inter eas limitatur in clerico, qui non debet, nec poteſt eſſe fidejuſſor pro laico, *Can. te quidem* 11. *quæſt.* 1. *can. non ſatis* 86. *dict. cap.* 1. ubi Barboſ. *numer.* 1. *&* 2. *de fidejuſ. l. curiales, C. de locato, l. de die, §.* 1. *gloſſ. verb. probandi, ff. qui ſatisdare cog. §. Deo autem humiles in authent. de ſanctiſſ. Epiſcop.* Roman. *conſ.* 409. *num.* 1. Hypolit. de Marſil. *in rub. n.* 109. *de fidejuſ.* Gregor. Lopez *l.* 45. *gloſſ.* 2. *tit.* 6. *part.* Azeved. *l.* 8. *n.* 1. *tit.* 10. *lib.* 9. *recop.* Menoch. *libr.* 2. *præſump.* 46. *num.* 13. *& de arbit. ind. caſu* 432. *num.* 1. Guttier. *de jurament. confirmat. par.* 1. *cap.* 72. *num.* 2. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 11. *num.* 18. Cenedo *collect. ad decretal.* 164. *numer.* 1. Carol. de Graſ. *de effect.* 44. *numer.* 1. *&* 2. Martha *de juriſdict. part.* 4. *caſu* 165. *n.* 1. Genuen. *in pract. Eccleſ. quæſt.* 326. *in princ.* Hering. *de fidejuſſ. cap.* 7. *num.* 239. 240. *&* 242. Bellet. *diſq. cleric. part.* 1. *tit. de diſciplina cler. §.* 2. *num.* 6. Cardoſo *in prax. jud. verb. fidejuſ. num.* 10. Cyriacus *contr.* 212. *num.* 9. *tom.* 2. Bolero *de decoctorib. tit.* 1. *quæſt.* 9. *n.* 12. Carena *reſol.* 158. *verſic. tertio loco*, Baronius *de citat. tom.* 3. *in addit. ad q.* 18. *n.* 23.

4 Inter alias ſublimitationes quas tradunt Doctores citati *num.* 3. ſublimitatur, ut licet clericus non poſſit eſſe fidejuſſor pro laico: ſi tamen de facto fidejubeat, valida eſt fidejuſſio, & remanet obligatus, *cap. pervenit* 2. *cap. conſtitutus* 3. *de fidejuſ.* Bartol. *in l.* 3. *numer.* 11. *ff. de fidejuſ.* Jaſon. *in l.* 1. *numer.* 10. *ff. ſi quis in jus vocat. non jerit, & in l. patrefurioſo, num.* 14. *verſ. Tertio facit, ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni jur.* Roman. *conſ.* 409. *num.* 7. ubi Mandoſ. *in addit. littera C.* Gregor. Lopez *l.* 45. *gloſ.* 2. *&* 7. *tit.* 6. *part.* 1. Azeved. *l.* 8. *numer.* 2. *tit.* 10. *lib.* 9. *recopil.* Lazarte *de decimis vend. cap.* 18. *num.* 6. Marchus *dec.* 1057. *ſub numer.* 14. Martha *de juriſdict. part.* 4. *caſu* 105. *num.* 2. Hipol. de Marſil. *in rubr. de fidejuſ. num.* 309. *&* 310. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 46. *num.* 15. Guttier. *de jurament. confirm. part.* 1. *cap.* 72. *n.* 2. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 13. *n.* 18. ubi Ayllon, Lay. *n.* 19. Cenedo *collect. ad decretal.* 164. *numer.* 2. Cardoſo *in prax. jud. verb. fidejuſ. n.* 9. Carol. de Graſ. *de effect.* 44. *n.* 3. Bellet. *diſquiſ. cleric. part.* 1. *tit. de diſciplina cler. §.* 2. *numer.* 6. Barboſa *in cap.* 1. *num.* 2. *in fine, & in cap. conſtitutus* 3. *nnmer.* 2. *de fidejuſſor.* Carena *reſol.* 168. *n.* 4. Baron. *de citat. tom.* 3. *in addit. ad quæſt. n.* 23. Pyrrus Maurus Aretin. *de fidejuſ. part.* 2. *ſect.* 8. *cap.* 12. *à num.* 1. Vela *diſſert.* 43. *num.* 37. *tom.* 2. Heringius *de fiejuſ. cap.* 7. *num.* 239. Cyriac. *contr.* 212. *n.* 10. quidquid dicant iſti duo ultimi Hering. *n.* 251. Cyriac. *n.* 11.

5 Quibus ſic prælibatis intrat quæſtio. An clericus fidejuſſor laici gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, conveniendusque ſit apud judicem Eccleſiaſticum; Reſp. affirmativè. Tum quia ex tali fidejuſſione à Clerico facta pro laico non poteſt induci aliqua tacita renuntiatio privilegio fori Eccleſiaſtici, cum Clericus etiam expreſſe non poſſit huic privilegio renuntiare, ut in ſimili dicit Narbona *l.* 14. *gloſ.* 1. *numer.* 58. *tit.* 2. *lib.* 6. *recop.* Tum quia fidejuſſor poteſt uti ſuo privilegio, quod ſibi ex ſua propria perſona competit, quantumvis id principali non competat, Narbona *l.* 14. *gloſ.* 1. *n.* 59. *&* 60. *tit.* 2. *lib.* 6. *recop.* ſic in terminis docent, ac aliis rationibus probant Martha *de juriſdict. par.* 4. *caſu* 105. *à numer.* 3. *ad* 9. Riccius *in prax. reſol.* 483. *num.* 5. Tondut. *de prævent. jud. part.* 2. *cap.* 18. *numer.* 16. *in fin.* Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 13. *num.* 18. *in fine, verſ. Ex quo infertur*, Baron. *de citat. tom.* 3. *in addit. ad quæſt.* 18. *numer.* 23. Xammar *defin.* 139. *num.* 15. Ego *deciſ.* 30. *num.* 146. *&* 147. *par.* 1. me citato Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſd. quæſt.* 86. *n.* 28. ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellariam Caſſador 3. Julii 1569. in favorem Guillermi Sans Clerici, & Beneficiati Beneficii ſub invocatione S. Michaelis fundati in Eccleſia Beatæ Mariæ Villę Podii Ceritaniæ fidejuſſoris Antici Roca Mercatoris ejuſdem Villæ contra Raphaelem Coll dictæ Villæ Podii Ceritaniæ, & in ſcholari fidejuſſore non ſcholaris, Eſcobar *de Pontif. & reg. juriſdict. in ſtud. general. cap.* 39. *à num.* 36. Pereyra *de Academ. num.* 353. *&* 354.

Unde communiter dicitur, quòd Clericus non 6
eſt idoneus fidejuſſor, quia potitur privilegio fori, & ſic ille, qui tenetur ſatiſdare, non liberatur dando fidejuſſorem Clericum, Abbas *in cap.* 1. *num.* 5. *de fidejuſ.* Gregor. Lopez *l.* 45. *gloſ.* 2. *in fin. tit.* 6. *par.* 1. Carol. de Graſ. *de effect.* 44. *n.* 9. 10. 11. *&* 12. Riccius *in prax. reſol.* 483. *n.* 4. Novari *in prag.* 5. *collect.* 5. *numer.* 13. *de adminiſt. univ.* notat Xammar *definit.* 139. *num.* 16. Carena *reſolut.* 168. *num.* 8. qui *num.* 9. verum eſſe dicit in fidejuſſore de judicio ſiſti, & citat Bartol. Cuman. Barbat. Gomez, & Guttier. *locis per eum citatis.*

Amplia 1. in Clerico fidejuſſore laici, qui tem- 7
pore quo fidejuſſit pro laico, doloſè atteſtatur ſe laicum eſſe, & non Clericum, nam hac atteſtatione non obſtante, conveniri debet coram judice Eccleſiaſtico, quia ſi ſuo expreſſo conſenſu id non poteſt permittere, quando minus ex præſumpto, vel tacito, ut contra Lazarte *de decim. ven. cap.* 18. *n.* 7. docent Azevedo *lib.* 8. *numor.* 6. *tit.* 10. *lib.* 9. *recop.* Franchis *dec.* 400. ubi Riccius *in fin.* Luca *numer.* 6. Rovit. *deciſ.* 19. Marinis *lib.* 2. *reſol. jur. alleg.* 147. *numer.* 2. Martha *de juriſdict. part.* 4. *caſu* 106. *num.* 5. *&* 6. Anſaldus *de jnriſd. part.* 3. *tit. unico, cap.* 12. *n.* 16. *&* 17.

Amplia 2. in Clerico fidejuſſore pro laico de ſtan- 8
do juri, & judicatum ſolvendo coram judice ſæculari, qui gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, remittendusque eſt ad judicem Eccleſiaſticum, nec poteſt conveniri coram judice ſæculari, nec contra illum exequi ſententia per judicem ſæcularem lata contra laicum principalem, ut docent Cin. *in l.* 1. ubi Bart. *numer.* 2. *verſ. Ideo ſi Clericus, ff. ſi quis in jus vocat. non jerit*, Ancharan. *in cap. ea quæ num.* 26. *&* 27. *de reg. jur. in* 6. Marcus *deciſ.* 1057. *num.* 10. *verſ. Secus, è contra*, Hippol. de Marſil. *in rubr. de fidejuſs. numer.* 311. *verſ. Et idem tenet*, Gregor. Lup. *l.* 45. *gloſs.* 2. *tit.* 6. *part.* 1. Azevedo *l.* 8. *num.* 4. *tit.* 10. *lib.* 9. *recop.* Surd. *deciſ.* 396. *num.* 39. *verſ. Poſtremo*, Martha *de juriſdict. pυrt.* 4. *caſu* 105. *à numer.* 10. Carol. de Graſ. *de effectu* 1. *numer.* 1098. *&* 1009. *& effect.* 44. *numer.* 13. Anſald. *de juriſdict. part.* 3. *tit. unico, cap.* 17. *num.* 19. *&* 20. Ambroſ. *in immun. Eccleſ. cap.* 20. *numer.* 50. Capiblanc. *de Baronibus, prag.* 8. *part.* 3. *numer.* 12. *& ſeqq.* Tamburin. *de jure Abbat. tomo* 1. *diſput.* 15. *quæſt.* 19. *numer.* 28. *verſ. Idem aſſerendum*, Squillante *de privileg. Cler. cap.* 7. *numer.* 83. *&* 84. Auguſt. Barboſ. *de jure Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *capit.* 39. §. 2. *numer.* 125 Riccius *in prax. reſolut.* 483. *numer.* 5. Larrea *allegat. fiſcal.* 78. *num.* 8. Xammar *definit.* 139. *numer.* 5. Cardoſo *in prax. judic. verbo fidejuſſor, num.* 10. Scialoya *de foro compet. cap.* 30. *numer.* 8. Vela *diſſert.* 44. *à num.* 60. *ad* 64. *tom.* 2.

Adeo quòd fidejuſſio facta per Clericum in judicio 9
ſæculari de judicio ſiſti, & judicatum ſolvi non valet, ſed nulla eſt. Imo in caſu contrario ſi Clericus dat fidejuſſorem laicum coram judice ſæculari de ſtando juri, & judicatum ſolvi, fidejuſſio nulla eſt, nec convalidatur talis invalida fidejuſſio laici per quamcumque adjectionem, etiam ſi laicus fidejuſſor hoc caſu ſe obligaverit ſuo proprio, & principali nomine in ſolidum, quia cum Clericus pro-

cus prohibeatur eſſe in judicio coram judice ſæcula-
ri, *authent. ſtatuimus*, *Cod. de Epiſc. & Cler. cum
ſimilibus*, ſi non tenet principale, nec etiam tenet
acceſſorium, *l. ſervus*, *ff. ſi qui caut.* & ſic prohi-
bito principali cenſetur etiam prohibita obligatio
laici fidejuſſoris clerici de judicio ſiſti, & judica-
tum ſolvi coram judice ſæculari, ſic Franchis *deciſ.*
400. Surd. *deciſ.* 376. Rovit. *deciſ.* 19. Marinis *lib.* 2.
*reſol. juriſdict. alleg.* 147. Hering. *de fidejuſſor. part.* 4.
*capit.* 14. *numer.* 18. Beſlet. *diſquiſ. Cleric. part.* 1. *tit.*
*de diſciplina cler.* §. 2. *numer.* 6. Barboſa *in cap. con-
ſtitutus* 3. *numer.* 2. *in fin. de fidejuſſor.* Thoro *in
compend. deciſ. part.* 1. *verb. fidjuſſor. de judicatum
ſolvendo ſi demum*, *fol.* 216. Anſald. *de juriſdict.
part.* 3. *titul. unico*, *cap.* 17. *à numer.* 12. *ad* 19.
Eſcobar *de Pontif. & reg. juriſdict. in ſtud. gener. ca-
pit.* 49. *à numer.* 11. Luca ad Franchis *deciſ.* 400.
*numer.* 6. Scialoya *de foro competen. capit.* 30. *numer.*
14. ſic fuit in Regia Audientia Cathaloniæ declara-
tum referente Magnifico Franciſco Vidal, y Roca
28. Septembris 1668. in favorem Philippi Alegre Mi-
litis, & infantionis, & Petri Pons Notarii Cauſidi-
ci Civis Barcinonæ fidejuſſorum de judicio ſiſti, &
judicato ſolvendo datorum per Oeconomum, &
Procuratorem Prioris, & Conventus Montis Ala-
cris Ordinis Carthuſien. in cautione per eum præ-
ſtita in conſiſtorio verbali ſuæ Eccellentiæ 15. Se-
ptembris 1666. coram Nobili Regente Regiam Can-
cellariam pro cancellantis emparis inſtante Syndico
Capituli Barcinonæ factis in poſſe aliquorum lalco-
rum. Scriba Preve.

10 Sed ſi Clericus principaliter ſe obliget penes a-
cta judicis ſæcularis abſque prorogatione juriſdi-
ctionis laicalis, valet talis obligatio, & ejus vigo-
re poteſt condemnari per Judicem Eccleſiaſticum,
Capiblanc. *de Baronib. pragm.* 8. *part.* 3. *numer.* 19.
Scialoya *de foro compet. capit.* 30. *numer.* 9. & Clericus
11 † tali forma ſe obligans penes acta judicis ſæcula-
ris, & det fidejuſſores laicos, iſti fidejuſſores re-
manent obligati, & contra eos poteſt incuſſari di-
cta obligatio coram judice ſæculari, Borrel. *con-
ſil.* 11. Scialoya *de foro compet. capit.* 30. *n.* 10.

12 Sic è contra, laicus fidejuſſor Clerici in con-
tractu convenitur coram Judice ſæculari, & non
poteſt petere ſe remitti ad judicem Eccleſiaſticum.
Tum quia † fidejuſſor pro fidejuſſione convenitur
13 coram judice competenti, & non poteſt petere ſe
remitti ad forum ſui principalis. Hering. *de fide-
juſſor. part.* 4. *capit.* 23. Eſcobar. *de Pontif. & reg.*
14 *juriſdict. in ſtud. gener. capit.* 49. *numer.* 5. Tum
quia † licèt exceptio competens principali compe-
tat ejus fidejuſſori, *l. exceptiones*, *lib.* 2. §. *rei au-
tem*, *l. omnes*, *ff. de except. l. exceptiones*, *Codic.
eodem l. ſi quis poſtquam*, *l. ubicumque*, *l. ſi ſtipu-
latus*, *l. ex perſona*, *ff. de fidejuſſ. l. fin. ff. de pact.
l.* 2. *ff. quæ res pignor. l. de conſtitutionibus*, *Codic.
de uſur.* Hypol. de Marſil. *in rubric. fidejuſſor. à nu-
mer.* 267. Cyriac. *controverſ.* 546. *numer.* 49. Bon-
den. *colluct. legal.* 15. *numer.* 47. Merlin. *de pignor.
lib.* 5. *quæſt.* 8. *numer.* 1. Muta *deciſ.* 6. *numer.* 8.
*&* 9. Chartar. *deciſ.* 2. *numer.* 4. Vermigliol. *conſ.*
306. *numer.* 11. Coſta *de re integr. diſtinct.* 92. *à
numer.* 13. Farinac. *in prax. part.* 1. *quæſt.* 34. *à nu-*
15 *mer.* 25. Riccius *deciſ.* 211. *numer.* 8. *&* 9. *part.* 2.
*& collect.* 771. Giurb. *conſ.* 45. *numer.* 8. *verſ. Licet
alias*, Rodoer. ad Marin. *libr.* 1. *reſolut. jur. capit.*
133. *num.* 31. *&* 33. abundè Guſman *de evict. quæſt.*
10. *à numer.* 2. *ad* 10. Hering. *de fidejuſſor. part.*
4. *capit.* 27. Fontanell. *deciſ.* 471. *à numer.* 2. *part.*
2. Procedit in exceptione reali, Surd. *deciſ.* 473.
*numer.* 15. *verſ. Affirmativa*, *part.* 2. Cabrer. *de
metu*, *libr.* 2. *capit.* 8. *numer.* 74. *&* 75. ſecus in ex-
ceptione perſonali, quæ cohæret perſonæ principa-
lis debitoris, *l. exceptiones qua*, *ff. de reg. de ex-
cept. l. privilegia*, *l. in omnibus*, *ff. de reg. jur.*
Mantica *de tacitis*, *lib.* 16. *titul.* 5. *num.* 19. Char-
tar. *deciſ.* 7. *numer.* 9. Lerrea *deciſ.* 31. *numer.* 24.
Guzman. *de evict. quæſt.* 10. *num.* 11. *&* 12. Amen-
dola ad Franchis *deciſ.* 400. *numer.* 3. *&* 4. Cabal.
*reſolut.* 153. *numer.* 3. Hering. *de fidejuſs. part.* 4. *ca-
pit.* 27. *à numer.* 75. Marin. *lib.* 1. *reſolut. jur. cap.*
133. *numer.* 20. ubi Rodoer. *numer.* 32. & 35. Olea
*de ceſ. jur. titul.* 6. *quæſt.* 2. *numer.* 20. Gomez *tom.* 2.
*var. cap.* 14. *numer.* 9. ubi Ayllon. Laynez *num.* 10.
Barboſa *in l.* 1. *numer.* 2. *& in l.* 2. *numer.* 1. *&* 2. *C. de
fidejuſſor. minor. & in cap. odoardus*, *numer.* 12. *de ſo-
lut. & de jure Eccleſ. uni. lib.* 1. *cap.* 36. §. 6. *numer.*
36. Cevallos *commun. contra commun. quæſt.* 701. *num.*
13. Hypol. de Marſil. *in rubric. de fidejuſſor. numer.*
267. *&* 2. *n.* 273. Bovad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *numer.*
246. *&* 247. Pereyra *de Academ. num.* 352. Squillante
*de privil. cler. cap.* 10. *num.* 47. Don Didac. Anton.
Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſd. quæſt.* 86.
*numer.* 13. *&* 16. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 779. *n.*
53. *&* 54. Barzius *deciſ.* 56. *numer.* 5. Duardus *poſt tr.
de cenſib. deciſ.* 339. *numer.* 6. Eſcobar. *de Pontif. &
reg. juriſdict. in ſtud. gener. cap.* 39. *num.* 2. Bajard. ad
Clar. §. *fin. quæſt.* 36. *num.* 9. *verſ. Item adde*, *ibi*;
*etiam*, Pichard. *in* §. *exceptiones à numer.* 1. *de repli-
cat.* Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 5. *numer.* 199. Fontan.
*deciſ.* 473. *numer.* 17. *&* 18. *part.* 4. Xammar *definit.*
139. *numer.* 3. *&* 4. Riccius *collect.* 771. *verſ. Limita
primo*, *uſque ad finem*, Carol. de Graſ. *de except.
ex cap.* 16. *à numer.* 40. *ad* 47. Tum quia † exceptio, 16
quæ ex æquitate, & jure ſpeciali competit principa-
li non competit ejus fidejuſſori, Chartar. *deciſ.* 7. *n.*
10. Guzman. *de evict. quæſt.* 10. *num.* 12. Tum quia † 17
exceptio, quæ reſpicit obligationem, & merita cau-
ſæ competit fidejuſſori, ea verò quæ non reſpicit
obligationem, & merita cauſæ fidejuſſori non com-
petit, Surd. *conſ.* 20. *numer.* 1. *&* 36. *lib.* 1. *& dec.* 303.
*num.* 13. Carocius *de excep.* 44. *numer.* 238. Guſman
*de evic. quæſt.* 10. *numer.* 4. *&* 14. Carol. de Graſ.
*de exception.* 16. *numer.* 45. Tum quia † exceptio 18
fori declinatoria competens principali non compe-
tit ejus fidejuſſori, *l. ſed*, *etſi reſtituatur*, §. 1. *ff.
de judic. l. ſi reus*, *ff. judic. ſolvi*, *l. ex perſona*, *ff.
de fidejuſſor.* Mantica *de tacitis*, *lib.* 16. *tit.* 5. *nu-
mer.* 18. Carol. de Graſ. *de except. except.* 18. *numer.*
10. Scialoya *de foro compet. cap.* 30. *num.* 1. Urſil.
ad Afflict. *dec.* 74. *numer.* 1. Don Diac. Anton. Fran-
ces de Urrutigoyti *de compet. juriſdict. quæſt.* 86. *nu-
mer.* 12. alios plures addit Ripoll. ad Peguer. *in* 19
*prax. civil. rubr.* 9. *ſub numer.* 15. Per quas, & alias
rationes, quod laicus fidejuſſor Clerici conveniri
debeat, & conveniendus ſit coram judice ſæcula-
ri, & non poſſit forum declinare, & petere re-
miſſionem ad judicem Eccleſiaſticum ex perſona
Clerici ſui principalis, docent, & probant Spe-
culat *titul. de compet. judic.* §. *regulariter verſic. Sed
pœne*, Bald. *in l. unica*, *in fine*, *num.* 10. *verſic. Ex-
tra quæritur*, *Cod. de privil. dot.* Roman. *ſingul.* 627.
Cagnol. *in l. venditor. numer.* 10. *ff. de jud.* Socin. *in
cap.* 1. *numer.* 22. *verſic. Decima nona declaratio de foro
compet.* Hipol. de Marſil. *in rub. de fidejuſſor. num.*
311. Mantica *de tacitis*, *libr.* 6. *tit.* 15. *numer.* 18.
*verſ. Ex hoc autem*, *& numer.* 19. *verſic. Ex hoc
autem*, Surdus *conſil.* 396. *numer.* 21. 22. *&* 23. *lib.*
4. Belluga *in ſpecul. Pricip. rubric.* 15. §. *ſed quid
dices*, Bobadilla *in polit. lib.* 2. *capit.* 18. *numer.* 246.
*&* 247. Ambroſin. *de immun. Eccleſ. cap.* 10. *numer.*
51. Carol. de Graſ. *de effect. Cleric. effectu* 1. *numer.*
988. *&* 989. Tondut. *de præv. jud. part.* 2. *cap.* 18.
*numer.* 16. Guzman *de evict. quæſt.* 10. *numer.* 1. *&
numer.* 10. *verſic. Reſtringe primo*, Bajard. ad Clar. §.
*fin. q.* 36. *n.* 9. *verſic. Item adde*, *& q.* 47. *num.* 46. Ma-
rinis *lib.* 1. *reſol. jur. cap.* 133. *n.* 20. ubi Rodoer. *n.* 35.
*verſ. Et demum*, idem Marionis *poſt libr.* 2. *reſol. jur.
allegat.* 148. *n.* 6. Cardoſo *in praxi jud. verbo fidejuſs.
num.* 11. Eſcobar. *de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtud. gen.
cap.* 39. *n.* 4. *verſ. Confirmari poteſt*, Vulpell. *de liber.
Eccleſ. c.* 3. *num.* 28. *verſ. Quod in fidejuſſore Clerici*,
Muſcatell. *de fidejuſſor. part.* 2. *quæſt.* 9. *n.* 34. Hering.
*de fidejuſſor. part.* 4. *cap.* 27. *num.* 75. Anſaldus *de ju-
riſdict. part.* 3. *tit. unico*, *c.* 17. *à n.* 1. *ad* 4. Squillante
*de privileg. Cler. cap.* 7. *n.* 85. Martha *de juriſdict. part.*
4. *caſu* 106. *n.* 1. *&* 2. Scialoya *de foro compet. cap.* 30.
*num.* 3. Reg. Vico *ad pragm. Reg. Sard. tom.* 1. *tit.* 7.
*cap.* 4.

*cap.4.numer.*16. Martha *de juriſd.part.*4. *caſu* 106. *n.*1. *&* 2. Cancer.*part.*3.*var.cap.* 16. *num.* 136. *in fine*, Ego *deciſ.*30.*num.*143.*part.* 1. me citato, diſputato articulo Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſd. quæſt.* 86. *à num.* 1. *ad* 17. quidquid ipſe arbitratus fuerit *num.*18. Marchus diſputato etiam puncto *dec.* 1057. Cabal. *reſol.crim.caſu* 153. *toto*, remiſſivè Barboſa *de jure Eccleſ. univ. libr.* 1.*cap.*39.§. 2. *ſub num.*125. Pereyra *de Academ. numer.*332. *verſic. Quid, de fori privilegio, ibi : Confirmatur.* Et pluries in quamplurimis Italiæ Tribunalibus deciſum reperitur præſertim, Neapoli, ut pulchre per Afflictis *deciſ.* 206. Germaniæ Minſinger. *cent.* 1. *obſerv.* 15. Sabaudiæ Faber. *def.* 1. *Cod. de reſtit. minor.* Franciæ Guido Papa *deciſ.* 162. *numer.* 6. quas deciſiones citat Riccius *collect.* 771. *verſ. Limita quinto*, idem Riccius *collect.* 3. *verſic. Et primo, & collect.* 707. *in fine, late in praxi, reſ.* 125. *in antiquiori impreſſione*, de Regno Neapolis addo Urſil. ad Afflic. *deciſ.* 206. *numer.* 1. Franchis *deciſ.* 400. *num.* 6. ubi Amendoſa, *num.*1. Thoro *in compen.dec.part.* 1.*verbo fidejuſſor laicus*, *fol.*217. Rovit. *deciſ.*19. *numer.* 3. Sanfelicius *deciſ.* 260. *num.* 3. de Ducatu Sabaudiæ addo Fabrum *in Cod. lib.* 8. *titul.* 27. *deff.* 13. Et in Cathalonia ita fuit deciſum per Cancellarium Cador, Conſultoribus Serra, & Pla. 4. Junii 1567. in favorem Abbatiſſæ Monaſterii monialium Sancti Petri Puellarum Civitatis Barcinonæ, contra Antonium Moliner. Bernardum Carrovira mercatores, & Joannem Nicolaum Caligarium fidejuſſores Hieronymi Balaguer, Presbyteri, & Beneficiati, in Eccleſia Barcinonæ, quam etiam referunt Ripoll. *var. capit.* 1.*numer.*515.*&* 516. Xammar. *defin.* 139. *in caſu & à numer.* 1. *à* 6. Et per eundem Cancellarium Caſſador, Conſultoribus Ferret, Quintana, Terca, & Negrell. 11. Maji 1567. in favorem Don Diomedis de Llordar Barcinonæ populati, contra Petrum Joannem de Sant Climent, & Michaelem Angelum Mijavila fidejuſſores Lazari Desboch Clerici ſimpliciter tonſurati obtinentis officium Baſſinerii animarum Purgatorii in Eccleſia Sancti Laurentii de Motulis. Iſte Lazarus Desboch gaudebat privilegio fori Eccleſiaſtici, *ut tradidi deciſ.* 132. *numer.* 14. Et per Cancellarium Loris Conſultoribus Seſcaſes, & Amell 12. Januarii 1582. ſuper dubio, an poſtquam Raphael Moſſet Eccleſiaſticum obtinens beneficium jus firmavit in Curia Eccleſiaſtica Elnen. procedimentis, quæ in Regia Audientia inſtante Geraldo Sajol, tam contra dictum Moſſet, quàm contra Paulum Bernardum Codina factæ cuidam polizæ cambii, quam dictus Moſset fecerat dicto Sajol, poſſit nihilominus dicta Regia Audientia contra præfatum Petrum Bernardum Codina ſolum ad ulteriora cauſæ procedere : fuit declaratum firmæ juris per dictum Raphaelem Moſset, & fiſci Procuratorem Curiæ Eccleſiaſticæ Elnen. in dicta Curia Eccleſiaſtica factæ reſpectu perſonæ dicti Petri Bernardi Codina prætenſi fidejuſsoris dicti Moſset locum non fuiſſe, nec eſse, ſed cognitionem dictæ cauſæ quoad perſonam, & intereſse dicti Petri Bernardi Codina laici ad Curiam ſæcularem Regiæ Audientiæ civilis pertinere, & ſpectare, & in ea fore, & eſse pertractandam, & ſine debito terminandam, Et per Cancellarium Manegat 13. Julii 1584. in favorem Bajuli, & Conſulum Villæ de Ruppe, contra Joannem Daria fidejuſsorem Abbatis Sancti Geneſii de Fontanis Ordinis Divi Benedicti.

20 Sic fidejuſsor familiaris Sancti Officii inquiſitionis non gaudet privilegio fori Sanctæ Inquiſitionis, ſed eſt conveniendus coram judice ſæculari, Cenedo *pract. quæſt.* 12. Narbona, *libro* 20. *gloſſ.* 21. *numero* 61. *titul. primo, libro quarto recop.* quos citavi, *deciſ.* 30. *numer.* 242. *parte prima*, addo Guzman *de evict. quæſt.* 10. *numer.* 62. Scialoyam *de foro compet. quæſt.* 30. *numer.* 2. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſd. q.* 86. *num.* 26.

21 Sic etiam fidejuſsor ſcholaris non gaudet privilegio fori Scholarium Ego *deciſ.* 36. *numer.* 144. *part.* 1. Bald. *in authent. habita, numero* 15. *Cod. ne filius pro patre*, Rebuff. *de privileg. ſcholar. privileg.* 152. *verſic. Limita ſecundo.* Pereyra *de Academ. numer.* 352. *verſic. Quid, de fori privilegio*, Herring. *de fidejuſſor. part.* 4. *capite* 23. *numer.* 14. Eſcobar. *de Pontif. & Reg. juriſdict. in ſtud. gener. capite* 39. *numero primo &* 4. Don Didacus Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſdict. quæſt.* 86. *numero* 26.

Limitatur 1, quando in fidejuſſione fuiſset in- 22
terpoſitum juramentum, nam tunc laicus fidejuſsor Clerici poteſt conveniri cora judice Eccleſiaſtico, non ratione fidejuſſionis, ſed juramenti, *capit. ex ſuſcepto* 9. *de jure jurando*, ſic Carol. de Graſs. *de effect. Cleric. effect. primo, numer.* 989. Cardoſo *in praxi, judic. verbo fidejuſſor, numer.* 11. Carracciol. *de foro privileg. quæſt.* 22. *numer.* 20. Cabreros *de metu libro* 2. *capit.* 6. *numer.* 42. Scialoya *de foro compet. capit.* 30. *numero* 19. ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Agullana, conſultoribus Senjuſt, & Majavila franqueſa 12. Maji 1610. in favorem Michaelis Piquer Presbyteri in Eccleſia Barcinonæ Beneficiati contra Raphaelem Paulum Viloſa Domicellum, Coadjutorem in Officio Magiſtri rationalis Domini Regis ſuper obſervantia juramenti per dictum Viloſa præſtiti in quodam debitorii inſtrumento firmato per Jacobum Broca Clericum obtinentem Beneficium ſub invocatione Sancti Marci inſtitutum in Eccleſia Barcinonæ, Capitulo, & Canonicis dictæ Eccleſiæ, à quibus dictus Piquer jus, & cauſam habet, in quo debitorio dictus Viloſa intervenit tanquam fidejuſsor obligatus.

Sed adverte, quod laicus fidejuſsor Clerici ratio- 23
ne juramenti in inſtrumento fidejuſſionis interpoſiti non eſt neceſse, quod conveniendus ſit coram judice Eccleſiaſtico, ſed poteſt actor illum conveniri coram judice ſæculari, *ut dicam infra, deciſ.* 167. *numer.*, ſic fuit in Cathaloniá deciſum per Cancellarium Sunyer Conſultoribus Llunes, Pons de Caſtellvi, & Ferrer 6. Auguſti 1660. occaſione firmæ juris factæ in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ per Joſephum Sadorni Aromatarium dictæ Civitatis procedimentis contra eum factis in Curia ſæculari Regiæ Audientiæ per nobilem Philippum de Ferreres, & Olzineller ratione fidejuſſionis per dictum Sadorni factæ in permutatione, quæ inita fuerat 20. Maji 1553. inſtrumento recepto penes Jacobum Boleda Notarium publicum Barcinonæ inter Doctorem Jacobum Miret Presbyterum, & dictum Ferreres perſonalis beneficii ſub invocatione Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ, Sanctorumque Joſephi, & Jacobi in Clauſtris Sedis Barcinonæ fundati cum Beneficio ſub invocatione Sancti Petri tertio nuncupato in Eccleſia Parochiali Beatæ Mariæ de Mari Civitatis Barcinonæ, prætendendo introducta cauſa dictæ permutationis, & fidejuſſionis, quæ allegantur nullæ, & ſimoniacæ, tanquam præjudiciales ſuperſedendum fore, & eſse in Curia ſæcular in executione Regiæ ſententiæ, & procedimentorum in ea factorum, contrarium prætendente Procuratore Fiſcali Regiæ Audientiæ, & dicto Ferreres prætendentibus, quod pendente declaratione, an ſit ſimoniaca permutatio, interim valida dici debeat, & ut talis obligatio fidejuſsoria, quæ ſuppoſita validitate permutationis teneret, interim exequi oportere : fuit declaratum, firmæ juris factæ per dictum Sadorni in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ locum fuiſse, & eſse quoad articulum, an dicta permutatio inter dictos Ferreres, & Miret fuerit Simoniaca. Hoc intellecto, quod non impediatur Curia ſæcularis Regiæ audientiæ in executione ſententiæ latæ, & procedimentorum in ea factorum occaſione fidejuſſionis per dictum Joſephum Sadorni Aromatarium factæ.

Limitatur 2. ſi laicus fidejubeat pro Clerico, 24
familiari, ſeu ſcholari penes acta judicis Eccle-

ſiaſticis, Inquiſitorum hæreticæ pravitatis, vel Magiſtri Scholæ, & ſe ſubmittat foro Judicis Eccleſiaſtici Inquiſitorum hæreticæ pravitatis, ſeu magiſtri Scholæ, & foro ſed renuntiaverit, quo caſu laicus fidejuſſor Clerici, familiaris Sancti Officii, ſeu ſcholaris pro dicta fidejuſſione convenitur coram judice Eccleſiaſtico, Inquiſitorum hæreticæ pravitatis, ſeu Magiſtro Scholæ, Genuen. *in praxi Archiepiſ. Neapol. capit.* 12. Riccius *deciſ.* 211. *part.* 2. Caracciol. *de foro privileg. quæſt.* 22. *à numer.* 17. Sanfelicius *deciſ.* 260. Baron. *de citat. tom.* 3. *in addit. ad quæſt.* 18. *numer.* 24. Eſcobar *de Pontific. & Reg. juriſdict. in ſtud. gener. cap.* 39. *numer.* 7. 12. *&* 25. Ego *deciſ.* 36. *numer.* 245. *part.* 1. me citato Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compen. juriſdict. quæſt.* 86. Domin. Vice Cancel. Don. Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſerv.* 54. *numer.* 53. *& obſerv.* 56. *à numer.* 17. Nam laicus † poteſt fidejubere pro Clerico coram judice Eccleſiaſtico, *capit. ex reſcripto, de jure jurando*. Riccius *deciſ.* 211. *part.* 2. Capiblanc. *de Baron. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 13. Baronius *de citat. tom.* 3. *in addit. ad quæſt.* 18. *numer.* 24. Scialoya *de foro compet. cap.* 30. *num.* 6. Et laicus † prorogando juriſdictionem Eccleſiaſticam poteſt coram judice Eccleſiaſtico ſe obligare, *can. inolita* 11. *quæſt.* 1. Vivius *deciſ.* 125. *nu.* 2. Borrell. *in ſumm. deciſ. part.* 1. *tit.* 41. *n.* 140. Scialoya *de foro compet. cap.* 30. *n.* 7. vide infra *deciſ.* 169.

25 (at "rico coram judice") · 26 (at "do juriſdictionem")

27 Verum tamen eſt, quod judex ſæcularis tenetur ſuum brachium impartire in favorem judicis Eccleſiaſtici in exequendo contra laicum fidejuſſorem Clerici pœnes acta judicis Eccleſiaſtici quod per ipſum judicem Eccleſiaſticum fuerit declaratum, Danza *de pug. Doctor, tom.* 1. *tit. de brachii conceſſ. à numer.* 4. & licet aliqui dicant, ut Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. cap.* 12. & Squillante *de privileg. Cleric. cap.* 7. *numer.* 86. quod judex Eccleſiaſticus poteſt carcerare laicos fidejuſſores Clericorum, & contra eos exequi abſque licentia judicis ſæcularis, quando ipſi fidejuſſores laici Clericorum ſe ſubmiſerunt foro Eccleſiaſtico. Tamen quod requiratur licentia judicis ſæcularis docent Sanfelicius *deciſ.* 160. Scialoya, *de foro compet. capit.* 30. *numer.* 5.

28 Limitatur 3. ut procedat, quando creditor agit ſolum contra laicum fidejuſſorem Clerici, nam tunc debet eum convenire coram judice ſæculari, ſi vero creditor movet litem contra Clericum principalem debitorem coram judice Eccleſiaſtico, tunc poteſt coram eodem judice Eccleſiaſtico convenire laicum Clerici fidejuſſorem, ne continentia cauſæ dividatur, Hering. *de fidejuſſor. part. quarta capit.* 23. *à numer.* 18. Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtud. gener. cap.* 39. *num.* 9. *&* 10. Sed contrarium
29 † verius exiſtimo, quia non eſt inconveniens, quod continentia cauſæ dividatur reſpectu eorum, qui ſunt diverſi fori, Fontanella *dec.* 202. *num.* 3. *& p.* 1. *& alibi dicam*.

30 Limitatur 4. licet laicus fidejuſſor Clerici non poſſit declinare forum judicis ſæcularis; tamen Clericus principalis debitor poteſt comparere uti defenſor neceſſarius coram judice ſæculari, & allegare exceptiones ex propria perſona competentes Vulpel. *de liber. Eccleſ. par.* 3. *numer.* 28. Cabal. *reſolut. crim. caſu* 153. *numer.* 4. *in fine*, Xammar. *de fin.* 139. *num.* 6. *&* 7. Cancer. *part.* 2. *var. c.* 5. *n.* 200. Fermoſin. *in cap. ſi diligenti, quæſt.* 3. *num.* 13. *de foro compet.* nam poteſt debitor principalis juvare fidejuſſorem ex ſuis propriis perſonalibus exceptionalibus ut tradunt pluribus citatis Guzman. *de evict. quæſt.* 10. *numer.* 32. 34. 40. *&* 41. Fontanella *deciſ.* 471. *num.* 13. 14. *&* 15. *& deciſ.* 472. *num.* 25. 2. Xammar. *defin.* 39. *num.* 8. *&* 9.

31 Cæterum multum dubito de veritate hujus quartæ limitationis, quod poſſit procedere in practica, ſaltem in caſu exceptionis fori declinatoriæ, & contra limitationem, fuit deciſum in Cathalonia per Cancellarium Loris, Conſultoribus Seſcaſes, & Amell 12. Januarii 1582. quam deciſionem tradidi ſupra *ſub numer.* 19. Et utcumque ſit, limitatio non procedit quando laicus fidejuſſor Clerici ſe obligat ubi principalis, & in ſolidum, nam tunc etiam ſi Clericus debitor principalis uti defenſor neceſſarius compareat coram judice ſæculari, & allegat exceptionem ex propria perſona competentem, laicus fidejuſſor Clerici non eſt remittendus ad judicem Eccleſiaſticum, ex traditis per Barzium *dec.* 56. *ex numer.* 18. Fontanella *deciſ.* 473. *numer.* 1. *&* 6. *part.* 2. Xammar. *defin.* 139. *numer.* 10. quibus adde alios quos refert, & ſequitur Guzman. *de evict. quæſt.* 10. *numer.* 35. Quia fidejuſſor, † qui ſe obligat uti principalis, & in ſolidum large dicitur fidejuſſor, & proprie dicitur reus debendi, & jura loquentia de fidejuſſoribus non habent locum, ubi fidejuſſor ſe obligat uti principalis, & in ſolidum, latè probat Fontanella *deciſ.* 472. *à numer.* 3. *& deciſ.* 473. *à numer.* 1. *part.* 2. quibus addendi ſunt Xammar. *defin.* 139. *numer.* 12. *&* 13. Noguerol *allegat.* 4. *numer.* 37. Seſſe *deciſ.* 224. *num.* 7. 8. *&* 9. *tom.* 2. Tondut. *de prævent. judic. part.* 1. *cap.* 32. *numer.* 37. *&* 38. Luca ad Franchis *deciſ.* 400. *numer.* 10. Fajardus *allegat.* 45. *à numer.* 29. Merlinus *de pignor. lib.* 2. *quæſt.* 78. *numer.* 21. *& libr.* 5. *quæſt.* 8. *numer.* 2. *&* 3. *& quæſt.* 57. *numer.* 13. Bondenus *colluc. legal.* 15. *num.* 32. *&* 33. Conciol. *ad ſtat. Eugubii, libr.* 2. *rub.* 59. *à numer.* 2. ubi Romaguera docte *numer.* 12. & plures alii quos laudant Giurba *conſ.* 45. *numer.* 8. *&* 9. Hodierna *controver. capit.* 44. *à numer.* 11. *ad* 23. Meſa *libr.* 2. *var. capit.* 13. Thoro *in compend. dec. part.* 3. *ſect.* 1. *verbo fidejuſſor. col.* 3. *ad med. verſic. Ex adverſo, fol.* 439. *& in ſuppl. deciſ. verbo fidejuſſor, col.* 2. *in fine, verſic. Ex adverſo replicabatur, fol.* 232. Et in Cathalonia fidejuſſores in publicis inſtrumentis obligari ſolent uti principales, & in ſolidum latiſſimis clauſulis. Fontanella *deciſ.* 472. *num.* 2. *part.* 2. Xammar *defin.* 139. *numer.* 14. alias plures limitationes ad regulam traditam *numer.* 19. referunt Hering. *de fidejuſſorib. libr.* 4. *capit.* 23. Pereyra *de Academia, numer.* 552. *ſub verſic. Quid de fori privilegio*.

32 (at "gat uti principalis") · 33 (at "mentis obligari")

34 Sed ſcias, quod ſi laicus fidejubeat pro Clerico, & ipſe laicus fidejuſſor conveniatur coram judice ſæculari, & ab eo ſit condemnatus, non poteſt iſte laicus fidejuſſor Clerici coram judice ſæculari convenire Clericum principalem ad ſolvendum quod pro eo ſolvit, ſed debet adire judicem Eccleſiaſticum, ut docent reprobatis contrariis Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effect.* 1. *n.* 987. Scialoya *de foro compet. cap.* 30. *n.* 18.

35 Scias etiam, quod ſi laicus fidejubeat pro laico, ſi deinde laicus fidejuſſor efficiatur Clericus, ipſe fidejuſſor Clericus effectus conveniri debet coram judice Eccleſiaſtico, Carolus de Graſſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 1009. Squillante *de privileg. creditor. capit.* 7. *numer.* 87. *in fine*, Scialoya *de foro competent. capit.* 30. *numer.* 12. Marinis *poſt lib.* 2. *reſol. jur. allegat.* 147. *numer.* 4. Luca ad Franchis *deciſ.* 400. *numer.* 7. Anſaldus *de juriſdict. part.* 3. *titul. unico capit.* 17. *numer.* 16. *&* 17. Sed ſi laicus † fidejubat de judicio 36 ſiſti coram judice ſæculari, & poſtea ipſe laicus fidejuſſor efficiatur Clericus, fidejuſſio ipſa finitur, & non poteſt, conſtringi per judicem ſæcularem, coram quo fidejuſſit, Martha *de juriſdict. part.* 4. *caſu* 105. *numer.* 15. *&* 16. Riccius ad Franchis; *deciſ.* 400. Scialoya *de foro compet. capit.* 30. *num.* 13. Guazinus *defenſ.* 6. *capit.* 4. *numer.* 5. Conciolus, *reſol. crimin. verbo cautio, de repræſentando, reſ.* 5. *num.* 3.

37 Scias denique, quod fidejuſſor de judicio ſiſti eſt liberatus, ſi is pro quo fidejuſſit, effectus fuerit Clericus, vel Religioſus Boſſius *in prax. crim. titul. de carcer. fidejuſſ. committ. num.* 4. Hyppol. de Marſil. *in rub. fidejuſſor. à numer.* 132. Carolus de Graſſ. *de effect.* 51. Farinacius *in praxi, part.* 1. *quæſt.* 34. *numer.* 38. Giurba *conſil.* 35. *numer.* 13. Vermigliolus *conſil.* 306. *numer.* 2. Squillante *de privileg. Cler. privil.* 45. Cabal. *reſol. crim. caſu* 190. *numer.* 4. Anſaldus *de juriſdict. part.* 3. *titul. unico capit.* 17. *num.* 5. Scia-

5. Scialoya *de foro competen. capit.* 30. *num.* 13. *verſic. Sic etiam*, Guazinus *defenſ. 6. capit.* 2. *numer.* 46. *& defenſ.* 6. *capit.* 4. *num.* 5. Rovit. *deciſ.* 19. Marinus *lib.* 1. *reſolut, jur. capit.* 133. *& poſt liber* 2. *allegat,* 147. Sanfelic. *deciſ.* 21. *& dec.* 158. *&* 159. Luca ad Franchis *deciſ.* 400. *n.* 7. Martha *de juriſdict. par.* 4. *caſu* 106. *n.* 3. *&* 4. Conciol. *reſol. crim. verbo cautio, de repræſentando reſol,* 5. *n.* 1.

38 Notandum tamen eſt, quod Religioſus non poteſt eſſe fidejuſſor, niſi de licentia Prælati, & majoris partis capituli, *cap. quod quibuſdam,* 4. *de fidejuſſor,* imo nec prælatus Monaſterii id poteſt abſque conſenſu majoris partis Capituli, adeo quod ſi Religioſus de facto fidejubeat irrita eſt fidejuſſio, ut docent multis citatis Sanchez *in decalog, tom.* 2, *lib,* 6. *cap,* 14, *à numer.* 38, Caſtr. Palaus *in opera mor. par.* 3. *tract.* 16. *diſp.* 4. *punct.* 13. §. 4, *numer,* 1, *&* 2, Barboſ. *in cap. ſuper quibuſdam* 4. *num,* 1. 4. 5. *&* 6. *de fidejuſ. & de jure Eccleſ. univ. libr.* 1. *cap.* 43, *num.* 58. 59. *&* 60. Lezana *quæſt. regul, tom.* 1. *cap.* 9. *n.* 18.

---

*ARGUMENTUM.*

## An Clericus tacitè, aut expreſsè poſſit renuntiare privilegio fori Eccleſiaſtici conſentiendo in judicem ſæcularem.

*SUMMARIUM.*

1 *Clericus neque tacitè, neque expreſsè poteſt renuntiare privilegio fori Eccleſiaſtici conſentiendo in judicem laicum, num.* 1. *tam in civilibus, quam in criminalibus, num.* 2. *nec cum juramento, num.* 3. *nec cum conſenſu Epiſcopi, num.* 4. *neque à quacumque communitate Eccleſiaſtica, numer.* 5. *nec à Conſilio Generali, num.* 6. *ſive Clericus ſit in ſacris ſive primæ tonſuræ, n.* 13.

7 *Confeſſio Clerici facta coram judice ſæculari nulla eſt.*

8 *Proceſſus factus per judicem ſæcularem contra Clericum eſt ipſo jure nullus.*

9 *Sententia lata per judicem ſæcularem contra Clericum nulla eſt.*

10 *Factum qui ſit per judicem ſæcularem contra Clericum eſt nullum, etiam ſi Clericus taceat, & de Clericatu non opponat.*

11 *Judex ſæcularis, qui de facto tulit ſententiam contra Clericum, poteſt illam revocare ſub prætextu incompetentiæ.*

12 *Clericus citatus à judice ſæculari omittens opponere fori declinatoriam puniri debet per judicem Eccleſiaſticum pœna extraordinaria.*

## DECISIO CLIV.

1 REgula eſt certa, quod Clericus neque tacitè, neque expreſsè poteſt renuntiare privilegio fori Eccleſiaſtici conſentiendo in judicem ſæcularem, cum introductum ſit in favorem totius ordinis clericalis, ut juribus, rationibus, & copioſa Doctorum allegatione tradunt Carol. de Graſſ. *de effect.* 1. *à numer.* 42. *cum plurib. ſeqq.* Barboſ. *de jure Eccleſ. univ. libr.* 1. *capit.* 39. §. 1. *numer.* 8. Vela *diſſert.* 43. *numer.* 14. *tom.* 1. quos & alios innumeros ego citavi *deciſ.* 12. *numer.* 26. *part.* 1. quibus addendi ſunt Caracciol. *de foro privil. quæſt.* 22. *numer.* 2. Sperel. *deciſ.* 8. *numer.* 16. *lib.* 1. Arſil. ad Afflict. *deciſ.* 2. *numer.* 2. Barboſa pluribus citatis *in capit. ſi diligenti, numer.* 2. *&* 4. *in addit. tom.* 6. *numer.* 1. *de foro compet. & in l. ſi quis in conſcribendo per tot. Cod. de Epiſc. & Cler.* Caſtr. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 11. *diſp. unic. punct.* 11. *numer.* 5. *in fine, & part.* 2. *tract.* 12. *diſp. unica, punct.* 11. *numer.* 1. Lezana *in ſumm. quæſt. regul. part.* 3. *verbo Clericus, numer.* 19. *verſic. Unde non poſſunt,* Diana *in coordinat. reſol. mor. part.* 9. *tract.* 1. *reſol.* 57. *numer.* 7. *verſic. Deinde probat, & tract.* 2. *reſol.* 5. *numer.* 70. *&* 71. Baronius *de citat. tom.* 3. *in addit. ad quæſt.* 25. *numer.* 4. Anſaldus *de juriſdict. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 1. *à numer.* 35. Hodierna ad Surdum *deciſ.* 110. *numer.* 6. Manfrella ad Capyc. Latro *deciſ.* 123. *numer.* 26. *in fine*, videndus in ornatum Pereyra *de Academia à numer.* 298. *ad* 304. Bondenus *colluct. legali* 261. *numer.* 67. pro mille Juli Chartar. *de foro compet, numer.* 3941. ita fuit in Regia Audientia Cathaloniæ deciſum 10. Septembris 1539. referente Sala vardenna inter Joannem Roig ex una, & Vincentium Roſſell. Canonicum Sedis Barcinonæ ex altera, vidi in Archivo Regio. Et meo tempore ad relationem Magnifici Franciſci Vidal y Rocca 28. Septembris 1568. in favorem Philippi Alegere militis, & Infantionis, & Petri Pons Notarii Cauſidici Civium Barcinonæ contra Syndicum Capituli Sedis Barcinonæ, Scriba Preve.

Tam in civilibus, quàm in criminalibus, Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 44. *&* 53. multos citant Diana *reſolut. mor. p.* 1. *tract.* 2. *reſol,* 3. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſolut.* 5. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *capit.* 3. *dub.* 13. *numer.* 4. *& de parlament. dub.* 27. *ſect.* 8. *ſubſect.* 3. *numer.* 5. Fermoſin. *in cap. ſi diligenti, quæſt.* 1. *ſub num.* 16. *de foro compet.* & alii ex citatis à me *dec.* 12. *num.* 26. *part.* 1. 2

Nec cum juramento, quia tale juramentum, ut pote de re illicita, & quæ non eſt in poteſtate renuntiantis, nullum, & ſacrilegium eſt, Ego plures citavi *deciſ.* 12. *numer.* 27. *part.* 1. quibus addo Amendol. Ad Franchis *deciſ.* 400. *numer.* 14. Ambroſin. *de imm. Eccleſ. capit.* 16. *numer.* 12. *in fine*, Petr. Barboſa *in leg.* 1. *part.* 5. *numer.* 73. *ff. ſoluto matr.* Riccium *de judic. quæſt.* 31. *rumer.* 3. Guttier. *de juramen. confir. part.* 1. *cap.* 18. *num.* 58. Auguſt. Barboſa *in cap. ſi diligenti,* 18. *numer.* 8. *verſic. Amplia primo, & in addit. tom.* 6. *numer.* 1. *de foro compet.* Caſtr. Palaum *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 12. *diſp. unica punct.* 11. *numer.* 2. Bajard. ad Clar. §. *fin. quæſt.* 26. *numer.* 11. Villalobos *in ſumm. part.* 2. *tract.* 19. *diff.* 12. *numer.* 5. latè Anſaldus *de juriſd. part.* 2. *tit.* 10. *cap.* 15. *à numer.* 117. *& tit.* 11. *cap.* 1. *numer.* 42. *&* 43. Carol. de Graſſ. Pluribus laudatis *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 46. Juli Chartar. *de foro compet. numer.* 69. 395. *&* 396. 3

Nec cum ſenſu proprii Epiſcopi, Ego multos laudo *deciſ.* 12. *numer.* 28. *part.* 1. adde Caſtr. Palaum *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 12. *diſp. unica, punct.* 11. *num.* 3. Bellet, *diſq. Cler. part.* 1. *titul. de favor. Cler. perſon.* §. 2. *numer.* 17. alios plures citant Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effect.* 1. *numer.* 47. *verſic. Subampliatur quarto, numer.* 652. Ricc. *de pub. judic. quæſt.* 35. *numer.* 3. Bajard. ad Clar. §. *fin. quæſt.* 36. *numer.* 11. Auguſtin. Barboſ. *in capit. ſignificaſti, numer.* 5. *de foro compet.* Jul. Chartar *de foro compet. numer.* 156. *verſic. Septimo videmus, ibi: Clerici vero, & numer.* 400. Bondenus, *colluct. legali* 26. *numero* 68. 4

Neque à quacumque communitate Eccleſiaſtica, quæcumque illa ſit, præjudicari, aut derogari poteſt renunciando privilegio fori Eccleſiaſtici, Suar. *lib.* 4. *de immun. Eccleſ. cap.* 31. *numero* 10. Caſtr. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 12. *diſp. unica, punct.* 11. *num.* 4. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 1. *dub.* 14. *ſect.* 1. *num.* 15. dixi ſupra *hac part.* 3. *deciſ.* 123. *numer.* 1. 5

Nec à Concilio Generali, nec à Summo Pontifice hoc privilegium tolli, derogari, vel renuntiari totum poteſt, Ego cum multis *deciſ.* 7. *num.* 105. *&* 106. *p.* 1. quibus addendi ſunt Caſtr. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 12. *diſp. unica, punct.* 11. *numer.* 5. Thom. del Bene *de parlament. dub.* 27. *ſect.* 8. *ſubſect.* 3. *num. & de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 1. *dub.* 14. *à numer.* 16. Fermoſin. *in cap. ſi diligenti, quæſt.* 1. *& à num.* 8. *de foro compet.* plures alios citat Jul. Chartar. *de foro competent. num.* 137. 6

Ex qui-

7 Ex quibus infertur 1. quod confeſſio Clerici facta coram judice ſæculari nulla eſt, tanquam facta coram judice incompetente, Ego poſt plures deciſ. 31. num. 120. 122. 12. & part. 1. addo alios quos citant Auguſt. Barboſa in cap. at ſi Clerici, num. 5. & 6. ubi Fermoſinus, quæſt. 7. num. 5. de judic. Sperel. deciſ. 18. numer. 11. & deciſ. 48. numer. 64. part. 1. Valaſc. conſult. 165. var. Superioribus convenit, id. Caſtr. Palaus in oper. mor. part. 2. tract. 12. diſp. unica, punct. 11. numer. 6. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. capit. 1. dub. 14. ſect. 2. numer. 1. Anſaldus de juriſdict. part. 2. tit. 11. capit. 1. numer. 68. 69. & 70. Conciol. reſol. crim. verbo Confeſſio, reſol. 7. à numer. 1.

8 Et proceſſus factus per judicem ſæcularem contra Clericum eſt ipſo jure nullus, tam ſi fiat in contumacia, quàm eo comparente, Farinac. deciſ. 81. num. 3. ubi addit. litera B, Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 17. num. 20. Martha de juriſdict. part. 4. caſu 102. num. 10. & 11. Sperel. deciſ. 18. num. 18. lib. 1. Lezana in ſumm. q. regul. par. 3. verbo Clericus, num. 24. verſic. Imo, alios multos cumulat Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect. 1. à numer. 228. Ego plures cito deciſ. 21. n. 117. part. 1.

9 Et ſententia lata per judicem ſæcularem contra Clericum eſt nulla, ut docent pluribus citatis Franchis deciſ. 400. num. 6. & 7. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect. 1. à numer. 350. Auguſt. Barboſa in cap. at ſi Clerici 4. numero 2. ubi Fermoſin. quæſt. 7. numer. 2. de judic. Caſtr. Palaus in oper. mor. part. 2. tractat. 12. diſput. unica, punct. 11. numer. 6. verſic. Idem eſt, Covar. pract. capit. 33. numer. 2. verſic. Igitur ſententia, Ambroſin. de immun. Eccleſ. capit. 17. numer. 20. Petr. Barboſa in l. ſi quis ex aliena 5. num. 101. & 102. ff. de jud. Valaſc. conſult. 165. verſic. Clericus vero, Daniel de Nobilibus in addit. ad diſp. 40. num. 11. Lezana in ſumm. q. regul. part. 3. verbo Clericus, nu. 24. verſic. Imo.

10 Et in univerſum, quidquid fit à judice ſæculari contra Clericum, eſt prorſus nullum, etiam ſi Clericus taceat, & de Clericatu non opponat. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 115. Farinac. in prax. part. 1. quæſt. 8. numer. 15. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect. 1. numer. 338. Ambroſin. de immun. Eccleſ. capit. 17. numer. 10. & in verſic. Hæc exceptio, Bovad. in polit. libr. 2. capit. 18. numer. 186. Maſcard. de gener. ſtat. interp. concluſ. 1. à numer. 158. Caſtr. Palaus in oper. mor. 2. tract. 24. diſp. unica, punct. 11. num. 6. in fine, Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 1. dub. 14. ſect. 2. num. 4. Fermoſin. in cap. at ſi Clerici, qu. 7. n. 3. de jud. Anſaldus de juriſdict. par. 1. titul. 1. cap. 1. num. 58.

11 Infertur 2. quod judex ſæcularis, qui tulit ſententiam contra Clericum, de facto poteſt illam revocare ſub prætextu incompetentiæ, Decian. tract. crim. tom. 1. libr. 4. cap. 9. numer. 61. in fine, & numer. 115. Farinac. in praxi, part. 1. quæſt. 8. numer. 15. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect. 1. numer. 58. Caſtr. Palaus in oper. mor. part. 2. tract. 12. diſp. unica punct. 11. num. 7. Carocius de except. ex capit. 22. numero 2. verſic. Addo, Maſcard. de gener. ſtat. interp. concluſ. 1. num. 150. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 1. dub. 14. ſect. 3.

12 Infertur 3. quod Clericus citatus à judice ſæculari omittens opponere fori declinatoriam puniri debet per judicem Eccleſiaſticum pœna extraordinaria tanquam canonis tranſgreſſor, Carol. de Graſſ. plures citat de effect. Clericat. effect. 1. numer. 51. quem, & alios multos laudavi deciſ. 22. numero 96. part. 1. addo Caſtrum Palaum in oper. moral. part. 2. tract. 12. diſput. unica, punct. 11. numer. 8. Bajard. ad Clar. §. fin. quæſt. 36. num. 11. Riccium de pub. judic. quæſt. 35. numer. 4. Fermoſin. in cap. ſi diligenti, quæſt. 1. numer. 16. de foro compet. Anſald. de juriſdict. part. 2. titul. 11. cap. 1. num. 44. & 45. alios plures cumulat Jul. Chartar. de foro compet. numer. 398. & incurrit excommunicationem, Fermoſinus in capit. ſi diligenti, quæſt. 5. numer. 12. de foro compet. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect. 1. numer. 73. & alias pœnas de quibus Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effectu 1. numero 52. Anſald. de juriſdict. part. 2. titul. 11. capit. 1. numer. 46. cum ſeqq.

Prædicta nedum procedunt in Clerico exiſtente 13
in ſacris, ſed etiam in clerico primæ tonſuræ, qui nec poteſt privilegio fori renuntiare, de quo late dicam, part. 4.

---

## *ARGUMENTUM.*

### An Clericus conventus coram judice ſæculari in qualibet parte judicii poſſit opponere exceptionem fori declinatoriam.

## *SUMMARIUM.*

*1 Clericus conventus coram judice ſæculari ſemper, quandocumque, & omni quocumque tempore poteſt opponere exceptionem fori declinatoriam, numer. 1. in quacumque parte Judicii, numer. 2. nedum in progreſſu litis, & lite conteſtata, & poſt denuntiationem proceſſus, ſeu concluſionem in cauſa, & aſſignationem ad ſententiam, numer. 3. ſed etiam poſt latam ſententiam, num. 4. & 5. & poſt proviſionem decreti executionis, & expeditionem literarum executorialium, & in ipſa executione, num. 6. & in cauſa appellationis, num. 7. & adverſus executionem trium ſententiarum conformium, n. 8.*

*9 Exceptio judicis incompetentiæ, & fori declinatoriæ debet opponi ante litem conteſtatam, numer. 9. quid in Cathalonia, num. 10. niſi eſſet de novo orta, vel ad notitiam partis poſt litem conteſtatam perveniſſet, num. 11. quæ novæ notitiæ juramento probatur, num. 12. Niſi exceptio eſſet omnimodæ incompetentiæ judicis, & fori declinatoriæ, cujus juriſdictio prorogari non poſſet, nec prorogata cenſetur, poteſt opponi quandocumque, num. 13. ſemper, num. 14. de quacumque parte litis, n. 15. etiam poſt ſententiam, n. 16. & poſt tres ſententias conformes, n. 17. & 18.*

*19 Exceptio omnimodæ incompetentiæ judicis numquam cenſetur rejecta, nec ſublata ab ſtatuto excludente omnes exceptiones, numer. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. & 26.*

## DECISIO CLV.

INfertur etiam ex dictis dec. 154. quod Clericus con- 1
ventus coram judice ſæculari poteſt opponere exceptionem fori declinatoriam, & petere ſe remitti ad judicem Eccleſiaſticum ſemper, Marin. poſt lib. 2. reſol. jur. allegat. 124. num. 2. verſic. nunquam tamen, quandocumque, & omni quocumque tempore, Valaſc. conſ. 65. in princ. Pet. Barboſa in l. titia, ſub numer. 31. ff. ſolut. matrim. Fermoſin. in capit. at ſi Clerici, 4. quæſt. 7. de judic. Baron. de citation. tom. 3. in addit. ad quæſt. 29. numero 9. in fine, Ripoll. ad Peguer. rubr. 9. numero 17. & alii infra, numer. 4.

In quacumque parte judicii, & litis, Bald. & Di- 2
dac. Perez, quos citat Azeved. l. 1. ſub num. 21. titul. 21. titul. 5. lib. 4. recop. Bald. & Grammatic. quos refert Larrea deciſ. 10. ſub num. 10. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect. 1. numero 645. Ripoll. var. capit. 1. numero 218. & de magiſtr. leg. mor. capite 10. numer. 10. 11. & 12.

Nedum in progreſſu litis, Larrea deciſ. 10. ſub 3
numer. 10. & lite conteſtata, Scialoya de foro compet. cap. 8. numer. 64. in fine, & num. 66. in princ. Muſcatel. in praxi, part. 2. gloſſ. competentes, à numer. 17. & poſt denuntiationem proceſſus, ſeu concluſionem in cauſa, & aſſignationem ad ſententiam, ut fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Peguera, Senjuſt, Magarola, & Rubicoll. 31. Januarii 1606. in favo-

rem

rem Curiæ Eccleſiaſticæ Tarraconæ, Prioris, & Conventus Scalæ Dei, contra Curiam ſæcularem Regiæ Audientiæ, Epiſcopum, Capitulum, & Canonicos Ilerdæ, quam tradidi deciſ. 22. ſub numero 86. & 88. part. 1. meminit Ripoll. var. cap. 1. num. 218.

4 Sed etiam poſt latam ſententiam, Decius ita intellexiſſe judicatum refert conſ. 240. in princ. Urſil. ad Afflict. deciſ. 2. num. 2. Covar. pract. 1. capit. 33. numer. 2. verſic. Secundo. Azevedo lib. 1. numer. 21. titul. 5. lib. 4. recop. Jul. Clar. §. fin. quæſt. 36. numer. 5. Grammat. deciſ. 61. à numer. 18. & poſt ſuas deciſiones, conſ. 1. num. 47. & 48. Ambroſin. de immun. Eccleſ. capite 17. numero 20. verſic. Et exceptio iſta, Farinac. in praxi, part. 1. quæſt. 8. numer. 15. Carol. de Graſſ. alios addit. de effect. Cler. effectu. 1. numer. 645. Petr. Barboſa in l. ſi quis ex aliena 5. numer. 70. ff. de judic. Germon. de ſacro immun. libr. 1. cap. 15. numero 13. & lib. 3. capit. 1. à numer. 50. Reg. Vico ad prag. Reg. Sard. lib. 1. titul. 4. capite 4. num. 10. verſic. Sed quid, Carleval de judic. lib. 1. diſt. 2. num. 811. verſic. Et quidem, Sciolaja de foro compet. cap. 8. numero 66. verſic. Immo Clericus, Bobad. in polit. lib. 2. capit. 18. numer. 186. Fermoſin. in rub. quæſt. 3. num. 8. & in cap. ſi diligenti, quæſt. 9. de foro compet. & in c. exceptionem, quæſt. 2. numero 1. de except. Gamma de Sacrament. præſt. ult. ſuppl. dam. quæſt. 5. num. 25. Ripoll. de magiſtr. leg. maris capit. 10. numer. 10. 11. & 12. ſic practicaſſe refert Cancer. part. 1. var. capit. 8. numer. 8. & in praxi ſervari vidiſſe teſtatur idem Cancer. part. 2. var. capite 2. numero 153.

5 Sic fuit † in Cathalonia per Cancellarium deciſum 7. Octobris 1601. refert Ferrer. part. 3. obſerv. capite 210. aliam deciſionem tradit Peguera deciſ. 17. part. 2. binas laudat Fontanella de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 3. gloſſ. 3. numero 44. & deciſ. 320. num. 3. & 4. part. 2. Et per Cancellarium Loris, Conſultoribus Ros, Cordelles, & Sala 15. Januarii 1578. in favorem Franciſci Bolet Clerici obtinentis beneficium in Eccleſia de la Pobla Diœceſis Gerundæ, contra Jolantem Garbina viduam Franciſci Garbi I. V. D. Barcinonæ. Et per eumdem Cancellarium Loris eodem die cum eisdem Conſultoribus in favorem dicti Bolet, contra Franciſcum Vidal mercatorem Civitatis Minoriſſæ. Et per Cancellarium Manegat, Conſultoribus Peguera, Guardiola, & Oliba 17. Februarii 1587. in favorem Conventus Monialium de Monte Sion Civitatis Barcinonæ contra Montferratum Simò. Et per Cancellarium Copons, Conſultoribus Peguera, Guardiola, Alzina, Ferran, Begas, & Valencas 9. Decembris 1594. in favorem fratris Alvari Cella Procuratoris, & Theſaurarii generalis Religionis, & militiæ Sancti Joannis Hyeroſolimitanen. contra Chriſtophorum Mantſerratum Montaner. Et per Cancellarium Puigmari 31. Julii 1625. in favorem Monaſterii Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Civitatis Barcinonæ contra Honofrium Sala negotiatorem dictæ Civitatis, Quas tradidi deciſ. 22. numer. 86. part. 1. quibus addo aliam declarationem factam per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Sènjuſt, & Soler 25. Auguſti 1621. in favorem Hoſpitalis Sanctæ Crucis Barcinonæ contra Catharinam Maſſana, quam tradidi deciſ. 26. numer. 21. part. 1. & ſupra hoc part. 3. deciſ. 141. numer. 11. Et per Cancellarium Erill, Conſultoribus Carreres, & Garan 4. Martii 1633. in favorem Communitatis Presbyterorum Eccleſiæ Parochialis Beatæ Mariæ de Pine Civitatis Barcinonæ contra Raphaelem Uguet Presbyterum, alias deciſiones addit Ripoll. var. c. 1. à n. 215. ad 222. ad quas ſe refert in addit. ad Peguera in prax. civ. rub. 9. n. 17. & in Aragonia ſic nominatim deciſum teſtatur Portol. ad Molin. poſt §. Clericus, foro 1. n. 67.

6 Immo poſt proviſionem decreti executionis, & expeditionem literarum executorialium, & in ipſa executione, Larrea deciſ. 10. ſub numer. 10. Caroccius multos laudat de except. 22. q. 3. numer. 1. & 2. ut in civilibus fuerit deciſum in Cathalonia per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Carreras, Garau, & Pexo 9. Aprilis 1631. in favorem Rectorum, & adminiſtratorum Hoſpitalis Beatæ Mariæ Angelorum, & Sancti Michaelis Civitatis Ilerdæ, contra Nobilem Franciſcum de Agullo, & de Pinos, quam tradidi hac part. 3. dec. 41. numer. 11. & in criminalibus caſum refert Oliba de jure fiſci, cap. 14. n. 84. & Ego notavi deciſ. 9. num. 88. & deciſ. 22. n. 119. par. 1.

Et in cauſa appellationis, deciſionem Cancellarii 7
Cathaloniæ de menſe Decembris 1551. refert Ferrer, p. 3. obſer. cap. 211.

Et adverſus executionem trium ſententiarum con- 8
formium, gloſſ. in clement. 1. de re judic. ſic intellecta ab alia gloſſ. in clement. 1. de ſequeſ. poſſe. & fruct. Covar. pract. cap. 33. nu. 2. verſ. Immo hæc exceptio, Germon. de ſacror. immun. lib. 3. cap. 15. num. 54. Velaſc. conſult. 65. in princ. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effectu. 1. numer. 639. Carleval. de judic. lib. 1. diſp. 2. ſub num. 811. verſic. Et quidem, Scialoya de foro compet. cap. 8. ſub numer. 64. & n. 66. verſ. Et Clericus. Fontanella deciſ. 376. nu. 10. p. 2. Ripol. ad Peguer. in prax. civil. rub. 9. n. 17.

Quia licet regulariter exceptio judicis incompeten- 9
tiæ, & fori declinatoriæ opponi debeat ante litem conteſtatam, ne aliàs videatur in judicem conſentire, & ſi citatus à judice incompetenti compareat, & coram eo litiget, & patiatur litis conteſtationem fieri, non lite conteſtata opponere fori declinatoriam, & petere, ſe remitti ad judicem competentem, leg. fin. Cod. de except. l. nemo poſt litem, Cod. de juriſdict. com. jud. l. penult. ff. eodem, cap. inter Monaſterium, ff. de re judic. Guazzin. defen. 12. cap. 1. numer. 50. Faber. defin. 2. Cod. de judiciis, Caracciol. de foro privileg. quæſt. 8. à numer. 1. Riccius collect. 779. in priv. Paz in prax. tom. 1. part. 5. numer. 22. & 23. Carol. de Graſſ. de excep. 18. numer. 13. Fontanella deciſ. 21. numer. 5. part. 1. Barboſ. in l. nemo poſt, num. 3. Cod. de juriſd. om. judic. & in cap. paſtoralis, 4. num. 3. de except. & in cap. inter Monaſterium, num. 3. de ſent. & re judic. Martha de juriſdict. part. 4. caſu. 36. numer. 1. & 2. 3. Fermoſin. in rub. 3. quæſt. 3. numer. 10. de foro compet. & in rub. quæſt. 3. n. 2. & 3. in cap. paſtoralis, 4. quæſt. 1. numer. 5. de excep. Scialoya de foro compet. capit. 8. numer. 64. Ferrer. in Conſtit. Los impuber. gloſ. 3. numer. 48. Portol. ad Molin. §. exceptio, numer. 82. Seſſe de inhibit. cap. 5. §. 1. numer. 5. & 6. Bonden. collect. legal. 4. num. 71. & collect. legal. 19. numer. 40. Carleval. judic. lib. 1. diſput. 2. numer. 374. verſ. Ratio autem, & numer. 992. verſ. Quæ probatur, & libr. 1. tit. 2. diſput. 4. numer. 10. Azevedo libr. 1. numer. 6. tit. 5. libr. 4. recop. Pichard. in manduc. ad prax. præcept. 3. numer. 3. Peguera in prax. civ. rub. 9. numer. 2. juncto numer. 6. ubi Ripoll. numer. 11. & 17. verſ. Regulariter, & var. capit. 1. numer. 215. & capit. 4. numer. 16. de Magiſtr. Log. Mar. capit. 10. numer. 8. & 9. & in Cathalonia † intra octo dies, intra quos reus debet reſpondere petitioni actoris; Conſtit. 1. de ex- 10
ceptions, Cancer part. 1. var. capit. 18. numer. 6. Ripoll. var. capit. 1. numer. 216. niſi eſſet † de novo or- 11
ta, vel ad notitiam partis poſt litem conteſtatam perveniſſet, Azeved. lib. 1. ſub numer. 6. 29. tit. 5. lib. 1. recop. Gail. lib. 1. obſerv. 33. Carol. Graſſ. excep. 18. numer. 13. Riccius collect. 779. verſ. Limita ſecundo, Borel. in ſumm. deciſ. part. 1. tit. 43. numer. 79. Scialoya de foro compet. cap. 8. numer. 7. Barb. in cap. inſinuante 25. numer. 4. & 6. de offic. & poteſt. jud. deleg. & in cap. paſtoralis, num. 3. ubi latè Fermoſin. qu. 1. à num. 9. de excep. Seſſe de inhibit. cap. 5. §. numer. 9. Peguera in praxi civil. rub. 9. num. 6. verſ. Limitatur primo, ubi Ripoll. alios addit. num. 38. Cancer. part. 1. var. cap. 18. num. 5. quæ nova † notitia jura- 12
mento probatur, Azevedo l. 1. num. 30. tit. 5. libr. 4. recop. Barboſa in cap. paſtoralis, 4. num. 19. ubi Fermoſin. quæſt. 1. num. 1. 2. & 3. de except. Cancer. p. 1. var. c. 19. num. 5. Ripoll. ad Peguer. in prax. civil. rub. 9. numer. 39.

Tamen quando exceptio eſt omnimodæ incom- 13
peten-

petentiæ judicis, & fori declinatoriæ, cujus juriſdicto prorogari non poteſt, nec prorogata cenſetur, poteſt opponi quandocumque, *gloſſ. in clement.* ubi Barboſa *numer. 48. de ſequeſt, poſſe, & fruct.* Azeved. *l.1.numer.11.tit.5,lib.4. recop. & l. 2. numer. 26. tit. 17. libr. 4. recop.* Marinis *poſt lib. 2. reſol. jur. alleg.* 124.
14 *numer. 4. 5. & 6,* † & ſemper Decius *conſ. 38. numer.* Ripa *in leg. 4. §. condemnatum, numer. 4. in fin. ff. de re de judic.* Marin. *poſt libr. 2. reſol. jur. alleg.* 124. *numer. 2, in fine;* In quacumque parte li-
15 tis, Covar. *pract. capit. 15, numer. 4,* Paz *in praxi, tom. 1. part. 5. numer. 24. & 25.* Pichard. *in manuduct. ad praxim præcept. 3. numer. 4.* Fermoſin. *in cap. at ſi Clerici 1. quæſt. 7. numer. 3. de judic. & in rub. de foro compet. quæſt. 3. numer. 4. & 5,* etiam poſt
16 † ſententiam, Azeved. *l.7. ſub numer. 25. tit. 17. libr. 3. recop.* Barboſ. *in clem. 1. ſub numer. 48. de ſequeſt. poſſeſ. & frum.* Carocius *de except. except. 22. quæſt. 1. numer. 6. & 7.* Cabedo *deciſ. 22. numer. 3. & 4. par. 1.* Fontanella *deciſ. 376. numer. 10. part.* & poſt tres
17 † ſententias conformes, *gloſſ. in clement, 1.* ubi Barboſa *numer. 48. in fin. de ſequeſt. poſſ. & fruct.* Azeved. *leg. 2. numer. 27. tit. 17. lib. 4. recop.* Covar. *pract. capit. 25. numer. 4. & capit. 33. numer. 2. verſ. Immo,* Guttier. *pract. lib. 1. quæſt. 96. numer. 8,* Trentacinq. *var. libr. 2. de execut. rei judic. reſol. 1. numer. 8.* Fermoſin. *in cap. at ſi Clerici 4. quæſt. 7. ſub numer. 7. de jud. & in rub. quæſt. 3. numer. 6. & in cap. ſi Clericus, 5. quæſt. 17. numer. 4. de foro compet.* Scialoya *de foro compet. cap. 8. ſub numer. 94.* Gamma *de ſacram. quæſt. 5. numer. 25. verſ. Pro quo etiam facit,* Caroc. *de except. 22. quæſt. 13.* Cardin. *controv. forenſ. capit. 49. numer. 44. & 41. lib. 1.* Cævallos *de cog. per viam. violen. part. 2, quæſt. 126. numer. 11. verſic. Qua de cauſa, juncto, numer. 12. verſic. Declaranda,* Fontanel. *dec. 376. num. 10. part. 2.* Cabedo *deciſ. 22. numer. 3. & 4. part. 1.*

18 Et ſic quoties exceptio omnimodæ incompetentiæ judicis, & fori declinatoriæ redderet judicium retro nullum, aut funditus eradicaret juriſdictionem judidicis, cujus juriſdictio prorogari non poteſt, nec prorogata cenſetur, ſemper, & quandocumque opponi poteſt, nedum poſt litem conteſtatam, & poſt ſententiam ad impediendam illius executionem, à qua alioquin non poſſit appellari, & poſt tres ſententias conformes, Felin. *in capit. exceptionem, numer. 28. de except.* Urſil. ad Afflict. *deciſ. 354. numer. 3. in fine, & numer. 4.* Covar. *pract. cap. 25. num. 4. & capit. 33. numer. 2. verſ. Hujus opinionis ratio,* Riccius *collect. 779. verſ. Limita. tertio,* Azevedo *l. 1. num. 21. tit. 5. libr. 4. recop.* Ambroſin. *de immun. Eccleſ. capit. 17. numer. 20.* Barboſa *in cap. ad petitionem, 21. numer. 3. de accuſat.* Fermoſin. *in rub. quæſt. 3. numer. 7. de foro compet.* Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect. 1. numer. 646.* Cabedo *deciſ. 22. numer. 9. part. 1.* Baronius *de citat. tom. 3. in addit. ad quæſt. 29. numer. 9. in fine,* Peguera *in prax. civ. rub. 9. numer. 9. verſ. limitatur 2.* ubi Ripoll. *numer. 40. & 55.* ſic practicaſſe teſtatur Cancer. *part. 1. à numer. 18. par. 2. cap. 2. nu. 153. verſ. & eſt certum.*

19 Etenim exceptio omnimodæ incompetentiæ judicis, & fori declinatoriæ nunquam cenſetur rejecta, nec ſublata ab ſtatuto excludente omnes exceptiones, Guazin. *defenſ. 12. capit. 1. numer. 48.* Carol. de Graſ. *except. 18. numer. 1. & 2.* Caroccius *except. 22. quæſt. 1, à numer. 1. & quæſt. 16.* Scialoya *de foro compet. capit. 8. numer. 56.* Ripoll. ad Peguer. *in praxi, civ. rub. 9. num. 16.*

20 Nec ab ſtatuto rejiciente omnem nullitatem, *gloſſ. in clement. 1.* ubi Barboſa *numer. 43. de ſequeſt. poſſ. & fruct.* Ripa *in leg. 4. §. condemnatum, numer. 24. de re judic.* Dec. *conſ. 8. numer. 7. & conſ. 38. numer. 7.* Gabriel. *com. concluſ. libr. 6. de ſtatutis concluſ. 3.* Covar. *pract. cap. 25. numer. 4.* Carocius *except. 22. quæſt. 2. numer. 3.* Carol. de Graſ. *except. 20. numer. 19. & effect. Cler. effect. 1. numer. 346.* Ambroſin. *de immun. Eccleſ. capit. 17. numer. 20. in fine, princ.* Gomez *tom. 2. var. capit. 12. numer. 8. in fine,* Gamma *de Sacrament. quæſt. 5. numer. 25. verſic. Pro quo etiam facit,* Padilla *in leg. 1. numer, 31. Cod. de jur. & fact. ignor.* Scialoya *de foro compet. capit. 52. numer. 4.* Trentacinq. *var. reſol. lib. 2, de exec. rei judic. reſol. 1. ſub numer. 8.* Cævallos *com. cont. com. quæſt. 15. numer. 3, et de cognit. per viam violen. part. 2. quæſt. 126. num. 10,* Marinis *poſt lib. 2. reſol. jur. allegat. 124. numer. 4.* Borell. *in ſum. deciſ. part. 1. tit. 41. à numer. 286.* Azevedo *l. 2. nu. 28. tit. 5. lib. 4. recop.* Garzia *de nobilit, gloſſ. 1. §. 2. numer. 14.* Guttier. *pract. libr. 1. quæſt. 96. numer. 7.* Auguſt. Barboſa *in cap. at ſi Clerici, 4. numer. 3. in fine judic. et clauſ. 131. numer. 13.* Petrus Barboſa *in l. ſi quis ex aliena, 5. num. 180. ff. de jud.*

Cum non ſit propriè exceptio, ſed defenſio, Carol. de Graſ. *except. 18. numer. 2.* Scialoya *de foro compet. cap. 8. numer. 56. in fine.* Et nulla † ſit 21
major nullitas, quæ in mundo inveniri poteſt, quam illa, quæ reſultat ex defectu juriſdictionis, Leo *in leg. 1, numer. 7. Cod. ſi à non compet. judit.* Carol. de Graſ. *de excep. 20. n. 12.* Scialoya *de cap. 52. n. 4. in fine.*

Quod uſque adeo verum eſt, ut quamvis pars juraſſet ſe de nullitate non oppoſiturum, nihilominus opponere poteſt nullitatem ex defectu omnimodæ incompetentiæ juriſdictionis judicis, Azevedo *l. 2. num. 28. tit. 5. lib. 4. recop.* Gabriel. *com. concluſ. lib. 6. de ſtatutis, concluſ. 3. nu. 7.* Carol. de Graſ. *excep. 20. numer. 20.* Barboſa *in capit. at ſi Clerici, 4. numer. 3. de judic. et in clement. 1. numer. 44. de ſequeſt. poſſe et fruct.* Fermoſin. *in rub. quæſt. 3. numer. 6. de foro compet.* Ayllon Laynez ad Gomez. *tom. 3. variar. capit. 12. n. 2. in fine.*

Concludo, quod Clericus poteſt allegare exceptionem declinatoriam fori, & petere ſe remitti ad judicem Eccleſiaſticum, etiam ſi in loco exiſtat ſtatutum reſervans omnes exceptiones in fine cauſæ, vel poſt factam ſolutionem debiti, vel rejiciens omnes exceptiones, quia tale ſtatutum intelligi debet de exceptionibus, quæ ſunt, vel ortum habent à jure civili, non de illis, quæ ſunt de jure divino vel canonico, quia per ſtatuentes ſuper eis diſponi non poteſt, Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect. 1. numer. 344.* Scialoya *de foro compet. capit. 8. numer. 25.* Immo
† ſi ſtatutum prohibeat declinare forum, hoc ſtatuto 23
non obſtante, poteſt Clericus opponere exceptionem fori declinatoriam coram judice ſæculari, Bajard. ad Clar. §. *fin. qu. 36. num. 11.* Scialoya *de foro competen. capit. 8. ſuc. numer. 25.* Latè Martha *de juriſdict. part. 4. caſu 36. à num. 8,* Etiam ſi extaret ſtatutum prohibens declinare forum ſub certa pœna, nihilominus Clericus poteſt fori declinatoriam opponere, quia tale ſtatutum non arctat Clericos, & quoad eos eſt invalidum, Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect. 1. num. 651.*

---

*ARGUMENTUM.*

## An Clericus conventus coram judice ſæculari retardans opponere exceptionem fori declinatoriam ſit in expenſis condemnandus.

*SUMMARIUM.*

1 *Clericus conventus coram judice ſæculari retardans opponere exceptionem fori declinatoriam an ſit in expenſis condemnandus, num. 1. opinio negativa, nu. 2. opinio affirmativa eſt verior, nu. 3. referuntur deciſiones Cancellaria Cathaloniæ, num. 4. Ampliatur 1. nedum quando retardat eam opponere uſque ad ſententiam incluſive, vel poſt ad ejus executionem, ſed etiam quando eam retardat opponere poſt denuntiationem proceſſus, & aſſignationem ad ſententiam, numer. 8. Ampliatur 2. non ſolum parte petente, ſed etiam ex officio nemine petente, numero 9. Ampliatur 3. etiam ſi actor non deſiſtit à lite, ſed perſeverat proſequendo litem, numero 10. Limita-*

*mitatur 1. ſi contentio non ſit firmata per firmam juris ipſius Clerici, ſed ad inſtantiam fiſci Procuratoris Curiæ Eccleſiaſticæ, numero 11. Limitatur 2. quando notorium eſt citatum eſſe Clericum, & aliis in caſibus, numer. 12. 13. 14. & 15. Limitatur 3. dummodo condemnatio expenſarum fiat per judicem Eccleſiaſticum, num. 16. ſed vide, num. 18. Limitatur 4. in mulcta, n. 22. Limitatur 5. ut proceſſus quo ad reliqua ſit nullus, n. 23. Limitatur 7. ut ſi non habet unde ſolvat admittendus eſt ad ceſſionem bonorum non ignominioſam, n. 24.*

3 *Inſtrumentum retardans procedere, quo de juſtitia cauſæ conſtabat, in expenſis factis ante productionem inſtrumenti condemnari debet.*

6 *Exceptionem ſibi competentem retardans opponere, qua lis finiri poſſit, condemnatur in expenſis factis uſque ad diem oppoſitionis exceptionis.*

7 *Exceptionem opponere retardans dicitur eſſe in dolo.*

16 *Judex Eccleſiaſticus, & non judex ſæcularis condemnationem expenſarum facere debet contra Clericum retardantem opponere exceptionem fori declinatoriam coram judice ſæculari, n. 16. quid in Cathalonia, n. 18.*

17 *Judex Eccleſiaſticus, & non judex ſæcularis facere debet taxationem expenſarum, in quibus Clericus condemnatus fuit ob retardatam oppoſitionem exceptionis fori declinatoriæ coram judice ſæculari, numer. 17. quid in Cathalonia, num. 19.*

20 *Executio expenſarum, in quibus Clericus fuit condemnatus ob retardatam oppoſitionem exceptionis fori declinatoriæ coram judice ſæculari quomodo ſit facienda in Cathalonia.*

21 *Expenſæ, in quibus Clericus condemnatus fuit ob retardatam oppoſitionem exceptionis fori declinatoriæ coram judice ſæculari, de quibus bonis ſolvi debent.*

## DECISIO CLVI.

1 Licet variæ ſint Doctorum opiniones. An Clericus conventus coram judice ſæculari retardans opponere exceptionem fori declinatoriam, ſeu allegare privilegium Clericatus, & incompetentiam judicis ſæcularis poſſit in expenſis condemnari, quas adverſarius facere coactus fuit ratione retardatæ exceptionis fori declinatoriæ, ut ait Cancer. *part. 1. var. cap. 2. num.* 154.

2 Et aliqui teneant negativam, ut Roland. *conſil.* 12. *lib.* 2. latè defendit Martha *de juriſd. p. 4. caſu* 102. *num.* 14. 15. 16. & 17. quem ſequitur Sperell, *deciſ.* 18. *n.* 14. *lib.* 1. eandem opinionem tenent alii allegati à Surdo *conſ.* 396. *n.* 28. *lib.* 1.

3 Veritas tamen eſt affirmativa, quod debet in expenſis condemnari, *arg. tex. in cap. exceptionem, de excep.* ubi reus, qui à principio noluit opponere actori exceptionem excommunicationis ut vexaretur lite, & expenſis ſi poſtea opponat, expenſas actori reficere cogitur, per quem textum ſic docent Bellamera *deciſ.* 226. Felin. *in cap. exceptionem in princ. verſic. Et per iſtum textum*, Abbas *numer.* 23. *de excep.* Decius *conſ.* 240. *in princ. verſic. Sed nunc revocatur in dubium*, Socin. *in cap. ſignificaſti, num.* 45. *verſic. Undecimo quæro, de foro compet.* Caſſador *deciſ.* 3. *numer.* 5. *de appellat.* Gramat. *voto* 18. *num.* 15. Jul. Clar. §. *fin. quæſt.* 36. *numer.* 5. *verſic. Eſt autem hæc exceptio, ibi: Et ſi diſtulit.* Urſil. ad Afflict. *deciſ.* 2. *num.* 4. Valaſc. *conſult.* 65. *verſic. Et ex prædictis*, Salzedo *in praxi, capit.* 62. *numer.* 6. Covar. *pract. capit.* 33. *numer.* 2. *verſic. Clericus verò in princ.* alios plures addunt Farinac. *in praxi part. 1. quæſt. 8. numer.* 16. Carocius *except.* 22. *quæſt.* 3. *numer.* 11. Ambroſinus *de immun. Eccleſiaſt. cap.* 17. *numer.* 21. Bobad. *in polit. libr. 2. capit.* 18. *numer.* 188. *gloſſ. litera H, numer.* 210. Scialova *de foro compet. capit.* 8. *numer.* 67. Carol. de Graſ. reprobatis contrariis *de effect. Cleric. effect. 1. numer.* 880. Gratian. *diſcept. forenſ. capit.* 190. *numer.* 18. Guttier. *pract. libr. 1. quæſt. 20. numer. 6. & remiſſivè de jurament. conf. part. 3. capite 5. numero* 22. Salgado *de Reg. protect. part. 1. capite 2. numer.* 252. Scaccia *de judic. libr. 1. capit. 11. numer.* 46. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom. 1. capit. 1. dub. 14. ſect. 4. numero* 2. Caſtr. Palaus *in oper. mor. part. 2. tract. 12. diſput. unica, punct. 11. numero 8. verſic. Secundo debet*, Anſaldus *de juriſd. part. 2. titul. 11. capite 1. numero 66. verſic. Si vero, & numer.* 67. Marinis *poſt. libr. 2. reſol. jur. allegat. 124. numer.* 12. Fermoſin. *in rub. quæſt. 3. numero 9. de foro compet. & in rubric. quæſt. 5. numer. 3. & in capit. exception. quæſt. 2. num. 2. de except.* Surd. *conſ.* 396. *numer. 3. & 5. libr.* 2. Bardaxi *foro 2. numer.* 2. Portoles *numer. 7. de compet. juriſd.* Decian. *tract. crim. tom. 1. libr. 4. capit. 9. numer.* 115. Maſcard. *de gener. ſtat. interp. concluſ. 1. numer. 160. in fine*, Aviles *capit. 15. prætor. gloſ. Omezillos, numer.* 33. Baron. *de citat. tom. 1. quæſt. 25. numer. 4. & in addit. tom. 3. numer.* 1. Reg. Mattheu. *de reg. Reg. Valen. capit. 7. §. 1. numer. 120. verſic. Nec ea arbitri*, remiſſivè Azevedo *l. 1. numer. 59. tit. 5. lib. 4. recop.* Amendola ad Franchis *deciſ. 400. numer.* 16. Oliba *de jure fiſci cap. 11. numer.* 20. Xammar. *de offic. jud. p. 1. quæſt. 14. numer.* 27. Rippoll. *var. cap. 4. numer. 14. & de magiſtr. logiæ maris cap. 10. num. 6. 7. & 12. in fine*, Cancer *part. 3. var. cap. 16. num.* 47. Ego *deciſ. 9. numer. 88. in fine, & deciſ. 22. num. 87. part.* 1. Et 4
ſecundum hanc opinionem affirmativam Cancellarium Cathaloniȩ non ſemel declaraſſe teſtatur Cancer, *part. 2. var. capite 2. numer.* 154. pluresque deciſiones Cancellarii Cathaloniæ refert Ferrer. *part. 3. obſerv. cap.* 177. 109. 205. 210. 211. & 331. ſequitur Fontanella *deciſ.* 315. *numer.* 16. & *deciſ.* 330. *numer.* 24. ubi teſtatur ita quotidianam praxim nos docere *part.* 2. quibus adde deciſiones Cancellarii, quas tradidi *deciſ. 22. numer. 85. & 86. part. 1. & deciſ. 155. numer. 3. & 5. hac part.* 3. aliquas eis dicere fert breviter Ripoll. ad Pegueram *in praxi, civili rubr. 9. nimer. 18. & 19.* & ſervari in Regno Valentiȩ deciſionem Cancellarii tradit Reg. Leo *deciſ. 141. tota, & deciſ. 148. numer. 13. & 14. tom.* 2. de qua meminerunt Ripoll ad Pegueram *in praxi, civil. rubr. 9. numero* 19. Fontanella *deciſ. 332. numer. 26. part.* 2. vidiſſe plures declarationes factas per Cancellarium, in quibus fuit declaratum, deberet reum gaudere privilegio fori, ſed ratione retardatæ exceptionis debere ſolvere expenſas actori teſtatur Domin. Vice-Cancell. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſerv. 48. numero* 13.

Sicque inſtrumentum producere retardans, quo de 5
juſtitia cauſæ conſtabat; in expenſis factis ante productionem inſtrumenti condemnari debet, quia fortaſſis pars adverſa illud videndo à lite deſtitiſſet, & ulterius expenſas non feciſſet, ita *argument. capit. exceptionem, de excep.* docent Bald. *ibidem numer.* 2. Decius *conſ.* 240. *ſub num.* 1. Urſil. ad Afflict. *deciſ. n.* 5. Azevedo *l. 1. num. 58. titul. 5. lib. 5. recop. & lib. 3. num. 1. titul. 9. lib. 4. recop.* Pareya *de inſtrum. edit. tom. 2. titul. 6. reſol. 3. num. 54. in fine*, Deſpujol. ad Mieres *verbo in expenſis in princ. fol.* 70. Bardaxi *foro 2. numer. 2. in fine princ. de compet. juriſd.* Dominus Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſerv. 48. num.* 12. Petrus Barboſa alios cumulat *in l. cum qui tenere 79. num. 140. ff. de jud.*

Et generaliter retardans opponere exceptionem ſi- 6
bi competentem, qua lis finiri poſſit, condemnatur in expenſis uſque ad oppoſitionis exceptionem factis, ſic *argumento dicti cap. exceptionem, de except.* docent Bardus *ibidem, num.* 1. Azevedo *lib. 1. numer. 57. titul. 5. lib. 4. recop.* Deſpujol ad Mieres *verbo in expenſis, ibi: adde etiam*, ubi refert ita determinatum in Regia Audientia Cathaloniæ referente Hieronymo Aſtor movente Francina Reguer de la Prenyenoſa contra N. Bonina de Vilafranca, actuario Carmona, *fol.* 70. Domin. Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſerv. 48. numer.* 12. ita etiam noſtra Senatus referente nunc Nobili Joanne Baptiſta

Paſtor

Paſtor poſtea Regente in S. S. R. C. Aragonum Concilio 6. Martii 1665. in favorem Catharinæ Gorino contra Catharinam Ferret, nam cum dicta Gorino petiiſſet à dicta Ferret univerſam hæreditatem ejus viri, & obtinuiſſet ſententiam, & decretum executionis, & in cauſa ſupplicationis dicta Ferret oppoſuiſſet de tenuta, & eam probavit, & ſic fuiſſet impedita executio, quia tamen dictam Ferret ſumptibus fatigavit dictam Gorino ob retardatam exceptionem, fuit dicta Ferret in expenſis condemnata. Et per Magnificum Joſephum Aleny ſic proviſum fuit 25. Februarii 1670. in favorem militis, poſtea Nobilis Jacobi Cortada contra Franciſcum Bonedona, Scriba Cortes. Ita etiam pronuntiatum fuit per Cancellarium Regni Valentiæ in Conſilio Doctorum Regiæ Audientiæ 10. Decembris 1610. contra Gabrielem Evellaneda, refert Reg. Leo *deciſ.* 141. *numero quarto, & quinto tom.* 2.

7 Ratio eſt, quia retardans opponere exceptionem dicitur eſſe in dolo, *l. arbitrio, §. dolo, ff. de dolo*, Surd. *conſ.* 332. *numer.* 5. *&* 6. *libr.* 2. Valaſcus *conſult.* 65. *verſic. Et ex prædictis*, Reg. Leo *dec.* 141. *n.* 2. *tom.* 2.

8 Ampliatur 1. ut Clericus retardans opponere exceptionem fori declinatoriam condemnari debeat in expenſis, nedum quando retardat eam opponere uſque ad ſententiam incluſive: vel poſt ad ejus executionem, ut dicunt Bellamera: Felin. Caſſador. Urſil. Covar. Farinac. Ambroſin. Bobadilla, de Graſſ. Gratian. Guttier. Salgado, Fermonſin. Anſald. Portoles, Aviles Baron. Ferrer, Reg. Leo, *locis citatis, numer.* 3. *&* 4. & in deciſionibus relatis *ſupra, deciſ.* 155. *numer.* 5. *hac part.* 3. & dixi *deciſ.* 22. *numero* 88. *part.* 1. Sed etiam quando retardat eam opponere poſt denuntiationem proceſſus, & aſſignationem ad ſententiam, ut in deciſione. Cancellarii Agullana *relata deciſ.* 22. *ſub numer.* 86. *part.* 1. *& ſupra deciſ.* 155. *numer.* 3. *hac part.* 3. & dixi *dicta deciſ.* 22. *numer.* 88. *part.* 1. Imo Ego ſum opinionis, ſalvo meliori judicio, quod debet in expenſis condemnari, ſi exceptionem fori declinatoriam non opponat tempore opponendarum dilatoriarum litis principalis, *argumento ex eodem textu in cap. exceptionem de exception.* ut videtur innuere Bald. *ibidem in princip. verſic. In textu, ibi: Omittens*, & videntur ſentire Decius, Granat. Jul. Clar. Baron. Amendola, Thom. del Bene, Caſtr. Palaus, Oliba, Xammar. Rippoll, Bardaxi, Reg. Mattheu, Domin. Vice-Cancel, Creſpi, & alii citati *numer.* 3. *&* 4. qui generaliter dicunt, Clericum retardantem allegare coram judice ſæculari Privilegium Clericatus, & opponere fori declinatoriam in expenſis condemnari debere.

9 Ampliatur 2. ut Clericus conventus coram judice ſæculari retardans opponere exceptionem fori declinatoriam ſit condemnandus in expenſis, non ſolum parte petente, ſed etiam ex officio fieri poteſt per Cancellarium nemine petente, Ego *deciſ.* 22. *numer.* 93. *part.* 1. Verum quod Cancellarius id non faciat, niſi à parte petatur, habemus in Cathalonia exemplar relatum per Fontanella, *deciſ.* 332. *numero* 24. *part.* 2. ut infrà, *numer.* 13. *in fine*.

10 Ampliatur 3. ut procedat, etiam ſi poſtquam Clericus oppoſuit exceptionem Clericatus, nihilominus actor non deſiſtit à lite, ſed perſeverat proſequendo litem, eſt in expenſis condemnandus ob retardatam oppoſitionem exceptionis fori declinatoriæ, ut contra Decium *conſ.* 240. *numer.* 2. *verſic. Videndum eſt, & numer.* 3. *&* 4. Gramat. *voto* 18. *num.* 18. Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 17. *num.* 47. Deſpujol. ad Mieres *verbo in expenſis, ibi: Et à contrario, fol.* 70. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 16. *num.* 46. *& numer.* 47. *verſic. Subdit tamen*, Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effectu* 1. *num.* 883. docent, & probant Covar. *pract. capit.* 33. *numer.* 2. *verſic. Clericus vero, ibi. Subdit tamen*, Carocius *de except. except.* 22. *quæſtion.* 3. *num.* 14. quos citavi, & ſequutus fui *deciſ.* 22. *numer.* 94. *part.* 1. addo Fermoſin. *in capit. exceptionem quæſt.* 2. *numer.* 5. *de except.* & fuit per me ita proviſum 17. Septembris 1668. in favorem Michaelis Coll. contra Gerardum Valldoſera, ſcriba Fores, & Montagut.

11 Limitatur 1. ut procedat quando competentia, & contentio firmatur cum firma juris ipſius Clerici, nam tunc retardans iſte opponere exceptionem fori declinatoriam coram judice ſæculari, condemnatur per Cancellarium in expenſis; ſecus verò ſi contentio, & competentia non ſit firmata per firmam juris ipſius Clerici: ſed ad inſtantiam fiſci procuratoris Curiæ Eccleſiaſticæ, quo caſu declaratur per Cancellarium contentio in favorem Curiæ Eccleſiaſticæ, ſed non condemnatur talis Clericus in expenſis, ponitur tamen clauſula in ſententia Cancellarii, quod non fiat præjudicium judici ſæculari in condemnatione expenſarum propter retardatam oppoſitionem exceptionis fori declinatoriæ, ſic deciſum refert Ferrer *p.* 3. *obſerv. c.* 177. *&* 191. ſequitur Fontanella *deciſ.* 330. *num.* 6. *part.* 2. quos citavi *deciſ.* 22. *numer.* 95. *part.* 1. addo Reg Leo *deciſ.* 141. *numer.* 3. *tom.* 2.

12 Limitatur 2. ut Clericus conventus coram judice ſæculari, tunc demum condemnatur in expenſis retardans opponere exceptionem fori declinatoriam, quando eſt conventus bona fide coram judice ſæculari, ut dicit Dominus Vice-Cancellarius Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſerv.* 48. *num.* 13. ut puta quando convenitur tanquam laicus, Ambroſinus *de immun. Eccleſ. capit.* 17. *numer.* 21. Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *numer.* 882. Scialoya *de foro compet. capit.* 8. *numer.* 67. vel quando ob mentitum habitum reputatur ſæcularis, Cancer. *part.* 3. *capit.* 16. *numer.* 67. Bobadilla *in polit. libr.* 2. *capit.* 18. *numer.* 188. *verſic. Y el ſer competente, & numer.* 210. vel quando probabiliter dubitari poteſt, ſi eſt Clericus aut non, Bobadilla *loco proxime citato*, Faber *in Cod. libr.* 3. *titul.* 12. *de judiciis, def.* 8. *verſic. Quæ ratio*, vel an gaudeat privilegio fori nec ne, Fontanella *deciſ.* 332. *numer.* 25. *p.* 2. Et ut uno verbo dicam, quando nec actori, nec judici conſtiterit citatum eſſe Clericum, Anſaldus *de juriſdict. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 1. *num.* 66. *verſic. Si vero*, ſed ignoratur an ſit Clericus Marinis *poſt libr.* 2. *reſol. jur. alleg.* 124. *n.* 24. Ego aliqua notavi *deciſ.* 22. *n.* 90. *in princ. p.* 1.

13 Primum exemplum eſt, quando Clericus eſt ſimpliciter tonſuratus, & in minoribus ordinibus conſtitutus, nam tunc conventus coram judice ſæculari ſi diſtulerit opponere exceptionem fori declinatoriam condemnatur in expenſis, ut in deciſionibes relatis per Ferrer. *part.* 3. *obſerv. capit.* 177. 191. 210. *&* 211. Secundum exemplum eſt, quando Clericus eſt beneficiatus, ſed ignoratur an talis ſit, quo caſu conventus coram judice ſæculari retardans opponere exceptionem fori declinatoriam in expenſis condemnatur, ut in deciſione relata per Ferrer. *part.* 3. *obſer. capit.* 205. & in caſibus deciſis per Cancellarium Loris in favorem Franciſci Bolet, à me traditis *deciſ.* 22. *numer.* 86. *part.* 1. Tertium exemplum eſt reſpectu monaſterium, nam citata coram judice ſæculari, ſi retardant opponere fori declinatoriam, in expenſis condemnantur, ut in deciſionibus Monaſtriorum de Monte Sion, Scalæ Dei, Beatæ Mariæ de Mercede, à me traditis *deciſ.* 22. *numer.* 86. *part.* 1. Quartum exemplum eſt in exemptis, qui conventi coram judice ſæculari, ſi diſtulerint opponere fori declinatoriam, in expenſis condemnantur, ut in deciſione fratris Alvari Cella, quam tradidi *deciſ.* 22. *numer.* 86. *capit.* 1. Quinto exemplum eſt in Hoſpitalibus citatis coram judice ſæculari, ſi retardant opponere exceptionem fori declinatoriam, in expenſis condemnantur, ut in deciſione Cancellari Puigmari 15. Maji 1621. in cauſa Hoſpitalis Sanctæ Crucis Barcinonæ, quam tradidit *deciſ.* 22. *numer.* 86. *parte prima*. Verum eſt, quod in alia cauſa declarata per eundem Cancellarium

rium Puigmari, Conſultoribus Gerau, Carreres, & Pexo 9. Aprilis 1639. in favorem Adminiſtratatorum Hoſpitalis Beatæ Mariæ Angelorum, & Sancti Michaelis Civitatis Ilerdæ, non fuit condemnatum in expenſis, non obſtante, quod Hoſpitale oppoſuit exceptionem fori declinatoriam, & contentionem firmavit, poſt ſententiam, & decretum executionis, ac poſt expeditionem litterarum executorialium, quam tradidi *deciſ.* 147. *ſub numero* 13. *hac part.* 3. ſed in hac declaratione pars non petiit, ut Hoſpitale in expenſis condemnaretur, ut inquit Fontanella *deciſ.* 332. *numer.* 24. *part.* 2.

14 Secus autem, quando Clericus convenitur coram judice ſæculari, tamquam Clericus, qui etiam ſi retardet opponere exceptionem fori declinatoriam, non poteſt ad expenſas condemnari, ut docet poſt alios Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *numero* 882. & idem eſt quando eſt expeditum, & notorium, citatum eſſe Clericum, Bobad. *in polit. libr.* 2. *capit.* 18. *num.* 188. *verſic. Y el ſer. competente, &* *numero* 211. Fontanella *deciſ.* 332. *numer.* 25. *&* 26. *part.* 1. ſimiliter ſi actor ſciviſſet reum eſſe Clericum, nam tunc Clericus conventus coram judice ſæculari, non allegans forum Eccleſiaſticum, ſeu retardans opponere exceptionem Clericatus, non poteſt in expenſis condemnari, Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effectu.* 1. *numer.* 881. *verſic. Sublimitatur primo.* Scialoya *de rer. competen. capit.* 8. *numer.* 67. *in fine* imputandum eſt enim actori, cur Clericum extra ſuum judicem traxerit, Faber *in C. libr.* 3. *titul.* 32. *de judiciis defenſ.* 8. *verſic. Nam ſi* Ego, etſi non tam extenſè *deciſ.* 22. *ſub numer.* 90. *parte prima* ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Erill, Conſultoribus Carreres, & Garau 4. Martii 1633. in favorem Communitatis Presbyterorum Beatæ Mariæ de Pinu Civitatis Barcinonæ contra Raphaelem Uguet Presbyterum, in qua Communitas oppoſuit fori declinatoriam poſt ſententiam, & non fuit in expenſis condemnata. Et per noſtrum Senatum me referente in caſu à me relato *dec.* 22. *nu.* 92. *parte* 1.

15 Unde judices malè faciunt, quibus conſtito de Clericatu id in citatione omittunt, Bartol. *in leg. non videtur, ff. de judic.* Aufrer. ad Capel. Tholoſan. *deciſ.* 165. *verſic. Quod verum eſt.* Jul. Clar. §. *fin. quæſt.* 36. *numer.* 5. *verſic. Scias, tamen*, Bobadilla *in polit. libr.* 2. *capit.* 18. *numero* 120. *verſic. Y paruque.*

16 Limitatur 3. ut licet Clericus conventus coram judice ſæculari, quando retardat opponere exceptionem fori declinatoriam ſit in expenſis condemnandus; tamen judex ſæcularis eorum condemnationem facere non poteſt, ſed tantum judex Eccleſiaſticus. Quia ſicut judex ſæcularis non poteſt cauſam principalem Clerici cognoſcere, ita nec poteſt Clericum in expenſis condemnare, ita Abbas *in capit. ſi diligenti col. penult. de foro compet.* Bald. *in leg.* 2. *Cod. de Epiſcop. Aud. & in leg. ſi ex aliena col.* 1. *de judiciis*, Decius *conſ.* 240. *numer.* 1. *verſic. Et videtur quod etiam, & numer.* 2. Roland. *conſ.* 12. *à numero* 38. *libr.* 2. Gramat. *voto* 18. *numer.* 16. 17. *&* 18. Covar. *pract. capit.* 33. *numer.* 2. *verſic. Clericus vero, ibi: Quæquidem*, Caravita *titul.* 63. *numer.* 8. Jull Clar. §. *fin. quæſt.* 36. *numer.* 5. *verſic. Et ſi diſtulit*, Farinacius *in praxi, part.* 1. *quæſtion.* 8. *numero* 17. Carocius *except.* 22. *quæſt.* 3. *numer.* 11. Salzedo *in praxi, capit.* 62. *numer.* 6. Azevedo *lib.* 1. *num.* 7. *verſic. Niſi iſte titul.* 5. *libr.* 4. *recop.* Bobadilla *in polit. lib.* 2. *capit.* 19. *numer.* 188. *verſic. Y el ſer competente*, Surd. *conſ.* 396. *num.* 28. *lib.* 2. Thoro *in compen. deciſ. part.* 1. *verbo Clericus ſi paſſus fuerit, fol.* 96. Cævallos *de cog. per viam violen. gloſſ.* 16. *numer.* 7. *&* 8. Bardaxi *foro* 2. *numer.* 2. *verſic. Et iſtæ expenſæ*, Portoles *numer.* 13. *de compet. juriſd.* idem Portoles §. *expenſæ, numer.* 14. *verſic. Quæ ſententia*, Ambroſinus *de immun. Eccleſ. cap.* 17. *nummer.* 22. Gratianus *diſcept. forenſ. capite* 190. Remiſſivè Amendola ad Franchis *deciſ.* 400. *numer.* 17. Salgado *de Reg. protect. parte* 1. *capit.* 2. *numer.* 252. *&* 259. Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *capit.* 1. *dub.* 14. *ſect.* 4. *numer.* 3. Nigris *de except. capit.* 1. §. 21. *à n.* 12. Ventriglia *in praxi, annot.* 22. §. 1. *num.* 24. Caſt. Palaus *in oper. mor. par.* 1. *tract.* 12. *diſp. unica punct.* 11. *num.* 8. *verſic. Adverte tamen*, Sperell. *deciſ.* 18. *num.* 15. *lib.* 1. Scialoya *de foro compet. cap.* 8. *num.* 68. quorum plures citavi *deciſ.* 26. *numer.* 20. *part.* 1. Martha *de juriſd. part.* 4. *caſu* 102. *numer.* 18. Sed hoc remedium dicit eſſe magiſtri Grilli, & illud reprobat *numero* 20.

Nec etiam harum expenſarum taxationem poteſt facere judex ſæcularis, ſed tantum judex Eccleſiaſticus, Sperell. *dec.* 18. *n.* 15. *lib.* 1. 17

Cæterum etſi hæc limitatio de jure veriſſima ſit, quidquid contrarium de jure aliqui teneant, quos impugnant Bobad. Portoles, Ambroſin. Gratianus & alii *ex citatis numer.* 16. Praxis Cathaloniæ eſt, quod Clericus conventus coram judice ſeculari, ſi non firmat contentionem, ſed exceptionem fori declinatoriam tardius coram illo opponat, per eumdem judicem ſæcularem poteſt in expenſis condemnari, Cancer. *part.* 3. *capit.* 16. *numer.* 47. *verſic. Subdit, tamen*, ibi, *Quamvis apud nos*, Ripoll. *var. capit.* 4. *numer.* 17. *& de Magiſt. Longiæ Maris, cap.* 70. *numer.* 6. Ego *deciſ.* 21. *numer.* 22. *part.* 1. de aliis regnis Guttier. *pract. libr. quæſt.* 20. *à numer.* 2. Salgad. *de reg. protect. part.* 1. *capit.* 2. *à numer.* 138. *ad* 262. domin. Vicecancel. Don Chriſtaphor. Creſp. de Valdaura *obſerv.* 48. *numer.* 14. ſi autem firmat contentionem condemnatur in expenſis per Cancellarium, ut in exemplaribus relatis *deciſ.* 22. *num.* 85. *&* 86. *parte prima & ſupra num.* 4. 18

Similiter in Cathalonia taxatio expenſarum, in quibus condemnatur clericus ratione retardatæ exceptionis fori declinatoriæ, fit per Judicem ſæcularem, Carcer. *part.* 3. *var. capit.* 16. *numer.* 47. *verſic. Subdit tamen*, ibi: *Quamvis apud nos.* Ripoll. *de Magiſtr. Leg. Mag. cap.* 10. *num.* 6. Fontanella *deciſ.* 314. *à numer.* 6. *& deciſ.* 311. *numer.* 8. *part.* 2. Ego notavi *deciſ.* 22. *numer.* 77. *part.* 1. ita deciſum per Cancellarium Sorribes, Conſultoribus Valſeca, Maralles, Serra, Riuſech, & Sunver 1. Julii 1553. refert extenſè Ferrer. *part.* 3. *obſerv. cap.* 205. Oliba *de jure fiſci, capit.* 11. *ſub numer.* 20. Ripoll. ad Peguer. *in prax. civ. rub.* 9. *numer.* 19. notat Reg. Leo *deciſ.* 141. *numer.* 3. *in fine. libr.* 2. Ego latè *deciſ.* 26. *à numer.* 14. *ſignanter. numer.* 18. 19. 21. *&* 22. *part.* 1. addo ita declaratum per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Sinjuſt. & Soler 25. Auguſt. 1631. contra Curiam Eccleſiaſticam Barcinonæ, & Adminiſtratores Hoſpitalis Generalis Sanctæ Crucis ejuſdem Civitatis, quam tradidi *deciſ.* 26. *numer.* 21. *part.* 1. Et per noſtram Regiam Audientiam ad relationem Magnifici Franciſci Llunes 16. Novembris 1652. in favorem Joſephi Spuny Domicelli, contra Prioriſſam, Conventam, & Sororem Caſildam Caſſador Monialem Monaſterii Angelorum Civitatis Barcinonæ; quæ fuit in gradu ſupplicationis confirmata ad relationem Magnifici, poſtea Nobilis Raphaelis Viloſa poſtmodum Regentis in S. S. R. C. Aragonum Concilio 19. Decembris ejuſdam anni, ſcriba Balthaſar Oriol, & Mercer. Idemque ſervatur in Regno Aragonum, Bardaxi *foro* 2. *num.* 3. Portoles *n.* 13. *verſ. Sed quidquid, de jure fit de compet. juriſdict.* 19

Executio verò dictarum expenſarum in Cathalonia fit in bonis mobilibus per judicem Eccleſiaſticum ad requiſitionem judicis ſæcularis; in immobilibus verò per judicem ſæcularem cum aſſiſtentia Judicis Eccleſiaſtici, ſic deciſum per Cancellarium Sorribes 1. Julii 1553. referunt Ferrer *part.* 3. *obſerv. capit.* 205. Oliba *de jur. fiſci, capit.* 11. *numer.* 20. Cancer. *part.* 2. *var. capit.* 2. *numer.* 154. *in fin. princ. verſ. Eſt tamen verum, & part.* 2. *capit.* 16. *numer.* 47. *verſ. Subdit tamen*, ibi: *Quamvis apud nos*, Ripoll. *var. capit.* 4. *numer.* 18. *& de Magiſt. Logiæ Mar. capit.* 10. *numer.* 7. *in ad tit. ad Peguer. in prax. civil. rub.* 9. *numer.* 19. Fontanell. *deciſ.* 310. 20

*num.*

num.2.& dec.314.num.31.part. 2. Ego deciſ. 26. a num. 24. part. 1. & latiùs dicam part. 4. notarunt Reg. Leo deciſ.141.num. 3. in fin. tom. 2. Dom. Vicecancel. Don Chriſtoph. Creſpi de Valdaura obſerv. 28. num.13. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti de compet. juriſd. quæſt. 65. numer. 14. dixi per judicem Eccleſiaſticum, cum Cancellarius manus amplius non opponat, poſtquam contentionem declaravit, ut ex Fontanel. dixi deciſ.16.numer. 14. part. 1. foro 2. numer. 3, de compet. juriſd. ſed contrarium tenet Portoles poſt §. Clericus foro 2. numer.13. de compet. jur. ſed verius credo, quod in Regno Aragonum Cancellarius taxat iſtas expenſas, & proſequitur ad illarum executionem, donec ſint ſolutæ, deciſum teſtatur Molinos, quem refero deciſ. 26.num.16.par. 1. in Regno Valentiæ non ſolum taxatio iſtarum expenſarum fit per judicem Eccleſiaſticum, ut dixit deciſ. 22. num. 21. in fin. part. 1. ideſt per Cancellarium, ſed etiam executio fit per eumdem Cancellarium, Don Vice-Cancel. Dom. Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſervat. 48. numer. 14.

21 Expenſæ prædictæ de quibus bonis ſolvi debeant, latè ponit Alexand. de Nevo in c. repræhenſibilis à numer. 50. de appellat. ad quem ſe refert Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect. 1. numero. 887. ſed dico, quòd non ſolum de bonis patrimonii Clerici mobilibus, & immobilibus, ut ſentiunt Doctores citati numer. 20. ſed etiam ſuper fructibus præbendæ, ſeu Beneficii Eccleſiaſtici, Greg. Lopez l. 45. gloſſ. 2. tit. 6. part. 1. Guttier. de juram. confirm. part. 1. cap.72. num. 3. Azeved. l. 8. num. 7. tit. 10. lib. 9. recop. ſi alia bona non habeat, Barboſ. in cap. 2. num.22. de fidejuſ.

22 Limitatur 4. ut quando Clericus conventus coram judice ſæculari retardat opponere exceptionem fori declinatoriam ſit in expenſis condemnandus, non tamen poteſt mulctari in pœnam ratione contumaciæ, & banni, deciſum teſtatur Guid. Papa deciſ. 450. Martha de juriſd. part. 4. caſu 102. numer. 6. 7. & 8. Thoro in compend. deciſ. part. 1. verb. Clericus citatus uti laicus, fol. 97. Gratian. diſcep. forenſ. cap. 190. numer. 20. in fine, Sperel. deciſ. 36. numer. 16. libr. 1. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect. 2. numer.15. Portoles ad Molin. poſt §. Clericus foro 2. numer.8. & 9. Ciarlin. libr. 3. controv. forenſ. cap. 232. numer. 15. Pet. Barboſ. in l. ſi quis ex aliena 4. à numer. 61. ad 70. ff. de judic. Anſald. de juriſd. part. 2. tit. 11. capit. 1. à numer. 55. Clar. §. fin. qu.36. numer. 5. verſ. Quinimo Bobad. in polit. lib.2. cap.18. num. 211. Farinac. in praxi, part. 2. qu.4. num. 17. Ambroſin. de immun. Eccleſ. c.17. num. 22. latiſſimè videndus Marinis poſt lib.2. reſol. jur. alleg. 124. tota.

23 Limitatur 5. ut licet Clericus conventus coram judice ſæculari retardans opponere exceptionem fori declinatoriam condemnetur in expenſis; nihilominus proceſſus quoad reliqua eſt nullus, Guido Papa deciſ. 450. ſub numer. 1. Petrus Barboſa in l. ſi quis ex aliena 5. numer. 65. ff. de judic. Thoro in compend. dec. part. 1. verbo Clericus citatus uti laicus, fol. 97. Valaſc. conſult. 65. verſ. Unde poſt remiſſionem cum ſeqq. Farinac. in prax. part. 1. quæſt. 8. num. 16. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect. 1. num. 885. Anſald. de juriſd. part. 2. tit. 11. capit. 1. à numer. 58. Thomas del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 1. dub. 14. ſect. 4. num. 1. Scialoya de foro compet. cap. 8. num. 69. Caſtr. Palaus in oper. mor. part. 2. tract. 12. diſput. unica punct. 11. nu. 8. verſ. Secundo, Sperel. dec. 18. num. 8. lib. 1. Baronius alios plures citat de citation. tom. 1. q. 29. n. 15. & alii ſupra dec. 154. n. 8.

24 Limitatur 6. ut ſi Clericus conventus coram judice ſæculari condemnatus ſit in expenſis ratione retardatæ oppoſitionis fori declinatoriæ, inopia laborat, nec expenſas ſolvere poteſt, non eſt carceribus mancipandus, & ſi eſt captus non eſt in eis retinendus, donec illas ſolvat, ſed eſt admittendus ad faciendam ceſſionem bonorum non ignominioſam juxta formam juris, ut tradidi deciſ. 22. numer. 89. part. 1. quidquid dicat Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect. 1. numero 881. conducunt in ornatum limitationis idem, Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect. 7. numer. 42. Guttier. de jur. confirm. part. 1. capit. 17. numer. 27. Cævallos com. contr. com. quæſt. 701. numer. 7. Farinac. in addit. ad Covar. libr. 2. var. cap. 1. numer. 61. in fine, de ſolut. & de jure Eccleſ. univ. lib.1. cap.39. §.6. num. 29. in fine.

---

## *ARGUMENTUM.*

## An tutor Clerico minori, aut prodigo vel mente capto dari debeat per judicem Eccleſiaſticum.

### *SUMMARIUM.*

1 *Tutor Clerico minori, aut prodigo vel mente capto an debeat dari per judicem Eccleſiaſticum refertur triplex opinio, ſed verior eſt: quod debet dari per judicem Eccleſiaſticum, numer. 1. 2. & 3. ratio, numer. 4. limita ſi non ſit beneficiatus, nec gaudeat privilegio fori, num. 5. limita. 2. in curatore, n. 6. ſed contrarium eſt verius, n. 7. ſi fori privilegio gaudeat, n. 8. ſublimita in Clerico minore litiganti, de bonis patrimonialibus coram judice ſæculari, n. 9.*

9 *Curator ad litem Clerico minori litiganti coram judice ſæculari dandus eſt per judicem ſæcularem.*

10 *Curator ad litem laico minori litiganti coram judice Eccleſiaſtico dandus eſt per judicem Eccleſiaſticum.*

11 *Curator ad litem ſemper datur per illum judicem coram quo lis vertitur, num. 11. ſive ordinarium, ſive delegatum, num. 12. quamvis perſona non ſit illi ſubdita, n.13. & 14.*

15 *Curator ad lites generales per quem judicem ſit dandus, n.15. 16. & 17.*

18 *Tutor pupillo per quem judicem ſit dandus, n.18. & quid ſi habeat bona in diverſis Provinciis, n. 19.*

20 *Tutor, vel Curator Clerici poteſt eſſe laicus.*

21 *Procurator Clerici etiam in ſpiritualibus & Syndicus Eccleſiæ poteſt eſſe laicus.*

22 *Aſſeſſor, & conſiliarius judicis Eccleſiaſtici etiam in ſpiritualibus poteſt eſſe laicus.*

23 *Laicus an cogi poſſit à judice Eccleſiaſtico ad ſuſpiciendum onus tutelæ ſibi à judice Eccleſiaſtico delatæ.*

24 *Laicus datus tutor per judicem Eccleſiaſticum Clerico minori, prodigo, vel mentecapto, an rationem reddere debeat coram judice Eccleſ.*

25 *Tutor, vel curator laici an poſſit eſſe Clericus nu. 25.26.27.28.29.30. 35. & 36.*

31 *Tutor, vel Curator laici an poſſit eſſe religioſus, n.31.32. 33. & 34.*

31 *Clericus nominatus tutor, vel curator laici per judicem ſæcularem, ſi de ejus remotione tractandum ſit cognitio pertinet ad judicem ſæcularem.*

38 *Clericus, vel Religioſus, in caſu quo poteſt eſſe tutor, negotiari valet res pupillorum, non tamen turpis lucri gratia.*

39 *Tutor, vel Curator ratione adminiſtrationis tutelaris an poſſit petere ſalarium, numer. 39. 40. & 41. & quo tempore illud petere debeat, numer. 42. 43. & 44. & quantum illi taxandum ſit, numer. 45. & quid ſi exeat extra locum ſuæ habitationis, num. 46. & quid de eo quod dedit actori, vel negotiorum geſtori, numer. 47.*

## DECISIO CLVII.

TRiplex eſt opinio. Prima, quòd judex ſæcularis eſt competens ad dandum tutorem Clerico minori, aut prodigo, vel mente capto; ſic Ma- 1

ranta

ranta *de ord. jud. part.* 4. *diſt.* 11. *numer.* 65. Addent *ad Gail. lib.* 1. *obſerv.* 37. *in* 6. *fallen*, Surd. *conſ.* 396. *num.* 10. Ferrer. *conſ.* 105. *num.* 3. *lib.* 1. quos refert, ſed non ſequitur Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 958. *in fine*, Aufrer. *in Clement.* 1. *de offic. ordin. regul.* 4. *fall.* 25. quem refert, ſed non ſequitur Diana *reſol. mor. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 95. *alias* 94. & *in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 283. *num.* 1.

2 Secunda eſt opinio, quod judex Eccleſiaſticus, & ſæcularis debent conſentire dationi tutoris Clerici minoris, & eſſe tutius dicunt Cin. & Alber. *in authentica Presbyteros, Cod. de Epiſcop. & Cler.* refert Gregor. Lopez *l.* 14. *gloſſ.* 1. *in fin. titul.* 1. *part.* 6. quos citat Guttier. *de tutel. part.* 1. *cap.* 35. *verſic. Sed forte*, Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 227.

3 Tertia eſt opinio, quæ verior, communior, & receptior eſt, quod tutor Clerico minori, vel prodigo, vel mentecapto dari debet per judicem Eccleſiaſticum, & non judicem ſæcularem, ita Bartol. *in l.* 1. *num.* 6. *ff. de tutor. & curator. dat ab his*, Socin. *cap.* 1. *num.* 23. *in fine de foro compet.* Ripa *in cap.* 2. *nu.* 10. *de jud.* Faber, *in* §. 1. *nu.* 5. *de attiliano tutore*, Decius *conſ.* 150. *num.* 8. Berol. *conſ.* 101. *ſub num.* 17. *lib.* 1. Roland. *de inventario, qu.* 31. *num.* 2. & 3. Piag. *tutor. & curator. qu.* 1. *n.* 6. Manton. *de tutor. & curat. cap.* 1. *nu.* 25. Guttier. *de tutel. & cur. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 33. & *cap.* 16. *num.* 20. Greg. Lop. *l.* 14. *gloſſ.* 1. *in fin. tit.* 16. *par.* 6. Spin. *in ſpec. teſt. gloſ.* 29. *num.* 18. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 72. *num.* 13. Garol. de Graſ. *effect. Cler. effect.* 1. *num.* 4. *lib.* 1. Cabedo, *deciſ.* 80. *nu.* 1. *par.* 1. Sperel. *deciſ.* 1. *n.* 4. *lib.* 1. Barboſa *in repertor. verbo Tutela, verſ. Tutor dandus eſt Clerico, & in l. unica, num.* 3. *C. ubi petan. tutor.* Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 184. *verſ. Y lo meſmo*, Rovit. *deciſ.* 58. *num.* 1. Thomat. *deciſ.* 89. *num.* 16. *part.* 1. Garganet. *de tutel. lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 4. Bolannos *in cur. Philip. tom.* 1. *part.* 1. §. 5. *num.* 4. *verſic. Y la tutela*, Boſſius *de pat. poteſt. cap.* 3. *ſub num.* 338. *verſic. Ac proinde*, Anſald. *de juriſd. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 28. *nu.* 57. Anguian. *de legib. tom.* 1. *lib.* 2. *controv.* 23. *num.* 69. Bellet. *deſq. Cler. par.* 1. *tit. de favore Cler. perſon.* §. 6. *nu.* 15. Diana *reſol. mor. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 95. *alias* 94. & *in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 283. *num.* 2. Thomas del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 10. *dubit.* 6. *ſect.* 6. *num.* 1. Cutel. *de imm. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 95. *à nu.* 1. Baronius *de citat. tom.* 1. *quæſt.* 29. *num.* 22. *verſ. Sed ſi Clericos ſit dandus tutor*, Suelves *conſ.* 19. *num.* 17. *lib.* 1.

4 Ratio eſt, quia tutor dandus eſt ab eo judice, cui perſona pupilli ſubſtituta eſt, *l.* 1. *in fine, ff. de tutor. & Curat. dat. ab his, l. propter litem*, §. *licet ff. de excutor.* Montan. *de tut. & cur. cap.* 4. *num.* 22. & *cap.* 20. *num.* 1. Sperell. *deciſ.* 1. *num.* 3. *lib.* 1. Bart. Rip. Roja d. Faber. Cutel. Thoms del Bene, & alii citati, *num.* 3.

5 Limita 1. ut procedat, ſi Clericus minor ſit beneficiatus aut ſi non eſt beneficiatus, habeat requiſita Concilii Tridentini, & ſic gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, nam tunc illi debet dari tutor per Judicem Eccleſiaſticum, & non per judicem ſæcularem, Cutel. *immun. Eccleſ. l.* 2. *quæſt.* 95. *numer.* ſecus ſi Clericus minor non ſit beneficiatus, & alias non gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, nam tunc ad judicem ſæcularem ſpectat illi tutorem dare, ſic Gregor. Lopez *l.* 4. *gloſſ.* 1. *in fin. tit.* 16. *part.* 6. Guttier. *de tutel. part.* 1. *nu.* 33. *verſ. Sed fortè*.

6 Limita 2. in curatore; qui dari poteſt Clerico minori, aut prodigo, aut mentecapto à judice ſæculari, ita Paul. Caſtren. *conſ.* 352. Mierez *de majoratu, lib.* 1. *quæſt.* 58. *num.* 64.

7 Sed contrarium eſt verius, & receptius, quod curator generalis, & univerſalis non poteſt dari Clerico minori vel prodigo, aut mente capto per judicem ſæcularem ex defectu poteſtatis, & juriſdictionis, ſed per judicem Eccleſiaſticum, quia bona Clerici ſubſunt judici Eccleſiaſtico, ſicut perſona, ſic Oldrad. *conſ.* 59. Decius *conſil.* 150. *numer.* 7. *verſ. Secus eſſet*, Bolannos *in Curia Philip. tom.* 1. *part.* 1. §. 5. *num.* 52. *in fine*, Guttier. *de tutel. part.* 1. *cap.* 16. *n.* 20. Anſald. *de juriſd. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 28. *num.* 58. Sperell. *deciſ.* 1. *numer.* 4. *verſic. Quod idem, lib.* 1. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 184. *verſic. Y lo miſmo*, Cabedo *deciſ.* 80. *num.* 2. *part.* 1. Thomas del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 10. *dub.* 6. *ſect.* 6. *num.* 1. Barboſa *in repert. verbo Tutela, verſic. Tutor dandus eſt Clerico*, Diana *reſol. moral. part.* 2. *tract.* 1. *reſol.* 95. *alias* 94. & *in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 283. Baron. *de cit. tom.* 1. *quæſt.* 29. *numer.* 22. *verſic. Sed ſi Clerico ſit dandus tutor*, Cutel. *de imm. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 95. *num.* 13.
Intellige † ſi clericus ſit in ſacris conſtitutus, vel obti- 8
net beneficium Eccleſiaſticum: aut ſi non obtinet beneficium Eccleſiaſticum habet requiſita Concilii Tridentini, & ſic gaudeat privilegio fori Eccleſiaſtici, alias ſecus, & ita merito dicit Paulus Caſtrenſ. *conſ.* 352. *numer.* 2. *ad finem lib.* 1. Bonum eſſe conſilium, quod detur curator per proprium judicem, ſic Guttier. *de tutel. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 33. *verſ. Unde, & verſic. Sed non credo*.

Sublimita opinionem relatam *numer.* 7. quando 9
particulariter agitur de dando curatorem ad litem Clerico minori litiganti ſuper rebus patrimonialibus coram judice ſæculari, quo caſu curator ad litem dandus eſt Clerico minori per judicem ſæcularem. Quia quando Clericus litigat coram judice ſæculari ejus juriſdictioni ſubjicitur in cauſa principali, & conſequenter etiam in neceſſariis, & ſic in decernendo curatorem, qui datur rebus, & non perſonæ, ſic Bartol. *in l.* 1. *num.* 6. *ff. de tutor. & curator. dat. ab his*, Bald. *in l. fin. Cod. de adm. tutor.* Ripa *in cap. decernimus, num.* 10. *verſic. Tertio de judic.* Rota *deciſ.* 14. *de judic. in antiquis, & deciſ.* 7. *num.* 6. *de judic. in noviſ.* Oldrad. *conſ.* 59. Decius *conſ.* 156. *num.* 3. & 7. Maranta *de ord. jud. par.* 4. *diſt.* 11. *num.* 13. & 14. Piag. *de tutor. cap.* 24. *num.* 3. Viv. *deciſ.* 387. *num.* 4. Minſig. *cent.* 1. *obſ.* 87. Caldes Pereyra *in l. ſi curatorem habens in prin. nu.* 19. & *ſub numer.* 22. *C. de in integr. reſt.* Intrigriol. *de feudis, cent.* 2. *art.* 94. *num.* 2. & *conſ.* 30. *num.* 69. & 70. Bolannos *in Cur. Philip. tom.* 1. *par.* 1. §. 5. *nu.* 32. *in fine*, Martha *de juriſd. p.* 4. *caſu* 110. *num.* 12. & 13. Guttier. *de tutel. part.* 1. *cap.* 1. *numer.* 14. Bellet. *diſq. Cler. p.* 1. *tit. de favore Cler. perſon.* §. 6. *n.* 15. & *ſeqq.* Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 143. & *cap.* 18. *nu.* 84. Rovit. *deciſ.* 58. *nu.* 3. Sperell. *deciſ.* 1. *nu.* 4. *verſ. Quod idem, lib.* 1. Barboſa *in repertor verbo Tutela verſ. Tutor dandus eſt Clerico*, Cabedo *deciſ.* 80. *nu.* 3. *part.* 1. Lara *de vita homin. cap.* 16. *nu.* 74. & *cap.* 24. *nu.* 9. Anſald. *de juriſd. par.* 1. *tit.* 11. *cap.* 18. *nu.* 58. Virgil. *de legit. perſon. cap.* 6. *n.* 50. Squillante *de privil. cler. cap.* 14. *nu.* 19. Diana *reſol. mor. part.* 1. *tract.* 9. *reſol.* 95. *alias* 94. & *in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 283. *ſub num.* 2. Cutel. *de immun. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 95. *numer.* 4. noſter Peguera *in praxi civit rub.* 2. *num.* 5. alios plures addunt Amat. *reſol.* 33. *num.* 21. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 955. Baronius *de citat. tom.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 22. *verſic. Sed an Clerico minori*, Bonden. *collect. legal.* 50. *num.* 1. *verſic. Dummodo* remiſſivè Azevedo *l. fin. nu.* 5. *tit.* 5. *lib.* 4. *recop.* latè Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 10. *dub.* 6. *ſect.* 6. *à num.* 2.

Sicut è contra curator ad litem dandus eſt per judi- 10
cem Eccleſiaſticum laico minori coram ſe litiganti, Maranta *de ordin. jud. part.* 4. *diſt.* 11. *num.* 13. Bolannos *in Cur. Philip. tom.* 1. *par.* 1. §. 5. *num.* 32. *in fine*. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 143. Virgil. *de legit. perſon. cap.* 6. *num.* 15. Amat. *reſol.* 33. *num.* 22. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 957. Baronis *de citatione, tom.* 1. *quæſt.* 29. *num.* 22. *verſic. Sicut è contra*, Peguer. *in praxi civ. rub.* 2. *num.* 5. *verſic. Similiter*, & alii ex citatis *num.* 9.

Ratio eſt, quia curator ad litem ſemper datur, 11
& dari debet per illum judicem, coram quo lis vertitur, *l. fin.* §. 1. ubi Bart. Bald. Salicet, & communiter Doctores *Cod. de adminiſt. tutor.* Maranta *de ord. jud. part.* 4. *diſt.* 11. *num.* 13. & 64. Peguera *praxi*

civi. rub. 1. num. 5. verſic. Similiter, ubi Ripoll. nu.
45. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect. 1. num. 956. &
957. Gomez tom. 2. var. cap. 14. num. 17. verſ. Si var.
nominor. petit. ubi Ayllon Laynez num. 18. verſic. In
loco, Guttier, detutel. par. cap. 19. num. 13. Gratian.
diſcep. foren. cap. 225. num. 44. Barboſa in lib. 1. num.
4. C. de in litem dando tutore, in lib. 1. num. 6. Cod. ubi
petantur curatores, & in l. fin. §. 1. à num. 4. C. de ad-
miniſtr. tutor. Bondenus collect. legali 50. num. 1. verſ.
Et quidem, Fermoſin. in cap. ſane, quæſt. 5. n. 9. verſ.
Sin autem de foro compet. Sive ordinarium, ſive dele-
gatum, Piag. de tutor. quæſt. 2. num. 67. Guttier. de
tutel. part. 1. cap. 1. ſub num. 34. & cap. 19. numer.
23. Gratian. diſcep. foren. capit. 225. numer. 45.
46. & 47. Barboſa in l. fin. §. 1. num. 6. C. de adminiſtr.
tutor. Laynez ad Gomez, tom. 2. var. cap. 14. num. 18.
verſic. In loco, Ripoll. ad Peguer. in prax. civi. rub. 2.
13 num. 17. Quamvis † perſona non ſit illi ſubdita;
Gratian. diſcep. foren. cap. 225. numer. 45. Carol. de
Graſ. de effect. Cler. 1. num. 956. Barboſa in l. fin. §. 1.
num. 7. Cod. de adminiſt. tutor. latè Amat. reſol. 33. à
14 num. 2. cum ſeqq. Quare † non ſolum Epiſcopus, &
ejus Vicarius generalis poteſt dare curatorem ad li-
tem, ſed etiam ejus Vicarius foraneus, ut latè fundat
Gratian. diſcep. foren. cap. 225. à nu. 48. ſequitur Bar-
boſa in l. fin. §. 1. à num. 8. C. de adminiſt. tutor.
15 Et quamvis prædicta rectè procedant in dando cura-
torem, ad litem particularem, ut poſſit dari, & da-
tur minori per judicem cauſæ, ſive ordinarium, ſive
delegatum. Attamen aliud eſſet in dando curatorem
ad lites generalem, tunc enim dabitur per judicem
originis, ſeu domicilii pupilli, quaſi tunc datus vi-
deatur ad omnes lites, quas poterit curator tractare,
ſive ſint intra ſuam Provinciam, ſive extra illam
exiſtant, Gratianus, aliquibus citatis diſcep. foren.
cap. 223. à num. 66. Barboſa in l. 1. num. 3. Cod. de
in litem dando tutore, & in l. fin. §. 1. numer. 11.
Cod. de adminiſt. tutor. Gomez tom. 2. var. cap. 14.
num. 17. verſic. Si vero agatur de dando curatorem
ubi Laynez numer. 18. verſic. In loco, Fermoſin. in
cap. ſane, quæſt. 5. num. 9. in princ. de foro compet.
16 Sed Ego exiſtimo, quod curator ad lites generalis
poteſt dari minori, nedum per judicem originis,
ſeu domicilii minoris, ſed etiam poteſt, imo dari
debet per judicem loci, ubi minor habet patrimo-
17 nium. Ad exemplum † curatoris, qui datur mino-
ri originis, domicilii, vel rei ſitæ, Guttier. de tutel.
part. 1. cap. 16. num. 11. Gomez tom. 2. var. cap. 14.
num. 17. verſic. ſi vero ageret, ubi Laynez nu. 18. verſ.
In loco, Barboſa in l. unica, numer. 4. Cod. ubi petant.
tutor. Fermoſin. in cap. ſane, quæſt. 5. num. 8. de foro
18 compet. Ad exemplum † etiam tutoris, qui dari po-
teſt pupillo per judicem originis, domicilii, ſeu loci
in quo eſt patrimonium, ſeu major pars bonorum, et-
jam ſi ibi non habeant pupilli domicilium, lib. 1. Cod.
ubi petantur tutores, Gomez in l. 15. tauri numer. 151.
verſic. Secundo facit, Pichard. in §. 1. num. 5. & 6. de
attiliano tutore, Cardoſo in praxi judicum verbo Tute-
la, num. 12. Molina de juſt. & jure tom. 2. diſp. 220.
num. 22. Garganet de tutel. lib. 1. tit. 6. num. 1. tit. 7.
num. 12. quidquid dicat idem Gomez tom. 2. var.
cap. 14. num. 17. verſic. Ex quibus infertur, ad quem,
& alios ſe refert Hermoſilla ad Gregor. Lopez, tom. 2.
lib. 4. gloſs. 8. num. 8. & 9. quia in contrarium eſt ve-
rior ſententia, ut per Guttier. de tutel. par. 1. cap. 16.
à num. 2. ad 19. Laynez ad Gomez, var. tom. 2. cap. 14.
num. 18. verſic. in loco, Barboſa in l. unica à num. 1. ad
9. & num. 12. & 13. C. ubi petantur tutores, Fermoſin.
in cap. ſane, quæſt. 5. à num. 4. de foro compet. videndus
Ripoll. ad Peguer. in prax. civ. rub. 2. à numer. 7. Et ſi
19 pupillus † habeat bona in deverſis Provinciis ei dandus
eſt tutor à judicibus, in quarum Provinciis bona
ſita ſunt, Pereyra quæſt. foren. lib. 1. quæſt. 22. num. 7.
& 8. Barboſa in l. unica, num. 8. Cod. ubi petant. tut.
Cardoſa in prax. jud. verbo Tutela, ſub num. 12.
20 Quæro 1. an laicus poſſit eſſe tutor, vel curator
Clerici? Reſp. quod ſic Bald. conſ. 243. lib. 3. De-
cius conſ. 150. nu. 3. & 8. Ripa in cap. decernimus
num. 10. de jud. Gregorius Lopez l. 14. gloſſ. 1. tit.
16. par. 6. Guttier. de tutel. par. 1. cap. 1. num. 31.
Morla in emp. jur. par. 1. tit. 1. quæſt. 16. num. 10.
licet contrarium teneat Cutel. de imm. Eccleſ. lib. 2.
quæſt. 95. nun. 5. & cogitandum relinquat Rota deciſ.
7. num. 6. verſ. Et an in bonis patrimonialibus de judic.
in novis. Sicut † poteſt eſſe laicus procurator Cle- 21
rici etiam in ſpiritualibus, & Syndicus Eccleſiæ in
judicio, & extra judicium, quia non tractat ſpiri-
tualia ſuo nomine, ſed nomine procuratorio, cap.
1. ubi gloſſ. Barboſa num. 1. 2. & 3. de procurat. in
6. cap. 1. de Syndico, Abbas in capit. decernimus,
num. 9. Ripa à num. 10. & à num. 49. Decius à nu.
56. & à num. 92. Fermoſin. quæſt. 12. à num. 1. ad
5. Barboſa in addit. tom. 6. num. 4. 5. & 6. de judic.
Cardoſo in praxi jud. verbo laicus, num. 3. Et et-
jam † poteſt eſſe Aſſeſſor, & conſiliarius judicis 22
Eccleſiaſtici etiam in ſpiritualibus, Ripa in cap. de
cernimus numer. 47. & 48. de judic. Cardoſa in
prax. judic. verbo laicus, numer. 5. Anſaldus de
juriſdict. part. 2. titul. 11. capitul. trigeſimo primo
à numer. 23. alios plures citavi deciſ. 7. numer. 26.
part. 1.
Sed an laicus cogi poſſit à judice laico ad ſu- 23
ſcipiendum onus tutelæ Clerici minoris ſibi delatæ
à judice Eccleſiaſtico? Negat Cutel. imm. Eccleſ.
lib. 2. quæſt. 95. numer. 5. & 6. ſed affirmat Rovit.
deciſ. 58. à num. 5. Dummodo id fiat à judice laico
requiſitionem judicis Eccleſiaſtici, ſequitur Baro-
nius de citatione, tom. 2. quæſt. 29. num. 22. verſic.
Sed ſi Cleric.
Et an laicus datus tutor Clerico minori per ju- 24
dicem Eccleſiaſticum rationem reddere debeat co-
ram judice Eccleſiaſtico? Affirmant Rovitus, & Ba-
ronius citati num. 23. Scialoja de foro compet. cap.
28. num. 37. & cap. 29. num. 8.
Quæro 2. è contra. An Clericus poſſit eſſe tu- 25
tor, vel cutator laici? Reſp. quod Clericus in mi-
noribus ordinibus conſtitutus nedum poteſt eſſe tu-
tor, vel curator laici, ſed etiam poteſt compelli &
invitus recipere tutelam, & curam Gregorius Lo-
pez lib. 14. gloſſ. Miſſas cantadas, tit. 16. part. 6.
Bobadilla in polit. lib. 2. cap. 17. num. 226. Guttier.
de tutel. par. 1. cap. 1. num. 27. Valaſcus allegat. 40.
num. 30. tom. 1. Barboſa in authent. Præsbyteros la
2. num. 8. Cod. de Epiſcop. & Cleric. Sed iſta com-
pulſio † debet fieri ab utroque judice Eccleſiaſtico, 26
& ſæculari, ſi datio tutoris, & curatoris fuerit fa-
cta per judicem ſæcularem, Bobad. in politic. lib.
2. cap. 17. num. 227. Guttier. de tutel. par. 1. cap. 1.
num. 26. in fine, Bolannos in Curia Philip. tom. 1.
part. 1. §. 5. numer. 32. Fontanella deciſ. 192. num. 7.
part. 1. alias conpellendus eſt per judicem Eccle-
ſiaſticum, Coſta de remed. ſubſid. remed. 72. num.
10. Guttier. de tutel. part. 1. capite primo numero
trenteſimo in fine, Barboſa in authentic. Presbyteros
leg. ſeconda numero ſetimo Codice de Epiſcopus &
Cleric.
Si autem Clericus ſit in ſacris conſtitutus non 27
poteſt eſſe tutor teſtamentarius, aut dativus, nec
ad ſuſcipiendam tutelam legitimam cogi poteſt.
Nec Clericus, qui eſt miniſteriis Eccleſiaſticis aſcri-
ptus, & in eis ſemper vaçare debet, aliis negotiis
ſæcularibus occupatur, l. generaliter ſancimus 40.
auth. Presbyteros l. 2. Cod. de Epiſcop. & Cleric. can.
pervenit. 86. diſtinct. can. Cyprianus 21. quæſt. 3.
Navarr. conſ. 1. nu. 1. ne Clerici vel monachis, Ma-
ranta de ord. jud. par. 4. diſt. 11. num. 65. Piag. de
tutore, & curatore, quæſt. 3. numer. 1. 2. & 3. Ca-
rocius deciſ. 17. num. 20. Cavalcan. deciſ. 19. num.
15. lib. 3. & de tutor. & curat. num. 188. Germon.
de ſacror. imm. lib. 1. cap. 15. numer. 3. Molina de
juſt. & jure tract. 2. diſp. 121. verſic. Clericus in
Sacris, alios plures cumulat Carol. de Graſ. de effect.
Cler. effectu 16. toto, Montanus de tutel. capit. 35.
nu. 193. Tuſchus pract. concl. litera T. concluſ. 415.
numero primo Guttier. de tutel. parte prima capitul.
primo numer. 28. Coſta de remed. ſubſid. remed. 72.
num. 1. Martha de juriſdict. part. 4. caſu 110. in
princ. Baeca de decimin. tutor. capit. 2. numer. 28.

Valaſc. alleg. 47. numer. 28. tom. 1. Anſald. de juriſd. part. 2. titul. 11. capite 28. à numer. 1. Squilante de privileg. Cler. capit. 14. Manfrella in obſervat. ad Cap. Latro, deciſ. 123. num. 26. verſic. Non tamen, Surd. deciſ. 207. numer. 7. & 23. Thomas del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 3. dub. 11. num. 1. 2. 3. & 4. Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 5. num. 72. in princ. & cap. 40. num. 113. in prin. & in l. generaliter. 40. num. 2. Cod. de Epiſc. & Cler. remiſſive in l. militiæ 4. n. 3. Cod. qui dare tutores, Fontanella deciſ. 191. & 192. part. 1. Et in Epiſcopo §. Deo autem in authent. de Sanctiſſim. Epiſcop. Molina de juſt. & jure tract. 2. diſp. 221. verſic. Epiſcopus etiam, Montan. de tutel. cap. 35. numer. 194. Galganet. de tutel. lib. 1. titul. 6. num. 36. quos & alios citat Alzedo de præcel. Epiſcop. dignit. part. 1. cap. 2. num. 31. addo Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 16. num. 8. Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 5. numer. 27. verſic. Et in Epiſcopis, & in authent. Presbyteros, num. 4. verſic. In Epiſcopis & Cler. Guttier. de tutel. part. 1, cap. 1. num. 30. Anſald. ſupra num. 13.

28 Limita 1. ut licet Clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, non poſſit dari tutor teſtamentarius, vel dativus etiam volens, Carol. de Graſ. multis citati de effect. Cler. effectu 16. numer. 2. Fontanella deciſ. 191. numer. 17. part. 1. neque compelli poteſt ad ſuſcipiendam tutelam legitimam. Nihilominus ſi vult, poteſt ſuſcipere tutelam legitimam, & eſſe tutor, & vel curator legitimus conſanguineorum ſuorum, ratione charitatis, cum ſit officium pium, quod ad Chriſtianum, & Religioſum ſpectat ſuis ſanguine conjunctis opem ferre, ut per jura citata docent Doctores citati num. 27. Novar. num. 2. Piag. numer. 2. Carocius numer. 20. Molina verſic. Clericus in ſacris, Carol. de Graſ. à nu. 19. Montan. num. 195. Tuſch. nu. 2. 3. & 4. Guttier num. 26. Coſta num. 11. Marcha nu. 3. Valaſch. num. 29. Anſald. num. 29. & latè à num. 39. Thom. del Bene numer. 6. Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 5. num. 73. & cap. 40. num. 113. verſ. Legitimam tamen, & in authent. Presbyteros la 2. nu. 3. Cod. de Epiſ. & Cler. Fontanella deciſ. 191. num. 16. 17. & 18. part. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 57. num. 32. Virgil. de legit. perſon. cap. 9. num. 19. & 20. Bellet. diſq. Cler. par. 1. tit. de diſcip. Cler. §. 32. Squilante de privileg. Cler. cap. 14. à princ. Caſtillo deciſ. 82. n. 1. 2. & 3. tom. 2. Manfrella in obſerv. ad Cap. Latro, deciſ. 123. num. 26. Surd. deciſ. 207. num. 23. Bolannos in Cur. Philip. tom. 1. part. 1. §. 5. num. 32. Vela pluribus laudatis diſſert. 43. num. 23. & 24. deciſionem modernam noſtri Senatus refert Fontanel. deciſ. 192. num. 12. & 13. & ita quotidie videmus obſervari tam in conſiſtorio verbali ſuæ Excellentiæ, quam in Curia Vicarii Regii Barcinonæ. Idemque eſt, ſi Clericus in ſacris conſtitutus datus fuerit tutor in teſtamento conſanguineo ſuo, cui tutela legitima teſtamento, non facto, ad iſtum Clericum delata fuiſſet, nam tunc etiam ad illam tutelam teſtamentariam recipiendam, licet invitus non cogatur, attamen ipſe vol.ns illam tutelam ſuſcipere poteſt, Caſtillo deciſ. 82. num. 10. & in addit. ad deciſ. 82. poſita in fine, lib. 3. deciſ. Fontanella deciſ. 191. numer. 18. part. 1. & docet poſt alios Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 16. num. 24. intellige hanc limitationem ſi eſt proximior pupillo, & ei ab inteſtato eſſet ſucceſſurus, Carol. de Graſ. dicto effect. 16. num. 22. & 23.

29 Limita 2. quando pupillus eſt pauper, & miſerabilis perſona, nam tunc Clericus in ſacris ordinibus conſtitutus non tantum poteſt eſſe tutor, & curator pupilli pauperis, & miſerabilis, Molina de juſt. & jure tract. 2. diſp. 221. Guttier. de tutel. part. 1. cap. 1. nu. 29. plures alios cumulat Vela diſſert. 43. num. 23. tom. 2. etiam teſtamentarius latè Caſtillo deciſ. 82. à num. 4. tom. 1. ſed etiam ſi nolit, cogi poteſt per Epiſcopum talem curam, & tutelam ſuſcipere can. pervenit, gloſ. in can. fin. 86. diſt. can. 1. diſt. 88. cap. 1. ne Cler. vel mon. Maranta de ordin. jud. 4. diſt. 11. num. 65. in fine, Piag. de tut. & curat. quæſt. 3. num. 4. 5. 6. & 7. Montan. de tutel. cap. 35. numer. 197. quos, & alios plures citat Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 16. n. 17. quibus addendi ſunt Anſald. de juriſdic. part. 2. tit. 11. cap. 28. à num. 31. Surd. deciſ. 207. num. 23. in fine, Guttier. de tutel. part. 1. cap. 1. num. 31. Martha de juriſdict. part. 4. caſu. 110. num. 5. Barboſa in auth. Presbyteros ſub num. 7. Cod. de Epiſc. & Cler. ſi alius tutor non poteſt inveniri ita aptus, ut valeat bona pupilli gubernare & ſic in ſubſidium, Carolus de Graſ. de effect. Cler. effectu 16. num. 28. Thom. del Bene de imm. Eccleſ. tom. 1. cap. 3. dub. 11. num. 5. Fontanella deciſ. 191. nu. 15. & deciſ. 192. nu. 1. 2. & 5. Coſta de remed. ſubſid. remed. 72. num. 2. Anſald. de jurid. par. 2. tit. 11. cap. 28. nu. 38. Et conſideravit in ſuo caſu Caſtillo dec. 82. num. 7. verſic. Ex quibus. Et in Epiſcopo quod teneatur ſuſcipere tutelam, vel curam perſonæ miſerabilis, Molina de juſt. & jure tract. 2. diſp. 221. verſic. Epiſcopus etiam tutor, Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 16. num. 6. Alzedo de præcel. Epiſc. dignit. part. 1. cap. 12. nu. 32. & alii Clerico mandare, can. Epiſcopus gubernationem 88. dict. Guttier. de tutel. & cur. par. 1. cap. 1. nu. 30. in fine, Barboſa in authent. Presbyteros la 2. num. 7. Cod. de Epiſ. & Cler.

Limita 3. in tutela honoraria, quam Clericus in ſacris, & Epiſcopus ſuſcipere poteſt, Guttier. de tutel. par. 1. cap. 1. num. 30. in fine, Alzedo de præcel. Epiſ. dignit. part. 1. cap. 12. num. 33. Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 5. num. 75. & in authent. Presbyteros la 2. num. 5. Cod. de Epiſ. & Cler. Dicitur autem tutor honorarius, qui datur, ut pupillus magis honorariis ejus auctoritate, & protectione, non autem ut ſæcularibus negotiis ſe immiſcere debeat, ut puta ſi quis plebejus magnatem aliquem, ſeu Antiſtitem, aut inſignem Rempublicam tutorem, vel tutricem filio reliquit, quo filius magis ab omnibus coleretur, ſic gloſs. 1. in l. jure noſtro 26. §. 1. de teſtament. tutel. l. quod ſi forte 14. §. ſunt quidam gloſ. verbo honorarii, ff. de ſolut. Baeca de decim. tutor. capit. 6. num. 2. Eſcobar de ratiocin. cap. 28. num. 20. Guttier. de tutel. part. 1. cap. 17. numer. 1. Alzedo de præced. Epiſc. dig. part. 1. cap. 12. num. 34. Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 5. num. 76. & in authent. Præsbyteros la 2. num. 6. C. de Epiſc. & Cler. Lezana in ſum. quæſt. regul. par. 4. verbo tutela regularium, num. 2.

Religioſus autem non poteſt eſſe tutor teſtamentarius, vel dativus laici, quia ſi male gereret, non eſſet cautum pupillo, can. fin. 86. diſt. §. Deo autem in authent. de Sanctiſſim. Epiſcop. gloſs. verbo ipſo jure in leg. generaliter 40. gloſs. 1. in authent. Presbyteros la 2. Cod. de Epiſc. & Cler. etiam de licentia ſui Prælati, ex quo iſte in diſpoſitione juris diſpenſare nequit, & ſi Religioſus illam ſuſcipiat, totum, quod gerit eſt irritum, ſic Azor. inſt. moral. part. 1. lib. 12. cap. 11. quæſt. 3. Anſald. de juriſdic. part. 2. titul. 11. cap. 28. num. 13. 14. & 35. Sanchez in decal. tom. 2. lib. 6. cap. 14. num. 22. Thom. del Bene de imm. Eccleſ. tom. 1. cap. 3. dub. 11. num. 6. verſic. Cæterum, & num. 7. & 8. Tambur. de jure Abbat. tom. 3. diſp. 3. quæſt. 6. nu. 34. Machad. en ſuperfecto Confeſſor. tom. 2. lib. 5. part. 2. tract. 2. documen. 6. num. 1. Lezana quæſt. regul. part. 1. cap. 9. num. 17. in prin. & par. 3. verbo tutela regularium, num. 1. in princ. Barboſa in l. generaliter, nu. 3. & in can. monachi 33. num. 8. & 16. quæſt. 1. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 5. n. 76. verſ. Et in Religioſis, & cap. 40. num. 113. verſic. Sed nec regulares, & cap. 43. num. 57. in prin. remiſſive, in l. militiæ 4. num. 3. in fine Cod. qui dare tutores; Caſt. Palaus in oper. mor. par. 3. tract. 16. diſp. 4. punct. 13. §. 7. num. 1.

Limita 1. ut Religioſus poſſit ſuſcipere tutelam, 31
ſeu curam honorariam laici, Lezana quæſt. reg. in ſum. part. 4. verbo tutela regularium, num. 2. vide ſupra, num. 30.

Limita 2. ut Religioſus non tantum poteſt, ſed 32
etiam ſuſcipere tenetur tutelam, ſeu curam pauperis, & miſerabilis perſonæ, concedit Graſſis, quem refert & ſequitur Lezana quæſt. regul. tom. 1. cap. 9. numer. 17. in fine, & ſi ipſe dubius ſit in ſumma, quæſt. regul. par. 4. verbo tutel. regularium, num. 3. & contrarium teneant Molina de juſt. & jure tract. 2.

diſp. 221. verſic. Religioſus vero, Sanchez in oper. mor. tom. 2. lib. 6. cap. 14. num. 26. Caſtr. Palaus in oper. mor. par. 3. tract. 16. diſput. 4. punct. 13. §. 7. num. 2. verſic. Quod verum habet, Novari de privileg. miſerab. perſon. privileg. 86. & in lucerna reg. verbo tutela, Vela diſſert. 43. num. 23. in fine tot. 2. Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 53. nu. 57. verſic. Niſi miſerabilium, & in authent. Presbytero, la 2. num. 7. in fine Cod. de Epiſcop. & Cleric. Thomas del Bene de imm. Eccleſ. tom. 1. cap. 3. dub. 11. num. 9. verſic. Cæterum, & numer. 7. & 8. Sed limitationem probat Anſald. de juriſdict. par. 2. tit. 11. cap. 28. à numer. 31. & docent Sylveſt. in ſum. verbo tutela, quæſt. 3. Navarrus, conſ. 1. num. 3. ne Clerici, vel monachi, Caſtillo deciſ. 83. num. 7. verſic. Quarto tom. 1.

34 Limita 3. ut Religioſus tutelam, ſeu curam legitima conſanguineorum ſuorum ſuſcipere poſſit, gloſ. in can. pervenit verac. tutelas tu 2. ſolut. ubi Turrecremata 86. diſt. Angel. in ſum. verbo tutela, num. 1. Sylveſter quæſt. 3. Roſſell. num. 2. Tabiana quæſt. 1. num. 2. Gavant. num. 3. Azor. inſtit. moral. tom. 1. lib. 12. cap. 11. quæſt. 3. Lezana quæſt. regul. tom. 1. cap. 9. num. 17. verſic. de tutela namque Navarrus conſ. 1. numer. 3. ne Cleric. vel monachi, Caſtillo deciſ. 82. num. 7. verſic. Quarto, tom. 2. quidquid ex generalitate tex. in §. Deo autem in authent. de Sanctiſſim. Epiſcop. & ex gloſ. in can. pervenit verbo tutelas tu 1. ſolut. 86. diſt. contrariam teneant Gregorius Lopez l. 14. verbo nopuede, titul. 16. part. 6. Molina de juſt. & jure, tract. 2. diſput. 221. verſic. Religioſum tutor, Coſta de remed. ſubſid. remed. 72. num. 7. Guttier. de tutelis, par. 1. capit. 1. numer. 30. Sanchez in decal. tom. 2. lib. 6. capit. 14. numer. 25. Caſtrus Palaus in oper. moral. part. 3. tract. 16. diſput. 4. punct. 13. §. 1. num. 2. Vela diſſert. 43. num. 23. verſic. Quod tamen in Religioſis, Barboſa in authent. Presbyteros la 2. num. 4. verſic. In Religioſis, C. de Epiſc. & Cler. & in can. monachi 33. num. 8. verſic. De Tutela vero legitim. 16. quæſt. 1. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 43. num. 57. verſic. nec etiam, Anſald. de juriſdict. par. 2. tit. 11. cap. 28. num. 29. Thomas del Bene de imm. Eccleſ. tom. 6. verſic. Cæterum, & n. 7. & 8. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect. 16. n. 20. quia contra eos eſt verior ſententia, ut tradit Lezana in ſum. quæſt. regul. par. 4. verbo tutela regularium, num. 1. & ſecundum hanc limitationem obſervatur in Curia Vicarii Barcinonæ, ut mihi relatum fuit. Unde pater profeſſus tutor, vel curator filii poteſt, ut ex Navarro, Silveſtro, & Graffio, docet Bordonus reſol. 14. num. 79. ſequitur Lezana in ſum. quæſt. regul. verbo tutela regularium ſub num. 1. par. 2.

35 Unde primo infertur, veram non eſſe opinionem Piagii de tutel. quæſt. 3. num. 6. Guttier. de tutel. par. 1. cap. 1. num. 32. in fine dicentium Clericum non poſſe nominari tutorem, vel curatorem laici, niſi per Judicem Eccleſiaſticum, eo quia judex ſæcularis nullam in Clerico habet juriſdictionem. Nam contrarium eſt verius, ut Clerico volente poſſit ei decerni tutela à judice ſæculari, quia hoc pertinet ad juriſdictionem voluntariam, quam Clericus judicis ſæcularis prorogare poteſt, ſic Coſta de remed. 72. num. 11. Bolanos ſubſid. remed. in Curia Philip. tom. 1. par. 1. §. 5. num. 32. Bobadilla in polit. lib. 2. cap. 18. num. 226. Anſald. de juriſdict. par. 2. tit. 11. cap. à num. 39. Fontanella deciſ. 192. num. 3. par. 2. & alii ex citatis à num. 25.

36 Secundo infertur, quod licet plures Doctores dicant, quod Clericus, ubi per judicem ſæcularem admittitur ad tutelam, vel curam laici, id fieri debet cum licentia, & approbatione ſui ſuperioris, Caroc. deciſ. 17. numer. 20. Coſta de remed. ſubſid. remed. 72. num. 12. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect. 16. num. 19. in fine, Caſtillo deciſ. 82. num. 4. tom. 1. Fontanella deciſ. 192. nu. 1. 2. & 16. par. 1. Verum alii docent, quod Clericus, ſi vult poſt nominari tutor, vel curator legitimus conſanguineorum ſuorum ſine alterius licentia, dummodo non ſuſcipat tutelam, vel curam gratia turpis lucri, vel avaritiæ, vel alium malum finem, ſic Navar. conſ. 1. num. 2. ne Cler. vel Monachi, ſequitur Caſtillo deciſ. 2. 87. num. 7. verſ. Tertio, Carocius deciſ. 17. num. 20. in fine, & ita obſervatur in Cathalonia, non enim curatur de alio, niſi ipſe Clericus velit eſſe tutor, vel curator legitimus conſanguineorum ſuorum, ut habes apud Fontanellam deciſ. 292. num. 12. & 13. par. 1. & idem obſervatur in Religioſo tutore, vel curatore legitimo laici conſanguinei ſui per judicem ſæcularem nominato, nam licet Azor inſtit. mor. part. 1. lib. 12. cap. 11. quæſt. 3. Lezana quæſt. regul. part. 1. cap. 9. nu. 1. requirant licentiam Prælati ſui ſuperioris. Tamen in Curia Vicarii Regii Barcinonæ de hoc non curatur, ſed ſolum, quod ipſe velit, & ſatiſdet, fuit mihi relatum in ea Curia obſervari.

37 Sed ſcias, quod clericus nominatus tutor, vel curator laici per judicem ſæcularem, ſi de ejus remotione tractandum ſit, cognitio pertinet ad judicem ſæcularem, ita fuit proviſum in Conſiſtorio verbali ſuæ Eccellentiæ de conſilio Don Franciſci de Pons Abbatis ſancti Cucuphatis Vellen. Ordinis Divi Benedicti, Regii Cancellarii 6. Decembris 1672. in favorem Antonii Lorens Villanovæ de Cubells contra Doctorem Petrum Aoxadel, Presbyterum, Beneficiatum in Eccleſia Parochiali Beatæ Mariæ de Pinu Civitatis Barcinonæ, curatorem nominatum Jacobi Guarojola dementis per Bajulum Villanovæ de Cubells, ſcriba Oriol, & Mercet, poſtea Melchiore Cortes Not.

38 Scias etiam, quod Clericus, caſu quo poteſt eſſe autor, res pupilli negotiari valet, non tamen cauſa turpis lucri, ut declaravit ſacra congregatio Conſilii 13. Novembris 1619. refert Barboſa deciſ. Apoſtol. 159. num. 12. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 5. num. 74. in fine, & cap. 40. numer. 110. in fine, idem de Religioſo dicit Lezana in ſum. quæſt. regul. par. 4. verbo tutela regularium, num. 1. verſic. In caſu etiam.

39 Quæro 3. An tutor, vel curator ratione adminiſtrationis, & laboris tutelaris poſſit petere ſalarium? Reſp. quod de rigore juris petere non poteſt, quia jure Civili officium tutoris gratuitum eſt, l. à tutoribus, §. principalibus, l. qui negotium in fine principii, ff. de adminiſtr. tutor, l. ſi is qui, ff. de eo qui pro tutor. l. qui ſine uſuris, ff. de negot. geſt. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 47. nu. 6. & 7. & tit. 6. quæſt. 14. num. 16. Baeca de decima tutor. cap. 1. à numer. 1. Guttier. de tutel. par. 3. cap. 2. à num. 1. Eſcobar de ratiocin. cap. 27. num. 19. & cap. 28. in princ. late Carocius de Locat. part. 1. de adminiſtr. tutor. quæſt. 8. 3. Zacchias de Salar. quæſt. 87. à numer. 2. Fontanella deciſion. 276. numero primo, Bonden. collect. legal. 50. numer. 2. Garzia de expenſ. cap. 20. numer. 12. Menoch. 228. à numer. 1. ad 13. lib. 3. Diaz de Mena var. lib. 1. quæſt. 8. §. 3. numer. 4. Cavalcan. de Tutor. num. 310. Pichard. in §. tutores, num. 37. de oblig. quæ ex quaſi contract. Cyriac. contr. 503. à num. 1. tom. 3. Boſſius de alim. cap. 16. ſub num. 922. Cancer. part. 1. var. cap. 7. ſub num. 47.

40 Sed tantum † tutor vel curator poteſt petere expenſas, quando extra Civitatem iter facere debet, Surdus de aliment. tit. 1. quæſt. 47. num. 5. Baeca de decim. tutor. cap. 1. num. 3. 5. & 8. Eſcobar. de ratiocin. cap. 27. num. 30. & 34. Caroc. de locato, p. 1. de adminiſt. tutor. quæſt. 1. nu. 14. & 15. Padilla in l. 1. num. 13. Cod. de tranſact. Pichard. in §. Tutores, num. 33. de oblig. quæ ex quaſi contract. Cancer par. 1. var. cap. 7. ſub nu. 47. Garcia de expen. cap. 20. nu. 11.

41 De æquitate tamen tutor, vel curator, juſta cauſa exiſtente, poteſt petere à judice ſibi conſtitui ſalarium pro laboribus tutelæ, l. à tutoribus, §. principalibus, ff. de adminiſtr. tutor. l. idemque, §. idem labeo, ff. mandati, l. 1. §. ſi à pupillis, ff. de tutel. & ration. diſtr. Menoch. conſ. 228. à num. 14. lib. 3. & arb. jud. caſu 512. nu. 5. 6. & 7. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 47. num. 7. & 8. & tit. 6. quæſt. 14. nu. 17.

Baeca *de inope debit. cap.* 1. *à numer.* 6. Boſſius *de aliment. cap.* 16. *ſub num.* 922. Pichard. *in* a *tutores*, *num.* 87. *de obligat, quæ ex quaſi contract.* Guttier. *de tutel. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 3. Garcia *de expen. cap.* 10. *num.* 13. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 27. *numer.* 29. *verſic. Bene tamen.* Caroc. *de locat. part.* 1. *de adminiſt. tutor. quæſt.* 3. *num.* 13. Zachias *de ſalar. quæſt.* 87. *numer.* 6. *&* 17. Michalor. *de fratrib. par.* 3. *cap.* 44. *à num.* 15. Diaz de Men. *var. lib.* 1. *quæſt.* 8. §. *numer.* 5. Cyriac. *controv.* 503. *nu.* 5. *tom.* 3. Cancer. *var. par.* 1. *cap.* 7. *nu.* 47. Bonden. *colluct. legali* 50. *num.* 9. *verſ. Accedente.*

42 Dummodo tutor, vel curator petat à judice ſalarium ſibi conſtitui in initio ſuæ tutelaris adminiſtrationis: alias enim nihil petendo dum adminiſtrare cœpit, quodammodo remittere, & donare videtur, Menoch. *conſ.* 228. *num.* 37. *&* 60. *verſic. Quartæ dubitationi*, *lib.* 3. *& de arbit. jud. caſu* 512. *num.* 1. 2. *&* 3. Guttier. *de tutel. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 4. Franchi, & ibi Luca *deciſ.* 122. Reverter. *deciſ.* 511. ubi Marinis *in obſerv. ad medium*, Eſcobar *de ratioc. cap.* 27. *num.* 34. Berlich. *deciſ.* 224. Thoro *in comp. deciſ. par.* 3. *ſect.* 3. *verbo Tutor*, *col.* 4. *poſt princ. verſic. Neque ratio*, *fol.* 393. Riccius *collect.* 656. *verſic. Infertur tertio*, Michalor *de fratr. par.* 3. *cap.* 44. *num.* 18. Zachias *de ſalario*, *quæſt.* 87. *numer.* 18. Bonden. *colluct. legal.* 50. *num.* 11. Valenzuela *conſ.* 179. *num.* 61. *tom.* 2. Cyriac. *controv.* 503. *à numer.* 6. *ad* 15. *tom.* 3. Cancer *part.* 1. *var. cap.* 7. *n.* 48. niſi tutor, vel curator tempore ſuſceptæ adminiſtrationis tutelaris extrajudicialiter dixiſſet, vel proteſtatus eſſet, ſe velle ſalarium, nam tunc debetur, & non cenſetur donatum, Guttier. *de tutel. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 4. Luca *ad Franchis*, *dec.* 122. *n.* 6. *verſ. prætermittendum.*

43 Attamen tutor, vel curator etiam finita tutela poteſt ex bono, & æquo, juſta ex cauſa petere à judice ſalarium ſibi conſtitui, Menoch. *conſ.* 228. *num.* 38. *&* 39. *lib.* 3. Guttier. *de tutel. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 4. Franch. *deciſ.* 122. *ſub num.* 4. uni Luca *verſic. Certus*, Calganet. *de tutel. par.* 2. *cap.* 36. *numer.* 34. Cyriac. *controver.* 303. *num.* 45. *lib.* 3. Cancer *part.* 1. *cap.* 7. *numer.* 48. Pratus ſic intelligendus *lib.* 2. *diſcep. foren. cap.* 5. *per totum*, quidquid aliquibus citatis dicat Bonden. *colluct. legali* 50. *num.* 10.

44 Inter alias cauſas illa dicitur juſta, quando tutela fuit laborioſa, nam tunc ex bono, & æquo taxatur ſalarium tutori, vel curatori finita tutela, Menoch. *conſ.* 228. *num.* 20. *lib.* 3. *& conſil.* 570. *nu.* 4. *lib.* 6. *& de arbit. jud. caſu* 512. *verſic. Sic etiam.* Guttier, *de tutel. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 10. Baeca *de decima tutor. cap.* 1. *à num.* 19. *& cap.* 20. *numer.* 20. Flores de Mena *var. lib.* 1. *quæſt.* 8. §. 3. *numer.* 2. Barboſ. *in l.* 1. *num.* 4. *C. mandati*, Luca de Franch. *deciſ.* 122. *num.* 2. *verſic. Clericus*, Cyriac. *controv.* 503. *nu.* 45. *&* 51. *tom.* 3. ita fuit deciſum in noſtro Cathaloniæ Senatu in cauſa ſupplicationis in favorem Joſephi Duran contra pupillos Caſanoves referente Magnifico Franciſco Vidal y Roca 16. Aprilis 1670. Scriba Pellicer, & ſic ſunt intelligendæ binæ deciſiones relatæ per Cancer. *part.* 1. *var. cap.* 7. *ſub num.* 48.

45 Quantum autem ſalarium à Judice ſit taxandum tutori, vel curatori? non eſt in jure definitum, ſed ejus arbitrio relinquitur, Menoch. *conſ.* 22. *à numer.* 48. *lib.* 3. *de arb. jud. caſu* 512. *à num.* 16. Guttier. *de tutel. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 5. Baeca *de decima tutor. capit.* 2. *à numer.* 19. Diaz de Men. *var. lib.* 1. *quæſt.* 8. §. 3. *ſub numer.* 2. Barboſa *in l.* 1. *num.* 8. *Cod. Mandat.* Bonden. *colluct. legat.* 50. *num.* 9. *verſic. Accedent.* in Cathalonia ſolet judex taxare ſalarium tutori, vel curatori pro modo laborum ad rationem duorum ſolidorum pro unaquaque libra, quam exigiſſe conſtiterit de bonis tutelæ, vel curæ formam refert Don Petrus de Amigant, vir vere doctus, & nunquam ſatis laudatus *in addit. ad Ripoll. pract. Vicarii Barcinonæ rub.* 10. *num.* 12. ſic deciſum in Regia Audientia ad relationem Nobilis Narciſi de Anglaſer die 5. Julii 1673. in favorem Franciſci Borras I. V. Doctoris contra conjuges Joſephum, & Mariam Torres, & Balaguer, Actuario Oriol, & Macer, ut tradit dictus Don Petrus de Amigant *in addit. ad Ripoll. in pract. Vicar. Barcinonæ poſt num.* 15. *verſic. de materia.* Et quid obſervatur in Regnis Caſtellæ, Luzitaniæ, & aliis regionibus tradunt Menochius *conſ.* 228. *à num.* 51. *lib.* 3. *& de arb. jud. caſu* 512. *num.* 19. Guttier. *de tutel. par.* 3. *cap.* 2. *à numer.* 11. *ad* 18. Baeca *de decima tutor. cap.* 1. *num.* 32. Diaz de Mena *lib.* 1. *var. quæſt.* 8. §. 3. *num.* 6. Garcia *de expen. cap.* 1. *num.* 20. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 28. *num.* 1. 2. *&* 3. Pet. Barboſa *in l. fructus* 7. *numer.* 21. *verſic. Ultimo*, *ff. ſolut. matrim.* Padilla *in l.* 1. *nu.* 13. *C. de tranſact.* Pichard. *in* §. *tutores*, *num.* 37. *de oblig. quæ ex quaſi contract.* Cyriac. remiſſivè *controv.* 503. *num.* 48. *tom.* 3. Zachias *de ſalario*, *quæſt.* 87. *num.* 29.

Unum ultimo nota, quod ſi tutor, vel curator peregrè proficiſcatur, ut ſi egrediatur à domo ſua, 46
& loco ſolitæ habitationis extra fines ipſius loci pro negotiis pupilli, poteſt ultra ſalarium petere expenſas perſonales neceſſarias juxta qualitatem ſuæ perſonæ, *l. idemque* 10. §. *idem labeo*, ibi: *Et ſi ad vecturas ſuas dum excurrit in prædia ſumptum fecit, niſi ſalarium fuerit datum, & hoc convenit, ut ſumptus de ſuo facere ad hæc itinera, hoc eſt de ſalario*, *ff. mandati*, ſic pluribus comprobat, atque defendit, fundamentiſque contrariis reſpondere Baeca *de decima tutor. cap.* 21. *à num.* 15. *cum ſeqq.* Flores de Mena *lib.* 1. *var. quæſt.* 8. §. 3. *num.* 11. Garcia *de expen. cap.* 20. *numer.* 15. dicit ita eſſe proculdubio tenendum, & licet in fine dicti num. fateatur contrariam ſententiam eſſe æquiorem, ſi ſalarium magnum ſit, quem ſequitur Salgado *in labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 34. *in fine*, *&* 24. *num.* 35. & ſe involvat Eſcobar *de ratiocin. cap.* 38. *num.* 34. tamen Garciam impugnat, & noſtram ſententiam tanquam veriſſimam probat Guttier. *de tutel. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 18. *per totum*, ſecundum quam declaravit noſter Senatus in cauſa relata *num.* 45. teſtatur Don Petrus de Amigant *in addit. ad Ripoll. in prax. Vicar. Barcinone*, *rub.* 10. *numer.* 15. *verſic. De materia in fine.* Et vidi pluries obſervatum in officio Magiſtri rationalis hujus Principatus in ſequeſtris nominatis beneficiorum vacantium de Regio patronatu, quibus ultra ſalarium duorum ſolidorum pro libra liquidatæ fuerunt expenſæ, quas ipſi fecerunt peregrè proficiſcendo in rem, & utilitatem ſequeſtri. Sed non † auditur tutor, vel curator, cui 47
ſalarium eſt aſſignatum, & taxatum, ſi petit, quod dedit actori, ſeu negotiorum geſtori, ut nomina debitorum exigeret, & alia incumbentia officio tutoris, ſeu curatoris faceret, nam illum de ſuo ſalario ſatisfacere tenetur; & non de bonis tutelæ, vel curæ, ut comprobat latiſſime Baeca *de decim. tut. cap.* 21. *à numer.* 26. Guttier. *de tut. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 20. *&* 21. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 27. *num.* 35. Salgado *in labyrint. credit. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 32. *&* 34. Secus attento jure communi, quo tutor, & curator, non habet regulariter ſalarium pro adminiſtratione tutelari, ſed poteſt eligere inſtitorem, quem factorem vocamus pro gerendis, & curandis negotiis pupilli, vel minoris, eique de bonis pupilli conſtituere ſalarium, Menoch. *conſ.* 228. *num.* 26. *lib.* 3. Guttier. *de tutel. part.* 9. *cap.* 2. *nu.* 23. Carocius *de locato*, *par.* 1. *d. adminiſtrat. tut. quæſt.* 3. *num.* 40

---

### *ARGUMENTUM.*

## An decretum in alienatione, tranſactione, & permutatione bonorum immobilium Clerici minoris ſit interponendum à judice Eccleſiaſtico.

### *SUMMARIUM.*

1 *Decretum in tranſactione, alienatione, & permutatione bonorum immobilium Clerici minoris interponendum eſt à judice Eccleſiaſtico*, *num.* 1. *ſed per quem judicem Eccleſiaſticum eſt interponendum*, *num.* 2. *&* 3.

4 *Decretum in alienatione, tranſactione, & permutatione bonorum immobilium laici minoris, fideicommiſſi, & majoratus à quo judice interponendum eſt, num. 4. & 5.*

6 *Decretum judicis in alienatione, tranſactione, & permutatione bonorum immobilium minoris, fideicommiſſi & majoratus debet interponi cum cauſæ cognitione, num. 6. & quando invenire debet, & an præcedere debeat alienationem, num. 7.*

8 *Notario aſſerenti in decreto judicis ſolemnitates adhibitas fuiſſe ante interpoſitionem decreti non creditur, num. 8. niſi concurrat antiquitas temporis, num. 9. & an iſtæ ſolemnitates debeant eſſe enuntiatæ in inſtrumento, num. 10.*

11 *Bona immobilia minorum, fideicommiſſi, & majoratus quibus ex cauſis alienare poſſint.*

## DECISIO CLVIII.

1 DEcretum in alienatione, tranſactione, vel permutatione bonorum immobilium Clerici minoris interponendum eſt à judice Eccleſiaſtico, ita Socin. *in cap. 1. num. 42. de foro compet.* Ripa *in cap. 2. num. 9. verſic. Similiter judic.* Pereyra deciſum tradit *de empt. & vend. cap. 13. numer. 16.* Hermoſilla *ad Gregor. Lopez, leg. 4. gloſs. 8. numer. 6. fol. 15. tom. 1.* Barboſa *in l. 1. numer. 2. in fine, Cod. de præd. minor.*

2 Sed dubium eſt, per quem judicem Eccleſiaſticum ſit interponendum decretum, in alienatione, tranſactione, vel permutatione bonorum immobilium clerici minoris, & prima facie videtur decetum interponendum eſſe à judice Eccleſiaſtico loci, ubi Clericus minor commoratur, vel ubi habet beneficium ſive beneficium requirat reſidentiam, ſive non ex traditis per Carol. de Graſ. *de effectu. Cler. effectu 1. numer. 68. 69. & 70.* Carleval. *de judic. lib. 1. diſp. 2. numer. 145.* Scialoja *de foro compet. cap. 4. num. 8.*

3 Sed verius eſt, quod decretum interponi debet à judice Eccleſiaſtico loci, ubi ſita eſt res, quæ alienatur ſeu permutatur, ex his quæ docent Socin. Pet. Barboſa, Menochius, Scaccia, Carol. de Graſ. Farinac. Auguſt. Barboſa, Scialoja, & Carleval. *citati, deciſ.... num.... hac part. 3.*

4 Ex his quæro 1. An decretum in alienatione, tranſactione, vel permutatione bonorum immobilium laici minoris fideicommiſſi, ſeu majoratus à quo judice ſit interponendum; Triplex eſt ſententia, prima quod judex domicilii, vel originis eſt judex competens, *l. magis punt. 5. §. illud quæri 12. ff. de rebus eorum.* Secunda quid judex territorii ubi res ſita eſt, *l. ſi prædium 26. C. de præd. minorum.* Tertia quod quando res ſita eſt in uno territorio, & minor domicilium habet in alio, decretum utriuſque judicis requiritur, *argumento, l. juriſperitos, §. 1. ff. de execu. tutor.* de quibus Tiraquel. *de retract. ligniag. §. 36. gloſs. 3. num. 22. 23. & 24.* Rodean. *de reb. Eccleſ. alienand. vel non cap. 27. à numer. 40.* Gomez *tom. 2. var. cap. 14. nu. 17. in prin.* ubi Ayllon. Laynez *num. 18.* & idem Gomez *in l. 45. taur. nu. 151. verſ. Item cum ratione in fine*, Gonzalez *ad reg. 8. Canc. §. 5. gloſſ. 7. num. 58.* Pereyra *de emp. & vendit. cap. 14. à num. 13.* Mantic. *de tacitis, lib. 4. tit. 6. numer. 23. & 24.* Gratian. *diſcept. foren. cap. 555. num. 6.* Guttier. *de tutel. par. 1. cap. 16. num. 19.* Molina *de juſt. & jure, tract. 2. diſp. 224. nnmer. 29. in fine*, Hermoſil. *ad Gregor. Lopez, l. 3. gloſs. 8. num. 1. 2. 3. 4. & 5. fol. 14. pag. 2. tom. 2.* Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib. 3. cap. 30. num. 9. & in l. 1. num. 2. & in l. minorem 4. nu. 6. & in l. ſi prædium 16. n. 3. Cod. de prædiis min.* Boſſius *tract. mor. tom. 3. tit. 18. numer. 158. & 160.* Alfaro *de off. fiſcal. gloſ. 20. §. 9. n. 142.* Scialoja *de foro compet. cap. 4. num. 18.* Ripoll. *var. reſol. cap. 11. nu. 386.* mihi tamen arridet, quod judex territorii ubi res minoris fideicommiſſi, vel majoratus ſita eſt decretum interponere debet in alienatione, tranſactione, vel permutatione bonorum immobilium minoris, fideicommiſſi, vel majoratus; ſed ſi res ſitæ fuerint in diverſis Regnis, ut Caſtellæ, & Regnis Coronæ Aragonum decretum interponi debet ab utroque judice, pro bonis reſpectivè cujuſque territorii, ſic dominus Vicecancellarius Don Chriſtophorus Creſp. de Valdaura *obſervat. 15. numer. 302. 303. & 304.* ubi teſtatur hoc jure uti.

Quæro 2. An decretum judicis in alienatione, tranſactione, vel permutatione bonorum immobilium minoris, fideicommiſſi, vel majoratus debeat interponi cum cauſæ cognitione? Reſp. quod ſic, alias nihil operatur, *l. magis punto 5. §. ſi æs alienum, l. quamvis, ff. de reb. eor. l. cum hi, §. ſi prætor, ff. de tranſact.* Urſellius *concluſ. 86. numer. 38. & 199.* Mantica *de tacit. lib. 4. tit. 6. à num. 15.* Barboſa *in l. 3. num. 3. Cod. de præd. minor.* Reg. Mattheu *de Regim. Regni Valen. cap. 11. §. 6. num. 10. & à num. 66.* plures alios addunt Hermoſilla *ad Gregor. Lopez, l. 4. gloſ. 6. nu. 1. fol. 27. pag. 2. tom. 2.* Valeron. *de tranſact. tit. 1. quæſt. 6. num. 14. & 15.* Cancer. *par. 1. var. cap. 7. num. 122.* ubi addit, quod licet decretum judicis faciat præſumi cauſæ cognitionem adhibitum, hoc procedit, quando de adhibita cauſæ cognitione ſit mentio in inſtrumento, alias ſecus, Ripoll. & Fontanella cum deciſione noſtri Senatus diei 30. Auguſti 1582. referente Magnifico Michaele Quintana in cauſa Bernardi Meſſeguer, contra Joannem Creus, ſcriba Honofrio Palau, *in var. reſol. cap. 11. à numer. 379. iſte de pact. nup. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 13. part. 1. numer. 22.* 6

Quæro 3. decretum judicis in alienatione, permutatione, ac tranſactione bonorum immobilium minoris, fideicommiſſi, vel majoratus quando intervenire debeat? Reſp. quod debet præcedere alienationem, tranſactionem, vel permutationem, *l. 1. in pen. l. magis puto, §. non poſſim, l. ſi pupillorum, §. ſi pariter, ff. de reb. eorum*, alioquin ſi decretum ſubſequatur poſt factam alienationem, permutationem, vel tranſactionem, non valet, *l. ſi ventri, §. fin. ubi gloſ. ff. de privileg. credit*, niſi fiat mentio de alienatione, tranſactione, vel permutatione jam facta, ut poſt antiquos docent Gomez *tom. 2. var. cap. 14. num. 13.* ubi Ayllon Laynez innumeros citat *numer. 19.* Urſellius *concl. 86. à numer. 198.* Sperel. *deciſ. 115. num. 30. lib. 2.* Barboſa *in l. 1. num. 3. & in l. minorem, num. 6. Cod. de præd. minor.* Menoch. *de arbitr. jud. caſu 17. numer. 23.* Pereyra *de emp. & vend. cap. 13. numer. 48.* Riccius *deciſ. 227. part. 1.* Hermoſilla *ad Greg. Lopez, l. 4. gloſ. 7. num. 2. fol. 31. & numer. 16. fol. 33. pag. 2. tom. 2.* Mantica *de tacit. lib. 4. tit. 6. à num. 8.* plures deciſiones diverſorum Senatuum refert Novarius *in prag. 11. collect. 9. à num. 2. de adminiſt. univerſ.* ex noſtris Ripoll. *var. reſol. cap. 12. num. 376. 377. & 378.* & in alienatione rei Eccleſiæ, Riccius *in praxi aurea, par. 1. reſol. 24.* Boſſius *in moral. part. 3. tit. 18. à num. 205.* 7

Notario aſſerenti in inſtrumento ſolemnitates adhibitas fuiſſe ante interpoſitionem decreti non creditur, Maſcard. *de probat. concl. 485. n. 22.* Menoch. *lib. 2. præſumpt. 75. num. 46. & 47.* Gomez *tom. 2. var. cap. 14. num. 13.* Pereyra *de emp. & vend. cap. 13. num. 44.* Hermoſil. *ad Gregor. Lopez, l. 4. gloſ. 6. num. 28. fol. 30. tom. 2.* Riccius *in prax. aurea, reſol. 30. par. 1.* Boſſius *in moral. tom. 3. tit. 18. n. 199.* Novarius plures deciſiones Senatuum refert *in prag. 21. collect. 9. num. 7. de adminiſtr. univerſi.* 8

Niſi concurrat antiquitas contractus, nam tunc omnes ſolemnitates præſumuntur interveniſſe, Maſcard. *de probat. concl. 487.* Caſtillo *uſufruct. cap. 54. num. 26.* Barboſa *de poteſt. Epiſ. par. 3. alleg. 95. num. 72.* Boſſius *in moral. tom. 3. tit. 18. num. 185.* Ciarlin. *controv. foren. lib. 1. cap. 39. à num. 4.* Riccius *deciſ. 176. par. 2.* Faber *in C. lib. 4. tit. 38. defin. 2. & tit. 42. defin. 53.* plures deciſiones, tam noſtri, quam aliorum Senatuum cumulat Fontanella *tom. 1. clauſ. 4. gloſs. 13. par. 4. à numer. 13.* remiſſivè Hermoſilla *ad Gregor. Lopez, l. 4. gloſ. 6. n. 13. fol. 30. tom. 2.* Novarius *in prag. 11. collect. 9. nu. 8. de adminiſtr. univer.* ubi 9

*num.*

*num.* 9. tradit, cujus expenſis decretum ſit interponendum.

10 Sed an iſtæ ſolemnitates debeant eſſe enuntiatæ in inſtrumento, ut ex temporis antiquitate præſumantur interveniſſe; Doctores ſunt diſcordes, videantur Maſcard. *de probat. concluſ.* 487. *in fine*, Barboſa *de poteſtat. Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 95. *num.* 73. *& in cap.* 6. *num.* 4. *de his quæ fiunt à Prælat.* Ciarlin. *controv. foren. tom.* 1. *cap.* 39. *à numer.* 11. Boſſius *in moral. tom.* 3. *tit.* 18. *num.* 185. 186. 203. *&* 204. Fontanella cum deciſione noſtri Senatus *de pact. nuptialib. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 13. *par.* 4. *num.* 21. *&* 22. qui innumeros citant.

11 Bona autem immobilia minoris, fideicommiſſi, vel majoratus quibus ex cauſis alienari poſſint. Videndi ſunt Gomez *tom.* 2. *variar. cap.* 14. *num.* 15. Guttier. *de tutel. par.* 2. *cap.* 5. *à num.* 61. Barboſa *in l. minorem* 4. *num.* 7. *& in l. ob æs alienum* 12. *Cod. de præd. minor.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 530. *reg.* Mattheu *de Regim. Reg. Valent. cap.* 11. §. 6. *à num.* 66. doctè ut ſolet domin. Vicecancell. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſerv.* 306. *num.* 8. *&* 9.

---

## *ARGUMENTUM.*

**An cognitio præeminentiæ inter laicos ſuper jure habendi ſedile, ſcamnum, ſive banchum, ſedendi in priori, & digniori, & altiori loco, prius offerendi, & recipiendi pacem in Eccleſia, & in proceſſionibus extra Eccleſiam pertineat ad judicem Eccleſiaſticum.**

### *SUMMARIUM.*

1 *Cognitio præeminentiæ inter laicos ſuper jure habendi ſedile, ſcamnum, ſive banchum, ſedendi in altiori, vel digniori loco, prius offerendi, & recipiendi pacem in Eccleſia, & in proceſſionibus extra Eccleſiam pertinet ad judicem Eccleſiaſticum, numer.* 1. *&* 2. *& de controverſ. inter laicos ſuper jure habendi ſedile, ſcamnum, ſive banchum, & ſedendi in priori, digniori, vel alteri loco, vel alio in Eccleſia, num.* 3. *& de controverſia inter laicos ſuper præcedentia in proceſſionibus, num.* 4. *& circa modum, & ritum proceſſionum, nu.* 5. *& quid quando eſt controverſia ſuper facto, num.* 24. *&* 25.

6 *Actiones ſpirituales, vel ſaltem ſpiritualibus annexæ ſunt jus habendi ſedile, ſcamnum, ſive banchum, ſedendi in priori, digniori, ſeu altiori loco, primi offerendi, & pacem recipiendi in Eccleſia, & in proceſſionibus extra Eccleſiam.*

7 *Laici ſubſunt judicio Epiſcopi nedum ſuper rebus, & actionibus ſpiritualibus, & Eccleſiacis, ſed etiam in ſpiritualibus annexis.*

8 *Præcedentia ab Epiſcopo non eſt permittenda in Eccleſia, ſed ſcamna debent eſſe communia, numer.* 8. *conceditur tamen laicis per Epiſcopum ex gratia, & tolerantia, numer.* 9. *& ſufficit ſimplex tolerantia Epiſcopi, num.* 10. *ſecus Epiſcopo invito, reclamaute, ſeu contradicente, num.* 11.

12 *Laici poſſunt acquirere jus habendi ſedile, ſcamnum ſive banchum, ſedendi in priori, digniori, & altiori loco prius offerendi, & recipiendi pacem in Eccleſia, num.* 12. *non quoad dominium, ſed quantum ad uſum, num.* 13. *etjam quod ſint mulieres, numer.* 14. *&* 15. *& pro iſto uſu competunt remedia poſſeſſoria, n.* 16. *reintegrandæ, ſeu recuperandæ poſſeſſionis, num.* 17. *& mandatum de manutenendo, nu.* 18. *& officium judicis, num.* 19. *& per unicum actum, num.* 20. *ſi controverſia eſt inter laicos, ſecus quoad Epiſcopum, & Rectorem Eccleſiæ, num.* 21. *vide num.* 22.

13 *Mulieres nequeunt inducere conſuetudinem generalem, quæ habeat vim legis, niſi in actibus mulieribus, poſſunt acquirere jus ſedendi in Eccleſia, & prius offerendi, num.* 14. *&* 15.

24 *Laicus exiſtens in poſſeſſione ſedendi in ſuperiori loco, & præcedendi in ſedendo, vel ſtando an poſſit manu armata reſiſtere ei, qui vult illum amovere.*

## DECISIO CLIX.

CAſus hujus deciſionis ſuper jure habendi, ſedile, ſcamnum, ſive banchum, ſedendi in priori, digniori, ſeu altiori loco, prius offerendi, & recipiendi pacem in Eccleſia inter laicos, & in proceſſionibus extra Eccleſiam; curioſus, & practicabilis eſt, ut ait Diana *reſol. moral. part.* 10. *tract. miſcel.* 4. *reſol.* 64. *& in cordinat. par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 127. *in prin.* Solet plerumque controverti, inquit Cævallos *de cog. per viam violen. par.* 2. *quæſt.* 124. *ante num.* 1. & præſertim ſæpe eſt frequens in facto inter uxores Nobilium Eccleſiæ, nam quælibet vult priori loco ſedere, & primo offerre, ut dicunt Faber *in* §. *aliam vero de bonor. poſ.* Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 10. *numer.* 115. Valeron. *de tranſact. tit.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 48. 1

Abſolutè tamen quæſtioni in argumento propoſitæ, Reſp. affirmativè, ita Cævallos *de cognit. per viam violentiæ, par.* 2. *quæſt.* 124. 2

Et quod orta controverſia inter laicos ſuper jure habendi ſedile, ſcamnum, ſive banchum, & ſedendi in priori, digniori, ſeu altiori loco, ſeu talio in Eccleſia ſit judex Eccleſiaſticus competens, non verò ſæcularis, ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Benach, Fontanet, Torner, & Senjuſt 26. Septembris 1603. occaſione firmæ juris factæ in Curia ſæculari Vicarii Campirotundi per Procuratorem generalem Abbatis Monaſterii Beatæ Mariæ Rivituli in exercenda juriſdictione in Villa Oleri, & Fiſci Procuratorem dictæ Curiæ Sæcularis Campirotundi, & ſubvicariæ Olori, ratione procedimentorum in Curia Eccleſiaſtica Gerunden. factorum ad inſtantiam ipſius Fiſci Procuratoris Curiæ Eccleſiaſticæ, & Hieronymi Clos V. I. Bachalaure; ſuper appoſitione cujuſdam novi ſcamni, ſive banchi cum inſigniis, & armis mitræ, & baculi paſtoralis, ſive croſſæ in Eccleſia Parochiali Sancti Stephani Villæ Oloti in loco, in quo antea erat aliud ſcamnum vetus, ſine aliquibus inſigniis & armis, & ſuper manutenentia conceſſa in favorem dicti Hieronymi Clos per dictam Curiam Eccleſiaſticam ſedendi in dicto ſcamno, & incedendi in proceſſionibus in loco conſueto illius & majorum ſuorum, fuit declaratum firmæ juris factæ in dicta Curia ſæculari Campirotundi per dictos Fiſci Procuratorem dictæ Curiæ ſæcularis, & Procuratorem Generalem dicti Abbatis reſpectivè locum non fuiſſe, nec eſſe, ſed cognitionem dictæ cauſæ ad Curiam Eccleſiaſticam pertinere, & ſpectare. Quam etiam refert etſi non tam extenſè, Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 10. *num.* 115. *&* 116. ſequuntur Ripoll. *var. reſol. cap.* 1. *numer.* 258. Fermoſin. *in cap. ſi Clericus* 5. *quæſt.* 6. *num.* 8. *de foro compet.* Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 26. *ſub numer.* 26. Idemque docet Eſcobar *de Pontif. & reg. juriſd. in ſtud. gener. cap.* 24. *nemer.* 169. *&* 170. plures alios citat Barboſa *voto* 126. *num.* 275. *lib.* 3. quidquid dicat, & noſtrum Cancerium impugnet Valeron *de tranſact. titul.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 49. 3

Et quod controverſia inter laicos ſuper præcedentia in proceſſionibus ſpectet ad judicem Eccleſiaſticum, fuit deciſum in Cathalonia per Cancellarium Rovirola in cauſa relata *num.* 3. & docent Doctores citati *deciſ.* 143. *num.* 24. *hac part.* 3. 4

Et quod cognitio circa modum, & ritum proceſſionum pertineat ad judicem Eccleſiaſticum fuit 5

fuit deciſum in Cathalonia per Cancellarium Lo-
ris , Conſultore Balle 8. Auguſti 1578, in favorem
Franciſci Balle , contra Petrum Riera alias Modo-
lell , & Guillermum Feu agricolas Parochiæ Sancti
Martini de Provincialibus. Et docent Navar. Lara,
Salgado , Cævallos , Gratian , Barboſa Carol. de
Graſ. *citandi* , *numer.* 7. Romaguera in addit. *ad*
*Conciol. ad ſtatuta Eugubii*, *lib.* 1. *rub.* 1. *num.* 28.

6 Ratio prima eſt . Quia jus habendi ſedile , ſcam-
num , ſive Banchum , ſedendi in priori , digniori ,
ſeu altiori loco , prius offerendi , & pacem recipien-
di in Eccleſia ſunt actiones ſpirituales , Caroccius
*de excep. excep.* 43. *numer.* 66. vel ſaltem ſpirituali-
bus annexæ , Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 2.
*cap.* 11. *numer.* 85. *verſic. Idem ſi controverſia*. In
7 quibus † laici ſubſunt judicio Epiſcopi : in tantùm
quod judex ſæcularis nullam habet poteſtatem , non
ſolum ſuper rebus ſpiritualibus , & Eccleſiaſticis ,
*can. bene quidem* 96. *dict. cap.* 2. & 3. *de judic.*
Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 84.
Diana *reſolut. moral. part.* 10. *tract.* 16. & *miſcel.* 4.
*reſol.* 64. & *in coordinat. part.* 6. *tractat.* 1. *reſol.*
16. *num.* 5. *verſic. Et probatur*, Manfrella in obſer.
*ad Cap. Latro*, *deciſ.* 181. *num.* 6. ſed etiam in ſpi-
ritualibus annexis , *capite quanto, de judic. capite*
*tuam, de ord. cognit. capit. lator, qui filii ſint legit.*
Maranta *de ordinat. judic. part.* 4. *diſtinct.* 11. *nu.*
8. Carol. de Graſ. *de effect. Cleric. effectu* 1. *num.*
400. Barboſa *voto* 76. *numer.* 83. *lib.* 3. ſic docent
Navar. *conſ.* 3. *num.* 6. *de foro compet.* Lara *de an-*
*niver. lib.* 1. *cap.* 24. *numer.* 29. *verſic. Ex quo* Sal-
gado *de Reg. protect. part.* 2. *cap.* 9. *numer.* 3. Gra-
tian. *deciſ.* 232. *numer.* 3. 4. & 5. Carol. de Graſ.
*de effect. Cleric. effectu* 1. *numer.* 612. Cævallos *de*
*cogn. per viam violen. parte ſecunda quæſt.* 124. *ſub*
*numer. ſecundo* alios plures citat Barboſa *de poteſt.*
*Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 78. *numer.* 26. *verſic. Cum*
*igitur.*

8 Secunda ratio eſt . Quia quamvis præcedentia
ab Epiſcopo non ſit permittenda in Eccleſia , ſed
ſcamna debeant eſſe communia, ut deciſum in Cu-
ria Piſana teſtatur Martha *deciſ.* 88. & referunt
Riccius *collect.* 674. *verſic. Pro coronide*, Hermoſilla
*ad. Gregor. Lopez*, *tom.* 1. *in prologo* , *gloſ.* 2. *num.*
9 118. *fol.* 12. *pag.* 2. Tamen jus † habendi ſedile ,
ſcamnum , ſive banchum , ſedendi in priori , di-
gniori , vel altiori loco , prius offerendi , ac pacem
recipiendi in Eccleſia concedi poteſt, & concedi-
tur per Epiſcopum laicis ex gratia , & ex toleran-
tia , ſicut jus patronatus , & jus funerandi , ut
poſt repetentes *in cap. penultimo*, *de ſepulturis*, do-
cent Rochus de Curte *de jure patronat. verbo in*
*Eccleſia ſub num.* 13. & 16. Rota *deciſ.* 222. *num.*
1. *part.* 1. *diver.* Lambertin. *de jure patronat. lib.*
1. *part.* 1. *quæſt.* 11. *princ. art.* 15. *numer.* 1. Ge-
nuen. *in prax. Archiep. Neapol. capit.* 32. *num.* 22.
Molina *de privileg. Hiſpan. lib.* 1. *capit.* 24. *numer.*
34. Marchus *deciſ.* 275. *numer.* 3. Parlador. *rer.*
*quotid. part.* 3. *differ.* 66. *num.* 7. & 8. Menochi ,
*de recup. poſſe remed.* 15. *numer.* 46. Gratian. *diſcep.*
*foren. capite* 110. *numer.* 14. & *cap.* 210. *numer.* 46.
Hermoſilla *ad Gregor. Lopez* , *tom.* 1. *in prologo* ,
*gloſſ.* 2. *num.* 118. *fol.* 12. *pag.* 2. Giovagnanus *conſ.*
8. *num.* 8. & 9. *lib.* 2. Barboſa *de poteſt Epiſcop. par.*
3. *allegat.* 78. *num.* 26. *verſ. Licet alias* notat Scia-
loja *de foro compet. cap.* 29. *ſub num.* 26. plures alios
addunt Ciarlin. *controv. foren. cap.* 119. *num.* 2. 12.
& *cap.* 210. *num.* 22. 23. & 24. *lib.* 2. Manfrella in
obſervat. *ad Cap. Latro*, *deciſ.* 181. *num.* 1. Et ſuf-
10 ficit † ſimplex tantum tolerantia Epiſcopi , ex qua
ſatis talis conſenſus præſumitur , ſi ſedile , & ſcam-
num ſit in loco patenti , & Epiſcopus non con-
tradixerit , Rota *deciſ.* 222. *num.* 4. *part.* 1. *diver.*
Gratian. *diſcep. foren. capit.* 210. *numer.* 51. & 52.
Narbona *lib.* 59. *gloſſ.* 1. *num.* 21. *tit.* 4. *lib.* 2. *recopil.*
Giovagnanus *conſ.* 8. *num.* 3. *lib.* 2. Ciarlin. *controv.*
*foren. lib.* 2. *cap.* 210. *num.* 19. Fermoſin. *in cap.* 1.
*quæſt.* 5. *num.* 8. *de foro compet.*

11 At Epiſcopo invito, reclamante ſeu contradicen-
te , laici hoc jus non acquirunt , nec acquirere poſ-
ſunt , Roch. de Curte *de jure patron. verbo in Eccle-*
*ſia* , *num.* 16. Rota *deciſ.* 222. *num.* 1. *par.* 1. *diver.*
Gratian *diſcep. foren. cap.* 110. *num.* 19. & *cap.* 210.
*num.* 47. Giovagnanus *conſ.* 8. *num.* 3. *lib.* 2. Barbo-
ſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 78. *nu.* 26. *verſ.*
*licet etiam*, Garcia *de expen. cap.* 8. *num.* 51. *verſ.*
*Adeoque*, Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. cap.*
32. *numer.* 22. plures alios addunt Ciarlin. *controv.*
*foren. cap.* 119. *numer.* 1. & 2. *lib.* 2. Manfrella in
obſervat. *ad Cap. Latro*, *deciſ.* 181. *num.* 6.

Hinc licet laici poſſint acquirere jus habendi ſe- 12
dile , ſcamnum , ſive banchum , ſedendi in priori ,
digniori , vel altiori loco , prius offerendi , & reci-
piendi pacem in Eccleſia , tanquam quid tempora-
le , Pariſius *conſ.* 149. *lib.* 4. Marchus *deciſ.* 275.
Benedict. *in capit. Rainuntius verbo duas habens fi-*
*lias* , *numer.* 21. *de teſtament.* Garcia *de expenſis* ,
*cap.* 8. *numer.* 51. *verſic. Adeoque* , uterque Lara ,
alter *in l. ſi quis à liberis in princ. à numer.* 32. *ff.*
*de lib. agnoſ.* alter *de anniverſar. lib.* 1. *capitul.* 24.
*numer.* 20. & 21. Gratian. *diſcep. foren. capit.* 110.
*numer.* 13. 14. & 15. & *cap.* 210. *num.* 32. 33. 34.
& 40. *verſic. Poſſunt* , Salgado *de reg. prot. par.* 2.
*cap.* 9. *num.* 24. Giovagnus *conſ.* 8. *à num.* 5. *lib.* 2.
Ciarlin. *controv. fer. cap.* 119. *num.* 8. *lib.* 2. Vaier.
*de tranſ. tit.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 46. Barboſa *in c. ad*
*Apoſtolicam* 42. *num.* 11. *de ſimoniæ* . Non quo ad
dominium , † ſed quantum ad uſum, Annan. *in cap.* 13
*penult. numer.* 4. *de ſepul.* Rochus de Curte *de jure*
*patronat. verbo in Eccleſ. num.* 13. Gratian. *diſcep.*
*foren. cap.* 210. *numer.* 48. Giovagn. *conſ.* 8. *num.* 9.
*verſic. Ubi ait* , *lib.* 2. Ciarlin. *controv. foren. cap.*
210. *num.* 25. *lib.* 2. Manfrella in obſervat. *ad Cap.*
*Latro* , *deciſ.* 181. *num.* 6.

Immo etiam mulieres , quamvis nequeant indu- 14
cere conſuetudinem , Bart. *in lib.* 1. *ff. de legib.* in-
tellige generalem , quæ habeat vim legis, Socin. *conſ.*
7. *numer.* 8. *lib.* 1. Abbas *conſ.* 53. *num.* 1. *lib.* 2. &
*in capit. fin. numer.* 7. *de conſuetud.* niſi in actibus
mulieribus , Aviles *ad capit. Prætor. in proœm. ver-*
*bo ordenanzas* , *num.* 12. Barboſa *in capit. illud* 11.
*numer.* 5. *de conſuetud.* poſſunt acquirere jus ſedendi
in Eccleſia , & prius offerendi , Faber. *in* §. *etiam de*
*bonor. poſſ.* Lara *de anniverſar. lib.* 1. *cap.* 24. *num.*
22. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 210. *nu.* 35. Ciarlin.
*controver. foren. cap.* 210. *num.* 25. & 29. *lib.* 2. re-
miſſive Salgado *de reg. protect. par.* 2. *cap.* 9. *num.*
15. Hancque † conſuetudinem ſervandam eſſe mul- 15
to magis in viris , Gratian. *diſcept. foren. cap.* 210.
*num.* 36.

Et pro uſu habendi ſedile , ſcamnum , ſeu ban- 16
chum , ſedendi in priori , digniori , & altiori loco ,
prius offerendi , & pacem recipiendi in Eccleſia dan-
tur laicis remedia poſſeſſoria , Garcia *de nobilit.*
*gloſſ.* 35. *numer.* 59. Cævallos addit alios *de cog. per*
*viam violen. part.* 1. *quæſt.* 124. *ſub numer.* 1. Bar-
boſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 78. *numer.* 40.
plures Manfrella *ad Cap. Latro* , *deciſ.* 181. *numer.*
1. nempè uti poſſideris , vel unde vi , & officium
judicis, & remedium reintegrandæ , ſeu recuperan-
dæ poſſeſſionis , ut probat Gratian. *diſcep. foren. cap.*
210. *numer.* 56. & 57. Ciarlin. *controv. foren. lib.* 3.
*cap.* 234. *num.* 3. *in fine* . Et quod eis detur remedium
reintegrandæ , † ſeu recuperandæ poſſeſſionis , Mar- 17
chus *deciſ.* 275. Menochius *de recu poſſe remed.* 15. *à*
*num.* 45. Gratianus *diſcep. foren. cap.* 210. *num.* 39. &
57. Prout etiam † competit illis mandatum de manute- 18
nendo , & datur poſſeſſoribus manutentio ſuarum poſ-
ſeſſionum , *ad tex. in cap. licet cauſam* , ubi Bald. *de*
*probat.* Benedic. *in capit. Rainutius in verbo duas*
*habens filias* , *verſic. Immo ſi eſſent* , & *verſic. Et*
*ad hoc de teſtamentis* , Lara *in l. ſi quis à liberis*
*in princ. num.* 25. 30. & 31. *de liber. agnoſcen.* Gra-
tianus *diſcept. foren. cap.* 210. *num.* 40. & 56. & *cap.*
615. *numer.* 70. Giovagnanus *conſ.* 8. *numer.* 12. & 17.
*verſic. Quæ cum ita ſint* & *num.* 23. *verſic. Sed laicus* ,
*lib.* 2. Riccius *deciſ.* 131. *part.* 1. Barboſa *de poteſt.*
*Epiſc. par.* 3. *allegat.* 78. *num.* 38. *verſic. Manutentio*,

Poſt-

Poſthius *de manuten, obſer.*10. *à num,*30. *præc pue n.* 39. *& poſt tract. dec.*117. *num.*1. Ciarlin. *controver. foren. lib,*2. *capit.*119. *num.*9. *&* 54. *& capit.*210. *n.* 13. *& lib.*3. *c.*234. *num,*2. Marinis *ad Reverter. deciſ.*428, Capic. Latro *deciſ.*181. ubi Manfrella *num.* 1. Valeron. *de tranſact. titul.*3. *quæſt.*6. *num,* 46. Et quod † detur officium judicis, Gratianus *diſceptat. foren. cap.*210, *num,*32. Ciarlin. *controv. foren. lib,*3.
20 *cap.*234. *numer.*3. Etiam † per unicum actum, Rota *deciſ,*222. *part,*1. *diverſor.* Menoch. *conſ.*126. *lib,*2. *& conſil,*902. *numer,* 78. *libr.* 10. Gratian. *diſceptat. forenſ. capite* 110. *numero decimo ſeptimo*, *& capite* 210. *num,*41. Giovagnanus *conſ.*8. *numer,* 17. *libr,*2. Poſthius *de manuten. obſerv.*18. *n.*24. *&* 25. Lara *de anniver. libr.*1. *capit,*24. *numer.*26. Ciarlin. *controv. forenſ. libr,*2. *capit,*110. *numer.*14. *& lib.*3. *cap.*334. *num,* 4.

21 Tamen hoc procedit, quando controverſia eſt inter ipſos laicos, ſecus quoad Epiſcopum, & Rectorem Eccleſiæ, Diana *reſol. moral. part.*20. *tract,*16. *& miſcel,*4. *reſol,*64. *& in coordinat. par,*6. *tractat.*1. *reſol,*117. *num,*1. *propè finem*, *juncto num.*10. Luca *in animad. ad Gratian, diſcept, foren, cap.*210. *à num,*4. *ad* 19,

22 Unde ſequitur, quod licet plures dicant, quod jus habendi ſedile, ſcamnum, ſivè banchum, ſedendi in priori, digniori, ſeu altiori loco, prius offerendi, & pacem recipiendi in Eccleſia inter laicos, quamvis ſit ex gratia, ſi tamen alicui ſemel conceſſum ſit, eſt irrevocabile, Capic. Latro *deciſ.* 181, *num.*12. *&* 17. ubi Manfrella *num.* 3. Ciarlin, *controv, foren, cap.*210. *num.*37. *&* 38. *lib.*2. & addant, quod nemo poſſit acquirere jus habendi ſedile, ſcamnum, ſivè banchum, ſedendi in priori, digniori, ſeu altiori loco, prius offerendi & pacem recipiendi in Eccleſia abſque licentia, & tolerantia Epiſcopi, hoc verum eſſe ſi à principio jus iſtud ſedilis, & aliarum præeminentiarum laicus vellet invito Epiſcopo ſibi vendicare, & acquirere; ſecus ſi ab initio Epiſcopus paſſus eſt laicum habere ſedile, & alias præeminentias in Eccleſia tantum ad uſum, & per hoc ſervitium Eccleſiæ non incommodatur, nam tunc nequaquam poſſit Epiſcopus, & Rector Eccleſiæ illud amovere, ſed laicus eſt manutenendus in quaſi poſſeſſione, Pariſius *conſ.* 149. *numer. verſic, Etiam ſi*, *& num.*16. *ibi*, *Et quando eſt ita quæſitum*, *& num.*24. *ibi: Quoniam de jure*, *& num.* 25. *libr.*4. Giovagnanus *conſil.*8. *toto*, *ſignanter numer.*20. *in fine*, 21. 22. *&* 23. *lib.* Apicella *alleg.*13. *à numer,* 19. Ciarlin. *controver. foren. cap.* 115, *n.*16. 17. 18. *&* 25. *in fine*, *lib.*2, Barboſa *de poteſt. Epiſcop. par,*3. *allegat.*78. *num.*26. *in fine*, *verſic, intellige*. Hoc procedit extante controverſia inter ipſos laicos; ſecus quoad Epiſcopum, & Rectorem Eccleſiæ, ut latè probat, & contrariis reſpondet Diana *reſol. moral, part,* 10. *tract,*16, *& miſcel,* 4. *reſol.* 64. *& in coordinat. par,*6. *tract,*1. *reſol,*117. *tota*, Sic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Pons, Conſultoribus Aleny, Triſtany, & Angleſel, 29. Aprilis 1671, occaſione firmæ juris in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ per Procuratorem fiſcalem Curiæ Eccleſiaſticæ Dertuzæ procedimentis factis in cauſa vertenti in Curia ſæculari Regiæ Audientiæ inter fratrem Don Ludovicum de Pujaſons Religionis Sancti Joannis Hieroſolimitanen. uti Baronem, & Commendatorem Villæ de Azcò ex una, & procuratorem fiſcalem Patrimonialem ex altera ſuper cognitione, & declaratione præeminentiæ ſedendi in Presbyterio Eccleſiæ Parochialis ejuſdem Villæ Diœceſis Dertuzen, cum ſede ſtragula, & pulvino in pedibus dum in ea celebrantur divina Officia per dictum de Pujazons, uti Baronem, & Commendatorem præfatum, prætenſæ: fuit declaratum firmæ juris per Procuratorem fiſcalem Curiæ Eccleſiaſticæ Dertuzæ in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ factæ locum fuiſſe, & eſſe. Addo Carolum Antonium de Luca *in animadver. ad Gratian. diſceptat. forenſ. capite* 210. *à numero quarto ad decimo nono*. Et utcumque ſit cognitio pertinet ad judicem Eccleſiaſticum, *juxta dicta numero* 2. *&* 3.

Illud tamen quod dicunt Doctores, quod exiſtens 23
in quaſi poſſeſſione ſedendi in priori loco, & præcedendi in ſedendo, vel ſtando poſſit armata manu reſiſtere ei, qui vult illum amovere, ut Bald. *in l, obſervare*, *§. antequam in fine*, *de offic. Proconſult.* Menochius *conſ.*255. *num.*55. *lib.*3. *& conſ.*902, *num,* 77, *lib.*10. Gratian. *diſcep, foren, cap.*110, *numer,*16. *& cap,*210. *num,*32. Parlador, *rer. quotid. lib,*3, *diff.* 66. §.2, *num,*8. *in fine*, Giovagnanus *conſ.*8, *num.*14, *libr.*1. Lara *de anniver, libr.*1. *cap.*24. *num.*23. Ciarlin. *controv. foren. lib.*2. *cap.*119. *num,*10. *& lib.*3. *c,* 234, *num,*3. Immo addunt, quod ſi quis prohibetur in loco ſolito ſedere, ſi defendendo ſe ne ab illo loco dejiciatur, adverſarium prohibentem occiderit, non poterit puniri pœna ordinaria, ſi ad arma provocatus ſit, Lara *in l, ſi quis à liberis in princ. num.* 33. *&* 34, *ff. de liber. agnoſcen,* Gratian, *diſcep. foren, c.*110, *num.*20, *&* 21. Mihi non arridet, quia eſt remedium facti, & res mali exempli hoc permittere, cum per viam juſtitiæ valeat adire judicem, ejuſque poſſeſſioni providere, ut dixi *aliquibus citatis*, *deciſ,*33. *numer.*78. *in fine*, *part,*1. *& deciſion,* 120, *num,*14. *part.*2. addo Farinac. *in praxi*, *part.*1. *qu.* 32. *num.*121, *& conſ.*65. *num.*4, *libr,*1. Cabal. *reſol. crimin, caſu* 132. *à num.*8. *ſignanter n.*11. 12. *&* 13. Jul. Carthar. *de foro compet. numer.* 322. Xammar. *de offic. judic. par,*11. *quæſt.*14, *num,*120, *in fine*, *& num,* 126.

Dubium autem principaliter conſiſtit, quando 24
controverſia non eſt ſuper jure habendi ſedile, ſcamnum, ſive banchum, ſedendi in priori, digniori, ſeu altiori loco prius offerendi, & pacem recipiendi in Eccleſia, & in proceſſionibus extra Eccleſiam: ſed ſuper facto, id eſt ſuper poſſeſſione inter laicos agitur, an judex ſæcularis ſuper poſſeſſione præcedentiarum in Eccleſia poſſit cognoſcere inter laicos? Affirmant Faber *in Cod, libr.*7. *titul,*28, *de appellat. tanquam ab abuſu*, *defin,*19. *ante num,*4. *verſ. Unam de poſſeſſione*, Cævallos *de cogn. per viam violen. par.*2. *quæſt.*124, *verſicul. Ex quibus colliges*, Lara *de anniver. lib.*1. *capit.*24. *numer.*29, *in fine*, *& n.* 30. Bobadilla *in politic. libr,* 2. *capite* 28, *numer,* 128, Carolus de Graſ. *de effect, Cler. effectu* 1. *num.* 613, Barboſa *de poteſtat. Epiſcop. part,*3. *allegat.*78. *numero* 42, Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom,* 2. *capite* 10, *dub,*6. *ſect.*10. Valeron. *de tranſact. titul.*3. *quæſt.*6. *num.*48. Ego dicebam *deciſ.*143, *n.*27. *hac par,*3.

Sed ego in iſtis terminis invenio in Cathalonia 25
contrarium deciſum per Cancellarium Rovirola in cauſa relata, *numer. tertio*, & ad id inclinavi *dicta dec.* 143, *num.*27, *hac part,* 3. & fuit obſervatum in Rota apud Poſthium *poſt tractat. de manutent, deciſ.* 117, & ſentit Salgado *de Reg. protect, part.*2. *cap.* 9, *num.*4.

---

*ARGVMENTVM,*

## An cauſa fabricationis ſepulturæ inter laicos pertineat ad judicem Eccleſiaſticum,

*SUMMARIUM.*

1 *Cauſa fabricationis ſepulturæ inter laicos pertinet ad judicem Eccleſiaſticum.*

2 *Jus ſepulturæ concedere ad Epiſcopum ſpectat,*

3 *Sepulturam impedientes conveniendi ſunt apud judicem Eccleſiaſticum,*

4 *Sepultura, ſeu jus ad ſepelliendum in aliqua ſepultura an vendi, & emi poſſit, numer,* 4. *pro ſepultura in vim eleemoſynæ ex conſuetudine jam diu recepta poteſt aliquid recipi, num,* 5. *& ad hanc conſuetudinem obſervandam populus cogi poteſt, num.*6. *coram judice Eccleſiaſtico, num.* 7.

8 *Cauſa celebrationis obſequiarum fieri ſolitarium*

*regiis*

*regiis perſonis ; quando mori contingit , tractanda eſt apud judicem Eccleſiaſticum ,*

9 *Vici circa celebrationem obſequiarum regiis perſonis fieri ſolitarum an poſſit compelli ad ea accedere ,*

10 *Quarta funeralis an debeatur ex obſequiis Regum ,*

11 *Laicus pro ſolutione expenſarum funeralium poteſt conveniri apud judicem Eccleſiaſticum , n. 11. fallit , n. 12.*

13 *Laicus pro ſalario pulſationis campanarum eſt conveniendus coram judice Eccleſiaſtico .*

14 *Statutum diſponens de mortuariis an valeat , numer. 14. & quid de extractione ſepulturæ , numer. 15.*

## DECISIO CLX.

1 EX dictis in præcedenti deciſione , Reſp. affirmativè , quod cauſa fabricationis Sepulturæ inter laicos pertinet ad judicem Eccleſiaſticum , Fermoſin. *in cap. 3. quæſt. 3. num. 17. de judiciis* , ita fuit deciſum in Cathalonia per Cancellarium Chaſſador , 13. Aprilis 1570. ſuper juris firma in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ per Michaelem , & Joannem Antonium Baſtides Cives Barcinonæ facta Gaſpari Carcet mercatori Civi Barcinonæ ratione procedimentorum in Curia ſæculari Regiæ Audientiæ per dictum Carcer contra dictum Baſtides factorum , ſuper fabrica cujuſdam ſepulturæ , ſive carner per dictum Gaſparem Carcer fabricati intus Capellam Beatorum Franciſci , & Claræ intus Eccleſiam Beatæ Mariæ de Mari Civitatis Barcinonæ constructum , quæ quidem Capella eſſe dicitur dictorum Baſtides , & ſuorum majorum , in ipſaque capella eſſe per dictos Baſtides inſtitutum quoddam beneficium Eccleſiaſticum ſui juris patronatus , habentque juxta , & ante dictam Capellam ſuum ſuorumque majorum ſepulcrum , ſive ſepulturam ; & ita non licere dicto Gaſpari Carcer in dictorum Baſtides præjudicium dictam ſepulturam , ſeu carner conſtruere , ſeu fabricare intus dictam Capellam : fuit declaratum firmæ juris in dicta Curia Eccleſiaſtica per dictos Michaelem , & Joannem Antonium Baſtides factæ locum eſſe , cognitionemque dictæ cauſæ ad præfatam Curiam Eccleſiaſticam Barcinonæ pertinere , & ſpectare , & in ea tractandam fore , & eſſe .

2 Ratio eſt , quia jus ſepulturæ concedere , ad Epiſcopum ſpectat , Abbas *in cap. penultimo , de ſepultur.* Cavaller. *deciſ. 15. num. 2.* Barboſa *de jure Eccl. un. lib. 2. cap. 10. num. 9.* non in dominum , ſed ex tolerantia quoad uſum , Fermoſin. *in cap. 3. quæſt. 3. num. 7. de judiciis* , Barboſa *de jure Eccleſ. un. libr. 2. cap. 10. num. 11. & 12.* Lezana *in ſum. quæſt. reg. l. par. 4. verbo ſepultura quoad regulares , num. 14. verſ. Ultimo dico .*

3 Pro ut etiam impedientes ſepulturam conveniendi ſunt apud judicem Eccleſiaſticum , ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Agullana , Conſultoribus Sunyer , & Ferruz 9. Maii 1609. in favorem Curiæ Eccleſiaſticæ Gerundæ contra Joannem Argila , & alios , prætextu cujuſdam monitorii proviſi per Vicarium Generalem Epiſcopi Gerundæ , quo eis injunctum fuerat , quatenus non guidati , nec aſſecurati coram eo in Curia Eccleſiaſtica comparerent intra decem dies ſub pœna centum ducatorum ad videndum declarari ipſos incidiſſe in cenſuras Bullæ Cœnæ Domini , conſtitutionum Provincialium Tarraconæ , & aliarum canonicarum conſtitutionum , eo quia de facto impedimento fuerunt , ne ſepulturæ Eccleſiaſticæ traderetur cadaver Antonii Villaraſſa in capella Sancti Eraſmi Villæ de Calella , & aliqua verba injurioſa in contemptum Epiſcopi Gerundæ , ejuſque juriſdictionis Eccleſiaſticæ protuliſſe .

4 An autem ſepultum , id eſt locus in quo mortui ſepeliuntur , & jus ſepulturæ , ſeu jus ad ſpeliendum in aliqua ſepultura vendi , & emi poſſit ? Videndi ſunt Diana *reſolut. moral. part. 2. tractat. 11. & miſcel. 1. reſol. 57. & part. 5. tractat. 3. reſolut. 102. & in coordinat. part. 1. tractat. 4. reſol. 49. & part. 5. tract. 7. reſol. 37.* Bellet. *diſq. Cleric. part. 1. titul. de Cleric. debitore , §. 3. à numer. 27.* Hermoſilla *ad Gregor. Lopez , libr. 10. gloſſ. 1. numer. 9. & 10. fol. 72. tom. 2.* Gratian. *deciſ. 26.* Salgado *in labyrint. creditor. par. 3. cap. 5. numer. 47.* Lara *in animadver. ad Gratian. diſceptat. foren. cap. 110. toto* , Villalobos *in ſum. moral. par. 2. tractat. 31. diff. 1. num. 5. & tract. 37. diff. 12. tota* , Barboſa *in cap. ad abolendæ , numer. 2. de ſepultur. & in cap. non ſatis 8. numero quinto , & in capite audivimus , numero ſecundo , de ſimonia , & de jure Eccleſ. univ. libr. 2. capite 10. à numer. 16. & de offic. Parochi , part. 3. capit. 26. à num. 16.* Fagundez *de juſt. & jure , lib. 5. cap. 19. num. 12. 13. & 14.* Caſt. Palaus *in oper. mor. part. 3. tractat. 17. diſp. 3. punct. 8. num. 4.* Fermoſin. *in capit. 3. quæſt. 3. de judiciis* , Lezana *in ſum. quæſt. regul. part. 4. verbo ſepoltura quoad regulares , num. 14. & remiſſivè , verbo ſepultura quoad regulares , num. 9. in fine* , Martha *de juriſdict. par. 41. à num. 19.*

5 Sed pro ſepultura in vim eleemoſynæ ex conſuetudine jam diu recepta poteſt aliquid recipi , ut tenent Covar. *lib. 1. var. cap. 17. num. 3.* Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſſ. 7. n. 28.* Villalobos *in ſum. mor. par. 1. tract. 37. diff. 12. num. 5.* Caſt. Palaus *in oper. mor. part. 3. tract. 17. diſp. 3. punct. 8. numer. 4. verſic. Poteſt tamen* , Gratian. *dec. 26. num. 14. & 15.* Luca *in animad. ad Gratian. diſcept. foren. cap. 110. numer. 4.* Salgado multis citatis , *in labyrin. cred. par. 3. c. 5. num. 48.* Lezana *in ſum. quæſt. reg. par. 4. verbo ſepultura quoad regulare , num. 14. verſic. Secundo* , Barboſa *in cap. ad Apoſtolicam 41. num. 3. de ſimonia , & de jure Eccleſ. un. lib. 2. cap. 10. num. 16. verſic. Verum , & de offic. Parochi , par. 3. cap. 26. n. 16. verſ. Verum* , Noguer. *allegat. 36. n. 22.*

6 Et Populus ſi non jure actionis , ſaltem officio judicis cogi poteſt ad obſervandam honeſtam , & laudabilem conſuetudinem , quod aliquod detur pro ſepulturis , exequiis mortuorum , & ſimilibus , Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 210. à num. 13.* Bellet. *diſq. Cler. par. 1. tit. de bonis Clericorum , §. 3. numer. 21.* Bonacina *de ſimonia , q. 6. punct. 5. n. 1.* Barb. *in cap. ad Apiſtolicam 42. n. 2. de ſimonia .*

7 Et laici ad obſervantiam conſuetudinis aliquid dandi pro ſepulturis cogi poſſunt coram judice Eccleſiaſtico , Bellet. *diſq. Cler. part. 1. tit. de favore Clericorum reali , §. ult. num. 73.* Barboſa *in cap. ad Apoſtolicam 42. num. 9. ſimonia* circa *num. 5. 6. & 7.* alias plura in ornatum *infra , deciſ. 169. à numero nono .*

8 Unde æſtimo , cauſam celebrationis obſequiarum Regiis perſonis fieri ſolitarum , quando mori contingit , tractandam eſſe apud judicem Eccleſiaſticum , ſic fuit deciſum in Cathalonia per Cancellarium Caſſador , Conſultoribus Villana , & Sala 7. Maji 1569. in favorem Capituli , & Canonicorum Sedis Vicen. contra Conſiliarios Civitatis Vicen. ratione prætenſionis dicti Capituli , & Canonicorum Vicen. non poſſe Conſiliario dictæ Civitatis Vici , quoties , celebrant , ſeu celebrare faciunt obſequias vulgo dictas *Capella ardent* , quando contingit aliqua ex Regiis perſonis mori , teneri , & compelli poſſe , & debere ad celebrandum dictas obſequias intus Eccleſiam Sedis Vicen. In ſequendo conſuetudinem in ſimilibus ſervari ſolitam per Conſiliarios pro tempore dictæ Civitatis Vici , nec poſſe dictos Conſiliarios in aliqua alia Eccleſia , ſeu Monaſterio dictas obſequias celebrare , ſeu celebrari facere .

9 Sed an Vici circa celebrationem obſequiarum Regiis perſonis fieri ſolitarum poſſint compelli per Civitatem ad illas accedere ? Videndi ſunt Suelves *conſ. 15. libr. 1.* Balmaſeda *de collect. quæſt. 59. num. 21.*

10 Et an quarta funeralis debeatur ex obſequiis Regum , Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. cap. 61. num. 1.* Riccius *in prax. part. 1. deciſ. 670. aliàs rerum*

*forenſ.*

*ſolut.* 572. *in edition.* latiſſimè Queſada Pilos *contr. forenſ. capit.*41. conducit Barboſa *de jure Eccleſ. un. libr.*3. *cap.*24. *num.*37. *& de offic. Parochi*, *lib.*3. *c.* 25. *num.*37.

11 Item laicus poteſt conveniri apud judicem Eccleſiaſticum pro ſolutione expenſarum funeralium. Sic fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Sorribus, Conſultoribus, Clariana, Xamma, Sunyer, & Llobregat 14. Decembris 1553. & per Cancellarium Manegat 11. Julii 1586. refert extensè ambas declarationes Ripoll. *var. reſol. capit.* 1. *num.* 230. *&* 231. Nam de jure funerandi judex Eccleſiaſticus cognoſcit, Martha poſt alios *de juriſdict. part.*2. *cap.*41. *n.*5.

12 Fallit ſi laicus antequam conveniatur apud judicem Eccleſiaſticum compareat in Curia ſæculari Regentis Vicariam Barcinonæ, & petit declarari ipſum non teneri ad ſolutionem expenſarum funeralium, nam tunc ratione cujuſdam concordiæ inter ambas Curias factæ declaratur, cognitionem prædictæ cauſæ ad Curiam ſæcularem Regentis Vicariam Barcinonæ ſpectare. Ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Manegat 1. Decembris 1587. refert declarationem extensè Ripoll. *verſ. reſol. cap.* 1. *num.* 233.

13 Similiter laicus pro ſalario pulſationis campanarum conveniri poteſt coram judice Eccleſiaſtico. Sic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Copons, Conſultoribus Sabater, Guardiola, Deſcamps, & Regia 22. ſunii 1596. in favorem Petri Heres, Stephani Caſſelles miniſtros vulgo nuncupatos ſcholares Eccleſiæ Parochialis Beatæ Mariæ de Pinu Civitatis Barcinonæ contra Manumiſſores teſtamenti Bernardi Torrenti Notarii Civis Barcinonæ, ratione charitatis per dictos Heres, & Caſſelles petitæ ob pulſationem campanarum dictæ Torrents Parochiani dictæ Eccleſiæ Parochialis de Pinu in Eccleſia Monaſterii Beatæ Mariæ de Monte Carmelo ſepulti.

14 An autem ſtatutum laicorum diſponens de mortuariis, hoc eſt præſcribens modum, & pompam in funere valeat, vel ſit contra libertatem Eccleſiaſticam? videndi ſunt *cap. final.* ubi Abbas *à numer.* 6. Auguſtin. Barboſa *numer.*3. *verſicul. Sed etiam*, *de rub. Eccleſ. alienand. vel non*, Felin. *in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *numer.* 112. ubi Fermoſinus plures citat, *à num.* 26. *ad* 35. *de conſtitution*, Carol. de Graſ. *de effect. Cleric. effectu* 2. *numer.* 467. 468. *&* 469. Martha *de juriſdiction. part.* 4. *caſu* 54. Naldus *in ſumm. verbo ſtatutum*, *numer.* 2. Suarez *de defenſ. fidei*, *libr.* 4. *de immunitat. capit.* 13. Cutel. *de immunitat. Eccleſiaſtic. libr.* 2. *quæſt.* 65. Pichard. *in* §. *cum autem*, *numer.* 12. *de lege falcidia*, Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſſ.*2. *num.*48. Bolero *de decoct. debit. titul.*5. *quæſt.*2. *num.*20. Caſt. Palaum *in oper. mor. par.*2. *tract.*12. *diſp. unica*, *punct.*8. *num.* 4. Bobadilla *in polit. lib.*2. *cap.* 18. *numer.* 249. Maſcard. *de gener. ſtat. interp. concl.*11. *numer.*23. Gratian. *diſcep. foren. cap.*298. *num.*7. & alii plures quos citat Diana *reſol. mor. part.* 1. *tractat.* 2. *reſol.* 65. *alias* 64. *& in coordinat. part.*9. *tractat.*2. *reſol.*218. Barboſa *voto* 26. *numer.* 35. *&* 72. *libr.* 2. Thomas del Bene *de immun. Eccleſ. tom.*1. *cap.*8. *dub.*4.

15 Et an ſtatutum laicorum diſponens circa extructionem ſepulturæ valeat? videndi ſunt Martha *de juriſdict. p.*4. *caſu* 54. *num.*5. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 2. *num.*483. Diana *reſol. mor. par.* 1. *tract.*2. *reſol.*65. *alias* 64. *& in coordin. par.*9. *tr.* 2. *reſul.*218. *num.*4. *in fine*, *verſic. An vero*, Fermoſin. *in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *quæſt.*19. *num.* 35. *de conſt.* Thomas del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.*8. *dub.*4. *n.*7.

## *ARGUMENTUM.*

**An cognitio appoſitionis terminorum pro confinibus duorum Parochiarum pertineat ad judicem Eccleſiaſticum.**

## *SUMMARIUM.*

1 *Terminorum appoſitionis cognitio pro finibus duarum Parochiarum pertinet ad judicem Eccleſiaſticum.*

2 *Laici amotores terminorum per Curiam Eccleſiaſticam poſitorum ad diſtinctionem duarum Parochiarum conveniuntur coram judice Eccleſiaſtico.*

3 *Terminorum aſſignatio inter laicos ad Principem ſpectat*, *num.*3. *& illos amovens qua pœna puniatur*, *num.* 4.

5 *Cognitio circa baſſinum*, *ſive catinum*, *& petendi eleemoſynas in Eccleſia pertinet ad judicem Eccleſiaſticum.*

6 *Cognitio an pignoramentum poſſit fieri in Eccleſia pertinet ad judicem Eccleſiaſticum.*

## DECISIO CLXI.

Cognitio appoſitionis terminorum pro confinibus duarum Parochiarum pertinet ad judicem Eccleſiaſticum, ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Manegat, Conſultoribus Amell, & Oliba, 1. Octobris 1586. in favorem Antonii Glalella Rectoris Eccleſiæ Parochialis Sancti Joannis Deſpi, contra Jacobum Oriol, & alios Parochiæ Beatæ Mariæ de Cornella. 1

Et laici amotores terminorum per Curiam Eccleſiaſticam poſitorum ad diſtinctionem duarum Parochiarum conveniuntur coram judice Eccleſiaſtico, ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Dalmau, Aſtor, Benach, & Torner 28. Junii 1603. in favorem Antici Thomæ Oliveres Parochiæ Sancti Juliani de Caſtellar, contra Don Federicum Meca, & Claſqueri dominum, qui dicebatur dictæ Parochiæ, & ſingularium illius. 2

Terminorum aſſignatio inter laicos ad Principem ſpectat, Seſſe *deciſ.*74. *tom.*1. *& deciſ.*149. *num.*50. *& deciſ.*156. *num.*12. *&* 13. *fin. tom.*2. Suelves *conſ.* 9. *num.*8. *lib.*1. 3

Terminos amovens quibus pœnis punitur videndi ſunt, Jul. Clarus §. *fin. quæſt.* 85. *num.* 10. Menoch. *de arbit. jud. caſu* 393. Novarius *gravam.* 69. *tom.* 2. Farinac. *de furtis*, *quæſt.* 168. *à numer.* 90. Cabreros *de metu*, *libr.*2. *capit.*35. *numer.* 30. *verſicul. Quod reſpexit*, *cum ſeq.* Suelves *conſil.* 6. *numer.*3. *libr.*2. Pichard. *in manuduc. ad praxim. par.* 3. §.4. *numer.* 119. Barboſa *in can. tanta*, *num.* 2. *diſtin.* 86. *& in capit. ex literis*, *numer.* 11. *de probation.* Conciolus *ad ſtatut. Eugubii*, *libro ſeſto rubric.* 14. *à numero terzo* ubi Romaguera *in addition. numer.* 8. *&* 9. idem Conciol. *dict. libr.* 6. *rubric.*41. *num.*1. *&* 2. Fermoſin. *in cap. ex literis* 3. *quæſt.* 2. *probat.* 4

Nota obiter, quod cognitio circa baſſinum, ſive catinum, & petendi eleemoſynas in Eccleſia pertinet ad judicem Eccleſiaſticum, ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Loris, Conſultoribus Cordellas, & Fontpaſtor 10. Septembris 1579. in favorem Petri Joannis Amigo Cultoris Parochiæ Sancti Salvatoris de Capraria, contra Mathiam Fexes agricolam ejuſdem Parochiæ, ſuper querela pacis, & treuguæ in Curia ſæculari, eo quia dictus Amigò in quadam Capella ſub invocatione Sanctæ Eulaliæ in fundo dicti Fexes conſtructa acceperat paropſidem, ſive baſſinum, quo ibi ſolent peti eleemoſynæ, & in dicta Capella petierat, quam etiam tradit Ripoll. *var. reſolut. cap.* 1. *num.* 257. alia circa iſtam deciſionem vidi apud Cancer *part.* 3. *variar. capit.* 14. *à numer.* 10. *verſicul.* 5

*ſicul. Super quo cum ſeq.* Poſtrum *de manutent, obſerv.*10. *n.*34.

6 Nota etiam obiter, quod cognitio, an pignoramentum poſſit fieri in Eccleſia, pertinet ad judicem Eccleſiaſticum, ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Calba de Vallſeca, Bonet, Mijavila, & Franqueſa 30. Novembris 1605. in favorem Joannis Moliner Civis Barcinonæ contra Joannem Buſquets Bibliopolam, & Conſulem Confratriæ Bibliopolarum Civitatis Barcinonæ ſuper quadam reſiſtentia per dictum Moliner, ut prætenditur facta Antonio Eſteve Regio Portario, exiſtente dicto Buſquets Conſule prædicto, in actu executionis vigore quarundam ordinationum dictæ Confratriæ factarum contra dictum Moliner illum pignorando exiſtentem intus Eccleſiam, ſeu Capellam Sancti Sebaſtiani Civitatis Barcinonæ.

---

*ARGUMENTUM.*

## An nuntius Curiæ Eccleſiaſticæ poſſit incedere per Civitatem ad dandas intimas proviſionum judicialium in Curia Eccleſiaſtica factarum.

*SUMMARIUM.*

1 *Nuntius Curiæ Eccleſiaſticæ poteſt incedere per Civitatem ad dandas intimas proviſionum judicialium in Curia Eccleſiaſtica factarum.*

2 *Laicus pro laboribus nuntii Curiæ Eccleſiaſticæ conveniendus eſt coram judice Eccleſiaſtico.*

3 *Advocati, & Procuratores pro expenſis, & ſalariis aſſiſtentiæ, defenſionis, & patrocinii cauſæ, an poſſint convenire clientes laicos in Tribunali Eccleſiaſtico, in quo pro eis patrocinarunt. Diſtinguunt aliqui* 2. 3. *ſed alii in utroque caſu affirmant, num.*4.

5 *Advocati, & Procuratores alicujus cauſæ ductæ in Regia Audientia, ſive in aliis tribunalibus inferioribus poſſunt petere ſalaria ſibi promiſſa apud judicem, coram quo cauſa agitata fuit, licet clientulus degeret extra Vicariam, ſeu locum, ubi cauſa ducta fuit, num. quinto etiamſi cauſa ducta fuit coram judice incompetenti, num.*6. *ſive ordinario, ſive delegato, n.*7.

8 *Advocatorum, & Procuratorum ſalaria annexionem habent cum lite, & cauſa principali, & ab ea dependent, n.*8. *&* 9. *& quomodo pro eis procedatur, n.*10.

11 *Notarius Curiæ Eccleſiaſticæ pro mercedibus, & ſumptibus proceſſus actitati in Curia Eccleſiaſtica poteſt litigantes convenire coram judice Eccleſiaſtico.*

12 *Notarius Curiæ Eccleſiaſticæ pro ſalariis inſtrumentorum in Curia Eccleſiaſtica receptorum debet convenire laicum in Curia ſæculari.*

## DECISIO CLXII.

1 NUntius Curiæ Eccleſiaſticæ poteſt incedere per Civitatem ad dandas intimas proviſionum judicialium in Curia Eccleſiaſtica factarum ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Magarola, Gamis, Roca, & Careras 24. Septembris 1626. in favorem Fiſci Procuratoris Curiæ Eccleſiaſticæ Dertuzæ, contra Matthæum Curto Vicarium Regium Dertuzæ, ratione capturæ per dictum Vicarium factæ de perſona Joannis de Veyna Nuntii Jurati Curiæ Eccleſiaſticæ Dertuzen. ex quo intimas, & notificationes proviſionum judicialium in dicta Curia Eccleſiaſtica factarum per Civitatem Dertuzæ, & ejus terminos præſentabat: fuit declaratum, firmæ factæ per dictum Curto in Curia ſæculari lo:um non eſſe.

2 Et an laicus pro laboribus Nuntii Curiæ Eccleſiaſticæ conveniendus ſit apud judicem Eccleſiaſticum, Affirmativè fuit deciſum per Cancellarium Loris, Conſultoribus Sala, & Tamarit 22. Novembris 1578. in favorem Antonii Migera Nuntii Jurati Curiæ Eccleſiaſticæ Gerundæ contra Joannem Gonell ſcriptorem, & Miniſtrum Curiæ ſæcularis Bajuli Generalis ſtationis Gerundæ circa ſatisfactionem prædicto Migera faciendam pro ſalariis, & pedagiis illi debitis pro executione quadam per eundem Joannem Gonell in dicta Curia Eccleſiaſtica Geruendæ inſtata.

3 Dubium tamen eſt; An Advocati, & Procuratores pro expenſis, & ſalariis aſſiſtentię, defenſionis, & patrocinii cauſę poſſint convenire clientes laicos in Tribunali Eccleſiaſtico; in quo pro eis patrocinarunt? loquor in his caſibus quibus judex Eccleſiaſticus cognoſcit inter laicos, tractat Azeved. *lib.*10. *num.*39. *&* 40. *tit.* 1, *libr.* 4. *recop.* & reſolvit affirmativè, ſi pars per judicem Eocleſiaſticum in expenſis, & ſalariis eſt condemnata, quia expenſarum condemnatio venit in conſequentiam cauſę principalis, & pro una reputantur; ſi autem pars per judicem Eccleſiaſticum non ſit in expenſis, & ſalariis condemnata, conſulit, quod Advocati, & Procuratore petant expenſas, & ſalaria coram judice ſęculari, eo quod expenſę, & ſalaria non veniunt in conſequentiam, niſi de conſuetudine eſſet introductum iſtas expenſas, & ſalaria petere coram judice Eccleſiaſtico, ſequitur Fermoſin. *in capite licet ex ſuſcepto* 10. *queſt. ſeptima, numero ottavo, quæſt.*10. *&* 11. *de foro competent.* & juxta ſecundum membrum diſtinctionis fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Copons 19. Octobris 1595. in favorem Joannis Ferrer Villę de Cambrils, contra Philippum Maſcarò I. V. Doctorem occaſione cujuſdam ſalarii ſibi taxati in Curia Eccleſiaſtica Tarraconæ, tamquam Advocatum Catharinę Ferrera ſororis dicti Ferrer, cujus hæredem eſſe dictum Ferrer, & ut talem teneri ad ſolutionem illius.

4 Cęterum his non obſtantibus in utroque caſu ſive pars per judicem Eccleſiaſticum ſit condemnata in expenſis, & ſalariis, ſive non, cenſeo, ſalvo meliori judicio, quod Advocati, & Procuratores pro expenſis, & ſalariis aſſiſtentię: defenſionis, & patrocinii cauſę poſſint convenire clientes laicos in Tribunali Eccleſiaſtico, in quo pro eis patrocinarunt, ita contra Azevedo docet Bobadilla *in politic. lib.*2. *cap.*17. *num.*131. ſequitur Salgado *de Reg. protect. p.* 3. *c.*2. *n.*94.

5 Siquidem regulare eſt, quod Advocati, & Procuratores alicujus cauſę ductę in Regia Audient. ſive in aliis Tribunalibus inferioribus poſſunt petere ſalaria ſibi promiſſa apud judicem coram quo dicta cauſa agitata fuit, licèt clientulus degeret extra Vicariam, ſeu locum, ubi cauſa ducta fuit, ita Panormit. *in capite licet, numer.*13. *verſicul. Et per hoc dico*, Felin. *numer.* 19. *in fine, de foro competen.* idem Felin. *in capit. dilect.*7. *numer.*29. *&* 33. *de foro compet.* Marchus *deciſ.*1061. Caputaquen. *dec.* 342. *par.*1. *deciſ.*405. *numer.*3. *par.*2. Cavalcan. *deciſ.*13. *n.* 3. *part.*2. Rovit. *in prax.*1. *numer.*20. *de juriſdict. non turban.* Caroccius *de oblat. par.*1. *quæſt.*1. *de loco, numer.*3. Giurb. *deciſ.*38. *numer.*1. Gratian. *diſcept. foren. cap.*154. *numer.*24. Salgad. *de Reg. protect. part.*3. *cap.* 2. *num.*93. Petrus Barboſa *in leg. hæres abſens*, §. *proindè, à numer.*124. *ff. de judic.* Novarius *de elect. fori, tom. ſect.*4. *quæſt.*38. *numer.*2. *&* 3. Danza *de pugna Doctor. tom.*2. *titul. de electione fori, capit.*11. *fol.*527. Regens Vico *ad pragm. reg. Sard. tom.*2. *titul.*35. *capit.*3. *gloſſ. in fine*, Scialogia *de foro competent. capite* 51. *numer.* 104. Et ita ſervari in Curia Auditoris Camerę, ſicque practicari in omnibus aliis Tribunalibus ex Mandoſio, docet Diaz de Mena *variar. libro primo, qu.* 12. *uumer.*50. idem Gratian. *diſceptat. forenſ. capit.*56. *numer.*7. Carleval. *de judic. libr.*1. *diſput.*2. *à num.*175. & in obſervantia magnę Curiæ Vicarię Regni Siciliæ

ciliæ

ciliç teſtatur in facti contingentia Maja *conſultat.*
*19. numer.4. & 5.* & ita paſſim in omnibus inferio-
ribus Curiis Regni Siciliæ ſervari vidiſſe refert Ca-
racciolus *de foro privileg. quæſt.36. tota ſignanter ,*
*num.4.* de obſervantia Regni Valentiæ cum deciſio-
ne Senatus tradit Regens Leo *deciſ.177. part.2.* &
de noſtro Principatu Cathaloniæ, Ferrer. *par.1. ob-*
*ſerv. Gubernat. cap.70. & par.1. obſerv. Reg, aud en-*
*tia, capit.41. & part.3. obſervation, Regiæ audien-*
*tiæ, cap.6. & 484.* Cancer. *par.2. var.15. num.68.*
Xammar *de offic. jud. part.2. quæſt.9. num.52.* Etiam-
6 ſi cauſa † ducta fuit coram judice incompetenti ,
ex Mandoſio inquit Gratian. *diſcept. foren. cap.154.*
*num.24.* quos citat Reg. Leo *deciſ.177. num.2.* Dan-
za *de pug. Doctor, tom.2. tit. de elect. fori, c.11. verſ.*
7 *Gratianus in fine*, † ſive ordinario, ſive delegato ,
ut ex eodem Mandoſio tradit idem Gratian. *diſcep.*
*foren. cap.56. num.8.*

8 Ratio eſt, quia hæc ſalaria Advocatorum, & Pro-
curatorum connexionem habent cum lite, & cauſa
principali, & ab ea dependent, ideoque judex cau-
ſæ principalis eſſe judex acceſſorii, ſic Michael Fer-
rer *part.1. obſervat. Gubernat. cap.70. & part.3. ob-*
*ſervat. Reg. Audientiæ, cap.6. & 484.* Regens Leo
*deciſ.177. numer.2. lib.2.* Carleval. *de jud. lib.1. diſp.*
*2. numer.176.* & alii citatis, *numer.5.* Hæcque ratio
non ſolùm militat , quando judex condemnat par-
tem in expenſis, ut voluerunt Azevedo *in l.1. num.*
*34. titul.1. lib.4. recopil.* Fermoſin. *in cap. licet 10.*
*quæſt.7. numer.9. de foro competen.* Sed etiam quando
judex non condemnat partem in expenſis, Bobadil-
la *in polit. lib.2. c.17. numer.151. in fine*, alias ratio-
nes tradunt Caracciolus *de foro privileg. quæſt.36. n.*
*4. & 5.* Carleval. *de jud. lib.1. diſp.2. num.175. 177.*
Petrus Barboſa *in l. hæres abſens, §. proinde, n. 126.*
*& 127. ff. de jud.*

9 Ad argumentum contrarium quod deducitur, *ex*
*cap. romana 1. §. nec etiam in fine, de foro compet. in*
*6.* reſpondent Soccin. *in cap. dilecti, numer.20. de fo-*
*ro compet.* Petrus Barboſa *in l. hæres abſens, §. proin-*
*de, n.103. 109. 124. juncto num.128. ff. de judic.* Au-
guſt. Barboſa *in c.1. §. nec etiam, num.9. de foro com-*
*pet. in 6.* Carleval. *de jud. lib.1. diſp.2. à num. 178.*
Scialoya *de foro competent. c.51. n.104.*

10 Sed quomodo procedatur pro iſtis ſalariis, & ex-
penſis Advocatorum, & Procuratorum? Reſp. quod
de jure proceditur executivè, & velo levato, Flores
de Mena *lib.1. var. capit.2. num. in fine*, Gratian.
*diſcept. foren. c.56. num.7.* Xammar *de offic. jud. p.*
*2. quæſt.9. num.53.* In Regno Aragonum ſalarium Ad-
vocatorum privilegiatè non obſtante juris firma exe-
cutori, Portol. *ad Molin. §. Advocatus, num. 110.*
Sed in Cathalonia proceditur per præceptum de ſol-
vendo intra decem cum clauſula juſtificativa, pra-
xim, formam ſupplicationis , & proviſionis judicis
tradit, Ferrer *part.3. obſerv. capit.6.* ad quem ſe re-
fert Xammar *de offic. jud. par.2. quæſt.9. n.52.*

11 Idemque dico de Notariis Curiæ Eccleſiaſticæ ,
qui pro mercedibus , & ſumptibus proceſſuum poſ-
ſunt litigantes convenire coram judice Eccleſiaſti-
co, Gratian. *diſcept. foren. capit. 56. numer.7. & 8.*
Danza *de pug. Doctor. tom.2. titul. de elect. fori, cap.*
*11. verſ. Gratianus*,

12 Sed pro ſalariis inſtrumentorum in Curia Eccle-
ſiaſtica receptorum Notarii Curiæ Eccleſiaſticæ de-
bent laicos convenire in Curia ſæculari, ut fuit in
Cathalonia deciſum per Cancellarium Caſſador ,
Conſultoribus Terca, Serra, Ros, Ferrer, & Quin-
tana 22. Aprilis 1567. in favorem Antici Cabirol Pa-
rochiæ de Cabanes, & aliorum tutorum, & Cura-
torum perſonæ , & bonorum Jacobi Ferrer Militis
Parochiæ Turricellæ de Flaviano contra Jacobum
Vinjals Notarium Curiæ Eccleſiaſticæ Gerundæ.

## *ARGUMENTUM.*

**An Clericus Officialis , & Vicarius Generalis Epiſcopi ſi poſtea efficiatur bigamus teneatur de emolumentis perceptis rationem reddere coram Epiſcopo.**

## *SUMMARIUM.*

1 *Clericus, ſi fuit officialis, & Vicarius Generalis Epiſcopi , & poſtea efficiatur bigamus , pro geſtis tempore officii tenetur rationem reddere coram Epiſcopo.*

2 *Qui ratione alicujus exercitii, artis, ſeu officii , quod exercebat, debuit conveniri coram certo judice, ſi deſierit exercere hujuſmodi officium, artem, ſeu exercitium, pro his quæ geſſit tempore, quo erat de illa arte, ſeu de illo officio, & exercitio, & conveniendus coram judice illius officii, artis, ſeu exercitii.*

3 *Mercator, ſcholaris, ſeu miles ſi deſierit eſſe pro his quæ geſſit tempore, quo erat, conveniri debet mercator in Curia Mercatorum, ſcholaris coram magiſtro ſcholæ, & miles coram magiſtro militum,*

4 *Adminiſtrator pro reddenda ratione adminiſtrationis conveniri debet apud judicem loci adminiſtrationis, num. 4. ratio traditur, num. 5. quæ militat, ſive adminiſtratio ſit publica, ſive privata, n.6.*

7 *Argentarius in reddendis rationibus ſortitur forum loci adminiſtrationis.*

8 *Tutor rationes adminiſtratæ tutelæ reddere tenetur coram judice loci adminiſtrationis licet ipſe ſit alterius fori, num.8. quamvis tutor eſſet perſona privilegiata, num.9. niſi tutor eſſet in loco perſona potens ob quod ſuſpicio fraudis oriri poſſit, num. 50.*

11 *Negotiorum geſtor rationes reddere tenetur coram judice loci adminiſtrationis,*

12 *Notarius laicus Curiæ Eccleſiaſticæ de emolumentis in ea perceptis rationem reddere tenetur in Curia Eccleſiaſtica.*

13 *Adminiſtrator laicus cauſæ piæ computum, & rationem reddere tenetur coram judice Eccleſiaſtico.*

14 *Adminiſtrator laicus eleemoſynæ communis tenetur rationem reddere coram judice Eccleſiaſtico.*

15 *Adminiſtrator laicus rei Eccleſiaſticæ poteſt pro reddenda ratione conveniri apud judicem Eccleſiaſticum,*

## DECISIO CLXIII.

CLericus officialis, & Vicarius generalis Epiſco- 1
pi, ſi poſtea efficiatur bigamus, de emolumentis perceptis rationem reddere tenetur coram Epiſcopo , non ratione clericatus , nec propter bigamiam , ſed propter officium , quod habuit ab Epiſcopo, Caſtren. *in libr. 1. & 2. numero primo, Cod. ubi de ratiocinand. agi oportet*, Cabal. *reſolution. criminal. caſu 147. ſub numero undecimo*, Genuen. *in prax. Archiepiſcop. Neapolitan. capite 15. numero quinto.* Sic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Soler, Conſultoribus Llunes, Cellers, & Serra 1. Junii 1657. occaſione firmæ juris in Curia ſæculari Procuratoris Regii Civitatis, & Campi Tarraconæ factæ per ejus Fiſci procuratorem, & D. Victorianum de Valda in dicta Civitate Tarraconæ populatum procedimentis in Curia Eccleſiaſtica Tarraconæ factis , & præcipuè mandato ex parte admodum Reverendi Chriſto Patris Archiepiſcopi Tarraconæ facto quatenus intra decem ſibi , vel ejus Vicario Generali legitimum redderet computum de adminiſtratis, & de quamplurimis pecuniarum pœnis per eum uti officialem , & Vicarium Generalem ſuum à diverſis perſonis receptis , & exactis ; fuit declaratum firmæ juris in dicta Curia ſæculari, &

ri, & Regia per ejus Fiſci Procuratorem, & per dictum Don Victorianum de Valda factæ locum non fuiſſe nec eſſe

2 Sic ille qui ratione alicujus exercitii, artis, ſeu officii, quod exercebat, debuit conveniri coram certo judice, ſi deſinat exercere hujuſmodi officium, artem, & exercitium, pro his quæ geſſit tempore, quo erat de illa arte, ſeu de illo officio, & exercitio, eſt conveniendus coram judice illius officii, artis, & exercitii, *libr.* 1. *&* 2. *Codic. ubi ratiocinand. agi oportet*, *facit leg. Prætor*, §. *his etiam*, *ff. de edendo*, & docent Paul. Caſtrenſ. *in libr.* 1. *&* 2. *numer.* 1. *& ſecunda*, *Codic. ubi de ratiocinand. agi oportet*, *& in libro ſecundo*, *Codic. de conſtitut. pecunia*, *& in leg. final. numer. primo*, *Codic. de juriſdict. omn. judic.* Soccin. *in rubric. de foro competent. numer. ſexto*, *verſicul. Quadrageſimo ſecundo*, Franchis *deciſ.* 417. *numer. nono*, Riccius *in praxi*, *part. prima deciſion.* 590. *poſt numer. ſecundo*, Caracciolus *de foro privileg. quæſt.* 27. *numer. ſeptimo*, Petr. Barboſa *in leg. hæres abſens decimo nono*, §. 1. *numer.* 77. *ff. de judiciis*, Guazzin. *defenſ. prima*, *cap.*17. *num.*77. *in fine*, Scialoya *de foro compet. cap.* 23. *num.*10.

3 Sic etiam mercator, ſcholaris, & miles; ſi deſierit eſſe, pro his quæ geſſit tempore quo erat, conveniri debet mercator in Curia mercatorum, ſcholaris coram magiſtro ſcholæ, & miles coram magiſtro militum, Caſtren. menti tenendum dicit *in l. fin. num.*2. *Cod. de juriſdict. omn. jud. & in l.*1. *num.* 2. *&* 3. *C. ubi de ratiocinan. agi oportet*, Aufrer. *ad Capel. Tholoſan. deciſ.* 144. *in fine*, Franchis *deciſ.* 417. *num.*9. Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. capit.*15. *numer. quinto*, Caracciolus *de foro privileg. quæſt.*27. *num.*7. *&* 8. Cabal. *reſolut. criminal. caſu* 147. *num.*11. alios plures addidi, *deciſ.*11. *num.* 25. *part.* 1.

4 Si quidem adminiſtrator pro reddenda ratione adminiſtrationis conveniri debet apud judicem loci adminiſtrationis, ubi forum ſortitur *l.* 1. *&* 2. ubi Auguſt. Barboſa plures citat, *Codic. ubi de ratiocin. agi oportet*, §. *ſuper*, §. *ſi quis autem in authent. de collator.* Soccin. *in rubr. num.*1. *de foro compet.* Rota Genuen. *deciſ.*68. *num.*3. Seraphinus *deciſ.* 1200. Gratian. *deciſ.* 180. *num.*1. *& dec.*188. *num.*17. Eſcobar *de ratiocinand. cap.*7. *num.*2. Novarius *in pragm.* 5. *collect.*3. *num.*150. *&* 151. *de adminiſtr. univerſ.* Thoro *in compend. deciſ. part.* 3. *verbo rationes adminiſtrationis*, *fol.* 6. Scialoya *de foro compet. capit.* 19. *num.*1. 5 Quia in loco adminiſtrationis probationes, & inſtrumenta rationum facilius inveniri poſſunt, *l.*2. ubi Auguſt. Barboſa *num.*3. *Codic. ubi de ratiocin. agi oportet*, Eſcobar. *de ratiocin. cap.*7. *numer.*2. Scialoya *de foro compet. cap.*29. *num.* 1. Carleval. *de jud. lib.*1. *diſp.*2. *num.* 168. *in fine*, *verſic. quod procedit*, Thoro *in compend. deciſ. par.*3. *ſect.*3. *verbo rationes adminiſtrationis*, *col.* 2. *verſ. Et huic etiam convenit*, *fol.*6. *& in ſupplem. verbo tutor rationes*, *poſt prin. fol.*636. 6 Quæ ratio † militat in utroque caſu, ſive adminiſtratio ſit publica, ſive privata, Soccin. *in rub. num.*1. *de foro compet.* Gratian. *deciſ.*182. *num.*2. *& deciſ.*187. *num.*17. *in fine*, Scialoya *de foro compet. cap.*29. *num.*1. *&* 2. quidquid dicat Petrus Barboſa *in l. hæres abſens* 19. §. *a num.*66. *ad* 78. *ff. de judic.* contra quem docet, & probat Carleval. *de judiciis*, *libr.*1. *diſput.*2. *num.*169. *cum trib. ſeq.*

7 Unde argentarius in reddendis rationibus ſortitur forum loci adminiſtrationis, *l. prætor*, §. *his etiam*, *ff. de edendis*, Soccin. *in rub. num.*1. *de foro compet.* Gratian. *deciſ.* 180. *num.*1. *in fine*, Scialoya *de foro compet. cap.*29. *num.*2.

8 Tutor rationes adminiſtratæ tutelæ reddere tenetur coram judice loci adminiſtrationis, licet ipſe ſit alterius fori, *l.*1. *C. ubi de ratiociniis*, Soccin. *in rub. num.*1. *de foro compet.* Guttier. *de tutelis*, *par.*3. *capit.* 1. *numer.* 125. Montanus *de tutelis*, *capit.* 38. *numer.*91. Gratianus *in matre tutrice loquitur*, *deciſ.* 180. Scialoya *de foro compet. capit.*29. *num.*4. Thoro *in compen. deciſ. par.*2. *verbo rationes adminiſtrationis*, *fol.* 551. *& par.*3. *ſect.* 3. *verbo rationes adminiſtrationis*, ubi ampliat, etiam ſi in diverſis locis adminiſtratio fuerit geſta, *fol.*6. *& ſupplemen. verbo tutor rationes*, ubi ampliat, etiam ſi judex adminiſtrationis loci eſſet inferior, *fol.*646. Cancer. *par.*1. *variar. reſol. cap.*7. *num.* 99. 9 Quamvis † tutor eſſet perſona privilegiata, Eſcobar *de ratiociniis*, *c.*7. *à n.* 56. Gratian. *in addition. ad deciſ.* 80. *numer.* 6. Paſchal. *de pat. poteſt. par.*2. *cap.*1. *num.*109. Carleval. *de judiciis*, *lib.*1. *diſp.*2. *num.*631. Novar. *de cler. fori*, *tom.*1. *ſect.*4. *q.*34. *num.*1. Scialoya *de foro comp. cap.*29. *ſub num.*5. 10 Niſi tutor † in eodem loco eſſet perſona potens, ob quod ſuſpicio fraudis oriri poſſit, Eſcobar *de ratiocin. cap.*7. *num.*57. Thoro *in compen. deciſ. par.*2. *verbo rationes adminiſtrationis*, *fol.* 531. Novarius *de privileg. miſerab. perſon. privileg.* 65. *n.*3. *& in praxi elect. fori*, *tom.* 1. *ſect.* 4. *quæſt.* 34. *n.* 8.

11 Negotiorum geſtor rationes reddere tenetur coram judice loci adminiſtrationis, Rota Genuen. *deciſ.*161. *num.*1. Eſcobar *de ratiociniis*, *capit.*7. *num.* 2. *in fine*, Barboſa *in l.*2. *num.*3. *in fine*, *Cod. ubi de ratiocin. agi oportet*, Scialoya *de foro compet. cap.*29. *num.* 19.

12 Ex quibus Notarius laicus Curiæ Eccleſiaſticæ de emolumentis in ea perceptis rationem reddere tenetur in Curia Eccleſiaſtica. Sic in Cathalonia deciſum per Cancellarium Manegat, Conſultoribus, Sala, Amell, & Caſtello 23. Martii 1588. in favorem Fiſci Procuratoris Curiæ Eccleſiaſticæ Barcinonæ contra Franciſcum Terraſſa Notarium ſuper redditione rationum, & emolumentorum Curiæ Decanatus Villæ Franchæ Pœniten. per eum adminiſtratæ.

13 Sic Laicus adminiſtrator cauſæ piæ tenetur computum, & rationem dare coram judice Eccleſiaſtico, & ſolvere reliquum, omni appellatione remota, latè probat Thomat. *deciſ.*26. *tom.* 1. Luca *in animadver. ad Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 395. *numer.*1. Barboſa *de poteſtat. Epiſc. part.*3. *allegat.* 82. *numer.* 43. *juncto numer.* 47. ita fuit deciſum in Cathalonia per Cancellarium Caſſador 17. Novembris 1568. in favorem procuratoris tabulæ teſtamentorum, & piarum cauſarum defunctorum Civitatis, & Diœceſis, Barcinonæ contra Laurentium Domenech mercatorem Civitatis Gerundæ ſuper redditione computorum de adminiſtratis per Laurentium Domenech quondam paratorem panorum lanæ dictæ Civitatis Gerundæ, & adminiſtratorem piæ cauſæ inſtitutæ per Antonium Reverter quondam civem Barcinonæ, & ſuper reſtitutione reſidui prædictæ adminiſtrationis ad opus diſtribuendi in rebus piis ad ipſum teſtatorem relictis, & fieri mandatis.

14 Ita etiam laicus adminiſtrator eleemoſynæ communis tenetur rationem reddere coram judice Eccleſiaſtico. Sic fuit deciſum in Cathalonia per Cancellarium Caſſador 9. Februarii 1569. in favorem Procuratoris animarum, & piarum cauſarum Civitatis & Diœceſis Gerundæ contra Juratos Villæ Biſulduni conventos in Curia Eccleſiaſtica ſuper redditione computorum eleemoſynæ communis dictæ Villæ per eos adminiſtratæ.

15 Quæ omnia confirmantur, nam adminiſtrator laicus rei Eccleſiaſticæ poteſt pro reddenda ratione conveniri apud judicem Eccleſiaſticum, Sperell. *deciſ.* 98. *numer.* 4. *part.* 1. Queſada Pilos *diſſertat.* 15. *num.*7. *per text. in can. judicatum*, *& ibi gloſſ. diſt.* 9. Barboſa *de poteſtat. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 82. *numer.*43. *& in collectan. ad Concil. Trident. ſeſſion.*22. *cap.*9. *num.*8.

*ARGUMENTUM.*

## An laici operarii Eccleſiæ teneantur reddere computum emolumentorum apud judicem Eccleſiaſticum.

*SUMMARIUM.*

1 *Laici operarii Eccleſiæ tenentur reddere computum emolumentorum apud judicem Eccleſiaſticum.*

2 *Adminiſtrator rerum, & bonorum Eccleſiæ ſortitur forum judicis Eccleſiaſtici, & coram eo de emolumentis, & geſtis rationem reddere tenetur, numer. 2. Amplia, num. 3. limita, numer. 4.*

## DECISIO CLXIV.

1 LAici operarii Eccleſiæ tenentur reddere computum emolumentorum apud judicem Eccleſiaſticum, coram quo pro reddendis rationibus ſunt conveniendi, ut docent Martha *de juriſdict. part. 4. caſu* 158. *numer.* 11. Bobadilla *in politic. libr.* 2. *capit.* 17. *num.* 98. *&* 139. ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Erill, Conſultore Vinnes 1. Junii 1633. contra majorales Eccleſiæ Parochialis S. Jacobi Civitatis Dertuzæ, & in favorem Fiſci Procuratoris Curiæ Eccleſiaſticæ Dertuzæ, occaſione monitorii contra dictos Majorales laicos à dicta Curia Eccleſiaſtica expediti, cum quo eis injungebatur, quatenus intra ſex redderent computum, & rationem adminiſtrationis emolumentorum dictę Eccleſiæ, nec non oſtenderent libros, & ſcripturas dictæ adminiſtrationis Officiali Eccleſiaſtico Dertuzę; contrarium prætendentibus dictis Majoralibus, ex quo ſunt perſonæ laicæ, & quia eleemoſynam pro fabrica dictæ Eccleſiæ ſponte, & juxta taxam inter Parochianos dictæ Parochiæ S. Jacobi diviſam recipiunt fuit declaratum firmæ juris in Curia ſæculari per dictos majorales laicos dictæ Eccleſiæ Sancti Jacobi Civitatis Dertuzæ factæ quoad effectum tantum reddendi computum, & rationem, & oſtendendi libros, & ſcripturas dictæ adminiſtrationis Officiali Eccleſiaſtico Dertuzen. locum non fuiſſe, nec eſſe.

2 Siquidem adminiſtrator rerum, & bonorum Eccleſiæ ſortitur forum judicis Eccleſiaſtici, & coram eo de emolumentis, & geſtis rationem reddere tenetur, *can. judicatum* 89. *digeſt. Clement. quia contingit, de relig. domib. Concil. Trident. ſeſſ.* 22. *de reformat. cap.* 9. Soccinus *in rubr. num.* 1. *in fine, & in cap. licet, num.* 14. *verſ.* 24. *de foro competenti*, Abbas *in cap.* 2. *num.* 9. *verſic. Sed ſpecialis*, ubi Ripa *num.* 66. *verſic. Et ego pondero, de judiciis*, Azevedo *l.* 4. *ante finem prin. verſ. Sicut laicus, titul.* 4. *lib.* 1. *recop.* Gail. *l.* 1. *obſerv.* 37. *num.* 7. *in fine, verſic. Sed laicus*, Gratian. *deciſ.* 180. *num.* 4. *& deciſ.* 188. *num.* 10. 11. *&* 16. *& diſcep. foren. cap.* 345. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *à num.* 606. Riccius *collect.* 714. *& in praxi, par.* 2. *reſol.* 2. Bobadilla *in politica, lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 98. *&* 139. Seſſe *deciſ.* 424. *num.* 1. *&* 4. *verſ. Secundo reſpondeo, tom.* 4. ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Copons; Conſultoribus Sabater, & Guardiola 24. Decembris 1596. in facto juris firmæ in Curiæ ſæculari Regiæ Audientiæ per Syndicum Villæ de Argeles Comitatus Roſſellionis, mandatis factis per Epiſcopum Elnen. in actu viſitæ Eccleſiæ Parochialis dictæ Villæ Conſulibus receptoribus redditũum eleemoſynæ dictæ Eccleſiæ, & candelæ, Operariis dictæ Eccleſiæ, & Adminiſtratoribus Hoſpitalis dictæ Villæ, quatenus intra duos menſes reparationem dictæ Eccleſiæ ruinam minantis, ſeu illius reædificationem inchoarent, & intra annum terminarent, & finirent, & quod dicti receptores redditũum dictæ eleemoſynæ, & candelæ, & operarii, qui nunc ſunt, & retro à decem annis fuerunt, ſibi redderent rationem dictarum adminiſtrationum nec non quod dicti Conſiliarii de cætero non dictæ Villæ reciperent redditus dictarum piarum cauſarum, ſed quod ad dictum effectum eligerent alium receptorem, & collectorem, ita quod de cætero dicta officia eſſent diſtincta, & ſeparata, necnon quod receptor emolumentorum, & redditũum dictarum piarum cauſarum in poſſe dicti Epiſcopi ante adminiſtrationem dicti officii juraret, & juramentum præſtaret de bene, & legaliter ſe habendo in adminiſtratione dictarum piarum cauſarum: fuit declaratum, firmæ juris factæ in Curia ſæculari locum non fuiſſe nec eſſe, ſed dictæ cauſæ cognitionem ad Curiam Eccleſiaſticam Elnen. pertinere, & ſpectare.

Adeo quod Epiſcopus poteſt pluries in anno exigere à laicis rationes adminiſtrationis rerum Eccleſiæ, quando redditio non fuit finalis, & plena cum reſtitutione reliquorum, Gratian. *deciſ.* 188. *numer.* 19. Riccius *collect.* 1915. *verſ. Infero quarto, & in praxi, reſol.* 134. *in* 2. *edition.* Urſellius *concluſ. legal. verbo Adminiſtrator, concluſ.* 56. *numer.* 196. Barboſa *de poteſtat. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 75. *numer.* 63. *& in collect. ad Concil. Trid. ſeſſ.* 22. *de reform. cap.* 9. *n.* 16. 3

Limitatur, quando non agitur de adminiſtratione rerum, & bonorum Eccleſiæ, & ejus patrimonii, ſed de adminiſtratione rerum, & bonorum Epiſcopatus ad Epiſcopum pertinentium, nam tunc adminiſtrator bonorum Epiſcopi, conveniendus eſt coram judice ſæculari pro rationibus adminiſtrationis reddendis, quia adminiſtrator bonorum Epiſcopi non habet idem privilegium, quod habet adminiſtrator bonorum Eccleſiæ, ſic Eſcobar *de ratiocin. cap.* 7. *n.* 52. *verſ. Neque obſtant.* 4

---

*ARGUMENTUM.*

## An laicus conductor decimarum, prædiorum Eccleſiaſticorum, ſeu fructuum beneficiorum, ſi non ſolvit pretium, ſeu mercedem conductionis, ſit conveniendus coram judice Eccleſiaſtico.

*SUMMARIUM.*

1 *Laicus conductor decimarum, ſi non ſolvit pretium, ſeu mercedem conductionis, an ſit conveniendus coram judice Eccleſiaſtico, diſcordant Doctores, n.* 1. *Prima eſt opinio affirmativa, num.* 2. *ſecunda eſt opinio negativa, num.* 4. *amplia, n.* 5. *limita, num.* 7. *&* 8. *Tertia eſt opnio, quod poteſt conveniri non ſolum coram judice ſæculari, ſed etiam coram judice Eccleſiaſtico, num.* 9. 10. *&* 11.

2 *Laicus conductor prædiorum Eccleſiaſticorum, ſeu fructuum beneficiorum, ſi non ſolvit pretium, ſeu mercedem conductionis, an ſi conveniendus coram judice Eccleſiaſtico, n.* 10. *&* 11.

12 *Laicus, qui Eccleſiam, ſeu Clericum ſpoliavit, etiam bona Clerici eſſent patrimonialia, poteſt conveniri ratione ſpolii coram judice Eccleſiaſtico, num.* 12. *ſi de ſpolio conſtat, ſecus ſi non conſtat, n.* 13.

14 *Eccleſiæ, ſeu Clerico pro malè alienatis bonis, Eccleſiæ, ſeu beneficii competunt plura remedia, ſed efficacior eſt actio ſpolii, numer.* 14. *&* 15.

16 *Eccleſiæ, ſeu Clerico competit actio ſpolii ad bona ſua etiam culpa ſua amiſſa.*

17 *Conductor negans, ſeu recuſans rem conductam finita locatione reſtituere dicitur locatorem ſpoliare, n.* 17. *&* 18. *ſive neget, recuſet judicialiter, ſive extrajudicialiter, n.* 19.

20 *Conductor finita locatione debet rem conductam reſtituere locatori, nec debet expectari quod pulſetur, ſed ſponte offerre tenetur.*

DECI-

## DECISIO CLXV.

1 DOctores in hac quæſtione. An laicus conductor decimarum, prædiorum Eccleſiaſticorum, ſeu fructuum beneficiorum, ſi non ſolvit pretium, ſeu mercedem conductionis ſit conveniendus coram judice Eccleſiaſtico; diſcordant in multis, ut inquit Ciarlin. *controv. foren. cap.52. ſub numer. 1, libro primo*, & in ea multum ſe involvit Reg. Vico *ad pragmatic. Reg. Sard. tom.1. titul.7. capit,4. à num.52.* Ego remiſſivè propoſui, *deciſ.31. nu. 23, part. 1.*

2 Prima eſt opinio. Quod laicus conductor decimarum, ſi non ſolvit pretium, ſeu mercedem conductionis, etiamſi non ſe ſubmiſerit judici Eccleſiaſtico, vel contractum non juraverit, conveniendus eſt coram judice Eccleſiaſtico, ſic docent Azor, *inſtitut. moral. tom.1. libr.7. cap.37. quæſt.6. verſic. Quid dicendum eſt*, Fagundez *de præcept. Eccl. præcept.5. lib.3. cap.5. num.11.* Carol. de Graſ. *de effect. 1. num.447.* Gratian. *diſcep. foren. cap.238. num.18. verſ. Quamvis etiam*, Azeved. teſtatur ita pluries vidiſſe cauſas hujuſmodi remiſſas Eccleſiaſtico per Cancellariam Valliſſoleti, *l.10. num.58. verſic. Sed an conductores, titul. 1. libr. 4. recopil.* Bolannos *in Curia Philip. tom.1. par.1. §.1. n.7.* Seſſe *dec.424. n. 3. tom.4.* Bobadilla *in polit.2. cap.17. num. 134.* ibi: *Y contra los arrendadores*, Martha *de juriſdict. part. 4. caſu 112.* Squillante *de privileg. cler. cap.3. n.60.* Diana *reſol. mor. par.1. tract.2. reſol.273.* & reprobatis contrariis, Barboſa *de jure Eccleſ. un. lib.1. cap. 39. §.2. n.64. verſ. Et de laico.*

3 Idemque eſt in laico conductore bonorum Eccleſiaſticorum, ſi non ſolvit mercedem, ſeu pretium conductionis conveniendus eſt coram judice Eccleleſiaſtico, Squillante *de privil. Cler. cap.7. num.67. in fine*, Barboſa *de jure Eccleſ. un. lib. 1. cap.39. nu. 64. in prin.*

4 Secunda eſt opinio. Quod laicus conductor decimarum, ſi non ſolvit pretium, ſeu mercedem conductionis, conveniendus eſt coram judice ſæculari, Covarrub. *practic. capit. 35. num.2. verſicul. Quinto*, Gratian. *diſceptat. forenſ. capit. 238. numer. 11.* Guttier. *canonicar. libr. 1. capit. 34. num.49. & practic. lib.3. quaſt.26. num.10. & quæſt.27. num.5.* Caraſco *ad leg. recopil. cap.6. §.2. n.16.* Cævallos *com. cont. commun. quæſt. 822. num. 76. & de cognit. per viam violen. par.2. quæſt. 55. num.7. & 8.* Seſſe *deciſ. 424. num. 2. & 4. verſicul. Secundo reſpondeo, tom. 4.* Theſaur. *quæſt. forenſ. 15. numer. 4. verſicul. Non obſtant, lib.2.* Caſt. Palaus *in oper. moral. part. 2. tract. 17. diſp. unic. punct. 15. num.9. fol.88.* Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt.42. numer.7. de conſtitut. & latius, in capit. ſi Clericus 5. quæſt. 5. tota, ſignanter num.3. & 9. de foro compet.* & in hac reſidet Reg. Vico *ad pragmat. Reg. Sard. tom. 1. titul. 7. capit. 4. num. 59.* Narbona reprobatis contrariis, *l.26. gloſſ. unica, num. 10. & 11. tit. 12. lib.4. recop.*

5 Idemque dicunt in laico conductore prædiorum Eccleſiaſticorum, ſeu fructuum beneficiorum, qui ſi non ſolvit mercedem, ſeu pretium conductionis, conveniendus eſt coram judice laico, Parlador. *rer. quotidian. tom.2. differ.9. §.3. num.3.* Martha *de juriſd. par.2. cap.30. num.5. juncto num.21.* deciſum referunt Oſaſc. *deciſ.31.* Theſaur. *quæſt. forenſ.15. lib. 2.* notat Fermoſin. *in cap. ſi Clericus 5. ſub n.5. & 9. de foro comp.*

6 Adeo quod ſi laicus conductor decimarum pro ſolutione pretii, ſeu mercedis conductionis conveniatur coram judice Eccleſiaſtico, erit notorius articulus violentiæ, Cævallos *de cognition. per viam violent. part. 2. qoæſt. 55. numer. 8. verſicul. Et ſi*, Fermoſin. *in cap. ſi Clericus 5. quæſt.5. n.4. in fine, de foro compet.*

7 Præterquam in tribus caſibus. Primò ſi laicus conductor decimarum, prædiorum Eccleſiaſticorum, ſue fructuum beneficiorum in contractus conventionis ſe ſubmiſerit judici Eccleſiaſtico pro ſolutione pretii, ſeu mercedis conductionis. Secundo ſi juraverit pretium, ſeu mercedem ſolvere. Tertio ſi adſit conſuetudo legitimè præſcripta; nam tunc ſi non ſolvit pretium, ſeu mercedem conductionis, conveniri poteſt coram judice Eccleſiaſtico, ita Guttier. *practic. lib.3. quæſt. 27. num.5.* & de primo caſu, Azor. *inſtit. mor. tom.1. lib.7. capit.36. quæſt.6. verſ. At vero, & num.8. verſic. Ex his*, ibi: *Quarto, quando laicus*, Cævallos *de cognit. per viam violen. part.2. quæſt.55. num.7.* Fagundez *de præcept. Eccleſ. præcept.5. lib.3. cap.5. num.11. verſ. Si tamen*, Caſt. Palaus *in oper. mor. par.2. tract. 10. diſp. unica, punct.5. numer.9. verſic. Verum, fol.88.* Reg. Vico *de pragmat. Reg. Sardin. tom.1. titul. 7. capit. 4. num. 57. & 58.* Caraſc. *leg. recopil. capit.6. §.2. n. 16.* Diana *reſol. moral. par.5. tract.1. reſol. 8. & in coordinat. par.9. tract.2. reſol. 182. num.9.* De primo, & ſecundo caſibus Covarru. *practic. cap. 35. num.2. verſicul. Quinto*, ibi: *Quamvis jure regio*, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 238. numer. 18. verſicul. Magis autem*, Narbona *libr. 26. gloſſ. unic. numer. 12. titul. 21. libr. 4. recopilat.* Sperell. *deciſ. 88. à numer. 31. libro primo*, Guttier. *canonicar. libro primo, capit. 34. numer. 39. & pract. libr. 3. quæſt. 26. numer. 10.* ubi addit, quod in caſibus in quibus vidit Azevedo plures cauſas remiſſas hujuſmodi judici Eccleſiaſtico per Cancellariam Valliſoletanam, fortè partes ſe ſubmiſerant juriſdictioni Eccleſiaſticæ, vel juramentum præſtiterant de ſolvendo pretio contractus conductionis, Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ 10. quæſt.42. num.7. de conſtitut. & in cap. ſi Clericus 5. quæſt.5. num.9. de foro compet.* De tertio caſu Azeved. *l.10. num.58. verſ. Sed an conductores, tit.1. lib.4. recop.*

Verumtamen, ut laicus conductor decimarum, 8 prædiorum Eccleſiaſticorum, ſeu fructuum beneficiorum, ſi non ſolvit mercedem, ſeu pretium conductionis, conveniatur coram judice Eccleſiaſtico, non requiritur ſimul, quod ſe ſubmiſerit judice Eccleſiaſtico, & contractum juraverit, ſed quodlibet eorum ſeparatim ſufficit, ſcilicet ut ſe ſubmiſerit judici Eccleſiaſtico, vel contractum juraverit, ita Narbon. *libr.26. gloſſ. unic. à numer. 13. ad 17. titul.21. libr.4. recopil.* & ſentiunt omnes citati, *numer. 7.*

Tertia eſt opinio, Quod laicus conductor deci- 9 marum pro ſolutione pretii, ſeu mercedis conductionis poteſt conveniri, non ſolùm coram judice ſæculari, ſed etiam coram judice Eccleſiaſtico, Gratian. plures citat *diſceptat. foren. cap.238. num. 16. & in hac reſidet, num. 18. in fine*, Germon *de ſacror. immun. lib.3. cap.19. num.97.* Moneta *de decimis, quæſt.8. cap.1. num. 17.* probabilem dicit Diana *reſol. mor. par.1. tract.2. reſol. 94. alias 93. & in coordinat. par.9. tract.2. reſol. 273.* ſic ſentire communiter Doctores refert Ciarlin. *controver. foren. c. 52. num.1. lib. 1.* & quod laicus conductor decimarum pro mercede, ſeu pretio conductionis poſſit conveniri apud judicem Eccleſiaſticum, Ybannes de Faria plures citat, *in addit. ad Covar. lib.1. var. reſ. cap.17. num.54.* Sperell. *deciſ.98. a num.22. & in fortioribus terminis, num.30. lib.1.*

Et quod laicus conductor prædiorum Eccleſiaſti- 10 corum, ſeu fructuum beneficiorum pro ſolutione pretii, ſeu mercedis conductionis, poſſit conveniri apud judicem Eccleſiaſticum, Ciarlin. multos citat, & de practicata, & de magis communi Doctorum ſententia teſtatur *controver. foren. capit. 52. à num. 19.* & contrarios reprobat, & illis reſpondet, *à numer. 36. libr.1.* Angujan *de legib. libr. 3. controv.22.* Bellet. *diſquiſ. Clerical. part. 1. titul. de favore Clericor. reali, §.5. num.9.* Sperell. *deciſ.98. à num.11. lib.2.* Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.1. c. 7. dub. 1. ſect. 2. numer. 12.* Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.1. cap.39. §.2. numer.64. verſic. Dato enim*, Diana *reſolut. moral. par.4. tract.1. reſolut.24. & p. 5. tract.1. reſolut. 8. & in coordinat. part. 9. tract.9. reſolution.281. num.1. & reſolut. 282. num.1.* Marian. Antonin. *var. lib.1. reſol.48. num.10.* Germon. *de ſacror.*

*eror. immun. capit.* 19. *numer.* 97. Queſada Pilo *differ.* 15. *num.* 8. Sic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Dalmau, Ferrer, & Puigmija 26. Septembris 1611. in favorem Capituli Eccleſiæ Ilerden. contra Joannem Martinez Pelliparium Civitatis Ilerdæ arrendatorem fructuum dicti Capituli Sedis Ilerdæ. Verum eſt, quòd in iſta deciſione non dicitur dictum Joannem Martinæ fructuum dicti Capituli Ilerdæ, eſſe arrendatarium ſed ita eam refert Ripoll. *de magiſt. logiæ maris capit.* 22. *numer.* 130. & in fortioribus terminis, binas deciſiones Cancellarii Caſſador, unam 17. Martii 1567. & alreram 16. Februarii 1570. tradit Ripoll. *var. capit.* 1. *numer.* 236. & ex eo referunt Diana *reſol. mor. part.* 5. *tract. reſol.* 7. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 280. *numer.* 2. *verſic. Sed non deſinam.* Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *capit.* 7. *dub.* 1. *ſect.* 2. *numer.* 13. Fermoſin. *in capit. ſi Clericus laicum.* 5. *quæſt.* 5. *numer.* 7. *verſic. Verum etiam, de foro compet.*

11 Rationes aliquas breviter refert Ciarlin. *controv. forenſ. cap.* 52. *num.* 29. *libr.* 1. Sed mihi arridet, quia laicus conductor decimarum, & prædiorum Eccleſiaſticorum, ſeu fructuum beneficiorum non ſolvens pretium, ſeu mercedem conductionis dicitur Eccleſiam, ſeu Clericum ſpoliare Carocius *de locatio, par.* 4. *de recuſat. quæſt.* 14. *num.* 43. Sperell. *deciſ.* 100. *nu.* 8. *lib.* 1. Ciarlin. plures alios citat *controverſ. forenſ. lib.* 1. *cap.* 52. *n.* 34. Diana, & Thom. del Bene *citandi, num.* 12.

12 Et laicus, qui Eccleſiam, ſeu Clericum ſpoliavit, etiam ſi bona Clerici eſſent patrimonialia, poteſt conveniri ratione ſpolii coram judice Eccleſiaſtico, *can. in canonibus* 57. *can. ſimiliter.* 58. 16. *quæſt.* 1. *can. ſi quis, de potentibus* 21. 24. *quæſt.* 3. *gloſſ. in cap. cum dilectus.* 6. *verbo metum mortis verſic. Et nota, de iis quæ vi gloſſ. in cap. cum ſit generale verbo malefactores, de foro compet.* Decius *in capit.* 2. *n.* 12. *de privileg.* Maranta *de ord. jud. par.* 4. *diſt.* 11. *n.* 6. Covar. *lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 2. *verſic. Sic etenim.* Menochius *de recup. poſſ. remed.* 15. *à num.* 205. ad quem ſe refert Farinac. *in praxi par.* 1. *quæſt.* 8. *ſub numer.* 152. Cavalcan. *deciſ.* 45. *numer.* 72. *libr.* 2. Cardoſo *in prax. judicium. verbo laicus, numer.* 21. Guttier. *canonicar. lib.* 1. *cap.* 34. *à num.* 10. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *capit.* 17. *num.* 37. *ibi: O deſpoi idos, de ſus bienes, yrentas, & capit.* 8. *num.* 161. *verſic. Salvo ſi el lego.* Carocius *de locato, par.* 4. *de recuſat. quæſt.* 14. *n.* 43. Paz. *in prax. tom.* 2. *prælud.* 2. *n.* 19. Barboſa *in cap. ſi Clericus laicum,* 5. *num.* 3. *& addit. tom.* 6. *num.* 1. ubi Fermoſin. *quæſt.* 1. *à num.* 8. *& quæſt.* 10. *tota, & quæſt.* 13. *numer.* 3. *& quæſt.* 4. *de foro compet.* Y bannez de Faria in addit. ad Covar. *lib. var. capit.* 4. *num.* 50. Petrus Barboſa *in leg. hæres abſens,* §. *proinde, num.* 37. *ff. de judic.* Seſſe *de inhibit. capit.* 5. §. 6. *numer.* 37. Queſada Pilo *differ.* 15. *num.* 4. *&* 5. Petrus Barboſa *in l. ſi quis ex aliena à n.* 140. *de judic.* Anſald. *de juriſdict. par.* 3. *tit. unico, cap.* 9. *num.* 7. *&* 8. Diana *reſol. mor. part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 24. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 281. *n.* 3. Bellet. *diſq. Cler. part.* 1. *tit. de favore Cler. Reali,* §. 5. *num.* 2. *&* 8. Thom. del Bene *de immun. Eccl. tom.* 1. *cap.* 7. *dub.* 1. *ſect.* 2. *num.* 24. Boſſius omnes convenire teſtatur *in moral. tom.* 3. *titul.* 18. §. 10. *numer.* 552. multos alios cumulant Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *numer.* 523. Ciarlin. *controv. foren. libr.* 1. *capit.* 106. *num.* 82. *&* 83. *& lib.* 2. *capit.* 171. *numer.* 64. Sperell. *deciſ.* 98. *num.* 46. & hanc eſſe communem opinionem, & pluries in diverſis magiſtratibus practicaſſe teſtatur, idem Sperell. *deciſ.* 160. *numer.* 40. *lib.* 1. & latiſſimè omnino videndus, juribus & rationibus probat, variiſque Doctoribus exornat, contraria proponit, & illis reſpondet idem Sperell. *deciſ.* 42. *tota, & num.* 33. *verſic. Citat in fine,* credit temerarium eſſe ab hac ſententia in judicando, & conſulendo diſcedere *lib.* 2. Anſald. *de juriſdict. part.* 2. *tit.* 11. *capit.* 22. ex noſtris Ferrer. *part.* 3. *obſervan. capit.* 229. *& capit.* 232. *verſic. Non tamen in fine, & capite* 278. *in fine,* Fontanella *de pact. nup. num.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 18. *part.* 4. *numer.* 11. Ripoll. *var. cap.* 1. *à numer.* 166. *& num.* 186. *& in addit. ad Peguer in prax. civili rub.* 14. *numer.* 94. *in fine, & de magiſtrat. leg. maris, cap.* 22. *numer.* 130. ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Loris, Conſultoribus Cordeles, & Amell. 23. Julii 1578. in favorem manumiſſorum teſtamenti Jacobi Sauleda Presbyteri contra Joannem Spina alias Sauleda Parochiæ Sancti Martini de Rivo primo occaſione ſpolii cujuſdam manſi dicti Jacobi Sauleda. Et per Cancellarium Manegat, Conſultore Sala 7. Novembris 1593. in favorem Fratris Michaelis Miret diſpenſarii Monaſterii Beatæ Mariæ de Sarateix, contra Joannem Domeneh, & alios. Et per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Dalmau, Benah, Calba de Vallſeca, & Senjuſt 16. Septembris 1598. in favorem Communitatis Presbyterum Eccleſiæ Sanctæ Columbæ de Queralt, contra Nobilem Petrum de Queralt, & Andræal Ninnot ejuſdem Villæ. Et per eundem Cancellarium Rovirola, dicto die, cum eiſdem Conſultoribus in favorem dictæ Communitatis Presbyterorum Sanctæ Columbæ de Queralt contra dictum Nobilem Petrum de Queralt. Et per eundem Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Torner, & Puigmija 14. Julii 1601. in favorem Angeli Avellar, Abbatis Sancti Martini de Canigone, contra Dalmaticum Deſcallar Domicellum Villæ Franchæ Confluentis, Et per eundem Cancellarium Rovirola Conſultoribus Fontanet, Torner, & Senjuſt. 23. Auguſti 1601. in favorem Bernardi Faleva Canonici Sedis Ilerdæ contra Syndicum dictæ Civitatis. Et per eundem Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Senjuſt, & Puigmija 20. Decembris 1601. in favorem Jacobi Selma Rectoris loci de Barbera contra Syndicum, & Singulares homines dicti loci, & termini de Barbera. Et per eundem Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Torner & Senjuſt 9. Aprilis 1604. in favorem Montſerrati Arbera Presbyteri, & Rectoris Parochiæ de Avinyoneto contra Michaelem Alzina Mercatorem Villæ de Figures. Et per Cancellarium Agullana 7. Decembris 1605. in favorem Petri Pauli Vilanova Presbyteri, & Beneficiati Sanctæ Margaretæ in Eccleſia Parochiali Sanctæ Mariæ de Mari Civitatis Barcinonæ contra Nobilem Magdalenam Terre. Et per eundem Cancellarium Agullana, Conſultoribus Senjuſt, Puigmija, & Mijavila franqueſa 22. Junii 1606. in favorem Rectoris de Cedo contra Syndicum, & aliquos particulares dicti loci. Et per eundem Cancellarium Agullana, Conſultoribus Senjuſt, & Rubicoll. 30. Martii 1609. in favorem Petri Montrava Canonici de Pons contra Hieronymum Vernaus Canonicum dicti loci, Et per eundem Cancellarium Agullana, Conſultoribus Senjuſt. Majavila, Franqueſa, Ferruz 6. Auguſti 1611. in favorem Hieronymi Cornellana Rectoris Eccleſiæ Parochialis Sancti Martini de Provincialibus contra Joannem Boxo catraterium civem Barcinonæ. Et per eundem Cancellarium Agullana Conſultoribus Senjuſt, Mijavila franqueſa, & Ferruz 25. Septembris 1612. in favorem Antonii Adroher Canonici, & Præpoſiti Eccleſiæ Gerundæ contra Joannem Banjes. Et per Cancellarium Puigmari 9. Februarii 1627. in favorem Epiſcopi, & Capituli Elnen. nec non Sacriſtæ, & Hebdomadarii Eccleſiæ Parochialis loci de Bages contra Joſephum Reart Burgenſem Villæ Perpiniani. Ex quo dictus Reart de facto ſpoliavit dictum Epiſcopum, Capitulum, Sacriſtam, Hebdomadarium à poſſeſſione in qua exiſtunt recipiendi decimam, & primitiam ex fructibus, qui colligebantur in petia terræ, quam dictus Reart poſſidet in termino loci de Bages.

Intellige ſi de ſpolio conſtat; ſecus ſi non con- 13
ſtat, nam tunc laicus conveniendus eſt coram ſuo judice in Curia ſæculari, ex traditis per Ciarlin. *controv. forenſ. capit.* 125. *à numer.* 85. *libr.* 1. Sperell. *deciſ.* 143. *lib.* 2. Fermoſin. *in capit. ſi Clericus laicum*

5. *quæſt.* 1. *de foro compet.* Cardoſo *in prax. judicium, verbo laicus, num.* 21. *verſic. Si tamen*, Boſſius *in moralib. tom.* 3. *tit.* 18. §. 10. *num.* 544. ita fuit deciſum in Cathalonia per Cancellarium Rovirola 17. Decembris 1599. in favorem Hieronymæ & Hieronymæ Verget alias Amat contra Benedictum Ferrer Presbyterum, & Rectorem Eccleſiæ Parochialis de Villamala. Et per eundem Cancellarium Rovirola 4. Septembris 1603. in favorem Jacobi Maſſot agricolæ loci de Tajano contra operarios operis Eccleſiæ dicti loci.

14 Ex qua ratione. Primò recedendum videbatur à deciſione Cancellarii Loris diei 9. Decembris 1581. in cauſa contentionis ortæ inter Curiam ſæcularem Tarraconæ, & Eccleſiaſticam ejuſdem Civitatis, in qua citatus erat Laurentius Leſmani Chirurgus à Jacobo Rocaſpana obtinente beneficium ſub invocatione Sanctæ Suſannæ, qui petebat à dicto Leſmani, quod ſibi reſtitueret quandam vineam, quæ fuerat dicti beneficii, & à ſuis prædeceſſoribus ſine ſolemnitatibus requiſitis alienata, & fuit declaratum in dicta cauſa contentionis, firmæ juris factæ in Curia ſæculari per dictum Leſmani locum eſſe, & ibi cauſam eſſe tractandam, ut tradit Ripoll. *var. capit.* 1. *numer.* 480.

15 Quia Eccleſiæ, † ſeu Clerico pro male alienatis bonis Eccleſiæ, ſeu beneficii competunt plura remedia. Primum reſtitutorium, *ex can. reintegranda* 3. *quæſt.* 1. *& cap. ſi quis Presbyterorum, de reb. Eccleſiæ alienand. vel non.* Secundum ex condictione ſine cauſa, *authent. qui rem, Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* Tertium ex condictione indebiti *l. indebiti*, §. *ſed ſi numm. ff. de condic. in dub.* Quartum ex condictione, ſeu actione triticaria, *l.* 1. *&* 2. *Cod. de action. triticaria*, Quintum ex interdicto unde vi, vel ex officio judicis, ut docent Mareſcotus *l.* 2. *var. c.* 25. *num.* 24. Rodeanus, Boſſius *ſtatim allegandi*. Sed ex his remediis melius eſt remedium illud. *ex can. reintegr.* 3. *q.* 1. & ſic actio ſpolii competit, Rodeanus *de reb. Eccl. q.* 77. *c.* 2. Borell. *in ſum. dec. par.* 1. *tit.* 15. *num.* 63. Var. *deciſ.* 170. 171. 172. *part.* 3. Riccius *in prax. aurea, part.* 1. *reſol.* 22. alios plures addunt Ciarlin. *contr. forenſ. cap.* 105. *n.* 80. *lib.* 1. *& c.* 183. *à num.* 24. *lib.* 2. Boſſius *in moral. tom.* 3. *tit.* 18. §. 10. *numer.* 501. & laicus, qui Eccleſiam, ſeu Clericum ſpoliavit, ratione ſpolii conveniri poteſt coram judice Eccleſiaſtico, *ut dictum eſt, n.* 12. & in terminis videatur quæſo Ciarlin. *controv. forenſ. libr.* 1. *capit.* 105. *toto*, *& lib.* 2. *cap.* 183. *toto*. Verùm juridicè declaravit Cancellarius Loris quia obtinens beneficium Sanctæ Suſannæ, non intentavit remedium ſpolii, ſed reſtitutorium, ut patet ex eodem Ripoll. *var. c.* 1. *n.* 480. quo in caſu cauſa tractanda eſt in Curia ſæculari, *ut dicam deciſione* 185. *cum ſeq. p.* 4.

16 Secundo dicendum exiſtimo in caſu relato per Ripoll. *var. cap.* 1. *n.* 474. de laico habente petiam terræ, ad quam pervenerat ex taciturnitate cujuſdam Rectoris ſui avunculi, qui fuerat Rector illius Parochiæ. Et modernus Rector Eccleſiæ Parochialis prætendebat dictam petiam terræ fuiſſe de ſua Eccleſia, & Rectoria, qua de cauſa citavit laicum illius poſſeſſorem in Curia Eccleſiaſtica: ſed laicus comparuit in Curia ſæculari, & firmans jus, & de jure prætenſum per eum fuit ſe non potuiſſe citari in Curia Eccleſiaſtica, ſed in ſua Curia ſæculari. In quo conſuluit ipſe Ripoll. *numer.* 478. in favorem Curiæ ſæcularis. Quod conſilium eſt ſequendum. Quia Eccleſiæ, ſeu Clerico competit actio ſpolii ad bona ſua, etiam culpa ſua amiſſa; nam factum Prælati non debet Eccleſiæ nocere, ut pluribus laudatis docent Marian. Antonin. *libr.* 1. *var. reſol.* 38. *numer.* 18. Ciarlin. *controver. forenſ. libr.* 1. *capit.* 105. *numer.* 98. *& libr.* 1. *capit.* 183. *numer.* 66. Boſſius *in moralib. tom.* 3. *titul.* 18. *numer.* 501. *verſic. Nihilominus*, *& numer.* 502. tamen iſte Rector non intentavit actionem ſpolii, & ſic cauſa erat tractanda in Curia ſæculari, *ex dicendis, deciſ.* 185. *cum ſeqq. parte* 4.

17 Tertio à reſolutione Ripoll. cum deciſione Cancellarii *var. capit.* 12. *numer.* 118. *&* 119. ubi dicit, quod ſi Clericus habens domum propriam eam locaverit alicui ſæculari, & velit illum à domo conducta expellere, debet comparere in Curia ſæculari, & ei facere expedire præceptum, quod intra decem dies vacuam, & expeditam relinquat poſſeſſionem dictæ domus; & quod ſi laico expediretur mandatum per Curiam Eccleſiaſticam, laicus poteſt comparere in curia ſæculari, & firmare jus dicto Clerico, & firmata contentione debet illa declarari in favorem Curiæ ſæcularis, teſtatur in ſimili caſu eveniſſe 19. Decembris 1587. in qua fuit lata ſententia per Cancellarium Manegat in cauſa contentionis ortæ inter Curiam Eccleſiaſticam Barcinonæ, & Sæcularem ejuſdem Civitatis Regentis Vicariam Barcinonæ, ratione firmæ juris in Curia ſæculari factæ per Antonium Rius Civem Barcinonæ procedimentis contra eum inſtatis in Curia Eccleſiaſtica ad inſtantiam Ludovici Quer Presbyteri, qui locaverat domum ſuam dicto Rius, & refert fuiſſe declaratum firmæ juris in Curia ſæculari locum fuiſſe, & eſſe. Recedendum non eſt. Quia licèt conductor † negans, ſeu recuſans rem conductam finita locatione reſtituere, dicatur locatorem ſpoliare, 18 *l. ſi quis conductionis*, *l. conductores*, *Cod. de locato*, *l. colonis*, *ff. ut vi aut clam*, Dinus, Baldus, Bartolus, & Cinus, quos citat Carocius *de locato, part.* 4. *de recuſat. quæſt.* 14. *num.* 41. alios addunt Menoch. *de recup. poſſ. remed.* 11. *numer.* 3. Sperell. *deciſ.* 100. *numer.* 7. *&* 39. *verſic. Cum enim, lib.* 1. videantur pro praxi Maranta *de ordin. jud. part.* 4. *diſt.* 7. *numer.* 49. *&* 52. Cancer *part.* 1. *var. cap.* 14. *num.* 4. Barboſa *in l. ſi quis conductionis* 25. *& in leg. conductores* 33. *Cod. de locat.* ſive negat, ſeu recuſet judicialiter, ut dicunt Alexander, Craveta, Plotus, & Conradus, quos laudat Carocius 19 *de locatio, part.* 4. *de recuſat. quæſt.* 14. *num.* 24. ſive extrajudicialiter, Cavalcan. *deciſ.* 44. *numer.* 17. *part.* 1. Sperell. *deciſ.* 100. *numer.* 7. *in fine libr.* 1. Conductor enim finita locatione debet rem conductam reſtituere locatori, nec debet expectari, quod 20 pulſetur, ſed ſponte offerre tenetur, Ciarlin. *controver. forenſ. libr.* 1. *capit.* 52. *numer.* 1. 2. *&* 6. Tamen dictus Ludovicus Quer Presbyter non intentavit remedium ſpolii, & ob id cauſa in Curia ſæculari tractanda erat *ex dicendis, deciſ.* 185. *cum ſeq. part.* 4.

---

*ARGUMENTUM.*

## An Magiſter in grammatica, vel in modo legendi, & ſcribendi poſſit docere pueros ſine licentia ordinarii Eccleſiaſtici.

*SUMMARIUM.*

1 *Lectionis ad officium tam publicæ quàm privatim neminem admittendum eſſe, niſi prius ab Epiſcopo loci, de vita, moribus & ſcientia examinatus, & approbatus fuerit.*

2 *Studium, ſeu ſcholam grammaticæ, vel legendi, & ſcribendi nullus ponere poteſt, niſi prius ab Epiſcopo loci approbatus, & examinatus ſit de vita, moribus, & ſcientia, n.* 2. *adeo ut Rectores, & alii curam animarum habentes, ſeu eorum Vicarii ſub pœnis arbitrio Ordinarii imponendis non poſſunt in ſuis Parochiis aliquem ad id munus obtinendum admittere, niſi de licentia ab Ordinario in ſcriptis obtenta legitimum exhibeat teſtimonium, n.* 3.

4 *Magiſtri ludi literarii examinari poſſunt ab Epiſcopo, in his quæ ſpectant ad fidem, doctrinam Chriſtianam, & bonos mores, nu.* 4. *& tenentur facere profeſſionem fidei, n.* 5.

7 *Magiſtri ſcholæ, ſeu ludi literarii non ſolùm in grammatica, & rhetorica adoleſcentes inſtruere debent, ſed etiam in his quæ ad religionem pertinent, n.* 6. *&* 7.

8 *Magiſtri ſcholæ, ſeu ludi literarii examinari poſſunt ab Epiſcopo, in his quæ ad fidem, doctrinam Chriſtianam, & bonos mores ſpectant.*

*9 Epi-*

9 *Epiſcopus poteſt mandare magiſtris puerorum ſub pœna pecuniaria, ne doceant publice pueros, niſi examinati ab eo ſint.*

10 *Ludus literarius ſumitur pro ſchola; ubi literæ docentur.*

## DECISIO CLXVI.

1 STatuit Sancta Synodus Tridentina, ne ſub prætextu pietatis, impietas diſſeminetur, neminem ad lectionis officium tam publice, quàm privatim admittendum eſſe, qui priùs ab Epiſcopo loci de vita, moribus, & ſcientia examinatus, & approbatus non fuerit *ita in ſeſſ. 5. de reformat. capit. 1. in fine, verſic. Et ne,*

2 Cujus decreti obſervatio, cùm maximè in Principatu Cathaloniæ neceſſaria eſſet, conſtitutio Provincialis Tarraconæ dictum Sacri Concilii Tridentini decretum diſtrictè obſervari præcipit, etiam in illis, qui pueros in grammatica, vel in modo legendi, & ſcribendi inſtruunt, & ſic nullus poteſt ponere ſtudium, ſeu ſcholam grammaticæ ad pueros edocendos, niſi priùs ab Epiſcopo loci de vita, moribus, & ſcientia examinatus, & aprobatus ſit, *ſic habetur in cap. 2. de magiſtris in conſtitutionibus Tarraconæ, fol. 282. idem ſtatuit conſtitutio ſynodalis Archiepiſcopatus Calaris Regni Sardiniæ cap. 1. de ſcholis, & magiſtris, fol. 102.*

3 Adeo ut Rectores, & alii curam animarum habentes, ſeu eorum Vicarii ſub pœnis arbitrio Ordinarii imponendis non poſſunt in ſuis Parochiis aliquem ad munus edocendi grammaticam, vel legendi, & ſcribendi admittere, niſi de licentia ab ordinario in ſcriptis obtenta legitimum exhibeat teſtimonium, *ut diſponit conſtitutio Provincialis Tarraconæ cap. 2. de magiſtris.*

4 Et Aldanus *in compend. canonicar. reſol. lib. 3. tit. 4. n.* 10. quod magiſtri ludi literarii examinari poſſunt ab Epiſcopo, in his dumtaxat, quæ pertinent ad fidem, doctrinam Chriſtianam, & bonos mores, referunt, & ſequuntur Auguſt. Barboſa. *deciſ. Apoſtoli, 458. num. 5. in Bullario verbo magiſtri ſcholæ, ſeu ludi literarii, num. 1. & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 1. num. 44.* Fermoſin. *in cap. unico, q. 2. n. 25. de off. Primicerii.*

5 Et juxta Bullam Pii IV. Sacra Congregatio Concilii decrevit, quod magiſtri ludi literarii tenentur etiã facere profeſſionem fidei, ut referunt Aldanus, & Barboſa *in primis duobus locis ſupra citatis, num. 4.* Fermoſin. *in cap. unico, q. 2. num. 26. de officio Primicerii,* alios plures citat idem Fermoſin. *in cap. Ego enim 4. qu. 4. n. 3. de jurejurando*, ubi cum Doctoribus ibidem laudatis addit prædictam conſtitutionem Pii IV. non eſſe in omnibus locis receptam, ac proìndè non ubique obligare, ſicque attendendam eſſe approbatam conſuetudinem.

6 Prædictis addo, quod magiſtri ſcholæ, ſeu ludi literarii non ſolum in grammatica, & rethorica adoleſcentes inſtruere debent, ſed etiam in his, quæ ad religionem pertinent, & ſic adoleſcentes ad miſſas, ad divina officia, & prædicationes audiendas, non ſolùm hortari, ſed etiam compellere poſſunt, qui & omnino legere, vel docere prohibentur ea, quæ ſunt contra bonos mores, vel quæ poſſunt ad impietatem inducere, ita ex Leone X, Conſtitut. 6. incipien. meretur 2. Januarii 1514. apud Laurent. Cherub. in *bullario, tom. 1. pag. 474.* Auguſtinus Barboſa *deciſ. Apoſt. 458. n. 4. & in Bullario, verbo magiſter ſcholæ, ſive ludi literarii, numer. 1.* Fermoſin. *cap. unico, quæſt. 2. num. 24. de offic. Primicerii.*

7 Et Conſtitutio Synodalis Archiepiſcopatus Calaris Regni Sardiniæ Illuſtriſſimi Don Bernardi de la Cabra illius Civitatis Archiepiſcopi præcipit. Ut magiſtri puerorum, & magiſtræ puellarum teneantur per ſe, vel idoneam perſonam illis doctrinam Chriſtianam, & orationes docere, & quod non conſentiant eis legere libros prophanos, ſed libros devotos inducentes ad Religionem, & bonos mores, & quod audiant miſſam, & ſermonem, & frequenter confiteantur & ſacram Euchariſtiam ſumant ſaltem in feſtis principalibus, *ita in capit. 2. de ſcholis & magiſtris, fol.* 105.

Qua propter ut magiſtri ſcolæ, ſeu ludi literarii re- 8
ctiùs prædicta exequi valeant, examinari poſſunt ab Epiſcopo in his, quæ ad fidem, doctrinam Chriſtianam, & bonos mores ſpectant, Fermoſin. *in c. unico, q. 2. n. 25. de offic. Primicerii.*

Ex quibus queſtioni in argumento propoſitæ reſpon- 9
detur, quod magiſter in grammatica, vel in modo legendi, & ſcribendi non poteſt docere pueros, ſine licentia Ordinarii Eccleſiaſtici, & poteſt Epiſcopus mandare magiſtris puerorum ſub pœna pecuniaria ne pueros publicè doceant, niſi ab eo examinati ſint, ſic fuit deciſum in Cathalonia per Cancellarium Copons, Conſultoribus Peguera, Guardiola, Regas, & Aſtor 9. Octobris 1696. contra Hieronymum Valls magiſtrum puerorum occaſione cujuſdam præcepti ſibi facti per Curiam Eccleſiaſticam Barcinonę, quatenus ſub pœna vigintique librarum de cœtero pueros non doceret, ſicuti nunc docebat, donec examen coram examinatoribus ab Epiſcopo Barcinonæ ad id ſpecialiter deputatis ſuſtinuiſſet. Et cùm adhuc Senator eſſem in Aula Reverendi Cancellarii, quidam magiſter puerorum (occaſione mandati per Curiam Eccleſiaſticam Barcinonæ ei facti, ne pueros publicè doceret ſub certa pœna, donec examinatus eſſet per examinatores ab Epiſcopo ſpecialiter deputatos) intentavit cum ſupplicatione interdictum ſummariſſimum interim contra fiſci Procuratorem Curiæ Ecclaſiaſticæ Barcinonę, petens manuteneri in poſſeſſione, qua erat docendi publicè pueros in modo legendi, & ſcribendi. Sed repulſam paſſus fuit, & ſupplicatio introductoria litis ſignata cruce ſanctæ Eulaliæ.

Ludus literarius ſumitur pro ſchola, ubi literæ do- 10
centur, & magiſter ludi appellatur, qui literas docet, *leg. 1. §. ludi, ff. de var. & extraord.* Pereyra *de academia, n. 4.*

---

### *ARGUMENTUM.*

## An laicus ratione juramenti poſſit conveniri coram judice Eccleſiaſtico.

### *SUMMARIUM.*

1 *Laicus ratione juramenti, ſeu ejus vinculi ſpiritualis efficitur de foro Eccleſiæ, & ad contractus jurati obſervantiam poteſt in foro contentioſo per creditorem coram judice Eccleſiaſtico conveniri, etiamſi aliàs laicus juriſdictioni illius ſubmiſſus non ſit, num. 1. Amplia 1. in laico nobili, nu. 2. Amplia 2. in laico officiali, n. 4. Amplia 3. ut laicus ratione juramenti ad ejus obſervantiam nedum poteſt conveniri in foro contentioſo coram judice Eccleſiaſtico per creditorem, in cujus favorem juratum fuit, ſed etiam per ejus hæredem, num. 5, & 8, Amplia 4. ut poſſit conveniri per ſingularem ſucceſſorem, numer. 6. & 8. Amplia 5. ut poſſit conveniri per ceſſionarium, nu. 7. & 8. Amplia 6. etiamſi laicus obtinuerit abſolutionem à juramento per judicem Eccleſiaſticum, n. 10. Amplia 7. in laico promittente per fidem Dei, aut Chriſti, n. 11. Amplia 8. in laico promittente ſigno Crucis, n. 12. Amplia 9. in laico promittente ſub fide ſua, num. 16. ſed vide contrarium, n. 20. Amplia 10. & multo magis, ſi in contractu jurato adſit clauſula renunciationis proprii fori, n. 27. limita 1. in hærede laico jurantis, n. 28. Amplia hanc 1. limitationem, etiamſi defunctus juraſſet pro ſe, & ſuis hæredibus, n. 34. ſublimita 1. hanc 1. limitationem ſi in inſtrumento jurato adſit clauſula renuntiationis proprii fori, n. 35. ſublimita 2. quando imploratur officium judicis Eccleſiaſtici, n. 36. ſed vide, n. 37. ſublimita 3. ſi*

*lis eſſet cœpta cum defuncto coram judice Eccleſiaſtico, num. 38. Limita 2. in pupillo laico facto adulto, qui ad obſervantiam juramenti præſtiti per tutorem tempore tutelæ non poteſt ipſa tutela finita, n. 40. Limita 3. ſi conveniri poteſt coram judice Eccleſiaſtico, & in contractu jurato adſit pactum, quod laicus jurans non intendit ſuo foro proprio renunciare, n. 41. limita 4. quando juramentum non eſt appoſitum de ſolvendo cenſu, n. 42. limita 5. ut laicus ratione juramenti ad ejus obſervantiam non eſt præciſe conveniendus coram judice Eccleſiaſtico, ſed poteſt actor illum convenire in curia ſæculari, n. 43. Amplia 1. hanc 5. limitationem, ut laicus pro debito juramento roborato conventus coram judice ſæculari, non poteſt per eundem actorem conveniri coram judice Eccleſiaſtico, num. 44. Amplia 2. hanc 5. limitationem, ſi laicus timens conveniri coram judice Eccleſiaſtico præveniat judicium ſuper contractu jurato, coram judice ſæculari, non poteſt per actorem conveniri coram judice Eccleſiaſtico, n. 43. limita iſtas duas ampliationes, ſi in inſtrumento adſit clauſula renuntiationis proprii fori cum facultate variandi, n. 48. limita 6. ſi non conſtat de juramento, n. 52.*

*Juramenti vinculum omnes ligat, etiam in dignitate conſtitutos.*

11 *Juramentum eſt fidem Dei, aut Chriſti expreſſe interponere, ſive aſſertoriè, ſive promiſſoriè.*

12 *Juramentum eſt ſigno crucis aliquid aſſeverare, vel promittere, n. 12. & 13.*

14 *Jurare cenſetur qui promittit per Deum, ac fidem Dei, vel ejus evangelia, vel per aliam rem ſacram, in qua bonitas divina reſplendet.*

15 *Juramenti definitio.*

17 *Jurare, & fidem dare idem ſunt, num. 17. maxime in viro nobili, n. 18. & multo magis ſi promiſſioni fidei adjicitur verbum bona, n. 19. ſed contrarium eſt verius, quod jurare, & fidem dare non ſunt idem, n. 20. etiam ſi promiſſio ſit facta per virum nobilem, n. 21. & ſi addatur verbum bona, n. 22. & dicatur in bona fide jurata, n. 23. niſi appareat, quod promittens ſub fide ſua jurare voluiſſet, n. 24. ſed in dubio non eſt juramentum, n. 25.*

26 *Juramentum an ſit, promitto tibi, & do fidem meam, & verbum Chriſtiani.*

29 *Juramentum producit bina vincula, ſeu jura, unum ſpirtuale, alterum temporale.*

30 *Juramenti vinculum, ſeu jus ſpirituale, eſt obligatio animæ, quæ non tranſit, de anima in animam.*

31 *Juramentum ex parte jurantis eſt perſonale, n. 31. & ſolvitur morte jurantis, n. 32. quo ad ſpiritualitatem reſpectu perjurii, n. 33.*

34 *Juramentum quoad perjurium non tranſit ad hæredes, num. 34. tamen tranſit quoad obſervantiam contractus, n. 39.*

46 *Electio eſt actoris, ubi, & coram quo judice reum conveniat, quando reus, de jure communi habet plures judices, n. 46. ſecus ubi reus jure ſpeciali habet plures judices, n. 47.*

49 *Creditor, qui elegit agere contra ſuum debitorem via ordinaria, cum poſſet agere via executiva, non poteſt relicta via ordinaria regredi ad viam executivam, n. 49. fallit inter alios caſus, ubi in inſtrumento datur creditori facultas variandi judicium, n. 50. refectis tamen expenſis viæ ordinariæ, n. 51.*

53 *Notarius in dubio cenſetur rogatus apponere clauſulas aſſuetas, n. 53. ſed non poteſt apponere juramentum, ſine expreſſo partis conſenſu, n. 54. etiam ſi notarius à parte habeat facultatem extendendi inſtrumentum, non poteſt apponere juramentum, n. 55. & ſi in inſtrumento adſit clauſula cæterata, n. 56.*

57 *Juramentum ſi eſt appoſitum etiam in contractu donationis non de ſtylo Notarii, ſed ex magna deliberatione præſumitur præſtitum.*

## DECISIO CLXVII.

LAicus ratione juramenti, ſeu ejus vinculi ſpiritua- 1
lis efficitur de foro Eccleſiæ, & ad contractus jurati obſervationem poteſt per creditorem in foro contentioſo conveniri coram judice Eccleſiaſtico, etiam ſi alias juriſdictioni illius ſubmiſſus non ſit, *cap. fin.* ubi Dominic. de Sanct. Geminian. *n. 3. de foro compet. in 6. cap. novit.* ubi Panormit. *numer. 48. in fine, & num. 50. de jud. c. 1. cap. cum contingat, de jurejurando, cap. licet eodem in 6. cap. quamvis pactum, de pactis in 6,* ſic Jaſon. *in l. nulli n. 6. verſ. Sexto cogita, Cod. de jud.* & de communi teſtatur *conſ. 1. col. 1. in fine, verſ. Circa ſecundum, lib. 1.* Felin. *in cap. cùm ſit generale, num. 7. & 8. de foro compet.* Alexand. *conſ. 63. toto libr. 3.* Belluga *in ſpecul. Princ. rub. 11. §. quædam, à num. 1.* ubi Borel. *lit. C.* Maranta *de ord. jud. par. 4. diſt. 11. n. 14.* Covar, *lib. 1. var. cap. 4. nu. 8. circa medium, verſ. Nec quidquam facit,* ubi Ybannez de Faria *n. 27. in fine, & numer. 28,* idem Cavarruv. *in c. quamvis pactum, part. 2. §. 5. num. 6.* Mareſcot. *lib. 1. verſ. c. 61, num. 11.* Marchius *dec. 82. ſub n. 2. part. 1.* Farinac. *in praxi, part. 1. q. 8. n. 141.* ad quem ſe refert Fontanella *de pact. nup. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 33. parc. 2. n. 59.* Azor. *inſt. mor. lib. 8. qu. 5. verſ. Ex his fit,* Petr. Barboſa *in l. hæres abſens, in princ. numer. 218. ff. de jud. & in l. 1. part. 1. num. 73. ff. ſol. matr.* Oſaſcus *dec. 78. num. 1. & 2.* Seraphin. *de priv. juram. priv. 67. à n. 1. & priv. 86. n. 4.* Aylon. Laynez, ad Gomez, *tom. 2. var. c. 14. n. 20. verſ. Ratione* juram. Cenedo *collect. 2. ad 6. n. 2.* Cardoſus *in prax.* jud. *verbo laicus, n. 22.* Gurier. *de* juram. *confirm. part. 3. cap. 12. num. 2. & 3.* Martha *de juriſd. part. 2. c. 9. n. 1.* Padilla *ad l. pœnal. par. 2. c. 13. num. 2.* paſſim omnes tenere teſtatur Sperel. *dec. 1. n. 13. lib. 1. & de communi, dec. 169. n. 65. & plures cit. dec. 120. num. 4. lib. 2.* Afflict. *dec. 263. n. 2.* Portoles ad Molin. *poſt §. Clericus, & foros competent. quæſt. 2. numer. 2.* Cuenca *de commanda, clauſ. 38. nu. 13.* ubi Ninno *in addit. num. 2.* idem Ninno *ad albaran. §. 5. n. 2.* Auguſtin. Barboſa *in cap. fin. n. 3. de foro compet. in 6. & in cap. fin. num. 3. de foro compet. in 6. & 10. c. licet. 3. num. 4. de jurejurando in 6.* Tuſchus *pract. concl. lit. I. concl. 498. n. 1.* Vela *diſſer. 10. num. 27. tom. 1.* Sanchez *in decal. to. 1. lib. 3. cap. 13. à num. 11. & cap. 22. num. 16.* Carleval. *de jud. lib. 1. diſp. 2. num. 204. verſ. Illud modo,* Gail. *lib. 1. obſer. 52. num. 2.* Paz *in prax. tom. 2. prælud. 2. num. 35.* Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 17. n. 52.* Pereyra *de man. reg. part. 1. c. 19. num. 4. verſic. Unde contractus,* Fagundez *in decal. lib. 2. cap. 22. num. 11, & 14.* Narbona *l. 26. gloſſ. unica. n. 13. & 14. tit. 21. lib. 4. recop.* Azeved. *11. num. 2. tit. 1. lib. 4. recopil.* Scialoya *de foro compet. c. 28. num. 36.* Caſtr. Palaus *in oper. mor. part. 3. tract. 14. diſp. 2. punct. 11. num. 4.* Cancer *part. 2. var. reſol. c. 8. nu. 54.* Thomas del Bene *de parlament. dub. 4. ſect. 27. ſub ſect. 4. num. 1. in princ. & de immun. Eccleſ. tom. 2. c. 10. dub. 6. ſect. 1. n. 1. & de juramento, c. 2. diſp. 46. num. 1.* Fermoſin. *in c. fin. q. 9. n. 6. de foro compet. & in c. veritatis 14. q. 3. num. 2. in fine de jurejurando,* Diana *reſol. moral. part. 1. tract. 2. reſol. 114. aliàs 113. & reſol. 120. aliàs 119. & part. 5. tract. 1. reſol. 8. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſol. 235. ante finem, verſic. Non reticebo tamen, & reſol. 238. ſub numer. 2. & reſol. 282. numer. 7.* ita deciſum in Cathalonia, quinque deciſiones Cancellarii refert Ripoll. *var. reſol. cap. 1. à numer. 266. ad 270.* quem ſequitur idem Fermoſin. *in capit. novit. 13. quæſt. 13. numer. 5. in fine de jud.* plures Doctores citavi, & multas alias deciſiones Cancellariorum Cathaloniæ cumulavi Ego *deciſ. 11. numer. 46. part. 1.* quibus Addo ita deciſum per Cancellarium Caſſador 16. Martii 1569. in favorem Gabrielis Eroles Magiſtri domorum civis Barcinonæ, contra Joannem Andream Caſſeres ratione procedimentorum in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ factorum ſuper obſervantia juramenti appoſiti in quodam inſtrumento concordiæ initæ inter dictum Gabrielem Eroles, & dictum Joannem Andream Caſſeres. Et per eundem Cancellarium Caſſador 29. Martii 1569. in favorem Joannis Ayguabella Mercatoris civis Barcinonæ, contra Joannem Perrinet Cauſidicum, olim paratorem

rem pannorum lanæ civem Barcinonæ ratione proce-
dimentorum contra eum in Curia Eccleſiaſtica facto-
rum ſuper obſervantia juramenti per dictum Perri-
net præſtiti in quodam albarano quantitatis 14. ff.
14. ♁ & per Cancellarium Loris, Conſultoribus Ros,
Selcaſes, Balle, & Fontpaſtor 15. Julii 1577. in fa-
vorem Petri, & Annæ Piques contra Antonium Maſ-
ſa Mercatorem Civem Barcinonæ pro obſervantia ju-
ramenti per dictum Maſſa in quodam debitorii in-
ſtrumento præſtiti. Et per eundem Cancellarium
Loris, Conſultore Seſcaſes 23. Decembris 1579. in
favorem Monſerratæ Guel viduæ contra Franciſcum
Caſandraps, & alios Villæ Franchę Pœniten. Et
per eundem Cancellarium Loris. Conſultore Amell
11. Januarii 1581. in favorem Franciſci Brunet con-
tra Joannem Vilardaga pro obſervantia juramenti
per eum in quodam albarano præſtiti. Et per præ-
dictum Cancellarium Loris, Conſultore Cordeles
5. Aprilis 1581. in favorem Pauli & Joſephi Mi-
chaelis Moradells Mercatorum Civium Barcinonæ
contra Eliſabetam Talavera uxorem Petri Talavera
blanquerii Civis Barcinonæ conventam in Curia
Eccleſiaſtica pro obſervantia juramenti per ipſam in
quodam publico inſtrumento præſtiti. Et per eum-
dem Cancellarium Loris 22. Novembri 1581. in
favorem Annæ Mans viduæ contra Antiochum Cal-
ler propter debitorii inſtrumentum per dictum Cel-
ler dictæ viduæ Mans firmatum de 60. ff. ♁ cum
ſolemni, & valido juramento vallatum. Et per
Cancellarium Copons, Conſultoribus Sabbater,
Guardiola, Oliba, Ferran, & Valencas 20. Aprilis
1594. in favorem Bernardi Amat Parochiæ de Ulle-
ſtrell contra Hieronymam, & Petrum Nogueres Pa-
rochiæ Sancti Petri de Riu de Bille ſuper repetitio-
ne partis dotis Jolantis uxoris dicti Petri Nogueres
pro obſervantia juramenti in capitulis matrimonia-
libus inter dictos Hieronymam, & Petrum Nogue-
res ex una, & Bernardum, & Jolantem Amars ex
altera præſtiti. Et per Rovirola Tertium 28. Mar-
tii 1597. in favorem Jacobi Gili Aromatarii Villæ
Terraſiæ contra Jacobum Junyent Notarium publi-
cum Barcinonæ. Et per Cancellarium Agullana Con-
ſultoribus Dalmau, Magarola Mijavila Franqueſa,
& Ferruz 28. Septembr. 1610. in favorem Pauli Paſ-
qual calſaterii contra Paulum Caldes negotiatorem
Civem Barcinonæ, Et per eundem Cancellarium
Agullana 6. Septembris 1613. in favorem Franciſci
Jacobi Julilo mercatoris contra Franciſcum Monſar-
ro caligarium Civem Barcinonæ pro obſervantia
juramenti per dictum Monſaro præſtiti in quondam
inſtrumento ſtabilimenti. Deciſiones Regni Arago-
num refert Seſſe *de inhib. c. 9. §. 3. n. 11. & 12.*

2 Amplia 1. in viro Nobili, qui licèt non poſſit
conveniri in civilibus, niſi coram Vicariis Regiis,
ut dixi *deciſ. 10. num. 180. part. 1.* tamen ratione jura-
menti poterit per creditorem conveniri in foro con-
tentioſo coram iudice Eccleſiaſtico, ita Molinus *in
repertor. verbo Nobiles, verſic. Nobiles Aragonum non
poſſunt conveniri, ibi: Fallit etiam niſi ratione jura-
menti*, ubi Portoles *numer. 13.* Sic fuit in Cathalonia
deciſum per Cancellarium Maneget. 22. Octobris
1584. in favorem Jacobi Garganter Præsbyteri ceſ-
ſionarii Nobilis Hieronymæ de Pinòs contra Ferdi-
nandum Oliver Domicellum Barcinonæ domicilia-
rium, meminit Ripoll. *var. cap. 1. numer. 260.* Et per
eundem Cancellarium Manegat 22. Septembris 1622.
in favorem Jacobi Garganter, Presbyteri ceſſionarii
Nobilis Hieronymæ de Pinòs contra Nobilem Fede-
ricum de Cabrera. Et per Cancellarium Puigmari,
Conſultoribus Seniuſt, & Gamis 13. Julii 1625. con-
tra Dom. Joſepham de Milſocos, *quam tradidi deciſ.
11. numer. 46. in fine part*, deciſionem Regni Arago-
num tradit Cuenca *de commenda, clav. 18. numer. 2. in
fine*. Et in gaudentibus privilegio militari, ita deci-
ſum in Cathalonia per Cancellarium Loris 19. Octo-
bris 1579. in favorem Syndicorum de Pontons con-
tra Petrum Rius Burgenſem & Joannem Oliver,
Medicinæ Doctorem Villæ Franchæ Pœniten. ra-
tione juramenti per eos reſpectivè præſtiti in quo-
dam arrendamenti inſtrumento per Syndicum ter-
mini de Pontons dictis, & Oliver facto de quo-
dam vuytevos, ſive Octavo fructuum in dicto termi-
no de Pontons colligendorum. Et per Cancellarium
Agullana, Conſultoribus Puigmiaja, Lover, & Sala
14. Martii 1607. in favorem Gervaſii Gori Medici-
næ Doctoris contra Joannem Baptiſtam Gori I.V.Do-
ctorem ſuper obſervantia juramenti per dictum Joan-
nem Baptiſtam Gori præſtiti in quodam indemnita-
tis inſtrumento. Et per eundem Cancellarium. A-
gullana, Conſultoribus Senjuſt. Mija vila Franque-
ſa 12. Maii 1610. in favorem Michaelis Piquer Pres-
byteri in Eccleſia Barcinonæ Beneficiati contra Ra-
phaelem Paulum Viloſa Domicellum, coadjutorem
in officio Magiſtri Rationalis Domini Regis, *quam
tradidi deciſ. 153. numer. 21. hac part. 3.* Quia jura-
menti † vinculum omnes ligat etiam in dignitate 3
conſtitutos, Azevedo *lege 1. numer. 2. titul. 17. libr.
8. recop.*

Amplia 2. in laico officiali Bajuliæ Generalis, aut 4
officii Magiſtri Rationalis, vel Dominus Siccæ, qui
licèt non poſſit conveniri, niſi in ſuo reſpective tribu-
nali, iuxta privilegia tribunalibus conceſſa, *ut dixi
deciſ. 10, num. 137. 169. & 170. à numer. 218. part. 1.*
Nihilominus ratione iuramenti poteſt conveniri per
creditorem in foro contentioſo coram iudice Eccle-
ſiaſtico, ſic fuit deciſum in Cathalonia per Cancella-
rium Manegat 20. Octobris 1683. in caſu officialis
Siccæ relato per Ripol. *var. capit. 1. num. 268. 575.
& 176.* quem ſequutus fui *deciſ. 10. num. 226. part. 1.* Et
per Cancellarium Agullana. Conſultoribus Seniuſt,
& Miia vilafranqueſa 12. Maii 1610. in coadiutore
officii Magiſtri Rationalis *relato ſupra, numer. 2. in
fine*.

Amplia 3. ut laicus ratione juramenti ad ejus 5
obſervantiam nedum in foro contentioſo poteſt con-
veniri coram judice Eccleſiaſtico per creditorem,
46 Ratio hujus ampliationis meo videri eſt, quia licèt electio ſit actoris, ubi, & coram quo judice reum conveniat, quando reus de jure communi habet plures judices, puta ſi poſſet conveniri in ſuo domicilio, in loco rei ſitæ, & in foro contractus, *l. fin. gloſſ. ultima, in fine, C. ubi in rem actio, l. fin. C. de juriſd. omn. jud. l. cum Clericis* 25. *C. de Epiſc. & Cler.* etiamſi per reum ſit facta coram uno judice præventio judicii, Cin. Bald. Salicet. Paul. Panormit. Marian. Felin. Aretin. Roman. Tiraq. Cavar. Maranta, & Franc. quos citat Carleval *de jud. lib.* 1. *diſp.* 2. *n.* 152. 236. & 386. *in fine*, quos omnes tranſcripſit Salgado *de ſuppl. ad Sanctiſ. part.* 1. *cap.* 10. *c. unico*, §. 21. quibus addo Fermoſin. *in c. cum ſit generale* 8. *quæſt.* 4. *tota*, ubi Balboa *num.* 3. *de foro compet.* Tondut. *de prævent. jud. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 4. *& part.* 2. *cap.* 18. *num.* 13. *& ſeqq. & c.* 42. *num.* 11. Cabedo *dec.* 54. *n.* 2. *part.* 2. Ybanes de Faria in addit. ad Covar. *libr.* 1. *var. cap.* 18. *num.* 39. Virgil. *de legit. perſon. in prælud. num.* 104. Seſſe *dec.* 115. *num.* 9. *&* 13. *lib.* 2. Gail. *libr.* 1. *obſerv.* 11. *num.* 6. Paz *in prax. part.* 1. *tom.* 1. *præl.* 1. *num.* 67. Dominus Vicecancel. Don. Chriſtoph. Creſpi de Valdaura *obſervat.* 15. *ſub num.* 180. Oliba, etſi loquatur per verbum fortè *de action. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 5. *in fine*, deciſiones noſtri Senatus tradunt Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 15. *à numer.* 76. *ad* 81. *& dec.* 328. *n.* 20. *lib.* 2. Deſpujol ad Mieres *verbo libellus tractatorius*, *verſ. Eſt tamen advertendum*, *fol.* 115. Ripoll. *var. cap.* 1. *numer.* 171. 172. *&* 173. & declaratum etiam fuit referente magnifico Michaele Alegre in cauſa inter Franciſcum Gilabert agricolam, & Franciſcum Camps, Et referente Nobili Fabricio Pons de Caſtelivi, inter Joſephum Regas Civem honoratum Barcinonæ, & Magdalenam Culla viduam, & per Nobilem Joannem Baptiſtam Paſtor, & per me in altercato de conferant relatores in favorem Nobilis Mariæ de Eril. & Nabel, contra Franciſcum Sullar, ſcriba Paiſſa, Et die 30. Junii 1695. per Nobilem Hieronymum de Codina Aulæ Regentis Cancellariam, & Nobilem Joſephum de Balaguer Aulę Reverendi Cancellarii in cauſa de conferant Relatores in favorem excellentiſſimi Marchionis de Aytona, contra Nobilem Joſephum Torturi patrem, & legitimum adminiſtratorem filiorum ſuorum, & alii *n. ſeq. alleg.* Attamen
† ubi reus ex privilegio, ſeu ut alii melius dicunt ju- 47
re ſpeciali habet plures judices, qui caſus noſter eſt, ad ipſum reum cum ad judicium provocatur, electio judicis pertinet non ad actorem, *auth. habita, C. ne filius pro patre*, & docent Bald. *in l. cum Clerici*, 15. *numer.* 1. ubi Barboſa *numer.* 5. *C. de Epiſc. & Cler.* Roman. *conſ.* 412. *num.* 3. Afflict. *dec.* 257. *num.* 5. *&* 6. Maranta *poſt tract. de ordin. judic. in l. ſi actor. num.* 33. *ff. de procurat.* Cabedo *deciſ.* 54. *numer.* 2. *&* 6. *part.* 1. Leo *in l.* 2. *à num.* 3. *C. de juriſd. omni jud.* Trentacinq. *variar. reſol. lib.* 2. *de actionib. reſol.* 4. *numer.* 10. *verſ. Et ex hac concluſione infertur*, Carleval *de judic. lib.* 1. *diſput.* 2. *num.* 479. *&* 608. idem Barboſa *in cap. dilect.* 17. *num.* 12. *de foro compet. & in l. fin. n.* 7. *C. de juriſd. omn. juriſd. omni judic.* Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 18. *n.* 6. ubi Ybanes de Faria *n.* 39. *&* 40. idem Covar. *pract. cap.* 7. *n.* 5. *verſ. Sexto deinde, in fine*, Scialoya *de foro compet. cap.* 1. *num.* 21. Salgad. *de ſuppl. ad Sanctiſ. part.* 1. *cap.* 10. §. *unic. n.* 25. *verſ. comprobatur*, Fontan. *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 15. *n.* 76. *in princ.*

Limitantur iſtæ duæ ampliationes, quando in 48
contractu adeſt juramentum cum clauſulis renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alteri cuicumque judici tam Eccleſiaſtico, quàm ſæculari, & cum facultate variandi de uno judice ad alium: nam tunc non obſtante, quod creditor convenerit debitorem jurantem in Curia ſæculari, poteſt eum convenire in foro contentioſo coram judice Eccleſiaſtico. Sic in Cathalonia per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Magarola, & Rubi Coll 29. Januarii 1607. in favorem Joannis Canter, contra Mathiam Alzina ſuper obſervantia juramenti per dictum Alzina præſtiti in quodam inſtrumento cum clauſula variandi, cujus vigore fuit retroclamum expoſitum, & per oppoſitionem uxoris dicti Alzina ſuperſederi proviſum in Curia ſæculari Regiæ Audientiæ fuit declaratum in favorem Curiæ Eccleſiaſticæ. Et per Cancellarium Puigmari 23. Junii 1622. in favorem Bernardi Matavera, contra Dionyſium Ramos vigore juramenti per dictum Ramos in inſtrumento debitoris per ipſum in favorem dicti Matavera firmato, præſtiti, & clauſulę facultatis variandi; non obſtante, quod per dictum Ramos prætenderetur non poſſe in Curia Eccleſiaſtica conveni-

ri, cum

ri, cum fuiſſet præventum in Curia ſæculari judicium executionis, & in ea ſuper ſedimentum proviſum fuiſſet: fuit declaratum in favorem Curiæ Eccleſiaſticæ.

49 Ad quam limitationem confirmandam conducit, quod creditor qui elegit agere contra ſuum debitorem via ordinaria, cum poſſet agere executiva, non poteſt ſecundum veriorem ſententiam, relicta via ordinaria regredi ad viam executivam, cum ordinaria agendo cenſetur vię executivæ renuntiaſſe, Cirochus, & Salgado aliquos referunt, *ille diſcept.* 7. *numer.* 77. *iſte de Reg. protect. part.* 4. *cap.* 7. *numer.* 172. plures Cancer *part.* 1. *variar. cap.* 17. *num.* 42, *&* *part.* 2. *cap.* 3. *num.* 124. innumeros citant Carleval *de judic, tom.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 14. *à numer.* 2. Barboſa *voto* 126. *num.* 10. *lib.* 3. Cuenca *de comand. gloſ.* 37. *numer.* 2. ubi Nino *numer.* 1. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſ.* 7. *part.* 5. *à numer.* 27. qui *num.* 31. deciſionem noſtri Senatus refert, *&* *dec.* 231. *num.* 9. *part.* 1. Portoles ad Molin. cum deciſione Senatus Regni Aragonum, §. *mercator*, *num.* 25. Seſſe deciſionem Cancellari Regni Aragonum tradit *de in-*
50 *hibit. cap.* 2. §. 3. *num.* 47. *&* 48. Fallit inter † alios caſus, ubi in inſtrumento datur facultas creditori variandi judicium de uno in aliud, & de uno judice ad alium judicem; quo caſu poteſt creditor dimiſſa via ordinaria per eum intentata regredi, & ita ad viam executivam, Maranta *diſput.* 6. *numer.* 3. Cancer *part.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 45. Monter *dec.* 23. *num.* 14. Barboſa *voto* 126. *num.* 12. *lib.* 3. Cuen-
51 ca *de comand. clauſ.* 37. *num.* 7. refectis tamen † expenſis viæ ordinariæ, Seſſe *de inhibit. cap.* 2. §. 3. *numer.* 49. *&* 50. Cancer. *part.* 1. *cap.* 17. *num.* 48. Barboſ. *voto* 126. *numer.* 13. *in fine*, *libr.* 1. Cuenca *de comand. clauſ.* 37. *numer.* 8. reficiendis, & ſolvendis adverſario antequam novum judicium viæ executivæ per actorem ſuſcitetur, Cancer *part.* 1. *variar. cap.* 17. *numer.* 48. *verſ. Et dictæ expenſæ*, & renuntiando viæ ordinariæ, idem Cancer *part.* 2. *var. cap.* 3. *num.* 124. *in fine princ.*

52 Limita 6. ſi non conſtat de juramento, quamvis actor dicat contractum eſſe juratum, nihilominus cauſa tractanda eſt in Curia ſæculari, ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Manegat, Conſultoribus Palanes, Sans, & Amell 10. Septembris 1583. in favorem Joannis Camaraſſa Villæ Franchæ Pœnit. contra Communitatem Presbyterorum ejuſdem Villæ. Et per eumdem Cancellarium Manegat, Conſultoribus Sala, & Planes 7. Novembris 1584. in favorem Joannis Barcelò contra Monſerratum Montells, & per prædictum Cancellarium Manegat 18. Julii 1587. in favorem N. Millars contra Michaelem Moler. Et per Cancellerium Rovirola deciſione tradita ſupra *n.* 42.

53 Ex deciſionibus in hac 6. limitatione traditis, habes lector, Quod licèt Notarius in dubio cenſeatur rogatus apponere clauſulas aſſuetas, & teneatur extrahere inſtrumentum, cum omnibus aſſuetis clauſulis, aliàs pro appoſitis habentur, de qua regula abundè cum ampliationibus, & limitationibus Gabriel. *com. concluſ. lib.* 6. *de conſuetudine*, *reſolut.* 3. *à numer.* 1. Trentacinq. *var. lib.* 2. *de præſumpt. reſolut.* 3. *à numer.* 1. Farinac. *de falſit. quæſt.* 157. *à n.* 19. Maſcard. *de probat. concl.* 299. *à n.* 21. alios plures cumulant Cuenca *de comand. clauſ.* 38. *numer.* 29. 30. *&* 31. ubi Nino *num.* 6. Barboſa *clauſ.* 32. *à n.* 1. Hermoſilla ad Gregor. Lopez *l.* 32. *gl.* 9. *num.* 8. *&* 9. *fol.* 172. *pag.* 2. Noguerol. *alleg.* 2. *num.* 67. Vela *diſſertat.* 20. *à num.* 21. *ad* 41. *tom.* 1. Rodoer. ad Marinis *libr.* 1. *reſol. jur. cap.* 196. *à num.* 7. Fermoſin. *in cap. cum. M* 9. *num.* 3. 4. *&* 5. *de conſtit.* ex noſtris Cancer *part.* 1. *var. cap.* 14. *num.* 42. *&* 43. Ripoll. *var. cap.* 7. *n.* 8. *&* 9. Fontanella *tom.* 1. *de pact. nup. clauſ.* 4. *gloſ.* 25. *c.* 74. Xammar. *defin.* 42. *num.* 26. *cum trib. ſeq.* Atta-
54 men † Notarius in inſtrumento per eum recepto non poteſt ſine patris expreſſo conſenſu apponere juramentum, etiam ſi ſit conſuetudo apponendi juramentum in ſimilibus inſtrumentis, quia juramentum requirit ſpecificam expreſſionem, ſic Anton. de Bur. Abbas, & Imola *in cap. Clericis* 35. *de jurejurando*, Socin. *in l. gallus*, §. *idem credendum*, *numer.* 4. *ff. de liber. & poſthum.* Decian. *in l. ut liberis*, *numer.* 17. *Cod. decollat.* Cagnol. *in l. ſi quis major*, *num.* 53. ubi Padilla *num.* 50. *C. de tranſact.* Pariſius *conſ.* 45. *num.* 40. *&* 32. *lib.* 1. Gabriel. *com. concluſ. lib.* 6. *de conſuetud. concluſ.* 3. *numer.* 24. Tiraquel. *de legib. connub. l.* 16. *gloſſ.* 7. *verbo exprez*, *numer.* 122. Covar. *in rubr. de teſtamen.. part.* 2. *numer.* 14. *verſic, Quinta concluſio*, Maſcard. *de probat. concluſ.* 299. *num.* 17. Guttier. *de juram. confirm. part.* 1. *cap.* 61. *numer.* 27. Ramon. noſter *conſ.* 37. *n.* 16. *verſic. Ita ut etiam ſi Notarius*. Quidquid dicant Menoch. *conſ.* 37. *à numer.* 40. *verſic. Quarta difficultas*, *lib.* 1. Trentacinq. *lib.* 2. *var. de præſumpt. reſolut.* 3. *num.* 3. *verſic. Tertio probatur*, Farinac. *de falſit. quæſt.* 157. *n.* 54. Quia contra eos eſt verior ſententia, ut docent Cuenca *de comand. clauſ.* 38. *à n.* 27. *uſque ad finem*.
Etiamſi † Notarius à parte habeat facultatem exten- 55
dendi inſtrumentum, non poteſt apponere juramentum, quia hujuſmodi facultas non cenſetur extenſa ad apponendum juramentum, niſi id à parte exprimatur, Cuenca *de comand. clauſ.* 38. *numer.* 28. Fermoſin. *in cap. Clericis* 35. *q.* 1. *num.* 6. *de jurejurando*.
Adeò quod ſi in inſtrumento adſit clauſula ceterata, 56
non continetur juramentum, niſi expreſſe ſit dictum de juramento, Barboſa *clauſ.* 4. *num.* 14.

Sed ſi juramentum appoſitum ſit etiam in con- 57
tractu donationis, præſumitur à donatore præſtitum ex magna deliberatione, & non de ſtylo Notariorum, ut contra Menoch. & Cirocch. & ab eis relatos; illum *conſ.* 84. *num.* 52. *ib.* 1. iſtum *diſcep.* 45. *n.* 9. *&* *diſcept.* 51. *num.* 8. docet, & probat Sper. *dec.* 169. *n.* 61. *lib.* 2.

---

## *ARGUMENTUM.*

### An laicus vigore clauſularum renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque judicis poſſit conveniri coram judice Eccleſiaſtico.

## *SUMMARIUM.*

1 *Clauſulæ renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque judicis utiliſſimos operantur effectus.*

2 *Debitor poteſt coram quocumque judice competente conveniri vigore clauſularum renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque judicis, numer. 2. non ſolum renuntians, ſed etiam ejus hæres, numer. 3. nec poteſt opponere exceptionem fori declinatoriam, numer. 4.*

*Laicus vigore clauſularum renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque judicis poteſt in foro contentioſo conveniri coram judice Eccleſiaſtico, num. 5. Amplia 1. non ſolum per creditorem, ſed etiam per ejus hæredem, numer. 6. Amplia 2. non ſolum renuntians, ſed etiam ejus hæres, ſive tertius bonorum poſſeſſor, numer. 7. Amplia 3. etiam ſi renuntiatio proprii fori, & ſubmiſſio alterius cujuſcumque judicis non ſit facta cum juramento, numer. 8. Amplia 4. etiam vigore tantùm clauſulæ renuntiationis proprii fori abſque ſubmiſſione alterius cujuſcumque judicis, numer. 9. Amplia 5. vigore tantùm clauſulæ ſubmiſſionis alterius cujuſcumque judicis abſque renuntiatione proprii fori, numer. 10. Limita 1. ut nen ſit præcisè conveniendus coram judice Eccleſiaſtico, ſed poteſt conveniri coram judice ſæculari ordinario, numer. 11. Amplia iſtam limitationem; numer. 12. 13. 14. & 15. Limita 2. ſi non conſtet in inſtrumento de clauſulis renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque judicis, num. 16. Limita 3. ut non poſſit*

con-

*conveniri coram Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, numer. 20. Limita 4. ut non poſſit conveniri coram conſervatoribus Religionum, n. 21. Limita 5. ut non poſſit conveniri coram magiſtro ſcholarum, n. 22.*

16 *Clauſulæ renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque judicis non præſumuntur, etiamſi pars dicat eſſe in inſtrumento, ſi in eo non legantur, num. 16. & 17. quia ſunt odioſæ cùm derogent juriſdictioni ordinariæ, n. 18. ſed plerique adhibent cautelam, & eam adjiciunt in inſtrumentis, n. 19.*

## DECISIO CLXVIII.

1 Clauſulæ renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque judicis utiliſſimos operantur effectus quos tradunt Riccius *collect.* 33. *in fine, & collect.* 750. Cuenca *de comand. clauſ.* 27. *n.* 20. *& clauſ.* 35. *à num.* 1. *& clauſ.* 36. *num.* 41. 43. 48. *&* 49. Martha *de clauſulis, part.* 1. *clauſ.* 177. Covar. *practic cap.* 10. *num.* 5. Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 20. *numer.* 19. *verſ. Secundus caſus eſt*, Cevallos *com. cont. com. quæſt.* 154. *n.* 6. Trentacinq. *lib.* 3. *variar. reſolut. reſol.* 26. *num.* 18. Portoles ad Molin. §. *actor, num.* 31. Diaz *regul.* 642. *limit.* 1. Guttier. *de jurament. confirm. part.* 1. *cap.* 28. *num.* 8. *& part.* 3. *cap.* 16. *num.* 4. Carleval *de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *numer.* 219. 263. *&* 1051. Amat *reſol.* 33. *à num.* 9. Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. part.* 2. §. 1. *à numer.* 2. *ad* 7. Pet. Barboſa *in l.* 1. *art.* 3. *num.* 224. *& in l. hæres abſens* 9. §. 1. *à numer.* 34. *ff. de judic.* Scaccia *de re judic. gloſſ.* 7. *quæſt.* 3. *limit.* 4. *à num.* 116. Auguſt. Barboſa *in prax. exig. penſion. part.* 1. *q.* 5. *à n.* 3. *ad* 8. Fermoſin. *in cap. dilecti filii* 17. *quæſt.* 2. *n.* 3. *& q.* 3. *n.* 27. *& q.* 10. *num.* 1. *de foro compet.* Ripoll. *var. cap.* 1. *n.* 404. Molin. noſter *de brachio ſæcul. cap.* 28. *n.* 10. Sanfelic. *in prax. judic. ſect.* 11. *num.* 14. Scialoya *de foro compet. cap.* 5. *num.* 10. *& cap.* 6. *n.* 7. *& cap.* 11. *num.* 35. Salgado *de ſupplic. ad Sanct. part.* 2. *cap.* 5. §. 3. *n.* 3. *& c.* 27. *n.* 13. *& alios addit n.* 18.

2 Inter alios tamen effectus clauſulæ renuntiationis
proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque
judicis operatur, ut debitor poſſit coram quocum-
que judice competente conveniri, ut addit ex men-
te noſtri Senatus Ferrer. *part.* 1. *obſervat. Gubernat.*
*cap.* 58. *&* 59. *& part.* 1. *obſerv. Reg. Aud. cap.* 15. *&*
*part.* 3. *cap.* 37. *ſecundo hujus numeri*, Cancer *part.* 2.
*var. reſolut. c.* 2. *num.* 218. *&* 219. Peguera *in prax. ci-*
*vil. rubr.* 4. *numer.* 22. alios addit Ripoll. *ibidem num.*
105. & in ornatum addere poteſt citatos *n.* 1. Non
3 ſolum † renuntians proprio foro, & ſe ſubmittens
foro alterius cujuſcumque judicis, ſed etiam ejus
hæres, Riccius *collect.* 759. *verſic. Primus eſt.* Auguſt.
Barboſa *in cap. dilecti filii* 17. *num.* 3. *de foro compet.*
Ripoll. ad Peguer. *in prax. civil. rubr.* 4. *n.* 110. & ex
mente noſtri Senatus Ferrer. *part.* 3. *obſerv. cap.* 37.
*ſecundo hujus numeri*, & tertius poſſeſſor rei ſpeciali-
ter hypothecatæ, idem Ferrer. ex mente noſtri Sena-
tus *part.* 3. *obſerv. c.* 37. *ſecundo hujus n. verſ. Tertia*
4 *ob idque*. Hujuſmodique † debitor, & ejus hæres,
ſeu tertius poſſeſſor rei ſpecialiter hypothecatæ ex-
ceptionem fori declinatoriam opponere non poteſt,
ut ex Jacob Gal. & ab eo citatis tradit Auguſt. Barb.
*in prax. exig. penſion. part.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 5. *verſ. Pul-*
*chre, in fin.* Ricc. *collect.* 1090. *in fine*, alios addunt
Cuenc. *de com. clauſ.* 35. *n.* 4. Ripoll. ad Peguer. *in prax.*
*civil. rubr.* 4. *num.* 109.

5 Ideoque laicus vigore clauſularum renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque judicis, poteſt per creditorem in foro contentioſo conveniri coram judice Eccleſiaſtico, ſic Oſaſcus *deciſ.* 78. *numer.* 2. Ripoll. ad Peguer. *in prax. civil. rubr.* 4. *numer.* 108. quos, & alios citavi cum pluribus deciſionibus Cancellarii Cathaloniæ *deciſ.* 11. *n.* 47. *part.* 1. me citato D. Petr. de Amigant ad Peguer. *in prax. civil. rubr.* 4. *num.* 108. quibus addo Borguin. *deciſ.* 45. *ſub num.* 70. Guttier. *canonicar. lib.* 1. *capit.* 45. *numer.* 49. quos citat Sperell. *dec.* 98. *numer.* 31. *part.* 1. Panormitan. *in cap. P. & G. de offic. deleg.* Novar. *conſ.* 51. *n. de ſent. excom.* Seſſe *de inhib. c.* 9. §. 3. *n.* 11. Maceraten. *lib.* 1. *var. reſolut.* 48. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 7. *dub.* 1. *ſect.* 1. *ſub numer.* 15. Addo ita deciſum in Cathalonia per Cancellarium Manegat, Conſultoribus Sans, & Puig. 16. Julii 1584. in favorem Joannis Petit majoris Magiſtri domorum contra Conſules Villæ Montiſalbi. Et per eundem Cancellarium Manegat, Conſultoribus Tamarit, Ferrer, Amell & Sunyer 16. Decembris 1587. in favorem Monaſterii Beatæ Mariæ de Monte Camelo Villæ de Valls contra Conſules Villæ Montiſalbi. Et per Cancellarium Copons, Conſultoribus Sabater, & Sunyer 6. Octobris 1592. in favorem Petri Fujol Presbyteri, & Beneficiati beneficii ſub invocatione Sancti Stephani in Eccleſia Gerundæ fundati contra Pontiam Garbina viduam Petri Garbi Notarii, ſuper quibuſdam penſionis cujuſdam cenſualis annuæ penſionibus 42. ₰ venditi cum clauſulis renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque per dictam Pontiam Garbina ut tenentem, & adminiſtrantem bona dicti Petri Garbi viri ſui dicto beneficiato debitis. Et per eundem Cancellarium Copons, Conſultoribus Peguera, Sabater, Guardiola, Deſcamps, Alzina, & Valencas 16. Junii 1594. in favorem Syndici loci de Archs contra Joannem Deu Mercatorem Villæ Montiſalbi, & per Cancellarium Puigmari 1. Julii 1531. in favorem Joannis Carbo, & Magdalenæ conjugum contra Hieronymum Gili de Phederich, & Franciſcam Claram conjuges. Et per Cancellarium Eril, Conſultoribus Garau, & Vinnes 23. Februarii 1634. in favorem Petri Soler contra Sperantiam Soler viduam. Et per Cancellarium Sunyer, Conſultoribus Aleny, Roca, & Julia, & Tristanv 3. Maji 1663. in favorem Nobilis Elenæ de Copons viduæ contra Syndicum Univerſitatis, & aliquos particulares villæ Sichæ Archiepiſcopatus Tarraconæ.

Amplia 1. ut non ſolum per creditorem, ſed et- 6
iam per ejus heredem poſſit conveniri laicus in foro contentioſo coram judice Eccleſiaſtico vigore clauſularum renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque judicis. Ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Senjuſt, & Gamis 9. Aprilis ann. 1625. in favorem tutorum, & curatorum pupillorum Gratians de Sarria contra Annam Torroja, & Balthaſarem Cives Barcinonæ pro obſervantia juramenti per dictos Torrojas in favorem Damiani Gratia in inſtrumento violarii præſtiti cum renuntiatione proprii fori.

Amplia 2. ut non ſolum renuntians, ſed etiam 7
ejus hæres, ſivè tertius bonorum poſſeſſor vigore clauſularum renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque judicis poſſit per creditorem, ſeu ejus hæredem conveniri in foro contentioſo coram judice Eccleſiaſtico, Cancer loquitur de tertio poſſeſſore tribus deciſionibus Cancellarii Cathaloniæ *part.* 2. *var. reſol. cap.* 2. *num.* 189. *& part.* 3. *cap.* 15. *num.* 247. Xammar loquitur in hærede *de fin.* 98. *num.* 12. & refert illas tres deciſiones per Cancer. relatas. Ego notavi *deciſ.* 11. *numer.* 47. *part.* 1. quibus addes ſic fuiſſe deciſum in Cathalonia per Cancellarium Loris, Conſultoribus Cardeiles, & Seſeaces, 31. Auguſti 1577. in favorem Prioris, & Collegialium Collegii actoris Beatæ Mariæ Civitatis Ilerdæ contra Nobilem Violantem de Luna, & de Belver ratione quarundam penſionum cenſualis venditi per Gaſparem Belver, Domicellum Dominum Caſtri, & termini de Flix Priori, & Collegialibus dicti Collegii cum renuntiatione proprii fori, & ſubmiſſione cujuſcumque alterius etiam Eccleſiaſtici. Et per Cancellarium Copons, Conſultoribus, Peguera, Deſcamps, Ferran, Regas. Guardiola. Alzina, Valencas, & Aſtor 13. Octobris 1594. in favorem Joannis Gili Clerici obtinentis beneficium ſecundum ſub invocatione Beatæ Catharinæ fundatum in Eccleſia Parochiali Beatæ Ma-

tæ Mariæ de Mari Barcinonæ contra Hypolithum, Montaner I. V. D. Civem Barcinonæ. Et per eumdem Cancellarium Copons, Conſultoribus Peguera, Sabater, Guardiola, & Deſcamps 19. Decembris 1594. in favorem Franciſci Aviniò Presbyteri obtinentis beneficium ſub invocatione Sancti Stephani in Eccleſia Parochiali oppidi de Angles contra Joannem Vicalles agricolam Parochiæ de Villobi, & per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Calba de Vallſeca, Senjuſt, & Puigmija 12. Aprilis 1599. in favorem Monaſterii, & Conventus Villę de Roſis ordinis Divi Benedicti contra Jacobum Maſtello agricolam Villę de Roſis tàm nomine proprio, quàm uti patrem, & legitimum Adminiſtratorem Catharinæ filiæ ſuæ. Et per eundem Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Torner, Fontanet, & Senjuſt, 13. Aprilis 1599. in favorem Petri Canals, & Sebaſtiani Aleſa paratorum lanę Villæ de Reus, contra Eliſabetham Vidala viduam relictam Bernardi Vidal Mercatoris Civitatis Barcinonæ, vigore quorundam inſtrumentorum debitoriorum, in quibus ſunt clauſulę renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis Curiæ Eccleſiaſticæ per dictum Vidal firmatorum. Et per prædictum Cancellarium Rovirola, Conſultore Puigmiia 3. Decembris 1602. in favorem Pauli Pi Rectoris Eccleſiæ de Bruch contra Joannem Toreſaus agricolam Parochiæ Sancti Joannis de Auleſa. Et per Cancellarium Agullana, conſultoribus Ferres, Senjuſt, & Gamis 9. Julii 1513. in favorem Communitatis Presbyterorum Eccleſiæ Parochialis Sancti Joannis Civitatis Ilerdæ contra Hieronymum Mora, & Vincentium de Avols vigore cujuſdam cenſualis venditi per Franciſcum de Avols unà cum aliis dictæ Communitati cum ſubmiſſionibus bonorum diſtrictui Curiæ Eccleſiaſticæ Ilerdæ. Et per Cancellarium Puigmari 20. Julii 1623. in favorem Domnæ Manſiæ March de Mataplana contra Egregium Don Franciſcum de Rocaberti Comitem de Peralada. Et per eumdem Cancellarium Puigmari, Conſultore Roca 28. Junii 1623. in favorem Confratriæ Presbyterorum Tarraconæ contra Univerſitatem loci de Gra. Et per Cancellarium Erill. 5. Auguſti 1632. in favorem Nicolai Franciſc. Villæ de Cambris contra Martinum de Jordà J. V. D. Domicellum in Civitate Dertuzæ domiciliatum. Et per eundem Cancellarium Eril. 27. Junii 1633. in favorem Franciſci Gilabert contra Joannem Valls Caſtillionis Empuriarum. Et per Soler Tertium 21. Maji 1640. in favorem tutorum, & curatorum pupilli Torell. contra Joannem Gavalda. Et per Cancellarium Sunner, Conſultoribus Codina, Alegre, & Paſtor 11. Auguſti 1660. occaſione firmæ juris factæ in Regia Audientia per Nobilem Raymundum de Montargull, & Soler, ac Procuratorem Fiſcalem ejuſdem procedimentis factis in Curia Eccleſiaſtica Tarraconæ, inſtante Thoma Serezo Mercatore Tarraconæ, ut adminiſtratore cauſę pię fundatæ per Martinum Serezo in Curia Eccleſiaſtica, in qua ratione evictionis fuerat citatus dictus de Montargull, & Soler, qui prætendit cauſam introductam in Regia Audientia, in qua aſſerit non teneri ad ſolutionem penſionum cenſualium de tempore turbationis attrahere dictam particularem cauſam: in qua pro quibuſdam penſionibus cenſualibus, in quo ſunt clauſulæ renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque de dicto tempore fuit ratione evictionis citatus: fuit declaratum firmæ juris in Curia ſæculari Regiæ Audientiæ factæ per ejus Fiſci Procuratorem, & dictum Don Didacum de Montargull, & Soler locum non fuiſſe, nec eſſe.

8 Amplia 3. etiamſi renuntiatio proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque judicis non ſit facta cum juramento, poteſt laicus vigore dictarum clauſularum conveniri in foro contentioſo coram judice Eccleſiaſtico, quidquid dicat Ripoll. ad Pegueram *in prax. civil. rubr. 4. num.* 106. quod hæc renuntiatio proprii fori, & ſubmiſſio alterius debet eſſe facta cum juramento. Quia Doctores per eum citati tale non dicunt, ſed ſolum quod eſt licita pœnitentia etiam ante litem conteſtatam, ſi talis renuntiatio, & ſubmiſſio ſit facta cum juramento, quod ultra per eum citatos tradunt Riccius *collect.* 1900. Covarrub. *pract. cap.* 10. *numer.* 6. Guttier. *de jure confirmat. part.* 3. *cap.* 12. *numer.* 5. Fachineus *controv. jur. lib.* 1. *cap.* 61. *verſ. Sed controverſia eſt*, Seraphin. *de privileg. jurament. privil.* 74. *à num.* 165. Trentacinq. *variar. libr.* 3. *reſolut. reſol.* 26. *numer.* 18. *verſ. Sed dubitatur*, Carleval *de judic. lib.* 1. *diſput.* 2. *à numer.* 1032. Scialova *de foro compet. cap.* 12. *num.* 70. Sed non placet Molino noſtro *de Brach. ſæcul. cap.* 29. *à numer.* 3. Bene tamen verum eſt, quod fortius vigore clauſularum renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque poteſt laicus per creditorem, ſeu ejus hæredem conveniri in foro contentioſo coram judice Eccleſiaſtico, ſi hujuſmodi renuntiatio proprii fori, & ſubmiſſio alterius cujuſcumque ſit per juramentum vallata, ex traditis per Michael Ferrer. *part.* 3. *obſervat. cap.* 37. *ſecundo hujus numeri, verſic. Et dicta obſervantia*, Amat. *reſolut.* 33. *ſub num.* 9. & 14. Ripoll. *var. cap.* 1. *n.* 405. quem refert Auguſt. Barboſa *in prax. exigend. penſionib. part.* 1. *capit.* 5. *numer.* 7.

Amplia 4. ut laicus vigore tantùm clauſulæ re- 9
nuntiationis proprii fori, abſque ſubmiſſione fori alterius cujuſcumque judicis poteſt per creditorem conveniri in foro contentioſo coram judice Eccleſiaſtico. Et licèt plures ultra renuntiationem proprii fori requirant ſubmiſſionem alterius cujuſcumque judicis, ex traditis per Covarruv. *pract. cap.* 10. *numer.* 5. Portoles ad Molin. §. *actor. n.* 35. Morla *in emp. jur. part.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 20. *n.* 18. *verſ. Secundus caſus*, Auguſt. Barboſa *in cap. dilecti* 17. *n.* 3. ubi Fermoſin. *qu.* 2. *numer.* 3. & *q.* 3. *numer.* 27. *de foro compet.* Scialoya *de foro compet. cap.* 5. *numer.* 20. & *cap.* 6. *num.* 7. Parlador. *rer. quotidian. libr.* 2. *cap. fin. part.* 1. §. 1. *à numer.* 2. Salgad. *de ſupplicat. ad Sanct. part.* 2. *cap.* 27. *numer.* 18. Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 219. & 263. Ferrer *part.* 3. *obſerv. cap.* 37. *Secundo hujus numeri*, Cancer *part.* 2. *cap.* 2. *num.* 189. & *part.* 3. *cap.* 15. *num.* 247. Xammar. *de fin.* 98. qui moventur *per gloſſ. verbo pro non dato, in l.* 1. *ff. ſi quis vocat. non ierit.* Nihilominus quia iſta gloſſ. nullum verbum de ſubmiſſione commemorat, ſed ſolum requirit renuntiationem proprii fori: & plures alii Doctores de ſubmiſſione facienda, nec verbum afferunt, ſed tantùm de renuntiatione proprii fori, & ad id allegant eandem gloſſam, Molin. *in reper. foror. Aragon. verbo Actor, verſic. Reus quilibet conventus*, ibi: *Secus ſi ultra*, & innumeris citatis Diaz *regul.* 642. *fallen.* 1. Molinus noſter *de brach. ſæcul. cap.* 28. *numer.* 10. Menchaca *contr. uſufreq. lib.* 3. *cap.* 52. *numer.* 4. Trentacinq. *var. lib.* 3. *de ſolution. reſolut.* 26. *numer.* 18. Cevallos *com. contra com. quæſt.* 154. *numer.* 6. Carleval. *de judic. lib.* 1. *diſput.* 2. *num.* 1051. Amat. *reſol.* 33. *numer.* 9. & 14. Riccius *collectan.* 750. Ripoll. *var. reſolut. c.* 1. *num.* 404. Fermoſin. *in cap. dilecti filii* 17. *quæſt.* 10. *n.* 1. *de jud.* Salgad. *de ſupplic. ad Sanctiſ. part.* 2. *c.* 3. §. 3. *num.* 3. Oſvald. ad Donel. *lib.* 7. *cap.* 14. *litt. G.* Cuenca *de comand. clauſ.* 56. *num.* 41. & *ſub n.* 43. & ſenſit Cancellarius Cathaloniæ Puigmari, Conſultoribus Senjuſt, & Gamis 9. Aprilis 1625. *quam deciſionem tradidi ſupra, num.* 6. & idem Cancellarius Puigmari, Conſultoribus, Senjuſt, & Gamis 13. Junii 1625. in favorem Joannis Pauli Montaner, contra Nobilem Joſephum Milfocos pro obſervantia juramenti per eum præſtiti in inſtrumento concordiæ, & debitorii per dictum Don Joſephum, & alios in favorem dicti Montaner, & aliorum firmato, cum renuntiatione proprii fori. Idem ſenſit Cancellarius Eril, Conſultore Magarola 14. Martii 1632. *hanc deciſionem tradidi, dec.* 166. *numer.* 28. *in fine.*

Amplia 5. ut laicus vigore tantùm clauſulæ ſub- 10
miſſionis fori alterius cujuſcumque judicis abſque

renun-

renuntiatione proprii fori poteſt conveniri per cre-
ditorem in foro contentioſo coram judice Eccle-
ſiaſtico ; quia nihil intereſt inter promiſſionem de
non declinando forum, & ſubmiſſionem , & inter
prorogationem juriſdictionis ; nam promiſſio non
declinandi forum, & ſubmiſſio , & prorogatio ju-
riſdictionis à pari procedunt, ad Guid. Papam, *de-
ciſ.* 379. Martham *de clauſ. part.* 1. *clauſ.* 177. *num.*
1. *&* 2. Riccium *collect.* 1900. Cuencam *de comand.
clauſ.* 36. *num.* 9. & ſenſit Cancellarius Cathaloniæ
Agullana , Conſultoribus Ferrer , Senjuſt , & Ga-
mis 9. Julii 1613. *quam deciſionem tradidi ſupra,
ſub n.*7.

11 Limita 1. & laicus vigore clauſularum renuntia-
tionis proprii fori , & ſubmiſſionis alterius cujuſ-
cumque judicis non eſt præcisè conveniendus co-
ram judice Eccleſiaſtico , ſed poteſt creditor , ſeu
ejus hæres illum convenire coram judice ſæculari
ordinario . Tum quia juriſdictio judicis ordinarii
nunquam cenſetur derogata, etiamſi alii judici ipſa
juriſdictio tribuatur . Tum quia juriſdictio judici-
bus prorogata non competit privativè, ſed cumula-
tivè unà cum judice ordinario ; nam juriſdictio re-
gulariter cumulativè conceſſa cenſetur ad ordina-
rium ; non verò privativè , *ad textum in l.* 1. ubi
Bart. & Barboſa *num.* 8. *juriſdict. omni jud.* Rip. *in
cap.* 1. *num.* 51. *de jud.* Dec. *conſ.* 3. ubi Carroc. *in
addit.* Trentacinq. *var. lib.*1. *de juriſdict. reſolut.* 1.
*num.* 1. Cancer. *part.* 2. *cap.* 2. *à num.* 220. Cuenca
ferè in terminis *de comand. clauſ.* 35. *à num.* 5. *ad*
14. Nino *num.* 4. Garzia *de Nobilit. in inſcrip. gloſſ.*
1. *à num.* 5. Seſſe *dec.* 434. *à num.* 4. Surd. *conſ.* 16. *à n.*
17. Xammar. *deſin.* 130. *à num.* 1. Manfrel. ad Ca-
pyc. Latr. *deciſ.* 18. *à numer.* 20. innumeros ci-
tant Giurba *conſ.* 59. *num.* 22. *& conſ.* 62. *numer.* 1.
Suelves *conſ.* 18. *n.* 15. *lib.* 1. omnium latiſſimè Pe-
tr. Barboſa *in l.* 1. *art.* 4. *à num.* 76. *uſque ad finem ,
ff. de jud.* Auguſt. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 3.
*alleg.* 124. *per tot.* videndus ad intentum in ſententia
lata in Bajulia Generali Cathaloniæ 26. Auguſti
1680. referente Magnifico Thoma Maranyoſa ejus
Aſſeſſore, inſequendo concluſionem in Regia Au-
dientia factam in favorem Fiſci Procuratoris Ba-
juliæ Generalis Cathaloniæ , contra Regium Pro-
curatorem Civitatis , & Campi Tarraconæ, *adde
quæ dixi ſupra , dec.* 166. *n.* 43. *hac part.*3.

12 Amplia 1. hanc 1. limitationem, ſi laicus timens
conveniri coram judice Eccleſiaſtico vigore clauſu-
larum renuntiationis proprii fori , & ſubmiſſionis
alterius cujuſcumque judicis præveniat judicium ,
cauſamque incipiat coram judice ſæculari ordina-
rio, & actor comparuerit coram judice ſęculari , e-
juſque juriſdictionem prorogaverit . Nam tunc in
in eo judicio litem proſequi tenetur , & non po-
teſt reum coram judice Eccleſiaſtico convenire, ſic
fuit deciſum in Cathalonia per Cancellarium Co-
pons , Conſultoribus Sabater , & Sunyer 18. Au-
guſti 1593. in favorem Antici Gili Ribes Oppidi
de Martorell , contra Salvatorem Voltor ejuſdem
Oppidi ſuper exact. librar. 1503. quas dictus Voltor ſi-
bi deberi prætendit in vim cujuſdam debitorii per
dictum Anticum Gili Ribes firmati tutoribus , &
curatoribus pupilli Panes, dicti Oppidi de Marto-
rell cum renuntiatione proprii fori , & juramen-
to, & facultate variandi, & quia ex ſchedulis obla-
tis per dictum Voltor in Curia ſæculari conſtitit
judicium ſæculare prorogaſſe : fuit declaratum fir-
mæ juris factæ per dictum Anticum Gili Ribes in
Curia ſæculari locum fuiſſe , & eſſe, & cognitio-
nem dictæ cauſæ ad Curiam ſæcularem pertinere ,
& ſpectare.

13 Quinimo idem dicendum eſt , ſi actor non pro-
rogaverit juriſdictionem judicis ſæcularis , ſed lai-
cus reus timens conveniri coram judice Eccleſiaſti-
co , præveniat judicium , cauſamque incipiat co-
ram judice ſæculari , non poteſt laicum reum con-
venire coram judice Eccleſiaſtico , ſed cauſa tra-
ctanda, & finienda eſt coram judice ſæculari, *ex di-
ctis dec.* 166. *n.* 45. *&* 46.

Amplia 2. hanc 1. limitationem, ſi mota lite per 14
creditorem contra reum laicum coram judice Ec-
cleſiaſtico vigore clauſularum renunciationis proprii
fori , & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque judicis
fuerit per creditorem ei renuntiatum, poteſt credi-
tor contra illum agere coram judice ſæculari , ita
fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Puig-
mari 13. Auguſti 1622. in favorem Gabrielis Rovi-
ra contra Don Joſephum Torme , & de Vilade-
many.

Amplia 3. hanc 1. limitationem , ut mota lite 15
per creditorem coram judice Eccleſiaſtico vigore
clauſularum renuntiationis proprii fori, & ſubmiſ-
ſionis alterius cuiuſcumque judicis poteſt creditor
debitorem laicum convenire coram judice ſæculari,
ſi in inſtrumento adeſt clauſula variandi , ſic fuit
in Cathalonia deciſum per Magarola tertium, con-
ſultoribus Soler, & Roca 9. Septembris 1620. in fa-
vorem Conventus Monialium Beatæ Mariæ Mag-
dalenæ Barcinonę contra Nobilem Mariam Annam
de Armangol. *adde tradita deciſ.* 66. *numer.* 48. *hac
part.* 3.

Limita 2. ſi non conſtat in inſtrumento de clau- 16
ſulis renuntiationis proprii fori ſubmiſſionis alte-
rius cuiuſcumque judicis , quamvis creditor dicat
contractum fuiſſe celebratum cum huiuſmodi clau-
ſulis , nihilominus reus laicus conveniendus eſt in
Curia ſæculari, ita fuit deciſum in Cathalonia per
Cancellarium Manegat 14. Auguſti 1586. in favo-
rem Petri Amill. Piſcatoris contra Antoniam , &
Raphaelem Salis , & per Cancellarium Eril Con-
ſultore Magarola 14. Martii 1632. *quam deciſionem
tradidi deciſ.* 166. *numer.* 28. *in fine , hac part.* 3.

Ex deciſionibus Cancellarii Cathaloniæ in hac 17
ſecunda limitatione relatis, infertur, quod clauſu-
læ renuntiationis proprii fori , & ſubmiſſionis al-
terius cuiuſcumque iudicis non præſumuntur , et-
iam ſi pars dicat eſſe in inſtrumento, ſi in eo non
legantur . Quia † clauſulæ renuntiationis proprii 18
fori , & ſubmiſſionis alterius cuiuſcumque judicis
ſunt odioſæ, cùm derogent iuriſdictioni ordinarię,
ſicut dicitur quod juriſdictio delegata eſt odioſa ,
quia derogat juriſdictioni ordinariæ, *gloſ. in cap.* 1.
*verbo proceſſus*, ubi Barboſa *num.* 34. *& in capit.* 2.
*gloſſ.* 2. *de reſcript. in* 6. Ripa *in cap.* 1. *num.* 51. *de
judic.* Sanchez *de matrimon. l.* 3. *diſp.* 35. *n.* 9. Salgad,
*de ſuppl. ad Sanctiſ. part.* 2. *cap.* 3. *§. unic. num.* 1,
2. *&* 3. Cuenca *de comandat. clauſul.* 36. *num.* 183. *&*
184. ubi Ninno *in addit. numer.* 17. Morla *in empor.
jur. part.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 16. & ſicut dicitur,
quod juriſdictio prorogata detrahit juriſdictioni or-
dinariæ, & ſic tanquam odioſa debet ſtrictè inter-
pretari, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 66. *num.* 5. Au-
guſt. Barboſ. *in l. Epiſcopale* 9. *ſub numer.* 5. *Cod.
de Epiſc. Audient.* Ac proinde † plerique adhibent
cautelam , & inſtrumentis adjiciunt clauſulas re-
nuntiationis proprii fori , & ſubmiſſionis alterius
cujuſcumque judicis, Gail. *libr.* 1. *obſervat.* 36. *n.*
16. alios addit Molinus noſter *de Brachio ſæcul. cap.*
38. *n.* 11. & ſic legimus, quod in emphyteuſi Eccle-
ſiæ ſolent fere ſemper in contractibus emphyteuſis ſe
ſubmittere omnibus Curiis etiam Eccleſiaſticis ,
prout in Hiſpania practicari teſtatur Valaſc. *de jure
emphyt. cap.* 39. *num.* 14. quem referunt Theſaur. *q.
forenſ. l.*2. *c.* 15. *num.* 16. Sperell. *deciſ.* 98. *numer.* 32.
*lib.* 1. & fidejuſſores paſſim in dies recipi ſolent cum
renuntiatione proprii fori , Alexand. 1. *num.* 1. *&*
*&* 3. Jaſon. *numer.* 2. *ff. ſi quis in jus vocat. non je-
rit*, idem Alexand. *conſ.* 6. *numer.* 3. *l.* 6. & poſt eos ,
& alios quos citat Pyrrus *de fidejuſ. cap.* 3. *numer.*
141. *& ſeq. ſect.* 7. Riccius *deciſ.* 211. *numer.* 1. 2.
*part.* 2. quos laudat Caracciol. *de for. privil. q.* 22. *n.*
12. *&* 13. & in Regno Caſtellæ ſolent hodie Nota-
rii in inſtrumentis adjicere clauſulam, qua reus de-
bendi proprio foro, & domicilio renuntiat, & ſe o-
mnium judicum poteſtati , & juriſdictioni ſubmit-
tit, ut tradit Parlador *rer. quotidian. l.* 2. *c. fin. p.* 1.
§. 1. *num.* 2. & refert Carleval *de judiciis , l.* 1. *diſput.*
2. *numer.* 1037. Fermoſin. *in cap. ſignificaſti* 18. *quæſt.*

6. *num.*

6. *numer.* 4. *in fine*, *de foro compet.* & in Cathalonia uti fermè in omni publico inſtrumento fieri ſolent renuntiatio proprii fori, & ſubmiſſio cuicumque judici, tam Eccleſiaſtico, quàm ſæculari, ut dicit Cancer. *p.2. var. c.2. n.* 189.

20 Limita 3. ut laicus, ſi non eſt Officialis, ſeu familiaris officii Sanctæ Inquiſitionis, non poteſt conveniri in Cathalonia, & aliis Regnis Coronæ Aragonum coram Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis vigore clauſularum renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque judicis, ut habeatur in concordia anni 1512. *de qua in pragmat.* 1. *cap.* 24. *tit. de la ſanta Inquiſitio*, *& in concerdia Cardinalis Spinoſa anni* 1578. *c.* 30. Cancer. *p.* 2. *var. reſolut. c.* 2. *num.* 218. *verſ. Illud hic obiter*, Ego *dec.* 30. *num.* 133. *part.* 1. latè probat Cuenca *de comand. clauſul.* 36. *àn.* 193.

21 Limita 4. ut laicus vigore clauſularum renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque judicis non poteſt conveniri coram conſervatoribus Religionum, conſervatorum univerſitatum, aut aliorum piorum locorum, latiſſimè Cuenca *de comand. clauſ.* 36. *à num.* 142. videndus Ripoll. *var. reſol. cap.* 1. *à n.* 59. *verſ. Cum dictum fuerit*, *cum ſeq.* qui *n.* 64. deciſionem noſtri Senatus refert.

22 Limita 5. ut laicus vigore clauſularum renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque judicis non poſſit conveniri coram Magiſtro Scolarum, latè Ninno in addit. ad Cuencam *de comand. clauſul.* 36. *à num.* 11. ſed alii tenent, quòd juriſdictio Magiſtri Scolarum prorogari poteſt, Bart. *in l.* 1. *n.*8. Barboſa *art.* 1. *n.*118. *&* 119. *ff. de jud.* Carleval *de judic. l.* 1. *diſp.* 2. *n.* 1181. Scobat *de Pontif. & reg. juriſd. in ſtud. gener. c.* 27. *n.* 6. Fermoſin. *in c. ſignificaſti* 18. *q.* 1. *n.* 21. *de jud.* Scialoya *de for. comp. c.*12. *n.*41. *in fin.* Tu cogita.

---

## *ARGUMENTUM.*

## An laicus poſſit prorogare juriſdictionem judicis Eccleſiaſtici.

### *SUMMARIUM.*

1 *Prorogatio juriſdictionis quid ſit.*

2 *Prorogatio juriſdictionis poteſt fieri non ſolum expreſſe, ſed etiam tacite, n.* 2. *expreſſe quando fiat, n.* 3. *& quando tacite, n.* 4. *exempla referuntur, n.* 5. 6. 7. 8. 9.

5 *Reus conventus coram judice incompetenti nihil opponens, nec juriſdictionem declinans is tacitus conſenſus ſufficit ad inducendam prorogationem, & hoc caſu litigans prorogare videtur juriſdictionem alieni judicis, coram quo litigat.*

6 *Conſenſus tacitus ſufficit ad prorogandum juriſdictionem alieni judicis, n.*6. *fallit in prorogatione, quæ fit de loco ad locum, & de tempore ad tempus, n.* 7.

8 *Reus citatus à judice incompetenti non declinans ejus forum, ſed coram eo reſpondens cum ſciat eum non eſſe judicem competentem, videtur in eum conſentire, & dicitur facta prorogatio.*

9 *Actor alienæ juriſdictionis, ſi coram eodem judice reconveniatur per eum, videtur facta prorogatio judicis incompetentis, coram quo ipſe reus fuit conventus.*

10 *Conſenſus judicis prorogati non requiritur ad prorogandum juriſdictionem alieni judicis, ſed ſufficit tantum litigantium conſenſus, n.*10. *intellige, ut non requiratur expreſſus conſenſus judicis prorogati, bene tamen requiritur ejus conſenſus tacitus, ut puta ſi patiatur partes coram eo litigare tanquam coram judice, n.* 11.

12 *Conſenſus ſuperioris non requiritur, quando ſæcularis prorogat juriſdictionem alieni judicis.*

13 *Prorogatio juriſdictionis judicis non ſui permiſſa eſt, itaut judex prorogatus in non ſubditos juriſdictionem exercere valeat, n.*13. *dummodo talis judex prorogatus juriſdictionem habeat, n.*14.

15 *Clericus nullatenus poteſt prorogare juriſdictionem judicis ſæcularis, neque cum licentia Epiſcopi, n.* 15. *etiamſi patiatur ſe conveniri coram judice ſæculari, n.* 16.

17 *Laicus jure communi attento poteſt prorogare juriſdictionem judicis Eccleſiaſtici, ſine licentia ſui ſuperioris, nedum expreſſe, ſed etiam tacitè, numer.* 17. *amplia* 1. *ſi laicus citatus coram judice Eccleſiaſtico comparet ante litis conteſtationem coram eo proponens exceptiones dilatorias ad impediendum litis ingreſſum, amiſſa exceptione fori declinatoria, nam per hoc dicitur prorogata juriſdictio judicis Eccleſiaſtici, n.* 18. *niſi laicus conventus coram judice Eccleſiaſtico, propoſitis exceptionibus dilatoriis, proteſtatus ſit, ſe in eum non conſentire, nam tunc non dicitur tacitè facta prorogatio judicis Eccleſiaſtici per exceptiones dilatorias propoſitas, numer.* 16. *Amplia* 2. *in tutoribus, & curatoribus minorum viginti quinque annorum, qui coram judice Eccleſiaſtico conventi comparando prorogant ejus juriſdictionem, numer.* 10. *Amplia* 3. *ſi juriſdictio judicis Eccleſiaſtici per laicum prorogata non cenſetur diverſa, ſed potius eadem cum extenſa, numer.* 22. *& eſt ejuſdem naturæ, & qualitatis cum juriſdictione præexiſtente, & prorogata, numer.* 23. *limita* 1. *ut procedat in laico principali, ſecus in ejus Procuratore Generali ad lites, numer.* 25. *amplia numer.* 26. *ſublimita* 1. *in procuratore habente ſpeciale mandatum, numer.* 27. *ſublimita* 2. *in Procuratore habente mandatum generale cum libera, ſeu plena adminiſtratione, num.* 29. *ſublimita* 3. *ſi procurator generalis ad lites prorogat juriſdictionem judicis Eccleſiaſtici ſciente, & patiente domino, num.* 33. *limita* 2. *ſi laicus citatus à judice Eccleſiaſtico coram eo comparet, & à principio proponit exceptionem recuſationis contra ejus perſonam, numer.* 34. *ſublimita iſtam* 2. *limitationem, numer.* 35. *declara ſublimitationem, numer.* 36. *limita* 3. *ſi laicus comparens coram judice Eccleſiaſtico coram eo opponit exceptionem fori declinatoriam, numer.* 37. *ſublimita, numer.* 38. *limita* 4. *ſi laicus citatus à judice Eccleſiaſtico, coram eo compareat ante litis conteſtationem, & ſolum petat copiam libelli, numer.* 39. *vel præſtet cautionem de judicio ſiſti, aut de judicato ſolvendo, de quo vide numer.* 40. *limita* 5. *Si judex Eccleſiaſticus, cujus juriſdictio per laicum prorogata fuit, non poteſt ſuam ſententiam exequi, numer.* 41.

21 *Pupilli, & minores vigintiquinque annis non poſſunt prorogare juriſdictionem alieni judicis ſine auctoritate tutorum, & curatorum.*

22 *Juriſdictio judicis alieni prorogata non cenſetur diverſa, ſed potius eadem cum extenſa, numer.* 22. *& eſt ejuſdem naturæ, & qualitatis cum juriſdictione præexiſtente, & prorogata, num.* 23.

24 *Judex Eccleſiaſticus, cujus juriſdictio eſt prorogata per laicum, an debeat cauſam judicare, decidere, & determinare ſecundum jus canonicum, vel ſecundum jus civile.*

25 *Procurator Generalis ad lites non poteſt prorogare juriſdictionem alicujus judicis, etiamſi coram eo compareat, num.* 25. *Amplia num.* 26. *limita ſi habet ſpeciale mandatum, n.* 27. *limita* 2. *ſi habet mandatum generale cum libera n.*29. *limita* 3. *ſciente, & patiente domino, num.* 33.

28 *Electio, & conſtitutio novi judicis eſt res magni momenti.*

30 *Pro-*

30 *Procurator cum libera poteſt omnia facere, quæ principalis, n.30. & æquiparatur mandato ſpeciali, n.31. & vide n.32,*

39 *Juriſdictio non cenſetur prorogatus per petitionem copiæ libelli ante litis conteſtationem, numer.39. nec per cautionem de judicio ſiſti, & de judicato ſolvendo, de quo num.40,*

41 *Judex Eccleſiaſticus, cujus juriſdictio fuit prorogata, non poteſt ſuam ſententiam exequi.*

42 *Judex prorogatus an poſſit, vel non ſuam exequi ſententiam,*

43 *Laicus in Aragonia, & Cathalonia ſuper rebus prophanis, poteſt renuntiare foro ſæculari, & ſe ſubmittere foro Eccleſiaſtico, juriſdictionemque judicis Eccleſiaſtici prorogare, & in eis contractibus apponere juramentum, numer. 43. ſecus in Regnis Caſtellæ, Luſitaniæ, & aliis, num. 44,*

45 *Leges Caſtellæ, Luſitaniæ, & aliorum Regnorum, quæ prohibent laicis ſe ſubmittere foro Eccleſiaſtico, juriſdictionemque judicis Eccleſiaſtici prorogare, & in eorum contractibus apponere juramentum, an ſint validæ, diſputant Doctores, n.45. remiſſivè, negant aliqui, n. 46. Sed verius alii affirmant, num.47.*

48 *Laicus, non obſtante prohibitione legum Caſtellæ, Luſitaniæ, & aliorum Regnorum, ſi ſe ſubmittit foro Eccleſiaſtico, ejuſque juriſdictionem proroget, & in ejus contractibus juramentum apponat, an poſſit conveniri ratione ſubmiſſionis prorogationis, aut juramenti coram judice Eccleſiaſtico, num.48.49. & 50.*

## DECISIO CLXIX.

1 PRorogatio juriſdictionis quid ſit? variè definitur à Doctoribus, quos citat Pet. Barboſa *in l. 1. artic.1. num.9. ff. de judiciis*. Sed placet definitio, ut ſit extenſio juriſdictionis ordinariæ ad cauſam, ſeu perſonam aliàs ſub ea non comprehenſam, ſic Jaſon *in l. ſi per errorem, num.1. ff. de juriſdict.omn. jud.* Petr. Barboſa *in lib.1. num.10. ff. de judic.* Carleval. *de judic. lib.1. diſp.2. num.97.* Coſta *de facti ſcientia, inſpect.20. num.26.* Salgado *de ſuppl. ad Sanctiſ. par.2. cap.17. num.65.* Fontanella *deciſ. 375. num.4. par.2.*

2 Prorogatio juriſdictionis poteſt fieri, non ſolùm expreſsè, ſed etiam tacitè, Imola *in cap. P. & G. n. 114. de offic. delegat.* Pariſ. *conſ.15. numer.4.* Carleval. *de judic. lib.1. diſput.2. numer. 976. & 980.* Tondut. *de præven. judic. par.2. cap.49. n.10.* Menoch. *l.1. præſumpt. 19. num. 1, 2, 3, & 4.* Fermoſin. *in capit. ſignificaſti, quæſt.3. num.1. in princ. de foro compet.* Giurba *conſ.59. num.91. verſ. Fieri*, Scialoya *de foro compet. cap.12. n.8.*

3 Expreſsè fit prorogatio, quando quis ſe ſubmittit juriſdictioni alieni judicis, Guido Papa *deciſ. 370.* Borell. *in deciſ. par.1. tit.41. nu. 215.* Scialoya *de foro compet. c.12. num.32.* Carleval. *de jud. lib.1. diſp.2. n. 976. in fine*, Fermoſin. *in cap. ſignificaſti 18. quæſt.3. n. 1. in fine, de foro compet.* de qua in præcedenti deciſione 167.

4 Tacitè autem fit prorogatio multis actibus, But. *in cap. P. & G. num.21. de offic. deleg.* Decius *in cap. 1. à num.170. de jud.* Pet. Barboſa *in l.1. art.3. à num. 59. de judic.* Carleval. *de judic. lib.1. diſp.2. numer.976. & 989.* Fermoſin. *in capit. ſignificaſti 18. quæſt.3. n.2. de foro compet.*

5 Sed ad inſtitutum loquendo de actibus judicialibus. Primum exemplum eſt. Quando reus conventus coram judice incompetenti nihil opponit, nec juriſdictionem declinat, is tacitus conſenſus ſufficit ad inducendam prorogationem, & in hoc caſu litigans videtur prorogare juriſdictionem alieni judicis, coram quo litigat, *leg. ſed et ſi ſuſcepit, in prin. ff. de judic.* & docent aliquibus citatis, Cagnolus *in libr.1. numer.17.* Pet. Barboſa *art. 3. part.3. num. 8. ff. de judic.* Soccin. *in capit. ſignificaſti, numer. 37.* Fermoſin. *quæſt.3. numer.4. de foro competent.* Tuſch. *pract. concl. lit.P. concluſ. 926. à numer. 1.* Maranta



*de ordin. jud. par.4. diſtin.12. numer.11.* Tondut. *de*
*præven. judic. par.2. capit.49. num. 8. & 10.* Fonta-
nella *deciſ.376. num.14. par.2.* Carleval. *de jud. lib.*
*1. diſput.2. num. 976. verſ. Secundum exemplum, &*
*num.998.* Scialoya *de foro compet.12. num.8.* Nam ad
† prorogandam juriſdictionem alterius judicis ſuffi- 6
cit tacitus conſenſus, juxta regulam taciti, & ex-
preſſi idem eſt judicium, & par virtus, *l. cùm quid,*
*de rebus credit,* & expreſſim videtur probare textus
7. *in cap. cùm olim, el 1. de offic. deleg.* doctè Pet. Bar-
boſa *in lib.1. art. 3. à num.4. ff. de judic.* Maranta *de*
*ord. jud. par.4. diſt.12. num.11.* Menoch. *lib. 2. præ-*
*ſumpt.19. num.1.* Carleval. *de jud. lib.1. diſp.2. num.*
*972. verſ. Et generaliter, & num.980.* Fermoſin. *in*
*cap. ſignificaſti 18. q.3. num.3. & quæſt.7. num. 8. de*
*foro compet.* Scialoya *de foro compet. 12. num.8.* fallit 7
in prorogatione, quæ fit de loco ad locum, & de
tempore ad tempus, non ſufficere tacitum, ſed re-
quiri expreſſum conſenſum manifeſtum per verba
expreſſa, vel per actus exteriores, ut explicant,
& probant Carleval. *de judic. libr. 1. diſputat. 2. à*
*n.981.* Fermoſin. *in cap. ſignificaſti 18. quæſt. 7. n. 8.*
*de foro compet.*

Secundum exemplum eſt, ſi citatus à judice in- 8
competenti non declinat ejus forum, ſed coram eo
reſpondet, cùm ſciat eum eſſe judicem incompeten-
tem; nam videtur in eum conſentire, & dicitur
facta prorogatio, Soccin. *in capit. ſignificaſti, num.*
*42. verſicul. Eſt ergo, de foro compet.* Scialoya *de foro*
*compet. capit. 12. in 9.* & poſt, non poteſt opponere
exceptionem fori declinatoriam, & petere ſe remit-
ti ad ſuum judicem competentem, *leg. nemo, Cod.*
*de juriſdict. omn. jud. leg. penult. ff. eodem, l. fin. C.*
*de except. cap. ad Monaſterium, de regularib.* Guaz-
zin. *defin. 2. cap.1. num.50.* Caracciol. *de foro pri-*
*vil. quæſt.8. num.1.2. & 3.* Riccius *collect.779.* Carle-
val. *de jud. lib.1. diſp.2. n.990.* Fermoſin. *in cap. ſigni-*
*ficaſti, quæſt.3. num.4. de foro compet. cap.8. num.64. &*
*cap.12. ſub num.9. & 10. in fine*, Fontanella *deciſ.376.*
*num.14. par.2.*

Tertium exemplum eſt, ſi actor alienæ juriſdi- 9
ctionis coram eodem judice reconveniatur per reum,
videtur facta prorogatio judicis incompetentis, co-
ram quo ipſe reus fuit conventus, Maranta *de ord.*
*jud. par.4. diſt.12. num.11.* Afflict. *dec.27.* Pet. Bar-
boſa *in libr.1. artic.1. num.62. & 159. ff. de jud.* Car-
leval. *de judic. lib.1. diſput.2. num.976. verſic. Ter-*
*tium exemplum*, Fermoſin. *in cap. ſignificaſti 18. q.*
*3. numer.2. in fine, de foro compet.* Scialoya *de foro*
*compet. cap.12. n.15.* Riccius *collect.2449. verſ. Scias*
*tamen,*

Ad prorogandam juriſdictionem alieni judicis ſuf- 10
ficit tantùm litigantium conſenſus, & non requi-
ritur conſenſus judicis prorogati, *l.2. §. convenire,*
*ff. de judic.* Soccin. *in capit. ſignificaſti, num. 48. de*
*foro compet.* Scialoya *de foro compet. cap.12. num. 4.*
& alii plures, quos citant, & declarant Carleval.
*de jud. l.1. diſp.2. num.1072.* Fermoſin. *in cap. ſigni-*
*ficaſti 18. q.7. n.4. de foro compet.* Intellige ut † non
requiratur expreſſus conſenſus judicis prorogati;
benè tamen requiritur ejus conſenſus tacitus, ut
puta ſi patiatur partes coram eo litigare tanquam
coram judice, Menochius *conſ.340. num.57. libr.4.*
Scialoya *de foro compet. cap.12. ſub num.4.* & reproba-
tis contrariis, Pet. Barboſa *in l.1. art.3. n.9. & 10. ff.*
*de jud.* Carleval. *de jud. lib.1. diſp.2. num. 998. verſic.*
*Quemadmodum.*

Conſenſus autem ſuperioris non requiritur, quan- 11
do ſæcularis prorogat juriſdictionem alieni judicis,
ita probat textus ab exceptione ad regulam, *in c.*
*ſignificaſti 18. de foro compet. & docet gloſſ. in can.*
*inclita 42. verbo Pontifice 11. quæſt.1.* Soccin. *in cap.*
*ſignificaſti, num.44.* Butr. *num.8. de foro compet.* Ca-
pyc. *deciſ.9. num.1.* Petr. Barboſa *in l.1. art. 3. nu-*
*mer. 162. ff. de jud.* Fermoſin. *in cap.1. quæſt.4. num.*
*3. de foro compet.* Maranta *de ord. jud. par.4. diſt.11.*
*n.25.* Scialoya *de foro compet. cap. 12. num.16.* cum
aliis par, Carleval. *de jud. lib.1. diſp.2. num. 1073.*
*& 1074.*

13 Sicque nulli dubium eſt. Quod prorogatio juriſdictionis judicis non ſui permiſſa eſt, ita ut judex prorogatus in non ſubditos juriſdictionem exercere valeat, l.1. & 2. ff. de judic. l. ſi per errorem 15. l. ſi convenerit 18. ff. de juriſdict. omn. judic. l.1. Cod. eodem, cap. P. & G. de offic. delegat. cap. ſignificaſti, de foro compet. Morla in empor. juris, par.1. tit. 2. præmiſ. num. 109. Suelves conſ. 18. num.12. lib. 1. Scialoja de foro compet. cap. 12. n. 1. Fontanella deciſ. 475. num.4. & 9. par.2. Pereyra deciſ.29. numer. 2. & de man. Regia, par.2. cap.35. nu. 1. verſ. Circa primum, Pet. Barboſa in l.1. art.1. à num.171. ff. de judic. Eſcobar de Pontif. & reg. juriſdict. part. 4. caſu 175. num.1. & 2. Giurba deciſ.96. num.18. Carleval. de jud. lib.1, diſput.2. n.970. & 1144. Amato reſol.33. num.10. Fermoſin. in cap. ſignificaſti 18. q. 1. à num.2. de foro compet. Regens Mattheu de reg. Regn. Valen. cap.10. §.1. num. 187. & 188. Domin. Vicecancel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſervat. 15. à numer.78. alios plures addit Cuenca de comanda, clauſul. 27. numer. 1. ubi Ninno num.
14 1. Dummodo † talis judex prorogatus juriſdictionem habeat, ut ſignanter in leg. ſi per errorem ibi: Alius prætor, quàm cujus juriſdictio eſt, leg. ſi convenerit, ibi: Alius pro alio Prætor, ff. de juriſdict. omn. judic. & expreſſus, in lib.1. C. de juriſdict. omn. jud. Morla in emp. jur. par.1. tit.2. in præmiſ. num. 109. verſic. Primum, Suelves conſil. 18. num.12. Primum, lib.1. Cuenca de comanda, clauſul. 27. num. 2. Auguſt. Barboſa in cap. ſignificaſti, numer. 4. de foro competent. aliàs impoſſibilis eſt prorogatio, cùm id, quod nullum eſt, extenſionem minimè recipiat, l. ſed ſi manente, ff. de precar. libr.4. in princip. ff. de damno infecto, & clarè deducitur ex mente libr. 1. de judic. & clarius, ex libr. 1. Codic. de juriſdict. omn. jud. & probat. capit. ſignificaſti, de foro compet. & libr. 1. Cod. de pedan. judicib. Petr. Barboſa in lib. 1. artic. 1. num. 20. & 21. de judic. Menchaca quæſt. uſufreq. cap. 14. num.1. & 2. Suelves conſ. 18. num. 12. verſ. Et ratio eſt, lib.1. Borell. in ſumm. deciſ. part. 1. tit. 41. num. 74. Bolannos in Curia Philippica, tom.1. par.1. §.4. numer. 21. Gail. de pace, pub. lib.1. cap. 12. num. 22. Garcia de benef. part.10. cap.3. n.14. Paz in prax. tom.1. par.1. temp.5. n.25. Carleval. de judic. lib.2. diſput.2. num.971. verſ. Dicitur extenſio, & numer. 1071. Fermoſin. in cap. ſignificaſti 18. quæſt.6. num.2. de foro compet. Eſcobar de Pontif. & reg. juriſd. in ſtud. general. cap. 27. numer. 19. Cuenca de comanda, clauſ. 27. num. 2. Auguſtin. Barboſa in lib.1. numer.6. Cod. de pedan. judicib. & in lib.2. numer. 9. Cod. de juriſdict. omn. judic. Giurba conſ.59. num. 110. Salgado de ſuppl. ad Sanctiſ. par.2. cap.17. n.66. & 67. Fontanella dec. 375. n.8. par.2. Scialoya de foro compet. cap.12. num. 83. Salcedo de l. poſſit lib.2. cap.8. num. 13. & 14. Tondut. de præven. jud. par. 2. c.49. n.3. & 4. Thoro in ſuppl. deciſ. verbo exceptio incompet. fol.195. col.4. in fine, verſ. Nam requiritur, Faber in C. l.3. titul.12. def. 32. gloſſ. n.2.

15 Quibus præmiſſis, quamvis Clericus nullatenus poſſit prorogare juriſdictionem judicis ſæcularis, neque cum licentia Epiſcopi, cap. ſi diligenti, cap. ſignificaſti, de foro compet. Authent. ſtatuimus, C. de Epiſc. & Cler. Aretin. in §. idem juris eſt, num. 42. de excep. Soccin. in cap. ſignificaſti, num. 42. in fine, verſicul. Solutio, de foro compet. Pet. Barboſa in lib.1. artic. 3. à numer. 173. ff. de judic. Cenedo collect. ad decretum 57. num.1. in fin. verſicul. & uſque adeo, Eſcobar de Pontif. & reg. juriſdict. in ſtud. general. capit. 27. numer.3. Gail. lib.1. obſer. 40. num. 7. & 8. Faber in Cod. lib.3. titul. 12. definit.4. num. 2. & defin. 29. numer. 3. & defin. 32. gloſſ. numer. 2. Carleval. de jud. lib.1. diſput.2. numer. 1076. Scialoya de foro compet. capit.12. numer. 81. Pereyra deciſ. 29. num. 6. Bellet. diſ. Cler. par.1. de favore Cleric. perſonal. §.2. numer. 17. Dominus Vicecancel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſervat.56. ſub numer.1. alios plures addunt Carol. de Graſ. de effect. Cleric. effectu 1. num.45. & 47. verſicul. Subampliatur 4. Auguſt. Barboſa in cap. ſignificaſti 18. numer. 6. de foro compet. Julius Chartar. de foro compet. n. 156. verſ.7. videmus, ibi: Clerici verò, etiam † ſi
patiatur ſe conveniri coram judice ſæculari, non oppoſita exceptione fori declinatoria, ut ex Jaſon. Covarruv. & Azevéd. docent. Pet. Barboſa, & Carlev. proximè citati, ille num. 177. iſte num. 1076. verſ. Etiamſi tacitè. 16

Attamen laicus, jure communi attento, nedum expreſsè, ſed etiam tacitè poteſt prorogare juriſdictionem judicis Eccleſiaſtici ſine conſenſu ſui ſuperioris, l. ſi quis ex conſenſu 8. l. Epiſcopale 9. Cod. de Epiſc. audiant, & ſentit ex text. in c. ſignificaſti 18. de foro compet. & in ſpecie docent Calderin. Federic. de Senis, Vvamas, Tuſch. & alii quos citat, & ſequitur Joan. à CoKier. in vendit. libertat. Eccleſiaſtica, part.1. capit.66. num.5. & 10. Bald. Jacobin. Lupus, Maſſul. Vivius, & Capycius, quos citat, & ſequitur Carol. de Graſ. de effect. Cleric. effectu 1. num.75. quibus addendi ſunt But. in cap. ſignificaſti, num.9. Soccin. num.40. Auguſt. Barboſa num.5. Fermoſin. quæſt.8. num.1. de foro compet. Fab. in l. ſi quis, num. 6. Cod. de Epiſc. Aud. Alexand. in l.1. §. & poſt operis, num. 15. ff. de novi oper. nunt. Natta conſil. 413. num.4. lib.2. Novar. conſil. 51. 2. de ſent. excomm. Menoch. conſil. 322. num. 20. lib. 4. Marchus deciſ. 81. num.1. & deciſ. 195. num.5. par.1. & deciſ. 544. num.1. part. 2. Gratian. deciſ. 111. num. 14. verſicul. Addebatur nullitas, & num. 16. Boer. deciſ. 69. numer. 5. Oſaſcus deciſ. 78. numer. 2. Genuen. in prax. Archiep. cap. 12. numer. 2. Pet. Barboſa in l.1. artic.3. à numer. 139. & 169. ff. de jud. Bellet. diſq. Cler. par. 1. titul. de favore Cler. perſon. §.2. numer. 52. verſic. Nam laici, Tuſch. pract. concluſ. 927. numer. 13. & 16. Sanchez conſil. moral. lib.6. cap.1. dub.6. num.1. Novarius de election. fori, ſect.3. quæſt. 16. numer. 25. Carleval. de judic. libr.1. diſp.2. num. 119. & 1120. Ciarlin. controver. foren. libr.1. cap. 64. numer. 21. Jul. Chartar. de foro compet. numer. 156. verſicul. Septimo videmus, Borell. in ſumm. deciſ. par.1. titul. 41. numer. 140. Thomat. deciſ.119. numer.21. lib.1. Pereyra de man. Reg. par. 1. capit.15. numer.1. verſic. Circa primum, Scialoya de foro compet. cap.12. numer.28. idem Fermoſin. in cap. licèt ex ſuſcepto, quæſt.3. num.1. de foro compet. Auguſt. Barboſ. in rub. num.12. ubi Fermoſin. num. 12. de foro compet. Sperell. deciſ.98. à num.33. lib.1. Eſcobar de Pontif. & Reg. juriſdict. in ſtud. general. cap.27. num.10. Narbona lib.59. gloſſ.1. num.9. titul. 4. lib.2. recopilat. Riccius deciſ.211. num.5. part.2. & collect. 2449. verſic. Nota tertio, Reg. Mattheu de re crimin. controver.78. num.134. verſic. Et nihilominus Eccleſiaſtici, Martha de juriſdict. par. 4. caſu 175. numer. 3. Domin. Vice Cancel. Don Chriſtophor. Creſpi obſerv.15. num.274. & obſerv.56. num. 1. Diana reſolut. moral. part.4. tract.1. reſol. 24. & par.5. tract.1. reſol.8. & par.6. tract.2. reſol.7. & in coordinat. par.9. tract.2. reſol.281. num.13. in fine, & reſol.282. num.2. & 3. & par.9. tract.8. reſol. 71. in fine, verſic. Ad id vero, Queſada Pilo diſſert.15. num.26. deciſum in Regno Aragonum teſtatur Seſſe de inhibit. cap.9. §.3. num. 11. & 12. Cuenca de comanda, clauſ. 35. num. 135. me citato Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti de compet. juriſd. q. 49. ferè per totam, deciſum per Cancellarium Cathaloniæ tradit Ferrer. part.3. obſerv. capit.16. Ego plures alias deciſiones addidi, deciſ. 11. num.45. p. 1. addo ita etiam fuiſſe deciſum in Cathalonia per Cancellarium Loris, Conſultoribus Negrell. Puig, & Fontpaſtor 29. Aprilis 1579. occaſione firmæ juris factæ in Curia ſæculari Regiæ Audientiæ per Petrum Xicolà ſtudentem loci del Corgoſt. Bernardum Tols Parochiæ Sanctæ Columbæ Caſſerra, & Joannem Pla Romani Villæ de Moya, procedimentis factis contra eos in Curia Eccleſiaſtica Vicen. in quibus dicti Xicolà Toll. & Pla Romani comparuerant, & pro ſua fundanda intentione articulos obtulerunt, & ad illos probandos dilationem petierūt, & ſic juriſdictionem judicis dictę Curię Eccleſiaſticę proro-

gave-

gaverunt ; fuit declaratum dictæ firmæ juris per di-
ctos Xicolà , Toll , & Pla Romani in dicta Curia
ſæculari factæ locum non fuiſſe , nec eſſe , ſed co-
gnitionem dictæ cauſæ ad Curiam Eccleſiaſticam
Vicen. pertinere , & ſpectare , Et per eundem Can-
cellarium Loris , Conſultoribus Sala , & Fontpaſtor
12. Auguſti 1581. in favorem Archidiaconi majo-
ris Eccleſiæ Barcinonæ contra Joannem , Parera
Hoſtalerium Civem Barcinonæ . Et per dictum Can-
cellarium Loris , Conſultoribus Sala , & Fontpaſtor
9. Octobris 1581. in favorem Archidiaconi majoris
Barcinonæ contra Jacobum Duran Notarium Ci-
vem Barcinonæ comparentem in Curia Eccleſiaſti-
ca Barcinonæ , & quia reſpondendo petitioni agen-
tis juriſdictionem dictæ Curiæ Eccleſiaſticæ proro-
gavit , & abſque proteſtatione litem fuit conteſta-
tus : fuit declaratum firmæ juris in Curia ſæculari
factæ per dictum Jacobum Duran locum non fuiſ-
ſe , nec eſſe . Et per eundum Cancellarium Loris ,
conſultoribus Offet , & Amell. 25. Auguſti 1582.
contra Michaelem Pons paſſamanerium Civem Bar-
cinonæ . Et per Cancellarium Copons , Conſultori-
bus Sabater , & Guardiola 14. Novembris 1594. in
favorem pupillorum Voltors contra Antonium Vol-
tor paratorem pannorum lanæ ejuſdem Oppidi ,
qui perſonaliter comparuit in Curia Eccleſiaſtica
Tarraconæ verbaliter deducendo , & offerendo ra-
tiones reddere tutelæ , & curæ dictorum pupillo-
rum , & petiit calculatorem nominari . Et per Can-
cellarium Rovirola 12. Junii 1601. in favorem Ra-
phaelis Ferran Presbyteri , & Rectoris Eccleſiæ Pa-
rochialis Sancti Juliani de Villatorta , & Joannis
Puigſech obtinentis beneficium Monarchiæ dictæ
Eccleſiæ Parochialis contra Hieronymum Spaſa ,
& Eliſabetham conjuges cives Bercinonæ , & Si-
giſmundam Olivera viduam relictam Bartholomei
Oliver civis Barcinonæ occaſione cujuſdam em-
paræ factæ in Curia Eccleſiaſtica Vici per dictos
Ferran , & Puigſech dictis reſpectivè nominibus
contra dictos conjuges Spaſes , & dictum Oliver
de fructibus manſi Auſio , cujus occaſione dicti con-
juges Spaſes , & dicta Olivera firmaverunt jus in di-
cta Curia Eccleſiaſtica pro tollenda dicta empara
cum clauſulis de judicio ſiſti & judicatum ſolvi ,
& renuntiationibus proprii fori , & ſubmiſſionis di-
ctæ Curiæ Eccleſiaſticæ . Et per eundem Cancella-
rium Rovirola 26. Maji 1602. in favorem Com-
munitatis Presbyterorum Villæ Sanahugiæ contra
Franciſcum Peris agricolam dictæ Villæ , qui in
cauſa inter prædictas partes vertente progreſſus fuit
dictus Peris uſque ad publicationem teſtium . Et
per Cancellarium Agullana , Conſultoribus Senjuſt ,
& Ferruz 1. Julii 1610. in favorem Simeonis Ar-
genter Beneficiarii Beatæ Mariæ Villanova contra
Joannem Ferrer agricolam de Subirats , qui in Cu-
ria Eccleſiaſtica comparuit , & litem conſtituit .
Et per prædictum Cancellarium Agullana 10. Apri-
lis 1613. in favorem Monſerrati Bou Rectoris Ec-
cleſiæ Sanctæ Eulaliæ de Provincialibus alias de
Hoſpitaleto , contra Nobilem Ludovicum Per-
ve .

18 Amplia 1. ſi laicus citatus coram judice Eccle-
ſiaſtico compareat ante litis conteſtationem coram
eo , proponens exceptiones dilatorias ad impedien-
dum curſum litis , omiſſa exceptione fori declina-
toria , per hoc dicitur tacitè prorogata juriſdictio
judicis Eccleſiaſtici , *ad text. in lib. ſed , & ſi 52.
in princ. ff. de judic. l. fin. Cod. de annali except.* &
ex traditis per Marantam *de ord. jud. par.4. diſt. 12.
numer.* 11. Menochius *libr.3. præſumpt. 19. numer. 5.
& 6.* Paz *in praxi , tom.1. part.1. temp.1. numer. 22.
& 23.* Azevedo *leg. à numer. 17. titul. 5. lib.4. reco-
pil.* Guttier. *de juram. confir. part.1. cap. 28. numer.
1.* Pet. Barboſa *in l.1. artic. 3. numer. 69. ff. de jud.*
Fontanella *deciſ. 376. numer. 14. par.2.* Tondut. *de
prævent. judic. part. 2. capit. 49. numer. 10.* Thoro
*in compend. deciſ. verbo exceptio incompetentiæ , fol.
195. col.7. verſicul. Nec minus obſtat* , pluribus cita-
tis , & reprobatis contrariis , Carleval. *de judic. lib.
1. diſput. 2. numer. 991. cum ſeq.* Sequitur Scialoya
*de foro competent. capit. 12. numer.* 10. Niſi laicus 19
coram judice Eccleſiaſtico conventus , propoſitis ex-
ceptionibus dilatoriis , proteſtatus ſit ſe in eum non
conſentire ; nam tunc non dicitur tacitè facta pro-
rogatio judicis Eccleſiaſtici per exceptiones dilato-
rias oppoſitas , quoniam proteſtatio conſervat jus
proteſtantis , ad Dec. *in capit. 1. numer. 187. de ju-
dic.* Pet. Barboſa *in libr. 1. artic.1. numer. 16. ff. ju-
dic.* Carleval. *de judic. libr. 1. diſput.2. numer.* 995.
Scialoya *de foro competent. cap.12. num.* 11. Giurba
*conſ.59. num. 112. verſic. Tum maximè* , Fermoſin.
*in cap. ſignificaſti , quæſt.3. num.6. de foro compet.* Et
ſenſit Cancellarius Loris declaratione facta 9. Octo-
bris 1581. quam tradidi , ſub *numer. decimo ſeptimo* ;
excipe exceptionem recuſationis judicis , ut infra ,
*numer.* 34.

Amplia 2. in tutoribus , & curatoribus minorum 20
vigintiquinque annorum , qui coram judice Eccle-
ſiaſtico conventi comparendo prorogant ejus juriſdi-
ctionem , ſic fuit in Cathalonia deciſum per Can-
cellarium Agullana , Conſultoribus Peguera , Fer-
rer , Senjuſt. Magarola , & Puigmija 12. Junii 1607.
in facto juris firmæ factæ in Curia ſæculari Vica-
riæ Ilerdæ per Joſephum Poquet actorem tutorum ,
& curatorem pupillorum Melons filiorum Bonaven-
turæ Melons Medicinæ Doctoris Civitatis Ilerdæ
occaſione procedimentorum in Curia Eccleſiaſtica
Ilerden. factorum ad inſtantiam Eliſabethis Fita , &
Capdevilla contra dictos pupillos , & ejus tutores ,
& Curatores prætextu cujuſdam chirographi firma-
thi per dictum Bonaventuram Melons in effectu pro-
mittentem ſe daturum , & ſoluturum dictæ Eliſabe-
ti Fita contemplatione matrimonii per ipſam quan-
documque celebraturi 50. ℨ & alias res in dicto Chi-
rographo latiùs contentas , & deſignatas , & quia
in ſchedula per dictum Poquet in dicta Curia Ec-
cleſiaſtica oblata , firmata , & ſnbſcripta per Ludo-
vicum Villaplana Legum Doctorem alterum ex di-
ctis tutoribus , & curatoribus oppoſita fuit decli-
natoria fori , & dictus Ludovicus Villaplana , &
Franciſcus Vicent tutores , & curatores dictorum
pupillorum Melons perſonaliter reſponderunt arti-
culis pro parte dictæ Eliſabethis Fita , & Capdevilla
in dicta curia Eccleſiaſtica oblatis : fuit declaratum
firmæ juris factæ in Curia Vicarii Civitatis Ilerdæ
per dictum Joſephum Poquet dicto nomine locum
non fuiſſe , nec eſſe . Idque † pro conſtanti ſuppo- 21
nunt Doctores , dum reſolvunt , quod pupilli , & mi-
nores 25. annis non poſſunt prorogare juriſdictio-
nem alieni judicis ſine authoritate tutorum , & cu-
ratorum , quia non habent legitimam perſonam ſtan-
di in judicio , *l.1. & 2. Codic. qui legit. perſon. leg.
clarum , Cod. de authoritat. præſtanda* , latè Fermo-
ſin. *in cap. cauſam 9. quæſt.13. à num.6. de jud.* etiam
ſi minores cum juramento prorogaſſent juriſdictio-
nem judicis non ſui , nam adhuc prorogatio non va-
let , ſi non ſit facta cum authoritate tutorum , &
curatorum , quia *authent. Sacramenta puberum , C.
ſi adver. vend.* non habet locum in judiciis , con-
tra Cancer *par.2. var. capit.2. ſub num.* 214. ſi mi-
noris conditio ſit deterior , ſecus ſi fiat melior , &
docent hæc omnia Angel , *in l.1. num.5. ff. ſi quis in
jus vocat. non ierit* , Soccin. *in cap. ſignificaſti , nu.*
19. ubi Fermoſin. *quæſt.8. num.20. de foro compet.* Fe-
lin. *in cap. P. & G. num.10. de offic. deleg.* Carleval.
*de jud. lib.1. diſp.2. nu.* 1130. Scialoya *de foro comp.
cap.12. num.120.*

Amplia 3. ut juriſdictio judicis Eccleſiaſtici per 22
laicum prorogata non cenſetur diverſa , ſed potiùs
eadem cum extenſa , *gloſ. fin. in cap. P. & G. de of-
fic. deleg.* ubi Auguſt. Barboſa *num.8.* Petrus Barbo-
ſa *in l.1. art.1. à num. 13. de jud.* Carleval. pluribus
citatis , *de judiciis , lib.1. diſp.2. num.* 972. Et eſt † 23
ejuſdem naturæ , & qualitatis cum juriſdictione
præexiſtente , & prorogata , *gloſ. in cap. hi qui 12.
verbo ſpecialiter , de præbendis* , Maranta *de ord. jud.
par.4. diſt.12. num.18.* Guazzin. *defen.1. cap.7. num.
8.* Pet. Barboſa *in lib.1. art.1. num.74. & 75. ff. de jud.*

Carleval. *de judic. lib.*1. *diſp.*2. *num.*973. Scialoya *de foro compet. capit.* 12. *num.* 57. Ex qua ampliatione ſi plures effectus inferre volueris, conſule Petrum Barboſam *in libr.*1. *artic.*5. *ff. de judic.* Carleval. *de judic. libr.*1. *diſp.*2. *à num.* 1234. Scialoyam *de compet. cap.*12. *à num.*58. *ad* 67. Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtud. gener. cap.*27. *à num.*21. Fermoſin. *in capit. ſignificaſti* 18. *quæſt.* 10. *de foro compet.*

24 Sed utrum ſi laicus prorogat juriſdictionem judicis Eccleſiaſtici debeat, judex Eccleſiaſticus judicare, decidere, & determinare cauſam ſecundùm jus Canonicum, vel ſecundùm jus civile; Videantur Petr. Barboſa *in lib.*1. *art.*5. *n.*4. *ff. in jud.* Martha *de juriſd. par.*4. *caſu* 175. Seſſe *de inhib. cap.* 9. §.3. *à num.*14. *ad* 21. Cuenca *de comanda, clauſ.*36. *num.*136. 137. & 138. Salgado *de Reg. protect. par.*1. *cap.*2. §.3. *num.*5. & 6.

25 Limita 1. in laico debitore principali, qui poteſt prorogare juriſdictionem judicis Eccleſiaſtici, & alieni judicis, ſecus in ejus procuratore generali ad lites; qui etiam ſi compareat nomine ſui principalis coram judice Eccleſiaſtico, vel alieno judice non poteſt ejus juriſdictionem prorogare, ſiquidem, *l.*1. *ff. de jud.* & alia jura citata, *num.* 13. loquuntur in laico principali juriſdictiouem alieni judicis prorogante: non autem in ejus procuratore ad lites, ita omnes Doctores *in cap. cum olim, Abbas de offic. deleg.* Felin. *in cap. P. & G. num.*11. *in princ. de offic. deleg.* Thoro *in ſupplem. deciſ. verbo exceptio incompetentiæ, fol.* 195. *col.*4. *propè medium, verſic. Nec dicatur,* Colinus *de procuratoribus, par.* 2. *cap.*5. *num.*54. & 61. Riccius *collect.* 410. *verſic. Sicut* & alii allegandi, *num.* 27. ita fuit declaratum in Cathalonia 30. Junii 1664. per nobilem Hieronymum de Codina, & Nobilem Joſephum de Balaguer in altercato de conferant Relatores *ut tradidi, deciſ.* 166. *numer.* 46. *in fine, hac part.* 3. & punctim fuit deciſum per Cancellarium Caſſador 28. Februarii 1569. contra Michaelem Joannem Reboſter Archidiaconum Sancti Fructuoſi in Eccleſia Tarraconæ in favorem Franciſci de Monteſerrat jus firmantis in Curia ſæculari, per cujus procuratorem ſubſtitutum fuit facta recognitio & litis conteſtatio in Curia Eccleſiaſtica Tarraconæ, & in mandato, & ſubſtitutione non conſtabat de expreſſa facultate, & mandato conceſſo dicto procuratori, & ejus ſubſtituto ad prorogandam juriſdictionem judicis incompetentis: fuit declaratum firmæ juris factæ in Curia ſæculari Regiæ Audientiæ per dictum Franciſcum de Montſerrat locum eſſe, & cognitionem dictæ cauſæ ad Curiam ſæcularem pertinere, & ſpectare, & in ea tractandam fore, & eſſe.

26 Amplia hanc 1. limitationem, etiam ſi in mandato procuratorio ad lites adſit clauſula ad comparendum coram quocumque judice, vel ad comparendum in omni curia, & foro, quia verba iſta non operantur, ut poſſit procurator ad lites prorogare juriſdictionem judicis Eccleſiaſtici, vel alieni judicis, Vantius *de nullitate ex defectu mandati, n.*102. licèt corruptè in contrarium allegetur per Golinum *de procurator. par.*2. *cap.*5. *num.*55. & Borell. *in ſum. deciſ. par.* 1. *tit.* 66. *num.* 172. nam debent intelligi ut tali caſu poſſit prorogari juriſdictio per talem procuratorem de re ad rem, & de loco ad locum non autem de perſona ad perſonam, Borell. *hic cit. n.*173. Thoro cujus eſt diſcurſus *in ſupplem. deciſ. verbo exceptio incompetentiæ, for.*195. *col.*9. *poſt princ. verſic. Et licèt in mandato,* addo Tuſch. *pract. concluſ. litera P. concluſ.* 932. *n.*1.

27 Sub limita 1. hanc 1. limitationem, ſi procurator habet mandatum ſpeciale ad comparendum coram tali judice Eccleſiaſtico, nam tunc poteſt ejus juriſdictionem prorogare, nam procurator, qui habet ſpeciale mandatum ad talem juriſdictionem prorogandam poteſt illam prorogare, ſic additio ad Panormit. *in cap. cum olim Abbas* 32. *ad n.*10. *de offic. deleg.* Soccin. *in cap. ſignificaſti, nu.* 20. ubi Fermoſin. *quæſt.* 8. *num.*21. *in fine, de foro compet.* Angel. *in l.*1. *ff. de judic.* Pariſius *conſil.*15. *numer.*3. *libr.*4. Romanus *conſ.*48. *num.*1. *in fine,* Natta *conſil.* 412. *num.*5. Honded. *conſ.*21. *num.*25. *libr.*1. Modechan. *deciſ.*3. *num.*3. *de appellat.* Guido Papæ *deciſ.* 285. *n.* 1. & *deciſ.*9. *num.*57. Baldus *deciſ.*66. Amat. *deciſ.*9. *num.* 57. Barzius *deciſ.* 154. *num.* 20. & 21. Papon. *arreſtor. Curiæ, libr.*7. *titul.*7. *arreſt.* 16. 17. 18. & 19. Cyriacus *controver.* 383. *num.*27. Caſtillo *deciſ.* 12. *numer.* 6. *libr.* 1. Lancellot. *de attentat. part.* 2. *capit.*6. *numer.*60. Laurent. *de judic. ſuſpect. cap.*139. *numer.* 140. Queſada Pilo *controverſ. forenſ. cap.* 47. *numer.* 62. Cancer *part.* 1. *variar. capit.* 21. *numer.* 47. *verſicul. Judicem igitur,* & *part.* 2. *capit.* 14. *numer.* 31. Riccius *collect.* 322. *verſicul. Sexto,* & *collect.* 2443. *verſic. intellige tamen,* Marinis *lib.*1. *reſolut. jur. cap.*96. *num.*7. & *in obſervat. ad Reverter. deciſ.*31. *num.*2. Manfella *ad Capic. Latro, deciſion.* 180. *num.* 12. Tuſchus *pract. concluſ.*931. *num.*1. & 2. Novarius *ad prag. Reg. Neapol. in rub. de procurator, num.*49. Valeron. *de tranſact. tit.*4. *quæſt.*5. *numer.*43. Tondut. *de præven. jud. par.*2. *cap.*59. *num.* 36. & 48. Janninius *de citat. reali, libr.*3. *capit.*21. *numer.* 160. Carleval. *de judic. libr.*1. *diſp.*2. *numer.* 1143. Noguerol. *alleg.*4. *num.*19. Borell. *in ſum. deciſ. par.*1. *tit.*41. *num.* 102. Scialoya *de foro compet. cap.* 12. *num.* 122. Golin. *de procurat. part.* 2. *cap.* 5. *num.*54. Toro *in ſupplem. deciſ. verbo exceptio incompetentiæ, fol.* 195. *col.*8. *propè finem, verſic. Imo etiam ſi caſus,* Fontanella *deciſ.* 376. *num.*11. & *remiſſive, numer.* 19. *par.*2. Et innuit Cancellarius Caſſador 29. Februarii 1509. declaratione relata, *num.* 25. & expreſsè fuit deciſum in Cathalonia per eundem Cancellarium Caſſador, Conſultoribus Llobregat, Terca Borras, Ros, & Sala 28. Octobris 1568. in favorem Capituli Canonicorum Sedis Urgellen. contra admodum Illuſtrem Ducem Cardonæ, Jacobum Pallares I. V. Doctorem, Philippum Ventalada Notarium Villæ Acrimontis, Antonium Paris Bajulum, & alios homines Villæ de Oriola ratione procedimentorum in vim conſtitutionum. Sacrorum Conciliorum Tarraconæ ad inſtantiam Syndici dicti Capituli in Curia Eccleſiaſtica Urgellen. factorum contra dictos Pallares, Ventalada, Paris, & alios ob quandam invaſionem, & uſurpationem juriſdictionis termini, & loci de Coſco Urgellen. Diœceſis proprii dicti Capituli Urgellen. factam per dictos Pallares, & alios, in qua quidem cauſa vertente in Curia Eccleſiaſtica comparuerunt dicti Pallares, & Ventalada loci de Oriola cum ſpeciali mandato ad comparendum coram Officiali Eccleſiaſtico Urgellen. fuit declaratum firmæ juris factæ in Curia ſæculari per procuratorem admodum Illuſtris Ducis Cardonæ locum eſſe quoad dictum Ducem Cardonæ, dictamque juris firmam quoad dictum Ducem Cardonæ ad Curiam ſæcularem pertinere, & ſpectare, & in ea tractandam eſſe: quo vero ad juris firmam in Curia ſæculari factam per dictos Pallares, Ventalada, Paris, & alios loci de Oriola locum non eſſe, ſed cognitionem dictæ cauſæ ad Curiam Eccleſiaſticam Officialis Epiſcopi Urgellen. pertinere, & ſpectare, & in ea tractandam, & continuandam eſſe. Et per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Senjuſt, & Puigmila 11. Januarii 1602. in favorem tutorum, & curatorum pupillæ filiæ Joannis Vallſpinoſa Villæ de Vallibus contra Antonium Vallſpinoſa calligarium ejuſdem Villæ ſuper reſciſſione cujuſdam donationis per dictum Joannem Vallſpinoſa factæ dicto Antonio Vallſpinoſa fratri ſuo, & quia dictus Antonius Vallſpinoſa tribuit mandatum Philippo Figols, & Ludovico Cabrer reſpectivè cum expreſſa facultate comparendi in Curia Eccleſiaſtica Tarraconæ, & ipſi diverſis ſchedulis comparuerunt in dicta Curia Eccleſiaſtica: & in ea litem conteſtaverunt: fuit declaratum firmæ juris factæ per dictum Antonium Vallſpinoſa in Curia ſæculari locum non fuiſſe nec eſſe.

Ratio limitationis, & ſublimitationis eſt, Tum 28

quia

quia conſtitutio, & electio novi judicis eſt res magni momenti, quam procurator ſine ſpeciali mandato expedire non poteſt, Marchus *deciſ.* 313. *n.* 4. *par.*2. Carleval. *de jud. lib.*1. *diſp.*2. *ſum. num.*1143. Thoro *in ſuppl. deciſ. verbo exceptio incompetentiæ*, *fol.* 145. *col.*9. *in prin.* Tum quia mandatum, quod habet procurator ad lites debet intelligi coram judice competenti, nam verba indefinitè prolata reſtringuntur ad jus, *leg. duo*, §.1. *ff. de conſtitut. pecun.* & ibi tradit Baldus, quod uſus procuratorum eſt introductus in favorem conſtituentium, non in eorum odium, ſic Golinus *de procurat. par.*2. *cap.*5. *nim.* 61.

29 Sub limita 2. hanc 1. limitationem, ſi procurator habeat mandatum generale cum libera, ſeu plena adminiſtratione, qui poteſt juriſdictionem judicis Eccleſiaſtici prorogare, nam procurator cum libera prorogare poteſt juriſdictionem alieni judicis, non ſolùm quando fit prorogatio de tempore ad tempus, Innocent. *in cap. de cauſis* 4. *num.*1. *in fine*, *de offic. deleg.* Panormit. *in cap. cum olim Abbas* 3. *num.*40. *de offic. deleg.* Soccin. *in capit. ſignificaſti*, *num.*20. *de foro compet.* Carleval. *de jud. libr.*1. *diſp.* 4. *n.*1143. Scialoya *de foro compet. cap.*12, *ſub num.* 122. Sed etiam generaliter in cæteris prorogationum generibus, *l. procurator cui generaliter*, *ff. de procurat.* Felin. *in cap. P. & G. num.*11. *de offic. deleg.* Pariſ. *conſ.*15. *num.*3. *lib.*4. Natta *conſ.* 413. *n.* 5. Cancer *par.*2. *var. cap.*14. *num.*32. Borell. *in ſum. deciſ. par.*1. *tit.*66. *à num.*171. Thoro *in ſuppl. deciſ. verbo exceptio incompetentiæ*, *fol.* 198. *col.*8. *ante finem*, *verſicul. Imo etiam ſi caſus*, Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valent. capit.* 10. §. 1. *numer.* 253. Jauxent. *de judice ſuſpecto*, *cap.* 13. *numer.* 142. Vantius *de nullit. rub.*11. *de nullitate ex defect. mandati*, *num.* 86. Golin. *de procurat. par.*2. *c.*56. & alii ex citatis, *n.* 27.

30 Ratio eſt, quia procurator cum libera poteſt omnia facere, quæ principalis, *l. procurator cui generaliter*, *ff. de procurat.* Cardoſ. *in prax. judic. verbo procurator*, *num.* 43. Ramon noſter *conſ.*41. *num.*16. *in fine*, Garcia *de benef. par.* 5. *capit.*8. *n.*74. Janninius *de citat. reali*, *libr.*3. *cap.*21. *numer.* 174. Riccius *collect.* 410. & *collect.* 1730. Barboſa *de clauſ. uſufreq. clauſ.*35. *num.*5. Et expedire omnia, quæ mandatum ſpeciale exigunt, Pax *in prax. tom.*1. *initio*, *annotat.*4. *num.*17. Covar. *lib.*1. *var. cap.* 6. *num.* 3. *verſ. Quinto*, Barboſa *in cap. qui ad agendum* 4. *n.* 10. *de procurat. in* 6. Valenzuela *conſ.* 136. *num.* 28. *lib.*2. Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. cap.*10. §.
31 1. *num.* 154. Eoquia mandatum † cum libera æquiparatur mandato ſpeciali, *l. procurator cui generaliter*, *l. mandato*, *ubi gloſſ. & Bart. ff. de procurat. cap. qui ad agendum* 4. ubi Barboſa *num.*8. *de procurat. in* 6. Garcia *de benef. par.*5. *cap.*8. *num.* 72. Janninius *de citat. reali*, *lib.*2. *cap.*21. *num.* 174. *verſ. Mandatum namque*, Borell. *in ſum. deciſ. par.* 1. *tit.*66. *numer.* 241. Cancer *par.* 2. *var. cap.*14. *num.*1. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 196. *à n.*12. plures Barboſa *de clauſ. uſufreq. clauſ.*35. *n.*10. Golinus *de procurat. part.* 2. *cap.*4. *à n.*13.

32 Sed alii dicunt, quod procurator generalis cum libera non poteſt prorogare juriſdictionem, quia mandatum cum libera non extenditur ad ea, quæ ſunt magni præjudicii, Barboſa *de clauſul. uſufreq. clauſ.*35. *n.*38. & *voto* 65. *n.*35. 36. & 37. *lib.*2. propter abuſum notariorum, qui ſolent apponere hanc clauſulam in inſtrumentis, Golin. *de procurat. par.*2. *c.*4. 18. & probant Valenzuela *conſ.*3. *n.*52. *l.*1. Thoro *in ſuppl. deciſ. verbo exceptio incompetentiæ*, *fol.* 195. *col.*9. *verſ. Et quatenus procurator*.

33 Sub limita 3. illam 1. limitationem, ſi procurator generalis ad lites prorogat juriſdictionem iudicis Eccleſiaſtici, vel alterius alieni iudicis, ſciente, & patiente domino, nam valet prorogatio, ſiquidem procurator poteſt prorogare juriſdictionem abſque mandato, quando principalis notitiam habuit, & non contradixit, ex quo dictæ prorogationi conſentire videtur, ſic Felin. *in c. P. & G. n.* 11. *de offic. deleg.* Soccin. *in c. ſignificaſti*, *n.* 20. *de foro compet.* Pariſ. *conſ.*45. *n.*15. *l.*1. Cancer *par.*2. *var. c.*14. *ſub n.*31. Scialoya *de foro compet. c.*12. *ſub n.*20. Golin. *de procuratore*, *p.*2. *c.*5. *n.*56. *verſ. Et quod*, conducunt Barboſa *axiom.*143. *n.*2. & *in l. ſi procurator* 10. *n.*3. *C. de procurat.* & *in c. cum olim Abbas* 32. *n.*9. *de offic. deleg.* Carol. de Graſ. *de effect. C. effectu* 1. *n.*442. Golin. *de procurat. p.*3. *c.*3. *à n.*53. *ad* 58. Et an Dominus præſumatur ſcire geſta à procuratore, & geſta per procuratorem præſumantur de mandato, & ſcientia principali, affirmat Joſeph. Ludovic, quem refert, & ſequitur Golin. *de procurat. p.*3. *c.*3. *ſub n.*56. negat Creſcentius *deciſ.*5. *de præſump.* quem refert, & ſequitur Riccius *collect.* 410. *verſ. Dominus enim*, & in noſtris terminis prorogationis factæ per procuratorem ad lites fuit ſecundùm opinionem negativam declaratum in Cathalonia in illis cauſis relatis *ſupra*, *n.*26.

Limita 2. ſi laicus citatus à judice Eccleſiaſtico 34
proponit exceptionem recuſationis contra ejus perſonam, non cenſetur prorogata ejus juriſdictio, Vega *in cap. ſignificaſti*, *n.*8. *in fine*, ubi Fermoſin. *q.*3. *n.*8. *de foro comp.*

Sub limita iſtam 2. limitationem, ſi laicus debi- 35
tor principalis, qui judicem Eccleſiaſticum, ſeu alienum judicem recuſavit, poſt recuſationem coram eo comparet abſque proteſtatione, nam cenſetur à recuſatione recedere, & conſequenter illius juriſdictionem prorogare, ad Rotam *diver. dec.* 902. *p.*2. & apud Seraphin. *dec.* 897. *n.*7. & *dec.* 1057. & apud Ludoviſ. *deciſ.* 292. *n.*1, *deciſ.* 368. *n.*2. Thomat. *deciſ.*1. 9. *n.*22. *tom.*1.

Declara iſtam ſublimitationem, ut procedat in lai- 36
co principali debitore, ſecus in ejus procuratore ad lites, *ex dictis ſupra*, *num.*25. & fuit in Cathalonia declaratum per Nobilem Hieronymum de Codina, & Nobilem Joſephum de Balaguer 30. Junii 1664. in altercato de conferant Relatores, *ut tradidi*, *deciſ.* 166. *n.*46. *in fine*, *hac par.*3.

Limita 3. ſi laicus principalis debitor comparens 37
coram judice Eccleſiaſtico, ſeu alieno judice opponit coram eo exceptionem fori declinatoriam, nam tunc ceſſat prorogatio, probat Pet. Barboſa *in lib.*1. *art.* 3. *à n.* 15. *ff. de judic.* & ſentiunt Tondut. Fontanel. Fermoſin. Scialoya, Carleval. & alii citati, *n.*5.

Sublimita iſtam tertiam limitationem, ſi non ob- 38
ſtante fori declinatoria per laicum principalem debitorem oppoſita coram judice Eccleſiaſtico, ſeu alieno judice; ipſe judex Eccleſiaſticus, ſeu alienus judex pronuntiat ſe competens, quo caſu ille judex reputatur, ac ſi in veritate eſſet competens, & conſequenter pars dicere non poteſt illius juriſdictionem non eſſe prorogatam, ad Fermoſin. *in capit. ſignificaſti* 18. *quæſtion. tertia*, *numero decimo*, *de foro competent.* Carleval. *de judic. libr. primo*, *diſput.* 2. *numer.* 1002. Ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Loris, Conſultoribus Balle, Fontpaſtor, & Amell 10. Aprilis 1581. in favorem Pauli Meſtre Preſbyteri, & Rectoris Parochialis Eccleſiæ Sanctæ Columbæ de Montebovino. contra Jacobum Jovers. Et per Concellarium Rovirola Conſultoribus Dalmau, Calba de Vallſeca 24. Maii 1605. in favorem Catharinæ Comes contra Monſerratum Papiol pro obſervantia juramenti appoſiti in capitibus matrimonialibus initis, & firmatis inter dictam Catharinam Comes olim Puig & Petrum Puig maritum dictæ Catharinæ ex altera, cujus bona prætendit dicta Catharina per dictum Monſerratum Papiol uti hæredem & poſſeſſorem illius teneri, & poſſideri. Quia ex procedimentis factis in Curia Eccleſiaſtica contra dictum Monſerratum Papiol, & ſignanter ex comparitione facta coram Officiali Barcinonæ in dicta Curia Eccleſiaſtica per dictum Papiol conſtabat dixiſſe & reſpondiſſe ſe non teneri reſpondere coram dicto Officiali Eccleſiaſtico, ſed coram ſuo judice ſæculari competente, & ex declaratione verbali facta per dictum judicem Eccleſiaſticum conſtabat ſe declaraſſe judicem



BIBLIOTECA GRANADA

competentem fuit declaratum in favorem Curiæ Eccleſiaſticæ. Et per Cancellarium Eril 21. Decembris 1632. in favorem Hieronymi Hort Presbyteri Vicen. contra Jacinthum Domenech & Dezbarri, ex qua dicta Domenech comparuit in Curia Eccleſiaſtica Vicen. oppoſuitque exceptionem fori declinatoriam, qua non obſtante Officialis Vicec. ſe judicem competentem declaravit, quæ quidem proviſio tempore firmæ juris factæ in curia ſæculari per dictum Domenech & Dezbarri fuerat jam in judicatum tranſacta, cùm non conſtaret ab ea intra decem dies appellatum fuiſſe: declaratum fuit in favorem Curiæ Eccleſiaſticæ.

Limita 4. laicus citatus coram Judice Eccleſiaſtico, vel aliàs incompetenti coram eo ante litis conteſtationem compareat; & ſolum petat copiam libelli, nam per hoc in eum non conſentit, nec illius juriſdictionem prorogat, *l. non videtur* 33. *ff. de re jud.* imo potius petere videtur, ut deliberet, *l.* 1. *ff. de edendo*, ſic Maranta *de ord. jud. par.* 4. *diſput.* 12. *num.* 11. *verſic. Non tamen*, Guazzin. *definit.* 1. *cap.* 7. *n.* 15. Tondut. *de præven. jud. part.* 2. *capit.* 49. *num.* 9. Novar. *de elect. fori*, *tom.* 1. *ſect.* 4. *quæſt.* 18. Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 997. *in princ.* Fermoſin. *in cap. ſignificaſti* 18. *q.* 3. *num.* 7. *de foro compet.* Scialoya *de foro compet. c.* 8. *n.* 63. *in princ.* & *c.* 12. *n.* 13.

40 Item nec per cautionem de judicio ſiſti videtur conſentire in judicem competentem, nec ejus juriſdictionem prorogare, *authent. offeratur*, *C. de litis conteſt*, nec per cautionem de judicato ſolvendo, *vir bonus* 18. ubi Bart. *num.* 4. & Caſtren. *num.* 4. *ff. jud. ſolvi*, Soccin. *in cap. ſignificaſti*, *num.* 37. ubi Fermoſin. *q.* 3. *num.* 7. *de foro compet.* Caroccius *de excep. cont. præjud. ſenten. excep.* 2. *q.* 24. Tuſch. *pract. concluſ. litera P. concluſ.* 926. *n.* 10. Galerat. *de renuntiat. cap.* 140. *num.* 17. Heringius *de fidejuſſor. cap.* 5. *num.* 170. *junctis num.* 174. & 184. Carleval. *de jud. libr.* 1. *diſput.* 2. *ſub num.* 997. ſed diſtinguunt inter cautionem de judicio ſiſti, & de judicato ſolvendo præſtitam voluntariè, vel ex neceſſitate, ut Pariſius *conſ.* 48. *lib.* 1. Menoch. *lib.* 2. *præſump.* 19. *num.* 7. & 8. Tondutus autem, & aliqui per eum relati *de prævend. jud. part.* 1. *cap.* 32. *à n.* 31. *ad* 41. tenent quod per præſtationem cautionis de judicio ſiſti, dicitur prorogata juriſdictio, quod impugnat Scialoya *de foro compet. cap.* 8. *ſub num.* 63. ſed ad evitandas difficultates, quando præſtatur cautio de judicio ſiſti, vel de judicato ſolvendo de conſuetudine generali renuntiatur proprio foro, Cancer *par.* 2. *var.* 2. *cap.* 2. *numer.* 215. ut in exemplari Cancellarii Rovirola dici 12. Junii 1601. *relato ſupra* 2. *n.* 17.

41 Limita 5. ut judex Eccleſiaſticus, cujus juriſdictio per laicum prorogata fuit, non poteſt ſuam ſententiam exequi, ſed executio fieri debet per judicem ſæcularem competentem, *l. Epiſcop.* 9. *C. de Epiſc. audient.* Scialoya *de foro compet. c.* 12. *nu.* 29. Cuenca *de comand. clauſ.* 36. *n.* 139. ubi Ninno *n.* 10. *verſ.* & *malè*, Ripoll. *var. c.* 1. *n.* 37. Poteſt tamen judex Eccleſiaſticus implorare auxilium judicis ſæcularis pro executione ſuæ ſententiæ; Covarr. *practic. capit.* 10. *numer.* 2. *verſicul. Tertio*, Portoles ad *Molin.* §. *judex*, *à num.* 90. Cuenca *de comanda*, *clauſ.* 36. *n.* 140. & mediante auxilio judicis ſæcularis bona exequantur, & diſtrahantur, idem Cuenca *de comanda*, *clauſ.* 36. *n.* 140. *verſ.* & *eo mediante*, Ripoll. *var. cap.* 1. *n.* 37. *in fine*, & *n.* 38.

42 De qua materia, An & quando judex prorogatus poſſit, vel non poſſit ſententiam ſuam exequi, aut indigeat, ſeu non indigeat literis requiſitoriis ad judicem ordinarium competentem, videndi ſunt Alexand. *in l. cum quædam puella*, *n.* 6. Jaſon *num.* 5. Decius *n.* 7. Curt. Jun. *n.* 17. & 18. Cagnol. *n.* 26. *ff. de juriſd. omn. jud.* idem Alex. *in l. à Divo Pio*, §. 1. *n.* 6. *ff. de re jud.* Guido Papa *deciſ.* 77. *n.* 4. Felin. *in c. P. Et G. n.* 8. Bur. *n.* 30. Imola *à n.* 130. *de offic. deleg.* idem Felin. *in cap. poſtulaſti* 14. *nu.* 11. *verſic. Tertia*, *de foro compet.* Soccin. *in c. ſignificaſti*, *n.* 52. *de foro compet.* Maranta *de ord. jud. part.* 4. *diſt.* 12. *n.* 19. Carocius *de except. cont. præjud. ſentent. excep.* 22. *q.* 6. *n.* 13. Cov. *pract. cap.* 10. *num.* 2. Gratian. *diſcept. foren. cap.* 66. *num.* 4. Pet. Barboſa *in l.* 1. *art.* 5. *à n.* 28. *uſque ad finem*, *ff. de jud.* Auguſt. Barboſa *in l. Epiſcopale* 9. *n.* 5. *C. de Epiſc. audient.* Carleval. *de jud. l.* 1. *diſp.* 2. *n.* 1238. & 1239. Fermoſin. *in cap. ſignificaſti* 18. *p.* 10. *n.* 5. & 6. *de foro compet.* Scialoya *de foro compet. c.* 1. *n.* 61.

Prædicta in hac, & duabus deciſionibus præcedentibus contenta, attento jure communi veriſſima ſunt, & procedunt in Regno Aragonum, in hoc Cathaloniæ Principatu, in quibus fori, & conſtitutiones non prohibent laicos ſuper rebus prophanis renuntiare foro ſæculari, & ſe ſubmittere foro Eccleſiaſtico, juriſdictionemque judicis Eccleſiaſtici prorogare, & in eorum contractibus apponere juramentum, ut de Regno Aragoniæ audiviſſe teſtantur Navar. *conſ.* 51. *num.* 4. *in fine*, *de ſentent. excom.* & de Regno Aragonum, Reg. Seſſe *de inhibition. capit.* 9. §. 3. *num.* 10. *in fine*, & *n.* 11. Cuenca, *de comanda*, *clauſ.* 35. *n.* 36. *ſignanter n.* 135. *in fine*, Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſ. q.* 49. *n.* 28. de hoc Principatu Cathaloniæ jam in hac, & duabus præcedentibus deciſionibus vidiſti deciſiones noſtri Cancellarii, excipe caſum *conſtit. fin. tit. de actiones*, *y oblationes*, quæ diſponit non poſſe opponi juramentum in obligatione militaris quo ad perſonam, Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clauſ.* 3. *gloſſ.* 13. Villaplana *de brach. Milit. cap.* 3. *n.* 52. & caſum *Conſtitutionis* 1. *tit. de menors de* 25. *annis*, de qua latè Cancer *par.* 2. *var. cap.* 1. *à n.* 4. 43

Cæterum in aliquibus Regnis, & provinciis, ut Caſtellæ, Luſitaniæ, Valentiæ, (quidquid audiviſſe de Regno Valentiæ dicat Navar. *conſil.* 51. *numer.* 4. *in fine*, *de ſentent. excomm.*) Navarræ, Sardiniæ, Franciæ, & Comitatu Burgundiæ, vigent leges prohibentes laicis ſuper rebus prophanis renuntiare foro ſæculari, & ſe ſubmittere foro Eccleſiaſtico, juriſdictionemque judicis Eccleſiaſtici prorogare, & in eorum contractibus juramentum apponere, tradunt Navarrus *conſil.* 15. *num.* 4. & 5. *de ſentent. excom.* Pet. Barboſa *in l.* 1. *art.* 3. *num.* 139. 140. 141. 165. & 166. *ff. de jud.* Azevedo *l.* 11. *à numer.* 11. *lit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Pereyra *de man. Reg. par.* 1. *cap.* 8. *n.* 13. & *par.* 2. *cap.* 35. *n.* 2. Fagundez *de juſtit.* & *jure*, *lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 32. Carleval. *de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 1121. Auguſt. Barboſ. *in cap. ſignificaſti*, *num.* 5. *de foro compet.* & *in l. ſi quis ex conſenſu*, *num.* 3. *verſic. verum*, *C. de Epiſcopo*, *aud.* & *in prax. exig. pen. par.* 1. *quaſt.* 4. *num.* 14. Scialoya *de foro compet. cap.* 12. *num.* 30. Fermoſin. *de cap. licet ex ſuſcepto*, *quæſt.* 3. *num.* 3. *in fine*, & *in c. ſignificaſti*, *quæſt.* 8. *n.* 2. *de foro compet.* Reg. Vico *ad prax. reg. Sard. tom.* 2. *tit.* 7. *cap.* 4. & *tit.* 14. *cap.* 3. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de compet. juriſd. quæſt.* 49. *num.* 2. & 12. Domin. Vicecanc. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſer.* 15. *n.* 275. & *obſer.* 56. *n.* 2. 3. & 5. Queſada Pilo *diſſert.* 15. *n.* 49. Ego *deciſ.* 11. *n.* 75. *par.* 1. Quando in toto ferè Orbe receptum eſt, & à Principibus Chriſtianis in ſuis ditionibus diſpoſitum, ut firmarunt Doctores citati, & Pereyra *deciſ.* 2. *n.* 4. & *dec.* 29. *num.* 6. *incipien. ſicque procedit*, Salgado *de ſuppl. ad Sanctiſſim. par.* 2. *cap.* 27. *n.* 58. exceptis in Regno Caſtellæ tribus caſibus, quos tradunt Guttier. *in authent. Sacramenta puberum*, *à n.* 159. *C. ſi adver. vend.* Caſt. Palaus *in oper. mor. par.* 3. *tract.* 14. *diſp.* 2. *punct.* 13. *n.* 4. Hermoſilla *lib.* 56. *gloſſ.* 11. *à n.* 109. *fol.* 330. *pag.* 2. *tom.* 2. 44

De harum legum validitate diſputant doctores, remiſſivè tradunt Auguſt. Barboſa *in cap. fin. num.* 6. *de foro compet. in* 6. & *in l. ſi quis ex conſenſu*, *num.* 4. *C. de Epiſc. audi* Salzedo *l.* 10. 107. *lit.* 1. *lib.* 1. *recop.* hæſitant Suarez *de relig. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 38. *n.* 15. Don Didac. Anton. Frances de Urrutigoyti *de comp. juriſd. q.* 49. *n.* 23. & 26. 45

Et licèt aliqui defendant invalidas eſſe, ut Martha *de juriſdict. par.* 4. *caſu* 72. & 92. Mareſcot. *lib.* 1. *variar. capit.* 62. Valeron. *de different. utriuſq.* 46

fori

fori verbo juramentum, diff.9. Maceraten. lib.1. var. reſol.48. n.24. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom.1. cap.7. dub.1. ſect.2. n.14. & 15. Seraphin. de privileg.76. Sahagurs, in cap. decernimus, num.127. de judic. Diana reſol. mor. par.1. tract. 2. reſol. 74. aliàs 73. & reſol.114. alias 113. & part. 5. tractat. reſol.8. & in coordinat. part.9. tract.2. reſolut. 232. 235. & 282. Fachin. controv. lib. 3. capit.13. Niger. de laudem. quæſt.17. art.1. à num. 60. Ciarlin. contr. foren. lib.1. cap.64. à num.33. Molinus noſter de ritu, num. lib.1. comparat.19. à n.60. & à n.87.

47 Verius eſt validas eſſe, Navar. conſ.51. n.5. verſ. ſexto, de ſentent. excom. Belluga in ſpecul. Princip. rub.12. §. quædam, à num.61. Marchus deciſ. 544. numer.2. part.2. Covar. in cap. quamvis pactum, par. 1. §.3. n.7. & 8. Valaſc. conſult. 16. num.14. & conſult.99. & conſul. 132. num.6. Molina de juſt. & jure, tom.1. diſp. 149. Gomez tom. 2. var. cap. 14. n. 22. verſ. & ex hac cauſa, ubi Ayllon Laynez num. 23. verſ. quod ſtante, Guttier. in authent. ſacramenta puberum, n.45.46. & à n.151. C. ſi adver. vend. & in l. nemo poteſt, num.46. & 47. ff. delegat.1. & de juram. confir. par.3. cap.12. nu.9. Cævallos com. cont. com. q.288. Padilla in l. 1. n.35. C. de reſcind. vendit. Pinel. in l.1. par.3. cap.1. n.11. & 12. C. de reſcind. vend. Azevedo l.11. à num.1. tit.1. lib.4. recop. Parlador. rerum quotid. lib.2. cap.4. num.52. & 53. Petrus Barboſa in l.1. art.3. ſub n.141. ff. de jud. & in l.1. par.1. à n.78. verſ. ad complementum, & nu. 73. verſ. ex quibus, ff. ſolut. matrim. Carol. de Graſ. de effect. cler. effect. 2. n.92. & 93. Oſaſc. dec.78. Eſcobar de Pontif. & reg. juriſd. in ſtud. gener. cap.27. n. 7. & 8. Cutel. de immun. Eccleſ. l.2. quæſt.3. n.36. Seſſe de inhib. cap.9. §.3. à n.1. ad 13. & cap.26. à n.13. Fagundez in decal. lib.2. cap.18. à n.9. & cap. 31. à n.16. Scialoya de foro compet. c.12. n.30. in fine, Carlev. de jud. lib.1. diſp.2. n.1082. & ſub n.1121. Thom. del Bene de parlam. dub.4. ſect.27. ſub ſect.1. n.15. & 16. & ſub ſect.4. n.1. & 2. & de immun. Eccleſ. tom.1. capit.8. dub.28. ſect.1. num.4. cap.10. dub.6. ſect.2. à num.1. & de juramen. cap.2. dub.48. Auguſt. Barboſa in authent. decernit. num.3. C. de reced. arb. & in prax. exig. pen. part.1. quæſt.4. num.1. & 2. juncto n.14. Reg. Vico ad prag. reg. Sard. tom.1. tit.7. cap.4. nu.9. 13. 20. 21. 22. & 37. Fermoſin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, q.20. num.19. 20. 21. & 23. & quæſt.42. à num.8. ad 12. de conſtitut. & in cap. licèt ex ſuſcepto 10. quæſt.3. num. 2. 3. & 4. & in cap. ſignificaſti 18. q.8. ſub n.3. de foro compet. Menchaca controv. uſufruct. cap.14. n.35. Cenedo ad 6. collect.2. num.4. Pereyra de man. Reg. par. 1. cap.18. per totum, & part.2. cap.35. & numer.2. & deciſ.2. num.4. Sanchez in ſum. l.3. cap.21. & numer.6. Angujan. de legib. lib.3. controv. 22. Pareja de inſtrum. edition. tom.1. titul.5. reſol.8. à num.50. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, l.56. gloſſ.12. à num.105. fol.330. tom. 2. Vela diſſertat. 10. à num.12. tom.1. Caſt. Palaus in oper. moral. par.3. tract. 12. diſp.2. punct.13. Cancer. par.1. var. cap.8. à num.59. & par.2. cap.1. à numer.6. & par.3. cap.11. numer. 190. Fontanella de pact. nupt. tom. 1. clauſ.3. gloſſ.3. num.13. verſic. Hic nobilis, Domin. Vice Cancell. Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura obſerv. 6. num. 2. & 6. Queſada Pilo diſſert. 15. num.50. Quorum plures citavi, deciſ.1. ſub num.55. par.1.

48 Sed intrat dubium. An non obſtante prohibitione prædictarum legum, ne laici ſuper rebus prophanis renuntient foro ſæculari, & ne ſe ſubmittant foro Eccleſiaſtico, nec juriſdictionem judicis Eccleſiaſtici prorogent, neque in eorum contractibus juramentum apponant, ſi contra prædicta faciunt, poſſint conveniri coram judice Eccleſiaſtico? Affirmant, & ſi pœna, quæ ſit impoſita in tali prohibitione incurratur, ita Azevedo l.1. n.16. tit.1. lib. 3. recop. reg. Seſſe de inhibit. cap.9. §.3. numer. 12. verſ. imo, & n.16. Pet. Barboſa in lib.1. par. 1. num. 75. 76. & 77. ff. ſolut. matrim. Belluga in l. ſpec. Princip. rub.12. §. quadam à num.9. alios addit, ſed non ſequitur Caſt. Palaus loco ſtatim allegando, verſ. ob has rationes, plus dicit Cancer pœnam impoſitam non incurrit var. part.2. cap.1. num.101. quem citavi, deciſ.11. n.48. par.1. Negant alii, & melius meo videri,
Faber, in l. ſi quis ex conſenſu, n.6. C. de Epiſc. Aud. 49
Carleval. de jud. lib.1. diſp.2. n.1121. Scialoya de foro compet. cap.12. num.30. & alii citati, numer.44. & omnium latius videatur quæſo, Caſt. Palaus in oper. mor. par.3. tract.14. diſp.2. puncto 13. per totum, ſignanter n.2. verſ. quod id fieri.

Si ſequeris hanc opinionem negativam, adverte, 50
quod ille cui juratum eſt, adeat judicem Eccleſiaſticum pro obſervantia juramenti contra legem prohibentem per jurantem appoſiti, poteſt jurans adire judicem ſæcularem, ut compellat illum, cui juratum eſt, ut relaxet juramentum appoſitum contra legem prohibentem apponi, ut pluribus allegatis tenet Avendanno de exequen. mand. part.2. cap.27. num.15. Quem refert, & ſequitur Guttierez in authent. ſacramenta puberum, numer.160. C. ſi adver. vendit. Idemque docent Covar. in cap. quamvis pactum, par.2. §. 1. num.8. Valaſc. conſ.99. num.17. Sed nec in hoc deſunt contradictores, ut Pet. Barboſa in l.1. par.1. num. 75. verſ. Imo & ſi huic, ff. ſolut. matrim. Pereyra de man. reg. par.2. cap.35. num.12.

---

*ARGUMENTUM.*

## An inducentes, & retrahentes habitatores alicujus loci à præſtatione, & elargitione oblationum in Eccleſia conveniendi ſint apud judicem Eccleſiaſticum.

*SUMMARIUM.*

1 *Oblationum nomine quæ veniant, n.1. & quare dicantur oblationes, & non donationes, n.2. quæ ſint ſpecies, n.3.*

4 *Oblationes uſu, & conſuetudine quæ dicantur, n. 4. & earum uſus antiquiſſimus eſt, num.5.*

6 *Oblationes non debentur ex præcepto, n.6. fallit quatuor in caſibus, n.7.*

8 *Conſuetudo offerendi aliquid in Eccleſia in diebus Dominicis, & feſtivis obligat, & poſſunt Parochiani compelli ad id offerendum, numero octavo, etiamſi Parochi divites ſint, nu. 9. ſi Parochi longo tempore conſueverunt, n.10. Longum tempus in propoſito quod dicatur, num. 11. 12. & 13.*

14 *Conſuetudo aliquid offerendi in Eccleſia per Parochianos in diebus Dominicis, & feſtivis non eſt contra jus, nec habet vitium, nec fundamentum vitioſum, ſed eſt pia, & laudabilis.*

15 *Parochiani cogi poſſunt ad obſervandam honeſtam, & laudabilem conſuetudinem favore Eccleſiæ.*

16 *Conſuetudo non inducitur per actus, qui ſunt merè facultatis, neque ex ditione annua gratis facta, nec ex eis oritur obligatio, neque datur poſſeſſio, nec præſcriptio, neque manutentio, n.16. fallit favore Eccleſiæ, num.17.*

18 *Parochiani cogendi ſunt per judicem Eccleſiaſticum ad ſervandam conſuetudinem diurnam offerendi aliquid in Eccleſia in diebus Dominicis, & feſtivis, n.18. & 19.*

20 *Judex Eccleſiaſticus an poſſit compellere cenſuris Parochianos, ad ſervandam conſuetudinem diurnam offerendi aliquid in Eccleſia in diebus Dominicis, & feſtivis.*

21 *Inducentes, & retrahentes habitationes alicujus loci à præſtatione, & elargitione oblationum in Eccleſia conveniendi ſunt apud judicem Eccleſiaſticum, n.21. intellige ſi conſtet de tali inductione, aliàs conveniendi ſunt apud judicem ſæcularem, n.22.*

23 *Conſuetudo diurna aliquid offerendi per Parochianos in diebus Dominicis, & feſtivis qualiter conſtare debeat, n.23. & 24.*

## DECISIO CLXX.

1 IN jure nomine oblationum veniunt omnia, quæ Deo, Eccleſiæ à piis, & fidelibus Chriſtianis offeruntur, ſive ſint res immobiles, ut prædia, domus, vineæ, oppida, ſive mobiles, ut animalia, fructus, pecunia, ornamenta, & ſive teſtamento legentur, ſive alio modo donentur, can. oblationes, can. Clerici 13. quæſt.2. capit. cauſa 13. ubi Barboſa cum 3. cap. cum inter 29. ubi Barboſa num. 1. & 2. de verbor. ſignific. idem Barboſa appell.172. n.1. & 2. plures alios addit de jure Eccleſ. un. lib.1. capit. 23. num.2. & de offic. Parochi, part.3. capit.24. num. 2. Caſt. Palaus in oper. mor. par.2. tract.10. diſp. unica, punct. 17. num.1. Suelves conſ.24. num.1. lib.2. & alii num. ſeq. allegandi.

2 Dicunturque oblationes, & non donationes, nam quando aliquid homini donatur, dicitur donatio, quando verò Deo, & Eccleſiæ donatur, oblatio in jure nominatur, Azor. inſt. mor. par.1. tit.7. capit. 38. quæſt.8. Fagundez de præcept. Eccleſ. præcept. 5. lib.4. cap.1. num.5. Lezana in ſum. quæſt. regul. par. 4. verbo oblatio facta regularibus, n.1. Suelves conſ. 24. num.1. verſ. Unde, lib.2.

3 Oblationum itaque tres ſunt ſpecies. Prima dicitut donatio rei inter vivos facta Deo, & Eccleſiæ, Secunda dicitur donatio cauſa mortis, quæ fit pro animæ redemptione, & ſolet mortuarium appellari, can. indigne 12. quæſt.2. Tertia dicitur uſualis, & eſt illa, quam faciunt fideles, cum offerunt ad altare, vel ad manum Sacerdotis, cap. cauſa 13. cap. cum inter 29. de verb. ſignific. ſic Barboſa de jure Eccleſ. univer. lib.3. cap.23. num.3. de officio Parochi, par. 3. cap.24. n.3.

4 Uſu tamen, & conſuetudine receptum eſt, ut ſolùm oblationes dicantur ſpecialiter illæ res, quæ inter Miſſarum ſolemnia, ab his, qui Miſſæ Sacrificio adſunt, altari offeruntur, Azor. inſt. mor. part. 1. lib.7. cap.38. quæſt.8. in fine, Fagundez de præcep. Eccleſ. præcept. 5. lib.4. capit.1. num.5. verſic. Quamvis, Lezana in ſumm. quæſt. regular. part. 4. verbo Oblatio facta regularibus, n.1. in princ. Suelves conſ. 24. n.2. lib.2.

5 Oblationum uſus antiquiſſimus eſt: cæperunt autem tempore Cain, & Abel, vel ſecundum alios tempore Noe, ut Geneſis 4. & 8. numero ſexto, & in lege gratiæ, probat omnia Barboſa de jure Eccleſ. univerſ. libr.3. cap.23. num.4. de offic. Paroc. par. 3. c.24. n.4.

6 Sed oblationes in lege Evangelica non debentur, nec cadunt ſub præcepto, ſed ſunt per ſe, & ex natura ſua ſpontaneæ, ac voluntariæ, ſic D. Thom. 2. 2. quæſt.85. art.1. Grilenſonius conſ. 54. à numer. 22. & conſ.167. n.27. Azor. inſt. mor. tom.1. titul.7. c.7. q.11. & c.38. q.10. & 11. Leſſius de juſtit. & jure, lib.2. cap.39. dub.6. num. 34. Suarez de religion. tom.1. tit.2. lib.1. cap.5. num.2. Covar. lib.1. var. c. 17. Papon. libr.1. tit. 3. arreſt.7. Guttier. canonicar. lib.2. cap.21. num.140. & 153. Pereyra de man. Reg. part.1. cap.15. num. 3. Fagundez de præcept. Eccleſ. præcept. 5. lib.4. cap.1. num.6. 13. & 14. Caſt. Palaus in oper. moral. par.2. tract. 1. diſp. unica, punct.17. n.2. Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib.3. cap.23. num. 9. & de offic. Parochi, par.3. cap.24. n.9. & in can. ſtatuimus 55. n.2. 16. q.1. Suelves conſ.24. n.3. 4. 5. & 6. lib. 2.

7 Fallit quatuor in caſibus. Primò, quando oblationes debentur ratione cenſus, penſionis, aut conventionis antea factæ cum Eccleſia. Secundo, quando oblationes debentur ex teſtamento, donatione, legato, vel voto. Tertio, quando miniſtri Eccleſiȩ indigent, congruamque ſuſtentationem non habent. Quartò, quando alicubi eſt conſuetudine introductum, ut in diebus Dominicis, & feſtivis aliquid offeratur. Ita Divus Thomas 2. 2. quæſt. 86. art. 3. quem referunt, & ſequuntur Azor. inſtitut. moral. tom.1. titul.7. cap. 7. q. 11. in fine, verſic. Qua propter, & cap.38. q.11. Oſaſcus deciſ.99. n.17. Suarez de relig. tom.1. tract.2. lib.2. cap.5. n. 2. Pereyra de man. Reg. par.1. cap.15. num. 3. verſicul. Atque ex eo fit, Valaſcus conſult. 14. num. 3. Borell. in ſumm. deciſ. par.1. titul.18. num.19. Barboſa in ſum. ſtatuimus 55. n.2. verſ. Limitatur tamen 16. q.1. & de jure Eccleſ. un. lib.3. cap.23. numer. 10. 11. & de offic. Parochi, p.3. cap.23. n.10. & 11. Fagundez de præcep. Eccleſiæ, præcep.5. l.4. c.1. nu.14. verſ. Nam in prædicto loco, & c.2. num.1. Suelves conſil. 24. num. 7. lib. 2.

8 Nec obſtat 1. quod in lege veteri, oblationes cadebant ſub præcepto, juxta illud Exodi, cap.23. in quo Deus per Moyſen populo dixit: Non apparebis in conſpectu meo vacuus, Suelves conſil. 24. num. 3. lib.2. Fagundez de præcept. Eccleſ. præcept.5. lib.4. c. 1. n.13.

9 Quia reſpondetur 1. quod illa verba, Non apparebis in conſpectu meo vacuus, non continent præceptum, ſed conſilium, ita Fagundez de præcept. Eccleſ. præcept. 5. libr.4. capit.4. numer. 14. in fine, & probatur Deuteron. cap. 16. ibi: Et celebrabis diem feſtum hebdomadarum Domino Deo tuo, oblationem ſpontaneam manus tuæ, Grilenſonius conſil. 54. numer. 23.

10 Reſpondetur 2. quod dato, quod illa verba, Non apparebis in conſpectu meo vacuus, continerent preceptum, erat tantùm præceptum ceremoniale, ſic Grilenſonius conſ. 54. num.23. Fagundez de præcept. Eccleſ. præcepto 5. lib.4. cap.1. num.14. in fine, Auguſt. Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib.3. cap.23. nu. 9. & de offic. Parochi, par.3. cap.24. num.9. Suelves conſ.24. num.4. lib. 2. Et præcepta ceremonialia legis veteris per legem Evangelicam ceſſarunt, expirarunt, vimque præceptorum amiſerunt, Paulus ad Epheſ. c.2. & ad Hæbr. cap.7. & ad Galatas capit. 3. & 4. Lucæ cap.16. capit. translato 3. ubi Fermoſin. num.12. & late quæſt.1. à nu.22. cum plurib. ſeq. de conſtit. cap. unico, ubi Barboſa num. 5. de purific. poſt partum, can. ult. ubi latiſſimè Barboſa à numer. 3. ad 11. diſt.6. Divus Thom. 2. 2. quæſt. 103. Covar. lib.1. var. cap.17. num.3. ubi Ybannes de Faria num.8. 13. 14. & 15. Caſtillo de tertiis, tom.7. capit. 10. num. 9. Parlador. rer. quotid. different. 5. num.1. Guttier. canonicar. lib.2. cap.21. num.13. Suarez de legib. lib.9. cap.11. & 13. Thom. del Bene de imm. Eccleſ. tom.1. capit.1. dub.2. ſect.1. num.41. Villalobos in ſumm. moral. par.1. tract.2. diff.3. num. 9. & part.2. tract.33. diff.1. numer. 8. idem Fermoſin. in rubr. num.21. & 22. de tertiis, Caſt. Palaus in oper. mor. part.2. tract.10. diſp. unica, punc.1. ſub num.8. idem Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib.3. cap. 26. ſub n.8. & de offic. Parochi, par.3. capit. 28. n. 8. idem Fermoſin. in rub. nu. 21. & 22. de tertiis, Fagundez de præcept. Eccleſ. præcep. 1. lib.1. cap.1. num.8. præcep.5. lib.1. cap.1. num.5. & 6. & lib.4. cap.1. numer. 14. in fine, Suelves conſ.24. n.4. lib.2. Daniel de Nobilibus plures addit, diſp.34. n.2.

11 Ad jura autem, in can. de his, can. antiquos, 10. quæſt.1. can. ſtatuimus 16. quæſt.1. canon. præter hoc, can. omnis Chriſtianus, de conſecrat. diſt.1. cap. quanto, de uſuris, quæ lege Evangelica ſub præcepto eſſe conſtituunt, ponderata per Azor. inſt. moral. tom.1. tit.7. cap.8. quæſt.11. Fagundez de præcept. Eccleſ. præcep.5. lib.4. cap. 1. num.13. Caſt. Palaus in oper. mor. p. 2. tract.10. punct.17. num. 2. in princ. Suelves conſ. 24. num. 5. libr. 4. & alii. Reſp. aliqua ex dictis juribus loqui de conſilio, non de præcepto, & alia procedunt, quando unus ex dictis caſibus fallentialibus à Divo Thoma aſſignatis concurrit, relatis num.7. Grilenſonius conſ.54. nu. 22. & 23. Fagundez de præcep. Eccleſ. præcep. 5. lib.4. cap.1. num.14. verſicul. Et ideo, Caſt. Palaus in oper. mor. par.2. tract. 9. diſp. 2. punct.4. n.7. & tract.10. diſp. unica, punct.7. n.2. verſ. Intelligenda tamen, Suelves conſ.24. n.6. verſ. Neque obſtant, lib.2. & alii citati, dicto n.7.

Sed circa quartum caſum eſt advertendum, quod conſuetudo aliquid offerendi in Eccleſia in diebus Dominicis, & feſtivis, licèt à principio voluntaria, & minimè obligatoria, ſenſim poteſt habere vim legis, & obligat quia acceptata eſt, & præſcri-

pta,

pta, ut obligatoria, & ſic ubi talis fuerit conſue-
tudo, poſſunt cogi Parochiani aliquid offerre, ut
hujuſmodi ſervent conſuetudinem, ut ſi Parochiani
conſueverunt in aliquo feſto offerre cereum, vel
aliud donum, poſſunt compelli ad hoc offeren-
dum, ut probatur in cap. ad Apoſtolicam 39. de ſi-
monia, facit, l. privilegia in fine Cod. de ſacroſan.
Eccleſ. ubi Eccleſiis ſolvi jubentur conſueta ſalaria
grani, vini, & ſimilium ſpecierum, & ibi Bart. nu.
2. verſic. Ex tertia particula, notat, quod eleemoſinæ
conſuetæ dari pauperibus debent dari perpetuo, &
num. 3. addit quod ſi Civitas daret quolibet anno Re-
ligioſis certam quantitatem frumenti, non poteſt po-
ſtea talem eleemoſinam revocare, ſic docent Faber in
§. pavonum, verbo Revertendi. In princ. verſic. Item fa-
cit, de rer. diviſ. Panormit. in cap. abolendæ, de ſepultur.
& in rub. de Parochis, num. 3. & fin. & in cap. ſuam,
num. 8. & in cap. ad Apoſtolicam, numer. 4. & in cap.
Jacobus, in fine de ſimonia, Felin. in cap. cum M. num.
21. & in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, cum. 47. de con-
ſtit. & in cap. veniens el 1. num. 3. de teſtib. & in cap.
ad Apoſt. num. 2. de ſimonia, Socin, in cap. ad Apoſtol.
à num. 10. & in cap. Jacobus, nu. 15. de ſimonia, Dec.
in l. ſi certis annis, num. 15. ubi Curt. Jon. Idem dicit
in Hoſpitali, & aliis locis, Cod. de pact. Roman. conſ.
344. num. 5. Sylv. verbo decimæ, quæſt. 2. num. 4. Caſ-
ſador. deciſ. unica de conſuet. Tuſch. punct. concluſ. lit. O.
concluſ. 11. num. 7. & 8. Azor. inſtit. mor. tom. 1. l. 7.
cap. 7. quæſt. 11. verſic. Verum illud, & cap. 38. quæſt.
13. Leſſius de juſt. & jure, lib. 2. cap. 39. dub. 6. num. 34.
Suarez de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. cap. 5. num. 12.
Fagundez de præcep. Eccleſ. præcept. 5. l. 4. cap. 1. nu.
6. & 7. & cap. 2. num. 7. Barboſa in cap. ſuam, num. 6.
& in cap. ad Apoſtolicam, num. 2. de ſimon. & in can.
ſtatuimus 55. nu. 2. in fine 16. quæſt. 1. & de jure Eccleſ.
univ. lib. 3. cap. 23. num. 12. & de off. Parochi, par. 3.
cap. 14. num. 12. Guttier. canonicar. l. 2. cap. 21. à n.
140. Caſt. Palaus in oper. mor. part. 2. tract. 10. diſput.
unica, punct. 17. num. 34. & 35. Covar. l. 1. var. cap. 17.
num. 3. verſic. Quod ſi Clerici, ubi Ybannez de Faria plu-
res addit num. 40. & 41. Oſaſcus deciſ. 99. à nu. 17. &
9 44. Lara de anniver. l. 1. cap. 12. à num. 21. Etiam ſi †
Parochi ſint divites, nam conſueta petere poſſunt, &
ſolvi debent, Felin. in cap. ad Apoſtolicam, numer. 3.
ubi Barboſa nu. 7. de ſimonia, Panormit. in cap. ſuam,
num. 12. de ſimonia, Ugolin de ſimonia in genere, c.
1. §. 10. num. 5. verſic. Item locum, Fagund. de præcep.
Eccleſ. præcep. 5. l. 4. cap. 1. num. 11. Ybannez de Fa-
ria in addit. ad Covar. lib. 1. var. cap. 17. nu. 44. verſ.
Et ſicut omnes, conducit Solorzano de jure Indiar. tom.
2. l. 3. cap. 22. num. 14. & 15.

10 Intellige ſi Parochiani longo tempore conſueverunt
aliquid offerre in Eccleſia in diebus Dominicis, & fe-
ſtivis, nam tunc in futurum cogi poſſunt hujuſmodi
oblationes facere, Panormit. in cap. ſuam, num. 8. de
ſimonia, Socin. in cap. ad Apoſtolicam, num. 18. &
in cap. Jacobus, num. 5. de ſimonia, Barboſa in cap. ad
Apoſtolicam, num. 13. in fine de ſimonia, Ybannez de
Faria in addit. de Covar. l. 1. verſic. cap. 17. numer. 41.
11 & alii ex citatis num. 8. Longum tempus † in propoſito
eſt decem annorum, probat idem Panormit. in capit.
ſuam, num. 9. ubi Felin. num. 3. Socin. num. 20. de ſi-
monia, idem Felin. in cap. ad Apoſtolicam, numer. 3.
ubi Barboſa num. 8. & 20. de ſimonia, Caſſador. deciſ.
unica, num. 5. de conſuetud. Faber. in §. pavonum, verbo
revertendi, in prin. verſic. Item facit, de rer. diviſ. Fa-
gundez de præcep. Eccleſ. præcep. 5. l. 4. cap. 1. num. 7.
Bellet. diſq. Cleric. part. 1. tit. de bonis Cler. §. 3. nu. 24.
Suarez de relig. l. 1. tract. 2. cap. 5. numer. 21. tom. 1.
Leſſius de juſt. & jure, lib. 2. cap. 36. dub. 5. num. 39.
Guttier. canonicar. lib. 2. cap. 21. numer. 143. & 151.
Covar. lib. 1. variar. cap. 17. numer. 3. verſic. Ex hoc
annotantes, & verſic. Imo & in hac pietatis cauſa, ubi
Ybannez de Faria num. 42. Oſaſcus deciſ. 99. num. 17.
in fine, & num. 18. & 19. Lara de anniver. lib. 1. cap.
12. num. 21. & 25. Barboſa de jure Eccleſ. univer. l. 3.
cap. 23. ſub nu. 12. & de offic. Parochi, par. 3. cap. 24.
ſub numer. 12. & in can. ſtatuimus, num. 10. in fine,
quæſt. 1. Pereyra de man. Reg. part. 1. cap. 15. ſub num.
12. plures alios addit Poſtius de manuten. obſerv. 53. n.
20. Et hoc procedit in omni præſtatione liberaliter fa-
cta per decennium piæ cauſæ, Menochius lib. 3. præ-
ſumpt. 181. numer. 33. Lara de anniver. lib. 1. capit. 12.
num. 24. Barboſa in cap. ad Apoſtolicam, numer. 18. in
fine de ſimonia, Surdus de alimen. titul. 8. privileg. 22.
ſub num. 4. Fagundez de præcep. Eccleſ. præcept. 5. l. 4.
cap. 1. ſub num. 7. Intellige † ſi agitur ad obtinendum 12
in proprietate: nam in judicio poſſeſſorio non requi-
tur probatio longi temporis, ſed aliquorum annorum,
imo ſufficiet biennalis ſolutio, ut probat latè Lara de
anniver. l. 1. cap. 12. à num. 36. Et ſi addit † favor piæ 13
cauſæ concurrente favore ultimæ voluntatis, etiam
ſi præſtatio non ſit decennalis; ſed aliquorum anno-
rum obligat in futurum, & ſufficiet præſtatio trien-
nalis, idem Lara de anniver. lib. 1. cap. 12. numer.
18. 19. & 20. Conducit Surd. de alim. tit. 8. privil. 22.
à nu. 4. Caſtillo tom. 8. de aliment. cap. 39. à n. 15.

Ratio eſt, quia conſuetudo offerendi aliquid in 14
Eccleſia per Parochianos in diebus Dominicis & fe-
ſtivis non eſt contra jus, nec habet vitium, nec
fundamentum vitioſum, fe.l eſt pia, & laudabilis,
ut in cap. ad Apoſtolicam, de ſimonia, Panormit.
in cap. ſuam, ſub nu. 4. & 9. ubi Socin. nu. 20. verſ.
Item quia de ſimonia, Caſſador. deciſ. 1. num. 2. de
conſuet. Solorzano de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap.
22. num. 4. & alii citati, num. 11.

Et Parochiani poſſunt cogi ad obſervandam ho- 15
neſtam, & laudabilem conſuetudinem favore Eccle-
ſiæ, ut docent pluribus citatis Gratian. diſcept. fo-
ren. cap. 210. numer. 13. 14. & 15. Suarez de relig.
lib. 1. tract. 2. de Divino cultu, cap. 5. à num. 12.
tom. 1. Bellet. diſq. cler. par. 1. tit. de bonis Clericorum,
§. 3. num. 21. Barboſa in cap. ad Apoſtolicam, n. 2.
& 15. de ſimonia, ſi non jure actionis, ut volue-
runt Ugolin de Simonia in genere, tab. 1. §. 10. n.
1. 2. & 7. Gratianus diſcep. foren. cap. 110. n. 9. &
cap. 210. n. 11. & 12. & 28. Barboſa in c. ſuam, n.
6. de Simonia. Quidquid dicat Socin. in cap. ſuam,
ſub numer. 20. de Simonia, Saltem officio judicis,
Oſaſcus deciſ. 99. ſub n. 17. Ybannez de Faria in addit.
ad Covar. lib. 1. var. cap. 17. nu. 41. in fine, Gratian.
diſcep. foren. eap. 210. num. 24. Barboſa in cap. ſuam,
num. 6. in fine, & in cap. ad Apoſtolicam, num. 2. &
15. de Simonia, Quod quomodo ſit, explicat Jaſon in §.
præjudicialis, num. 55. verſic. in ea, gloſſa de actionib.
& eſt perpetuo dandum, & per contrarium ſtatutum
tolli non poteſt, Gratian. diſcep. foren. cap. 210. n. 210.
n. 27. Ugolin. de Simonia in genere, tab. 1. §. 10. nu.
2. Barboſa in capit. ad Apoſtolicam, num. 7. in fine de
Simonia.

Nec obſtat, quod conſuetudo non inducitur per 16
actus, qui ſunt merè facultatis, neque ex datione
annua gratis facta, nec ex eis oritur obligatio,
neque datur poſſeſſio, nec præſcriptio, neque ma-
nutentio, ut juribus, & variis exemplis probant, &
exornant Panormit. in cap. ſuam, num. 5. Socin. n.
15. & 16. de Simonia, Ripa in cap. cum Eccleſia Su-
trina, à num. 43. de cauſa poſſ. & propriet. Decius in l.
ſi certis annis, à nu. 1. Barboſa num. 3. C. de pactis,
Beltramin. ad Ludoviſ. deciſ. 162. num. 16. Gonzalez
ad reg. 8. Cancel. gloſ. 5. §. 6. num. 36. & 37. Pereyra
de man. reg. part. 1. cap. 15. num. 2. & 8. Fermoſin in
rub. quæſt. 1. à num. 17. de conſuetud. idem Barboſa in
capit. ad Apoſtolicam, num. 18. de Simonia Petr. Bar-
boſa in l. cum notiſſimi, à num. 77. Cod. de præſcript. 30.
annor. Surdus de aliment. tit. 8. privil. 12. à numer. 1.
alios plures addunt Thomat. deciſ. 5. nu. 15. 16. & 17.
tom. 1. Lara de anniver. lib. 1. cap. 12. num. 31. Poſtius
de manut. obſ. 53. à num. 1. Fontanella deciſ. 325. nu.
21. & deciſ. 327. num. 16. part. 1. Ybannez de Faria in
addit. ad Covvr. lib. 1. var. cap. 17. numer. 40. Suelves
conſ. 15. numer. 20. & conſ. 24. numer. 11. & 12. lib. 2.
Novar. de gravam. vaſſal. tom. 2. gravam. 194. à nu. 3.
innumeros addit latiſſimè Caſtillo de tertiis, tom. 7. c.
32. toto, & tom. 8. de aliment. tit. 8. cap. 39.

Huic difficultati tribus modis reſpondent Panor- 17
mit. in cap. ſuam, nu. 6. 7. & 8. & Socin. num. 16.
18. & 19. de Simonia, ſed in propoſito placet ter-

tia

tia ſolutio, quod eſt ſpeciale favore Eccleſiæ, piæque cauſæ, & divini cultus, cujus favore non præſumitur materia facultativa, ſed inducitur conſuetudo, & animus ſe obligandi, ut docent Panormit, in cap. ſuam, numer. 8. Socin. numer. 19. de Simonia, Menoch. de arb. jud. caſu 160. numer. 17. in fine, & lib. 3. præſump. 131. num. 83. Beltramin, ad Ludoviſ. deciſ. 162. litera C. verſic. Tertio ubi agitur, Poſtius de manuten. obſerv. 53. num. 27. Surd. de aliment. tit. 8. privil. 22. ſub num. 4. Fermoſin. in rub. quæſt. 1. num. 16. de conſuetud. Barboſa in cap. ad Apoſtolicam, num. 13. verſic. quia respondetur, & num. 18. verſic. variis modis reſpondent, de Simonia, Oſaſcus deciſ. 99. num. 43. Suelves conſ. 24. num. 13. lib. 2. Qui duo ultimi allegant tex. expreſſum in cap. veniens el 1. de teſtibus, quo movetur Abbas ibi: in 4. notabili, dicens, quod Parochiani poſſunt compelli ad ſolvendum id, quod dare conſueverunt coram Presbytero, & in 6. notabili, quod donatio alicujus rei continuata multo tempore (intellige decennio) inducit in Eccleſia obligationem in futurum, ut ſingulis annis donetur more ſolito, & ita proſequitur Felin. ibi: num. 3. Curtius Junior in l. ſi certis anni, num. 28. C. de pact. Oſaſcus deciſ. 99. num. 44. Suelves conſ. 24. num. 13. lib. 2. Barboſa in cap. ad Apoſtolicam, num. 13. & ſub num. 18. de Simonia, & alii citati, num. 8.

18 Per quem tamen judicem ſunt cogendi Parochiani ad ſervandam conſuetudinem diurnam offerendi aliquid in Eccleſia in diebus dominicis & feſtivis, an per Eccleſiaſticum, vel ſæcularem? Roman. per loci ordinarium dicit conſ. 244. num. 5. Barboſa, & Azevedo ajunt per ſuperiorem. ille de jure Eccleſ. univ. lib. 3. cap. 23. num. 11. & de off. Parochi, part. 3. cap. 24. num. 11. iſte in l. 1. numer. 9. verſic. ſecundum quos, tit. 5. lib. 1. recop. Sed Reſp. quod per judicem Eccleſiaſticum, cap. ad Apoſtolicam, ubi Hoſtien. num. 1. & 6. Felin. num. 1. Abbas num. 3. Socin. num. 7. & 8. Barboſa num. 9. de Simonia, Alexand. conſ. 123. lib. 1. Rebuff. in tract. in quibus caſibus judices, num. 6. Fagundez de præcep. Eccleſ. præcep. 5. lib. 4. cap. 1. ſub num. 7. Tuſch. pract. concluſ. litera O. concluſ. 11. num. 7. Covarr. lib. 1. var. cap. 17. nu. 3. verſ. nam & ſi laici, ubi Ybanes de Faria num. 41. in fine, Bellet. diſq. cler. part. 1. tit. de favore cler. reali, §. ult. numer. 73. Caſt. Palaus in oper. mor. part. 2. tract. 10. diſput. unica, part. 17. numer. 7. alios plures cumulat Pereyra de man. reg. part. 1. cap. 15. num. 14. ad quem ſe refert Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 3. cap. 23. nu. 12. in fine, & dixi deciſ. 160. num. 7. hac, part. 3. ſic obſervatum in caſibus relatis per Decium conſ. 214. & per Suelves conſ. 14. lib. 2.

19 Et nedum per judicem Eccleſiaſticum Parochiani cogendi ſunt ad ſervandam conſuetudinem diurnam offerendi aliquid in Eccleſia in diebus Dominicis, & feſtivis, ſed etiam poſſe compeſcere, ſeu procedere contra eos, qui volunt hujuſmodi conſuetudinem diurnam evertere, & infringere, perſuadendo, & ſolicitando, quod nihil per alios detur, ita Innocent. & Anton. de But, in cap. ad Apoſtolicam, de Simonia, quos referunt Panormit. in cap. ad Apoſtolicam, ſub num. 4. ubi Barboſa numer. 18. de Simonia, Oſaſcus deciſ. 99. num. 5. Caſt. Palaus in oper. mor. part. 2. tract. 10. diſp. unica, punct. 17. ſub num. 3.

20 Sed utrum Judex Eccleſiaſticus Eccleſiaſticis cenſuris poſſit compellere Parochianos ad ſervandam conſuetudinem diurnam offerendi aliquid in Eccleſia in diebus Dominicis & feſtivis? Reſp. quod licèt nulla pœna impoſita ſit ipſo jure non ſolventibus oblationes, quæ ex conſuetudine debentur, ſed ſolum illius arbitrio committatur, qui procurare debet ut conſuetudines obſerventur. juxta cap. ad Apoſtolicam, de Simonia, Caſt. Palaus in opere mor. part. 1. tract. 10. diſp. unica, punct. 17. num. 7. in prin. & Sentiunt Azor. inſt. mor. part. 1. lib. 7. cap. 38. quæſt. 16. Fagundez de præcep. Eccleſ. præcep. 5. lib. 4. cap. 2. num. 8. Nihilominus poteſt procedere Eccleſiaſticis cenſuris nedum contra negantes oblationes ex teſtamento, aut donatione debitas, ut habetur in can. ſi quis iraſcetur, can. qui oblationes el 1. can. qui oblationes el 2. can. clerici 13. quæſt. 1. Caſt. Palaus in opere mor. part. 2. tract. 10. diſp. unica, punct. 17. nu. 7. Azor. inſt. moral. part. 1. lib. 7. capit. 36. quæſt. 16. Fagundez de præcep. Eccleſ. præcep. 5. lib. 4. cap. 1. num. 8. Et contra eos, qui diſſuadendo volunt evertere hujuſmodi conſuetudinem, Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 11. Lezana in ſum. quæſt. regul. part. 4. verane oblatio facta regularibus, num. 9. Azor. inſt. mor. par. 1. lib. 7. cap. 38. quæſt. 16. Fagundez de præc. Eccleſ. præcep. 5. lib. 4. cap. 2. num. 9. Sed etiam contra Parochianos non dantes oblationes conſuetas Parochis, gloſ. in Can. ſtatuimus 16. quæſt. 1. gloſ. in cant. omnis Chriſtianus, de conſecrat. diſt. 1. Azevedo l. 1. numer. 9. verſic. ſecundum quos, tit. 5. lib. 1. recop. Eſcobar. de ratiocin. cap. 29. numer. 18. verſic. ex quibus inferri poſſe, Fagundez de præcep. Eccleſ. præcep. 5. lib. 4. cap. 1. num. 13. verſic. Ex quibus, Suelves innumeris citatis conſ. 24. num. 8. lib. 2. Intellige poſtquam Parochiani fuerint conventi, convicti & condemnati per judicem Eccleſiaſticum, de quota quam ſolvere teneantur, ſecus ſi Parochus ſolitas oblationes à principio exigere voluerit Eccleſiaſticis cenſuris; nam tunc in modo exactionis daretur notoria oppreſſio, ita Pereyra de man. regia, part. 2. cap. 15. num. 16.

Ideoque inducentes, & retrahentes habitatores 21
alicujus loci à præſtatione, & elargitione oblationum in Eccleſia, conveniendi ſunt apud judicem Eccleſiaſticum, ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Puigmari 9. Julii 1631. occaſione juris firmæ in Curiæ ſæculari Subvicarii Biſſulduni factæ per Bajulum, Conſules, & operarios Villæ de Roſes procedimentis contra eos in Curia Eccleſiaſtica Gerundæ factis ad inſtantiam fratris Michaelis Pedro Monachi, & Sacriſtæ Monaſterii Beatæ Mariæ de Roles, ex quo dicti Bajuli, Conſules, & operarii retrahebant dictæ Villæ habitatores à præſtatione, ſive elargitione oblationum dictæ Eccleſiæ & Sacriſtæ ipſius conferre aſſuetarum: fuit declaratum firmæ juris factæ in Curia ſæculari per Bajulum, Conſules, & Operarios dictæ Villæ de Roſes locum non fuiſſe, nec eſſe.

Limita ut procedat ſi conſtet de tali inductione, 22
& retractione; alias conveniendi ſunt apud judicem ſæcularem, ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Eril, Conſultoribus Magarola, & Joſa 3. Septembris 1536. in favorem Joannis Pujades & aliorum loci de Bordils contra Rectorem, Hebdomarium, & Presbyteros ejuſdem Parochiæ, ex quo illi inducebant alios ſingulares ejuſdem Parochiæ, ne offerrent panem in dicta Eccleſia, pro ut antea ſolebant, & quia de hujuſmodi inductione non conſtabat in proceſſu: fuit declaratum in favorem Curiæ ſæcularis.

Sed ſi vis ſcire, quando dicatur conſtare, vel 23
non conſtare de obſervantia diurna offerendi aliquid in Eccleſia in diebus Dominicis & feſtivis, videndi ſunt Decius conſ. 214. Caſtren. conſ. 263. lib. 1. Cornel. conſ. 296. lib. 4. Lara de anniver. lib. 1. cap. 12. à num. 27. ad 32. Oſaſcus deciſ. 99. Suelves conſ. 24. num. 14. & 15. lib. 2. Guttier. Canonicar. lib. 2. cap. 21. à num. 148. Barboſa de offic. Parochi,
part. 3. cap. 24. ſub. numer. 12. Concordant † tamen 24
omnes, quando oblationes à Parochianis ſolutæ ſint uniformes; nam ſi ſunt difformes, ut quia aliquando plus, aliquando minus ſolutum, & ab aliquibus nihil, & ſic vario modo, plus, & minus arbitrio Parochianorum, non eſt probata poſſeſſio, conſuetudo, nec præſcriptio, præſertim in his actibus voluntariis, ut docent Doctores proximè citati, Decius num. 2. verſic. Hoc idem probatur, Cornel. con. 296. Oſaſcus num. 8. & 42. verſic. non obſtat, Lara num. 29. Suelves num. 14. Garcia de expen. cap. 9. num. 26.

A R-

ARGUMENTUM.

## An laicus violator dierum feſtorum de præcepto ſit puniendus per judicem Eccleſiaſticum.

SUMMARIUM.

1 Dies ſabbathi populo judaico colendus pro feſto de præcepto Divina inſtitutione jure veteris teſtamenti deſignatus fuit, nu. 1. ſed hoc præceptum partim erat morale, & partim cæremoniale, num. 2. ſed Eccleſia diem Dominicum ſervandum eſſe pronuntiavit, num. 3. & 4.

3 Dies Dominicus ſervandus eſt de præcepto, & in locum ſabbathi ſubrogatus fuit ab Eccleſia de tempore Apoſtolorum, & quare, num. 3. & 4.

5 Feſtivitates de præcepto in honorem Dei multæ, aliæ ſunt præter diem Dominicum ab ipſa Apoſtolorum ætate celebratæ, & quæſt. num. 5.

6 Feſtivitates de præcepto ſunt aliæ à ſummis Pontificibus inſtitutæ, numer. 6. & de feſtis Sanctiſſimi Corporis Chriſti, num. 7.

8 Tabernaculum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ in proceſſione Corporis Chriſti non eſt deferendum humeris, ſed manibus propriis tantum celebrantis, non obſtante quavis contraria conſuetudine.

9 Dies Dominicus in lege gratiæ non eſt de jure Divino, & naturalis pro feſto inſtitutus, ſed de jure poſitivo Eccleſiaſtico, num. 9. & 10. & idem de reliquis feſtivitatibus, num. 11.

12 Dies feſtos de præcepto in toto orbe inſtituere ad ſolum ſummum Pontificem ſpectat, & ad Concilium univerſale cum approbatione Summi Pontificis.

13 Dies feſtos de præcepto poteſt Epiſcopus in ſua Diœceſi conſtituere, numer. 13. etiam abſque confirmatione, & approbatione Summi Pontificis, numer. 14. non ſolùm per totum diem, ſed etiam uſque ad meridiem poſt auditam Miſſam, num. 15.

16 Epiſcopus ſpectatore jure communi debet dies feſtos inſtituere de conſenſu cleri, & populi, num. 16. ſed de conſuetudine Epiſcopus abſque conſenſu populi, eoque minime vocato, & requiſito, ex Cleri conſenſu, & non citra illum dies feſtos inſtituit, num. 19. & poteſt in Synodo ſtatuere feſta obſervanda de præcepto abſque Populi conſenſu, num. 20.

17 Populi ſub nomine intelligendi ſunt Rectores, hoc eſt conſilium Civitatis, aut oppidi, quod totum populum repræſentat.

18 Cleri nomine intelligitur Capitulum Eccleſiæ Cathedralis.

21 Populus non eſt cogendus ſervare feſtum novum.

22 Epiſcopus potiùs debet abrogare dies feſtos, quàm novos introducere, ſi multitudo illorum ſit.

23 Epiſcopus debet eſſe parciſſimus in inſtitutione feſtorum.

24 Feſta de præcepto ab Epiſcopo deſignanda debent eſſe Chriſti Domini, aut Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, aut alicujus Sancti à Summo Pontifice canonizati, numer. 24. & quid de Sancto Beatificato, num. 25.

26 Dies feſtos, quos Epiſcopus in ſua Diœceſi ſervandos præceperit, exempti omnes, etiam Regulares ſervare tenentur, numer. 26. & poteſt Epiſcopus procedere per cenſuras contra Regulares contravenientes, num. 27.

28 Dies feſtos de præcepto per modum Religioſi cultus non poteſt inſtituere Princeps, Reſpublica, vel Civitas, ſeu Magiſtratus ſæcularis, aut Rector Academiæ Eccleſiaſticæ facultate carens, num. 28. ſed benè poteſt per modum politici honoris ob aliquam cauſam aliquos dies feriare, ſed non poteſt obligare ad audiendam rem ſacram, neque ad incurſum alicujus culpæ, & peccati, licèt pœna impoſita poſſit à tranſgreſſoribus exigi, num. 29.

30 Princeps ſæcularis ad promovendam, & muniendam legem Eccleſiaſticam poteſt ſuis legibus, & ſtatutis præcipere obſervantiam dierum feſtorum de præcepto, & pœnas tranſgreſſoribus imponere.

31 Crimen violationis dierum feſtorum eſt mixti fori, numer. 31. ſed contrarium eſt verius, num. 33.

32 Laicus ex aliqua cauſa diſpenſatus ab Epiſcopo, ut poſſit operari in die feſto, poteſt puniri à judice laico, à quo non obtinuit licentiam operandi, contra probibitionem de illo die feſto ab illo factam, num. 32. Sed contrarium eſt verius, num. 34.

33 Laicus violans dies feſtos de præcepto puniendus eſt pœnis, & mulctis per judicem Eccleſiaſticum, & non per judicem ſæcularem, etſi judex ſæcularis prævenerit.

35 Laici operantes in die feſto intuitu licentiæ à ſuperiore ſæculari illis conceſſæ poſſunt nihilominus puniri à ſuperiore Eccleſiaſtico, hujuſmodi licentia non obſtante.

## DECISIO CLXXI.

Dies Sabbathi Populo Judaico colendus, & obſer- 1
vandus pro feſto de præcepto divina inſtitutio-
ne jure veteris teſtamenti deſignatus fuit, patet ex
tertio præcepto decalogi, quo ſcriptum legitur,
*Sabbatha ſanctifices*, & probatur ex variis locis ve-
teris teſtamenti, Geneſis, *capit.* 2. *in prin.* Exodi
*cap.* 16. 20. & 31. Levitici *capitul.* 19. 25. & 26.
Deuteron. *cap.* 5. Jeremiæ *cap.* 37. Eccleſiaſtici *cap.*
20. Covar. *lib.* 4. *var. cap.* 19. *num.* 1. Fermoſin. *in
rub. num.* 16. & 20. *de feriis*, Fagundez *de præcep.
Eccleſ. præcep.* 1. *ante*, *capit.* 1. refert extensè hæc
loca Jul. Chartar. *deciſ.* 20. *numer.* 8. in memoriam
beneficii creationis, Divus Tom. 2. 2. *quæſt.* 122.
*art.* 4. *in corpore ad* 1. Fagundez *de præcep. Eccleſ.
præcept.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 2. & liberationis Po-
puli Judaici à dura ſervitute Pharaonis, idem Fa-
gundez *de præcep. Eccleſ. præcepto* 1. *lib.* 1. *cap.* 1.
*num.* 3. *verſic. Enimverò*, Fermoſin. *in rub. nu.* 21.
*de feriis*, & etiam in memoriam requiei quam Chri-
ſtus Dominus in ſepulchro erat illo die habiturus,
Caſtrus Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 9. *diſput.*
2. *punct.* 1. *num.* 1. *in fine*.

Hocque præceptum in lege veteri partim erat mo- 2
rale, ſeu naturale, manetque immutabile, quatenus
aliquod tempus Divino cultui tribuendum præcipit;
nam ex illo cultum & reverentiam Dei exhibere
obligamur, eique gratias referre ob beneficia ac-
cepta. Et partim cæremoniale, fuitque mutatum,
quatenus tempus certum ad imponendum eundem
cultum determinat, nempe diem Sabbathi; nam à
natura edocti non ſumus, ut potiùs ſabbatho, quàm
alio die cultum Deo debitum exhibeamus, ita Di-
vus Thomas *in* 1. 2. *quæſt.* 100. *art.* 3. *ad* 3. & 22.
*quæſt.* 100. *art.* 4. Azor. *inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 2.
*cap.* 1. *quæſt.* 2. Suarez *de Religione*, *tom.* 1. *lib.* 2.
*cap.* 1. *à num.* 1. Bonacina *in* 3. *præcep. decal. diſp.*
5. *quæſt. unica*, *num.* 1. Covarr. *lib.* 4. *cap.* 19. *num.*
1. & 3. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 9.
*diſp.* 2. *punct.* 1. *num.* 1. Sanchez *conſ. mor. tom.* 2.
*lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 1. Fermoſin. *in rub. num.* 17. 18.
& 19. *de feriis*, alios plures cumulat Daniel de No-
bilibus *diſp.* 34. *num.* 1. & 2. latè explicat Fagundez
*de præcep. Eccleſ. præcep.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *à num.* 1.

Sed Eccleſia feſtivitate Sabbathi excluſa, *can. per-* 3
*venit*, *de conſecrat. diſt.* 3. in locum Sabbathi, diem
Dominicum de præcepto ſervandum eſſe pronuntia-
vit, *can. pronutiandum*, *can. Sabbathum*, *de conſecrat.
diſt.* 3. *cap. omnes*, *cap. conqueſtus*, *de feriis*, Jul.
Chartar. *deciſ.* 20. *nu.* 11. Caſt. Palaus *in oper. mor.
part.* 2. *tract.* 9. *diſput.* 2. *punct.* 1. *nu.* 2. in memo-
riam Reſurrectionis Chriſti Domini, qui die Do-
minico à Sepulchro, ubi conditus fuit à Judæis, glo-
rioſus, & immortalis ſurrexit, Tolet. *in ſum. lib.*
4. *cap.* 28. *verſic. Tertio ad quietem.* Jul. Chartar.
*deciſ.*

*deciſ.* 20. *num.* 9. Carraſc. *ad leg. recop.* 2. *numer.* 7. & 8. iſtamque ſubrogationem, hac præcipua cauſa, fecerunt Apoſtoli poſt obitum Chriſti Domini, probant Fagundez *de præcep. Eccleſ. præcept.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. Fermoſin. *in rub. à num.* 28. *de feriis*, Suarez *de relig. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 9. *diſput.* 2. *punct.* 1. *num.* 2. *in princ.* alias cauſas ob quas Apoſtoli diem Sabbathi in Dominicum potiùs, quàm in alium diem tranſtulerunt, tradunt Fagundez, Fermoſinus, & Caſt. Palaus *hic citati*, & Sayrus *clavi Regia*, *lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 6.

4 Nec mirum ſi Catholicæ Eccleſiæ placuit, ut cultus, & celebritas diei Sabbathi in diem Dominicum transferretur. Nam teſte Divino Auguſtino *ſermone* 54. & 251. *de tempore*, dies Dominicus fuit dies primus ſæculi, in eoque formata ſunt elementa mundi, & creati Angeli, In eo Dominus in eremo manna pluit, & veterem Hebræorum populum liberaliter, & mirificè pavit. In eo naſci dignatus eſt Dominus. In eo ſtella Magis refulſit. In eo Baptiſmum à Joanne in Jordane ſuſcepit. In eo ipſe pius Redemptor à mortuis reſurrexit. In eo Spiritus Sanctus deſcendit de Cœlis ſuper Apoſtolis. In eo filii Iſrael tranſgreſſi ſunt mare rubrum ſiccis pedibus. In eo in Cana Galilæa vinum de aqua factum eſt. In eo Dominus benedixit illos quinque panes, quibus tot millia hominum ſaturati ſunt, & fragmenta magna ſuperaverunt. In eo intravit Dominus in domum clauſam, ubi erant Diſcipuli congregati propter metum Judæorum. In eodenique ſperamus Jeſum Chriſtum Dominum Noſtrum venturum ad judicandum. Hactenus Sanctus Auguſtinus. Exornant Barboſa *in cap.* 1. *numer.* 2. *de feriis*, Fermoſin. *in rub. num.* 31. *de feriis*, Par. Andrade *en ſu itinerario hiſtorial. part.* 2. *gradu* 19. §. 2. aliqua Covar. *lib.* 4. *var. cap.* 19. *num.* 7. Fagundez *de præcep. Eccleſ. præcept.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. Caſt. Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 9. *diſput.* 2. *punct.* 1. *num.* 7. *verſic. Dies autem Dominicus*, & de aliis encomiis diei Dominicæ Fagundez *de præcep. Eccleſ. præcep.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *numer.* 1. Azor. *inſt. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. Suarez *tom.* 1. *de relig. lib.* 2. *cap.* 1. *cum multis ſeq.*

5 Præter Diem Dominicum multas alias feſtivitates de præcepto in honorem Dei, videlicet Paſchæ Reſurrectionis, & Pentecoſtes, diei Natalis Domini, ac Redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti, & alias ſimiles ab initio legis Evangelicæ, ab ipſaque Apoſtolorum ætate celebratas fuiſſe oſtendit Covar. *lib.* 4. *var. capit.* 19. *numer.* 8. & tradunt Jul. Chartar. *deciſ.* 28. *numer.* 12. Fermoſinus *in rubr. numer.* 32. *de feriis*.

6 Sunt & aliæ feſtivitates de præcepto à Romanis Pontificibus conſtitutæ, de quibus habetur mentio *in can.* 1. *de conſecrat. diſt.* 3. & *in cap.* 2. & *fin. de feriis*, Covar. *lib.* 4. *var. cap.* 19. *num.* 8. *verſic. Præter has*, Jul. Chartar *deciſ.* 20. *num.* 13. Carraſco *ad leg. recop. cap.* 2. *num.* 10. & 11. & apud nos eſt conſtitutio Provincialis Tarraconæ *cap.* 2. *de feriis*, de quibus omnibus feſtivitatibus de præcepto cum doctoribus exornantibus Barboſa *in cap. fin. à num.* 5. *ad* 23. ubi Fermoſin. *quæſt.* 3. *totâ de feriis*, Filliuccius *in ſum. tom.* 2. *tract.* 27. *cap.* 2. *ad* 6. Azor. *inſtit. mor. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 3. 25. Suarez *de relig. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2. *ad* 6. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 9. *diſput.* 2. *punct.* 1. *nu.* 6. & *in verſic. Sexto*, idem Barboſa *de canonic. & dignit. cap.* 32. *num.* 11. & *deciſ. Apoſtol.* 355. *num.* 10. Carraſco *ad leg. recop. cap.* 2. *num.* 32. *verſic. Dies feſti*, & *num.* 34. Sed conſuetudini eſt ſtandum circa obſervationem dierum feſtorum de præcepto docent Villalobos *in ſum. part.* 2. *tract.* 31. *dif.* 1. *num.* 9. Fagundez *de præcep. Eccleſ. præcep.* 1. *lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 1. Barboſa *in cap. fin. num.* 15. & 16. ubi Fermoſin. *num.* 13. *de feriis* idem Fermoſin. *in cap.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 5. 6. 7. & 8. *de feriis*, Dummodo non ſit irrationalis, & ab Epiſcopo tolerata, probant utrumque multis citatis Azor. *inſtit. mor. part.* 2. *lib.* 1. *capit.* 10. 12. & 13. Daniel de Nobilibus *diſp.* 34. *à num.* 31. *ad* 37.

De feſto ſolemniſſimo Corporis Chriſti *eſt textus in clement. unica*, ubi Barboſa *n.* 1. 2. & 3. *de reliq. & venerat. Sanctor.* Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 14. Barboſa *deciſ. Apoſt.* 231. *num.* 1. & *deciſ.* 356. *num.* 8. Caſt. Palaus *in oper. moral. par.* 9. *tract.* 2. *diſp.* 2. *punct.* 1. *num.* 6. *verſic. Deinde feſtum.* Fermoſin. *in cap. fin. num.* 17. *de feriis*, & de jure noſtro eſt conſtitutio Provincialis Tarraconæ *cap.* 2. *de feriis*, & *in* 3. ſtatuit, quod in proceſſione Sacratiſſimi Corporis Domni noſtri Jeſu Chriſti ſimulatos Reges, vates, pueros, aut puellas nuditate corporis, Angelos, ſeu virgines repræſentantes, & bruta animalia admitti non debere. 7

Sed notandum eſt, quod in proceſſione Corporis Chriſti tabernaculum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ non eſt deferendum Sacerdotum humeris, ſed manibus propriis tantùm celebrantis, non obſtante quavis contraria conſuetudine, quam abuſum eſſe declaravit Sacra Congregatio Rituum in Siracuſana Modicæ 2. Julii 1618. referunt Gavant. *in comment. ad rub. Miſſal. tom.* 1. *part.* 4. *tit.* 10. & 12. Lezana *in ſum. quæſt. regul. tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 19. & *tom.* 3. *verbo Euchariſtia*, *num.* 24. *in fine*, Barboſa *de off. Parochi*, *part.* 2. *cap.* 20. *num.* 50. & *deciſ. Apoſt.* 231. *num.* 7. & *deciſ.* 135. *num.* 11. 8

Ex quibus infertur. Primò, quod licèt aliqui Doctores dicant, quod dies Dominicus in lege gratiæ ſit de jure Divino pro feſto inſtitutus, ut Anchar. Anton. de But. & Abbas *in capit.* 3. *de feriis*, Angel. *in ſum. verbo feriæ*, §. 3. Sylveſt. *in ſum. verbo Dominica*, *quæſt.* 1. §. 7. & probat copioſè Covar. *var. lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 4. 5. 6. & 7. ſequuntur Jul. Chartar. *deciſ.* 20. *num.* 10. Carraſco *ad leges recop. capit.* 2. *num.* 30. qui moventur præter rationes per eos adductas *per tex. in cap. licet*, *de feriis*. 9

Verius tamen eſt, quod dies Dominicus in lege gratiæ non eſt de jure Divino, & naturali, ſed de jure poſitivo Eccleſiaſtico pro feſto conſtitutus. Quia Chriſtus Dominus non aſſignavit feſtum aliquod in Evangelio cum obligatione illud obſervandi, nec ex toto Evangelio colligitur aliquod præceptum ſervandi feſtum reſpectu hujus, vel illius diei. Et quamvis de jure Divino, & naturali ſit, ut aliquod tempus detur pro cultu Dei, & recordatione beneficiorum illius: tamen quod hoc tempus ſit Dies Dominicus, aut alius dies, non eſt jure Divino, ſed jure Eccleſiaſtico habetur, ita Divus Thomas 2. 2. *quæſt.* 122. *art.* 4. *ad* 4. Navar. *in ſum. c.* 13. *nu.* 1. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 2. *quæſt.* 2. Suarez *de relig. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2. *numer.* 8. Bonacina *in* 3. *præcep. decal. diſput.* 5. *quæſt. unica*, *numer.* 4. Filliuccius *quæſt. moral. tract.* 27. *cap.* 2. *nu.* 16. Reginald. *in prax. fori pœnit. lib.* 19. *cap.* 1. *num.* 3. & 4. Daniel de Nobilibus *diſput.* 34. *nu.* 312. & 13. Barboſa *in cap. licet* 3. *nu.* 3. *de feriis*, Bobadilla *in polit. lib.* 2. *capit.* 17. *num.* 44. Villalobos *in ſum. moral. par.* 2. *tract.* 32. *dif.* 1. *numer.* 1. qui contrariis rationibus reſpondent. 10

Reliquæ feſtivitates omnes, & dies feſti, quos Eccleſia toto anno colit, ſive ſint feſtivitates Chriſti Domini, veluti Nativitas, Epiphania, Paſcha Reſurrectionis, Aſcenſio, Paſcha, Pentecoſtes, & aliæ ſimiles, ſive Beatiſſimæ Virginis Mariæ, veluti Annunciationis, Aſſumptionis, & aliæ hujuſmodi, ad vitam, & mortem Chriſti Domini, vel Sanctiſſimæ Virginis, aut Sanctorum Apoſtolorum, aut Martyrum, aut Confeſſorum ſpectantes ſunt juris poſitivi Eccleſiaſtici, & inſtitutæ ab Eccleſia per Apoſtolos, & Sanctos Patres, latè probat Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 8. *cum ſeq.* Suarez *de relig. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 5. Fagundez *de præcep. Eccleſ. præcep.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 7. Fermoſin. *in rub. num.* 31. *de feriis*. Daniel de Nobilibus, Bobadilla, Villalobos, & alii citati *num.* 10. 11

Infertur ſecundo. Quos dies feſtos inſtituere, qui de præcepto in toto Orbe colantur, ad ſolum Summum Pontificem ſpectat, & ad Concilium 12

uni-

univerſale cum approbatione Summi pontificis, Sylveſter *in ſum. verbo Domenica*, *num.* 2. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 2. *quæſt.* 11. Suarez *de relig. lib.* 2. *cap.* 3. *nnmer.* 2. Villalobos *in ſum. mor. tom.* 2. *tract.* 32. *dif.* 1. *num.* 2. Lezana *in ſum. quæſt. regul. par.* 3. *verbo feſti dies*, *nu.* 7. *verſic. Solum ergo ad Papam*, Daniel de Nobilibus *diſp.* 34. *numer.* 4. Fagundez *de præcep. Eccleſ. præcep.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 2. Fermoſin. *in cap.* 7. *quæſt.* 6. & *in cap. fin. quæſt.* 1. *num.* 1. *de feriis*, ubi *nu.* 2. tradit caſus, & fines ob quos feſta ſunt inſtituta, quod & tradunt Caſt. Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 9. *diſp.* 2. *punct.* 1. *numer.* 7. Fagundez *de præcep. Eccleſ. præcep.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 9.

13 Epiſcopus autem in ſua propria Diœceſi dies feſtos de præcepto deſignare, conſtituere, atque decernere poteſt, *can. pronunciandum de conſacr. diſt.* 3. *cap. fin.* ubi Barboſa *num.* 23. Fermoſin. *quæſt.* 1. *num.* 4. *de feriis*, Covar. *variar. lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 8. *verſic. Præter hoc feſtorum dierum.* Azor. *inſtit. mor. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 26. *quæſt.* 1. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 9. *diſp.* 2. *punct.* 2. *in prin.* Villalobos *in ſum. mor. part.* 2. *tract.* 2. *dif.* 1. *numer.* 2. Fagundez *de præcep. Eccleſ. præcep.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *numer.* 3. Lezana *in ſum. quæſt. regul.* 3. *verbo dies feſti*, *nu.* 7. *verſic. Epiſcopus etiam*, ubi idem dicit de Abbatibus habentibus juriſdictionem in ſæculares, Daniel de Nobilibus *diſput.* 34. *num.* 6. Sanchez *conſ. mor. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *dub.* 5. *numer.* 6. Romaguera in addit. *ad Conciol. ad ſtat. Eugub. lib.* 1.
14 *rub.* 1. *num.* 19. & 21. Etiam † abſque confirmatione, & approbatione Summi Pontificis, probant Fagundez *de præcep. Eccleſ. præcep.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 4. Fermoſin. *in cap. fin. quæſt.* 1. *num.* 4. *de feriis*. Non ſolùm
15 † per totum diem, ſed etiam uſque ad meridiem, & poſt auditam Miſſam, Azor. *inſt. mor. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 35. *quæſt.* 8. Villalobos *in ſum. mor. tom.* 2. *tract.* 32. *dif.* 1. *num.* 2. Fermoſin. *in cap. fin. cap.* 2. *num.* 8. *de feriis*, Trullench. *in decal. lib.* 3. *cap.* 1. *dub.* 2. *num. fin.* Daniel de Nobilibus *diſp.* 34. *num.* 37. *in fine*.

16 Debet tamen Epiſcopus, ſpectato jure communi, dies feſtos inſtituere de conſenſu cleri, & populi, *can. pronuntiandum de conſecrat. diſt.* 3. *cap. fin.* ubi Barboſa *numer.* 25. Fermoſinus *quæſt.* 1 *numer.* 6. & 7. *de feriis*, Azor. *inſt. mòral. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 26, *quæſt.* 2. & 3. Covar. *lib.* 4. *var. cap.* 19. *numer.* 8. *verſic. Præter hoc*, Suarez *tom.* 1. *de relig. lib.* 2. *cap. præcep. Eccleſ. præcep.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *numer.* 8. 9. 10. & 11. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 9. *diſp.* 2. *punct.* 2. *numer.* 4. & 5. Bonacina *in* 3. *præcep. decal. diſp.* 5. *quæſt. unica*, *part.* 1. *num.* 3. Trullench. *in decal. lib.* 3. *cap.* 1. *dub.* 2. *num.* 2. Daniel de Nobilibus *diſp.* 34. *num.* 6. Sanchez *conſ. mor. tom.* 2. *lib.* 5, *cap.* 2. *dub.* 5. *num.* 6. Diana *reſol. moral. part.* 4. *tract.* 4. & *miſcel. reſol.* 188. & *part.* 11. *tract.* 3. & *miſcel.* 3. *reſol.* 23. & *in coordinat. part.* 3. *tract.* 3. *reſol.* 89, *num.* 1. & *part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 18. *num.* 16. *verſic.* & *idem eſt*, Lezana *in ſum. quæſt. regul. par.* 3. *verbo dies feſti*, *numer.* 7. *verſic. Epiſcopi etiam*, Barboſa alios plures addit, *de poteſt. Epiſ. part.* 3. *alleg.* 105. *num.* 36. Romaguera in addit *ad Conciol. ad ſtatuta Eugubii*, *lib.* 1. *num.* 19. & 20.

17 Sub nomine populi intelligendi ſunt Rectores, Diana *reſol. mor. par.* 4. *tract.* 4. & *miſcel. reſol.* 178. & *in coordinat. part.* 3. *tract.* 3. *reſol.* 89. *num.* 1. hoc eſt Conſilium Civitatis, aut oppidi, quod totum populum repræſentat, & factum à Conſilio Civitatis, aut oppidi dicitur factum à toto populo, & univerſa Civitate, *gloſ. in rub. ff. quæ ſit longa conſuetudo*, *gloſ. in l. aliud*, §. *refertur. ff. de regul. juris*, Loſſæus *de jure univer. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 48. & 49. Theſaur. *deciſ.* 249. *num.* 1. *deciſ.* 257. *num.* 2. Caſtillo *de uſufructu*, *cap.* 54. *num.* 40. Regens Mattheu *de regim. reg. Valen. cap.* 4. §. 3. *num.* 21. Regens Leo *deciſ.* 11. *lib.* 3. Ramon noſter *conſ.* 87. *num.* 21.

18 Sub nomine Clerici intelligendum eſt Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, Suarez *in imm. lib.* 4. *cap.* 26. *numer.* 16. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 12. *diſp. unica*, *part.* 9. *num.* 8. Quidquid dicant Barboſa *in cap. non minus* 4. *num.* 7. *de imm. Eccleſ.* Bellet. *diſq. cler. part.* 1. *tit. de exempt. cler.* & *eorum bonis*, §. 2. *num.* 5. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *capit.* 5. *dub.* 19. Diana *reſol. mor. part.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 11. & *in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 248. *num.* 4. Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ* 10. *quæſt.* 13. *à num.* 48. *de conſtitut.* quia contra eos eſt verior Sententia, docet Reg. Mattheu *de reg. Reg. Valen. cap.* 3. §. 1. *num.* 47. & *cap.* 2. *nu.* 21. & 22. & ſic practicatur in rebus ſubſidii, & ex cauſatis, & quando fit Matriti congregatio Eccleſiarum ad tractanda negotia, Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ* 10. *quæſt.* 13. *num.* 51. *de conſtit.* & in terminis Diana *reſol. mor. part.* 4. *tract.* 4. & *miſcel. reſol.* 278. & *in coordin. part.* 3. *tract.* 3. *reſol.* 89. *num.* 1. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 9. *diſp.* 2. *punct.* 6. *num.* 6. Sanchez *conſ. mor. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *dub.* 5. *num.* 6.

Sed de conſuetudine Epiſcopus, abſque conſenſu 19
populi, eoque minime vocato, & requiſito, ex cleri conſenſu, & non citra illum dies feſtos inſtituit, Azor *inſtit. mor. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 26. *quæſt.* 2. *in fine*, Suarez *de relig. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 11. *numer.* 9. Fagundez *de præcep. Eccleſ. præcep.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 8. & 11. Bonacina *in* 3. *præcep. decal. diſp.* 5. *quæſt. unica*, *punct.* 1. *num.* 2. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 9. *diſp.* 2. *punct.* 2. *nu.* 6. Daniel de Nobilibus *diſp.* 34. *num.* 6. Villalobos *in ſum. mor. par.* 2. *tract.* 32. *dif.* 1. *num.* 3. Barboſa *in c. fin. num.* 25. *verſic.* & *licet*, ubi Fermoſin *quæſt.* 1. *nu.* 8. *de feriis*, Diana *reſol. mor. part.* 4. *tract.* 4. & *miſcel. reſol.* 178. & *par.* 11. *tract.* 3. & *miſcel.* 3. *reſol.* 23. & *in coordin. par.* 3. *tract.* 3. *reſol.* 89. *num.* 2. & *par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 18. *num.* 16. *Verſic.* & *idem eſt*.

Et quod Epiſcopus in Synodo poſſit indicere, & ſta- 20
tuere feſta obſervanda de præcepto abſque populi conſenſu, docent Caſſaneus *in cathal. glor. mun. part.* 3. *conſid.* 48. Genuen. *in praxi Archiepiſc. cap.* 51. Trullench. *in decal. lib.* 3. *cap.* 1. *dub.* 2. *num.* 2. *poſt princ.* Caſt. Palaus *par.* 2. *tract.* 9. *diſp.* 2. *punct.* 2. *num.* 6. *in fine*, Barboſa *in poteſt. Epiſ. part.* 3. *alleg.* 105. *numer.* 39. & *in cap. fin. num.* 25. *in fine de feriis*, Reginald. *in prax. fori penit. lib.* 19. *numer.* 6. Alzedo *de præcel. Epiſc. dignit. part.* 2. *cap.* 11. *nu.* 21. Diana *reſol. mor. part.* 4. *tract.* 4. & *miſcel.* 178. & *in coordinat. part.* 3. *tract.* 3. *reſol.* 89. *num.* 2. *in fine*.

Advertendum tamen eſt, quod populus non poteſt 21
cogi ſervare feſtum novum, ut declaravit Sacra Congregatio in una Pacen. 20. Aprilis 1602. & feſta nova de præcepto ſervanda inſtitui non poſſunt invito populo, eadem Sacra Congregatio in una Brunduſina 2. Martii 1602. & Hiſpalenſi 22. Auguſti 1604. & feſta Sanctorum, quæ de præcepto non ſervantur, ſi populus ſponte voluerit ſervare, non eſt prohibendus, ſeu nullum ſub pœna cogendum, ut illa die ab operibus abſtineat, eadem Sacra Congregatio in alia Brunduſina 27. Auguſti 1604. referunt has declarationes Barboſa *deciſ. Apoſt.* 355. *num.* 6. 7. & 8. Lezana *in ſum. quæſt. regul. verbo Dies feſti*, *num.* 7. *verſic. unde declaratum eſt*. Intellige quando cum juſta cauſa contradicit; aliàs ſi populus abſque juſta cauſa contradiceret tali contradictione non obſtante, feſtum de præcepto ab Epiſcopo cum Capitulo inſtitutum eſt ſervandum, Sanchez *conſ. mor. tom.* 2. *lib.* 5. *capit.* 2. *dub.* 5. *num.* 6. Diana *reſol. mor. part.* 4. *tract.* 4. & *miſcel.* 178. & *in coordinat. par.* 3. *tract.* 3. *reſol.* 89. *num.* 1. *in fine*. Sed populus ſatis cum Epiſcopo per hoc ſolùm, quòd non contradicat, Suarez *tom.* 1. *de relig. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 9. Fagundez *de præcep. Eccleſ. præcep.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *ſub numer.* 11. Diana *reſol. mor. part.* 4. *tract.* 4. & *miſcel. reſol.* 178. & *in coordinat. part.* 3. *tract.* 3. *reſol.* 89. *num.* 2. *circa finem*.

Debet tamen Epiſcopus potius abrogare dies fe- 22
ſtos, quam novos introducere ſi multitudo illorum ſit, Sayrus *de clavi regia*, *lib.* 3. *cap.* 3. *numer.* 15. Fagundez *de præcep. Eccleſ. præcep.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 4. Barboſa *de poteſt. Epiſ. part.* 3. *alleg.* 105. *num.* 37. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 44.
Ideoque † debet eſſe parciſſimus in inſtitutione fe- 23
ſtorum, ne pauperes graventur, Sayrus & Barboſa

*proxi-*

proxime citati, ille num. 16. iſte ſub num. 37. iſte Trullench. in decal. lib. 3. cap. 1. dub. 1. ſub num. 2. Fermoſin. in cap. fin. quæſt. 1. n. 8. in fine de feriis, Diana reſol. mor. part. 4. tract. 4. & miſcel. reſ. 178. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſolut. 89. num. 2. in fine.

24 Requiritur etiam, quod feſta de præcepto ab Epiſcopo deſignanda debeant eſſe Chriſti Domini, aut Sanctiſſimæ Viginis Mariæ, vel alicujus Sancti à Summo Pontifice canonizati, ut colligitur ex cap. audivimus, de reliq. & vener. Sanctor. & expreſsè tradunt gloſſ. in cap. 1. ubi Hoſtien num. 8. Joan. And. num. 3. de liq. & vener. Sanct. Villalobos in ſum. mor. tom. 2. tract. 32. dif. 1. num. 3. in fine, Lezana in ſum. quæſt. regul. part. 3. verbo dies feſti, num. 7. verſ. requiritur etiam, Azor. inſtit. mor. tom. 2. lib. 1. cap. 26. quæſt. 4. Suarez tom. 1. de relig. lib. 2. cap. 11. num. 4. & 5. Bonacina in 3. præcep. decal. diſp. 5. quæſt. unica, punct. 1. num. 2. Sanchez in decal. tom. 2. cap. 43. num. 9. Caſt. Palaus in oper. mor. part. 2. tract. 9. diſp. 2. punct. 2. num. 2. Carraco ad leg. recop. cap. 2. nu. 33. Barboſa in cap. fin. nu. 24. ubi Fermoſin. quæſt. 2. num. 2. de feriis, Fagundez de præcep. Eccleſ. præcep. 1. lib. cap. 3. num. 3. & 5. Diana reſol. mor. part. 3. tract. 5. & miſcel. 1. reſol. 9. & in coordinat. part. 3. tract. 3. reſol. 90. num. 1.

25 Volunt tamen aliqui Epiſcopum poſſe inſtituere feſtum de præcepto de Sancto Beatificato, ut Suarez tom. 1. de relig. lib. 2. de diebus feſtis, numer. 5. Fagundez de præcep. Eccleſ. præcep. 1. l. 1. cap. 3. nu. 14. & 15. Caſt. Palaus in oper. mor. par. 2. tract. 9. diſp. 2. punct. 2. nu. 3. Alzedo de præcel. Epiſc. dignit. par. 1. cap. 11. num. 20. & 21. Barboſa in cap. fin. num. 24. in fine, ubi Fermoſin. quæſt. 2. num. 1. & 3. de feriis; Sed oppoſitum ut probabiliùs docent Sylveſter in ſum. verbo Dominica, quæſt. 1. Bonac. in 3. præcep. diſp. 5. unica, punct. 1. numer. 2. Lezana in ſum. quæſt. regul. par. 3. verbo dies feſti, num. 7. in fine, Dian. reſol. mor. par. 3. tract. 5. & miſcel. 1. reſol. 9. & in coordinat. par. 3. tract. 3. reſol. 90. n. 2. ubi concludit caute in his materiis procedendum eſſe.

26 Dies autem feſti, quos Epiſcopus in ſua diœceſi ſervandos præceperit, exempti omnes etiam regulares ſervare tenentur, Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regular. cap. 12. ubi Barboſ. in collectanea plures laudat num. 3. quibus addendi ſunt idem Barboſa de poteſt. Epiſc. part. 3. allet. 105. numer. 32. & de jure Eccleſ. univ. l. 1. cap. 43. numer. 150. & deciſ. Apoſt. 633. num. 24. Lezana in ſum. quæſt. reſol. part. cap. 9. num. 46. & part. 3. verbo Epiſcopus, num. 21. & verbo dies feſti, num. 1. Fagundez de præcep. Eccleſ. præcep. 4. l. 1. cap. 7. num. 4. Fermoſin. in cap. 1. quæſt. 7. num. 9. de feriis, Diana reſol. mor. par. 1. tract. 9. reſol. 36. & p. 10. tract. 11. reſol. 38. & p. 11. tract. 2. & miſcel. 2. reſol. 20. & par. 11. tract. 3. & miſcel. 3. reſolut. 6. & in coordinat. par. 5. tract. 6. reſol. 40. num. 1. & 2. & reſol. 59. num. 3. verſic. ſecundo, & par. 2. tract. 1. reſol. 32. num. 5. & alios innumeros citat reſol. 33. n. 3. alias regulares peccant mortaliter, Barboſa de poteſt Epiſc. par. 3. alleg. 105. n. 33.

27 Et poteſt Epiſcopus procedere per cenſuras contra regulares contravenientes, Barboſa in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regular. cap. 12. num. 7. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 43. num. 151. & deciſ. Apoſt. 355. num. 14. & deciſ. 633. numer. 25. Solorzano de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 17. nu. 69. Machado en ſu per perfetto confeſſor, tom. 2. lib. 4. part. 6. tract. 10. documen. 4. num. 2. Novar. in ſum. bullar. verbo dies feſti, num. 1. in fine, Diana reſol. mor. par. 2. tract. 2. & miſcel. 2. reſol. 20. & in coordinat. part. 7. tract. 1. reſol. 33. ſub num. 3. Et licèt Lezana ſum. quæſt. regul. verbo dies feſti, numer. 2. & verbo exemptio regul. nu. 11. Hoc intelligitur de regularibus non habentibus Privilegium à Sede Apoſtolica, ne poſſint obligari ab Ordinariis per cenſuras ad aliquid faciendum; ſecus de regularibus habentibus tale Privilegium, ſequitur Leander de precep. Eccleſ. tract. 1. diſp. 3. quæſt. 17. Eos impugnat multis citatis Diana reſol. mor. part. 11. tract. 3. & miſcel. 3. reſol. 6. & in coordinat. part. 7. tract. 1. reſol. 32. num. 5. Et meritò quia Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regul. cap. 22. mandat obſervari omnia decreta de regularibus loquentia, non obſtantibus privilegiis, & deputat executores Epiſcopos, Ciarlin. controv. lib. 1. cap. 50. num. 21. & 22. Solorzano de jure Indiar. lib. 3. cap. 17. numer. 66. & videndus in polit. lib. 4. cap. 17. verſic. Pero non obſtante eſto, & verſic. Porque como do dize, fol. 657. Et alii plures per Dianam hic citatum, & videatur Barboſa in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regul. cap. 2. num. 5. & deciſ. Apoſt. 439. num. 6. & deciſ. 633. num. 26.

28 Infertur 3. quod Princeps, Reſpublica, vel Civitas, ſeu Magiſtratus ſæcularis, aut Rector Academiæ Eccleſiaſtica facultate carens non poteſt dies feſtos de præcepto per modum religioſi cultus inſtituere, quia cauſa eſt merè Eccleſiaſtica, & Spiritualis, ita Suarez de relig. tom. 1. l. 1. l. 2. cap. 12. num. 2. Azor. inſt. mor. tom. 2. lib. 1. cap. 26. quæſt. 5. Fagundez de præcep. Eccleſ. præcep. 1. lib. 1. cap. 5. per totum, Bonacina in 3. præcep. decal. diſp. 5. qu. unica, punct. 1. num. 1. Sanchez conſ. moral. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 5. n. 7. Villalobos in ſum. mor. tom. 2. tract. 32. dif. 1. num. 4. Lezana in ſum. quæſt. regul. part. 3. verbo dies feſti, num. 7. in princ. Caſt. Palaus in oper. mor. part. 9. tract. 2. diſp. 2. punct. 2. à num. 7. ad 13. Barboſa de poteſt. Epiſ. part. 3. allegat. 105. numer. 38. Trullench. in decal. l. 3. cap. 1. dub. 2. n. 3. Filiuccius in q. moral. tract. 27. cap. 6. quæſt. 7. nu. 93. Fermoſin. c. fin. q. 1. num. 11. 12. & 13. de feriis, Daniel de Nobilibus diſp. 34. num. 20. Conciolus ad ſtatuta Eugubii, l. 1. rub. 1. num. 2. ubi Romaguera addit. nu. 17. & 18. Sed ſi ratio ſufficiens occurrat ad inſtituendum feſtum de præcepto per modum religioſi cultus, debet Princeps, Reſpublica, Civitas, ſeu Magiſtratus ſæcularis, aut Rector Academiæ Eccleſiaſtica facultate carens recurrere ad Epiſcopum, qui facilè ſatisfaciet piis deſideriis Principis, Reipublicæ, Civitatis, ſeu Magiſtratus ſæcularis, vel Rectoris Academiæ, Suarez tom. 1. de relig. l. 2. cap. 12. n. 3. in fine, Fagundez de præcep. Eccleſ. præcep. 1. lib. cap. 5. num. 4. & 5. Trullench. in decal. lib. 3. cap. 1. num. 4. 5. Fermoſin. in c. fin. quæſt. 1. numer. 14. de feriis, Daniel de Nobilibus diſp. 34. num. 10.

29 Per modum autem politici honoris, non autem religioſi cultus poteſt Princeps, Reſpublica, Civitas, aut Magiſtratus Sæcularis, aut Rector Academiæ Eccleſiaſtica facultate carens aliquam ob cauſam aliquos dies feriare, ut civili tantùm quodam honore obſerventur, ſcilicet ut his diebus laici à forenſibus negotiis, litibus, jurgiis, & cæteris civilibus functionibus vacent, Villalobos in ſum. mor. tom. 2. tract. 32. dif. 1. numer. 4. in fine, Daniel de Nobilibus diſp. 34. num. 10. Caſt. Palaus in oper. mor. par. 2. tract. 9. diſp. 2. punct. 2. num. 10. Trullench. in decal. lib. 3. cap. 1. dub. 2. numer. 4. Conciolus ad ſtatuta Eugubii, lib. 1. rub. 1. num. 4. ubi Romaguera in addit. num. 17. & 22. Barboſa de poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 105. num. 38. in fine. Sed non poteſt obligare ad audiendam rem Sacram, neque ad incurſum alicujus culpæ, & peccati, licèt pœna impoſita poſſit à trangreſſoribus exigi, Azor. inſtit. mor. tom. 2. lib. 1. cap. 26. quæſt. 5. Bonacina 3. præcep. decal. diſp. 5. quæſt. unica punct. 1. nu. 4. Filiuccius in oper. mor. tract. 27. cap. 6. q. 7. Caſt. Palaus in oper. mor. part. 2. tract. 9. diſp. 1. punct. 2. num. 11. Sanch. in oper. mor. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 5. num. 7. & 8. Lezana in ſum. quæſt. regul. part. 3. Verbo dies feſtivus 7. verſic. quare ſi præcipiant. Fermoſin. in cap. fin. quæſt. 1. numer. 11. in fine 12. & 13. & quæſt. 2. numer. 8. de feriis, Daniel de Nobilibus diſp. 34. numer. 10. verſic. Hinc, ibi: veruntamen, hujuſmodi & in addit. num. 4. Conciolus ad ſtatuta Eugubii, lib. 1. rub. 1. num. 3. ubi Romaguera in addit. nu. 17. & 22.

30 Quarto infertur ad quæſtionem in argumento propoſitam, nam quamvis Princeps Secularis tamquam protector, & defenſor Eccleſiæ ad promovendam legem Eccleſiaſticam poſſit ſuis legibus, & ſtatutis præcipere obſervantiam dierum feſtorum de præcepto, ut conſtat ex l. 2. l. omnes, l. fin. Cod. de feriis, can.

irre-

*irreligioſa*, *de conſecrat. diſt.* 3. Fagundez *de præcep. Eccleſ. præ.* 1. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 11. Jul. Chartar. *deciſ.* 20. *numer.* 14. pœnaſque trangreſſoribus imponere, latè Maſcard. *de gener. ſtat. interp. concluſ.* 1. *nu.* 255. *& in verſic. nec poteſt*, *& in verſic. nec obſtat.* Daniel de Nobilibus *diſp.* 34. *num.* 10. *verſic. Hinc ſuppoſitis*, Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 105. *numer.* 42. *& in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de regularibus*, *cap.* 12. *numer.* 9. *in princ. & deciſ. Apoſtol.* 436. *num.* 9. *in princ.* Diana *reſol. mor. part.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 17. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 226. *num.* 1. *verſic. Cofirmatur*, etiam graviſſimas, *leg. fin. Cod. de feriis*, Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 9. *diſp.* 2. *princ.* 2. *numer.* 7. *verſic. quarto*, *juncto numer.* 12. *verſic. ad quartum*, Jul. Chartar. *deciſ.* 20. *num.* 159. Eaſque pœnas executioni mandari, Cabedo *deciſ.* 87. *num.* 9. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 13. *par.* 2. *num.* 42. Et in ornatum per plura exempla tradunt Covarr. *in Epit. ad* 4. *part.* 2. *cap.* 6. *in initio*, *numer.* 18. *&* 19. Menoch. *de art. jud. caſu* 398. *à num.* 44.

31 Et aliqui addunt, quod hoc crimen violationis dierum feſtorum eſt mixti fori, cùm tam lege canonica, quàm civili damnetur, & puniatur, ita ut quoad judicem Eccleſiaſticum, ſęcularem ſit locus præventioni, probat Jul. Chartar. *deciſ.* 20. *num.* 169. 170. *&* 172. Et in ſpecie ita ſtatuit conſtitutio Pii V. ſub datum Romæ Kalendas Aprilis 1566. *quæſt.* 9. in ordine Bullarii ejuſdem Summi Pontificis *incipien. cùm primum*, *verſic. Laici verò dierum feſtorum*, tradunt Franciſcus Leo *in theſauro fori Eccleſ. part.* 2. *cap.* 16. *num.* 19. Maſcard. *de gener. ſtat. interp. concluſ.* 1. *num.* 255. *in fine princ. verſ. Unde etiam*, Daniel de Nobilibus *diſput.* 34. *num.* 11. Jul. Chartar. *deciſ.* 20. *num.* 126. 15c. *&* 173. Barboſa *de offic. Parochi*, *part.* 1. *capit.* 16. *numer.* 11. Tondut. *de præven. jud. part.* 2. *cap.* 29. *à num.* 38. Romaguera in addit. *ad Conſciolum ad ſtatuta Eugubii*, *lib.* 2. *numer.* 24. & extensè Conſtitutio Provincialis Tarraconæ *poſt cap.* 4. *ritu de Cleric. non reſiden.*

32 Plus dicit Maſcardus *de gener. ſtat. interp. concluſ.* 1. *num.* 256. quod laicus ex aliqua cauſa diſpenſatus ab Epiſcopo, ut poſſit operari in die feſto, poteſt puniri à judice laico, à quo non obtinuit licentiam operandi contra prohibitionem de illo die feſto ab illo factam.

33 Sed his non obſtantibus, quod hoc crimen violationis dierum feſtorum de præcepto non ſit mixti fori, nec inter judicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem ſit locus præventioni, ſed quod laicus violans dies feſtos de præcepto puniendus ſit pœnis & mulctis per judicem Eccleſiaſticum, & non per ſæcularem, etſi judex ſæcularis prævenerit, ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Ferrer, & Jover 20. Septembris 1612. contra Antonium Deſclans Bajulum oppidi Cacoliberi, ratione capturæ, & pignorationis per eum factæ die feſto Sanctiſſimi Corporis Chriſti in perſonam Honorati Narbona nautæ & aliorum ſociorum dicto die feſto laborantium in extractione arenæ cum quodam ſquif à navicula dicto Narbona exiſtente in mari ante Oppidum Cacoliberi, ipſam projiciendo in terram, diem feſtum violando. His verbis: firmæ juris factæ per dictum Deſclans Bajulum in Curia ſæculari locum non fuiſſe nec eſſe Fundatur quia Epiſcopus non ſolùm poteſt procedere contra laicos non obſervantes feſta, ut dicunt Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 44. Barboſa *de poteſt Epiſc. part.* 3. *alleg.* 105. *numer.* 41. Daniel de Nobilibus *diſp.* 34. *num.* 10. *verſic. Hinc*, ſed etiam Epiſcoporum munus eſt præcipere, ut laici dies feſtos colant, & pœnis debitis animadvertere in eos, qui aliter fecerint, Fermoſin, *in cap. fin. quæſt.* 1. *num.* 11. *in fine de feriis*, & in Cathalonia habemus conſtitutionem Provincialem Tarraconæ *cap.* 2. *in fine verſic. Tranſgreſſores*, *tit. de feriis*, Et ſic Curia Epiſcopalis Neapolitana procedit contra non obſervantes dies feſtos ad pœnam pecuniariam, Gennen. *in prax. Archiep. Neapol. cap.* 12. *n.* 3. *verſic. Sic etiam*, Guazin *defen.* 1. *cap.* 8. *n.* 28. *in fine*, Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 80. Jul. Chartar. *deciſ.* 20. *num.* 145. Ciarlin. *lib.* 1. *controv. foren. cap.* 16. *num.* 40.

34 Illud autem quod tradit Maſcard. citatus *n.* 32. falſum eſt. Imo oppoſitum eſt veriſſimum, quod Epiſcopo dante licentiam operandi in die feſto non poteſt judex ſæcularis punire tranſgreſſores, ut fuit deciſum per Sacram Congregationem Concilii die 9. Novembris 1619. referunt Magalinus *conſ.* 98. Daniel de Nobilibus *in addit. ad diſp.* 44. *num.* 5. Bellet. *diſq. Cler. part.* 1. *tit. de favore Cler. reali*, §. 5. *num.* 89. Duard. *in Bul. Cœnæ*, *lib.* 2. *cap.* 17. *quæſt.* 3. *&* 4. Homobon. *de exam. Eccleſ. part.* 3. *tit.* 15. *cap.* 7. *quæſt.* 17. *reſol.* 3. *& in conſult. caſ. conſcien. vol.* 1. *part.* 2. *præcep.* 3. *reſpon.* 32. Barboſa *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de regular. cap.* 12. *num.* 9. *& deciſ. Apoſt.* 436. *num.* 9. *& de off. Parochi*, *part.* 1. *cap.* 16. *num.* 10. *& de poteſt. Epiſ. part.* 3. *alleg.* 105. *ſub num.* 42. extensè Diana *reſolut. mor. part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 94. *& part.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 17. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 226. *verſ. Confirmantur*, *& reſol.* 312. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 10. *dub.* 2. *ſect.* 3. *num.* 1. *&* 2. Romaguera *in addit. ad Conciolum ad ſtatuta Eugubii*, *lib.* 1. *rub.* 1. *num.* 26. Tondut. *de præven. jud. par.* 2. *cap.* 29. *num.* 41.

35 Sed è converſo laici operantes in die feſto intuitu licentiæ à ſuperiore ſæculari illis conceſſæ, poſſunt nihilominus puniri à ſuperiore Eccleſiaſtico, hujuſmodi licentia ſuperioris ſæcularis non obſtante, quæ tantùm operabitur quod contravenientes obſervationi feſtorum non poterunt puniri pœnis in edicto Principis, ſeu Magiſtratus ſæcularis contentis, Maſcard. *de gener. ſtat. interp. concluſ.* 1. *n.* 257. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. par.* 3. *alleg.* 105. *ſub nu.* 42. Romaguera *in addit. ad Conciolum ad ſtatuta Eugubii*, *lib.* 1. *num.* 28.

---

### *ARGUMENTUM.*

## An laicus poſſit cogi cenſuris per judicem Eccleſiaſticum ad perhibendum teſtimonium veritatis in Curia Eccleſiaſtica.

### *SUMMARIUM.*

1 *Teſtes habiles*, *& idonei ad perhibendum teſtimonium veritatis in cauſis civilibus inviti cogi*, *& compelli poſſunt*, *tam de jure canonico*, *quàm de jure civili*, *num.* 1. *quid in criminalibus de jure civili*, *num.* 2. *rationes referuntur*, *num.* 3. *& quid de jure canonico*, *num.* 4. *rationes traduntur*, *num.* 5. *& quid de conſuetudine*, *num.* 6. *rationes*, *num.* 7.

6 *Teſtes hodie tam in civilibus quàm in criminabus deponere coguntur*, *num.* 6. *Amplia* 1. *in omnibus teſtibus*, *niſi ſpecialiter*, *& expreſſe privilegiati reperiantur*, *numer.* 8. *etiam Doctoribus*, *Nobilibus*, *Egregiis perſonis*, *Illuſtribus*, *& Illuſtriſſimis*, *num.* 9. *Amplia* 2. *ut teſtes aliàs examinati cogi poſſunt ad ſe repetendum*, *uumer.* 10. *& ad confrontandum cum reo*, *num.* 11. *& ad jurandum*, *num.* 12. *Amplia* 3. *ut offenſi*, *vulnerati*, *vel derobati cogi poſſunt ad ſe examinandum*, *& ad judicandum offendentem*, *vulnerantem*, *vel furem*, *n.* 13. *Amplia* 4. *etiam ſi teſtes juraſſent in nulla cauſa reddituros teſtimonium*, *cogi poſſunt ad teſtificandum*, *num.* 14. *Limita* 1. *quando ex teſtium depoſitionibus in criminalibus periculum eſt ut contrahant inimicitiam cum aliquo pottenti*, *num.* 15. *Sed dubitatur de hac limitatione*, *numer.* 16. *Limita* 2. *in teſtibus privilegiatis ratione reverentiæ*, *charitatis*, *& dilectionis conſervandæ*, *num.* 17.

18 *Judex Eccleſiaſticus poteſt cenſuris Eccleſiaſticis cogere teſtes ad teſtificandum*, *n.* 18. *&* 19. *tam*

*tam in cauſa civili quàm criminali, num. 25. ſive teſtes ſint Clerici, ſive laici, num. 26. Deciſio refertur, num. 27. & reſpondetur contrariis, num. 21. 22. 23. & 24.*

20 *Cenſurarum appellatione quæ comprehendantur,*

28 *Judex Eccleſiaſticus poteſt invocare auxilium brachii ſæcularis, ut compellat laicos renitentes deponere in Curia Eccleſiaſtica, num. 28. & quid ſi laicus citatus ad teſtificandum in Curia Eccleſiaſtica non comparuerit propter aliquod legitimum impedimentum, & fuit excommunicatus, num. 29.*

30 *Judex ſæcularis qualiter poteſt cogere teſtes laicos ad teſtificandum in cauſis civilibus, num. 30. 31. 32. & 33. & qualiter in cauſis criminalibus, num. 34. & 35. ſed ſtatur conſuetudini, & quomodo ſervatur in Cathalonia, num. 36.*

## DECISIO CLXXII.

1 REgula eſt, quod teſtes habiles, & idonei ad perhibendum teſtimonium veritatis in cauſis civilibus inviti cogi, & compelli poſſunt, tam de jure canonico *can. quamquam, juncta gloſ. verbo occultentur 14. quæſt. 2. cap. 1. juncta gloſ. verbo occultent, cap. ſuper eo 3. gloſ. verbo timore, cap. pervenit, & toto tit. de teſtibus cogendis, cap. ſtatutum 11. §. proferendo, gloſ. verbo teſtimonio, de reſcrip. in 6.* quàm de jure civili *l. ſi quando 15. Cod. de teſtibus, leg. inviti 8. leg. inviti 19. ff. eodem*, de jure Cathaloniæ, *uſaticus idem, provida 5. uſat. oportet 8. titulo de teſtibus cogend.* de Regno Caſtellæ *forus 1. de teſtibus cogend.* de Regno Caſtellæ *leg. 15. titul. 16. part. 3. & l. 6. titul. 6. l. 4. recopil.* de Regno Luſitaniæ *l. 3. tit. 42. §. 20. & titul. 55. §. 11.* docent Paz *in prax. tom. 1. part. 1. capit. 8. num. 16.* Gail. *l. 1. obſerv. 100. in princ.* Maſcard. *de probat, tom. 1. quæſt. 5. à num. 47.* Azevedo *l. 6. num. 1. tit. 6. l. 4. recop.* Gomez *tom. 3. var. cap. 12. numer. 24.* ubi Ayllon Laynez *num. 25.* Giurba *deciſ. 95. numer. 7.* Theſaur. *deciſ. 42.* Luça *ad Franchis, deciſ. 222. n. 2.* Poſtius *de manutent. obſervat. 89. num. 10.* Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom. 2. tit. 29. cap. 2. nu. 1.* Dominus Vice Cancel. Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſerv. 8. numer. 9. verſic. Unde licet*, alios plures addunt Portoles *ad Molin. §. teſtis, n. 79.* Aug. Barboſa *in l. ſi quando, numer. 2. Cod. de teſtib. & in cap. 1. de teſtib. cogend.* Farinac. *in prax. par. 2. quæſt. 78. num. 3.* Fermoſinus *in cap. 1. nu. 6. de teſtib. cogend.* ex noſtris Cancer. *part. 1. var. cap. 20. num. 74.* Fontanella *deciſ. 189. numer. 4. par. 1.* Ripoll. *de magiſtrat. leg. maris, cap. 13. numer. 16. & in addit. ad Peguer. in prax. civili, rub. 13. nu. 17.* Berar. *in ſpec. viſit. cap. 3. numer. 14. & cap. 5. num. 122.*

2 Sed in cauſis criminalibus diſcordat jus civile à jure canonico. Nam ſecundùm jus civile nedum in civilibus, verùm etiam in criminalibus cauſis teſtes habiles & idonei ad perhibendum teſtimonium veritatis coguntur, ſcripſerunt Abbas *in cap. ſuper eo, numer. 3. de teſtib. cogend.* Buccaron. *de differ. inter judic. civil. & criminal. differen. 72. numer. 1.* & alii plures quos referunt Scaccia *de judic. liber 2. capit. 10. numer. 1. & 2.* Farinac. *in praxi, part. 2. quæſt. 78. num. 196.*

3 Rationes quare de jure civili teſtes habiles, & idonei cogi, & compelli poſſunt inviti ad teſtificandum indiſtinctè tam in civilibus quàm in criminalibus cauſis, tradunt *gloſ. verbo occultent, in cap. 1. de teſtib. cogend.* Farinac. *in prax. part. 2. quæſt. 78. num. 4. & 5. ſub num. 196.* Gail. *lib. 1. obſerv. 100. num. 1. & 2.* Maſcard. *de probat. tom. 1. qu. 5. n. 49.* Gomez *tom. 3. var. cap. 12. num. 24.* Scaccia *de jud. lib. 2. cap. 10. num. 3.* Buccaron. *de differ. inter jud. civil. & criminal. differ. 72. num. 4. & differ. 74. n. 11.* Fermoſin. *in cap. 1. nu. 7. & 8. de teſtib. cogend.* Reg. Vic. *ad prag. Reg. Sard. tom. 1. tit. 29. cap. 2. n. 1.*

4 Sed de jure canonico, licèt aliqui defendant probabimus eſſe, ut teſtes habiles, & idonei in criminalibus inviti cogi, & compelli poſſint ad teſtificandum, quos lata manu referunt Farinac. *in praxi, part. 2. quæſt. 78. nu. 116.* Genuenſis *in praxi Archiep. Neapol. cap. 9. num. 1.* Fermoſin. *in capit. 1. quæſt. 2. à num. 1. ſignanter num. 7. 12. 13. & 14. de teſtib. cogend.* Jul. Chartar. *deciſ. 84. 4. & 5.* per jura *in cap. pervenit 5. c. ſuper his, c. cùm contra, de teſtib. cogend.* & alii arbitrio judicis relinquant, Menoch. *de arb. jud. caſu 487. num. 1.* Farinac. *in prax. part. 2. quæſt. 78. nu. 117. 118. & 119.* Veritas tamen eſt, quod de jure canonico etiam quando agitur directè ad pœnam teſtes habiles, & idonei inviti non poſſunt compelli in criminalibus cauſis ad perhibendum teſtimonium, *probat tex. in cap. dilectorum 10. de teſtib. cogend. ad quem ſe refert gloſ. verbo teſtimonio, in cap. ſtatutum 11. §. pro ferendo, de reſcrip. in 6.* Gail. *lib. 1. obſerv. 100. num. 20.* multos laudant, & ſequuntur Farinac. *in praxi, part. 2. quæſt. 78. nu. 44. & 115.* Buccaron. *de differ. inter judic. civil. & crim. differ. 72. num.* Barboſa *in cap. dilectorum 10. num. 2. de teſtib. cogend.*

Rationes quare de jure canonico non compelluntur teſtes habiles, & idonei in cauſis criminalibus teſtificari, tradunt Farinac. *in praxi, par. 2. qu. 78. num. 196.* Buccaron. *de differ. inter jud. civil. & crim. differ. 72. num. 6. & 7.* 5

Sed quidquid ſit de jure canonico, ſecundùm 6
quod teſtes in cauſis criminalibus teſtificari non compelluntur. Hodie tamen indiſtinctè ſervatur de conſuetudine juxta diſpoſitionem juris civilis, ut teſtes cogantur deponere in civilibus, & in criminalibus cauſis, & inviti compellantur ad ferendum teſtimonium, de qua praxi teſtatur Follerius *in praxi criminal. canonica, cap. 8. verbo teſtibus diligenter examinatis, num. 34. in fine*, & ex Jul. Clar. *§. fin. q. 24. num. 21. verſ. Succeſſivè videamus, in fine*, Farinac. *in praxi, par. 2. quæſt. 78. num. 116. in fine, & num. 120. in fine*, Scaccia *de jud. l. 2. cap. 10. num. 12. & 16.* Buccaron. *de differ. inter jud. civil. & crim. dif. 72. nu. 8.* Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. cap. 9. in 1.* Villagut. *in prax. crim. canon. lib. 8. tit. de teſtibus, cap. 2. concluſ. 1.* Jul. Chartar. *deciſ. 84. à nu. 6. ad 10.* Guazin. *defen. 14. cap. 11. num. 1.* Barboſa *in cap. dilectorum 10. nu. 4.* ubi Fermoſin. *qu. 2. num. 8. de teſtib. cogend.* alios addit Conciol. *in miſcel. teſtium, reſol. 1. num. 1. & 2.* tam per judices ordinarios, quàm delegatos, Farinac. Guazin. & Conciol. *locis hic citatis.*

Rationes hujus practicæ ſunt eædem, quas tra- 7
dunt Doctores citati *numer. 3.* quas etiam referunt Guazin. *defen. 14. cap. 11. num. 1. in prin.* Conciolus *in miſcel. teſtium, reſol. 1. num. 2. verſic. Teſtis.*

Amplia 1. hanc practicam, ut procedat in omni- 8
bus teſtibus, qui ad teſtificandum cogi poſſunt, niſi ſpecialiter, & expreſsè privilegiati reperiantur, Buc. & alii quos citat Farinac. *in praxi, part. 2. quæſt. 78. num. 57.* addo Maſcard. *de probat. tom. 1. qu. 5. num. 62. verſic. Si verò*, Fermoſin. *in cap. 1. queſt. 2. numer. 18. & 19. de teſtib. cog.* Etiam in teſtibus † 9
Doctoribus, Nobilibus, Egregiis perſonis, illuſtribus, & illuſtriſſimis, quos latè enumerant Farinac. *in prax. part. 2. quæſt. 77. à numer. 202.* Menoch. *de arb. jud. caſu 70.* Guazin. *de fin. 17. cap. 10. n. 4.* Fermoſin. *in cap. ſi quis teſtium 8. quæſt. 2. à nu. 1. de teſtib.* remiſſivè Buccaron. *de diff. int. jud. civil. & crim. diff. 83. num. 5. verſic. Quæ autem*, qui in criminalibus cogi poſſunt ad ferendum teſtimonium, & ſi cauſa eſt ardua, compelluntur coram judice comparere, Jul. Clar. *§. fin. qu. 26. num. 2. verſic. Et adverte*, Farinac. *in prax. par. 2. qu. 77. nu. 235. & qu. 78. n. 98. & 113.* Barboſa *in c. 1. n. 6.* ubi Fermoſin. *qu. 2. à n. 20. de teſtib. cogend.* idem Fermoſin. *in c. ſi quis teſtium, qu. 2. nu. 17. de teſtib.* Buccaron. *de differ. inſt. jud. civil. & crim. differ. 83. nu. 5.* Guazin. *defen. 14. cap. 10. num. 1. & 2.* Cardoſ. *in prax. jud. verbo teſtis, nu. 34.* Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valen. capit. 8. §. 2. numer. 38. & 39.* ubi refert Generalem Gubernatorem Regni comparere debere coram Regio Senatore

tore

tore inquirente, quoties neceſſariò requiritur ejus relatio & tradit Regium reſcriptum hoc mandans diei 19. Januarii 1584.

13 Amplia 2. ut teſtes aliàs examinati cogi poſſent ad ſe repetendum, nam eodem jure, quo teſtes compelluntur ad teſtificandum, compellentur ad repetitionem, Vermigliol. *conſ.* 25. *num.* 6. Conciolus, *in teſtium miſcel. reſol.* 1. *numer.* 4. Et cogi † poſſunt ad confrontandum cum reo, nam eodem jure, quo teſtes cogi poſſunt ad teſtificandum, ita etiam ad confrontandum, Scaccia, *de jud. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 18. Guazinus, *defen.* 20. *c.* 19. *num.* 8. Conciolus, *in teſtium miſcel. reſolut.* 1. *numer.* 3. Et etiam † cogi poſſunt per judicem ad jurandum, Jul. Clarus, §. *fin. quæſt.* 45. *num.* 6. *verſic. ſed pone*, ibi. *Et recordor.* Guazin. *defen.* 19. *c.* 10. *nu.* 18. Caren. *de Offic. Sanctæ Inquiſit. par.* 3. *tit.* 7. *n.* 7. Conciolus *in teſtium miſcel. reſol.* 1. *num.* 5.

Amplia 3. ut nedum teſtes cogi poſſunt ad ſe examinandum, ſed etiam principales offenſi, vulnerati, vel derobati cogi poſſunt ad ſe examinandum, & ad judicandum offendentem, vulnerantem, ſeu furem, Gomez hunc caſum vidiſſe de facto, & ſic practicaſſe teſtatur, *tom.* 3. *var. c.* 12. *n.* 14. *verſic. ex quo infero*, Guazin, *defen.* 14. *capit.* 11. *num.* 22. & *capit.* 19. *capit.* 4. *numer.* 5. Farinac. *in praxi, par.* 2. *quæſt.* 78. *numer.* 197. Gaſpar Anton. Theſaurus in addit. ad Theſaurum, *deciſ.* 44. Conciolus *verbo offenſ. reſol.* 1. *num.* 1. & *in teſtium miſcel. reſol.* 1. *numer.* 6.

14 Amplia 4. etiam ſi teſtes juraſſent ſe in nulla cauſa reddituros teſtimonium, non obſtante juramento, poſſunt cogi ad teſtificandum, cùm dictum juramentum ſit temerarium tendens ad veritatem occultandam, & contra bonos mores, imò poſſunt teſtes ſecundùm veriorem Sententiam abſque abſolutione, ſed propria authoritate teſtimonium perhibere abſque metu perjurii, cùm juri publico nemo derogare poſſit etiam cum juramento, *capit. pervenit* 4. & *ibi gloſ. verb. juramentum*, & *verbo commentum*, *fin. gloſ. verbo juramento*, *de teſtib. cogend.* Latè Maſcard. *de probat. tom.* 1. *quæſt.* 5. *à numer.* 47. *verſic. Hoc autem, uſque ad numer.* 50. Gail. *lib.* 1. *obſervat.* 100. *à numer.* 3. Guazin. *defen.* 14. *cap.* 11. *num.* 23. Azevedo *l.* 6. *numer.* 3. *tit.* 6. *lib.* 4. *recop.* Buccaron. *de differ. int. jud. civit. & crimin. differ.* 72. *num.* 5. Barboſa 1. *quæſt.* 2. *num.* 9. 10. & 11. *de teſtib. cogend.* Farinac. *in praxi, par.* 2. *q.* 78. *numer.* 149. 150. 151. & 152. Portoles ad Molin. §. *teſtis*, *num.* 80.

15 Limita 1. quando ex teſtium depoſitionibus in criminalibus periculum eſt, ut contrahant inimicitiam cum aliquo potenti; nam tunc teſtes cogendi non ſunt ad teſtificandum, ut notatur de jure noſtro *in uſit. cap. oport.* 8. *tit. de teſtimoniis*, Quod & jure communi probat Menoch. *de arbitr. jud. caſu* 487. ubi dicit judici eſſe arbitrarium, an immineat teſti periculum nec ne, Scaccia, *de judic. lib.* 1. *capit.* 10. *numer.* 13. Farinac. *in praxi, par.* 2. *quæſt.* 78. *numer.* 123. Conciolus *in teſtium miſcel. reſol.* 1. *numer.* 12. Cancer *par.* 1. *var. capit.* 20. *numer.* 74.

16 Sed valde dubito, quod hæc limitatio in praxi procedat, juxta dicta *numer.* 6. nam ut dixit Bald. *in rubr. de teſtib. cogend.* Quod ubicumque eſſet magnum damnum proximi & lucrum adverſarii, vel ubicumque eſſet ſcandali periculum, debent teſtes compelli ad teſtificandum, ſequitur Buccaron. *de differen. int. judic. civil & crim. differ.* 17. *numer.* 8. *verſic. nil mirum*, aliàs plura delicta maximè capitalia remanerent impunita, ex quo teſtes qui deponunt contra aliquem in cauſa criminali, efficiuntur inimici, Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu.* 10. *n.* 26. & præſertim in Regno Valentiæ, in quo teſtes in cauſis criminalibus periculo mortis, aut detruncationis expoſiti ſunt, Domin. Vicecanc. Don. Chriſtophorus Creſpi de Valdura *obſerv.* 90. *num.* 2. addit tamen Buccaron. *n.* 9. quod nemo poteſt compelli ad intereſſendum pro teſte in contractibus, imo poteſt dicere ſe nolle intervenire & audiendus eſt, qui *n.* 10. limitat ſi pateretur ſe pro teſte in contractu nominari & deſcribi, quia tunc tanquam rogatus cenſetur acceptaſſe officium teſtificandi, quod & tradit Farinac. *in praxi, par.* 2. *q.* 78. *n.* 114.

17 Limita 2. in teſtibus privilegiatis ratione reverentiæ, charitatis, & dilectionis conſervandæ, ut ſunt filii contra parentes, gener contra privignum, frater contra fratrem, ſobrinus contra ſobrinum, uxor contra maritum, & in omnibus è contra, qui non ſunt cogendi ad perhibendum teſtimonium. Et quid ipſis volentibus. Et quid quando aliter veritas haberi non poteſt, videndi ſunt Cancer, *par.* 1. *variar. capit.* 20. *numer.* 75. 76. 77. & 78. Jul. Clar. §. *fin. quæſt.* 24. *numer.* 22. *verſic. ſcias tamen*, Azevedo *l.* 6. *nu.* 5. 6. & 7. *tit.* 6. *lib.* 4. *recop.* Gail. *leg.* 1. *obſervat.* 100. *num.* 14. & 15. Latè Farinac. *in praxi par.* 2. *quæſt.* 54. *regula* 1. 2. 3. & 4. & *quæſt.* 78. *à numer.* 82. & *à numer.* 101. *ad* 113. Fermoſin. *in cap.* 1. *q.* 2. *num.* 35. 36. 37. & 38. *de teſt. cogend.* Buccaron. *de differ. int. judic. civ. & crimin. differ.* 72. *num.* 11. 12. & 13. Scaccia *de judic. lib.* 2. *quæſt.* 10. *à n.* 24. & *à num.* 70. Guazin. *defen.* 14. *capit.* 11. *à n.* 9. *ad* 14. Gomez. *tom.* 3. *var. capit.* 12. *num.* 24. *verſic. quod eſt verum præterquam*, ubi Ayllon Lainez, *num.* 25. Carena *de offic. Sanctæ Inquiſit. dec.* 3. *tit.* 15. *à num.* 15. *ad* 23. Conciolus *verbo teſtis quoad perſonas*, *reſol.* 3. *tota*, & *in teſtium miſcel. reſol.* 1. *num.* 10. Novarius *in pragmat.* 1. *collect.* 1. *numer.* 50. *de teſtium refrænatione*, Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.* 2. *tit.* 29. *cap.* 3. *num.* 2. Domin. Vice Cancel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſerv.* 8. *n.* 9. *verſic. unde licèt*.

18 His præhabitis, Judex Eccleſiaſticus poteſt cenſuris Eccleſiaſticis cogere teſtes ad teſtificandum, *cap.* 2. & ibi: *gloſ. verbo depoſitiones*, *cap.* 3. *gloſ. verbo timore, in fine*, *cap. cùm contra* 9. *cap. dilectorum* 10. *capit. fin.* ibi: *per cenſuram Eccleſiaſticam*, *de teſtib. cogend.* Foller. *in praxi crim. canon. p.* 2. *c.* 8. *num.* 36. Maſcard. *de probat. tom.* 1. *quæſt.* 5. *ſub nu.* 47. & 60. plures alios Doctores antiquos refert Farinac. *par.* 2. *quæſt.* 78. *num.* 36. Scaccia *de jud. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 102. Buccaron. *de differ. int. judic. civ. & crim. differ.* 55. *c.* 15. Jul. Chartar., *deciſ.* 84. *nu.* 6. *in fine*, & *à n.* 1. Guazin, *defen.* 14. *c.* 14. *c.* 11. *ſub n.* 14. Fermoſin. *in c.* 1. *q.* 1. *n.* 13. *de teſtib. cogend.* Conciolus *in teſtium miſcel. reſol.* 1. *n.* 8. Auguſt. Barboſa *in cap. cæterum*, *numer.* 2. *verſic. Eccleſiaſtica*, *de teſtib. cogend.* Genuen. *in praxi Archiep. Neapol. c.* 9. *nu.* 1. Riccius *in praxi fori Eccleſ. p.* 1. *reſol.* 399. *nu.* 1. & 2. Daniel de Nobilibus, *diſp.* 28. *num.* 1. 2. & 3. Adeo quod ſi judices laici impediant, ne judex Eccleſiaſticus utatur cenſura Eccleſiaſtica pro coactione teſtium laicorum in ſua curia, incurrunt in excommunicationem Bullæ in Cœna Domini, Genuen. & Daniel de Nobilibus, *locis proximè citatis; ille ſub num.* 1. *iſte*, *num.* 3. *in fine*.

Et præter jura, & Doctores citatos, *num.* 8. probatur *ex cap.* ibi: *Eccleſiaſtica diſtrictione compellas*, & *ex cap. fin.* ibi: *diſtrictione compellas*, & *ex cap. fin. ibi diſtrictione ſimili compellentes ad perhibendum teſtimonium veritatis*, *de teſtib. cogend.* Quod verbum diſtrictio licèt Fuſcus *de viſitat. libro* 1. *capit.* 24. *pro totum*, dicat, quod comprehendit alias pœnas quàm cenſuras, refert & ſequitur Daniel de Nobilibus, *in addit. ad diſp.* 18. *numer.* 7. Verius eſt, quod continentur Eccleſiaſticæ cenſuræ, & nulla alia pœna eſt diſtrictionis in dictis juribus comminata quàm cenſurarum, quia iſtæ ſunt arma Eccleſiæ, maximè contra laicum, & poſt alios docet Jul. Ghartar, *deciſ.* 84. *num.* 12.

20 Cenſurarum autem appellatione comprehenduntur excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum, *capit. ſtatutum* 13. *de ſentent. excom. in* 6. *capit. quærenti* 10. ubi Barb. *num.* 1. & 2. *de verb. ſignif.* Avila *de cenſur. par.* 1. *dub.* 5. Salgado *de reg. poteſt. par.* 2. *capit.* 5. *numer.* 1. idem Barboſa *appel.* 46. Villalobos *in ſum. mor.* 1. *tract.* 16. *difen.* 2. *numer.* 1. Caſt. Palaus, *in opera moral. parte* 6. *tract.* 29.

diſp. 2. punct. 1. numer. 3. 4. & 5. Ugolin de cenſur. tab. 1. cap. 26. Garcia de benef. par. 7. cap. 13. num. 2. Suarez tom. 5. in par. 3. diſp. 1. ſect. 3. Lezana in ſum. quæſt. regul. par. 3. Verbo Cenſura Eccleſiaſtica, num. 1. verſ. eſt triplex, Et in propriis terminis Jul. Chartar. deciſ. 84. num. 14. Daniel de Nobilibus diſp. 18. num. 6. Buccaron. de differ. int. jud. civ. & crim. diſp. 75. num. 15. Fermoſin in cap. 1. quæſt. 1. num. 13. de teſtib. cogen.

21 Et licèt aliquid dicant, quod judex Eccleſiaſticus debet incipere à ſuſpenſione, & creſcente contumacia procedere per excomunicationem, & ſuſpenſionem juxta text. in c. 2. de teſt. cogend. Farinac. in praxi, par. 2. quæſt. 78. num. 36. Verius eſt, quod eſt judici Eccleſiaſtico arbitrarium incipere ab excommunicatione, ſuſpenſione, vel interdicto, & poteſt incipere ab ea pœna, quæ magis timetur, & ſic ab excommunicatione, notat Conciolus teſtium miſcel. reſol. 1. num. 8. & probat Jul. Chartar, deciſ. 84. n. 18. Genuen. in practicab. Eccleſiaſt. quæſt. 782. nu. 1. Et ſic obſervatur in Cathalonia, ut habetur in deciſione infra referenda num. 17.

22 Neque his adverſatur Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. de refor. cap. 3. præcipiens, quod in judiciis civilibus, ſive criminalibus judices Eccleſiaſtici non utantur excomunicatione, niſi in ſubſidium, ſed potius incipiant ab executione reali vel perſonali, ut tradunt Jul. Chartar. deciſ. 84. num. 28. 19. & 20. Genuen. in pract. Eccleſ. quæſt. 282. numer. 3. Barboſa in cap. 2. ſub nu. 2. de teſtib. cogend. Scaccia de jud. lib. 2. cap. 10. poſt numer. 115. Fermoſin. in capit. 1. quæſt. 1. numer. 14. in fine de teſtib. cogend. Quia Tridentinum loquitur de perſonis principalibus, ibi: Adverſus reos, & ibi: delinquentes, non autem de teſtibus, Et ſic canones de teſtibus loquentes non innovat, qui canones, num. 18. & 19. relati de cenſura loquuntur, non autem de captura perſonæ, vel reorum quæ non continentur ſub nomine cenſuræ, cùm ea ſolum excommunicationem, ſuſpenſionem, ac interdictum comprehendat, ut dictum eſt, num. 20. ſic Daniel de Nobilibus, diſp. 28. num. 3. verſic. quibus, & numer. 4. 5. & 6.

23 Unde exiſtimo, quod judex Eccleſiaſticus pro Curiæ Epiſcopalis informatione non poteſt teſtes laicos compellere ad ferendum teſtimonium ſub pœna pecuniaria, mulcta indicta, & captis pignoribus, & in ſubſidium excommunicationis, quidquid dicant Follerius in praxi crim. canon. par. 2. capit. 8. teſtibus diligenter examinatis, poſt num. 36. Scaccia de jud. lib. 2. capit. 10. numer. 103. Jul. Chartar. deciſ. 84. à numer. 15. Barboſa in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. de refor. capit. 3. num. 11. & dec. Apoſt. 702. n. 4. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 40. num. 108. Quia ubi canones expreſſe de cenſura Eccleſiaſtica loquuntur, pro ut iſto caſu dictum eſt, num. 18. & 19. Non poſſunt cogi perſonæ, aut bona, & ſic mulcta non comprehenditur, ut proſequitur benè exornans Daniel de Nobilibus, diſp. 28. num. 6.

24 Teſtibus autem Eccleſiaſtis, maximè abſentibus, poteſt poni præceptum per judicem Eccleſiaſticum, quod in tali termino compareant ad perhibendum teſtimonium veritatis, nempè intra triduum ſub pœna pecuniaria, & ſi in tali triduo non comparuerit ſub pœna excommunicationis, & ſi in alio termino adhuc non comparuerint ſub pœna depoſitionis, idem in eiſdem literis, ut colligitur ex cap. 2. ubi Barboſa, numer. 2. Genuen. in pract. Eccleſ. quæſt. 782. à num. 1. Fermoſin. in cap. 1. num. 14. de teſtib. cogend.

25 Prædicta, numer. 18. cum ſeq. procedunt tam in cauſa civili quàm in criminali, Conciolus in teſt. miſcel. reſolut. 18. in fine, & Sereniſſimus Dominus Rex Philippus Secundus fidei, & auctoritatis, ac poteſtatis Eccleſiaſticæ acerrimus defenſor per literas directas Prorogi Neapolitano ſub die 28. Decembris 1561. mandavit, ne teſtes laici impedirentur, quo minus in Curia Eccleſiaſtica deponere compellantur, ſivè in cauſa civili, ſivè criminali, Riccius in prax. fori Eccleſ. par. 1. reſol. 399. num. 1. & 2. Genuen. in praxi Archiep. Neapol. capit. 9. ſub num. 1. Daniel de Nobilibus, diſp. 28. numer. 3. Jul. Chartar, deciſ. 8. num. 6. in fine.

Sive teſtes ſint Clerici ſivè laici, & agatur coram judice Eccleſiaſtico, cogi poſſunt per cenſuras 26
Eccleſiaſticas ad perhibendum teſtimonium, Farin. in praxi, par. 2. quæſt. 78. numer. 36. Buccaron. de differen. int. jud. civ. & crim. differ. 75. numer. 15. poſt princ. verſ. Quod procedit, Genuen. in praxi Archiep. Neapol. capit. 9. in princ. numer. 2. quod anno 1598. cm quidam Clericus interfeciſſet quemdam juvenem in civitate Neapolis, D. Fabius Riccardus Regius Conſiliarius tunc judex criminalis Magnæ Curiæ Vicariæ perſonaliter ſe contulit ad Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam, & ſecum carceratum duxit dictum Clericum, & omnes teſtes laicos veroſimiliter informatos de homicidio, quos carceratos reliquit in carceribus Curiæ Archiepiſcopalis, ut teſtimonium ferrent coram D. Vicario Neapolitano, qui cùm depoſuiſſent, fuerunt à carceribus liberati.

Et ſecundùm prædicta fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Puigmari 6. Decembris 27
1530. in favorem fiſci Procuratoris Curiæ Eccleſiaſticæ Dertuzæ contra Laurentium Goner habitatorem dictæ Civitatis ratione mandati ei injuncti, quatenus in dicta Curia Eccleſiaſtica ad inſtantiam illius fiſci Procuratorio ſub excomunicationis pœna veritatis teſtimonium perhiberet.

Verùm ſi laici potiùs patiantur cenſuras, quàm 28
velint deponere in Curia Eccleſiaſtica, vel tardant accedere ad deponendum, donec excommunicentur, poteſt judex Eccleſiaſticus invocare auxilium brachii ſæculari, ut laicos renitentes compellat deponere in Curia Eccleſiaſtica, & judex ſecularis debet tale auxilium præſtare, aliàs poteſt excommunicari, probat Genuen. in praxi Archiep. Neapol. capit. 19. numero 2. ſequitur Daniel de Nobilibus, diſp. 28. numer. 9. verſic. Quod ſi uſu, & numer. 10.

At ſi laicus citatus ad perhibendum teſtimonium 29
in Curia Eccleſiaſtica propter legitimum impedimentum non comparuit, & fuit excommunicatus, talis teſtis quoad Deum non eſt excommunicatus, ſed quia Eccleſia illud ignorat, debet ſic excommunicatus, docere de impedimento, & conſtito de eo abſolvi debet ſine difficultate, gloſ. verbo defenſionis in cap. 2. ubi Barboſa num. 6. de teſtib. cogendis, Jul. Clar. §. fin. quæſt. 28. num. 6. verſic. Sed pone, pluries alios citant Farinac. in praxi par. 2. quæſt. 78. num. 43. Fermoſin. in cap. 1. quæſt. 2. nu. 17. in fine, & numer. 19. de teſtib. cogen. Et quomodo impedimentum probetur, Menochius de arb. jud. caſu 118. Maſcard. de probat. concluſ. 884. remiſſivè Barboſa, in cap. quoad conſultationem, num. 7. de ſenten. & re judic.

Judex verò ſecularis poteſt cogere teſtes laicos ad 30
perhibendum teſtimonium in cauſis civilibus, mulcta indicta, & captis pignoribus ad inſtar tutorum, & curatorum, quorum officium publicum eſt ſicut teſtium, qui tutores, & curatores, ſi nolint ſatiſdare, compelli poſſunt, vel per indictionem mulctæ, vel captis pignoribus, ſic ergo compellendi ſunt teſtes, qui informati de aliquo negotio teſtimonium perhibere recuſant, ut in l. 1., ff. ſi quis juſdicen. non obtemper. l. curent, ff. de teſtibus, l. judices, Cod. de fide inſtru., §. fin. inſtit. civil. de ſatiſdat. Gail. lib. 1. obſerv. 100. in princ. ibi: Pœnalibus mandatis, & numer. 16. & 11. verſic. Facta tamen declaratione pœnæ. Maſcard. de probat. tom. 1. quæſt. 3. ſub num. 47. & 60. Daniel de Nobilibus diſput. 28. 2. Azevedo l. 6. ſub numer. 10. tit. 6. lib. 4. recopil. Guazin. defen. 14. capit. 11. numer. 14. Buccaron. de differen. int. jud. civ. & crimin. differ. 75. numer. 15. verſic. Aut judex eſt ſæcularis, Scaccia de jud. lib. 2. cap. 10. à num. 102. Barboſa in cap. cæterum 6. num. 2. verſic. Eccleſiaſtica diſtrictione, in fine de teſtib. cogen.

*cogen.* Fermoſin. *in cap.*1. *quæſt.*1. *numer.*15. *de teſtib. cogend.* plures alios addunt Farinac. *in prax. part.*2. *quæſt.*75. *num.*37. Portoles ad Molin. §. *teſtis*, *num.* 82. Conciolus *in teſtium miſcel. reſol.*1. *num.*7.

31 Quę quidem mulcta quandoque poteſt extendi uſque ad confiſcationem bonorum, ſecundùm Bald. *in cap.* 2. *in princ. de teſtib. cogend.* Nata *conſ.*39. *ſub num.* 1. *lib.*2. Guazin. *defenſ.* 14. *capit.* 11. *numer.* 15. *in fine*. Quod in praxi numquam vidiſſe ſervatum teſtatur Farinac. *in prax. part.*2. *quæſt.*78. *num.*38. refert & ſequitur Fermoſin. *in cap.*1. *quæſt.*1. *ſub num.* 15. *de teſtib. cogend.* remiſſivè Buccaron. *de differ. int. jud. civil. & crim. differ.*76. *num.*18. *in fine*.

32 Et ſi mulctæ, & pignora non ſufficerent, poteſt judex ſæcularis cogere teſtes laicos ad teſtificandum ſub pœna exilii ſeu banni: Eo quia in foro ſæculari bannire, idem eſt, quod excommunicare in foro Eccleſiaſtico, & teſtes coguntur teſtificari mediante excommunicatione. Ergo, & in foro ſæculari mediante banno, Guazin. *deferent.*14. *capit.*11. *numer.* 14. Conciolus *in teſtium miſcel. reſol.*1. *n.*7. Sed in praxi in cauſis civilibus, ſeu pecuniariis non vidiſſe iſtum modum ſervari dicit Scaccia *de judic. libro* 1. *cap.*10. *numer.* 100. ut etiam dixit Farinac. *in praxi*, *part.* 2. *quæſt.*78. *numer.* 39. refert, & ſequitur Buccaron. *de differ. int. jud. civil. & crim. differ.*76. *num.*18. & tradit Fermoſin. *in cap.*1. *quæſt.*1. *num.*15. *in fine de teſtib. cogend.*

33 Poteſt etiam Judex ſæcularis cogere teſtes laicos ad perhibendum teſtimonium in cauſis civilibus per captionem perſonarum, & detruſionem in carcerem, Azevedo *l.*6. *ſub num.*19. *tit.*6. *lib.*4. *recop.* Conciolus *in teſtium miſcel. reſol.*1. *in addit. ad num.*7. ſi teſtes ſint tales, ut ab eis non poſſit exigi mulcta, nec capi pignora, Farinac. *in praxi*, *part.* 2. *quæſt.* 78. *numer.*41. Portoles ad Molin. §. *teſtis*, *num.*82. Fermoſin. *in cap.* 1. *quæſt.*1. *numer.*17. *de teſtib. cogend.* & adhuc in iſto caſu ſunt aliqui, qui de jure docent prædictos teſtes in perſona capi non poſſe, ut ſic ad perhibendum teſtimonium cogantur, relati à Natta *conſ.* 349. *numer.*5. *libro* 2. ut refert Portoles ad Molin. §. *teſtis*, *numer.* 82. *in fine*, Maſcard. *de probat. tom.*2. *quæſt.*5. *numer.*61. Novarius *tom.*2. *gravam.*143. *num.*1.

34 Sed quidquid ſit de jure circa capturam perſonarum in cauſis civilibus. In cauſis tamen criminalibus, dicunt plures, quod cùm in eis agatur de publica utilitate, ne veritas occultetur, & malus, ut bonus æſtimetur, ac delicta puniri poſſint, ſi teſtes, qui venerint ad examinandum, non præſtant cautionem de non recedendo, donec examinentur, poſſunt in carcere detrudi; ſecus ſi cautionem præſtare velint, *juxta l. ſi quando*, ubi Doctores *C. de teſtibus*, quos refert Farinac. *in praxi*, *part.*2. *quæſt.* 78. *numer.*40. & 41. Novarius *tomo* 2. *gravam.*143. *numer. ſecundo*, Fermoſin. *in cap.*1. *quæſt.*8. *numer.*16. *de teſtib. cogend.*

35 Sed verius eſt, quod in criminalibus poteſt judex cogere teſtes ad perhibendum teſtimonium per captionem perſonarum, & detruſionem in carcerem, & in his terminis loquuntur Guazin. *defenſ.*14. *capit.*14. *numer.*14. Conciolus *in teſtium miſcel. reſol.* 1. *numer.*7. Scaccia ita ſervari in Urbe Romæ teſtatur *libr.*2. *de judic. cap.*10. *in ſpec.*2. *numer.* 105. Idem teſtatur Buccaron. *de differ. int. jud. civil. & crim. differ.*75. *numer.*16. qui *num.*17. rationes hujus praxis aſſignat, quia in criminalibus mora ſolet afferre magnum præjudicium, ex quo fiunt mille impoſturæ, teſtes inſtruuntur, & ſubornantur, & ad fugam etiam, & latitationem ſuadentur in damnum fiſci, & publicæ quietis detrimentum, ideò expedit potiùs celeriter procedi contra teſtes ad capturam, quàm ad mulctæ impoſitionem, ſeu pignorum captionem, Novarius *de gravam. vaſſal. tom.* 2. *gravam.*143. *numer.*5. 6. verum putat, ſubſiſtente legitima cauſa, ut ſi eſſet ſuſpicio, quod teſtes poſſint eſſe ſubornati à partibus, & inſtructi, quid dicere debeant in examine, & *numer.* 9. 10. & 11. dicit idem, ſi teſtes ſint vicini in loco, in quo crimen fuit patratum, cùm illi habeant præſumptionem juris contra ſe, quod illud factum ſcire poſſunt, & *numer.* 12. idem inquit ſi fuerint teſtes ſoliti practicari in loco, in quo ſucceſſit delictum, vel ſi habeant aliam præſumptionem, quod veroſimiliter poſſunt eſſe informati de facto, & *num.*13. idem ait, ſi teſtes illi ſint vocati in conteſtes ab aliis qui dixerunt interfuiſſe, & illi negarent, quamvis ab uno ſint vocati, dummodo eis ſit dignior; & *numer.* 14. idem concludit, ſi illi teſtes convincantur per alios teſtes deponentes de eorum extrajudiciali confeſſione, & idem de teſtibus, qui facto interfuerunt, & dicunt ſe nihil vidiſſe. Nam in omnibus his caſibus poteſt judex procedere contra teſtes ad teſtificandum in criminalibus per captionem perſonarum, & detruſionem in carcerem, probat Novarius *loco citato*.

36 Sed ſcias, ne erres quoad hanc materiam compulſionis teſtium ad teſtificandum, quod circa modum eos cogendi, ſervandus eſt ſtylus, & conſuetudo loci, ubi jus redditur, ut admonet Angel. de Peruſio in addit ad Jacob. Ægidium, *in tract. de reprobat. teſtium*, *numer.* 25. quem ſequuntur Buccaron. *de differ. int. jud. civil. & crimin. differ.* 77. *numer.*21. Farinacius *in praxi*, *part.*2. *quæſt.*78. *numer.*39. Fermoſinus *in capit.*1. *quæſt.*1. *numer.*15. *in fine*, *de teſtib. cogend.* alios addunt Guazin. *defenſ.* 14. *capit.*21. *numer.*15. Conciolus *in teſtium miſcel. reſol.*1. *numer.*7. *in fine*, Berart. *in ſpecul. viſit. cap.* 3. *numer.*14. *verſic. Veruntamen in his*. In Cathalonia in cauſis civilibus proceditur per Regiam Audientiam ad coactionem teſtium ad teſtificandum per mandata cum pœnis pecuniariis. Et in Regio criminali Conſilio per carcerationem perſonarum, & aliquando cum ligatione catenarum. De Regno Aragonum vide Portoles ad Molin. §. *teſtis*, *à numer.*82. *ad* 87. De Regno Caſtellæ *l.*6. *tit.*6. *lib.* 4. *recop.*

---

*ARGUMENTUM.*

## An Puellæ nubilis ſequeſtrum ad effectum indagationis conſenſus matrimonialis pertineat, & ſpectet ad judicem Eccleſiaſticum.

*SUMMARIUM.*

1 *Judex timens impediri libertatem conſenſus alicujus puellæ nubilis, de cujus matrimonio agitur, debet illam ſequeſtrare in loco honeſto, ac tuto, ubi liberè poſſit conſenſum ſuum exprimere, n.*1. *& 2. non ſolum quando inter duos viros eſſet contentio ſuper matrimonio cum illa puella contrahendo, ſed etiam ubi inter duos nulla contentio eſt, ſi judex intelligat liberum conſenſum puellæ impediri, numer.*3. *nedum ad partis petitionem, ſed etiam ex officio, num.*4.

*Loci honeſti ac tuti aſſignatio ad reponendum puellam pro ejus libertate conſenſus in arbitrio judicis propoſitum eſt, numer.*5. *ut in Monaſterio Monialium, num.*6. *vel alia domo, num.*7. *apud honeſtam matronam, ubi nullum poſſit ſubeſſe periculum metus, vel violentiæ, num.*8. *vel apud honeſtos conſanguineos puellæ, num.*9. 10. 11.

12 *Puellam ſequeſtrare cauſa explorandi voluntatem an ſpectet ad judicem Eccleſiaſticum, vel poſſit hoc facere judex ſæcularis, numer.*12. *&* 13. *in Cathalonia puellæ nubilis ſequeſtratio quoad explorationem voluntatis pertinet ad Curiam Eccleſiaſticam, num.*14. *Amplia* 1. *etiamſi puella nubilis, ut libere nubere poſſit prius fuerit ſequeſtrata per Curiam ſæcularem, ſi per Curiam Eccleſiaſticam petatur cauſa explorandi voluntatem, tradenda eſt ad dictum effectum Curiæ Eccleſiaſticæ, n.*15. *Amplia* 2. *etiam ſi puella ſit impubes, n.*16. *&* 17. *limita hanc ſecundam ampliationem, ſi ſequeſtratio puellæ impuberis fuerit*

*facta, ne eo vis fieret, quoad contractum matrimonii; nam tunc pertinet ad curiam ſecularem, numer.18.*

19 *Cauſa educationis puellæ ſi fuerit præventa in curia ſæculari, & à Curia Eccleſiaſtica petatur ſequeſtrari pro exploratione voluntatis matrimonii, declaratur in Cathalonia, quod pro indemnitate cauſæ educationis dictæ pupillæ in Curia ſæculari præventæ obligatur perſona idonea, cui de conſenſu ambarum Curiarum commendetur, quæ dictam puellam educet juxta Curiæ ſæcularis ordinationem, eamque cuſtodiat pro indagatione cenſus matrimonialis, & effectuationis ſententiæ in cauſa matrimoniali ferenda, taliter quod altera Curia non impediatur in cauſis coram ſe vertentibus.*

20 *Puella ſi durante lite ſuper matrimonio nubit, ſequeſtranda eſt cum interdictione copulæ, & converſationis, numer.20. niſi matrimonium conſummaſſet, nam tunc non ſequeſtratur, ſed interim cum eo remanet, num.21.*

22 *Puella ſi pro educatione ſequeſtratur, per Curiam ſæcularem ſequeſtrum fieri debet, numer.22. hujuſmodique ſequeſtrum non requirit citationem, num.23.*

24 *Sequeſtrationis puellæ praxis ad explorandam ejus voluntatem remiſſive.*

25 *Sequeſtrationis puellæ praxis cauſa educationis remiſſive.*

26 *Judex competens quis ſit in cauſis ſponſalium ad compellandum reſilientem, ut contractum obſervet, numer.26. & quid ſi agitur de diſſolvendis ſponſaliis, numer.27. & qualiter judex debeat procedere contra recuſantem implere ſponſalia, num.28.*

## DECISIO CLXXIII.

1 QUotieſcumque adeſt informatio ſubductionis vo-
luntatis puellæ, aut timor violentiæ, vel ſcan-
dali, pudicitiæ, & honoris ejuſdem puellæ, autho-
ritas, & timor conjunctorum, vel tutorum. Et ut uno
verbo dicam, ſi judex timet impediri libertatem con-
ſenſus alicujus puellæ nubilis, de cujus matrimo-
nio agitur, debet illam ſequeſtrare in loco hone-
ſto, ac tuto, ubi liberè poſſit conſenſum ſuum expri-
mere, & ſine metu dicere, ſi vult talem in virum
ſuum, probatur de jure canonico, *in cap. cùm lo-
cum* 14. *verſic. Quo circa mandamus, ubi gloſſa*,
Innocent. Panormit. Butr. Præpoſit. Barboſa *num.*14.
*de ſponſalib. facit cap. penult. de probat.* & ex jure
civili *in leg.*1. ubi Joan. Faber. Petr. de Bellapert.
Odofred. Bald. & Fulgoſ. *Cod. de nuptiis*, Cravet.
*conſ.* 190. *à numer.* 1. Covar. *in epit. ad* 4. *part.* 2.
*capit.*3. §.6. *numer.*2. Cenedo *collect. ad decretal.* 93.
*numer.* 4. Riccius *collect.* 2050. *in princ. & collect.*
1826. *la ſegunda*, Vermigliolus *conſ.* 11. *numer.* 17.
*&* 18. Bellet. *diſq. Cler. part.*1. *titul. de favore Cle-
ricor. reali* §.2. *à numer.*43. Coſta *de re integra, diſt.*
59. *numer.*6. Baronius *de citat. in addit. ad ſingul.* 5.
*numer.*6. Capiblanc. *de Baronibus, prag.*9. *numer.* 5.
*&* 6. Azevedo *conſ.*37. Cabreros *de metu, libro ſe-
cundo, capit.* 19. *numer.* 102. Novarius *in rubr. col-
lect.*1. *numer.*13. *&* 14. *de educat. pueror. de gravam.
vaſſal. gravam.* 224. *numer.*6. Genuenſ. *in praxi Ar-
chiepiſc. Neapol. capit.* 14. *numer.*1. *& capit.* 15. Re-
gens Vico *ad prag. Reg. Surd. tom.*2. *titul.*46. *capit.*
2. *numer.*12. Boſſius *de effect. contract. matrim. cap.*
10. *numer.*139. *verſic. Vel lite mota*, Caroc. *de ſe-
queſtro, part.*1. *quæſt.* 1. *numer. ſecundo, & tertio,*
*fol.*207. *pag. ſecunda*, Aponte *de poteſt.* 1. *Proreg.
titul.*6. *numer.*11. Guttierez *de matrimon. capit.* 37.
*numer. primo, & ſecundo*, Caſtrus Palaus *in oper.
moral. part.* 5. *tract.* 28. *diſput.* 1. *punct.*34. *numer.* 1.
Gail. *libro primo, obſerv.*45. *numer.*7. Reverter. *deciſ.*
132. *tota*, ubi Marinis *in obſer. num. primo*, idem
Marinis *poſt librum ſecundum reſolut. jur. allegat.* 78.
*numer.*4. Diana *reſol. moral. part.* 11. *tract.*3. *& mi-
ſcel.*3. *reſol.*20. *& in coordinat. part.*9. *tract.*2. *reſol.*
230. *à numer.*5. *uſque ad finem*, Thomas del Bene
*de immunit. Eccleſ. tom.*2. *capit.* 10. *dub.* 1. *ſect.* 1.
*ſuppoſito* 2. *num.*7. Et de † conſuetudine univerſali. 2
Joan. Faber. *in l.*1. *Cod. de nuptiis*, Aponte *de poteſt.
Proreg. titul.*6. *de aſſenſu Regio, numer.*53. & in omni-
bus tribunalibus obſervatum, Marcus *deciſ.*175. *num.*
11. *& deciſ.*306. *part.*2. Riccius *collect.* 1826. *la ſegun-
da, verſic. Quarta quia*,

Non tantùm quando inter duos viros, eſſet con- 3
tentio ſuper matrimonio cum illa puella contrahen-
do, *juxta text. ſecundùm unam lecturam in poſitione
caſus, & gloſſ. fin. in capit. cùm locum* 14. ubi Joan.
Ad. & communiter Doctores ſecundùm Præpoſit.
*numer.* 3. *de ſponſalib.* Angel. Caſtrenſ. *inter conſil.
matrimonialia* 32. *numer.*10. *libro primo*, Guttierez
*de matrimon. capit.* 37. *numer. primo, verſic. Primus
eſt, juncto verſic. Circa primum, & verſic. Text. hic
duas habet lecturas*, Coſta *de re integra, diſt.*59. *num.*
6. *in princ.* Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.*2. *titul.*
46. *numer.*12. *in princ.* & alii ex citati *numer. primo*.
Sed etiam ubi inter duos nulla eſt contentio, ſi judex
intelligat liberum conſenſum puellæ impediri, *ut pro-
batur in leg.*3. *in fine, ff. de libero homine exhib. cap.
cum locum*, ſecundùm lecturam Innocentii, Hoſtienſ.
& aliorum *de ſponſalib.* Covar. *in epit. ad* 4. *part.*2.
*capit.*3. §.9. *ſub numer.*2. *ad medium*, Cabreros *de me-
tu, lib.*2. *cap.*19. *ſub numer.*102. Guttierez *de matrim.
cap.*37. *num.*1. *verſic. Secundus eſt, juncto verſic. Se-
cunda lectura eſt*, Caſtr. Palaus *in oper. moral. part.*5.
*tract.* 28. *diſp.* 1. *punct.* 34. *numer.* 1. & alii ex citatis
*numer.*1.

Quinimo judex nedum ad petitionem partis, ſed 4
etiam ex officio poteſt ſequeſtrare puellam in loco
honeſto, ac tuto, quando timet perſuaſionem ad
contrahendum matrimonium ne ei inferatur vio-
lentia, Genuenſ. *in praxi Archiepiſc. Neapol. cap.*
15. Emmanuel Themudo *deciſ. Ulyſſiponenſi* 238.
*numer. primo, tom. ſecundo*, quos citat Diana *reſol.
moral. part.*11. *tract.*3. *& miſcel.*3. *reſol.*20. *& in coor-
dinat. part.*9. *tract.*2. *reſol.*230. *numer.*5. *&* 6. & pro-
bat Guttierez *de matrimon. capit.*37. *numer.*1. *verſic.
Secunda lectura eſt, prope finem, verſic. Et quod judex*,
Reverter. *deciſ.*13. *numer.*2. *verſic. Et Abbas quod ubi
puellæ*, & hoc omnes dixiſſe ad judicis officium ſpe-
ctare inquit Aponte *de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſu Re-
gio* 53.

Ac proindè aſſignatio loci honeſti ac tuti ad re- 5
ponendum puellam pro ejus libertate conſenſus in
matrimonio judicis arbitrio repoſitum eſt, *ex regu-
la l. ad rem mobilem, l. ad legatum, ff. de procu-
rator. & probat. l.*1. *Cod. de nuptiis*, Genuenſ. *in
praxi Archiep. Neapolit. capit.*14. *numer. primo, in
fine, verſic. Item*, Diana *reſolut. moral. part.*2. *tract.*
2. *reſol.*132. *alias* 131. *& in coordinat. part.*9. *tract.*2.
*reſol.*229. *poſt princ.* Thom. del Bene *de immunit. Ec-
cleſ. tom.* 2. *capit.*10. *dub.*1. *ſect.*1. *ſuppoſito* 2. *numer.*7.
Ut † in Monaſterio monialium *capit. penultim. de* 6
*probat.* Caroc. *de ſequeſtro, part.*1. *quæſt.*1. *numer.*2.
*fol.*207. *pag.* 2. Reverter. *deciſ.* 132. *numer.*2. ubi
Marin. *in obſervat. numer.*1. facit idem Marinis *lib.*
1. *reſol. jur. cap.*95. *numer.*9. Vel † alia domo, Ca- 7
ſtrus Palaus *in oper. moral. part.* 5. *tract.* 28. *diſp.* 1.
*punct.*34. *numer.*1. Genuenſ. *in prax. Archiep. Neapol.
capit.*14. *numer. primo*, Marinis *poſt lib.* 2. *reſolut. jur.
alleg.*78. *numer.*4. Vermigliolus *concluſ.*11. *numer.*18.
Novarius *in rub. collect.*1. *num.*13. *de educat. pueror.*
Apud † honeſtam Matronam ubi nullum poſſit ſubeſ- 8
ſe periculum metus, vel violentiæ, Gail. *lib.*2. *obſer.*
45. *num.*7. Novarius *in rub. collect.*1. *num.*14. *de educat.
puer.* Cutel. *de immunit. Eccleſ. lib.*2. *quæſt.*132. *num.*
1. Vel apud † honeſtos conſanguineos puellæ, Gut- 9
tierez *de matrimon. capit.*37. *num.*1. *ſub verſic. ſecun-
da lectura eſt*, Gail. *lib.*2. *obſerv.* 45. *numer.*7. *in fine*,
Diana *reſol. mor. part.*11. *tract.*3. *& miſcel.*3. *reſol.*20. *&
in coordinat. part.*9. *tract.*2. *reſol.*230. *n.*8. Ait tamen
Marinis in obſervat. ad Reverter. *deciſ.*132. *n.*1. *poſt
medium*, quod ſi Monaſterium non eſt locus tutus pro
libera voluntate puellæ, poteſt judex arbitrari, ne re-
ponatur in domo conſanguinei non ſuſpecti, & citat

Fab. de Anna *conſ.*33. ſed Diana *reſol. mor. part.*12. *tract.*3. *& miſcel.*3. *reſol.*20. *& in coordinat. part.*9. *tract.* 2. *reſol.* 230. *numer.* 8. Inquit, quod ſi adſunt conſanguinei non eſt puella reponenda in Monaſterio, niſi timeatur injuſta perſuaſio per dictos conſanguineos, nam tunc non erit ibi reponenda, & concludit in hoc multùm valere officium judicis, ut eam non reponat in loco ſuſpecto.

10 Plus addunt alii quod ſi intervenerit caſus, ut ad tollendam ſuſpicionem coactionis neceſſe ſit extra Oppidum, vel Civitatem puellam extrahi, ut ſi timeatur potentia alicujus potentis, ſi tutè id fieri poteſt, ipſa authoritate judicis abducatur, Riccius *in prax. tom.* 1. *reſol.* 21. *capit.* 6. *numer. primo*, Genuenſ. *in praxi Archiepiſc. Neapol. cap.*14. *numer.*4. Novarius *in rub. collect.*1. *numer.*15. *&* 16. *de educat. pueror.* Diana *reſol. mor. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 132. *aliàs* 131. *& part.* 11. *tract.* 3. *& miſcel.* 3. *reſolut.* 20. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 429. *in fine*, *& reſol.* 230. *numer.* 9. Thom. del Bene *de immunit. Eccleſiaſt. tom.*2. *cap.*10. *dub.* 1. *ſect.* 1. *ſuppoſito* 2. *num.*8.

11 Sed advertat judex, quod in hac materia rigoroſus, & ſeverus eſſe debet, non gratioſus, nec aliorum lacrymis, & blanditiis moveri, ſed debet hac in re eo modo procedere, ac ſi pater eſſet, Fab. de Anna *conſ.*33. *num.*9. Marinis in obſervat. ad Reverter. *deciſ.*132. *num.*1. *in fine*.

12 Ad quem autem judicem ſpectet ſequeſtrare puellam cauſa explorandi voluntatem? Quidam tenent, quod hoc tantùm ſpectat ad judicem Eccleſiaſticum, quia exploratio voluntatis merita cauſæ matrimonialis tangit, & cauſa matrimonialis ad Epiſcopum, & ſic ad judicem Eccleſiaſticum pertinet, *ut in deciſ. ſeq.* ita tradunt communiter Doctores *in capit. cum locum, de ſponſalib.* & hanc ſententiam docent Genuenſ. *in prax. Archiep. Neapol. capit.* 14. *numer.*1. Ragucius *in lucerna Parochor. quæſt.* 96. *&* 128. Guttierez *de matrimon. capit.* 37. Quos citat Diana *reſolut. moral. part.*1. *tract.*2. *reſolut.* 132. *aliàs* 131. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſolut.* 229. Quibus addo Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom. ſecundo, capit. decimo, dub. primo, ſect. prima, ſuppoſito ſecundo*, *num.* 7. Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. tom. ſecundo, libro* 46. *capit. ſecundo, numer.* 12. Marinis dicit, quod poteſt judex Eccleſiaſticus puellam ſequeſtrare *poſt lib.* 2. *reſolut. jud. allegat.* 78. *numer.* 4. Caſtrus Palaus inquit, quod poteſt, & debet hoc facere *in oper. mor. part.*5. *tractatu* 28. *diſput.*1. *punct.* 34. *numer.*1.

13 Alii docent, quod puella, ut liberè nubere poſſit ſequeſtrari, poteſt in loco honeſto per Regium Senatum, quia reipublicæ intereſt ſcandala, & violentias tollere, & probatur *in l.*1. *Cod. de nuptiis*. Sic Genuenſ. *in praxi Archiepiſc. Neapol. cap.*15. Emmanuel Themudo *deciſ. Ulyſſiponenſi* 238. *numer.*1. *libr.* 2. Quos citat Diana *reſol. mor. part.*11. *tract.* 3. *& miſcel.* 3. *reſol.* 20. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.*230. *numer.*5. *&* 6. Quibus addendi ſunt Azevedo *conſ.*37. Cancer *part.* 2. *var. capit.*4. *numer.*56. Carena *reſol.*9. *numer.* 11. Vermigliolus *conſ.* 11. *numer.* 17. *&* 18. Baron. *de citat. in annotat. ad ſingul.* 5. Cutel. *de immunit. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 132. *numer.*2. Aponte *de poteſt. Proregis*, *tit.*6. *de aſſenſu regio*, *à numer.*51. Marinis *poſt lib.*2. *reſol. jur. allegat.*78. *numer.*4. Novarius *in rub. collect.* 1. *numer.*14. *de educat. pueror.* Riccius *collect.* 1826. *la ſegunda*, *verſic. quarta*, ibi: *& ita* Gail. *libro* 1. *obſerv.* 112. *numer.* 15. *&* 16. Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.*2. *cap.* 10. *dub.* 1. *ſect.* 1. *ſuppoſito* 1. *numer.* 7. *verſic. quamvis*. Don Petrus de Amigant ad Ripoll. *in prax. Vicar. Barcinonæ*, *rub.*3. *num.*35.

14 In Cathalonia Sequeſtratio puellæ nubilis quoad explorationem voluntatis pertinet ad Curiam Eccleſiaſticam, ut judicavit Cancellarius Sorribes 19. Auguſti 1553. Refert Michael. Ferrer. *part.*3. *obſer. capit.* 207. *&* 228. Sequitur Ripoll. *in praxi Vicar. Barcin. rubr.*5. *numer.*29. adde ſic etiam fuiſſe deciſum per Cancellarium Caſſador, Conſultore Sala 30. Martii 1569. in favorem Eliſabethis Meſtre, & Joannis Calderò Parochiæ de Sarriano contra Antonium Angli ſuper evocatione ad Regiam Audientiam, & proſequutione cujuſdam ſequeſtri facti de perſona Eliſabethis Joannæ Riera Domicillæ neptis ſivè nepta dictæ Eliſabethis Meſtre matrimonium cum dicto Joanne Calderò contrahere volentis de conſenſu dictæ aviæ ſuæ, & aliorum propinquorum ſuorum. Et per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Aſtor, Senjuſt, & Puigmija 12. Aprilis 1602. in facto firmæ juris factæ in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ per Paulam Cuſpeyra viduam relictam Petri Cuſpeyra termini de Ferrerons procedimentis factis in Curia ſæculari Regiæ Audientiæ contra dictam Viduam Cuſpeyra ad inſtantiam Joannis Cuſpeyra, & Joannis Coſta tutorum, & curatorum Joſephi Cuſpeyra pupilli filii, & hæredis dicti Petri Cuſpeyra ſuper quæſtione, ubi dictus pupillus Joſephus Cuſpeyra filius legitimus, & naturalis dicti Petri Cuſpeyra, & dictæ Paulæ Cuſpeyra commorari, & educari debeat; fuit declaratum, extractionem perſonæ Joſephi Cuſpeyra pupilli factam, contentione pendente, à Domo Franciſci Palau Regii Commiſſarii fuiſſe nulliter, & attentativè factam, & conſequenter quod perſona dicti pupilli Joſephi Cuſpeyra reſtituatur in domo dicti Palau, & in ea maneat donec aliter ſit proviſum per judicem ad quem ſpectet, nec non etiam fuit declaratum, firmæ juris factæ in dicta Curia Eccleſiaſtica per dictam viduam Cuſpeyra quoad explorandam voluntatem dicti Joſephi Cuſpeyra ad effectum contractus matrimonii tantùm locum fuiſſe, & eſſe.

Amplia 1. etiam ſi puella nubilis, ut liberè nubere poſſit, priùs fuerit ſequeſtrata per Curiam ſæcularem, (pro ut poteſt, & docent Doctores citati, *numer.*13. & fuit obſervatum in Cathalonia duobus in caſibus refert Don Petrus de Amigant ad Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub.* 3. *numer.* 35.) Si per Curiam Eccleſiaſticam petatur cauſa explorandi voluntatem, tradenda eſt ad dictum effectum Curiæ Eccleſiaſticæ, ſic fuit obſervatum in Cathalonia per Rovirola Tertium, Conſultoribus Guardiola, Gallego, Valencas, Dalmau, Regas, & Aſtor 9. Auguſti 1596. inter Curiam Eccleſiaſticam Elnen. & Curiam ſæcularem Gerentis vices Generalis Gubernatorii Roſſilionis, fuit declaratum cognitionem cauſæ indagationis voluntatis Eliſabethis Ballarona ad effectum per dictam Curiam Eccleſiaſticam allegatum ad dictam Curiam Eccleſiaſticam Epiſcopi Elnen. pertinere, & ſpectare, & conſequenter dictam curiam ſæcularem Illuſtris. Gubernatoris Roſſilionis, & Ceritaniæ teneri ad liberandum, & tradendum dictæ Curiæ Eccleſiaſticæ Elnen. perſonam dictæ Eliſabethis Ballarona ad effectum prædictum, refert Ripoll. *in praxi Vicar. Barcin. rub.* 3. *numer.* 31. Et per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Gallego, Senjuſt, & Roig 2. Decembris 1599. In favorem tutorum, & curatorem pupillæ Mariæ Coll filiæ Joſephi Jacobi Coll Notarii Villæ de Pineda contra Salvadorum Coll notarium publicum Barcinonæ, ratione cujuſdam ſequeſtri in perſonam dictæ pupillæ Mariæ Coll in Curia ſæculari Regiæ Audientiæ inſtante dicto Salvadoro Coll facti: fuit declaratum, cognitionem cauſæ indagationis voluntatis dictæ Mariæ Coll ad effectum per Curiam Eccleſiaſticam allegatum tantùm ad Curiam Eccleſiaſticam Barcinonæ pertinere, & ſpectare, & conſequenter dictam Curiam ſæcularem Regiæ Audientiæ teneri ad liberandum, & tradendum dictæ Curiæ Eccleſiaſticæ Barcinonæ perſonam prædictæ Mariæ Coll ad effectum prædictum tantùm. 15

Amplia 2. etiam ſi puella ſit impubes, ejus ſequeſtratio quoad explorationem voluntatis pertinet ad Curiam Eccleſiaſticam, ita fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Rovirola, conſultoribus Aſtor, Benach, & Senjuſt 6. Junii 1599. contra tutores, & curatores Catharinæ Pi impuberis filiæ Jacobi Pi Tabernarii Civis Barcinonæ, occaſione ſequeſtri dictæ Catharinæ impuberis 16

in monaſterio monialium Vallis Domicellæ ad inſtantiam Guillermi Barcelo, & Antonii Barcelo conſanguineorum dictæ impuberis in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ facti pro indagando conſenſu matrimoniali ejuſdem impuberis.

17 Debet tamen Curia Eccleſiaſtica puellam impuberem in loco honeſto deponere ad effectum, ut in ætate perfecta cui velit, liberè nubat, juxta Conſil. Pauli de Caſtro 125. *lib.* 1. quem ſequuti fuerunt Craveta, *conſ.* 190. Covar. *in epit. ad* 4. *par.* 2. *&* *capit.* 3. §. 6. *numer.* 2. *verſic. Tunc dicebat.* Capilanc. *in prag.* 9. *numer.* 5. *&* 6. *de Baronib.* Azevedo, *conſ.* 37. quos citat Cabreros *de metu*, *lib.* 2. *c.* 19. *num.* 103. quibus addo Guttier. *de matrim. capit.* 37. *num.* 1. *Verſic. Tertius caſus eſt*, *juncto verſ. In tertio caſu*, Caſt. Palaus *in oper. mor. par.* 5. *tract.* 28. *diſp.* 1. *punc.* 34. *num.* 4.

18 Limita hanc ſecundam ampliationem, ſi ſequeſtratio puellæ impuberis fuerit facta, ne ei vis fieret quoad contractum matrimonii, nam tunc pertinet ad curiam ſæcularem, ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Eril. Conſultoribus Carceres, Guerau, Berart & Joſ. 3. Junii 1635. occaſione firmæ juris in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ factæ per Petrum Requeſens Villæ de Figures avunculum Mariæ Annæ Duran impuberis, procedimentis in curia ſæculari Regiæ Audientiæ ſuper educatione ejuſdem pupillæ ad inſtantiam Raphaelis Garriga tutoris & curatoris perſonæ & bonorum dictæ Mariæ Annæ Duran inſtando ſequeſtrum dictæ pupillæ per dictam Regiam Audientiam faciendum in aliqua domo per ſuam Excellentiam, & Regiam Audientiam nominanda, ad effectum ne vis fieret dictæ pupillæ quoad contractum matrimonii, factis contra Joſephum Puig Ferrer etiam tutorem & curatorem dictæ pupillæ, de cujus poſſe per dictam curiam Eccleſiaſticam ad inſtantiam dicti Requeſens fuerat ſequeſtrata: fuit declaratum, firmæ juris in dicta Curia Eccleſiaſtica per dictum Requeſens factæ locum non fuiſſe, nec eſſe.

19 Sed nota, quod ſi cauſa educationis pupillæ præventa fuerit in curia ſæculari, & ea cauſa per curiam ſæcularem dicta pupilla ſequeſtrata fuerit, & à curia Eccleſiaſtica petatur ſequeſtrari pro exploratione voluntatis matrimonii declaratur in Cathalonia, quod pro indemnitate cauſæ educationis dictæ pupillæ in Curia ſeculari præventæ eligatur perſona idonea, cui de conſenſu ambarum curiarum commendetur, quæ dictam pupillam educet juxta curie ſæcularis ordinationem, eamque cuſtodiat pro indagatione conſenſus matrimonialis, & effectuationis ſententiæ in cauſa matrimoniali ferendæ, taliter quod altera curia non impediatur in cauſis coram ſe vertentibus, ſic per Cancellarium Sorribes 19. Auguſti 1553. Referunt Ferrer. *par.* 3. *obſerv. capit.* 207. *&* 228. Ripoll. *in praxi vicar. Barcin. rubr.* 3. *num.* 33.

20 Scias etiam, quod ſi puella durante lite ſuper matrimonio nubit ſecundo loco, ſequeſtranda eſt cum interdictione copulæ, & converſationis, Creſcent. *deciſ.* 3. *de ſequeſt. poſſ. & fruct.* Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 112. *numer.* 15. *&* 16. Coſta, *de re integra*, *diſtinc.* 59. *numer.* 7. Riccius, *collect.* 1050. *verſic. amplia*, Cabreros, *de metu*, *lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 101. Diana, *reſol. mor. par.* 11. *tract.* 3. *& miſcel.* 3. *reſol.* 20. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 240. *numer.* 7. *&* 8. Niſi † matrimonium cum primo conſummaſſet; nam tunc non ſequeſtratur, ſed interim cum eo remanet, Achiles, *deciſ.* 1. *de ſponſalib.* Puteus, *dec.* 249. *lib.* 3. Addit. Margin. ad Creſcent. *deciſ.* 3. *de ſequeſt. poſſ. & fruct.* Riccius, *collect.* 150. *verſ. limita tamen*, Gratian. *diſcep. for. cap.* 850. *numer.* 5. *de* 6. Thom. del Bene, *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 10. *dub.* 5. *numer.* 4. 5. *&* 6.

21 Si puella ſequeſtretur pro educatione, ſequeſtrum per curiam ſecularem fieri debet, ut fuit deciſum in Cathalonia per Cancellarium Sorribes 31. Julii 1553. teſtatur Ripoll. *in praxi vicar. Barcin. rub.* 3. *numer.* 32. & liquet ex deciſione Cancellarii Rovirola diei 12. Aprilis 1602. relata, *numer.* 24. & deciſione Cancellarii Erill. 3. Junii 1635. relata, *num.* 18. practicarum in noſtra Regia Audientia refert Peguer. *deciſ.* 97. *tom.* 1. alias tres declarationes tradit Don Petrus de Amigant ad Ripoll. *in praxi Vicar. Barcin. rubr.* 3. *num.* 32.

22 Hujuſmodique Sequeſtrum pro educatione puellæ non requirit citationem, Ripoll. cum deciſione Noſtri Senatus *var. cap.* 3. *ad numer.* 390. *& in praxi Vicar. Barcin. rub. num.* 34.

23 Praxim Sequeſtrationis puellæ ad explorandam ejus voluntatem cauſa matrimonii & ejus examinationis, tradunt Guttier. *de Matrimon. capit.* 39. Caſt. Palaus *in oper. mor. par.* 5. *tract.* 28. *diſput.* 1. *punc.* 34. *numer.* 2. *&* 3. Ripoll. *in praxi Vicar. Barcinonæ*, *rubr.* 3. *in fine*.

24 Praxim Sequeſtrationis puellæ cauſa educationis refert Ripoll. *in praxi Vicar. Barcin. rub.* 3. *in fine*, *verſic.* 51. *ſi vero ſequeſtrum*.

25 Quis autem ſit judex competens in cauſis ſponſalium ad compellendum reſilientem, ut contractum obſervet, Veritas eſt, quod eſt judex competens tam Eccleſiaſticus quam ſecularis, ſi ſponſalia certa ſunt, & probentur eſſe contracta, licèt juramento firmata ſint, niſi de valore ſponſalium lis moveatur; nam iſto caſu ſolus judex Eccleſiaſticus eſt competens, quia tunc non de facto ſponſalium executione, ſed de jure illorum agitur, quod eſt ſpirituale, ita Abbas *in capit. ex litteris* 10. *numer.* 4. *de ſponſalib.* Roſſella *in ſum. verbo ſponſalia*, *numer.* 3. Brunel. *de ſponſalib. concluſ.* 16. *numer.* 6. quos citat Sanchez *de matrimon. lib.* 1. *diſput.* 29. *numer.* 9. quibus addendi ſunt Maceraten. *var. lib.* 1. *reſol.* 79. *num.* 8. Villalobos *in ſum. par.* 1. *tract.* 12. *defen.* 9. *numer.* 4. Caſtrus Palaus *in oper. moral. par.* 5. *tract.* 28. *diſput.* 1. *punc.* 8. *numer.* 7. Thomas del Bene, *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *capit.* 10. *dub.* 1. *ſect.* 1. *ſuppoſito* 2. *numer.* 6. *& dub.* 3. *num.* 4. *à numer.* 6. *& dub.* 4. *numer.* 4. *& à numer.* 16. Cutel. *de immun. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 131. Diana *reſol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 131. *alias* 130. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſolut.* 128. Tondut. ſic intelligendus, *quæſt. benef. par.* 1. *capit.* 116. *numer.* 1. *&* 2. *& de præven. jud. par.* 2. *cap.* 23. *numer.* 9. qui, *numer.* 10. tractat, quis judex cognoſcat de damnis, & intereſſe, Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 236.

26 Si autem agitur de diſſolvendis ſponſalibus, ſolus judex Eccleſiaſticus eſt competens, quia materia ſpiritualis eſt, Sanchez *de matrimon. lib.* 1. *diſp.* 69. *numer.* 10. Guttier. *de matrimon. capit.* 35. *numer.* 8. Caſt. Palaus *in oper. moral. par.* 5. *tract.* 28. *punc.* 8. *numer.* 6.

26 Sed qualiter judex procedere debeat contra recuſantem implere ſponſalia abſque legitima cauſa. Videantur Sanchez, *lib.* 1. *diſput.* 29. *tota*, Zerola *in praxi Epiſcopi*, *verbo matrimonium*, §. 2. Guttier. *de matrimon. capit.* 15. *numer.* 2. Caſt. Palaus *in oper. mor. par.* 5. *tract.* 28. *diſput.* 1. *punc.* 8. *toto*, Mantica *de tacitis*, *lib.* 3. *tit.* 17. *à numer.* 1. Riccius, *deciſ.* 195. *lib.* 1. *& deciſ.* 181. *lib.* 2. Ludoviſ. & ad eum Beltramin. *deciſ.* 376. Burat. *deciſ.* 311. ubi Ferentill. *numer.* 1. Barboſa *in capit. ex litteris* 10. *num.* 3. 4. *&* 5. *& in cap. requiſivit.* 17. *num.* 3. *de ſponſalib.* Triviſan. *deciſ.* 9. *lib.* 1. Diana *reſol. mor. par.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 235. *alias* 206. *& in coordinat. par.* 2. *tract.* 6. *reſol.* 35. Villalobos *in ſum. par.* 1. *tract.* 12. *difen.* 9. *num.* 3. Thomat. *deciſ.* 84. *numer.* 3. 5. *&* 6. *tom.* 1. Cancer *par.* 3. *var. cap.* 11. *num.* 125. Fontanella *de pactis nupt. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſ.* 5. *par.* 1. *numer.* 37. *&* 38.

ARGU-

### *ARGUMENTUM.*

## An matrimonialis cauſæ cognitio pertineat ad judicem Eccleſiaſticum.

### *SUMMARIUM.*

1 *Cauſæ matrimonialis cognitio ad judicem Eccleſiaſticum imo ad Epiſcopum pertinet privativè ad judicem ſæcularem, num.* 1. *Amplia* 1. *etiam quando agitur civiliter ad thori ſeparationem ob fornicationem, adulterium, lepram, ſævitiam, vel aliam cauſam, num.* 3. *Amplia* 2. *etiam ſi acceſſoriè & incidenter de cauſa matrimoniali agatur, ut ſi in cauſa civili hæreditatis, quæ vertitur coram judice ſæculari, incidit quæſtio nativitatis, ſeu incidens cauſa natalium, numer.* 7. *Amplia* 3. *ut cauſa matrimonii, & natalium, uſque adeo ad judicem Eccleſiaſticum pertinet, ut nec judex ſæcularis etiam ſummariè de ea cognoſcere valeat, numer.* 9. *de quo vide, numer.* 10. *Amplia,* 4. *non ſolum ſi cauſa matrimonialis inter conjuges agatur, ſed etiam ſi agatur inter unum conjugem, & ejus filium, vel inter filium, & extraneum, num.* 11. *Amplia* 5. *ut pendente cauſa matrimoniali coram judice Eccleſiaſtico nihil tractari poteſt coram judice ſæculari, nec de legitimitate partis, nec de petitione hæreditatis, num.* 12. *Amplia* 6. *ut poſtquam judex Eccleſiaſticus ſuper legitimitate, vel illegitimitate oppoſita declaravit, poteſt inhibere judicem ſæcularem, ut in cauſa ſucceſſionis pronuntiet ſecundum ſententiam judicis Eccleſiaſtici, num.* 13. *Amplia* 7. *ut cauſa matrimoniali pendente coram judice Eccleſiaſtico non poteſt judex ſæcularis ponere ſub ſequeſtro bona, ſuper quibus coram eo litigatur, numer.* 14. *Limita* 1. *ut procedat, ſi cauſa matrimoniali legitimitatis, vel natalium pendente, ex aliqua quæſtione juris, ut explicatur, numer.* 15. *Secus quando circa cauſam matrimonialem, legitimitatis, ſeu natalium ſolùm dubitatur de mero facto, ut explicatur, num,* 16. *&* 17. *Ampliatur hæc* 1. *limitatio tribus modis, num.*19. 20. *&* 21. *Sublimitatur hæc.* 1. *limitatio, num.*22. *declaratur ſublimitatio, num.* 23. *limitatur* 2. *numer.* 24. *limitatur* 3. *numer.* 27.

2 *Anathematis nomine quid intelligatur, remiſſivè.*

4 *Thori ſeparatio facta inter ipſos conjuges non interveniente judicio Eccleſiæ eſt omnino nulla.*

5 *Judex ſæcularis competens eſt, ubi de adulterio agitur ad pœnam ſanguinis imponendam.*

6 *Adulterii in cauſa non poteſt judex ſæcularis procedere lite pendente ſuper ſeparatione thori coram judice Eccleſiaſtico.*

8 *Judex cauſæ principalis, quando eſt tantùm incompetens, cognoſcit de incidenti, ſecus ſi eſt incapax.*

18 *Cap, tuam* 3. *ordine cogniti declaratur.*

19 *Matrimonium an ſit clandeſtinum poteſt cognoſcere judex ſæcularis.*

20 *Judex ſecularis poteſt cognoſcere de poſſeſſorio cauſæ matrimonialis, ut ſi tractetur de exhibenda uxore.*

21 *Judex Eccleſiaſticus non poteſt inhibere judicem ſæcularem, qui ſuo jure juſtè ſuper facto de cauſa matrimonii, vel natalium incidente cognoſcit,*

24 *Judex ſæcularis, qui de cauſa principali hæreditatis cognoſcit, ſi coram eo exceptio matrimonii, ſeu natalium, vel alterius ſpiritualis proponitur, poteſt parti excipienti præfigere terminum, intra quem coram judice Eccleſiaſtico comparere teneatur, num.* 24. *ſed non poteſt præfigere terminum parti excipienti, intra quem teneatur probare, & cauſam proſequi coram judice Eccleſiaſtico, numer.* 15. *nec præfigere terminum parti excipienti, intra quem coram ipſo exhibeat articulos, quos coram judice Eccleſiaſtico probandos proponit, numer.* 25.

27 *Maritus tenetur uxori præſtare alimenta, & litis expenſas, pendente lite coram judice Eccleſiaſtico ſuper validitate, ſeu invaliditate matrimonii, ſi aliunde eas uxor habere non poſſit, numer.* 27. *& lite pendente coram judice Eccleſiaſtico ſuper ſeparatione thori, numer.* 28. *& lite pendente ſuper divortio intentato adversùs uxorem ob adulterium ab ea commiſſum, numer.* 29. *& ſuper divortio intentato adversùs virum ob adulterium ab eo commiſſum, num.* 30.

31 *Uxor pendente lite coram judice Eccleſiaſtico ſuper viribus matrimonii, aut thori ſeparatione, ſeu divortio ob adulterium, vel propter aliquam aliam juſtam cauſam poteſt coram judice ſæculari alimenta, & litis expenſas petere, numer.* 31. *& ſi ſuccubuerit coram judice Eccleſiaſtico, non tenetur ea, & eas reſtituere, num.* 32. *etiam ſi cautionem præſtiterit de illis reſtituendis in cauſa ſuccumbentiæ, n.* 33. *&* 34.

35 *Conjuges tenentur in eadem domo ſimul habitare, & ad eandem menſam accubare, & in eodem lecto jacere, numero* 35. *& ſi aliquis eorum huic obligationi non ſatisfaciat, compelli poteſt à judice Eccleſiaſtico per cenſuras, numer.* 36. *& ſi de valore matrimonii non ſit controverſia, poteſt compelli per judicem ſæcularem, numer.* 37.

38 *Judex Eccleſiaſticus poteſt compellere conjuges ad reddendum debitum, & etiam id poteſt judex ſæcularis, ubi valor matrimonii eſt certus.*

39 *Judex Eccleſiaſticus poteſt procedere cenſuris adverſus quemlibet alieni conjugis detentorem.*

## DECISIO CLXXIV.

MAtrimonialis cauſa, cùm ſpiritualis ſit, ejus cognitio ad judicem Eccleſiaſticum, imo ad 1
Epiſcopum pertinet, & ſpectat privativè ad judicem ſecularem, *can.* 1. 33., *q.*1. *can. multorum* 35. *q.*6. *cap. cauſam matrimon.*16. *de offic. deleg. c. tuam* 3. *de ordin. cognit. c. audiſtis, de præſcript. c.* 1. *c. non debet, de conſanguin. & affin. c. accedentibus, de exceſ. Prælat. cap. commiſſum. c. ex litteris, c. requiſivit, de ſponſal. c. ut debitum, de bigam c. gaudemus, de divortiis, c. lator* 5. *c. cauſamque* 7. *c. perlatum* 8. *qui filii ſint legitimi*, Concilium Trident, *ſeſſ.*24. *de refor. can.* 12. ubi ſic habetur, *ſi quis dixerit cauſas matrimoniales non ſpectare ad judices Eccleſiaſticos, anathema ſit.* (Anathematis † 2
nomine quæ intelligantur, explicant Covar. *in c. alma mater. par.* 1. §. 8. *à n.*6. Sanchez *de matrim. lib.*4. *diſp.* 22. *n.*8. *& lib.*7. *diſp.*12. *n.*2. Gutier *de matr. c.* 79. *nu.* 9. *&* 10. Jul. Chartar *de foro compet. n.*472. 473. *&* 474. Caſt. Palaus *in oper. mor. par.*5. *tract.* 18. *diſp.* 2. *punc.* 12. *n.*5. Spinus *in ſpecul. teſt. gloſſ. rub.* 11. *n.* 11. Avila *de cenſur. par.*2. *c.*1. *diſp.*1. *dub.*1. Barboſa *in c.*2. *nu.* 6. *de ſen. ten. & re jud. in* 6. *& in addit. tom.* 6. *in c. cùm non ab homine* 10. *num,*5. *&* 6. *de jud. & in c. cum Eccleſia* 5. *numer.* 2. *immun. Eccleſ. & dicta ſeſſ.* 24. *de refor. c.*20. *verſic. Ad hæc cauſæ matrimoniales, gloſ. in ſum.*11. *q.*1. *gloſ. in c. ex tenore* 11. *verbo Eccleſiaſticum judicem, de foro compet.* ſic Bartol. *in l. titia* 35. *nu.* 3. Caſt. *n.*5. *&* 6. Alexand. *nu,*6. *ff.* 6. *ſol. matr.* Panormit. poſt Innocent. pluribus rationibus probat *in cap. tuam, n.*3. *de ord. cognit.* Aponte eaſdem rationes tradit *de poteſt. Proreg. tit.*6. *de aſſenſu Regio, num.*50. Belluga *in ſpec. Princip. rub.*11., §. *ſunt & aliæ, num.*1. Covar, *in epit, ad* 4. *par.*2, *c,*8. §. 12. *numer.* 1. 2. *&* 3. Paz *in praxi, tom.* 2. *prælud.* 1., *num,* 7. Triviſanus *deciſ.* 18. *num.*17. *lib.*1. *& dec.*3. *num.* 4. *lib.*2. Guazin. *defen.*1. *c.*11. *num.*16. Sbrozius *de offic. Vicar. lib.*2. *q.*43. *nu.*1. *& q.*91. *num.*6. Gail. *lib.*1. *obſerv.*112. *nu.* 17. Farinac.

in prax. par.1. quæſt.8. nu.146. Zerola in praxi Epiſc. verbo matrim. nu. 16. Pet. Barboſa in leg. titia 35. num. 21. verſic. Et ex eo prima ſit concl. Surd. de aliment. tit.8. privil.10. numer.6. Martha de juriſd. par.2. cap. 8. num.1. Sanchez de matr. lib.3. diſp.54. num.1. & lib. 7. diſp.3. n.1. Caſt. Palaus in oper. moral. par.2. tract. 12. diſp. unica, punc.13. num.4. par.5. tract.28. diſp.4. punc.1. n.3. Molin. de ritu. nup. lib.1. comparat. 23. n. 15. & lib.2. differen.10. n.14. 19. & 37. Sperell. dec. 9. n.9. lib.1. Gutier. pract. lib.3. q.26. n. 1. Parlador. rer. quotid. differ.9., §. 1. num. 17. Riccius in praxi, reſol. 316. n.1. Ripoll. in prax. Vicar. Barcin. rub.3. num.31. Barboſa de poteſt. Epiſ. par.2. alleg.1. nu. 18. & par. 2. alleg.84. à n.1. & in collect. ad Concil. Trid. ſeſſ. 24. de refor. cap.20. à nu. 47. Fermoſin. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ 10. q.21. n.2. & 3. de conſtit. & in c. tuam 3. q. 1. ſub n.4. 5. & 8. de ordin. cogn. Gambacurta de imm. Eccleſ. lib.7. c.6. n.4. verſ. Item, & verſ. Atque cauſam, Valaſc. conſult.159. num.3. 4. & 5. Marchus dec. 725. n. 1. par.2. Anſald. de juriſd. par.2. tit.3. c. unico, n.1. 2. & 3. Scaccia de jud. lib.1. c.11. à num. 50. Vela in c.1. par.1. n.48. de off. ord. Caſtillo contr. jur. lib. 5. c.105. n.4. & tom.8. de alimentis, c.8. num. 5. verſ. Nec obſtat, Ciarlin. controv. foren. lib.1. cap. 104. num.31. verſ. Ideo verior. & n.34. Belarmin. de matr. lib.1. cap. 32. Fontanella de pac. nup. tom.1. clauſ.4. gloſ.13. par. 2. à n.10. Luca ad Franchis, dec. 551. à num. 1. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom.1. cap.8. dub. 20. ſect.1. à num.2. & ſect.2. n.5. & 6. & tom.2. c.10. dub.2. ſect. 4. n.1. & dub.3. num.5. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. à num. 398. Diana reſol. mor. par. 7. tract. 1. reſol.26. 27. & 28. & in coordinat. par. 9. tract.2. reſ. 341, 342. & 343. Cancer par. 3. var. cap.11. num.169. Manfrella ad Cap. Latro, deciſ.139. num.6. & alii infra allegandi num. 7. 16. & 17. ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Caſſador 25. Maji 1569. contra Andræam Tur filium Luciani Tur. Inſulæ Ivicæ. Et per Seranti Tertium, Conſultoribus Peguera, Sunyer, & Oliba 28. Februariis 589. in favorem Antonii Pons, & Catharinæ conjugum contra Jolantem & Joannem Vines. Alias deciſiones tradam deciſ. 174. num. 10.

3 Amplia 1. etiam quando agitur civiliter ad thori ſeparationem ob fornicationem, adulterium, lepram, ſęvitiam, vel aliam cauſam, ejus cognitio ad ſolum judicem Eccleſiaſticum pertinet, & ſpectat, quia agitur de obligatione matrimonii diſſolvenda, quod eſt unum ex ſeptem Sacramentis Sanctæ Eccleſiæ, ut colligitur ex cap. tuæ 5. verſ. Si verò vir, de procur. & cap.1. ut lite non conteſt. cap. ſignificaſti 4. cap. ex litteris 5. de divor. cap. penult. cap. fin. de adult. & tradunt Covar. in epit. ad 4. p.2. c. 7. §. 5. n.8. Gomez in l.80. tauri, num.47. verſ. Verum tamen eſt, Jul. Clar., §. fin. quæſt. 37. num. 3. verſic. Quære nunquid, Germ. de ſacror. immun. lib. 3. cap. 12. num.58. Pet. Barboſa in lib.2. p.1. in prin. num. 1140., ff. ſol. matrim. quos, & alios plures refert, & ſequitur Sanchez de matrim. lib.10. diſp.8. num.15. quibus addendi ſunt Farinac. in prax. par. 1. quæſt. 8. num. 130. & 148. & par. 3. q.99. num. 112. & par. 4. quæſt. 141. ſub num.47. Bajard. ad Clar., §. adulterium, num. 87 Franchis deciſ. 36. num. 1. & deciſ. 312. num. 3. ubi Luca num. 8. Paz in prax. par.2. prælud.2. numer. 33. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 7. Morla in emp. jur. par. 1. tit. 2. in præmiſ. numer 61. 130. Bobad. in polit. l.2. cap.17. num. 61. verſic. Y quando. Vela in cap.1. p.1. numer. 47. & 48. de offic. ordin. Miranta de ord. jud. tom.1. q.6. art.5. concluſ.5. Fermoſin. in capit. cùm ſit generale, quæſt.9. num.11. de foro comp. Sperell. deciſ. 9. n. 29. & 30., l. 1. Urſelius concluſ. 59. & 98. Anſaldus de juriſdict. par.2. tit. 7. cap. unico, numer. 4. & par. 4. tit.3. cap. 2. num.64. 68. 73. & 79. Auguſt. Barboſa in capit. tuæ, num. 4. de procurat. & in cap. cùm ſit generale, num. 10. in fine de foro compet. Caſt. Palaus in oper. mor. par. 2. tract. 12. diſput. unica, punc. 13. numer.4. verſic. Unde ſi lis, & par. 5. tract. 28. diſput. 3. punc. 6. numer. 3. Cevallos de cognit. per viam violen. par. 2. quæſt. 88. à numer. 5. Martha de juriſdict. par. 2. cap. 19. à num.4. Diana reſol. mor. par. 1. tract. 2. reſol. 87. aliàs 86. & in coordinat. p. 9. tract. 2. reſol. 201. num. 2. verſic. In cauſa verò divortii, & num. 3. Galota controver. 61. numer. 28. & 29. & controver. 62. num. 6. lib.2. Thom. del Bene de imm. Eccleſ. tom. 2. cap. 20. lib. 1. ſect. 1. ſuppoſito 2. num. 12. & dub. 2. ſub num. 4. & 6. & dub. 6. 3. num.6. Tondut. de præven. jud. par.2. cap. 23. num.1. Cancer par.3. var. cap. 11. num.169. Guazinus defen.1. capit.11. num.8. & 16. Cevallos de cogn. per viam violen. per. 2. quæſt. 88. à num.7. alios plures Modernos citat Romaguera ad Canciol. ad ſtat. Eugubii, lib.4. rubr. 22. num. 17. & pro coſtanti ſupponit Fontanella de pac. nup. tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 2. per. 10. n. 55. ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Caſſador, Conſultoribus Cordelles, & Seſcaſes 12. Januarii 1570. in favorem Paulæ del Pez, & Barutella contra Joannem Pez Burgenſem Villæ Perpiniani ejus virum.

Adeo quod ſi ſeparatio thori facta fuerit inter 4
ipſos conjuges, non interveniente judicio Eccleſiæ, eſt omnino nulla, etiam ſi partes inter ſe de ſeparatione facienda conveniſſent, Gabriel conſtit. 161. num. 8. l. 1. Coſta de remed. ſub ſid. remed. 8. num. 8. & in tract. aut ſciebat aut ignorabat, cent. 2. diſt. 25. num. 11. Genuen. in prax. Archiep. Neapol. cap.21. num. 13. veſic. eſt tamen, Gratian. diſcep. for. cap. 65. num.26. Surd. de aliment. tit. 2. quæſt. 17. num.20. Sperell. deciſ. 138. num. 2. 3. & 4. & 31. l. 2. Ludoviſ. deciſ.294. n.1. & 2. ubi ampliat etiam ſi intercedat juramentum, Tondut. de præven. jud. par. 2. cap. 23. num. 2. Sed tu vide Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 4. nu.6. Caſt. Palaus in oper. mor. par.5. tract. 28. diſp. 3. punc.5., §. 1. num.2. Villalobos in ſum. mor. tom. 1. tract.13. diſ.43. num.2. verſic. tam. bien.

At ſi de adulterio agitur ad pœnam ſanguinis im- 5
ponendam, ſolus judex ſęcularis competens eſt: Quoad alias vero pœnas eſt mixti fori, ac propterea eſt locus præventioni. Quod ultimum quomodo intelligendum ſit, Covar. in epit. ad 4. p.2. cap. 7., §. 7. num. 12. Jul. Clar., §. fin. q.37. num.3. verſ., quæro numquid cauſa, ubi Bajard. num.12. Paz in praxi, tom. 2. prælud. 2. numer. 31. Bolannos in cur. Philip. tom. 1. par. 3., §. 2. num. 20. Gomez in l.80. tauri, num.47. verſic. unum tamen eſt, Menoch. de arb. jud. caſu 419. Morla in empor. jur. par. 1. tit. 2. in præmiſ. numer. 130. Guido Papa, deciſ. 178. Cutel. de immun. Eccleſ. l. 2. quæſt. 87. numer. 1. & 2. Caldas Pereyra in l. ſic curatorem habens, verbo læſis 22. Azor. inſt. mor. par.2. lib.3. c. 13. quæſt. 2. verſic. crimina mixti fori, Boer deciſ.297. Marchus, deciſ. 514. par. 1. Gabriel Pereyra de man. reg. par.2. capit. 56. num. 8. 9. 10. 11. & 12. Zerola in prax. Epiſcop. par. 2. verbo caſus mixtus, verſic. ſecundo. Germon. de ſacror. immun. lib. 3. capit. 12. numer. 58. Martha, de juriſdict. par. 2. capit. 19. à num. 3. Pet. Barboſa in l.2. par. 1. numer.139. & 140. ff. ſol. matrim. Franchis, deciſ. 312. ubi Luca, numer. 8. Riccius collect. 276. Cevallos de cog. per viam violen. par.2. quæſt. 88. Farinac. in praxi, par.1, quæſt.8. num.130. & par.3. quæſt. 99. num. 112. & par. 4. quæſt. 141. numer. 47. Urſellius, concluſ. 59. verbo adulterium, num. 4. & 98. Guazin. defen.1. cap.11. num. 7. & 8. Sanchez de matr. l.10. diſp.8. num.16. Pellet. diſq. cler. par. 1. tit. de favore cler. reali, §. 4. à numer.63. Auguſt. Barboſa in cap. tuæ 5. numer. 2. de procurat. & in cap. cùm ſit generale, numer.10. ubi Fermoſin. quæſt.9. numer. 10. de foro compet. Tuſch. prac. concluſ. littera A, concluſ. 2. 8. & littera M. concluſ.293. numer. 21. Molinus de ritu nup. tom.3. diſp.8. num. 9. Tondutus de præven. jud. par. 2. cap. 28. tom.2. Caſt. Palaus in oper. mor. par.5. tract. 28. diſp. 3. punc. 6. §. 5. numer. 2. Miranda de ordin. jud. tom.11. quæſt. 1. art, 5. concluſ. 7. Bobad. in polit. lib.2. cap.17. num.61. in princ. Layman. in Theol. mor. l.4. tract. 9. capit. 2. numer. 5. Diana reſol. mor. par.1. tract.2. reſol.87. aliàs 86. & par.4. tract.1. reſol. 26. & in coordinat. par. 9. tract.2. reſol. 290. numer.1. & 2. & reſol.291. tit.1. & in princ. Ciarlin. controver. foren. lib.1. cap.50. num.52. 53. & 54. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 2. capit. 10. dub. 1. ſect. 1.

ſuppo-

*ſuppoſito* 1. *numer.* 9. 10. *&* 11. Decian. *tract. crimin. tomo* 2. *capit.* 26. *numer.* 7. *verſic. Tertia ſit concluſio*, Jul. Chartar *deciſ.* 77. *numer.* 34. *&* 35. plures Modernos laudat Romaguera *ad Conciol. ad ſtat. Eugubii, libro* 4. *dub.* 22. *numer.* 15. *&* 16. Anſald. *de juriſdict. part.* 4. *tit.* 3. *capit.* 2. *à numer.* 59. *uſque ad finem*, Sperell. *deciſ.* 39. *lib.* 1. Vela *in capit.* 1. *part.* 1. *num.* 45. *&* 46. *de off. ordin.* vide infra *deciſ. ſeq. num.* 7. *&* 8.

6 Pendente autem lite ſuper ſeparatione thori coram judice Eccleſiaſtico, non poteſt judex ſæcularis procedere in cauſa adulterii uxoris ad Petr. Barboſa *in l.* 3. *part.* 1. *à num.* 138. *ff. ſol. matrim.* Sanchez *de Matrimon. lib.* 10. *diſput.* 8. *num.* 18. 19. *&* 20. Caſtrus Palaus *in oper. mor. p.* 5. *tract.* 28. *diſput.* 3. *punct.* 6. §. 5. *numer.* 4. Ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Caſſador, Conſultoribus Terca, & Jofre 10. Decembr. 1569. inter Curiam Eccleſiaſticam Barcinonæ, & Curiam Sæcularem Regiæ Audientiæ, ſuper eo quod pendente indeciſa in dicta Curia Eccleſiaſtica lite, & cauſa ſuper fædere matrimonii, & ſeparationis quoad thorum propter prætenſam ſævitiam inter Angelam Figueres uxorem Amatoris Vicens Civis Barcinonæ ex una, & dictum Amatorem Vicens partibus ex altera, introduxerat dictus Amator Vicens cauſam querelæ in Curia Vicarii Barcinonæ, quam poſtea evocavit ad Regiam Audientiam, petendo dictam Angelam Figueres tanquam adulteram condemnari in amiſſione dotis ſuæ, quod prætendit Curia Eccleſiaſtica factum fuiſſe in æmulationem dictæ litis pendentiæ: fuit declaratum cognitionem dictæ cauſæ ſuper fœdere matrimonii, & ſeparatione quoad thorum in dicta Curia Eccleſiaſtica Epiſcopi Barcinonæ tractandam, & continuandam fore, & eſſe, & conſequenter interim, & donec dicta cauſa fuerit finita in Curia Eccleſiaſtica ſuperſedendum eſſe per dictam curiam ſæcularem Regiæ Audientiæ in petitis per dictum Amatorem Vicens. Quam refert, ſed non tam extensè Fontanella *dec.* 335. *num.* 35. *par.* 2.

7 Amplia 3. etiam ſi acceſſoriè, ſeu incidenter de cauſa matrimoniali agatur, ut ſi in cauſa civili hæreditaris, quæ vertitur coram judice ſæculari incidit quæſtio nativitatis, ſeu natalium nam; hæc cauſa incidens ad judicem Eccleſiaſticum pertinet, & ad eum remittenda eſt per judicem ſæcularem, quia adhuc eſt cauſa, ſeu quæſtio de re merè, ſeu omnino ſpirituali, & quæ ſolum ab Eccleſia ortum habet, *ut probant jura in cap. numer.* 3. *de cogit. cap. lator* 5. *capit. cauſamque* 7. *qui filii ſint legit. gloſſ. in capit. ex tenore, verbo Eccleſiaſticum judicem, de foro compet.* Decius *in capit. decernimus* 2. *lect. numer.* 74. *de judic.* Aponte *de poteſtat. Proreg. tit.* 6. *de aſſenſu regio, numer.* 50. *verſic. quod benè fundatur*, Covar. *in epit. ad* 4. *part.* 2. *cap.* 8. §. 3. *numer.* 4. Petr. Barboſa *in leg. titia* 35. *numer.* 21. *verſic. ex qua ratione, ff. ſolut. matrimon.* Parlador. *rerum quotid. deffer.* 9. §. 1. *numer.* 17. *verſic. Adeo quidem*, Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæſt.* 8. *numer.* 25. *&* 149. Caſtillo, *lib.* 5. *controverſ. capit.* 105. *numer.* 4. *& tom.* 8. *de aliment. capit.* 8. *numer. verſic. Nec obſtant*, Cevallos *de cog. per viam violen. part.* 2. *quæſt.* 25. *numer.* 12. 13. *&* 14. *& quæſt.* 65. *numer.* 32. *&* 33. *& com. contra com. quæſt.* 897. *à numer.* 951. Gomez *in leg.* 80. *tauri, numer.* 47. *verſic. unum tamen eſt*, Garcia *de Nobilit. gloſſ.* 1. *à num.* 27. Martha *de juriſdict. part.* 2. *capit.* 8. *numer.* 10. *&* 11. Franchis *deciſ.* 189. *&* 512. ubi: Luca *numer.* 1. *&* 2. idem Luca Franchis *deciſ.* 551. *à numer.* 3. Valaſcus *conſult.* 159. *tota*, Caſtrus Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 12. *diſp. unica, punct.* 13. *numer.* 4. *verſic. quod non ſolum*, Minſinger *cent.* 1. *obſerv.* 100. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 13. *gloſſ.* 2. *numer.* 11. Paz *de tenuta, part.* 1. *cap.* 12. *à numer.* 69. Gambacurta *de immun. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 4. *verſ. cauſam natalium*, Anſald. *de juriſdict. part.* 2. *tit.* 3. *cap. unico, numer.* 13. *&* 14. Manfrella *ad Capyc. Latro, deciſ.* 139. *numer.* 6. *in fine*, Fachineus *controv. jur. lib.* 1. *cap.* 44. *in princ.* Belluga *in ſp. Princ. rub.* 11. §. *ſunt & aliæ, numer.* 1. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 10. *dub.* 2. *ſect.* 4. *numer.* 2. *& dub.* 3. *numer.* 8. Morla *in empt. jur. par.* 1. *tit.* 2. *in præmiſ. numer.* 164. Ripoll. *var. cap.* 1. *à numer.* 348. Auguſt. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 84. *numer.* 16. *&* 17. *& in cap. Lator* 5. *numer.* 2. *& in cap. cauſamque* 7. *num.* 2. *qui filii ſint legit.* Fermoſin. *in cap. tuam, quæſt.* 1. *& quæſt.* 13. *numer.* 1. *de ord. cognit.* & aliis ex allegatis *numer.* 1. & allegandi *numer.* 15. *&* 16. ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Aſtor, Benach, Roig, Calba de Vallſeca, Senjuſt, & Puigmija 6. Maii 1599. in favorem tutorum pupilli Philippi Bou impuberis ſuper legitimitate vel illegitimitate Bartholomææ Parareda, & Bou filiæ Petri Ribalta. Et in noſtro Regio Senatu, Referente Egregio Senatore Hieronymo Aſtor in cauſa Nobilis Bernardi de Pinos contra Ludovicum de Maſdovelles, refert Fontanella *de pact. nuptialib. tom.* 1. *clauſ.* 13. *gloſ.* 2. *numer.* 31. *verſic. Imo.*

8 Nec obſtat, quòd judex cauſæ principalis cognoſcit de incidenti, *l. quoties* 3. *Cod. de judic.* Quia procedit, quando judex eſt tantùm incompetens, ſecus ſi ſit incapax cognitionis cauſæ incidentis, prout eſt judex ſæcularis in cauſa ſpirituali, puta matrimonii, natalium, & ſimilis, ſic reſpondent Petr. Barboſa *in l. titia* 35. *numer.* 21. *verſic. Quorum jurium, ff. ſol. matrimon.* Valaſcus *conſult.* 158. *numer.* 6. 7. *&* 8. Caſtillo *lib.* 5. *controverſ. capit.* 105. *à numer.* 2. Fermoſin. *in cap. tuam, quæſt.* 1. *numer.* 1. *juncto, num.* 8. *de ord. cognit.* Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *part.* 13. *gloſſ.* 2. *à numer.* 20. *ad* 25. Cevallos *de cognit. per viam violen. part.* 2. *quæſt.* 65. *à num.* 34. Luca ad Franchis, *dec.* 551. *num.* 3. *verſic. Nec obſtat*, Anſaldus *de juriſdict. part.* 2. *tit.* 3. *cap. unico, num.* 15. *&* 16. Auguſt. Barboſa *in l. quoties, num.* 3. *Cod. de judic. & de poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 84. *à num.* 18. *juncto num.* 23. *in fine*, Sperell. *deciſ.* 8. *num.* 28. 30. *&* 31. *lib.* 1.

9 Amplia 3. ut cauſa matrimonii & natalium uſque adeo ad judicem Eccleſiaſticum pertineat, ut nec judex ſæcularis etiam ſummariè de ea cognoſcere valeat, Decius *in cap.* 2. *num.* 187. *de judic.* Auguſtin. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 84. *num.* 32. Fermoſinus *in cap. tuam, quæſt.* 6. *numer.* 4. *in fine, & quæſt.* 13. *à numer.* 2. *de ord. cognit.* Manfrella *in obſerv. ad Capyc. Latro dec.* 139. *num.* 6. *verſic. Nec judex Sæcularis.* Sed hæc ampliatio non tranſit ſine controverſia; nam judex ſæcularis poteſt ſe ſummariè informare, quando notoriè ex actis conſtat vel per confeſſionem partis, quo caſu nihil obeſt, quin poſſit ſuper hujuſmodi articulo incidenti pronuntiare, non quidem principaliter, ſed per modum cauſæ, ut pluribus citatis docent Guttierez *canonicar. lib.* 1. *cap.* 34. *numer.* 47. Petr. Barboſa *in leg. titia* 35. *numer.* 23. *verſic. Nec obſtat, & numer.* 30. *verſic. Colligitur, ff. ſolut. matrimon.* Menoch. *de retinen. poſſeſ. remed.* 3. *à numer.* 33. Sperell. *deciſ.* 8. *numer.* 32. *lib.* 1. Sed circa hanc ampliationem videantur Cevallos *de cognit. per viam violent. part.* 2. *quæſt.* 65. *num.* 4. Luca ad Franchis, *deciſion.* 551. *num.* 4. *&* 5. Fermoſin. *in cap. tuam, quæſt.* 6. *de ord. cognit.*

11 Amplia 4. ut procedat non ſolùm ſi cauſa matrimonialis inter conjuges agatur, ſed etiam ſi agatur inter unum conjugem, & ejus filium, vel inter filium, & extraneum, ejus cognitio petinet ad judicem Eccleſiaſticum, quia licèt cauſa agitata inter alios, quàm inter conjuges matrimonium non lædat, præjudicat tamen judicio Judicis Eccleſiaſtici, qui de re Eccleſiaſtica, & omnino ſpirituali debet eſſe judex, ut contra Bartol. *in leg. titia* 35. *num.* 5. *ff. ſol. matrimon.* Albertin *in tract. de agnoſcen. aſſert. Catholicis, quæſt.* 25. *num.* 51. Martham *de juriſdic. part.* 2. *cap.* 8. *numer.* 16. Tondut. *de prævent. jud. part.* 2. *capit.* 23. *num.* 13. *&* 14. Addit ad Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 3. *cap.* 13. *numer.* 24. *verſic. Neque.* Farinacius *in praxi, part.* 1. *quæſt.* 8. *numer.* 150. *verſic. Sublimita ſecundo*, Anſaldus *de juriſdict. part.* 2. *tit.* 3. *cap. unico, numer.* 18. Docent, & probant Aponte *de poteſt. Proreg. tit.* 6. *de aſſenſu Regio, ſub numer.* 50.

50. Covar. in Epit. ad 4. part. 3. §. 3. numer. 4. Petrus Barboſa in leg. titia 35. numer. 22. ff. ſolut. matrimon. Cevallos de cog. per viam violent. part. 2. quæſt. 65. numer. 36. Auguſt. Barboſa de poteſt. Epiſcop. part. 3. alleg. 84. numer. 20. Fermoſin. in cap. tuam, quæſt. 1. num. 20. de ord. cognit. Caſt. Palaus in oper. moral. part. 2. tract. 12. diſp. unica, punct. 13. numer. 4. verſic. Limitat autem. Et fuit in Cathalonia deciſum in cauſa natalium per Cancellarium Rovirola in caſu relato, num. 7. in fine.

12 Amplia 5. ut pendente cauſa matrimoniali coram judice Eccleſiaſtico nihil tractari poſſit coram judice ſæculari, nec de legitimitate partis, nec de petitione hæreditatis, ſive cauſa matrimonialis fuerit priùs intentata quàm cauſa legitimitatis, aliàs judicium Eccleſiaſticum redderetur eluſorium, cap. tuam, de ord. cognit. Cap. Lator. 5. qui filii ſint legit. Capyc. deciſ. 7. Petr. Barboſa in leg. Titia 35. numer. 22. ff. ſol. matrimon. Valaſcus conſult. 159. numer. 14. Martha de juriſdict. part. 2. cap. 8. numer. 26. in fine, verſic. ſecus putarem, Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 2. cap. 10. dub. 3. numer. 9. & 10. Auguſt. Barboſa in cap. Lator. 5. numer. 3. qui filii ſint legit. & de poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 84. numer. 16. & 17. Fontanella de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 13. part. 2. numer. 19. Fermoſin. in cap. tuam 3. quæſt. prima numer. 18. de ord. cognit. Luca ad Franchis, deciſ. 551. numer. 3. Caſtillo controverſ. lib. 5. cap. 106. num. 3. 4. & 8. Belluga in ſpecul. Princip. rub. 11. §. ſunt & aliæ, numer. 2. Latè Guttier. de juram. confir. part. 1. cap. 2. à numer. 12. reprobatis contrariis Fontanella deciſ. 235. numer. 22. 23. & 24. part. 2. Manfrella cum deciſione noviſſima Sac. Rit. Congreg. Neapolis in obſerv. ad Capyc. Latro, deciſ. 139. numer. 9. 10. & 14. Quid obſervetur in Cathalonia, vide declarationes infra referendas, num. 17.

13 Amplia 5. uſque adeo cauſam matrimonii, & natalium ad judicem Eccleſiaſticum pertinere, quod poſtquam judex Eccleſiaſticus ſuper legitimitate, vel illegitimitate oppoſita declaravit, poteſt inhibere judicem ſæcularem, ut in cauſa ſucceſſionis pronuntiet ſecundùm declarationem, & ſententiam judicis Eccleſiaſtici, taliter quod judex Eccleſiaſticus compellere poteſt judicem ſæcularem etiam per cenſuras, ut in cauſa hæreditatis, & bonorum procedat judex ſæcularis ſecundùm ſententiam, & declarationem coram judice Eccleſiaſtico deciſam, & quod declaratio facta per judicem Eccleſiaſticum pariat exceptionem rei judicatæ in cauſa ſucceſſionis bonorum coram judice ſæculari, Butr. in cap. lator. numer. 7. Archidiac. numer. 2. qui filii ſint legit. Innocent. in cap. cauſamque, el 2. numer. 2. & 7. Præpoſit. Alexand. numer. 3. qui filii ſint legit. Burgos de Paz conſ. 40. numer. 12. Franchis deciſ. 312. numer. 3. & deciſ. 551. numer. 2. & 9. Martha de juriſdict. part. 4. caſu 169. num. 12. Morla in empor. jur. parte prima, tit. 2. in præmiſ. numer. 167. Peregrin. deciſ. 147. numer. 14. Cenſal. ad Peregrin. de fideicom. art. 24. verſic. nihilominus, Menochius quatuor caſus diſtinguit, conſ. 366. numer. 46. lib. 4. totidem, & plura cumulat Caſtillo controverſ. lib. 5. cap. 105. à num. 6. Sed his ſe opponit Larrea, deciſ. 8. à num. 111. Vide tamen Lucam ad Franchis, dec. 312. num. 4. & 5.

14 Amplia 7. ut cauſa matrimoniali vertente coram judice Eccleſiaſtico non poteſt judex ſæcularis ponere ſub ſequeſtro bona ſuper quibus coram eo litigatur, ut adversùs proviſionem Senatus Luſitaniæ tradit Valaſc. conſult. 159. à num. 18. alios plures laudat & rationibus probat Fermoſin. in capit. tuam, quæſt. 8. num. 1. de ord. cognit. Luca ad Franchis, deciſ. 551. num. 5. verſic. judex tamen laicus, ibi: an laicum dum lis vertitur.

15 Limita 1. ut procedat, ſi cauſa matrimonialis, legitimitatis, ſeu natalium pendet ex aliqua quæſtione juris, hoc eſt de fœdere, ac viribus, & jure matrimonii, veluti ſi adfuit metus ſi habuit ſolemnitates requiſitas, ſi potuit vel non contrahi, ſi eſt validum, vel invalidum, aut ſi eſt legitimè, vel illegitimè contractum, ejus cognitio pertinet privativè ad judicem Eccleſiaſticum, Aponte de poteſt. Proreg. tit. 6. de aſſenſu Regio, numer. 50. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tomo ſecundo, capit. decimo, dub. ſecundo, ſect. quarta, num. primo, Caſtrus Palaus in oper. moral. part. 2. tract. 12. diſput. unica, punct. 13. numer. 4. verſicul. Quapropter, Luca ad Franchis, deciſ. 36. numer. 1. & deciſ. 312. numer. 3. in fine, Ciarlin. controv. feren. libro primo, capit. 104. n. 36. verſ. Etiam, Diana reſol. moral. part. 7. tract. 1. reſolut. 26. aliàs 24. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſolut. 349. numer. 5. Manfrella ad Capyc. Latro, deciſ. 136. numer. 6. verſic. Sed quæſtiones, & numer. 12. confert declaratio noſtri Senatus facta per majorem partem 24. Februarii 1568. inter Gabrielem Sampsò, & Galcerandum de Rocabruna.

Secus verò, quando circa cauſam matrimonii, 16
& natalium ſolum dubitatur de mero facto, veluti an matrimonium fuerit contractum inter perſonas habiles ad contrahendum, vel non, aut an ſit filius de cujus hæreditate agitur, vel alterius, aut quod non eſt legitimus, ex quo natus ſine matrimonio, & ſic negatur matrimonium contractum, aut quod mulier non fuit deſponſata; in his enim, & ſimilibus caſibus, cùm de mero facto tractetur, poteſt judex ſæcularis de eis cognoſcere, ita Bartol. in leg. titia 35. numer. 5. & 7. ubi Alexand. communem opinionem teſtatur, numer. 7. Vincent. numer. 2. ff. ſolut. matrimon. idem Bartol. in l. omni novatione, numer. 2. Caſtrenſ. communem dicit numer. 2. Alciat. numer. 3. Cod. de Sacroſant. Eccleſ. idem Bartol. in leg. quoties, ubi Alexand. numer. 4. Jaſon communem opinionem inquit, numer. 6. Cod. de judic. idem Bartol. in leg. 2. numer. 2. Curt. numer. 48. ff. de juriſdict. omn. jud. Bald. hanc eſſe meram veritatem in toto Orbe terrarum in praxi exceptam ait in leg. filium, numer. 13. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni juris d. authent. ad hæc, Cod. de lat. liber. tollenda, Panormitan. in capit. cùm ſit, numer. 17. Felin. à numer. 1. Butr. numer. 13. & 16. Barbat. numer. 12. de foro compet. idem Panormit. in capit. tuam, numer. 3. & 10. de ord. cognit. & in capit. lator. numer. 13. qui filii ſint legit. Ripa in capit. 2. numer. 17. Decius numer. 185. de jud. Alciat. in capit. 1. numer. 77. de offic. ordin. idem Felin. in capit. fin. numer. 10. de except. Anchar. in capit. ea quæ, numer. 10. de reg. jur. in 6. Caſtr. conſ. 2. numer. 2. lib. 2. Craveta conſ. 253. numer. 3. verſic. Et profecto, Menochius conſ. 366. numer. 11. 12. 13. 36. 50. & 51. conſ. 367. numer. 14. lib. 4. Sylveſt. in ſumm. verbo Judex, quæſt. 6. Belluga in ſpecul. Princip. rub. 11. §. ſunt, & aliæ, numer. 1. verſic. Sed quomodo, & numer. 3. Covar. in epit. ad 4. part. 2. capit. 8. §. 12. numer. 3. Mier. de majorat. part. 3. quæſt. 15. numer. 19. Aufrer. de poteſt. ſæcul. ſup. Eccleſiaſtic. reg. 4. fallen. 8. numer. 12. Albertin. de aſſert. Cathol. quæſt. 25. numer. 57. Auguſtin. Barboſa in leg. 2. num. 3. verſic. Sed ſi, Cod. de ord. & jud. & in cap. lator. 5. numer. 2. verſic. Quod procedit, qui fil. ſint legit. & in cap. tuam, numer. 2. in fine, verſic. ſed quære, & in addit. numer. 2. in princ. ubi Fermoſin. quæſt. 1. numer. 20. verſic. Cæterum ſi agatur, & quæſt. 12. à numer. 1. ad 5. Balboa num. 34. & 35. de ord. cog. Sanchez de matrimon. lib. 3. diſput. 54. numer. 4. Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 8. numer. 8. Martha de juriſdict. part. 2. capit. 8. numer. 12. Caſtillo controverſ. libro 5. capit. 105. num. 4. & 5. Molinus de titul. nupt. lib. 2. compart. 10. numer. 23. Menoch. de recuſ. poſſeſ. remed. 15. à num. 210. & de retin. poſſeſ. remed. 3. à numer. 323. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 2. capit. 10. dub. 2. ſeq. 4. numer. 4. verſic. quamvis, & dub. 4. numer. 35. dub. 5. numer. 3. Parlador uſu receptum judiciorum mores ſatis demonſtrare teſtatur reſol. quotid. tom. 2. dif. 9. §. 1. numer. 18. Ripoll. var. reſol. cap. 1. numer. 130. & 131. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 238. num. 12. Morla in empor. jur. part. 1. tit. 2. in præmiſ. numer. 165. & ſeq. Luca ad Franchis, deciſ. 551. numer. 5. verſic. Judex ſæcularis, Seſſe deciſ. 113. numer. 110. lib. 2. Guazin. diſpenſ. 1. capit. 11. numer. 16. verſic. Niſi tamen, Bovad. in polit. lib. 2. capit.

18.

18. *numer.* 235. *caſu* 128. Cevallos *de cog. per viam violent. part.*2. *quæſt.* 31. Germon. *de ſacror. immun. l.*3. *capit.*15. *numer.* 96. Guttierez *de juram. confirm. part. cap. numer.*35. *& pract. lib.*2. *quæſt.*2. *tit.*4. Torreblanca *de magia, lib.*3. *capit.*27. *à numer.*9. *ſignanter numer.* 12. *&* 13. Caſtrus Palaus *in oper. moral. part.*2. *tract.*12. *diſput. unica, punct.*13. *numer.*4. *verſic. Secus vero, & part.*5. *tract.*28. *diſput.*2. *punct.*13. §. *ultim. numer.*10. *verſic. Si vero neceſſarium*, Afflict. *deciſ.*219. *numer.*5. *& deciſ.*354. *numer.*2. *&* 6. Capyc. communem teſtatur, *deciſ.*7. *à numer.*2. Urſil. ad Afflict. *deciſ.*138. *numer.*1. Cabedo *deciſ. Luſit. part.*1. *areſt.* 101. Gamma *deciſ.* 194. Theſaurus *deciſ.* 137. *numer.*11. quidquid dicant Fachineus *controver. jur. lib.*1. *cap.*44. Cevallos *com. contr. com. quæſt.*403. Paz *de tenuta, part.*1. *cap.*12. *à numer.*67. *ad* 78. Auguſt. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.*3. *allegat.*84. *num.*31. Manfrella *ad Capyc. Latro, deciſ.*139. *numer.*12. Quia contra eos, & alios eſt verior ſententia, ut docent Valaſc. *conſult.*159. *à numer.*9. *ad* 14. Padilla veram, & communem affirmat *in l.*1. *numer.*55. *verſ. Collige tu, & numer.*56, *&* 57. Franchis *deciſ.*35. *numer.*2. *&* 3. Guttierez *pract. lib.*2. *quæſt.*26. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *numer.*401. 402, *&* 403. *verſic. Quædam vero*, Sperell. *deciſ.*8. *à numer.*54. *uſque ad finem, & deciſ.*9. *numer.* 24. *lib.*1. Franc. *in praxi, part.*1. *quæſt.*8. *numer.*25. *verſic. Limita principaliter*, Cevallos *com. cont. com. quæſt.*897. *à numer.*973. *& de reg. per viam violent. part.*2. *quæſt.*65. *à numer.*38. Anſald. *de juriſdict. part.*2. *tit.*3. *cap. unico, à num.*17. Ego poſt multos, *deciſ.*2. *numer.*7. 8. *&* 9. *part.*1. latiſſimè omninò vidi contrariis argumentis reſpondentes Petrus Barboſa *in l. titia* 35. *à num.*22. *verſic. Secunda concluſio, cum pluribus ſeq. ff. ſolut. matrimon.* Fontanella *de pact. nupt. tom.*1. *clauſ.*4. *gloſſ.*13. *part.*2. *à numer.* 25. *cum multis ſeq. ſignant. numer.*30. *&* 31. idem Fermoſin. *in cap. fin. quæſt.*2. *de jud.*

17 Et ſecundam hanc limitationem per Cancellarium Caſſador, Conſultoribus Terca, Ros, Sunyer Borras, & Negrell. 14. Martii 1567. fuit declaratum, cognitionem cauſæ vertentis in Regia Audientia inter Philippum Joannem de Olzinelles Civitatis Ilerdæ ex una, & Don Caraldum de Queralt Dominum Villæ & Baroniæ de Queralt partibus ex altera ſuper loco, & Baronia del Callar ad Curiam ſæcularem Regiæ Audientiæ pertinere, & ſpectare, & in ea continuandam eſſe: cognitionem verò cauſæ illegitimitatis dicti Philippi Joannis de Olzinelles prætenſæ per dictum Nobilem Geraldum de Queralt in Curia Eccleſiaſtica Vicen. introductæ ad dictam Curiam Eccleſiaſticam pertinere, & ſpectare, & unam curiam per aliam non eſſe impediendam. Quam etiam refert in propoſito Ripoll. *var. capit.* 1. *numer.* 131. *poſt princ.* Et per eundem Cancellarium Caſſador, Conſultorem Quintana 14. Jan. 1568. in facto firmę juris in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ per Petrum Eſteve, Antonium Eſteve, & Joannam Campmany, & alios factæ Eleonoræ Margarit viduæ Joannis Margarit Hoſtalerii Civis Barcinonę ad impediendam executionem ſententię latę in Regia Audientia ad relationem Magnifici Joannis Llobregat in favorem dictæ Eleonoræ Margarit. contra dictos Petrum Eſteve, Antonium Eſteve, & Joannam Campmany prætendentes ſe eſſe natos ex vero, & legitimo matrimonio, verè, & legitimè contracto inter Jacobum Eſteve, & Eleonoram ejus uxorem illorum parentes, & quod pendente cauſa natalium in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ per illos introducta non eſt procedendum ad executionem dictæ Regiæ ſententiæ, ſed in ea ſuperſedendum, donec cauſa natalium fuerit per judicem Eccleſiaſticum definita: fuit declaratum, prædictam juris firmam factam in dicta Curia Eccleſiaſtica per dictos Petrum Eſteve, Antonium Eſteve, & Joannam Campmany fratres non eſſe impediendam executionem dictæ Regiæ ſententiæ; cognitionem verò cauſæ natalium ſuper prætenſa illegitimitate dictorum Petri Eſteve, Antonii Eſteve, & Joannæ Campmany in dicta Curia Eccleſiaſtica introducta ad dictam Curiam Eccleſiaſticam pertinere, & ſpectare. Et per Cancellarium Copons 5. Novembris 1595. inter Nobilem Paulam de Calba ex una, & Nobiles Annam, & Galcerandum de Santominato ex altera, fuit declaratum, his verbis: firmæ juris factæ per dictam Calba in Curia Eccleſiaſtica, quoad cognitionem tantùm validitatis vel invaliditatis matrimonii quod prætenditur contractum inter Bernardum Paulum Calba, & Catharinam, & legitimitatis, vel illegitimitatis Annæ Roſa ob prætenſum ſubſequutum inter eos matrimonium locum fuiſſe, & eſſe. Proviſo, & intellecto, quod per hanc declarationem non impediatur Curia ſæcularis Regiæ Audientiæ in cognitione cauſæ hæreditariæ in ea vertentis inter dictos Nobiles Annam & Galcerandum de Santominato ex una, & dictam Nobilem Paulam de Calba ex altera, ex quibuſcumque cauſis, quæ ſint facti. Et per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Aſtor, Fontanet, Calba de Vallſeca, & Senjuſt 19. Novembris 1601. in facto juris firmæ in Curia Eccleſiaſtica factæ inter tutores, & curatores pupilli Bou ratione proſecutionis cauſæ vertentis in Regia Audientia inter Paulum, & Eliſabethem Baulo tutores, & curatores pupillorum Rius, ex una, & dictos tutores pupilli Bou partibus ex altera ſuper recuperatione manſi Ribalta pendente, & nondum finita adhuc cauſa legitimitatis, vel illegitimitatis Bartholomææ Perareda, & Bou vertente in dicta Curia Eccleſiaſtica inter dictas partes: fuit declaratum firmę juris factæ in dicta Curia Eccleſiaſtica per dictos tutores, curatores pupilli Bovad. ad effectum impediendi curſum dictæ cauſæ vertentis in Regia Audientia locum non fuiſſe, nec eſſe. Hoc intellecto, & declarato, quod nullum fiat prçjudicium cauſæ vertenti in Curia Eccleſiaſtica ſuper cognitione legitimitatis, vel illegitimitatis dictæ Catharinæ Parareda, & Bovadil. Et per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Dalmau, Magarola, Mijafranqueſa, & Ferruz 28. Septembris 1601. inter Franciſcum de Marymon ex una, & Angelam de Marymon viduum ex altera, his verbis firmæ juris factæ per dictum Franciſcum de Marymon in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ quoad cognitionem tantùm validitatis, ſeu invaliditatis matrimonii quod prætenditur inter Hieronymum de Marymon, & dictam Angelam contractum, locum fuiſſe, & eſſe. Proviſo, & intellecto, quod per hanc declarationem non impediatur Curia ſæcularis Regiæ Audientiæ in cognitione cauſæ hæreditariæ in ea vertentis inter dictum Franciſcum de Marymon ex una, & dictam Angelam de Marymon viduam ex quibuſcumque cauſis ſint facti. Referunt Ripoll. *var. capit. primo, numer.* 131. *in fine, verſicul. Et ſimilis contentio*, & latiùs Fontanella *de pact. nupt. tomo primo, clauſul.* 4. *gloſſ.* 13. *part. ſecunda, num.* 40. *verſic. Hujus materiæ*. Et per noſtrum Regium Senatum 26. Julii 1593. in cauſa relata per Fontanella *de pact. nupt. tomo primo, clauſul. quarta, gloſſ.* 13. *part.*2. *n.* 31. Et ita judicatum in Senatu Granatenſi in cauſa licentiati Didaci Fajardi de Frias teſtatur Cevallos *com. con. com. quæſt.* 897. *d. numer.* 973. & ex eo Fermoſin. *in cap. tuam* 3. *quæſt.*1. *numer.*20. *in fine de ord. cognit.*

Nec obſtat *text. in capit. tuam* 3. *de ord. cognit.* 18
quia loquitur de Regina Cypri, quam non eſt veroſimile natam fuiſſe ex perſonis, de quibus dubitaretur, utrum matrimonium de facto contraxiſſent, ſed an fuiſſet legitimum, & ſic vertebatur queſtio juris, & non facti, & ideò cognitio pertinet ad judicem Eccleſiaſticum: ac ſi fuiſſet quæſtio, an matrimonium eſſet contractum de facto, judex ſæcularis eſſet competens ad cognoſcendum de ea cauſa; ſimiliter ſi in ſpecie illius textus eſſet quæſtio, an matrimonium eſſet contractum in facie Eccleſiæ, vel clandeſtinè, ut ſic conſtituatur, utrum filius ſit legitimus propter ignorantiam parentum, *juxta text. in capit. ex tenore, qui filii ſint legit.* poteſt judex ſæcularis de ea cauſa cognoſcere, quia per-

pertinet ad factum, & facta pronunciatione ſuper facto proles cenſetur legitima, vel illegitima, ſic Petr. Barboſa in leg. titia 35. numer. 36. ante finem, verſic. Cùm etiam non obſtat. ff. ſolut. matrim. quem ſequuntur Sanchez de matrimon. lib. 3. diſput. 54. numer. 4. Auguſt. Barboſa in capit. tuam, num. 2. in fine, verſic. Cui objectioni, ubi Fermoſin. quæſt. 1. numer. 22. de ord. cognit. idem Formoſin. in cap. fin. quæſt. 2. numer. 38. de judic. Torreblanca de magia, lib. 3. cap. 17. num. 11.

19 Amplia primò hanc 1. limitationem, ut judex ſæcularis poſſit cognoſcere, an matrimonium ſit clandeſtinum, quia ejus quæſtio eſt de facto, & non de jure, & ut contra Covar. in epit. ad 4. part. 2. capit. 8. fin. numer. 2. Azevedo libro primo, numer. 46. in fine, titul. 1. lib. 5. recopil. docent Sanchez de matrimon. lib. 3. diſp. 54. numer. 4. Caſtrus Palaus in oper. moral. part. 5. tract. 28. diſp. 2. punct. 13. §. ultim. numer. 10. verſic. Si vero neceſſarium, Petr. Barboſa in l. titia 35. numer. 36. in fine, verſic. Quinimo, ff. ſol. matrimon. Auguſt. Barboſa in cap. tuam, numer. 2. in fine, verſic. Sed quare, Balboa numer. 35. Fermoſin. quæſt. 1. numer. 12. & 23. de ord. cognit. & punire contrahentes matrimonium clandeſtinum, Menchaca de ſucceſ. creat. libro tertio, §. 36. numer. 69. Azevedo libro primo, numer. 42. verſic. Sed quanam ratione, & numer. 46. in fine, tit. 2. lib. 5. recop. Guttierez de matrimon. capit. 75. numer. 11. & 12. & pract. libro ſecundo, quæſt. ſecunda, Sanchez de matrimon. libro tertio, diſput. 54. num. tertio, Torreblanca de magia, libro tertio, cap. 27. numer. 12. Caſtrus Palaus in oper. moral. part. 5. tract. 28. diſput. 2. punct. 3. §. ultim. num. 10. verſic. Quinimo.

20 Amplia 2. hanc 1. limitationem, ut judex ſæcularis poſſit cognoſcere de poſſeſſorio cauſæ matrimonialis, ut ſi tractetur de exhibenda uxore, quia ejus quæſtio eſt de facto, non de jure, leg. fin. ubi Bald. Cod. de libero homine exibendo, ut tenet Anchar. in capit. eaque, numer. 11. quæſt. 4. de regul. jur. in 6. & ita fuiſſe deciſum tradit Marcus deciſ. 403. & 511. part. 2. ſic ſæpius fuiſſe judicatum in Senatu Pedemontano teſtatur Theſaurus deciſ. 117. quam opinionem ſequuntur Martha de juriſd. part. 2. capit. 8. num. 38. Cevallos de cog. part. per viam violent. part. 2. capit. 8. numer. 38. Cevallos de cog. per viam violent. part. 2. quæſt. 31. numer. 6. in fine, verſic. Sed etiam, Fermoſinus in capit. tuam 3. quæſt. 12. numer. 4. verſic. Et ut poteſt, de ord. cognit. Borell. in ſum. deciſ. part. 1. tit. 43. numer. 104. Valaſcus conſult. 93. numer. 5. verſic. Et etiam, quidquid oppoſitum teneant Covar. in epitom. ad 4. part. ſecunda, capit. 8. §. 12. numer. tertio, Franchis deciſ. 36. numer. primo, Barboſa de poteſt. Epiſcop. part. tertia, allegat. 84. numer. 34. Diana reſolut. moral. part. 1. tract. 2. reſol. 56. aliàs 55. & part. 4. tract. 2. reſol. 56. & part. 7. reſol. 26. aliàs 24. & in coordin. part. 9. tract. 2. reſol. 227. & reſol. 29. numer. 5. & reſolut. 341. numer. 6. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 2. capit. 10. dub. 5. numer. primo, & ſecundo, Molinus de ritu nupt. libro primo, comparat. 22. à num. 50. & latius, libro ſecundo, differ. 10. à numer. 15. uſque ad finem, Sperell. deciſ. 9. à numer. primo, ad 24. libro primo, quia contra eos, & alios eſt verior ſententia, ut docet Cutel. de immun. Eccleſ. libro primo, quæſt. 56. quinimo idem Molinus de ritu nupt. libro ſecundo, differ. 10. num. 23. inquit, quod judex ſæcularis tantùm cognoſcere poteſt de cauſis poſſeſſoriis matrimonialibus, quando incidenter agitur de his, & cùm de facto magis quàm de jure quæſtio agitatur.

21 Amplia 3. hanc limitationem, ut judex ſæcularis poſſit incidenter cognoſcere ſuper facto cauſæ matrimonialis, vel natalium, etiam ſi judex Eccleſiaſticus illum inhibeat, qua inhibitione non obſtante, poteſt judex ſæcularis de ea cognoſcere, quia judex Eccleſiaſticus non poteſt inhibere judicem ſæcularem, qui ſuo jure juſtè ſuper facto de cauſa matrimoniali, vel natalium incidenti cognoſcit, quidquid dicant Gerard. à Petra ſingul. 96. Covar. in epit. ad 4. part. 1. capit. 8. §. 12. numer. 3. & 4. Guttierez pract. libro tertio, quæſt. 26. num. 1. verſic. Quod conſultius, Farinacius in praxi, part. 1. quæſt. 8. numer. 25. verſic. Sublimita ſecundo, Molinus de ritu nupt. lib. 2. differ. 10. numer. 4. Carol. de Graſ. de effect. clericat. effect. 1. numer. 404. & 405. Martha de juriſdict. part. 2. capit. 8. à numer. 11. verſic. Non tamen, Gratian. diſcept. forenſ. capit. 238. numer. 15. Et alii quos refert, & ſequitur Sperell. deciſ. 8. numer. 56. & deciſ. 9. numer. 15. lib. 1. Quia intra eos, & alios eſt verior ſententia, ut doctè, & ſubtiliter probat Petrus Barboſa in leg. titia 35. num. 38. verſic. Conſtat igitur, ff. ſolut. matrim. Cevallos de cognit. per viam violent. part. 2. quæſt. 31. Qui numer. 3. reſolvit, quod ſi judex Eccleſiaſticus inhibeat ſæculari, ut ſe abſtineat à tali cognitione, intendens, quod dicta cauſa ſit coram eo tractanda, ut tradit Gerand. a Petra, ſingul. 96. poterat judex Laicus interponere appellationem ad Pontificem maximum, & implorare Regis auxilium, ut & per viam violentiæ reponatur inhibitio judicis Eccleſiaſtici, ſequitur Fermoſin. in cap. tuam 3. quæſt. 72. numer. 2. de ordin. cognit. Conducit Guttierez pract. libro 1. quæſt. 2. & de matrimon. capit. 85. numer. 12. Sed apud nos per judicem ſæcularem firmatur contentio judici Eccleſiaſtico juxta concordiam Regiæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, juxta deciſionem traditas numer. 17.

Sublimitatur 1. illa 1. limitatio, ut procedat 22
quando cauſa matrimonialis, & natalium, ſeu alia Spiritualis eſt puri, & meri facti; nam tunc judex ſæcularis poteſt de ea cognoſcere, ut in exemplis traditis numer. 17. ſic Panormit. in capit. tuam, numer. 3. verſic. an autem poſſit, de ordin. cognit. Menoch. conſ. 366. numer. 49. libro quarto, Thom. del bene de immun. Eccleſ. tom. 2. capit. 10. dub. 5. numer. 3. Fermoſin. in capit. fin. quæſt. ſecunda, numer. 20. de judic. & alii citati numer. 16. Hoc eſt, quando factum incidit per modum ſimplicis cauſæ, Ripa in cap. decernimus, num. 17. in fine, de judic. ac Jaſon. in l. quoties, numer. 8. verſic. Undecimo limita, Cod. de judic. Menochius conſ. 366. numer. 49. lib. 4. & eſt abſtractum ab omni ſpiritualitate, Farinac. & Paz plures laudant, ille in prax. part. 1. quæſt. 8. numer. 25. verſic. Limita principaliter, iſte de tenuta, part. prima, cap. 12. numer. 77. Fontanella pact. nupt. tom. primo, clauſ. 4. gloſ. 12. part. 2. ſub numer. 38. Secus ſi cauſa matrimonialis, & natalium, ſeu alia ſpiritualis conſiſtit partim in facto, & partim in jure, & ſic eſſet mixta juris & facti, & inſeparabilis; nam tali caſu magis dignum trahit ad ſe minus dignum, & ne continentia cauſæ dividatur, cognitio utriuſque pertinet ad judicem Eccleſiaſticum, Menochius de retinen. poſſeſ. remed. 3. numer. 328. Gratian. diſcept. forenſ. capit. 238. numer. 14. Farin. in prax. par. 1. quæſt. 8. numer. 25. verſi. Sublimita tertio, Carol. de Graſ. de effect. cler. effect. 1. numer. 407. Petr. Barboſa in l. titia, numer. 24. ff. ſolut. matrim. Fontanella de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 4. gloſ. 12. part. 2. numer. 38. Luca ad Franchis, deciſ. 361. numer. 5. verſic. Judex ſæcularis, Fermoſin. in cap. fin. quæſt. 2. numero 18. & 19. de judic. cum aliis per Sperell. deciſ. 8. numer. 55. libro primo, Ego deciſ. 2. numer. 10. part. 1. Ut puta quando adeſſe aliqua diſputatio, vel contradictio inter litigantes, Decius poſt alios declarat in capit. decernimus, numer. 184. de judic. Menoch. conſ. 366. numer. 49. lib. 4. nempe ſi opponatur de illegitimitate, & replicatur de legitimitate, & matrimonio, & ſuper hoc nititur judicialis diſceptatio, & contradictio, & devenitur ad probationes, & ad illorum diſcuſſionem, cauſa hujuſmodi tanquam mixta juris, & facti remitti debet ad judicem Eccleſiaſticum, Menoch. conſ. 366. numer. 49. verſic. Ratio eſt, & verſic. at quando, & verſic. quæ Omnia, lib. 4. Quem elegantiſſimè loquentem dicit Paz de tenuta, part. 1. cap. 12. numer. 77. in fine.

Sed tu declara hanc ſublimitationem, ut proce- 23
dat, quando quæſtio juris principaliter tractatur ſicut

eut quæſtio facti , nam tunc cùm cauſa efficiatur
mixta, judex laicus non cognoſcit ; ſecus ſi non prin-
cipaliter ſed incidenter juris quæſtio veniret ad
quæſtionem facti , hoc enim caſu mixtum regula-
tur à principali quæſtione , & ideò tunc cauſa per
judicem ſæcularem cognoſci poterit , ſic Menoch.
*de retin. poſſeſ. remed.2. numer.328. & ſeq.* Qui pro-
pterea infert , quod quando in cauſa poſſeſſorii ,
quæ eſt facti , incidenter tractatur de titulo , qui
eſt juris, etiam quod ſit mixta , & ſic partim juris ,
& partim facti, non tamen per hoc ſæcularis deſinit
eſſe judex ; quod tamen ſecus eſſet ſi principaliter
de titulo, ſicut de poſſeſſione tractaretur , ſequun-
tur Farinac. *in prax. part.1. quæſt.8. numer.25. verſic.
Declarat.* Carol. de Graff. *de effect. 1. numer.407. ver-
ſicul. qui duo ultimi*, Videndus idem Menochius *conſ.
366. numer.50. & 51. lib.4.* & vide deciſionem Can-
cellarii Agullana diei 28. Septembris 1610. relatam
*numer.17.* & quæ tradit Fontanella *de pact. nupt. clauſ.
4. gloſ.12. part.2. numer.40. verſic. Hujus materiæ.*
24 Limita 2. ut judex ſæcularis , qui de cauſa prin-
cipali hæreditatis cognoſcit ſi coram eo exceptio
matrimonii , ſeu natalium , vel alterius ſpiritualis
proponitur , poſſit parti excipienti præfigere termi-
num , intra quem coram judice Eccleſiaſtico compa-
rere teneatur, juxta *text. in cap. perſonas 4. de ap-
pellat.* Fermoſin. *in cap. tuam , quæſt.7. numer. 2. in
princ. de ord. cognit.* Luca ad Franchis *deciſ.551. verſic.*
25 *Judex tamen in princ.* Sed judex † ſæcularis, qui de
cauſa principali hæreditatis cognoſcit , ſi coram eo
opponatur exceptio matrimonii , natalium , vel alia
ſpiritualis , non poterit præfigere terminum parti
excipienti , intra quem teneatur probare , & cauſam
proſequi coram judice Eccleſiaſtico , quoniam id ad
illum non pertinet , ſic Bartol. *in lib. 2. in princ.*
Ripa *num.7.* Jaſon. *numer.12. ff. de re judic.* Decius *in
cap. ex inſinuatione , num.50. de appellat.* Jul. Clar. §.
*fin. quæſt.37. numer.2. verſic. Quinimò* , Valaſc. *conſult.
159. numer.15.* Auguſt. Barboſa *in cap. lator 5. numer.
5. qui filii ſint legit. & de jure Eccleſ. univ. lib.1. cap.
39. §.2. numer. 28. verſic. Nec poterit* , Fermoſin. *in
cap. tuam 3. quæſt.7. numer.2. poſt princ. de ord. cognit.
& in cap. & ſi Cleric. quæſt.12. numer.2. de judic.* Fa-
rinacius *in prax. part.1. quæſt.8. numer.20. verſic. Am-
plia* , Genuenſ. *in prax. Archiep. Neapol. cap.77. num.*
22. Guttierez *de juram. confirm. part.1. capit.2. numer.*
16. Maſcard. *de probat. concluſ.689. numer. 1.* Diana
*reſolut. mor. part.3. tract.1. reſol.11. & part.4. tract.1.
reſol.98. & in coord. part.9. tract.2. reſol.48. ſub numer.
2. & reſol.308. numer.3.* Luca *ad Franchis , dec. 551.
num.5. verſic. Judex tamen , poſt princ.* Ego plures ex
26 his laudavi *deciſ.24. numer.92. part.1.* Me citato Que-
ſada Pilo *controv. forenſ. cap.36. nnm.20.* Nec etiam
poteſt judex ſæcularis , qui de cauſa principali hæ-
reditatis cognoſcit , ſi coram eo exceptio matrimo-
nii , vel natalium , ſeu alterius ſpiritualis proponi-
tur , præfigere terminum parti excipienti, intra quem
coram illo exhibeat articulos , quos coram judice
Eccleſiaſtico vult proponere , ut contra Salicet. Ale-
xandr. Felin. Roman. Deciſ. & Ferrar. quos citat Petr.
Barboſa *in leg. titia , num.29. verſic. Quinimo , ff. ſo-
lut. 12. matrim.* Fermoſin. *in cap. tuam 3. quæſt.6. nu-
mer.4. de ordin. jud. in cap. At ſi Clerici , quæſt.12. nu-
mer.3. de judic.* Guttier. *de juram. confirm. part.1. quæſt.
2. numer.16. & 17.* Docent & probant Jaſon *in libr. 2.
numer.16. & 17. ff. de re judic.* Maſcard. *de probat. con-
cluſ. 689. à numer.4.* idem Fermoſin. *in capit. tuam 3.
quæſt.7. numer.1. de ord. cognit.* Franchis *deciſ.551. n.5.*
ubi Luca *à numer. 13. verſic. poſita exceptione* , Ego
*deciſ.24. num.94. part.1.*
27 Limita 3. in alimentis , & litis expenſis . Quas
pendente lite coram judice Eccleſiaſtico ſuper vali-
ditate matrimonii tenetur maritus uxori præſtare ,
ſi aliunde uxor eas habere non poſſit , nam cùm con-
ſtet de conjugio , habet uxor pro ſe præſumptionem
juſtitiæ , & jus ad alimenta , quo ante condemna-
tionem ſpoliari non poteſt , ſi aliunde ea uxor non
habeat , ne indefenſa maneat , & cogatur ob illorum
defectum amittere jus ſuum , *Argum. l. ſi neges , C. de
liber. agnoſcend. ſic gloſ. in can. cujus rei 6. verbo remo-
viſſe 29. quæſt.2.* & poſt antiquos Valaſc. *conſult.1. num.*
5. Afflict. *deciſ.10. & 152.* Lara *in lib. ſi quis à liberis §.
ſi vel parens , num.65. 66. & 67. ff. de liber. Agnoſcend.*
Surd. *de aliment. titul.1. quæſt.118. num.1. & 2. & tit.
8. privil.10. numer.4.* Sanchez *de matrimon. lib.2. diſp.
41. num.51.* Paſchal. *de patr. poteſt. part.2. cap.2. num.*
72. Menoch. *de præſumpt. lib.1. quæſt.35. ſub num.18.*
Sperell. *deciſ.138. numer.3. 46. & 71. leg.2.* Fontanel-
la *de pact. nupt. tom.2. clauſ.6. gloſ.2. part.3. numer.32.*
Boſſius *de aliment. cap.18. numer.1101. 1102. & 1103.*
Quamvis uxor ſit indotata , Sanchez , & Boſſius *hic
citati; ille , numer.51. in fine , iſte namer.1101. in fine.*
Et etiam † quando lis pendet coram judice Eccleſiaſti- 28
co ſuper thori ſeparatione , Farinac. *poſt tom.1. Conſil.
deciſ.127. & 250.* Sperel. *deciſ.138. numer.95. leg.2.*
Fontanella *de pact. nupt. tom.2. clauſ.6. gloſ.2. part.4.
numer.68.* Et lite pendente ſuper divortio adverſùs 29
uxorem ob adulterium ab ea commiſſum intentato ,
quidquid dicant Sanchez *de matrim. lib.10. diſput.8.
numer.17.* Diana *reſol. moral. part. 1. tract. 2. reſol.87.
alias 86. & in coordinat. part.9. tract.2. reſol.291. nu-
mer.4.* Thom. del Bene *immun. Eecleſ. tom.2. cap.10.
dub.1. reſol.1. ſuppoſit. 2. numer.13. & dub.2. ſect.4.
numer. 7.* Quia contra eos , & alios eſt verior ſen-
tentia , ut docent Valaſc. *Conſult.1. numer.4.* Paſchal.
*de patr. poteſt. part.2. capit.2. numer.71. & 78.* Surdus
*de aliment. tit.61. quæſt.118. à numer.4. & quæſt.119.
numer.6.* Coſta *de remed. ſubſid. remed.100. numer.12.*
Triviſan. *deciſ.16. lib.2.* Lara *in leg. ſi quis à liberis , §.
ſi vel parens , numer.64. ff. de liber. agnoſcen.* Petrus
Barboſa *in rubr. part.2. numer.44. in fine , ff. ſolut. ma-
trimon.* Sanchez *de matrimon. lib.10. diſput.8. numer.*
28. Gardoſus *in prax. jud. verbo maritus , numer.25.
verſic. Et etiam* , Guttierez *de matrimon. cap.129. nu-
mer.10.* Cevallos *com. cont. com. quæſt.734. à numer.18.*
Farinac. *in prax. part.4. quæſt.147. num.43. & 44.* Fon-
tanella *de pact. nupt. tom.2. clauſ.6. gloſ.2. part.4. num.*
67. Caſtrus Palaus *in oper. moral. part.5. tract.28. diſp.
3. punct.6. §.5. numer.5. verſ. Sed etiam* , Sperell. *deciſ.*
138. *à num.30. & à numer.46. leg.2.* Fagundez *in deca-
logo , lib.4. cap.10. numer.46.* Boſſius *de aliment. cap.*
28. *numer.1099.* Riccius *collect.853. verſic. Item uxori* ,
Urſellius *concluſ.90. num.45.* Etiam ſi adulterium no-
torium ſit , ut advertunt Cevallos , Farinac. Sanchez ,
Guttier. Caſt. Palaus , *Et alii proximè citati* . Et uxor
accuſata indotata , ſic Surdus , Boſſius , *& alii ſupra
citati* . Et ſuper divortio † adverſus virum ob adulte- 30
rium ab eo commiſſum , vel aliqua alia juſta cauſa
propoſito , ſi uxor aliunde non habeat , ne aliàs ca-
dat à cauſa , & jus ſuum amittat , Guido Papa *deciſ.*
419. Afflict. *deciſ.10.* Covar. *pract. cap.6. ſub num.5.*
Petrus Barboſa *in rub. part.2. numer.44. in fine , ff. ſo-
lut. matrim.* Guttier. *lib.1. canon. cap.14. num.7.* San-
chez *de matrimon. lib.70. diſput.8. num.28.* Paſchal. *de
patr. poteſt. part.2. cap.2. num.71. & 74.* Surd. *de ali-
ment. tit.1. quæſt.118. numer.5. & 6. & tit.4. quæſt.23.
numer.38.* Caſtrus Palaus *in oper. mor. part.5. tract.18.
diſput.3. punct.6. §.5. num.5. in princ.* Valaſc. *conſult.
1. num.5.* Peguera *deciſ.20.* Sperell. *deciſ.138. num.52.
lib.2.* Farinac. *in prax. part.4. quæſt.143. num.43. in fi-
ne* , Riccius *collect.854. verſic. Item uxori agenti*, Ur-
ſellius *concluſ. 90. numer. 44.* Fagundez *in decal. lib.4.
cap.10. num.27.* Fontanella *de pact. nupt. tom.2. clauſ.
6. gloſ.2. part.4. numer.66.* Boſſius *de aliment. cap.18.
numer.1100.* ) Poteſt uxor † in caſibus prædictis , pen-
dente lite coram judice Eccleſiaſtico ſuper viribus
matrimonii , aut thori ſeparatione , & divortio pro-
pter adulterium , vel propter aliquam aliam juſtam
cauſam petere à marito divite alimenta , & litis ex-
penſas coram judice ſæculari , & poteſt judex ſæcu-
laris ea & eas taxare , & decernere ſine vitio atten-
tatorum , non ſolùm ſi in favorem uxoris ſententia à
judice Eccleſiaſtico lata fuerit , & ab ea ſit appel-
latum , ſed etiam in prima inſtantia antequam judex
Eccleſiaſticus ſententiam proferat , & dum cognoſcit
de viribus matrimonii , vel ſeparationis thori , & di-
vortii , quia cauſa alimentorum non eſt de proceſ-
ſu , nec dependet à cauſa matrimoniali , quæ tracta-

tur

tur coram judice Eccleſiaſtico, hæcque ratio in utroque caſu militat, quidquid dicat Sperell. *deciſ.* 138. *à numer.*107. *lib.*2. Quia contra eum eſt communis, & verior Sententia, ut docent Afflictis *deciſ.* 152. Ferrer. in addit. ad Guid. Papam *deciſ.*419. Lancellot. *de attentat. part.*2. *cap.*12. *limit.* 24. *num.*1. Gramat. *deciſ.*90. Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *ſi vel parens*, *num.*67. *ff. de liber. agnoſcend.* Monach. *de præſumpt. lib.*1. *quæſt.*35. *num.*19. Franchis *deciſ.*602. Surdus *de aliment. tit.*8. *Privileg.*10. *à num.*5. Martha *de juriſdict. part.*2. *cap.*8. *à numer.*35. Cancer. *part.*3. *var. capit.*11. *num.*175. *verſic. Circa hæc*, Riccius *collect.* 99. *& in praxi fori Eccleſ. part.*1. *deciſ.*320. *numer.*2. *in fine*, Thoro *in compend. deciſ. part.*1. *verbo Judex ſæcularis*, *fol.*292. Additionat. ad Molin. *de Hiſp. privileg. lib.*2. *cap.*15. *numer.*76. *verſic. Quod ſi pendente*, Auguſt. Barboſa *voto* 18. *num.*23. *lib.*2. Cævallos *de cognit. per viam violen. part.*2. *quæſt.*155. *tota* Mieres *de majoratu*, *part.*3. *quæſt.*15. *à num.*115. Caſtillo *tom.* 8. *de aliment. cap.* 7. *numer.*20. *& capit.*8. *numer.*5. *& cap.*27. *ſub num.*1. Fachin. *conſ.*42. *numer.*24. *lib.*2. Boſſius *de aliment. cap.*18. *num.*1104. Manfrella *ad Capyc. Latr. plures citat*, *deciſ.*139. *num.*7. ſic deciſum in noſtro Senatu de anno 1583. refert Peguera *deciſ.*20. *numer.*12. ad quem ſe refert Cancer. *part.*3. *var. cap.*11. *n.* 175. *verſic. Quod hoc caſu*, Et iterum ſententia lata 11. Decembris 1609. confirmata 14. Decembris 1613. teſtatur Fontanella *de pact. nupt. tom.*2. *clauſ.*6. *gloſ.*2. *part.*3. *num.*33. ubi inquit neſcire, quamobrem Peguera poſtquam dixit, quod Senatus taxavit mulieri pro alimentis quinquaginta libras, addit, *Et quia fuit dictum cauſam divortii pendere coram judice Eccleſiaſtico, fuit remiſſa taxatio alimentorum ad dictum judicem Eccleſiaſticum.*

32 Et ſi uxor ſuccubuerit coram judice Eccleſiaſtico in ſupradictis caſibus, quibus agitur de nullitate, & ſeparatione matrimonii, non tenetur alimenta accepta reſtituere, nec vir poteſt ea repetere, ſic Afflictis *deciſ.*152. *num.*4. ubi Urſil. *num.*3. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.*124. *num.*3. Boſſius *de aliment. cap.*18. *ſub num.* 1069. & conſtat ex traditis per Surd. *de aliment. tit.*1. *quæſt.*124. Menochius *de præſumpt. lib.*1. *quæſt.*35. *num.* 36. *&* 37. Franchis *deciſ.*614. *num.* 1. Amendola de Franchis *deciſ.*336. *num.*7. Molina *de primog. Hiſpan. lib.*2. *cap.*16. *num.*42. *&* 43. Trentacinq. *var. lib.*1. *de aliment. reſol.*1. *num.*45. Boer. *deciſ.*324. *à num.*3. Guidon Papa *deciſ.*561. *num.*1. Valaſcus *conſult.*1. *num.*7. *verſic. Acade* Urſell. *concluſ.*90. *numer.*25. Thoro *in compend. deciſ. part.* 1. *verbo alimenta lite pendente*, *fol.*35. Marinis ad Reverter. *deciſ.*196. *num.*2. Paſchal. *de patria poteſt. part.*2. *cap.*2. *num.*62. Fontanella *de pact. nup. tom.*1. *clauſ.*4. *gloſ.* 18. *part.*3. *num.*79. *& remiſſivè*, *tom.*2. *clauſ.*6. *gloſ.*2. *part.*4. *num.*54. Caſtillo *controver. lib.*3. *cap.*27. *num.*71. *verſic. Cæterum*, Regens Leo *deciſ.*30. *à numer.*19. *lib.*3. Beltramin. ad Ludoviſ. *deciſ.*189. *num.*7. *verſ. Sciendum eſt tamen*, Auguſt. Barboſa *in capit. fin. numer.*3. *de accuſat.* plures alios laudat Boſſius *de aliment. capit.*18. *num.*1063.
33 *& à num.*1066. *ſignanter à num.*1609. Etiam ſi † uxor cautionem præſtiterit de illis reſtituendis in caſu ſuccumbentiæ, ad Franchis *deciſ.*614. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*236. *n.* 38. Boſſ. *de alim. cap.* 14. *n.* 1080. *cum duob. ſeq.*

34 Similiter interim dum lis vertitur coram judice Eccleſiaſtico ſuper legitimitate, poteſt judex ſæcularis, qui de cauſa ſucceſſionis principaliter cognoſcit, filio alimenta decernere, probat Fermoſin. *in c. tuam*, *quæſt.* 8. *num.* 2. *de ord. cognit.* ſequitur Luca ad Franchis, *deciſ.* 551. *num.*5. *verſ. Judex*, *ibi: An laicus.*

35 Sed ſcias, quòd conjuges [qui de jure naturali, & divino obligati ſunt in eadem domo ſimul habitare, ad eandem menſam accubare, & in eodem lecto jacere, probant Sanchez *de matrimon. lib.* 9. *diſp.* 4. *n.* 2. Valerus *de differ. inter utrumque forum*, *verbo uxor*, *differ.* 2. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.*5. *tract.*28. *diſp.* 3. *punct.* 4. §. 1. *num.* 6. *& punct.* 5. §. 1. *numer.* 1. Fagundez *in decal. lib.* 4. *cap.* 7. *num.*5. *&* 6. Villalobos *in ſum. mor. part.* 1. *tract.* 13. *diſ.* 43. *num.* 1. Sperell. *deciſ.* 9. *n.* 2. *lib.* 1. *& deciſ.* 138. *num.* 1. *lib.* 2. Boſſ. *de effect. matrimonii*, *cap.* 6. §. 6. *num.* 2. *&* 3.] Si
aliquis † eorum huic obligationi non ſatisfacit, com- 36
pelli poteſt à judice Eccleſiaſtico per cenſuras excommunicationis; & interdicti, & ſi cenſuræ non ſufficiunt, Brachio, ſeu auxilio à judice ſæculari implorato, *cap. literas* 13. *ibi: Ad reſtitutionem plenariam debet Eccleſiaſticis cenſuris compelli*, ubi Panormit. *num.* 29. Barboſa *n.* 11. Fermoſin. *quæſt.* 2. *numer.* 1. *& quæſt.* 4. *num.* 5. *de reſtit. ſpoliat. cap. ſignificaſti* 5. *de divortiis*, *cap.* 1. *cap. non eſt de ſponſalib.* Covar. *in epit. ad* 4. *part.* 2. *cap.* 7. *in princ. num.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 68. *num.* 24. Farinacius *par.* 4. *cap.* 143. *numer.* 250. *&* 252. Caſtr. Palaus *in oper. mor. part.*5. *tractat.* 28. *diſp.*3. *punct.* 5. §.1. *numer.*1. *verſic. Quod ſi aliquis*, Villalobos *in ſum. mor. part.* 1. *tract.* 13. *diſ.* 43. *num.* 1. *verſ. Y quando alguno dellos*, plures alios addunt Sanchez, *de matrimon. lib.* 9. *diſp.* 4. *numer.* 6. Sperell. *deciſ.* 9. *num.*11. *&* 14. *lib.* 1. *& deciſ.*134. *num.*7. *lib.*2. Boſſius *de effect. matrimon. cap.*6. *numer.*72. ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Copons, Conſultoribus Sunyer, Sabater, Oliba, & Deſcamps 24. Decembris 15 2. contra Angelam de Corbera uxorem Michaelis. Riambaldi de Corbera Domini, qui dicebatur de Llinas ſuper præcepto, ſeu mandato facto dictæ Angelæ de Corbera cum pœnarum pecuniariarum, & cenſurarum comminatione, quatenus intra terminum in dicto mandato præſtitum cohabitaret cum dicto Michaele Riambaldo de Cor-
bera ejus viro. Imo ſi de † valore matrimonii non 37
ſit controverſia, poteſt compelli per judicem ſæcularem ad cohabitationem, eo quia oaligationi naturali ex contractu debitæ non ſatisfacit, *gloſſ. in cap. non eſt verbo uxores*, *ibi per officium judicis* (*ſcilicet laici*) *vel Epiſcopi loci*, ubi Panormit. *numer.* 6. Præpoſit. *numer.* 9. But. *numer.* 11. *de ſponſalib.* Covar. *in epit. ad* 4. *part.* 2. *cap.* 7. *numer.* 3. Sanchez *de matrim. lib.* 9. *diſput.* 4. *num.* 7. Caſt. Palaus *in oper. mor. par.* 5. *tract.* 28. *diſp.* 3. *punct.* 5. §. 1. *numer.* 1. *verſic. Quinimo* Villalobos *in ſum. mor. part.*1. *tract.* 13. *diſ.* 43. *num.* 1. *verſic. Aun podra compellere*, Boſſius *de effect. matrim. cap.* 6. *numer.* 73. Sperell. *deciſ.* 9. *num.* 3. *&* 24. *lib.* 1. Fermoſin. *in cap. literas* 13. *quæſt.* 2. *numer.* 2. *de reſtit. ſpoliat.* Molinus *de ritu nupt. lib.*1. *comparat.* 22. *num.* 24. *verſic. Fateor tamen*, Zerola *in praxi Epiſcopor. part.*1. *verbo matrimonium*, §. 16. *in fine*, realiter, & criminaliter, & ſic per capturam, pro ut quotidiè videmus, ut ait Franc. *in praxi part.* 4. *quæſt.*143. *num.*151.

Nam ſicut judex Eccleſiaſticus poteſt compellere 38
conjuges ad reddendum debitum, *capit. ex ſuſcepto* 7. *de conver. conjugat.* ita etiam id poteſt judex ſæcularis, ubi valor matrimonii eſt certus Panormit. *in capit. ex ſuſcepto* 7. *numer.* 3. *de converſ. conjugat.* Sanchez *de matrimon. libro* 9. *diſput.* 4. *numero* 8. Boſſius *de effect. matrimon. capit.* 6. *numero* 73. *in fine*, Fermoſin. *in capit. literas* 13. *quæſt.* 2. *num.* 2. *de reſtit. ſpoliat.*

Poteſt etiam judex Eccleſiaſticus procedere cen- 39
ſuris adversùs quemlibet alieni conjugis detentorem, quia ad judicem Eccleſiaſticum ſpectat jura matrimonii, ut pote Sacramenti defendere, *capit. non eſt*, ubi Panormit. *numer.* 6. Præpoſit. *num.* 9. Alexand. de Nevo *numero* 14. *de ſponſalib.* Covar. *in epit. ad* 4. *part.* 1. *capit.* 7. *numero* 4. Sanchez *de matrimon. lib.* 9. *diſput.* 4. *numero* 9. Caſt. Palaus *in oper. mor. par.*5. *tract.* 28. *diſp.* 3. *punct.* 5. §. 1. *numero* 1. *in fine*, Boſſius *de effect. matrimon. capit.* 6. *numero* 74. idemque dico de judice ſæculari, ut poſſit iſto caſu procedere realiter & criminaliter, ubi eſt certus valor Matrimonii, *ex ſupr. dictis.*

ARGU-

*ARGUMENTUM.*

An cognitio conceſſionis, ſeu denegationis licentiæ, ſeu diſpenſationis ad contrahendum matrimonium in forma Eccleſiæ, factis, vel nonfactis monitionibus inter raptorem & raptam, pertineat ad judicem Eccleſiaſticum.

*SUMMARIUM.*

5 *Matrimonium inter raptorem, & raptam prohibitum eſt de jure civili, num. 1. & interdictum de jure canonico antiquo, num. 2. ſed jure noviori canonico eſt permiſſum, num. 3. intellige ut in 4. hodie noviſſimo jure Concilii Tridentini eſt prohibitum, quandiu rapta remanet in poteſtate raptoris; ſeparata verò rapta à raptore, & in loco tuto, & honeſto conſtituta validum eſt, num. 5.*

6 *Cognitio conceſſionis, vel denegationis licentiæ, ſeu diſpenſationis ad matrimonium contrahendum inter raptorem, & raptam in forma Eccleſiæ, factis, vel non factis monitionibus pertinet ad judicem Eccleſiaſticum.*

7 *Raptus virginum, ſeu aliarum mulierum honeſtarum crimen per laicos commiſſum utroque jure punitur, Cæſareo, & Pontificio, eſtque mixti fori, numero 7. intellige, & declara, numero 8.*

9 *Stupri crimen per laicos commiſſum utroque jure punitur, civili, & canonico, eſtque mixti fori, num. 9. intellige, & declara, num. 10.*

11 *Raptor contrahens matrimonium cum muliere rapta, nullo tractatu matrimonii ineundi præcedente, an evitet pœnam mortis à jure civili propter raptum impoſitam, vel ſit omnino liberandus, vel mitiùs puniendus, numer. 11. 12. & 13. & quid de pœnis impoſitis per Concilium Tridentinum, nu. 14. & quid quando ante raptum præceſſiſſent ſponſalia de futuro, vel tractatus de matrimonio contrahendo, numer. 15. & quis judex cognoſcat, num. 16.*

16 *Raptor ſive matrimonium contrahat, ſive non cum muliere rapta, tenetur decenter ad eam dotandam arbitrio judicis, num. 16. attenta qualiter raptoris & raptæ, num. 17.*

## DECISIO CLXXV.

1 DE jure civili matrimonium inter raptorem, & raptam prohibitum eſt *leg. unica, §. & ſiquidem, verſic. Nec ſit facultas, Cod. de raptu virg. §. unico, §. quia, in authent. de raptis mulierib. col. 9.* Decian. *tract. crim. lib. 8. cap. 6. num. 9. & capit. 8. num. 3. & cap. 12. num. 7.* Gomez *in l. 80. tauri, nu. 43. in princ.* Jul. Clar. *§. raptus, numero 3. verſic. Quæro nunquid,* Sanchez *de matrim. l. 7. diſp. 13. num. 1.* quos & alios citat Farinac. *in praxi, part. 4. quæſt. 145. numero 25.* quibus addendi ſunt Guttier. *de matr. cap. 86. num. 1.* Cabal. *reſol. crim. caſu 196. num. 1. in princ.* Seſſe *dec. 96. num. 15. leg. 1.* Muta *deciſ. 77. num. 14.* Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valenſ. cap. 8. §. 8. numer. 182.* Peguera *deciſ. 42. numer. 1. part. 1.* Cancer. *part. 3. var. cap. 11. num. 12.* & aliquos citat Molinus *de ritu nupt. l. 1. comparat. 10. num. 29.*

2 Jure etiam canonico antiquo interdictum erat matrimonium inter raptorem, & raptam, *can. de puellis, can. ſi autem, canon. placuit 36. quæſt. 2.* Sanchez *de matrim. lib. 7. diſp. 13. numer. 1. verſ. Jure autem,* Guttier. *de matrim. cap. 86. num. 3.* Peguera *deciſ. 42. num. 2. verſic. Jure verò,* Barboſa *in cap. fin. numer. 3. de raptorib.*

3 Sed jure canonico noviori prædicta jura corriguntur *per cap. cum cauſam 6. cap. fin. de raptorib.* in quibus habetur matrimonium inter raptorem, & raptam validum eſſe, Sanchez *de matrim. lib. 7. diſp. 13. num. 1. in fine, verſic. Verum,* Guttier. *de matrimon. cap. 86. numero 3. verſic. Hodie vero,* Boſſius *in pract. criminal. titul. de raptu mulierum, numer. 17. in fine,* Gomez *in l. tauri, num. 43. verſ. Hodie tamen,* Jul. Clar. *§. raptum, numer. 7. verſic. Quæro nunquid,* Decian. *tract. crim. l. 8. cap. 6. num. 9.* Marchus *deciſ. 2. num. 3. part. 1.* Peguera *deciſ. 42. num. 2. part. 1.* Cabal. *reſol. crim. caſu 198. n. 1. & 2.* Seſſe *deciſ. 86. n. 26. p. 1.* Farinac. *in prax. p. 4. q. 145. n. 26.* Muta *deciſ. 77. nu. 16.* Cancer. *p. 3. var. cap. 11. n. 12. & 13.* Molinus *de ritu nup. l. 1. comparat. 10. num. 28.* Diana *reſol. mor. p. 8. tract. 1. reſol. 29. aliàs 27. & in coord. p. 9. tract. 2. reſol. 345. n. 1. 2. & 3.* Barboſa *in cap. cum cauſam, & in cap. fin. de raptor. & in can. ſi quis virginem, nu. 1. in princ. 36. quæſt. 2.*

Intelligent aliqui ſi puella rapta exiſtat in liberta- 4
te, in domo ſcilicet parentum, ſeu conſanguineorum extra raptoris poteſtatem, & matrimonio conſenſerit, nam tunc matrimonium inter raptorem, & raptum validum eſt; ſecus ſi adhuc puella rapta exiſtens in poteſtate raptoris nupſerit raptori, *dicto cap. fin. de raptorib.* Boſſius *in pract. crim. tit. de raptu mulier. num. 17. in fine, verſic. Intellige, & numero 18.* Peguera *deciſ. 42. numero 2. verſ. Hæc tamen, par. 1.* Decianus *tract. crim. libro 8. capit. 13. numero 48. verſic. Quod intellige,* Cabal. *reſolut. crimin. caſ. 196. numero 3.* Farinac. *in praxi, parte 4. quæſt. 45. num. 28.* Sed contrarium alii docent, quod *in cap. fin. de raptorib.* non deſideratur ut puella rapta in priſtina libertate poſita, & extra raptoris poteſtatem conſtituta conſenſum præbeat, ſed ſatis eſt, ut matrimonium inter raptorem, & puellam raptam valeat, ſi rapta adhuc ſub raptoris poteſtate exiſtens verè liberè conſentiat, Covar. *in epit. ad 4. part. 2. capit. 4. §. 9. numero 1.* quam plures citant Sanchez *de matrim. leg. 7. diſput. 12. num. 42.* Guttier. *de matrimon. capit. 86. numero 4.* Barboſa *in capitul. final. numero 2. de raptorib.*

Hodie verò jure noviſſimo decernit Concil. Tri- 5
dent. *ſeſſion. 24. de reform. capite 6.* inter raptorem, & raptam nullum poſſe conſiſtere matrimonium, quamdiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, quod ſi rapta à raptore ſeparata, & in loco tuto, & libero conſtituta eum in virum habere conſenſerit, raptor in uxorem habeat, ut docent innumeri, quos citat Barboſa *in collectan. ad Concil. Trident. ſeſſion. 24. de reform. capite 6. numero 1. & in rub. verſic. De raptu de raptorib. & in cauſa 36. quæſt. 1. numero primo, & inter eos,* citat Peguera *deciſ. 42. numero ſecundo, verſic. Hæc tamen, & numero 8. part. 1.* Cancer. *par. 3. var. capite 11. numero 14.* Molinus *de ritu nupt. lib. 13. comparat. 10. num. 31. & 32.* Riccius *collect. 911.* Sanchez *de matrim. libro 7. diſput. 13. numero 1. & 2.* Guttier. *de matrimon. capite 86. numero 6. & 7.* quibus addendi ſunt Cabal. *reſol. crim. caſu 196. numero 3.* Decianus *tract. crim. lib. 8. cap. 6. numero 9. verſic. Et ſi rapuerit eam,* Bajardus *ad Clar. §. raptus, num. 33.* quos & alios citat Farinac. *in prax. part. 4. quæſt. 145. num. 29.* addo Villalobos *in ſum. moral. parte 1. tract. 14. diff. 24. numero 2.* Marinis *l. 1. reſol. jur. cap. 301. num. 2.* Caſtrum Palaum *in oper. mor. p. 5. tract. 28. diſput. 4. punct. 2. §. 2. numer. 10. in fine,* Dianam *reſol. moral. part. 7. tract. 1. reſolut. 29. aliàs 27. & in coordin. p. 9. tract. 2. reſol. 344. num. 2. in fin.* Mutam *deciſ. 77. num. 17.*

Cognitio autem conceſſionis, vel denegationis 6
licentiæ, ſeu diſpenſationis ad matrimonium contrahendum inter raptorem, & raptam in forma Eccleſiæ factis, vel non factis monitionibus, pertinet ad judicem Eccleſiaſticum, ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Manegat. Conſultoribus Quintana, Ferrero, Peguera, Sabater, & Oliba 27. Julii 1584. in favorem Bartholomęi Arenes Agricolæ Parochiæ ſancti Andreæ de Palomario contra Monſerratum Grau domicellum Barcinonæ domiciliatum ob crimen raptus, & ſtupri per dictum Arenes commiſſi in perſonam Aldunciæ Grau filiæ dicti Monſerrati Grau: fuit declaratum cognitionem conceſſionis, vel denegationis licentiæ, ſeu diſpenſationis poſtulatæ per dictos Bonaventuram Arenes, & Aldunciam Grau ad contrahen-

hendum inter ſe matrimonium in forma Eccleſiæ, factis, vel non factis monitionibus juxta decreta ſancti Concilii Tridentini, & ſuo caſu executionem, & effectum dicti matrimonii ad Curiam Eccleſiaſticam pertinere, & ſpectare, pertinuiſſeque, & ſpectaſſe. Proviſo tamen, quod propterea Curia ſæcularis, à cognitione dicti ſtupri, & raptus, per dictum Arenes, ut prætenditur, commiſſum, non impediatur. Quam declarationem etiam refert Peguera *deciſ.* 42. *num.*8. *verſic. Quod etiam*, *part.*1.

7 Ex finalibus verbis declarationis Cancellarii Manegat. Primò infertur, quod licèt crimen raptus virginum, ſeu aliarum mulierum honeſtarum per laicos commiſſum utroque jure puniatur, jure Cæſareo *probatur per leg.* 1. *Cod. de raptu virgin. lege raptores*, *Cod. de Epiſcop. & Cleric.* X. jure canonico *probatur ex can. raptor*, *can. ſtatutum* 27. *quæſt.* 2. *can. eos*, *can. raptores*, *can. de puellis*, *can. ſi quis virginem*, *can. nullus* 36. *quæſt.* 2. Sanchez *de matrimon. libro* 7. *diſput.* 12. *numero* 2. Guttierez *de matrimon. capit.* 86. *numer.* 7. Jul. Chartar. *deciſ.*77. *à numero* 36. Farinacius *in praxi*, *part.* 4. *quæſt.* 5. *numero* 7. & 17. Dominus Vice Cancellarius Don. Chriſtophorus Creſpi de Valdaura, *obſerv.*66. *numer.* 1. & 2. Sitque mixti fori, ac propptereà raptores virginum, ac aliarum mulierum honeſtarum, nedum à judicibus ſæcularibus, ſed etiam ab Eccleſiaſticis puniri poſſint, Jul. Chartar. *deciſ.* 77. *numer.*

8 36. *cum quatuor ſeq.* Intelligendum † tamen eſt, ut ſi agatur de delicto adversùs laicos raptores virginum, ſeu aliarum mulierum honeſtarum in foro exteriori, ſeu contentioſo ad pœnas temporales ſolùm judices ſæculares ſunt judices, & de tali crimine cognoſcunt, Marchus *deciſ.*2.*part.* 1. quem accommodando ad crimen ſtupri ſequuntur Menoch. Theſaurus, & Anſald. *locis citandis*, *numer.* 10. refert, ſed non ſequitur Jul. Chartar. *deciſ.*77. *numer.* 7. & præter deciſionem Cancellarii Manegat. *relatam*, *numer.* 6. fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Dalmau, Senjuſt, Mijavila, Franqueſa, & Ferruz 20. Martii 1621. contra Jacobum Corretger Sertallerium Villæ Perpiniani in Regiis Carceribus detentum ad impediendam executionem Regiæ Sententiæ propter ſtuprum, & raptum commiſſum in perſonam Aſtaſiæ Coronat contra dictum Corretger latæ; de iſto caſu egi *deciſ.*89. *numer.*40. *part.*2. conducit Narbona *lib.*20. *gloſſ.*13. *numer.*7. & 8. *titul.* 1. *libro* 4. *recopil.* Secus ſi agatur de peccato puniendo in judicio animæ interiori, ſeu foro conſcientiæ poſſunt judices Eccleſiaſtici procedere contra laicos raptores virginum, ſeu aliarum mulierum honeſtarum ad citationem, & punitionem per cenſuras, & alia remedia ſpiritualia, & in his terminis loquuntur jura Pontificis citata, & Concilium Trid. *ſeſſ.*24. *de refor. capit.*6. Et Jul. Chartar. *dicta deciſ.* 77. *à numer.*36.

9 Secundò infertur, quòd licet crimen ſtupri per laicos commiſſum utroque jure puniatur; de jure civili *patet in l. inter liberos*, *l. hæc verba*, *ff. ad leg. Jul. de adulter.* §. *item lex julia*, *de public. judic.* de jure Canonico *conſtat ex capit.* 1. & 2. *de adulter.* & *ſtupro*, Jul. Chartar. *deciſ.*77. *numer.*20. Farinac. *in praxi*, *part.*4. *quæſt.*146. *numer.*6. & *à numer.*92. Anſaldus *de juriſdict. part.* 4. *tit.*6. *capit.* 3. *numer.* 1. & 67. Reg. Matheu *de re criminal. controverſ.*50. *numer.* 1. *ad* 7. Thoro *in compend. deciſ. part.*3. *ſect.*3. *verbo ſtuprator*, *fol.*289. Ego *deciſ.*89. *numer.*10. & 11. *part.*2. Sitque mixti fori, Muta *deciſ.* 77. *numer.*27. Conciolus *verbo delictum*, *reſolut.* 3. *numer.* 15. & 16. latè probat Jul. Chartar. *deciſ.*77. *tota ſignanter*, *à numer.* 17. & *plures laudat*, *numero* 41. quapropter laici ſtupratores per judices Eccleſtaſticos puniri poſſunt, idem Jul. Chartar. *deciſ.* 65. & *deciſ.*77. *numer.*46. *cum tribus ſeq.* Intelligendum eſt, ut ſi agatur de peccato puniendo in judicio animæ interiori, ſeu foro conſcientiæ, poſſunt judices Eccleſiaſtici procedere contra laicos ſtupratores ad citationem, punitionem per cenſuras, & alia remedia ſpiritualia; ſecus ſi de delicto agatur adverſus laicos ſtupratores in foro exteriori, ſeu contentioſo ad pœnam pecuniariam, dotalem ſcilicet imponendam, ſeu ad alias pœnas temporales, ſolùm judices ſæculares ſunt judices, & de hoc crimine cognoſcunt, Oſaſcus *conſ.* 25. *per totum*, *præcipuè numer.*5. *cum ſeq.* Ad quem ſe remittit Farinac. *in prax. part.* 1. *quæſt.*8. *numer.*130. *verſic. Et quid juris*, Menochius *de arbit. jud. caſu* 288. *numer.* 21. Theſaur. *deciſ.* 148. *numer.* 4. idem Farinac. *in praxi*, *part.*4. *quæſt.*145. *numer.*53. Mantica *de conject. ultim. volunt. lib.*11. *titul.*12. *numer.*29. *verſic. Tertio*, *juncto verſic. Quarto*, Guazzinus *defen.* 1. *cap.* 11. *numer.*25. Anſald. *de juriſd. part.*4. *tit.*6. *capit.*3. *à numer.*89. *ad* 98. Et ultra deciſionem Cancellarii Manegat relatam *numer.*6. fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Caſſador. 15. Maii 1569. contra Andræam Tur filium Luciani Tur inſulæ Ivicæ captum, & detentum in carceribus Gubernatoris, & Vicarii ejudem Inſulæ ratione ſtupri per dictum Andræam Tur commiſſi in perſonam Franciſcæ Palaus: fuit declaratum, cognitionem, detentionem, & punitionem perſonæ dicti Andreæ Tur ad Curiam ſæcularem Gubernatoris, & Vicarii ejuſdem Inſulæ ratione prædicti ſtupri pertinere & ſpectare; Cognitionem vero cauſæ matrimonialis ad Curiam Eccleſiaſticam Officialis, & Vicarii Foranei Inſulæ Ivicæ pertinere, & ſpectare. Et per eundem Cancellarium Caſſador. 12. Maii 1170. eiſdem verbis, contra Joannem Farell. captum in Regiis carceribus Barcinonæ ratione ſtupri commiſſi in perſonam Annæ Gineſtoja. Et per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Ubach, Regas, Pineda, & Seſcaſes 13. Novembris 1598. in favorem Bernardini Pradell. Mercatoris Vici contra Gaſparem Graell. Civem Honoratum ejuſdem Civitates ratione ſtupri commiſſi per dictum Pradell. in perſonam Mariæ Graell. Filiæ dicti Gaſparis Graell. fuit declaratum firmæ juris per dictum Gaſparem Graell. factæ in Curia Eccleſiaſtica Vicen. quoad fœdus matrimonii locum fuiſſe & eſſe. Quo verò ad punitionem dicti ſtupri, dictæ firmæ juris factæ in Curia Eccleſiaſticæ locum non fuiſſe, nec eſſe, ſed cauſam dicti ſtupri ad Curiam ſæcularem Regiæ Audientiæ pertinere, & ſpectare, ne una Curia per alteram impediatur. Et per Cancellarium Eril, Conſultoribus Guerau, & Berart 3. Junii 1635. in favorem Monſerrati Flor. patris Catharinæ ejus filiæ contra Narciſum Arboſer ex cauſa ſtupri per dictum Narciſum Arboſer ut prætenditur in perſonam dictæ Catharinæ domicellæ cum promiſſione nubendi cum illa commiſſi, videndus Fontanella *de pact. nupt. tom.*1. *clauſ.* 5. *gloſſ.* 5. *part.*1. *à numer.*23. qui *numer.*26. *in fine*, teſtatur ita intrepidè, & inconcuſsè in Cathalonia obſervari, ſed *numer.*28. limitat quando laicus corrumpit mulierem cum promiſſione eam ducendi in uxorem, nam tunc concludit, quod cognitio competit judici Eccleſiaſtico, quia agitur de cauſa matrimoniali.

Infertur 3. ad illam quæſtionem. An raptor contrahens matrimonium cum muliere rapta, nullo 11
tractatu matrimonii ineundi præcedente, evitet pœnam mortis à jure civili propter ſtuprum impoſitam, vel ſit omnino liberandus, aut ſaltem mitiùs puniendus pœna extraordinaria judicis arbitrio, tam de jure, quàm de æquitate, & de praxi & obſervantia Regnorum tractant ex noſtris Cathalanis Peguera *deciſ.* 42. *à numer.* 2. *verſic. Hæc tamen in fine*, ibi: *Offert ſe nunc quæſtionis noſtræ diſputatio*, *part.*1. Cancer. *part.*3. *variar. capit.*11. *à numer.*19. cum trib. ſeq. Molinus *de ritu nuptiar. libro primo*, *comparat.*10. *numer.* 310. *latè à numer.* 40. *ad* 58. Fontanella *de pact. nupt. tomo ſecundo*, *clauſ.*5. *gloſ.*5. *part.*1. *num.*15. & 16. Ex Aragonenſibus Reg. Seſſe *deciſ.*96. *à numer.*26. *verſic. Difficultas tamen ſtat*, *cum ſeq. libro* 1. ex Valentinis Reg. Matheu *de Regim. Regn. Valent. cap.*8. §.8. *numer.*168. & 183. ex Caſtellanis Gomez *in l.*80. *tauri*, *num.* 43. *verſic. Dubium tamen eſt neceſſarium*, Narbona

leg.

*l.* 20. *gloſ.* 13. *n.* 26. *&* 37. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* ex Luſitania Barboſa *in collect. ad Conc. Trident. ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 6. *num.* 11. *& in can. ſi quis virginem*, *num.* 2. 3. *&* 4. 36. *q.* 2. ex Mediolanis Boſſius *in prax. crimin. titul. de rapt. mulier. num.* 17. Jul. Clar. *§. raptus*, *n.* 7. *verſic. Quæro nunquid*, Menochius *libr.* 3. *præſ.* 1. *num.* 101. ex Neapolitanis Thoro *in compend. dec. part.* 3. *ſect.* 3. *verbo Raptor. col.* 2. 3. *&* 4. *in fine*, *verſic. Sed quia*, *fol.* 1. Novarius *ad pragm. Reg. Neapol. pragm.* 10. *collect.* 8. *num.* 215. *de offic. jud.* Danca *de pugna doctor. tom.* 2. *tit. de rapt. c.* 2. *num.* 24. Remiſſivè Riccius *collect.* 911. *in fine*, ex aliis Italis Bajard. ad Clar. *§. raptus*, *n.* 35. Cabal. *reſol. crimin. caſu* 196. *à num.* 5. Decian. *tract. crim. lib.* 8. *cap.* 13. *n.* 48. Farinac. *in praxi*, *part.* 4. *q.* 145. *n.* 97. 99. *&* 100. ex Siculis Muta *dec.* 77. *n.* 14. ex Pedemontanis Theſ. *dec.* 217. *n.* 6. ubi ejus filius *in addit.* Faber *in C. lib.* 9. *tit.* 9. *de raptu virgin. defin.* 1. ex Theologis Sanch. *de matr. lib.* 7. *diſp.* 12. *n.* 16.

12 Et qui tenet opinionem æquiorem, ut mitiùs puniatur pœna extraordinaria judicis arbitrio, etiam ampliant, etiamſi parentum conſenſus non adſit, ut reprobatis contrariis docent Decian. *tract. crim. lib.* 8. *cap.* 13. *n.* 48. Cabal. *reſolut. crim. caſu* 196. *n.* 3. *&* 4. Sanch. *de matr. lib.* 7. *diſput.* 12. *n.* 16. *in fine*, Farinac. *in prax. part.* 4. *q.* 145. *n.* 98.

13 Et qui tenent opinionem rigoroſam, ut non evitet pœnam mortis à jure civili impoſitam, eam limitant, quando matrimonium contraheretur, non ſolùm de voluntate mulieris raptæ, ſed etiam parentum ipſius, quibus etiam injuria facta fuit, ſic Peguera *dec.* 42. *num.* 8. *verſic. In quo quidem judicio*, *part.* 1. Cabal. *reſol. crimin. caſu* 196. *num.* 7. in quo omnes convenire dicit Reg. Seſſe *dec.* 96. *num.* 26. *lib.* 1. Sed diſconveniunt Farinac. *in prax. part.* 4. *quæſt.* 145. *num.* 100. Molinus *de ritu nupt. lib.* 2. *compar.* 10. *num.* 42. Thoro *in compend. deciſ. p.* 3. *ſect.* 3. *verbo raptor. col.* 3. *verſic. Cæterum autem pœna raptus*, *fol.* 1.

14 Vigore autem Concilii Tridentini *ſeſs.* 24. *de reformat. c.* 6. Raptor contrahens matrimonium cum muliere rapta non liberatur a pœnis infamiæ, & aliis in eo impoſitis, Giaccar. in addit. ad Jul. Clar. *§. raptus*, *littera G.* Bajard. ad Clar. *§. raptus*, *numer.* 33. Peguera *dec.* 42. *numer.* 8. *verſic. Quod & jure*, *part.* 1. Theſaur. *dec.* 217. *verſ. Huic tamen concluſioni*, Seſſe *deciſ.* 96. *numer.* 23. *in fine*, *lib.* 1. Farinac. *part.* 4. *in praxi*, *quæſt.* 145. *num.* 192. Narbona *l.* 20. *gloſſ.* 13. *num.* 27. *verſic. Hocque magis*, *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Reg. Matheu *de Reg. Reg. Valent. cap.* 8. *§.* 8. *numer.* 183. *in fine*, Læſius *de juſt. & jure*, *lib.* 4. *capit.* 3. *dub.* 9. *numer.* 69. Caſt. Palaus *in oper. moral. part.* 5. *tract.* 28. *diſp.* 4. *punct.* 2. *§.* 2. *num.* 19. *verſic. Neque raptor*, quidquid dicant Henriquez, Emmanuel, & Ledeſma, quia contra eos eſt verior ſententia, ut ponderato eodem Conſilio Tridentino, & aliis rationibus probat Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *diſput.* 13. *n.* 1. *verſic. At tamen infamiæ pœna*, idem docent Guttier. *de matrim. cap.* 86. *num.* 26. Barboſa *in can. ſi quis virginem*, *num.* 2. *in fine*, *& num.* 3. *in fine* 32. *quæſt.* 2. *& in collect.* ad Concil. *Trident. ſeſſ.* 24. *de reformat. c. §.* 6. *n.* 10.

15 Notanter dixi *num.* 11. nullo tractatu matrimonii ineundi præcedente, nam quando ante raptum præceſſiſſent ſponſalia de futuro, vel tractatus de matrimonio contrahendo inter raptorem, & raptam, ipſaque nuptui conſenſiſſet, tunc raptus matrimonio poſtea ſequuto impunibilis eſt, etiamſi invitis parentibus fœmina rapta fuerit, quod quomodo procedat, & intelligendum ſit, *eſt text. in cap. fin. de raptorib.* ubi Barboſa, *num.* 2. *&* 4. Peguera *dec.* 142. *numer.* 5. *verſic. Neque etiam obſtat*, *part.* 1. Cabal. *reſol. crim. caſu* 196. *à num.* 8. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſput.* 11. *num.* 15. *& diſp.* 13. *num.* 15. *Bajard.* ad Clar. *§.* 16. *numer.* 6. Genuenſ. *in pract. Eccleſ. quæſt.* 693. Reg. Seſſe *dec.* 96. *libr.* 1. Narbona *l.* 20. *gloſ.* 13. *à numer.* 16. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Farinac. *in praxi*, *part.* 4. *quæſt.* 146. *à numer.* 88. *ad* 93. *& à numer.* 134. *cum duobus ſeq.* Decian. 1. *tract. crimin. lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 20. *& cap.* 13. *num.* 46. *& ſeq.* Molinus *de ritu nupt. lib.* 1. *comparat.* 10. *num.* 43. 44. *&* 45. idem Barboſa *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *de reformat. c.* 6. *numer.* 6. Thoro *in com. deciſ. part.* 5. *ſect.* 3. *verbo raptor. col.* 3. *verſic. eo maxime*, *fol.* 1. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 5. *tract.* 28. *diſput.* 4. *punct.* 2. *§.* 2. *numer.* 8. *in fine*, *& num.* 13. *&* 14. Guttier. *de matrimon. cap.* 86. *num.* 22. Marinis *lib.* 1. *reſol. jur. capit.* 301. *n.* 7.

Sed nota, quod ſi raptor accuſatus vult ſe excuſare à raptu propter præcedens tractatum matrimonium, tum judex laicus incidenter ſuper matrimonio cognoſcit, Boſſius ſic judicatum fuiſſe teſtatur *in prax. crim. tit. de raptu mul. n.* 19. Decianus ita vidiſſe ſervari dicit, *tractat. crimin. lib.* 8. *c.* 9. *numer.* 9. Peguera *deciſ.* 24. *in fine in additionibus*, *part.* 1. intellige hoc procedere quando tractatur de probatione matrimonii præcedentis tractatus jam facti, ſecus ſi de viribus matrimonii, Bajard. ad Clar. *§. raptus*, *numer.* 36. Farinac. *in praxi*, *part.* 4. *q.* 135. *num.* 104. 16

Unum non omitto. Quod raptor, ſivè matrimonium contrahat, ſivè non cum muliere rapta, tenetur decenter ad eam dotandam arbitrio judicis, *Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 6. ubi Barboſ. *in collect. n.* 14. Theſaur. *dec.* 217. *num.* 6. *in fine*, Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſputat.* 13. *n.* 1. idem Barboſa *in can. ſi quis virginem*, *num.* 5. 36. *quæſt.* 2. alios plures addunt Farinac. *in praxi*, *part.* 4. *quæſt.* 145. *num.* 57. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſul.* 5. *gloſs.* 5. *part.* 6. *numer.* 1. 2. *&* 3. Judex † autem debet regulare arbitrium in conſtitutione hujus dotis, attenta qualitate raptoris, & raptæ, Sanchez *de matrimon. libr.* 7. *diſput.* 13. *numer.* 1. *verſic. Teneri raptorem*, Barboſa *in collect. ad Concil. Tridentin. ſeſs.* 24. *de reformat. cap.* 6. *ſub n.* 14. *& in can. ſi quis virginem*, *ſub n.* 5. 36. *q.* 2. 17 18

---

### *ARGUMENTUM.*

**An Rectores, Parochi, & Curati Eccleſiarum Parochialium poſſint in ſuis Parochiis à perſonis ſæcularibus recipere teſtamenta, codicillos, & alias ſcripturas ultimarum voluntatum, ac alia inſtrumenta contractuum.**

### *SUMMARIUM.*

1 *Rectores, Parochi, & Curati in ſuis Parochiis poſſunt recipere teſtamenta, codicillos, & alias ſcripturas ultimarum voluntatum à perſonis ſæcularibus, illiſque plena fides adhibetur.*

2 *Rectores, Parochi, & Curati in ſuis Parochiis non poſſunt de jure recipere inſtrumenta publica, & ſcripturas contractuum, ubi aliàs non eſſent notarii, vel niſi eſſet contraria conſuetudo.*

3 *Rectores Parochi, & Curati Eccleſiarum Parochialium in ſuis Parochiis poſſunt in Cathalonia de generali conſuetudine recipere à perſonis ſæcularibus non ſolum teſtamenta, codicillos, & alias ſcripturas ultimarum voluntatum ad cauſas profanas, ſed etiam quæcumque publica inſtrumenta, & ſcripturas contractuum, iiſque inſtrumentis plena fides adhibetur, num.* 3. *Ampliatur* 1. *ut procedat non ſolum in locis exiguis, ſeu Parochiis, quæ habent domos diſperſas, in quibus, nec in aliis Parochiis circumvicinis nullus notarius Regius habitat, ſed etiam in locis, & oppidis magnis, in quibus habitant notarii, num.* 4. *Ampliatur* 2. *in Vicariis, ſeu Vice-Curatis Eccleſiarum. Ampliatur* 3. *in Presbyteris Hebdomadariis Regentibus, & adminiſtrantibus curam animarum in Eccleſiis Parochialibus, n.* 6. *Ampliat.* 4. *in Religioſis Parochialibus Eccleſiis deſervientibus, &*

curam animarum tanquam Vicariis illarum exercentibus, numer. 7. Ampliatur 5, in Rectoribus eorumque Vicariis, & Presbyteriis Hebdomadariis, & Religioſis curam animarum exercentibus in Eccleſiis Parochialibus, uti ſubſtitutis alicujus notarii Regii, n.8. Ampliatur 6, ut ſufficiat, quod ſint Rectores, & eorum Vicarii tempore receptionis teſtamentorum, & inſtrumentorum, num. 11, limitatur 1. quando notoriè ſunt de diſtrictu, non poſſunt tenere publicam notariam cum operatorio, n. 12, 13. 14, 15. & 16. limitatur 2. in Presbyteris, non Rectoribus, nec Vicariis, n, 17. Limitatur 3, in aliena Parochia, num, 19. Sublimitatur 1. Hæc 3. limitatio inter ſubditos ſuarum Parochiarum, n, 30, Sublimitatur 2, parte non opponente, n. 38. Sublimitatur 3. ſi inſtrumenta per eos confecta longo tempore obſervata fuerint, n. 35. Sublimitatur 4. tempore peſtis, n. 39.

9 Conſtitutiones 1, & 2. tit. de teſtamentis declarantur, n.9. & 10.

19 Notarios Regios, uti de regalibus, ſolus Princeps creat.

20 Notarii Regii in quacumque parte Regni poſſunt recipere inſtrumenta quæcumque, etiam in terris Baronum,

21 Notarii creati à Baronibus poſſunt in eorum territoriis recipere, nedum actus judiciales, ſed etiam quæcumque inſtrumenta, num. 21. & valida ſunt ubique locorum, n.22. etiam inter forenſes, n. 23,

24 Notarii tàm Regii, quàm Baronum non poſſunt recipere inſtrumenta extra juriſdictionem eorum, qui eos crearunt, numer.24. etiam ſi partes conſentiant, num. 25. Limitatur 1. inter ſubditos territoriorum tàm Regiorum, quàm Baronum, num. 30. Limitatur 2. parte non opponente, numer. 31. Limitatur 3. ſi inſtrumenta per eos confecta longo tempore obſervata fuerint, n. 35,

26 Notarii creati à Papa, vel ab Imperatore poſſunt ubique terrarum inſtrumenta conficere, n, 26. intellige ut Notarii Apoſtolici poſſint ubique terrarum recipere inſtrumenta circa ſpiritualia; ſecus quoad temporalia, numer. 27. ſed utrum poſſint recipere teſtamenta, etiam ad non pias cauſas, n. 28, & quid ad pias cauſas, n, 29,

22 Inſtrumenta recepta per Rectores, ſeu per alios Notarios inter non ſubditos in alienis Parochiis, ſeu territoriis ſuſtinentur uti ſcriptura privata,

33 Scriptura privata in judicio producta contra quam nihil ex adverſo opponitur, plenam facit fidem, n, 33. & 34.

35 Scriptura privata longo tempore obſervata probat, num.35. etiamſi non conſtet de obſervantia ſcripturæ privatæ in omnibus capitibus in ea contentis, n. 36. intellige, n. 38.

37 Obſervantia ſcripturæ privatæ antiquæ non requirit præſcriptionem.

40 Rectoribus, Parochis, & Curatis Eccleſiarum Parohialium recuſantibus tradere inſtrumenta pauperibus pœnès eos exiſtentia, ſolet illis mandari, quatenus intra dies ſex tradant eis copiam authenticam illorum inſtrumentorum in forma pauperis.

42 Notarius Clericus recuſans tradere inſtrumenta publica pœnes eum exiſtentia compellendus eſt ad eorum traditionem per judicem Eccleſiaſticum.

44 Notarii, ſeu tabellionis officium in ſæcularibus, & profanis negotiis Clerici non poſſunt exercere, n.42. non ſolùm in Sacris Ordinibus conſtituti, ſed etiam Clerici minorum ordinum beneficiati, num. 43. niſi aliter eſſet de conſuetudine, num. 44. Sed inſtrumenta per illos facta valida ſunt, ſi per eorum ſuperiores hujuſmodi officium non fuerit illis interdictum, n. 45. & n.46.

47 Notarii laici pro tradenda copia inſtrumentorum pœnes ſe, aut alios Notarios quorum notas ipſi regunt, non poſſunt conveniri in Curia Eccleſiaſtica, numer. 47. neque pro extrahendis inſtrumentis alicujus beneficii, num. 48.

49 Cognitio, an Notarii Regii, etiamſi non ſint de Curia Eccleſiaſtica, poſſunt recipere inſtrumenta poſſeſſionum beneficiorum Eccleſiaſticorum, pertinet ad Curiam ſæcularem.

50 Notarii Regii licet de jure non poſſint conficere inſtrumenta in ſpiritualibus, & beneficialibus, n, 50. ſecus de conſuetudine, n.51.

52 Cognitio, an Notarii Regii poſſint in Parochiis recipere inſtrumenta invitis Rectoribus, non conſtito quòd Rectores ſimiles licentias conceſſerint Notariis Regiis, vel prohibuerint illa recipiendi, pertinet ad Curiam ſæcularem.

53 Notarius Regius pro recuperatione ſcripturarum Curiæ Eccleſiaſticæ conveniendus eſt apud judicem Eccleſiaſticum.

54 Notarius recipiens inſtrumenta extrajudicialia intra Civitatem, & Parochiam Vici, ac ejus terminos abſque licentia, authoritate, & conſenſu Epiſcopi, & Capituli Vincen, conveniendus eſt in curia Eccleſiaſtica.

## DECISIO CLXXVI.

QUoad teſtamenta, codicillos, & alias ſcriptu- 1
ras ultimarum voluntatum etiam ad cauſas profanas, nulli dubium eſt, quod Rectores, Parochi, & Curati in ſuis Parochiis poſſunt ea, eos, & eas recipere à perſonis ſæcularibus, hujuſmodique ſcripturis coram duobus idoneis teſtibus factis, plena fides adhibetur, *probat text, in cap, cùm eſſes* 10. *de teſtam,* Pariſ. *conſ,* 51. *n,* 1, 2. 5, & 15, *l,* 1. & *conſ,* 146. *n.* 2. *l,* 4. Cavaller. *deciſ.* 497, *n,* 3. Guido Papa *deciſ,* 543. *n,* 10. *verſic. Fallit,* & *n.* 11, Genuenſ, *in practic, Eccleſ, q.* 662, Auguſt. Barboſ, *in c. relatum* 11, *n,* 2. *de teſtament,* Cevallos *com, cont, com, q,* 319. Gallus *de exced. tit.* 2, *part.* 2. *except.* 1, *n.* 11. & *excep.* 2. *n,* 11. & *excep.* 4. *n.* 11. Boſſius *in mor, tom,* 2, *tit.* 10, *de teſtam. ad pias cauſas, n,* 1. *verſ, Tunc demum,* & *n.* 9. Cirocchus *diſcept.* 7. *ſub n.* 6, & *diſcep,* 8, *n.* 1. & *diſcep,* 27, *n.* 2. & 6. Sperell, *dec,* 81. *n,* 1. *l,* 1, Diana *reſol, mor, part,* 7, *tr,* 6. *reſol.* 42, *aliàs* 41, & *in coord. part,* 6, *tr.* 8. *reſol,* 67. *in fine,* Ramon noſter *conſ,* 81, *ſub n,* 2, latiſſimè Th. *dec,* 637. *à n.* 2. *tom,* 2. Leonc, *dec,* 142. & 147. pro cujus intelligentia videndi ſunt Boer. *dec,* 93. *n,* 2. *cum ſeq,* & *dec,* 228. *n,* 11, Jul. Clar. §. *teſtamentum, quæſt.* 57. Spin. *in ſpec. teſt, gloſ.* 31, *n.* 31, *n,* 37. *juncto n,* 38, *ver, Quare,* & *n.* 39. Maſcard. *de probat, concl,* 1533. *à numer.* 27. Valaſc. *conſult,* 74, *à n.* 2. Menoch, *de præſump, lib.* 1. *quæſt,* 80, *n.* 21. *verſ, Quarto,* Covar. *in cap. cùm eſſes, n,* 12. ubi Barboſa *de teſtam,* Valero *de diff, inter utrumque forum, §. teſtamentum, diſſert,* 2, Cenedo *collect. ad decretal,* 159, Thoro *in compend. deciſ, part,* 2, *verbo diſpoſitio, fol,* 144. Gizzarel. & ejus additionator, *deciſ.* 46. Fagundez *de juſtit.* & *jure, lib.* 6, *capit,* 2. *à num.* 28, Boſſ. *in moral. part.* 3, *titul,* 13. *à num.* 1. *ad* 68.

Quo verò ad inſtrumenta publica, & ſcripturas 2
contractuum, Rectores, Parochi, & Curati in ſuis parochiis de jure ea, & eas recipere non poſſunt, Ramon noſter *conſ.* 81, *ſub n,* 6, ubi aliàs non eſſent Notarii, Pariſ. *conſ.* 146, *n.* 2, *lib,* 4, at ſi alias Notarii eſſent, benè poſſunt inſtrumenta publica, & ſcripturas contractuum recipere, Pariſ. *conſil.* 51, *numer.* 6. & 7. *lib,* 1. Covar, *in cap. cùm eſſes, numer.* 12, *verſic, Cæterum,* ubi Barboſa *numer,* 6. *verſic, Non inconvenit, de teſtament,* Boer. *dec.* 242, *in fine, verſic, Sed vidi dubitare,* Tondut. *de prævent, judic, part.* 1, *cap.* 17, *num.* 12, quidquid dicant Pereyra *de man, Regia, part.* 2, *cap.* 69, *n.* 5, Vel niſi probaretur conſuetudo generalis, vel ſpecialis cum ſcientia, & patientia Principis, qui Rectores generaliter, ſeu Rectorem ſpecialiter potuiſſet eos, aut eum Notarios, ſeu Notarium creare ſic Pariſ. *conſil.* 146, *numer, terzo, libr,* 4. Flores Diaz de Mena *pract. quæſtion, primo, n,* 15,

*n.* 15. conferunt Boer. *dec.* 242. *n.* 3. Maſcardus *de probat. concluſ.* 926. *n.* 20. Cevallos *com. cont. com. qu.* 422. *in fine*, Dominus Vice Cancel. Don Chriſtoph. Creſpi de Valdaura *obſer.* 15. *n.* 173.

3 Verùm in toto Principatu Cathaloniæ de generali conſuetudine Rectores, Parochi, & Curati Eccleſiarum Parochialium in ſuis Parochiis poſſunt recipere à perſonis ſecularibus non ſolùm teſtamenta ad cauſas profanas, ſed etiam quæcumque publica inſtrumenta, & ſcripturas contractuum, hujuſmodique inſtrumentis plena fides adhibetur, *ut probant conſtitutiones Provinciales Tarraconæ, toto titulo de fide inſtrumentorum*, & teſtatur Ramon noſter *conſ.* 81. *ſub n.* 6. ac firmat cum deciſionibus noſtri Senatus Cancer *part.* 3. *c.* 2. *n.* 233. Xammar. *defin.* 39. *n.* 1. *&* *defin.* 22. Et ita quotidie obſervatur in noſtra Regia audientia, poſſemque pluribus deciſionibus exornare, quas ut notorias, conſulto omitto. Solùm addo quod ad meam relationem fuit ita deciſum 53. Julii 1655. in favorem Jacobi Bru paratoris Villæ Sabadelli contra Gabriellem Mora Aromatarium Civem Barcinonæ. Et declaravit Cancellarius Manegat declaratione infra referenda *num.* 12. prout etiam obſervatur de conſuetudine Franciæ, notat Boer. *deciſ.* 28. *num.* 11. *verſ. Et videtur neceſſarium*, *&* *dec.* 212. *n.* 4. *verſ. Et tamen in alia cauſa*, ſecus in Regno Caſtellæ, Flores Diaz de Mena *lib.* 1. *variar. q.* 1. *n.* 15. & in Regno Neapolis, Mele in addit. ad Gizarellum, *dec.* 46. *n.* 3.

4 Amplia 1. hæc generalis conſuetudo Cathaloniæ, ut procedat non ſolùm in locis exiguis, ſeu parochiis, quæ habent domos diſperſas in quibus nec in aliis parochiis circumvicinis nullus Notarius Regius habitat, Ferrer. *part.* 3. *obſerv. c.* 107. *verſ. Sunt & alia loca*, & de communi obſervantia hujus Principatus, & ferè totius citerioris Hiſpaniæ in defectum tabellionum, quod Parochi conficiant inſtrumenta, & teſtamenta, Decian. *reſponſ.* 7. *n.* 79. *&* *reſponſ.* 44. *n.* 3. *lib.* 3. refert Molinus noſter *de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 2. *n.* 65. Sed etiam in oppidis, & locis magnis in quibus habitant Notarii Regii, poſſunt Rectores, Parochi, & Curati Eccleſiarum Parochialium in ſuis Parochiis à perſonis ſæcularibus recipere teſtamenta ad cauſas profanas, & alia quæcumque publica inſtrumenta, & ſcripturas contractuum, eiſque plena fides adhibetur, juxta deciſionem noſtri Senatus, quam refert Xammar. *defin.* 39. & ſic obſervatur.

5 Ampliatur 2. in Vicariis, ſeu Vice-Curatis Rectorum, & Parochorum Eccleſiarum Parochialium, qui poſſunt recipere teſtamenta ad cauſas profanas, & alia quecumque publica inſtrumenta, & ſcripturas contractuum inter ſæculares, ſicut poſſunt ipſi Rectores, & Parochi, illiſque plena fides adhibetur, Mele ad Gizarel. *dec.* 46. *n.* 2. *verſ. Secus ſi eſſet*, Cancer *part.* 3. *var. cap.* 2. *n.* 233. Xammar. *defin.* 39. *num.* 1. *&* *defin.* 122. latiſſimè probat omnino videndus Thomat. *dec.* 247. *à num.* 22. *verſ. Quibus ſic firmatis, cum plurib. ſeq.* ſignanter *n.* 35. ubi citat noſtrum Cancer & alios quamplures *tom.* 2. ſicque obſervatur in Cathalonia, & fuit deciſum ad meam relationem 12. Julii 1666. in favorem Joſephi Generes fabri lignarii Civis Minoriſſæ contra Juratos, & Univerſitatem Villæ Olejæ, actuario Cervera. Alios Doctores addo infra *num.* 12. *verſic. Niſi*, quidquid dicat Boer. *dec.* 228. *num.* 12. *verſ. Et pro hac facit*.

6 Ampliatur 3. in Presbyteris Hebdomadariis regentibus, & adminiſtrantibus Curam animarum in Eccleſiis Parochialibus, qui in parochiis, quibus Curam animarum gerunt, teſtamenta, etiam ad cauſas profanas, & alia quæcumque inſtrumenta publica, & ſcripturas contractuum recipere poſſunt; eiſque plena fides adhibetur, juxta eandem deciſionem noſtri Senatus relatam per Xammar. *defin.* 39. & fuit ad meam relationem deciſum 15. Junii 1660. in favorem Benedicti Guell. Notarii Civis Barcinonæ, & Eliſabethis Guell, uxoris Joannis Guell agricolæ Parochiæ Sancti Martini de Torrelles contra Michaelem, & Catharinam Fetjò conjuges.

Ampliatur 4. in Religioſis parochialibus Eccleſiis deſervientibus, curamque animarum tamquam Vicariis eorum exercentibus, qui in hujuſmodi parochiis poſſunt recipere teſtamenta etiam ad cauſas profanas, & alia quæcumque inſtrumenta publica contractuum. Non ſolùm quando illi curam animarum exercent in Eccleſiis ab eorum Monaſteriis dependentibus, aut quæ ſunt illorum membra, pro ut aliquæ ſunt in Cathalonia monachorum Ciſtercienſium, & Divi Hieronymi, ad Tondut. *q. benefic. lib.* 1. *capit.* 40. *numer.* 19. Sanchez *in decal. tom.* 2. *lib.* 6. *capit.* 11. *numer.* 4. Barboſ. *de jur. Eccleſ. univ. lib.* 1. *capit.* 43. *numer.* 69. Xammar. *defin.* 122. *numer.* 7. *verſ. Poſſunt tamen*. Lezanam *in ſum. quæſt. regul. tom.* 4. *numer.* 3. *in fine*, Ut fuit declaratum ad meam relationem, 2. Maji 1580. in favorem Joannis Baptiſtæ Vinyes paſſamanerii Civis Barcinonæ, contra Gabrielem Fetjò agricolam Sancti Martini de Serdanyola, actuario Rufaſta. Sed etiam quando in parochiis curam animarum tanquam Vicarii exercent propter infirmitates Rectorum, & Parochorum, aut propter eorum juſtas abſentias. Quia licèt de jure antiquo regulares poterant promoveri ad Eccleſias Parochiales curatas, Barb. cum multis *in cap. quod Dei timorem* 5. *num.* 3. *de ſtatu Monach. & de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *c.* 43. *num.* 225. *verſ. Verùm*. Xammar. *defin.* 122. *n.* 1. Hodie autem regulares non poſſunt ſine diſpenſatione Apoſtolica habere beneficia curata in perpetuum, vel ad tempus, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. gloſſ.* 7. *n.* 53. Ricc. *deciſ.* 159. *p.* 1. alios plures addunt Barboſ. *in coll. ad Conc. Trid. ſeſſ.* 14. *de reform. c.* 11. *n.* 5. 6. *& in c. quod Dei timorem*, 5. *n.* 3. *verſ. Hæc autem*, *de ſtat. Monach.* Xammar. *defin.* 122. *n.* 2. 3. *&* 4. Tamen regulares in ſubſidium deficientibus Presbyteris idoneis ſæcularibus poſſunt admitti ad ſæcularia beneficia curata, & ad exercitium curæ animarum in Eccleſiis Parochialibus, Ricc. *in prax. reſolut.* 332. *n.* 2. Xammar. *defin.* 122. *n.* 7. etſi contrarium in terminis hujus ampliationis deciſum referat idem Xammar. *diſ.* 122. 7

Ampliatur 5. Rectoribus, eorumque Vicariis, Presbyteris, Hebdomadariis, & Religioſis curam animarum exercentibus in Eccleſiis Parochialibus, qui ut ſubſtituti alicujus Notarii Regii poſſunt recipere teſtamenta etiam ad cauſas profanas, & alia quæcumque inſtrumenta publica contractuum inter perſonas ſæculares, ejuſque plena fides adhibetur, quia ſi illi per ſe nomine proprio poſſunt hujuſmodi teſtamenta, & inſtrumenta recipere, utique poſſunt ut ſubſtituti Notariorum Regiorum, ut in dicta deciſione noſtri Senatus tradita per Xammar. *defin.* 39. 8

Nec obſtat conſtitutio 1. *titul. de teſtament.* quæ prohibet teſtamenta recipi per Juratos notariorum, ideſt per juvenes, & ſubſtitutos eorum, quæ prohibitio in conſtitutione 2. ejuſdem tituli, extenditur ad codicillos, donationes cauſa mortis, & ad alias quaslibet ultimas voluntates, Mier. *in conſtit. Montis Albi Regis Alfonſi* 3. *part.* 1. *col.* 4. *c.* 33. *n.* 2. *fol.* 285. *in novis*, idque propter magnum periculum, quod vertitur in iſtis inſtrumentis ultimarum voluntatum, ut dicit Mieres *loco cit. n.* 4. ſequitur Ripoll. *var. c.* 13. *n.* 536. qui *à n.* 537. probat talia teſtamenta ſic recepta non valere, Xammar. *def.* 39. *num.* 4. 5. 6. *&* 27. & declaravit noſter Senatus, referente Magnifico Antonio Oliba 17. Martji 1596. inter Guillermum Monpaller, & Antonium N. 9

Quia dictæ conſtitut. 1. *&* 2. *titul. de teſtamentis*, non cenſentur prohibere receptionem teſtamentorum per quoſcumque ſubſtitutos Notariorum, ſed per eos, qui per ſe non habent authoritatem recipiendi inſtrumenta, quales ſunt juvenes jurati notariorum, non autem cenſentur prohibere receptionem teſtamentorum per eos ſubſtitutos Notariorum, qui etiam ſunt notarii, vel Parochi, ac eorum Vicari, qui etiam in ſuis Parochiis poſſunt teſtamenta, 10

& alia publica inſtrumenta contractuum inter ſæculares recipere, ſic Xammar. *defin.* 39. *n.*26.

11 Ampliatur 6. ut Rectores, Parochi, & Curati Eccleſiarum parochialium, & eorum Vicarii, ſivè vice-Curati in ſuis parochiis poſſint recipere teſtamenta etiam ad cauſas profanas, & alia quæcumque inſtrumenta publica, & Scripturas contractuum inter ſæculares, & ei ut plena fides adhibeatur, ſufficit, quod tempore receptionis dictorum teſtamentorum, & inſtrumentorum ſint Rectores, Parochi, & Curati, ac eorum Vicarii, licèt tempore mortis teſtantium, vel aliorum in quorum favorem inſtrumenta publica fuerint recepta, non eſſent ampliùs Rectores, Parochi, & Curati Eccleſiarum Parochialium, ac eorum Vicarii, Boer. *dec.*228. *ſub num.* 11. *verſic. Quoniam etiam*, & fuit deciſum in deciſione noſtri Senatus relata per Xammar. *definit.* 39.

12 Ampliatur 7. ſi duo, vel plures eſſent Parochi, ſeu Vicarii Parochorum; nam quilibet eorum poteſt recipere teſtamenta, & alia publica inſtrumenta, ſic Boſſius *in moral. part.* 3. *tit.* 13. *n.*44.

13 Ampliatur 8. etiam ſi Parochi proprii nondum eſſent Sacerdotes, poſſunt recipere teſtamenta, & alia inſtrumenta publica, ut probat Boſſius *in moral. part.* 3. *tit.*13. *n.* 45. Et an ſi Epiſcopus proprius teſtatoris aſſiſtat factioni teſtamenti ad profana, cum duobus teſtibus valeant, idem Boſſius *in mor. part.* 1. *tit.* 13. *à n.*48.

14 Limitatur 1. generalis conſuetudo Cathaloniæ in illis Oppidis, villis, & locis, in quibus notoriè ſunt de diſtrictu, non poſſunt Rectores, Parochi, & Curati Eccleſiarum parochialium in eis tenere, & habere publicam notariam cum operatorio, ibique recipere, & teſtificare acta quæcumque per ſubſtitutum laicum, ſeu alium Presbyterum non Vicarium, nec etiam recipere, & teſtificare acta quæcumque, ſeu inſtrumenta, ultra ea quæ dictis Rectoribus de jure licitum, & conſuetum eſt recipere. Ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Manegat, Conſultoribus Amill, Peguera, Guardiola, Oliba, & Caſtello 6. Aprilis 1588. in favorem Franciſci Ferrer, & Deſduig domicelli Barcinonæ domiciliati contra Joannem Palaus Presbyterum, & Rectorem Parochialis Eccleſiæ Villæ de Mataro; fuit declaratum his verbis; Quoad prætenſam publicam notariam cnm operatorio in dicta Villa, & Parochia de Mataró habendam, & tenendam, ibique recipienda, & teſtificanda acta quæcumque per ſubſtitutum laicum, ſeu alium Præsbyterum non vicarium, etiam quoad recipienda, & teſtificanda acta quæcumque, ſeu inſtrumenta (ultra ea quæ dicto Rectori, ut Rectori de jure licitum, & conſuetum eſt recipere) firmæ juris per eumdem Palaus in Curia Eccleſiaſtica factæ locum non fuiſſe, nec eſſe, ſed cauſæ cognitionem, & illius deciſionem ad Curiam ſæcularem Bajuli Generalis Cathaloniæ pertinere, & ſpectare.

Hæcque deciſio ideo facta fuit in favorem Curiæ ſecularis Bajuli Generalis, eo quia ſcribania, quam in Villa de Mataró habebat dictus Franciſcus Ferrer, & Deiſpug eſt ſub allodio Domini Regis, & ei ſolvuntur certi annui cenſus, qui periclitari poterant ex declaratione in dicta cauſa facienda, & ſic quia lædi poterat regium patrimonium, fuit declaratum dictam cauſam in Curia ſæculari Bajuliæ Generalis eſſe tractandam, ita Ripoll. *var. reſol.c.*1. *num.*241.

Sed cùm poſtea per Bajulum Generalem Cathaloniæ ſententia lata 12. Maii 1615. referente Magnifico Ludovico Beſturs Aſſeſſore dictæ Bajuliæ Generalis fuiſſet declaratum: Notariam Villæ de Mataró eſſe de diſtrictu, & non licere dicto Rectori aliqua acta, ſeu inſtrumenta recipere, nec aliqui alteri ejus nomine, & Rector dictæ Villæ de Mataró condemnatus ad reſtituendum Nobili Annæ de Argenſola inſtrumenta intra diſtrictum dictæ Notoriæ, & ſcribaniæ recepta per notarios Regios nomine, & auctoritate dicti Rectoris. Et ſuper his eſſet firmata contentio.

15 Per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Senjuſt, & Magarola 29. Auguſti 1615. fuit declaratum in favorem Nobilis Hieronymi de Argenſola, & de Blanes, & Annæ de Corbeta, & Deſpig contra Jacobum Prats Presbyterum, & Rectorem Eccleſiæ parochialis Villæ de Mataró his verbis: Per dictum Prats Rectorem dictæ Eccleſiæ de Mataró in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ, quoad jura dicto Rectori reſervata in dicta Sententia per dictum Cancellarium Manegat 6. Aprilis 1588. lata locum fuiſſe, & eſſe.

16 Cæterum cùm in Bajulia Generali fuiſſet facta proviſio decreti executionis dictæ Sententiæ latæ 12. Maji 1615. & cùm inter eaſdem partes fuiſſet firmata contentio per Ivorra Tertium, Conſultoribus Dalmau, Aſtor, Soler, Gamis, & Roca 17. Junii 1617. fuit declaratum: firmæ juris factæ in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ per dictum Prats Rectorem Eccleſiæ de Mataró ad effectum impediendi executionem dictæ Sententiæ in dicta Bajulia Generali 12. Maji 1615. eo modo quo lata fuit, locum fuiſſe, & eſſe. Latè ſuper his ſcripſit Ramon Noſter *conſ.*80. *&* 81.

17 Limita 2. in Presbyteris, ſeu Sacerdotibus non Rectoribus, Parochis, nec Curatis Eccleſiarum Parochialium, nec eorum Vicariis, qui teſtamenta, & alia publica inſtrumenta contractuum recipere non poſſunt, & per illos recepta nulla ſunt, Decius *conſ.* 120. *numer.* 1. *&* 3. *verſic. Secundo principaliter*, *& conſ.* 612. *numer.* 4. Corneus *conſil.* 261. *à numer.* 31. *ſignanter numer.*35. *lib.* 4. Capra *conſ.* 57. Honded. *conſ.* 26. *numer.*8. *&* 30. *lib.* 4. Covar. *pract. cap.* 19. *numer.* 8. *verſic. Quod ſi Sacerdos, in fine*, Spinus *in ſpecul. teſtam. gloſ.*31. *numer.*39. *in fine*, Cenedo *collect. ad decretal.* 159. *numer.* 2. Merlin. *deciſ.* 14. *numer.* 20. *tom.* 2. Barboſa *in cap. cùm eſſes*, *num.* 6. *in princ. de teſtament.* Borell *in ſumm. deciſ. part.* 1. *titul.* 20. *numer.* 208. Sperell. *dec.*81. *num.*2. *lib.*1. Rubeus *de teſtament. capit.* 35. *num.*167. Marin. ad Gizarel. *deciſ.* 46. *numer.* 2. Cirocchus *diſcept.* 27. *ſub numer.* 6. Boſſius *in moral. part.*3. *tit.* 13. *num.* 41. Quod procedit, quamvis taſtamenta eſſent ad pias cauſas, quia privilegium piæ cauſæ non ſupplet defectum, & inhabilitatem ſcribentis, Decius *locis hic citatis*. Procedit etiamſi Præsbyteri, ſeu ſacerdotes, qui non ſunt Rectores, Parochi, & Curati, ac eorum Vicarii haberent à Parochis commiſſionem ad recipienda teſtamenta, & alia inſtrumenta publica conceſſam, Boer. *dec.*228. *numer.* 11. *verſ. Et videtur neceſſarium*. Procedit pariter, etiamſi Sacerdotes, ſeu Presbyteri eſſent ipſorum teſtamentorum Confeſſarii, quamvis à Parochis eſſent ſpecialiter deputati, licèt diſputet Cirocchus *diſcept.* 37. *ſub num.* 6. ſic docent Valaſc. *conſult.* 74. *num.* 9. Marin. ad Gizarel. *dec.* 46. *num.*2. *in fine*, Borell. *in ſumm. dec. part.* 1. *tit.* 20. *num.* 208. Barboſa remiſſivè *in cap. cùm eſſes*, *num.* 6. *in fine*, *de teſtament.* ad Burgos de Paz, *in l.* 3. *tauri*, *à num.* 799. *in fin.* Boſſius plures laudat *in moral. part.* 3. *tit.* 13. *à numer.* 39. *verſic. dubium tertium*, *& num.* 40. 41. *&* 42. Niſi eſſent Sacerdotes, ſeu Presbyteri quibus per Parochos, Rectores, ſeu Curatos Eccleſiarum Parochialium commiſſa eſſet generalis cura animarum, Cenedo *collect. ad decret.* 159. *n.* 2. Spinus *in ſpec. teſt. gloſ.* 31. *n.*39. *in fine*, Borell. *in ſumm. dec. part.* 1. *tit.* 20. *n.*209. Cirocchus *diſc.*27. *ſub n.*6. Boſſius *in moral. part.*5. *tit.*13. *n.*43. alii ſupra *n.*5. *cum ſeq.*

18 Limitatur 3. ut Rectores, Parochi, & Curati, & eorum Vicarii, ac Presbyteri, Hebdomadarii adminiſtrantes curam animarum in Eccleſiis Parochialibus non poſſint in aliena Parochia recipere teſtamenta, & alia inſtrumenta publica contractuum, etiam præſente proprio Parocho, ſic declaravit noſter Senatus inter Ludovicum de Vilaplana ex una, & Dalmatium de Copons ex altera, Referente Michaele Ferrer 17. Decembris 1571. & modernè in cauſa Joannis Portolles ex una, & Fran-

ciſcum

ciſcum Morera, & alios ex altera Referente Magnifico Joſepho Aleny 29. Maii 1670. & in Audientia Civili Tribunalis Sancti Officii, Civitatis Barcinonæ 27. Novembris 1665. Conſultore Nobili Joanne Baptiſta Paſtor Regio Senatore, nunc Regente Regiam Cancellariam S. S. R. Coronæ Aragonum Conſilio in cauſa Vincentii Croquella ex una, & Joannis Caſes Presbyteri ex altera.

19 Sic Notarii, ſivè creati, à Principe uti de Regalibus, qui vocantur notarii Regii, eo quia ſolus Princeps eos creat, Felin. in cap. cùm P. tabellio, numer. 14. ubi Fermoſin. quæſt. 1. numer. 14. & 15. de fide inſtrument. Marchus deciſ. 489. num. 1. part. 1. Covarr. pract. cap. 19. numer. 9. verſic. Authoritas, Portoles ad Molin. §. Notarius, num. 28. Seſſe dec. 83. numer. 26. lib. 1. Suelves conſil. 68. num. 2. libr. 1. Cuenca de Comand. gloſſ. 45. num. 1. Azevedo in rubr. n. 1. & 2. tit. 25. lib. 4. recop. Cardoſo in prax. jud. verbo Tabellio, num. 4. in princ. Paz in prax. part. 1. annotat. ult. de tabellionibus, num. 13. Carol. de Graſ. de except. in prælud. num. 111. Parlador, rec. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 1. §. 12. n. 10. Cyriac. controverſ. 416. num. 26. & 27. Bovad. in polit. lib. 2. cap. 16. num. 45. Reg. Vico ad prag. Reg. Sard. lib. 1. tit. 14. cap. 2. numer. 1. Montan. de regal. tit. de poteſt. creand. magiſtr. numer. 8. 9. & 10. Lezana in ſumm. quæſt. regul. part. 4. verb. Notarius regalis, numer. 1. Baron. de citat. lib. 3. ſingul. 131. numer. 5. verſic. Et adverte, Niſi in partibus in quibus adſit ſpecialis prohibitio, Dom. Vice-Cancell. Dom. Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſervat. 15. n. 160. Reg. Math. de Reg. Reg. Val. c. 10. §. 4. n. 7. qui prohibitione ſpeciali ceſſante, poſſunt recipere teſtamenta, & alia quęcumque inſtrumenta publica contractuum, & alias quaſcumque ſcripturas extrajudiciales in toto Regno, quo creati fuerint, Cevallos com. cont. commun. quæſt. 423. Azevedo in rubr. num. 12. tit. 25. lib. 4. recop. Marcus dec. 489. n. 7. part. 1. Fermoſin. in cap. cum P. tabellio, quæſt. 2. numer. 4. de fide inſtr. Suelves conſ. 68. numer. lib. 1. Cuenca de comand. clauſul. 45. nu. 9. Etiam in terris Baronum, Avendanno de exequend. mand. capit. 10. numer. 8. & hanc praxim notoriam eſſe teſtatur Dom. Vice-Cancel. Don Chriſtoph. Creſpi de Valdaura obſerv. 15. n. 161. Reg. Matheu de Regi. Reg. Valent. cap. 10. §. 4. n. 14. Quidquid dicat Bovad. in polit. lib. 2. cap. 16. n.
21 46. Sive ſint † creati à Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, ſeu Dominis vaſſallorum, tàm Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus, qui in eorum Baroniis, Oppidis, Villis, & territoriis poſſunt recipere non tantùm acta judicialia, ut ſolùm voluerunt Gregor. Lopez l. 3. gloſ. juzgadores, tit. 19. part. 3. Pax in prax. part. 1. annotat. ult. de tabellionibus, n. 14. Cardoſo in praxi jud. verb. tabellio, num. 4. verſic. & ita creare, Cancer. part. 2. var. cap. 2. num. 60. & 61. Montan. de regal. tit. de poteſt. conſtit. magiſtrat. numer. 9. fol. 134. Sed etiam recipere teſtamenta, & alia inſtrumenta contractuum, & alias Scripturas judiciales, Avendanno in capit. 10. Prætor. à numer. 1. Burgos de Paz in l. 3. tauri, à numer. 1057. Azevedo rubr. à num. 4. tit. 25. lib. 4. recop. Quos, & alios citat Bovad. in polit. 2. cap. 16. numer. 43. quibus addendi ſunt Marcus dec. 489. numer. 2. & 6. tom. 1. Bardaxi de off. Gubern. quæſt. 5. numer. 19. & 20. Portoles ad Molin. §. Domini locorum, numer. 46. Reg. Seſſe deciſ. 83. numer. 27. tom. 1. Suelves conſ. 68. num. 1. lib. 1. Tondut. de præv. judic. part. 2. cap. 17. num. 8. Cuenca de comand. clauſ. 45. numer. 2. Buratt. deciſ. 688. numer. 14. Baron. de citat. part. 3. ſingul. 131. numer. 5. verſ. Adverte tertiò, Domin. Vice-Cancell. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſerv. 15. num. 170. remiſſivè Covar. practic. cap. 19. numer. 9. verſic. Authoritas, ibi: Et an duces, Fermoſin. in cap. cùm P. Tabellio, quæſt. 1. numer. 18. de fide inſtrument. Et ſenſit Noſter Senatus in cauſa Antonii Fort Medicinæ Doctoris contra Sperantiam Pla ante Felin Villæ de Pineda 16. Januarii 1672. Referente Nobili Jo-
22 ſepho Ferrer, Scriba Cortes. Et valent † ac probant hujuſmodi inſtrumenta ubique locorum, Felin. in cap. cùm P. Tabellio, num. 16. de inſtr. Belluga in ſpec. Princip. rubr. 22. num. 70. verſic. Benè tamen, Fachineus ad Guido Papam, dec. 262. Gabriel. com. concl. libr. 1. de fide inſtrumentorum, concluſ. 1. numer. 9. verſic. Secundo fallit, Cardoſo in prax. judic. verb. Tabellio, numer. 22. Maſcard. de probat. concluſ. 926. num. 4. & 5. Domin. Vice-Cancel. Don Chriſtophor. 23
Creſpi de Valdaura obſerv. 15. num. 157. Etiam inter forenſes, cùm juriſdictioni territorii voluntariè ſe ſubjecerunt, Maſcard. de probat. concl. 926. num. 14. Gabriel. com. concl. lib. 1. de fide inſtrum. concl. 1. num. 11. Scaccia de re judic. gloſ. 7. quæſt. 4. inſpect. 2. numer. 141. Fermoſin. in cap. cum P. Tabellio, quæſt. 2. numer. 7. de fide inſtr. Pluries Portoles ad Molin. §. Notarius, numer. 79. & 80. Domin. Vice-Cancell. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſervat. 15. num. 153. Videndus Boſſius in moralib. part. 3. titul. 13. à num. 25.

Extra juriſdictionem autem illorum, qui eos crea- 24
runt, non poſſunt Notarii, tàm Regii, quàm Baronum exercere officia notariatus, ac recipere teſtamenta, & alia inſtrumenta publica contractuum, nec alias quaſcumque ſcripturas extrajudiciales, etiam ex prorogata juriſdictione, ut ſi qui eſſent creati Notarii pro Principatu Cathaloniæ, non poſſunt exercere talia officia extra iſtum Principatum, & ſi eſſent creati Notarii à Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, ſeu Dominis Vaſſallorum, tàm Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus non poſſunt exercere talia officia extra territoria oppida, Villas, Baronias eorum, Bart. in cap. cùm P. Tabellio, num. 4. Abbas num. 19. Felin. numer. 18. verſic. Quintodecimo, Fermoſin. quæſt. 2. numer. 1. 2. & 3. de fide inſtr. Bald. in l. 1. numer. 16. Cod. de ſumm. Trinit. Bartol. in l. apud proconſulem, ff. de man. vindic. Pal. Rub. in rubr. de donat. inter vir. & uxor. in introduc. numer. 21. Belluga in ſpecul. Princip. rubr. 22. numer. 70. Marchus deciſ. 489. numer. 6. & 8. Vaſchas pract. concluſ. littera N. concluſ. 72. num. 35. & 38. Carol. de Graſ. de except. in prælud. numer. 108. Ranchin ad Guid. Papam, deciſ. 262. in fine, Gabriel. com. concluſ. lib. 1. de fide inſtr. concluſ. 1. num. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 167. num. 55. Petr. Barboſ. in l. 1. art. 1. numer. 176. ff. de judic. Cevallos com. cont. comm. quæſt. 423. Valaſc. conſult. 9. Reg. Seſſe dec. 83. numer. 24. & 18. tom. 1. Novar. ad pragm. Reg. Neapol. in rubr. 1. collect. 1. numer. 19. de Notariis, Peguera deciſ. 46. numer. 2. part. 1. Portoles ad Molin. §. Notarius, num. 53. Cuenca de comand. clauſ. 45. numer. 6. ubi Ninno in addit. num. 1. Cardoſo in prax. jud. verbo Tabellia, num. 21. verſ. Tabellio tamen, Vermigliol. conſ. 201. n. 2. Fagund. de juſt. & jure, lib. 5. cap. 5. num. 9. in princ. Tondut. de præv. jud. part. 1. cap. 17. num. 8. Domin. Vice-Cancel. Don Chriſtop. Creſpi de Valdaura obſerv. 15. num. 157. Martha de juriſd. part. 4. caſu 87. à n. 12. Riccius Collect. 1788. in princ. Ciarlin. contr. for. libr. 1. capit. 63. n. 4.

Quamvis partes conſentiant, nam etiam partibus 25
conſentientibus Notarii, ſivè Regii, ſivè Baronum non poſſunt officia ſua exercere, nec teſtamenta, aut alia publica inſtrumenta conficere extra territorium creantium, Gabriel. com. concl. lib. 1. de fide inſtrum. concluſ. 1. num. 2. Petr. Barboſa in l. 1. art. 1. n. 176. ff. de jud. Reg. Seſſe dec. 83. num. 24. tom. 1. Portoles ad Molin. §. Notarius, numer. 54. Cuenca de comand. clauſ. 45. numer. 7. ubi Ninno in addit. numer. 2. Novarius ad pragm. Reg. Neapol. in rubr. collect. 1. num. 11. de Notariis, Fagundez de juſt. & jur. lib. 5. capit. 5. numer. 9. verſic. Nec conſenſus partium, Maſcard. de probat. concluſ. 926. à numer. 1. Valaſc. conſultat. 9. in fine, Riccius collect. 1788. verſ. Amplia.

Et licèt plures prædicta limitent in Notariis crea- 26
tis à Papa, vel Imperatore, qui in Hiſpania, Anglia, Francia, & ubique terrarum poſſunt inſtrumenta conficere, rejecta opinione quorundam aſſerentium, hoc tantùm procedere de conſenſu partium, & non aliàs, Felin. in cap. cùm P. tabellio, numer. 17. de fide inſtrument. Gratian. diſcept. forenſ. capit. 167. numer. 55. Boer. deciſ. 242. numer. 2. & 4. Riccius collect. 1788. verſic.

verſic. Nunc limita, Marchus deciſ. 489. numer. 5. & 7. part. 1. Seraphin. deciſ. 841. num. 1. Novarius ad pragm. Reg. Neapol. in rubr. collect. 1. num. 12. de Notariis, Tondut. de præv. jud. part. 2. cap. 17. numer. 4. Gail. lib. 2. obſerv. 71. num. 13. Vermigl. conſ. 201. n. 2. Gabriel. com. concl. lib. 1. de fide inſtrum. concl. 1. n. 5. Peguera deciſ. 146. numer. 3. part. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 926. numer. 19. Martha de juriſd. part. 4. caſu 87. à numer. 6. Carol. de Graſs. de effect. Cler. effectu 8. numer. 26. Surdus multos refert conſ. 257. à num. 10. cum aliis per Ciarlin. contr. forenſ. lib. 2. cap. 63. numer. 1. verſic. Nihilominus verius eſſe, & num. 2. & 3. Fagundez de juſt. & jure, lib. 6, cap. 2. n. 29. 31. in fine, & num. 36. Boſſius in moral. part. 3. tit. 3. n. 47. & 55.

27 Verùm Notarii Apoſtolici quoad ſpiritualia, & res Eccleſiaſticas ubique terrarum recipere poſſunt, ſed quoad temporalia ſolùm poſſunt illa recipere in terris Eccleſiæ. Et Notarii Imperiales tantùm poſſunt inſtrumenta recipere in terris ſubjectis Imperio, & ita obſervari in Cathalonia, & in Regnis Caſtellæ, Luſitaniæ, Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, Neapolis, Siciliæ, & aliis, Ego cum deciſionibus Cancellarii Cathaloniæ plures laudo, qui de obſervantia, & conſuetudine diverſorum Regnorum teſtantur deciſ. 9. num. 14. & deciſ. 13. numer. 60. part. 1. & in addit. poſt part. 2. deciſ. ad deciſ. 13. num. 60. quibus addo Boer. dec. 242. uum. 3. & 4. Tondut. de prævent. jud. part. 2. cap. 17. num. 4. & 9. Urſillis ad Afflict. deciſ. 245. numer. 1. Capyc. deciſ. 201. Annam ſingul. 245. & 246. Martham de juriſdict. part. 4. caſu 28. à numer. 16. Valaſc. conſult. 9. Novar. in pragm. 2. collect. 3. num. 2. 3. & 4. de contract. Thoro in compend. dec. part. 1. verbo teſtamentum Clerici, fol. 546. & part. 2. verbo inſtrumentum confectum, fol. 228. Flores Diez de Mena lib. 1. var. quæſt. 1. num. 13. Mele in addit. ad Gizzarel. dec. 46. à numer. 2. uſque ad finem. Vermigliol. conſ. 201. numer. 3. Fagundez de juſtit. & jur. lib. 5. cap. 5. numer. 9. verſic. Roborarique poteſt, Gaito de credit. part. 1. cap. 3. tit. 1. à numer. 482. Scaccia de re judic. gloſ. 7. quæſt. 4. inſpect. 2. à numer. 124. Fermoſin. in cap. cum P. tabellio 15. qu. 7. num. 19. de fide inſtrum. Bolannos in Cur. Philip. part. 1. §. 17. numer. 29. verſic. Y. aſſ. miſmo, Paz in praxi, tom. 1. part. 4. cap. 1. numer. 8. latè Pereyra de man. Reg. part. 2. cap. 69. à numer. 1. cum ſeq. cum aliis per Dom. Vice Cancel. Don Chriſtoph. Creſpi de Valdaura obſerv. 15. num. 159. & 162.

28 Nec te decipiat Peguera deciſ. 146. numer. 3. & 4. part. 1. dum dicit, quod in Cathalonia approbavit Regium Conſilium, Notarios Apoſtolicos poſſe recipere teſtamenta etiam ad non pias cauſas, & refert ex eo Cancer. var. part. 3. cap. 2. numer. 322. verſic. Ad hæc, ibi: Et poſt hæc ſcripta, quod ex conſuetudine magis, quàm jure ſuſtineri, ex Ripol. tradit Domin. Vice Cancel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſerv. 15. num. 154. quia Ego inveni notata duo exemplaria noſtri Senatus, quibus fuit declaratum, Notarios Apoſtolicos non poſſe recipere teſtamenta. Unum referente Magnifico Antonio Oliba 17. Martii 1596. inter Gabrielem Monpalier, & Antonium N. Alterum in Vice regia, referente Magnifico Joanne Sabater 22. Junii 1596. niſi teſtamentum receptum à Notario Apoſtolico eſſet confectum tempore peſtis, ut infra num. 39. Vel niſi teſtamentum eſſet nuncupativum confectum à Notario Apoſtolico coram teſtibus, ad Azevedo l. 1. numer. 30. tit. 4. lib. 5. recop. Pereyra de man. Reg. part. 2. cap. 69. num. 7. in fine, & ſentit noſter Senatus in Viceregia Audientia 22. Junii 1595. referente dicto Magnifico Joanne Sabater.

29 Et utrum Notarii Apoſtolici poſſint recipere teſtamenta ad pias cauſas? Vide Burgos de Paz in l. 3. Tauri à num. 765. ad quem ſe refert Azevedo l. 1. numer. 19. tit. 4. lib. 5. recop. negat Pereyra de man. Regia, part. 2. cap. 69. num. 7. confert Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect. 8. n. 19. 20. 21. & 22.

30 Sublimitatur 1. hæc 3. limitatio, ut Rectores, Parochi, Curati, ac eorum Vicarii, & alii Notarii, tàm Regii, quàm Baronum, ſeu dominorum locorum poſſint recipere teſtamenta, & alia quæcumque publica inſtrumenta contractuum extra territorium inter ſubditos ſuarum Parochiarum, & territoriorum, tàm Regiorum, quàm Baronalium, ſic Felin. in cap. cum P. tabellio, num. 18. verſic. Quartodecimo, ubi Fermoſin. quæſt. 2. num. 6. de fide inſtrum. Caſtrenſ. in l. fin. num. 4. Cod. de tempor. in integr. reſt. & conſ. 2. 16. lib. 2. Tuſchus pract. concl. littera N. concl. 2. num. 30. Farinac. in reper. judic. verbo Notarius, num. 7. Maſcard. de probat. concl. 926. numer. 13. Scaccia de re jud. gloſ. 7. quæſt. 4. inſpect. 2. à num. 124. notat Pereyra de man. Reg. part. 2. quæſt. 69. ſub numer. 1. remiſſivè Burgos de Paz in l. 3. Tauri, num. 1961. Azevedo in rub. numer. 10. tit. 25. lib. 4. recopil. Bovad. in polit. lib. 2. capit. 16. num. 45. quidquid dicant Boer. dec. 242. num. 2. Portoles ad Molin. §. Notarius, num. 55. Cevallos com. contra com. quæſt. 422. in fine, Valaſc. conſult. 9. Reg. Seſſe dec. 83. num. 24. tom. 1. Cuenca de comand. clauſ. 45. num. 7. verſic. Licèt ſint, Tondut. de præv. jud. part. 2. cap. 17. numer. 10. Sed noſtram ſublimitationem tenet, & ſequitur Domin. Vice Cancellar. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſerv. 15. numer. 171. 174. 175. & 176. Et quod Parochus extra ſuam Parochiam poſſit recipere inſtrumenta inter ſuos Parochianos declaravit noſter Senatus in cauſa Sindici Villæ de Cornudella ex una, & Jacobum, & Paulam Miro conjuges ejuſdem Villæ ex altera, referente Nobili Franciſco de Ribera Aulæ Reverendi Cancellarii, facto verbo in ſua Aula 26. Novembris 1670. quæ fuit confirmata in cauſa ſupplicationis, referente Nobili Joanne de Carbonell Aulæ Nobilis Regentis Cancellariam 14. Novembris 1672. Scriba Famada.

Sublimitatur 2. hæc 3. limitatio, ut procedat, 31
parte opponente, at ſi pars non opponat contra teſtamenta, ſeu inſtrumenta recepta per Rectores, Parochos, & Curatos, ac eorum Vicarios, vel per Notarios Regios, ſeu Baronales extra ſuas Parochias, & territoria creantium, illis eſt ſtandum, nec judices debent ſe intromittere ad ſciendum, an Rectores, Parochi, & Curati, ac eorum Vicarii, vel Notarii Regii, ſeu Baronales receperint talia teſtamenta, ſeu inſtrumenta extra ſuas Parochias, & territoria, poſtquam pars non opponit, nec excipit, ita Bellamera dec. 540. Boer. dec. 242. num. 4. prope finem, verſ. Adverte, Burgos de Paz in l. 3. Tauri, à n. 1068. in fine, etſi dubitet Azevedo in l. 11. num. 13. tit. 25. lib. 4. recop. ſequitur verò in l. 2. numer. 11. tit. 25. lib. 4. recopil. latè Portoles ad Molin. §. Notarius, à numer. 15. ſignanter num. 17. & 19. quidquid dicat Pereyra de man. Reg. part. 2. cap. 69. numer. 4. ita fuit bis obſervatum in noſtro Senatu, Primò referente Magnifico Joanne de Colomer proviſione manutentionis facta 12. Decembr. 1680. in favorem Rectoris Collegii de Bethlehem Societatis Jeſu Civitatis Barcinouæ contra Univerſitatem, & ſingulares loci de Montfalco lo gros, actuario Paulo Ribes. Secundò ad relationem magnifici Joſephi de Aleny 26. Junii 1622. in favorem dicti Rectoris de Bethlehem Societatis Jeſu Civitatis Barcinonæ contra Nobiles Felicem, & Elizabethem de Ager, & Queralt, actuario eodem Paulo Ribes. Hæque declarationes Regiæ Audientiæ ambæ factæ fuerunt ſuper teſtamento Nobilis Franciſcæ de Merles, & de Calders condito 14. Februarii 1641. in Rectoria de Segur pœnes Joannem Torres Presbyterum, & Rectorem Eccleſię Parochialis loci de Miralles, & ſic recepto extra propriam parochiam, ſed quia partes Univerſitatis, & ſingulorum loci de Montfalco lo gros, & Nobilium conjugum de Ager nihil oppoſuerint contra dictum teſtamentum, fuit ſecundùm illud declaratum.

Ratio eſt, quia teſtamenta, & inſtrumenta re- 32
cepta per Rectores, Parochos, & Curatos, ac eorum Vicarios inter non ſubditos extra ſuas Parochias, vel per Notarios Regios, aut Baronales extra territoria eorum, qui eos crearunt, ſuſtinentur, &

valent

valent uti ſcriptura privata, ut probat Maranta
conſ. 3. quem citat Rovit. in pragm. 2. num. 13. de
contract. quos laudat Thoro in comp. dec. part. 3. ſect.
3. verbo uxor. col. 2. in fin. verſ. Nec propterea, juncto
verſ. Tertiò quia, fol. 442. & ex Perez, caſu quo talia
teſtamenta, ut nuncupativa valere poſſint, notat Pe-
reyra de manu. Regia, part. 2. cap. 69. numer. 7. in fine.
33 Et ſcriptura † privata in judicio producta, contra quam
nihil ex adverſo opponatur, plenam fidem facit, cùm
tunc per adverſarium cenſeatur approbata, & con-
tineat veritatem, Craveta de antiq. tempor. part. 1. §.
viſo, de verbis à n. 20. ad 24. Guid. Papa dec. 404. Boer.
dec. 36. Maſcard. de probat. concl. 121. num. 10. & concl.
1295. num. 10. Menoch. lib. 2. præſump. 46. num. 1. Gra-
nut. theorem. 15. numer. 24. Rota Genuenſ. deciſ. 21.
numer. 3. & deciſ. 72. num. 1. Surd. deciſ. 199. num. 8.
Mareſcot. lib. 1. var. cap. 79. num. 3. Maceraten. lib. 1.
var. cap. 58. numer. 7. Urſellius concluſ. 141. verbo
Archivum, num. 31. & 32. verſ. Et eſt notandum,
& in verſic. Animadvertendum, Burat. dec. 347. nu-
mer. 5. Genua de ſcriptura privata, lib. 1. quæſt. 4.
num. 210. Reg. Leo deciſ. 24. à numer. 62. lib. 3. Bar-
boſa in cap. 2. num. 10. & in addit. numer. 8. ubi Fer-
moſ. quæſt. 3. num. 20. & 21. de fide inſtr. Pareja de in-
ſtr. edit. tom. 1. tit. 1. reſol. 3. §. 5. numer. 20. Cancer
34 part. 1. variar. cap. 19. num. 15. Et licèt † aliqui ex ci-
tatis num. 33. ut Craveta num. 32. Maſcard. d. concl.
1295. n. 18. & Genua num. 218. prædicta intelligant
quando pars non oppoſuiſſet expreſsè, vel tacitè
ipſo facto, ſecus ſi facto opponeret, puta petendo
abſolvi à petitis partis, vel quod concluſa per par-
tem fieri non deberent, nam tunc dicunt talem ſcri-
pturam privatam non cenſeri per adverſarium ap-
probatam. Tamen eorum opinio non eſt vera, ſed
quod requiratur expreſſa oppoſitio, probat Menoch.
lib. 2. præſumpt. 46. num. 20. quem ſecutus fuit Canc.
qui teſtatur in quadam cauſa obtinuiſſe part. 1. var.
cap. 19. n. 15. verſic. Et licèt, juncto verſic. Contrarium.
Et quamvis idem Cancer ab his recedat part. 2. var. c.
14. n. 166. noſtram ſententiam ſequitur Regens Leo
dec. 24. n. 65. 66. & 67. lib. 3.

35 Sublimitatur 3. hæc 3. limitatio, quando teſta-
menta, vel alia inſtrumenta per Rectores, Paro-
chos, & Curatos, vel eorum Vicarios extra ſuas
Parochias, aut per Notarios Regios, ſeu Barona-
les extra territoria eorum, qui eos crearunt rece-
pta longo tempore obſervata fuerint, nam tunc pro-
bant, quia per uſum, & obſervantiam roborantur,
& fidem ex ea accipiunt, & in verum tranſeunt,
ut in terminis ſcripturæ privatæ, & inſtrumenti mi-
nus ſolemnis docent Maſcard. de probat. concl. 1295.
numer. 19. Genua de ſcriptura privata, lib. 1. quæſt.
4. à numer. 70. ad 74. Additionat. ad Molin. de Hiſp.
primogen. lib. 2. capit. 6. à nume. 57. ad 60. verſic. fin.
Barboſa plures citat in capit. 2. numer. 9. de fide inſtr.
Urſellius alios addit cum pluribus Rotæ deciſioni-
bus concluſ. 123. verbo Apocha, num. 104. & concluſ.
141. verbo Archivum, numer. 32. Burat. dec. 10. num.
11. ubi Ferentil. deciſiones Rotæ laudat numer. 32.
Beltram. ad Ludov. 469. lit. B. in princ. multos alios cu-
mulat Pareja de inſtrum. edit. tom. 1. tit. 1. reſol. 3. §. 3.
numer. 136. & in terminis Florez de Mena variar.
libr. 1. quæſt. 1. numer. 15. in fine, Pereyra de man.
Reg. part. 2. quæſt. 69. numer. 10. verſ. Si autem.

36 Etiamſi non conſtet de obſervantia ſcripturæ pri-
vatæ in omnibus capitibus in eis contentis, Beltra-
min. ad Ludoviſ. deciſ. 469. littera B. verſic. Etiam-
ſi, Urſellius concluſ. 123. verbo Apocha, numer. 104.
verſic. Quam quidem, Ferentil. ad Burat. deciſ. 10.
numer. 33. explicat, & declarat Pareja de inſtr. edit.
tom. 1. titul. 1. reſolut. 3. §. 3. numer. 140. juncto nu-
mer. 143.

37 Hæcque obſervantia ſcripturæ privatæ antiquæ
non requirit præſcriptionem, Gratianus diſcept. fo-
renſ. cap. 608. numer. 17. Salgado de ſuppl. ad Sanctiſ.
part. 1. cap. 9. n. 9. Portoles ad Molin. poſt foros comp.
quæſt. 9. num. 16. Caſtill. lib. 5. controv. c. 93. §. 7. n. 17.
Maſcard. de gener. ſtat. interp. concl. 2. numer. 159. Ci-
roch. diſcept. 52. n. 18. Suelves conſ. 2. n. 20. ſub verſic.
Et cum, lib. 1. Domine Vice Cancel. Don Chriſtophor.
Creſpi de Valdaura obſerv. 1. numer. 114. Ramon no-
ſter conſ. 6. n. 69. Xammar. de off. jud. 1. quæſt. 3. num.
17. & quæſt. 18. numer. 30. & 31. Fontanell. de pact.
nupt. tom. 1. clauſ. 1. num. 33. & deciſ. 33. numer. 3. &
dec. 85. num. 9. & part. 1. & dec. 303. n. 26. & dec. 479.
num. 7. & dec. 482. num. 12. part. 2. Valentia in illuſt. ad
conſtit. 7. tit. de la Electio del Doctores de la Real Au-
dientia, q. 4. num. 80. Sed contentatur ſpatio decem
annorum, Cavaller. deciſ. 427. num. 3. Cirocchus di-
ſcept. 62. num. 19. plures alios addit Pareja de inſtr. edit.
tom. 1. tit. 1. reſolut. 3. §. 3. numer. 150. & reſolut. 5.
num. 22.

Intelligunt plures hanc limitationem quando hu- 38
juſmodi ſcripturæ privatæ, & teſtamenta minus ſo-
lemnia longo tempore inter partes obſervatæ inve-
niuntur, Pareja poſt plures de inſtr. edit. tom. 1. reſol.
3. §. 5. numer. 21. & etiam ſi hæc obſervantia fuerit
contra tertium, ut declaravit Rota in Ferrarien. bo-
nor. ſive Palatii 21. Aprilis 1603. coram Cardinali
Millino, ſed quoad hoc ſtat in contrarium Rota
deciſ. 375. numer. 5. verſic. Secundo, part. 1. diverſ.
ut advertit Beltramin. ad Ludoviſ. deciſ. 469. littera
B. in fine, & refert Ferentil. ad Burat. dec. 10. num.
33. verſic. Imo etiam notat, cui opinioni videntur ac-
quieſcere prædicti Doctores tanquam ultimo loco re-
latę, probat in his terminis videndus Pareja de in-
tr. edit. tom. titul. 1. reſolut. 3. §. 3. à numer. 139. cum
ſeqq.

Sublimitatur 4. hæc 3. limitatio, ut Rectores, 39
Parochi, & Curati, ac eorum Vicarii poſſint in a-
liena Parochia recipere teſtamenta tempore peſtis
ab ægrotantibus non ſubditis, & ea valida judican-
tur, ſic declaravit noſter Senatus referente magni-
fico Hieronymo Senjuſt 4. Decembris 1597. teſta-
tur Xammar. def. 39. n. 3. & teſtamentum receptum
à Notario Apoſtolico tempore peſtis fuiſſe per no-
ſtrum Senatum validum declaratum referente magni-
fico Antonio Oliba 19. Julii 1592. refert Cancer part.
3. variar. cap. 2. num. 232. verſ. Ad hæc, conducunt Ro-
land. conſ. 81. numer. 26. lib. 2. Ripa de peſte, titul. de
privil. contract. cauſa peſtis, numer. 166. Portoles ad
Molin. §. Notarius, num. 102. Maſcard. de probat. con-
cluſ. 1353. numer. 21. Cyriac. controverſ. 426. numer.
28. Boſſius in moral. tom. 2. tit. 9. de teſtamentis tem-
pore peſtis, à numer. 160. ad 169. Ciarlin. controverſ.
forenſ. cap. 63. numer. 8. libr. 3. Dian. reſolut. mor. par.
7. tract. 6. reſolut. 37. aliàs 36. & in coordinat. part. 6.
tract. 8. reſol. 61.

Nota pro praxi Cathaloniæ, quod Regia Audien- 40
tia ſolet mandare Rectoribus, Parochis, & Cu-
ratis Eccleſiarum parochialium recuſantibus trade-
re inſtrumenta pauperibus pęnès eos exiſtentia, qua-
tenus intra dies ſex illis tradant copiam authenticam,
& fidem facientem illorum iſtrumentorum in forma
pauperis, & pro his expediantur literę requiſitoriæ
judicibus Eccleſiaſticis, ut prædictis aſſiſtant, ita
fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium A-
gullana, Conſultoribus Ferrer, Senjuſt, & Ru-
bi Coll 16. Februarii 1613. contra Raphaelem Al-
zina Presbyterum Rectorem Eccleſiæ de Villanova
propter proviſionem facto verbo in Regia Audien-
tia per Magnificum Jacobum Puigmija ejuſdem Re-
giæ Audientiæ Doctorem factam, quod intimare-
tur dicto Raphaeli Alzina Rectori, quod intra dies
ſex traderet Joanni Rogent copiam authenticam,
& fidem facientem quorundam inſtrumentorum in
forma pauperis, & quod expedirentur literæ re-
quiſitoriæ directæ judici Eccleſiactico, ut pro
prædictis aſſiſteret. Et practicatur in noſtra Re-
gia Audientia hoc modo. Nam per pauperem of-
fertur ſchedula tenoris ſequentis. Hæc pars Si-
monis Serdà pro juſtificatione ſuæ juſtitiæ neceſ-
ſe habet aliqua acta Scribaniæ Rectoris Villæ de
Mora, quæ recuſat illi tradere, niſi priùs il-
li ſolvat ſalaria abſtractarum, quod propter ſuam
paupertatem facere non poteſt, cùm litiget ut pau-
per; teſte proceſſu. Ideò offerent præſtare cau-
tionem pro ſalario dictorum inſtrumentorum,

& illa ſolvere quando obtinebit ſententiam favorabilem in præſenti cauſa, petit mandari dicto Rectori tradat copiam authenticam, & fidem facientem dictorum inſtrumentorum dicti parti, & pro his expediantur litteræ, & aliæ proviſiones opportunæ juxta ſtilum, & proteſtatur N. cui ſchedulæ per relatorem fit proviſio ſequens, die 4. Julii 1662. Mandetur dicto Rectori quatenus intra dies ſex tradat dicto Simoni Serdà copiam authenticam, & fidem facientem inſtrumentorum in ſchedula contentorum in forma pauperis, & ad id expediantur litteræ opportune requiſitoriæ judici Eccleſiaſtico, cui ſpectat, ut prædictis aſſiſtat, Intimetur N. ſic fuit obſervatum in cauſa Simonis, & Mariæ Serdà conjugum Villæ de Mora ex una, & Joannis Gibert agricolæ ejuſdem Villæ partibus ex altera ad relationem Nobilis Joſephi Rull Regii Senatoris hodie Regentis Regim Cancellariam in S. S. R. C. Aragonum Concilio, actuario Almunia, & Caſaſſes poſtea Fabrega Notario. Similis practica fuit obſervata contra Regentem Scribaniam, ſeu notariam Communitatis Presbyterorum Eccleſiæ Parochialis Sanctæ Columbæ de Queralt die 24. Octobris 1673. referente Nobili Joſepho de Ferrer Regio Conſiliario in cauſa Annæ Lloſes viduæ ex una, & Petri Novella partibus ex altera Notario Rufaſta.

41 Sed adverte, quòd Clericus Notarius recuſans tradere inſtrumenta publica penes eum exiſtentia compellendus eſt ad eorum traditionem per judicem Eccleſiaſticum, Sic in Cathalonia per Cancellarium Loris, Conſultoribus Cordelles, Pla, Sala, Ros, & Puig 22. Septembris 1669. in favorem Communitatis Eccleſiæ Civitatis Balagarii contra Petrum Ariet ejuſdem Civitatis fuit declaratum: cognitionem cauſæ, quoad articulum, an Thomas Queralt Præsbyter, & Notarius compellendus ſit ad dandum, & tradendum inſtrumentum petitum teſtamenti, ſeu ultimæ voluntatis Vincenti Simon quondam calligarii ad Curiam Eccleſiaſticam Balagarii pertinere, & ſpectare, & in ea fore, & eſſe pertractandam, & ſine dubio terminandam.

42 Nam quamvis Clerici non poſſint exercere officium Notarii, ſeu Tabellionis in ſæcularibus, & profanis negotiis, *cap. ſicut, tit. ne cler. vel monachi*, Decius *conſ.* 17. Covarr. *pract. cap.* 19. *numer.* 8. *in fin.* Marchus *dec.* 194. *part.* 2. Maſtril. *deciſ.* 159. *n.* 1. *lib.* 2. Ambroſin. *dec.* 12. *num.* 1. Genuenſ. *in praxi Archiepiſcop. Neapol. cap.* 62. *in annotat. numero* 17. *verſic. Ulterius*, Axevedo *l.* 10. *numer.* 3. *titul.* 3. *lib.* 1. *recopil.* Cevallos *com. cont. com. quæſt.* 404. *numer.* 3. Martha *de juriſdict. part.* 4. *caſu* 119. *numer.* 15. Pereyra *de Academ. num.* 1118. Riccius *collect.* 1613. Farinac. *fragm. crimin. part.* 2. *littera C. à numer.* 212. Borell. *in ſumm. deciſ. part.* 1. *tit.* 11. *num.* 37. Portoles ad Molin. §. *Clericus*, *num.* 48. & §. *Notarius*, *num.* 46. Bellet. *diſq. cler. part.* 1. *tit. de diſciplina cler.* §. 28. Sanchez *in decal. tom.* 2. *l.* 6. *cap.* 13. *numer.* 48. Cenedo *collect. ad decretal.* 147. *numer.* 1. Novarius *ad pragm. Reg. Neapol. in rubric. collect.* 1. *numer.* 27. *de Notariis* Xammar. *de offic. jud. part.* 2. *quæſt.* 3. *numer.* 38. Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. effect.* 8. *numer.* 1. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. libr.* 1. *capit.* 40. *numer.* 97. & *in l. placet* 17. *rubric. numero* 4. & *de Epiſc. & cleric.* & *in cap. ſicut numer.* 2. *ne cler. vel monachi*, Vela *diſſert.* 43. *numer.* 39. & 40.

43 Non ſolùm in † ſacris ordinibus conſtituti, ſed etiam Clerici minorum ordinum beneficiati, Covar. *pract. cap.* 19. *numer.* 8. *in fine*, Maſtrill. *deciſ.* 159. *numer.* 1. Carolo de Graſſ. *de effect. cleric. effectu* 8. *numer.* 10. Farinac. *frag. crimin. part.* 1. *littera C. n.* 234. Barboſa *de jure Eccleſ. un. lib.* 1. *cap.* 40. *numer.* 93. & *in cap. ſicut* 8. *numer.* 6. *ne cler. vel monachi*.

44 Niſi ubi adeſſet † conſuetudo, qua exiſtente, poſſunt Clerici tàm beneficiati, quàm in ſacris ordinibus conſtituti officium Notari, ſeu tabellionis exercere, Marcus *dec.* 194. *numer.* 7. *prax.* 2. Xammar. *de off. judic. part.* 2. *quæſt.* 3. *numer.* 39. Barboſa *de jur. Eccleſ. un. lib.* 1. *cap.* 47. *numer.* 102. & *in capit. ſicut* 8. *ne clerici, vel monachi*, Vela *diſſertat.* 43. *numer.* 40. etſi diſſentiant Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effectu* 8. *numer.* 23. & 24. Farinac. *fragmat. criminal. part.* 1. *littera C. numer.* 130. & 131.

Tamen ſi Clerici, qui ſunt Notarii, fecerint ali- 45
qua inſtrumenta, valent, & tenent, ſi illis per ſuum ſuperiorem non fuerit interdictum hujuſmodi officium, nam interim quod non interdicunt, ſi prohibitio tranſeat in notitiam populi, valebunt inſtrumenta per illos facta, Caroccius ad Decium *conſil.* 17. *numer.* 3. 4. & 5. Covar. *pract. cap.* 19. *numer.* 8. *verſic. Quod ſi ſacerdos*, Marcus *dec.* 194. *part.* 2. Maſtrill. *deciſ.* 159. *numer.* 9. Ambroſin. *deciſ.* 12. *numer.* 19. Portoles ad Molin. §. *Nouarius*, *numer.* 47. & 48. Carol. de Graſſ. *de effect. cler. effectu* 8. *numer.* 4. 5. & 6. Bellet. *diſq. cler. part.* 1. *tit. de diſciplina cler.* §. 29. *numer.* 5. Farinac. *frag. crim. part.* 1. *littera C. à num.* 238. Pereyra *de Academ. num.* 1118. Barboſa *in capit. ſicut* 8. *numer.* 3. *ne cler. vel monachi*, & *de jure Eccleſ. un. lib.* 1. *cap.* 40. *numer.* 99. Idemque † 46
ſi Norarii, ſeu Tabelliones Clerici facti fuerint, qui inſtrumenta prius celebrata in publica forma perficere, & in publica forma extrahere poſſunt, & eorum breviaturas extendere, *gloſſ. in c. officium*, §. *ad conſcribendas*, *de hæretic. in* 6. Covar. *pract. cap.* 19. *numer.* 8. *verſic. Monachus*, Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. effectu* 8. *numer.* 15. Portoles ad Molin. §. *Notarius*, *numer.* 5. & 49. Sanchez *in decal. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 13. *numer.* 49. Farinac. *frag. crim. part.* 1. *littera C. numer.* 235. Genuenſ. *in prax. Archiep. Neapol. cap.* 62. *in annotat. numer.* 17. *verſic. Ulterius*, Barboſa *in cap. ſicut* 8. *numer.* 4. *ne cler. vel Monachi*, & *de jure Eccleſ. un. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 10. Pereyra *de Academ. n.* 1118. & in pulcho caſu Ambroſin. *deciſ.* 12.

At Notarii Laici pro tradenda copia inſtrumen- 47
torum penes ſe, aut alios Notarios, quorum notas ipſi regunt, receptorum non poſſunt conveniri in Curia Eccleſtaſtica. Sic noſter Senatus referente Magnifico Auguſtino Pinyana Regio Senatore 29. Novembris 1665. in facto juris firmæ Joſephi Tinxò Notarii Villæ de Alcover procedimentis factis per fratrem Michaelem, de Calders Abbatem Sancti Pauli de Campo Ordinis Divini Benedicti Conſervatorem Religionis Sancti Joannis Hieroſolymitanen. inſtante Fratre Franciſco de Spuny Commendatore commendæ Speluncæ de Francoli Scriba Teixidor.

Adeò ut nec pro extrahendis inſtrumentis alicu- 48
jus beneficii poſſunt Notarii laici canveniri in Curia Eccleſiaſtica, ſed conveniendi ſunt in Curia ſæculari. Ita fuit declaratum in Cathalonia Cancellarium Caſſador 5. Octobris 1570. in favorem Joannis Illa, & Meſtre Notarii Caſtri de Pals contra Michaelem Agullana Canonicum Gerundæ obtinentem beneficium Hoſpitalis Palatii de Turri, ſuper extrahendis per dictum illa quibuſdam inſtrumentis emptionis cujuſdam cenſualis empti de pecuniis, & ad opus dicti beneficii per dictum Illa dicto de Agullana tradere recuſantem.

Et cognitio an Notarii Regii, etiamſi non ſunt 49
de Curia Eccleſiaſtica, poſſint recipere inſtrumenta poſſeſſionum Beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinet ad Curiam ſecularem. Sic fuit in Cathalonia deciſum per Agullana Tertium, Conſultoribus Peguera, Guardiola, Oliba, Valencas, Dalmau, & Aſtor 7. Auguſti 1596. in favorem Bernardi Cendra Notarii Tarraçonæ contra Fiſci Procuratorem Curiæ Eccleſiaſticæ Tarraconæ; & Alexandri Cendra Notarii publici Regentis ſcribanias Officialatus, & Vicariatus Tarraconæ.

Nam licèt de jure Notarii Regni, non poſſint 50
recipere inſtrumenta in ſpiritualibus, & Beneficialibus, Gabriel *com. concluſ. libr.* 1. *de fide inſtrum. concluſ.* 1. *numer.* 7. Buratt. *deciſ.* 318. *numer.* 2. Valaſc. *conſultat.* 9. Cancer *part.* 3. *variar. capit.* 2. *numer.* 231. Peguera *deciſ.* 146. *numer.* 2. Carol. de Graſſ. *de except. in prælud. numer.* 110. & alii ex citatis *numer.* 23. Secus eſt de † conſuetudine, Ga- 51

briel.

briel, *com. concluſ. libr.* 1. *de fide inſtrum. concluſ.* 1. *numer.* 9. Burat. *deciſ.* 318. *numer.* 3. Ciarlin. *controv. forenſ. lib.* 1. *cap.* 63. *n.* 7. Pereira *de manu reg. par.* 2. *c.* 69. *num.* 6.

52 Similiter cognitio an Notarii Regii poſſint in Parochiis recipere inſtrumenta invitis Rectoribus, non conſtito, quòd Rectores ſimiles licentias conceſſerint Notariis Regis, vel prohibuerint illa recipere, pertinet ad Curiam ſæcularem, ita fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Loris, Conſultoribus Cordelles, Sala, Balle & Fontpaſtor 1. Junii 1677. in favorem Antonii Joannis Maſſaguer Notarii contra Paulum Cornet Presbyterum Rectorem Parochialis Eccleſiæ de la Ploba de Claramunt.

53 Notarius autem pro recuperatione Scripurum Curię Eccleſiaſticæ conveniendus eſt apud judicem Eccleſiaſticum ſic fuit declaratum per Cancellarium Agullana Conſultoribus Peguera, Senjuſt, Magarola, & Ferruz 22. Octobris 1609. in favorem Fiſci Procuratoris Curiæ Eccleſiaſticæ Elnen. contra Honofrium Gonzalvo Notarium Villæ Perpiniani ſuper recuperatione ſcripturarum ad Curias Eccleſiaſticas, & Vicariatum Eccleſiaſticum Elnen. expectantium & pertinentium.

54 Denique ſcias, quòd Notarius recipiens inſtrumenta extrajudicialia intra Civitatem, & Parochiam Vici & ejus terminos abſque licentia, authoritate, & conſenſu Epiſcopi, & Capituli Vicen. conveniendus eſt in Curia Eccleſiaſtica. Ita fuit declaratum per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Ferrer, Senjuſt, Mijavila Franqueſa & Rubicoll 12. Julii 1610. in favorem Capituli Eccleſiæ Vici contra Antonium Illa Notarium, & Syndicum dictæ Civitatis. Et an hæc prohibitio recipiendi inſtrumenta extrajudicialia in Civitate Vici comprehendat Notarios Apoſtolicos creatos à Papa, Seraphin. *deciſ.* 841. Genuen. *in praxi, Archiepiſcop. Neapol. capit.* 62. *in annot. numer.* 19.

---

## *ARGUMENTUM.*

**An laicus turbans juriſdictionem Eccleſiaſticam efficiatur de foro Eccleſiaſtico, poſſitque conveniri apud judicem Eccleſiaſticum.**

### *SUMMARIUM.*

1 *Laicus regulariter coram judice Eccleſiaſtico conveniri nequit, ſed eſt conveniendus coram judice ſæculari, num.* 1. *fallit in pluribus caſibus, n.* 2. *inter quos eſt, ſi qualitas delicti aliud ſuadeat, n.* 3. *ut pote quando laicus perturbat juriſdictionem Eccleſiaſticam, n.* 4.

5 *Magiſtratus quicumque poteſt pœnali juditio punire turbantes ſuam juriſdictionem, ſive ſit ordinarius, ſive delegatus, etiam ex officio, & in non ſubditos, & exemptos, ac penitus extraneos.*

6 *Judex Eccleſiaſticus contra turbantes ſuam juriſdictionem poteſt uti gladio ſpirituali, & materiali.*

7 *Juriſdictionem turbare quando quis dicatur, nu.* 7.8.9. 10. *&* 11.

12 *Laicus extrahens carceratum à carceribus Epiſcopalibus, ſive à Domo & palatio Eccleſiæ efficitur de foro judicis Eccleſiaſtici, poteſtque conveniri apud judicem Eccleſiaſticum.*

13 *Laicus reſiſtens Officialibus judicis Eccleſiaſtici efficitur de foro judicis Eccleſiaſtici, poteſtque conveniri apud Judicem Eccleſiaſticum.*

14 *Laicus impediens juriſdictionem judicis Eccleſiaſtici, efficitur de foro judicis Eccleſiaſtici, poteſtque conveniri apud judicem Eccleſiaſticum, n.* 14. *fallit, n.* 15.

16 *Laicus proferens verba injurioſa in contemptum Epiſcopi, & ejus juriſdictionis, conveniri poteſt coram judice Eccleſiaſtico.*

17 *Laicus crimen falſi committens in actis Curiæ Eccleſiaſticæ conveniri poteſt apud judicem Eccleſiaſticum.*

18 *Laicus effractor carceris judicis Eccleſiaſtici poteſt de crimine effractionis inquiri, & puniri per judicem Eccleſiaſticum, n.*18. *& quid ſi carceres ſint mutuati, n.* 19.

20 *Laicus contumeliis afficiens, aut percutiens alium in actu judiciario coram judice Eccleſiaſtico, vel irreverenter loquatur, efficitur de foro judicis Eccleſiaſtici.*

21 *Laicus veniens contra immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam efficitur de foro judicis Eccleſiaſtici.*

22 *Laicus ad refectionem injuriæ, & damnorum datorum Eccleſiæ ratione delictorum in ea commiſſorum, propter quæ fuit Eccleſia polluta, conveniri poteſt coram judice Eccleſiaſtico.*

## DECISIO CLXXVII.

Laicus regulariter coram judice Eccleſiaſtico conveniri nequit, ſed conveniendus coram judice ſæculari pluribus juribus probant Thom. *deciſ.* 21. *num.* 4. *& deciſ.* 110. *numer.* 16. *& deciſ.* 119. *num.* 20. *tom.* 1. Jul. Chartar. *deciſ.* 75. *n.* 11. *& deciſ.* 96. *num.* 4. Farin. *in praxi, part.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 225. Cævallos *de cogn. per viam violent. in prologo, num.* 75. Guttier. *de juramen. confir. part.* 3. *capit.* 12. *num.* 8. Fermoſin. *in capit. licet ex ſuſcepto quæſt.* 1. *num.* 6. *&* 15. *de foro compet.* Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 7. *dub.* 1. *ſect.* 1. *à num.* 3. Queſada Pilo *diſſert.* 15. *n.* 45. Vermigliol. *conſ.* 166. *num.* 2. Caſtillo *de aliment. tom.* 8. *c.* 6. *n.* 6. Domin. Vice-Cancel. D. Chriſtophor. Creſp. de Valdaura *obſer.* 56. *n.* 3. Ego notavi *deciſ.* 27. *n.* 23. *par.* 1. ita fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Caſſador 26. Decembris 1568. in favorem Joannis Sagimon tutoris, & curatoris Coſmæ Quirici, & Magdalenæ Ferrer pupillorum Parochiæ de Sarinjano, contra Joannem Maſsò Et per dictum Cancellarium Caſſador 16. Martii 1569. in favorem Bartholomei Caſes textoris pannoſum lanæ Villę Sancti Petri de Aura ratione procedimentorum in Curia Eccleſiaſtica contra eum factorum ad inſtantiam Franciſci Caſes oppidi de Arles ſuper ſolutione triginta librarum per Franciſcum Caſes quondam in ſuo teſtamento dicto Franciſco Caſes filio ſuo legatarum. Et per eundem Cancellarium Caſſador 26. Februarii 1569. in favorem Joannis Marti, auri, & argenti fabri Civitatis Barcinonæ Et per prædictum Cancellarium Caſſador 5. Aprilis 1570. in favorem Nicolai Jonquera contra Joannem Llorens Notarium Gerundæ ſuper ſolutione penſionum cujuſdam aſſerti cenſualis. Et per Cancellarium Loris, Conſultore Amell 11. Aprilis 1578. in favorem Petri Figueres agricolæ de Subirats. Et per eundem Cancellarium Loris, Conſultoribus Cordelles, & Sala Jo. Junii 1579. in favorem Syndici Univerſitatis Villæ Martorell. Et per Cancellarium Copons 6. Januarii 1599. in favorem Baudilii-Carles J. V. D. oppidi Biſulduui. Et per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Mir, & Aubi de Marymon 19. Septembris 1629. in favorem Joannæ Baſtida, & Bereta contra Melchiorem Duran Clericum Beneficiatum beneficii primi Sanctæ Mariæ fundati in Eccleſia Sanctæ Annæ Barcinonæ. Et mille aliis. 1

Fallit pluribus in caſibus, qua referunt Aviles *in capit. prætor gloſſ. uſurpan. num.* 11. Bobadilla *in pollit. libr.* 2. *capit.* 17. *à num.* 28. Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæſt.* 8. *à num.* 126. Riccius *collect.* 451. Theſaur. *q. forenſ.* 15. *lib.* 1. Jul. Chartar. *deciſ. &* 99. Decian. *tr. crim. libr.* 4. *capit.* 1. Curia Philippina *part.* 3. §. 2. *à numer.* 1. Scaccia *de judic. libr.* 1. *capit.* 12. Queſada *diverſ. q. capit.* 19. Maranta *de ord. judic. part.* 4. *diſt.* 11. *à numer.* 59. Angujan. *de legib. controv.* 22. *libr.* 2. Sanchez *conſ. moral. lib.* 6. *capit.* 1. *dub.* 4. Rovit. *in prag.* 1. *numer.* 12. *de Cler. ſalvat. & in prag.* 3. *num.* 3. *de juriſdic. non turband.* Regens Seſſe *de inhibit. capit.* 9. §. 2. 2

9.§. 2. à num. 69. remiſſivè Regens Vico ad prax. Reg. Sard. tom. 1. titul. 7. capit. 6. num. 1. Carleval de judic. lib. 1. diſput. 2. num. 404. in fine, verſic. Et Viciſſim, Laynez in addit ad Gomez, tom. 3. var. cap. 2. nu. 5. verſ. Plures ibi Sicut è contra, Fermoſinus in capit. licèt ex ſuſcepto, q. 1. cum ſeq. de foro compet. Ego notavi deciſ. 27. n. 24. part. 1.

3 Inter quos caſus fallentiales ille eſt in criminalibus, ſi qualitas delicti aliud ſuadet, nam ratione qualitatis delicti Judex Eccleſiaſticus poteſtatem, juſque habet puniendi laicos, Jul. Chartar deciſ. 75. num. 12. & deciſ. 96. num. 31. Ciarlinus contro. forenſ. lib. 1. cap. 48. nu. 41. & 42.

4 Ut potè quando laicus turbat juriſdictionem Eccleſiaſticam; nam tunc coram judice Eccleſiaſtico conveniri poteſt, capit. cum olim, ubi gloſ. & Doctores de injuriis, Bovadilla in polit. lib. 2. capit. 17. numer. 87. Genuen. in praxi Archiep. Neap. capit. 10. Farinacius conſ. 134. à num. 3. lib. 2. Martha de juriſdic. par. 4. caſu 101. numer. 1. Jul. Chartar. deciſ. 80. num. 5. & deciſ. 95. num. 21. Larrea deciſ. 1. n. 13. in prin. Ego notavi deciſ. 27. n. 25. p. 1.

5 Nam quicumque Magiſtratus poteſt pœnali judicio punire turbantes ſuam juriſdictionem, ſive ſit ordinarius, ſive delegatus, etiam ex officio, & in non ſubditos, & exemptos, ac pœnitus extraneos, ut cum multis exornavi deciſ. 27. à numer. 8. ad 13. par. 1. quibus addo Jul. Chartar. deciſ. 80. numer. 3. & 4. Cabal. reſol. crim. 291. numer. 33. Scialoyam de foro compet. capit. 37. numer. 52. verſic. Judex, & cap. 48. nu. verſic: Et quod quilibet judex, & n. 20. & ſub n. 26. Queſada Pilo controv. cap. 35. num. 102. verſic. Secundo, & nu. 103. 104. 110. 111 & 112. Farinac. conſ. 134. num. 4. & 5. lib. 2. Larrea deciſ. 1. numer. 13. verſic. Et generaliter, Novarius in prag. 1. collect. 2. num. 13. de juriſd. invicem non turbandis.

6 Et tunc Judex Eccleſiaſticus contra turbantes ſuam juriſdictionem poteſt uti gladio ſpirituali, & materiali. Spirituali, pœna ſcilicet excommunicationis. Materiali, pœna pecuniaria, & mulcta, vel alia pœna extraordinaria judicis arbitrio, juxta facti, perſonarum qualitatem, etiam bannimenti, & relegationis. Sed ordinarius modus defendendi juriſdictionem ordinariam eſt per cenſuras præſertim excommunicationis, ut probavi pluribus laudatis deciſ. 27. à num. 14. ad 23. par. 1. Addo Novarium in rub. collect. 1. n. 3. & 4. de juriſdic. invicem non turband. Larrea deciſ 1, n. 15. Cævallos de cognit. per viam violen. par. 2. q. 100.

7 Uti Juriſdictionem turbare dicitur, qui exemit captum à carceribus, vel de manibus, aut ex domo officialis, ſive cuſtodis, aut ſatellitis, in cujus domo de mandato judicis erat detentus, vel impedit ne quis capiatur, vel qui reſiſtit officialibus, vel aliàs impedit exercitium juriſdictionis judicis, vel propter verba injurioſa in contemptum judicis, vel frangit carceres, vel falſum committit in actis judicis, & ſimilibus, etiam ſi juriſdictioni judicis non ſit ſubjectus, Alexand. conſ. 35. numer. 4. lib. 2. jazon. in l. hoc edicto, §. prætor ait n. 12. ff. ne quis eum, Cagnol. in l. unica, §. videtur, numer. 27. ff. ſi quis jus dicen. non obtemp. Eugen. conſ. 31. num. 28. ſeq. Menoch. conſ. 230. num. 86. lib. 3. Aviles capit. 5. præter. gloſſ. juriſdiction. numer. 10. Farinac. in praxi, part. 1. q. 30. ſub numer. 94. & quæſt. 32. ſub num. 7. & part. 4. quæſt. 114. numer. 86. & conſ. 194. num. 4. lib. 2. Tuſc. præc. concluſ. litera E, concluſ. 587. n. 2. & 39. Amat. deciſ. Macerat. 104. n. 27. Genuen. in prax. Archiep. Neapol. cap. 20. quos citat, & ponderatum Jul. Chartar. deciſ. 80. n. 2. & deciſ. 96. nu. 17. & 25. verſic. Si igitur, & alii allegandi num. 89. 10. & 11.

8 Et quod eximens captum à carceribus, vel de manibus, aut ex domo officialis, ſive cuſtodis, aut ſatellitis, in cujus domo de mandato judicis erat detentus, efficiatur de foro judicis, à quo eximit, licèt ſit alterius fori, ex quo turbat ejus juriſdictionem, præter citatos num. 7. docent Faber. in §. item adverſus, n. 6. de actionib. Capyc. deciſ. 137. n. 8. Tuſch. prac. concl. litera I, concluſ. 402. numer. 9. Amendola ad Franchis, deciſ. 147, numer. 1. & deciſ. 442. numer. 5. Narb. l. 20. gloſſ. 18. numer. 17. tit. 1. lib. 4. recop. Xammar. de off. jud. part. 1. q. 14. n. 47. in fine, Scialoya de foro compec. 37. n. 51. c. 38. num. 36.

Et quod reſiſtens officialibus Curiæ efficiatur de foro judicis, cujus erant officiales, licèt ſint alterius fori, Narbona l. 28. gloſſ. unica, tit. 7. libr. 1. recop. & l. 20. gloſſ. 18. n. 16. tit. 1. lib. 4. recop. Franchis deciſ. 147. Xammar. de offic. jud. part. 1. quæſt. 14. numer. 47. Cabal. reſol. crim. caſu 107. Larrea deciſ. 1. num. 14. Tondut. de præven. judic. part. 2. cap. 46. n. 9. & 10. Guazin. defen. 1. c. 13. numer. 8. Carleval. de judic. lib. 1. diſp. 2. num. 505. Barboſa voto 55. n. 36. & 37. lib. 2. Filius meus plures laudat in diſcurſu de juriſdic. Proreg. quæſt. 21. numer. 7. & 17. 9

Et quod impediens exercitium juriſdictionis judicis efficiatur de ejus foro, licèt ſit alterius fori, Narbona l. 20. gloſ. 18. n. 8. tit. 1. lib. 4. recop. Xammar. de offic. jud. par. 1. q. 14. n. 38. Barboſa voto 55. n. 36. in fine, lib. 2. 10

Et quod proferens verba injurioſa in contemptum judicis efficiatur de ejus foro, licèt ille ſit alteriùs fori, Narbona, Xammar. citati, n. 10. 11

Ex quibus infertur 1. quod laicus extrahens carceratum à carceribus Epiſcopalibus, ſive à domo, & Palatio Eccleſiæ, efficitur de foro judicis Eccleſiaſtici, poteſtque conveniri apud judicem Eccleſiaſticum, Farinac. conſ. 134. lib. 2. Larrea deciſ. 1. num. 13. in fine, Jul. Chartar. deciſ. 96. num. 21. & 30. in fine, ſic fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Sorribes 20. Septembris 1549. in favorem Curiæ Eccleſiaſticæ Gerundæ contra Curiam ſæcularem Subvicarii Regii ejuſdem Civitatis, & Nobilem Guillelmum Siniſterra, refert Ripoll. var. cap. 1. numer. 263. Et per Magarola tertium, Conſultoribus Mijavilafranqueſa, & Morell. 4. Decembris 1619. in favorem Fiſci Procuratoris Curiæ Eccleſiaſticæ Gerundæ contra Don Philippum de Margarit, & Don Joannem de Margarit, eo quod iſti extraxerant Baptiſtam Maſſoni cum fractura carceris à carceribus Epiſcopalibus Epiſcopi Gerundæ exiſtentibus intus Palatium, quod habet Epiſcopus Gerunden. in villa de la Bisbal, refert idem Ripoll. var. capit. 1. numer. 164. ſequitur Fermoſin. in capit. cùm ſit generale, 8. quæſt. 1. numer. 15. de foro compet. 12

Infertur 2. quod laicus reſiſtens officialibus judicis Eccleſiaſtici efficitur de foro judicis Eccleſiaſtici, poteſtque conveniri apud judicem Eccleſiaſticum, juxta Doctores citatos num. 7. & 9. ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Agullana, conſultoribus Magarola, & Ferruz 5. Novembris 1608. contra nobilem Michaelem de Cardona, & Geraldum Pages ob reſiſtentiam factam aliquibus miniſtris Curiæ Eccleſiſticæ. 13

Infertur 3. quod laicus impediens exercitium juriſdictionis judicis Eccleſiaſtici efficitur de foro judicis Eccleſiaſtici, poteſtque conveniri apud judicem Eccleſiaſticum, Reg. Seſſe de inhibit. cap. 30. §. 1. numer. 158. Jul. Chartar. deciſ. 96. numer. 30. Guazin. defen. 13. cap. 12. ſub num. 4. Scialova de foro compet. cap. 48. num. 11. Ventriglia de juriſdict. Archiep. cap. 101. à numer. 1. Barboſa de jure Eccleſ. univ. libr. 1. capit. 7. numer. 73. Queſada Pilo controver. forenſ. capit. 35. num. 104. Bellet. diſq. Cler. par. 1. tit. de favor. Cler. reali, numer. 12. & 13. ſic fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Dalmau, & Ferruz 11. Februarii 1610. in favorem Fiſci Procuratoris Curiæ Eccleſiaſticæ Gerundæ contra Franciſcum Regas, Vincentium Figueroles, & Franciſcum Carbonell ſuper querela contra eos per Fiſci Procuratorem Curiæ Eccleſiaſticæ Gerundæ oblata, eo quod metum intulerunt Petro Guereau Commiſſario Epiſcopi Gerundæ cum arcabuſiis, ſive tormentis manualibus ad affectum impediendi fulminationem Inquiſitionis, quam facere intendebat contra Joannem Figueroes Presbyterum cum Notario, & Nuntio Curiæ Eccleſiaſticæ, qui in ſua comitiva erant extra Ec- 14

clesiam

cleſiam de Liers; ex eo etiam quod verba injurioſa protulerunt in contemptum juriſdictionis Eccleſiaſticæ, & Epiſcopi Gerunden. Et per Cancellarium Eril deciſione infra referenda, *n.* 21.

15 Fallit in laico capiente nuntium Curiæ Eccleſiaſticæ, eum non cognoſcente, ad tradita per Vermigliol. *conſ.* 145. *&* 146. ita fuit in Cathalonia deciſum per Concellarium Loris, Conſultoribus Ros, Balle, Puig, & Tamarit 11. Februarii 1581. in favorem Syndici Podii Ceritaniæ ratione capturæ factæ de perſona Antonii Bramont nuntii Curiæ Eccleſiaſticæ reportantis quaſdam literas in eadem Villa Podii Ceritaniæ, & quia conſtitit Syndicum, capturam excuſare, eo quia non fuit facta in æmulationem juriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſed quia dictus Bramont ſpecualtor, & inſidiator reputabatur, vel ſuſpicabatur, & ex teſtibus conſtitit Michaelem Angelum Conſulem ſecundum dictæ Villæ, & alios, qui dictam capturam fecerunt, probabilem habuiſſe cauſam credendi, & ſuſpicandi inſidias ſibi parari per dictum Bramont, quem non cognoſcebant nuntium eſſe, & in mendacio illum repetierunt in reſponſionibus factis; fuit declararum in favorem ſæcularis juriſdictionis Vicarii Podii Ceritaniæ.

16 Infertur 4. quod laicus proferens verba injurioſa in contemptum Epiſcopi, & ejus juriſdictionis efficitur de foro judicis Eccleſiaſtici, conveniriique poteſt coram judice Eccleſiaſtico, *can. Guilaſſarius* 30. ubi Barboſa 23. *quæſt.* Narbona *l.* 20. *gloſſ.* 18. *ſub num.* 8. *titul.* 1. *lib.* 4. *recop.* Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 32. *&* *ſub num.* 38. Vivius *deciſ.* 99. *part.* 1. Riccius *deciſ.* 144. *in fine*, *verſic. Non obſtat, part.* 1. Scialoya *de foro compet. capit.* 48. *num.* 24. Bellet. *diſq. Cler. part.* 1. *titul. de favore Cler. reali*, §. 5. *numer.* 25. ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Senjuſt, & Ferruz 29. Maji 1609. in favorem Curiæ Eccleſiaſticæ Gerundæ contra Joannem Argila, & alios, in caſu relato ſupra, *dec.* 260. *num.* 3. & per eumdem Cancellarium Agullana, *in caſu relato ſupra*, *num.* 14.

17 Infertur 5. quod laicus crimen falſi committens in actus Curiæ Eccleſiaſticæ conveniri poteſt apud judicem Eccleſiaſticum, ex late à me traditis *deciſ.* 21. *a numer.* 42. *parte prima*, Scialoya *de foro compet. capit.* 31. Don Didac. Anton. Frances de Urritigoyti *de compet. juriſd. quæſt.* 64. Queſada Pilo *controv. forenſ. cap.* 35. *à n.* 105. Ciarlin. *controv. for. lib.* 1. *cap.* 48. ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Copons, Conſultoribus Planes, Puig, Ubach, Mur, Dalmau, & Ferrer, 6. Maji 1595. in favorem Joannis Andreu Coixos Scriptoris Perpiniani capti, & detenti in Regiis carceribus dicti oppidi Perpiniani.

18 Infertur 6. quod laicus effractor carceri Eccleſiaſtici poteſt de crimine effractionis inquiri & puniri per judicem Eccleſiaſticum, deciſum in Curia Archiepiſcopali Neapolis anno 1601. teſtatur Genuen. *in praxi Archiepiſc. Neapol. capit.* 42. refert, & ſequitur Riccius *in praxi fori Eccleſ. cap.* 373. *numer.* 2. latè probat, & ſervatum in Curia Archiepiſcopali Mediolani tradit Jul. Chartar. *deciſ.* 80. *tota*, quem referunt, & ſequuntur Baron. *de citat. tom.* 3. *in annotat. ad ſingul.* 128. Queſada Pilo *controverſ. forenſ. capit.* 35. *numer.* 109. Quam illationem poſſe intelligi procedere, dummodo laicus effractor carceris Eccleſiaſtici ſit carceratus in Carcere Eccleſiaſtico de ordine judicis Eccleſiaſtici; ſecùs ſi laicus effractor carceris Eccleſiaſtici ſit detentus & captus in carcere Eccleſiaſtico ex ordine, & ad diſpoſitionem judicis ſæcularis, pro ut frequentiùs ſervatur in Cathalonia, quando carceratur laicus pro debito civili in executionem alicujus retroclami, vel per invocationem brachii ſæcularis, Fontanella *deciſ.* 310. *numer.* 27. *part.* 2. ſi carcerem Eccleſiaſticum frangit, vel ab illo aufugere tentat, delictum fractionis carceris Eccleſiaſtici, ac enixæ fugæ puniri debet per judicem ſæcularem, qui eum carceri mandavit, & idem ſi iſte carceratus, rixatus fuerit, vel aliàs deliquerit intra Carcerem mutuatum, ad tradita per Sanfelicium *deciſ.* 63. *numer.* 13. ubi in conſimili caſu refert per collaterale Conſilium Regni Neapolis deciſum, ſequitur Thoro *in ſuppl. verbo judex præſtans*, *fol.* 316. & probat Tondut. *de præven. judict. parte ſeconda*, *capit.* 46. *numer.* 11. *&* 12. latè Queſada Pilo *diſſert.* 25. *tota*, *præcipuè à numer.* 26. Danza *de pugna doctor. tit. de carcerato & carceribus*, *numer.* 14. *& ſeq.* Ita fuiſſe declaratum intellexi in Regio Criminali Cathaloniæ Conſilio in referente eruditiſſimo viro Nobili Pet. de Amigant. Sed in contrarium vide Carenam *de off. Sanctæ Inquiſit. part.* 2. *tit.* 17. *numer.* 78. Fermoſin. *alleg.* 54. *numer.* 11. *&* 12. Capiblanc *de Baronib. prag.* 8. §. 1. *numer.* 225. Tondut. *de præven. jud. p.* 2. *cap.* 46. *num.* 13. *&* 14. Sed ſi Clericus detinetur in Carcere ſæculari juſſu ſui prælati, & Carcerem ſæcularem frangat, ab eoque aufugiat, non poteſt puniri per judicem ſæcularem, ad tradita per Regen. Mattheu *de re crim. controv.* 21. *per totum*.

20 Infertur 7. quod laicus contumeliis afficiens, aut percutiens alium in actu judiciario coram judice Eccleſiaſtico, vel irreverenter loquatur, efficitur de foro Eccleſiaſtico, & de crimine à judice Eccleſiaſtico inquiri, & puniri poteſt, latiſſimè probat pluribus citatis Jul. Chartar. *dec.* 75. *tota* addo Sanfelic. *deciſ.* 63. *n.* 7. Scialoyam *de foro compet. c.* 37. *n.* 52. *& c.* 41. *n.* 6. *in fine*

21 Infertur 8. quod laicus veniens contra immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam efficitur de foro Eccleſiaſtico, & conveniri poteſt coram judice Eccleſiaſtico, Martha *de juriſdict. par.* 2. *cap.* 44. Riccius *in praxi*, *reſol.* 393. *num.* 3. *&* 4. Squilante *de privil. cler. cap.* 6. *numer.* 66. Barboſa *in cap. delicto. num.* 7. *de ſenten. excomm. in* 6. Ferrer. *part.* 3. *obſer. cap.* 235. *incipien. die* 7. *aut* 8. Fontanella *deciſ.* 395. *numer.* 6. *part.* 2. ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Eril, Conſultoribus Beſturs, Carreres, & Vinnes 2. Auguſti 1632. in favorem Fiſci Procuratoris Curiæ Eccleſiaſticæ Dertuzæ contra Fiſci Procuratorem Regiæ Curiæ, & Joannem Baptiſtam Cerdà Vicarium Regium Dertuzæ, ex quo dictus Vicarius Regius cum ſuis literis ad inſtantiam Procuratoris Abbatiſſæ, & monialium Monaſterii Sanctæ Claræ Civitatis Dertuzæ requiſivit Epiſcopum Dertuzen. Quatenus ad ulteriora non procederet in elevatione parietum dicti Monaſterii monialis Sanctæ Claræ, quas in actu viſitationis elevari juſſerat, quouſque per regium Conſilium declaratum fuerit, an in elevatione dictarum parietum vis fieret dictæ Abbatiſſæ & monialibus, quæ ea de cauſa adhibuerunt Regiam juriſdictionem dicti Vicarii, & de qua Fontanella *deciſ.* 316. *&* 317. *parte* 2.

22 Sed nota, quod cognitio refectionis injuriæ, & damnorum illatorum Eccleſiæ ratione delictorum in ea commiſſorum, propter quæ fuit illa polluta pertinet ad judicem Eccleſiaſticum. Sic fuit in Cathalonia deciſum per Rovirola Tertium, Conſultoribus Gallego, Dalmau, Aſtor, Fontanet, & Pineda 30. Aprilis 1597. in favorem Nobilis Caroli de Villademany & de Cruilles & aliorum, contra Operarios Eccleſiæ Sancti Felicis de Pallarols.

---

*ARGUMENTUM.*

**An laicus ratione evictionis promiſſæ Clerico poſſit conveniri coram judice Eccleſiaſtico. Et è contra an Clericus pro evictione poſſit conveniri coram judice ſæculari.**

*SUMMARIUM.*

1 *Laicus quando tenetur de evictione rei Clerico venditæ, & Clericus pro ea re convenitur coram*

*ram judice Eccleſiaſtico, & laudat laicum, ipſe laicus poteſt pro evictione conveniri coram judice Eccleſiaſtico, nec poteſt forum declinare, num. 1. & 2.*

3 *Clericus pro evictione poteſt conveniri coram judice ſæculari, & non poteſt forum declinare, n. 3. deciſiones Cancellarii, & Senatus Cathaloniæ, num. 4. idem in familiari Sancti officii, num. 5. & ſtudioſo, n. 6. & in Cive Neapolitano, & alio quocumque privilegiato, numer. 7. & quomodo aliqui hoc intelligant, & qualiter ſervetur in Cathalonia, num. 8. 9. 10. 11. & 12.*

13 *Sententia lata ratione evictionis contra Clericum per judicem Sæculare exequi non poteſt, niſi authoritate judicis Eccleſiaſtici.*

14 *Clericus vocatus ad judicium coram judice ſæculari, ut defenſor neceſſarius, poteſt opponere fori declinatoriam, & trahere authorem ad ſuum judicem Eccleſiaſticum, numer. 14. exemplum traditur num. 15.*

15 *Clericus citatus à judice ſæculari ad defenſionem Coloni, inquilini, vel commodatarii trahit cauſam ad ſuum forum Eccleſiaſticum, num. 15. ſi probat à ſe cauſam habere illum colonum, inquilinum, vel commodatarium, qui eum nominavit, numer. 16. intellige 1. ſi conſtat Clericum revera eſſe in poſſeſſione illius rei, ſuper qua litigatur, numer. 17. ſecus ſi non ſit in poſſeſſione, numer. 18. intellige 2. ut in num. 18.*

20 *Emphiteuta Eccleſiæ ſi conveniatur coram judice laico, an poſſit forum declinare.*

21 *Operarius à Clerico conductus, ſi coram judice ſæculari de turbatione, furto, vel damno dato accuſatur, an Clericus poſſit forum ſætulare declinare.*

## DECISIO CLXXVIII.

1 LAicus quando tenetur de evictione rei Clerico veuditæ, & Clericus pro ea re convenitur coram judice Eccleſiaſtico, & laudat laicum, ipſe laicus poteſt pro evictione conveniri coram judice Eccleſiaſtico, nec poteſt forum declinare, ſed cauſam defendere adſtringitur coram eodem judice Eccleſiaſtico, ita Molina de juſt. & jure, tom. 2. tract. 2. de contract. diſp. 380. nuer. 15. & 26. Amat. reſol. 86. numer. 69. Guzman de eviction. quæſt. 7. numer. 11. Carol. de Gras. de effect. cler. effectu 1. numer. 261. in fine. Carocciol. de foro privileg. quæſt. 19. nu. 19. Scialoya de foro compet. c. 15. num. 10. ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Benach. & Pugmija 18. Maji 1606. in favorem Michaelis Barata Presbyteri contra Arnaldum Aymar agricolam ratione evictionis prætenſæ ejuſdem domus, & refertur Ripoll. variar. capit. 1. numer. 326.

2 Quinimo etiam quando laicus tenetur de evictione rei venditæ alii laico, ſi laicus emptor pro ea re convenitur coram judice Eccleſiaſtico ratione clauſulæ renuntiationis proprii fori, & laudat laicum venditorem, ipſe laicus venditor nomine proprio, vel ut hæres alicujus laici, aut tertius poſſeſſor, vigore dictæ clauſulæ renuntiationis proprii fori poteſt conveniri coram judice Eccleſiaſtico, & cauſam defendere adſtringitur coram eodem judice Eccleſiaſtico, ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Copons, Conſultoribus Sabater, Guardiola, Ferran, & Regas 5. Septembris 1694. in favorem Franciſci Querol Hoſtalerii civitatis Tarraconæ contra Coſman Dominicum Ferrer. J. D. incolam Oppidi Biſulduni. Et per Cancellarium Sunyer, Conſultoribus Codina, Alegre, & Paſtor 11. Auguſti 1660. contra Nobilem Don Raymundum de Montargull, *Quam tradidi ſupra, deciſ. 167. numer. 7. in fine.*

3 Id quoque ex diverſo procedit, ſi Eccleſia vel Clericus nomine proprio, vel ut hæres alicujus laici ſive tertius poſſeſſor tenetur de evictione rei laico venditæ, & laicus emptor, aut ejus hæres, ſeu tertius poſſeſſor pro ea re convenitur coram judice ſæculari, & laudat Clericum, ipſe Clericus, vel Eccleſia pro evictione poteſt conveniri coram judice ſæculari, & cauſam coram eodem judice ſæculari defendere adſtringitur, nec poteſt ejus forum declinare, juxta generalitatem l. venditor, ff. de judic. & l. 1. C. ubi In rem actio. Quidquid dicant Urſil. ad Afflictis, deciſ. 382. numer. 8. Gramat. deciſ. 21. Capyc. deciſ. 197. Maranta de ord. jud. p. 4. diſt. 11. num. 78. & par. 6. membro 5. numer. 10. juncto verſic. Additio, Thoro in compen. deciſ. p. 1. verbo Clericus, fol. 64. Squilante de privil. cler. c. 7. numer. 80. Rodoer. ad Marinis, reſol. jur. lib. 1. c. 108. à numer. 33. Mangil. de evict. qu. 6. Hodierna ad Surd. deciſ. 110. numer. 11. Scialoya de foro compet. cap. 15. numer. 8. Martha de juriſd. part. 4. caſu 34. & caſu 35. numer. 21. Diana reſol. moral. p. 3. tract. 1. reſol. 22. & part. 4. tract. 1. reſol. 25. & in coordinat. p. 9. tract. 2. reſol. 76. & 77. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 7. dub. 11. ſect. 3. Fermoſin. in c. quod Clerici 9. quæſt. 7. & in cap. propoſuiſti 19. qu. 11. à numer. 3. & in capit. fin. quæſt. 16. de foro compet. Bondenus collect. legal. 4. numer. 105. & 106. Quia contra eos, & alios eſt verior ſententia in praxi recepta, ut pluribus rationibus, innumeris Doctoribus citatis, reprobatiſque contrariis, & ſolutis argumentis probant & docent Honded. conſ. 25. libr. 1. Covar. pract. capit. 8. numer. 3. Aufrer ad Capel. Tholoſanam deciſ. 360. Caballin. Milleloq. 983. & de eviction. §. 3. quæſt. 2. à numer. 119. Boer. deciſ. 69. à numer. 27. Gail. libr. 1. obſerv. 37. numer. 7. ubi Bernard. Grævæ conſid. 8. Minſing. cent. 1. obſerv. 22. & cent. 5. obſerv. 24. & cent. 6. obſerv. 33. Fachineus lib. 2. controverſ. jur. cap. 38. verſic. Illud etiam, Cævallos comm. cont. com. quæſt. 588. & q. 897. numer. 626. & de cognit. per viam violen. part. 2. quæſt. 25. numer. 24. 25. & 26. & quæſt. 40. & 45. Cenedo collect. ad decret. p. 1. collect. 37. numer. 6. Molina de juſt. & jure, tom. 2. tract. diſput. 380. numer. 15. & 16. Ambroſin deciſ. 8. numer. 1. 2. & 3. & de immun. Eccleſ. 20. à numer. 22. Carol. de Gras. de effect. cleric. effectui à numer. 26. Scaccia de judic. libr. 1. cap. 11. numer. 98. Caldas Pereyra de emptione & vend. capit. 11. à numer. 82. ad 99. Amat. reſ. 86. numer. 68. Riccius collect. 2419. verſic. Author laudatus, & verſic. contrarium, Portoles ad Molin. §. Clericus, numer. 53. Paz de tenuta, part. 1. cap. 63. numer. 20. Gomez tom. 2. var. cap. 2. numer. 39. verſic. Item adde quod talis venditor, ubi Ayllon Laynez numer. 40. verſic. Litem eſſe proſequendam, Pet. Barboſa in leg. venditor, 49. à num. 136. cum plurib. ſeq. ubi Cagnol. numer. 12. & 13. ff. de judic. Carleval. de judic. l. 1. diſp. 2. à num. 664. Azevedo, l. 15. numer. 2. tit. 4. leg. 5. recopil. Amendola ad Franchis, deciſ. 426. num. 6. Bolanus in cur. Pibilipp. 1. §. 5. num. 20. Borell. in ſumm. deciſ. pag. 1. tit. 7. à nu. 90. de Reg. Cathol. præſt. cap. 71. à num. 267. Eſcobar de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtud. General. cap. 53. num. 2. Cyriacus controv. 389. numer. 10. & 11. Anſald. de juriſdict. part. 2. tit. unic. cap. 11. ad numer. 5. Tuſch. pract. concluſ. litera I. concluſ. 452. numer. 30. Reg. Vico ad prag. Reg. Sard. tom. 1. tit. 7. capit. 15. §. 11. Cancer part. 1. var. cap. 14. numer. 99. & in verſic. Ex quo infero, in fine & part. 2. cap. 13. num. 75. & pag. 3. cap. 15. à numer. 130. verſic. Circa prædicta. ſignanter num. 137. Caſtr. Palaus in oper. moral. pars. 7. diſp. 5. §. 3. numer. 12. & 13. Bobadilla in polit. libr. 2. capit. 18. numer. 269. Guzman de evict. quæſt. 7. à numer. 1. præcipue à numer. 10. Larra de vita homin. capit. 21. à numer. 62. Hermoſila ad Gregor. Lopez, tom. 2. fol. 175. numer. 17. & 18. Gabriel Pereyra de man. Regia pag. 2. cap. 32. à numer. 3. ad 9. Auguſtin. Barboſa in capit. fin. numer. 16. & in addit. tom. 6. numer. 25. de empt. & de jure Eccleſ. univ. libr. 1. cap. 38. §. 2. numer. 106. in fine, & à numer. 105. & in leg. 1. numer. 106. Cod. ubi in rem actio. Vela differt. 40. à numer. 76. tom. 6. Tondutus de præven. judic. part. 1. capit. 20. numer. 18. 19. & 20. Caracciol. de foro privileg. quæſt. 16. numer. 18. & quæſt. 19. Baronius de citat. tom. 1. quæſt. 25. à numer. 5. & in addit. tom. 3.

ad

*ad quæſt.* 25. *poſt. numer.* 1. Ciarlin. *controv. forenſ. leg.* 1. *cap.* 17. *num.* 32. *&* 33. *& l.* 3. *cap.* 71. *num.* 22. Ego *deciſ.* 30. *num.* 149. *&* 150. *pag.* 1. Sic fuit † in Cathalonia deciſum per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Carreres & Garau 18. Martii 1631. & in qua fuit capta reſolutio, ut liceret judici ſæculari hanc controverſiam cognoſcere contra clericum citatum pro evictione ad inſtantiam emptoris potentis illum condemnari in cauſa adverſi calculi & ſuccumbentiæ. Et deinde magis novè per Cancellarium Eril, Conſultoribus Rubi de Matrimon. Pons & Terell 4. Junii 1637. in favorem Nobilis Mariæ de Lanuza & Rocaberti contra Protectores anniverſariorum ſedis Gerundæ ratione evictionis, ad quam dicti Protectores tenebantur, uti poſſeſſores aliquorum bonorum Hieronymæ Ferrer, & ejus ratione condemnatos in Curia Regia & ſæculari Gerundæ, refert, etſi non tam extensè hanc ultimam Fontanel. *dec.* 202. *numer.* 12. *parte prima*, & ex eo Xammar. *de fin.* 139. *numer.* 18. Et modernè per Cancellarium Pons 18. Februarii 1672. in favorem Nobilis Raymundi de Copons contra Venerabilem Fratrem Don Michaelem de Torrelles & Semmanar Priorem Cathaloniæ Ordinis & Militiæ Sancti Joannis Hieroſolymitanen. Et per noſtrum Senatum, cum ad inſtantiam emptoris per alium res vindicatione pullari citatum fuiſſet pro evictione Monaſterium ſancti Patris Auguſtini civitatis Barcinonæ, facta principali condemnatione contra emptorem laicum, fuit etiam facta in emptoris favorem pro evictione contra dictum Monaſterium condemnando eum ad omne id, totum, & quantum &c. Referente Sabater 7. Octobris 1592. inter Antonium Sans, & Annam Porta, & dictum monaſterium, refert Fontanella *deciſ.* 202. *num.* 13. *part.* 1. Similis ad meam relationem 5. Aprilis 1658. in favorem Egregiæ Domnæ Mariæ de Pax & Blanes Comitiſſæ de Cavalla actricis, contra Nobilem Eliſabethem de Calba viduam Nobilis Bernardi de Calba ream conventam, & Venerabilem Fratrem Don Michaelem de Torrelles & de Semmanar Priorem Cathaloniæ Ordinis & Militiæ ſancti Joannis Hieroſolymitanen. pro evictione citatum. Similis ad meam relationem 4. Maji 1658. in favorem Nobilis Magdalenæ Fabregues & Torres actricis contra Juratores & Univerſitatem loci, & termini ſancti Martini de Torrelles reos conventos, & dictum Venerabilem Fratrem Don Michaelem de Torrelles & Semmanar Priorem Cathaloniæ pro indemnitate citatum. Et mille aliis.

5 Pariter familiaris ſancti Officii per judicem ſæcularem ad inſtantiam emptoris laici pro evictione citatus ſubire tenetur judicium judicis ſæcularis, nec poteſt ejus forum declinare, Guzman *de evictin. q.* 10. *numer.* 62. ad quem ſe refert Baronius *de citat. quæſt.* 25. *numer.* 11. quos citavi *deciſ.* 30. *numer.* 148. *part.* 1.

9 Similiter ſcholaris per judicem ſæcularem pro evictione citatus judicium judicis ſæcularis ſubire tenetur, nec poteſt ejus forum declinare, notat Petrus Barboſa *in libr. venditor.* 49. *numer.* 160. *ff. de judic.* Eſcobar *de Pontif. & Regia juriſdic. in ſtud. general. c.* 55. *n.* 1.

7 Et generaliter Neapolitanus, & quicumque quantumvis privilegiatus pro evictione citatus judicium judicis citantis ſubire tenetur, nec ejus forum declinare poteſt, Paz *de tenuta*, *parte* 2. *capit.* 65. *numer.* 20. *verſic. Id quod*, Carleval cum multis *de judic. libr.* 1. *diſp.* 2. *numer.* 662. *&* 663. & de cive Panormitano, Amat. *reſol.* 86. *numer.* 77. Baronius *de citat. quæſt.* 25. *numer.* 22. *verſic. Sed an civis*.

8 Sed redeundo ad deciſiones Cancellarii Cathaloniæ, & noſtri Senatus, *relatas numero quarto*, Adverte, quod licèt plures dicant, quod Eccleſia, vel Clericus ad inſtantiam emptoris laici poteſt pro evictione citari coram judice ſæculari, & non poteſt ejus forum declinare. Idque intelligant quando Eccleſia, vel Clericus tantùm citatur ad defendendum laicum emptorem, non autem ut poſſit à judice ſeculari condemnari, vel abſolvi, Fontanella *deciſ.* 202. *numer.* 15. 17. *&* 18. *parte prima*, Xammar. *de fin.* 139. *numer.* 19. Cancer *parte tertia variar. capit.* 16. *numer.* 138. *verſic. Pro iſta*, Hodierna ad Surdum, *deciſ.* 110. *numer.* 10. *verſic. Minus etiam*, *& numer.* 15. 16. *&* 17. Faber *in Cod. libr.* 3. *titul.* 22. *de ordin. judic. de fin.* 39. Et ſic * concludant, quod ſi Eccleſia, vel Clericus ad inſtantiam emptoris conveniatur, & condemnetur, tunc remittendus eſt, & remitti debet ad judicem Eccleſiaſticum, ut tradunt Cagnol. *in lege venditor*, *numer.* 22. *&* 23. ubi Petrus Barboſa *numer.* 192. *ff. de judic.* Surdus *conſil.* 396. *à numer.* 35. *libr.* 2. Caballin *de evict.* §. 3. *numer.* 130. Ambroſinus *de immun. Eccleſ. capit.* 20. *numer.* 33. Fachineus *controv. jur. libro ſecundo, capit.* 38. *verſic. Reſpondeo*, *ibi: Ipſe quidem Clericus*, Carolus de Graſſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *numer.* 269. 270. *&* 271. Auguſt. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. libro primo*, *capit.* 39. §. 2. *numer.* 118. *in fine*, Guzman *de evict. quæſt.* 7. *numer.* 24. Scialoya *de foro compet. capit.* 15. *numer.* 9. Anſaldus *de juriſdic. part.* 3. *titul. unico capit.* 11. *numer.* 16. Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſdict. in ſtud. general. capit.* 53. *numer.* 1. *princ. & numer.* 6. Ciarlinus *controv. forenſ. libr.* 1. *capit.* 17. *numer.* 130. cum aliis per Carleval. *de jud. libro primo*, *diſput.* 2. *numer.* 168. *verſic. Secunda actio eſt*, *& numer.* 268. *&* 269. qui *numer.* 268. idem dicit in Neapolitano, & alio privilegiato fori privilegio, & citat Novarium *de electione fori ſect.* 2. *ſect.* 35. *numer. quinto*; addo eundem Novarium *in pag.* 2. *collect.* 3. *numer.* 7. *de immun. Neapol.* Hodierna, ad Surdum *dec.* 110. *num.* 14. 15. *&* 16. Hoc procedit, & intelligendum eſt, quando 10 finita cauſa coram judice ſæculari contra laicum emptorem, ipſe vult novam cauſam inſtituere contra Clericum ſuper evictione coram eodem judice ſæculari, petendo, eum condemnari ad omne id quidquid, & quantum; nam tunc cùm hæc cauſa ſit nova & dirigatur contra perſonam Clerici, non poteſt laicus emptor illum convenire ſuper evictione coram judice ſeculari, neque Judex ſæcularis eum condemnare ad ſolvendum omne id quidquid, & quantum, ſed in iſto caſu Clericus eſt remittendus ad judicem Eccleſiaſticum, & in his terminis loquuntur Petrus Barboſa, & ab eo citati *in lege venditor.* 49. *nnmer.* 192. *ff. de judic.* Pereyra *de man. Reg. parte ſecunda*, *capitulo* 32. *numer.* 18. *& in verſicol. Verum*, Cyriacus *controverſ.* 383. *à numero* 12. *ſignanter numer.* 17. *verſic. Et eo magis*, Ripoll. in caſu contrario videndus *var. capitulo primo*, *num.* 326. *verſic. Quod procedere*, *& numer.* 327. Secus verò ſi pendente cauſa coram judice ſæculari contra laicum reum ipſe petit citari Clericum pro evictione, eumque condemnari in caſu adverſi calculi, & ſuccumbentiæ ad omne id quidquid & quantum, &c. quo caſu Clericus pro evictione citatus ad inſtantiam rei laici coram judice ſæculari, poteſt per eundem judicem ſæcularem condemnari, vel abſolvi ſecundùm merita proceſſus, Pereyra *de man. Regia*, *parte ſecunda*, *capit.* 32. *num.* 18. *verſic. Hæc autem opinio*, *ibi: Si autem cauſa*, Tondut. *de præven. judic. parte ſecunda*, *cap.* 12. *numer.* 35. & Fontanellam loco citato *numer.* 8. impugnat Vela *diſſer.* 40. *à numer.* 76. *ſignanter num.* 81. *in fine tom.* 2. & juxta hanc ſecundam partem diſtinctionis, fuit judicatum per Cancellarium Cathaloniæ, & obſervatum in noſtro Senatu in exemplaribus relatis, *num.* 4.

Unde quamvis Regius Senator Hieronymus Senjuſt, in quadam cauſa obſervaverit, & Clericum, qui 11 ratione evictionis citatus coram eo comparuerat, & cauſam uſque ad ſententiam deffinitivam proſequutus fuerat, ad Eccleſiaſticum judicem remiſerit, etiam Clerico fortè remiſſionem non petente, ut refert Cancer *parte tertia variar. capit.* 16. *numer.* 128. & ex eo Xammar. *de fin.* 139. *numer.* 17. hoc non obſtante obſervatur contrarium in Cathalonia, ut habetur in deciſionibus Cancellarii, & exemplaribus

noſtri

noſtri Senatus traditis, *num.* 4. eiſque ſtandum eſt, Glorit. *conſil.* 10. *num.* 16. Fontanella *deciſ.* 202. *nu.* 16. *part.* 1.

12 Et quamvis die 14. Auguſti 1567. referente Ferrer in cauſa inter Sberr, & la Flioli, in qua laicus erat venditor, unus Clericus cum aliis laicis erat ſingularis poſſeſſor bonorum venditoris, in quos bona venditoris fuerant alienata & convento Clerico cum reliquis laicis in eodem judicio pro evictione, fuerunt hujuſmodi partes remiſſæ quoad Clericum ad judicium competens illius, tradit Fontanella *deciſ.* 202. *numer.* 14. *parte prima* Ex prædictis confunditur, & ſic contrarium, quod Clericus pro evictione poſſit conveniri coram judice ſæculari, & condemnari juxta merita proceſſus, etiam quod venditor eſſet laicus, & ipſe Clericus unà cum aliis laicis bona venditoris poſſideret, fuit declaratum in noſtro Senatu in favorem Onofrii Bonet Civis Honorati Barcinonæ contra Sororem Mariam Moleta Correctricem, & Conventum Monialium Minimarum Civitatis Barcinonæ, proviſione facta 29. Octobris 1661. per Nobilem Raphaelem Viloſa Regium Senatorem poſtea regentem in S.S.R. Coronæ Aragonum Conſilio. Quæ in gradu ſupplicationis fuit confirmata 31. Januarii 1662. ad relationem Nobilis Joſephi Rull. Regii Conſiliarii, nunc Regentis in S. S. R. Coronæ Aragonum Conſilio Scriba Vila.

13 Benè tamen verum eſt, quod ſententia lata ratione evictionis contra Clericum per judicem ſæcularem exequi non poteſt, niſi authoritate judicis Eccleſiaſtici, Tondutus *de prævent. judic. p.* 2. *c.* 12. *à num.* 33. Pereyra *de man. Regia. p.* 2. *capit.* 38. *numer.* 18. *verſic. Quare verius*, Ego *deciſ.* 30. *num.* 151. ex traditis per Doctores, quos citat Guzman *de evict, quæſt.* 7. *num.* 42.

14 Unum tamen ſciendum eſt, quod quando Eccleſia, vel Clericus vocatur ad judicium coram judice ſæculari, ut defenſor neceſſarius & procurator in rem ſuam principaliter pro ſuo intereſſe, tunc poteſt ex propria perſona opponere fori declinatoriam, & trahere actorem ad ſuum judicem Eccleſiaſticum, Ambroſinus *de immun. Eccleſ. capit.* 20. *num.* 27. *&* *deciſ.* 8. *numer.* 11. Petrus Barboſa *in leg. venditor* 49. *numer.* 144. *ff. de judic.* Caracciol. *de foro privilegiat. quæſt.* 19. *numer.* 11. Mangil. *de evict. quæſt.* 6. *numer.* 11. Bellet. *diſq. Cleric. parte prima, tit. de favore Cler. reali*, §. 3. *numer.* 13. Ciarlin. *controv. forenſ. leg.* 2. *capit.* 271. *numer.* 23. *&* 24. Cyriacus *controver.* 383. *à numer.* 12. Tondutus *de præven. judic. part.* 2. *capit.* 12. *numer.* 37. 38. *&* 39. Veluti, quando † Eccleſia,
15 vel Clericus citatur ad inſtantiam emptoris coram judice ſæculari ad defenſionem coloni, inquilini, vel commodatarii, qui nullum habet jus in re, nec civiliter, nec naturaliter poſſidet, tunc Eccleſia, vel Clericus, qui verè eſt dominus rei petitæ, trahit cauſam ad ſuum forum Eccleſiaſticum, *ad text. in leg.* 2. *Cod. ubi in rem actio, capit. quoniam frequenter*, §. *in aliis;* ubi Abbas *numer.* 28. Butr. *numer.* 19. Socin. *numer.* 127. *ut lite pendente*, Honded. *conſ.* 25. *numer.* 16. *libr.* 1. Aufrer ad Capel. Tholoſan. *deciſ.* 360. *verſic. Secus ubi laicus*, Capyc. *deciſ.* 197. *numero ſecundo, verſic. Niſi eſſet colonis*, Gramat, *deciſ.* 21. *numer.* 3. *& deciſ.* 61. *numer.* 6. Covar. *pract. capit.* 8. *numero tertio, verſic. Nam hiſce verbis*, Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effectu primo, numer.* 266. *&* 268. Ambroſin. *deciſ.* 8. *numer.* 10. *& de immunit. Eccleſ. cap.* 20. *num.* 28. Caballin. *de evict.* §. 3. *numer.* 121. Minſinger. *cent.* 2. *obſerv.* 58. *à numer.* 21. *& cent.* 5. *obſerv.* 14. *numer.* 2. *&* 3. *& cent.* 6. *obſerv.* 33. *numer.* 2. Surd. *conſ.* 396. *num.* 35. 36. *&* 37. Caldas Pereyra *de empt. & vend. capit.* 31. *numer.* 84. Amat. *reſol.* 86. *numer.* 72. Anſald. *de juriſd. parte tertia, titul. unico, capit.* 11. *numer.* 10. Guſman. *de evict. quæſt.* 7. *numer.* 19. Martha *de jurſd. parte quarta, caſu* 112. *numer.* 10. Theſaur. *deciſ.* 22. *numer.* 7. *verſic. Sexto fallit*, Ciarlin. *controv. forenſ. libr.* 1. *capit.* 17. *numer.* 38. 39. *&* 40. *& libr.* 2. *capit.* 171. *num.* 33. *verſic. Et quibus, & numer.* 34. 35. *&* 36. Mangil. *de evict. qu.* 6. *numer.* 28. 29. *&* 30. Bellet. *diſq. Cler. parte prima, titul. de favore Cler. reali*, §. 3. *numer.* 16. Tondut. *de prævent. judic. part.* 2. *capit.* 12. *numer.* 40. *&* 41. Sperell. *deciſ.* 4. *numer.* 1. 2. 3. *&* 4. *libr.* 1. Petrus Barboſa *in leg. venditor.* 49. *numer.* 126. 127. *&* 128. *ff. de jud.* Gabriel. Pereyra *de man. Reg. parte ſecunda, capit.* 32. *numer.* 3. *verſic. Quæ idem, ibi: Nam illa doctrina*, 8. *numer.* 6. Auguſt. *de jure Eccleſ. univ. libro primo, cap.* 39. §. 2. *numer.* 119. *verſic. Unde quoties*, Caracciol. *de foro privileg. quæſt.* 19. *numer.* 7. 8. *&* 18. Cancer *parte ſecunda var. capit.* 13. *numer.* 75. Fontanella *deciſ.* 202. *num.* 21. *part.* 1. Ego *deciſ.* 30. *num.* 157. *p.* 1. Bondenus *collect. legal.* 4. *n.* 107.

Sed ad hoc ut Eccleſia, vel Clericus vocatus in ju- 16
dicio coram judice ſæculari à colono, inquilino, vel commodatario poſſit forum declinare, probare debet à ſe cauſam habere illum colonum, inquilinum, vel commodatarium, qui eum nominavit, & tunc cauſa remittenda eſt ad judicem Eccleſiaſticum. Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effectu* 1. *numer.* 273. Guſman. *de evict. quæſt.* 7. *num.* 22. *verſ. Tamen*, Caraciol. *de foro privil. quæſt.* 19. *numer.* 12. Eſcobar. *de Pontif. et Reg. juriſdict. in ſtud. gener. capit.* 53. *numer.* 4.

Intellige primò tradita *numer.* 14. 15. *et* 16. ſi con- 17
ſtat Eccleſiam, vel Clericum revera eſſe in poſſeſſione illius rei, ſuper qua litigatur, quo caſu cauſa remittenda eſt ad judicem Eccleſiaſticum, Petrus Barboſa *in l. venditor.* 49. *numer.* 128. *ff. de judic.* Mangil. *de evict. quæſt.* 6. *numer* 28. *et* 29. Bellet. *diſq. Cler. part.* 1. *tit. de favore Cler. Reali* 5. 1. *numer.* 3. *et* 4. Anſaldus *de juriſdict. part.* 3. *titul. unico cap.* 11. *numero* 11. Ciarlin. *controv. forenſ. libr.* 2. *capit.* 171. *numer.* 25. *et* 53. qui *à numer.* 37. probat, id procedere, ſive agatur de rebus mobilibus, *et num.* 47. dicit id admittendum eſſe, tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio, & citat Sperell. *deciſ.* 24. *numero* 23. 25. 27. *et* 28. *lib.* 1. Sic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Caſſador, Conſultoribus Ros, & Vilana 28. Junii 1668. in favorem Antici Guinart Presbyteri obtinentis beneficium ſub invocatione Sanctorum Juliani, & Baſilicæ fundatum in Eccleſia Gerunden. contra Nobilem Eliſabethem de Requeſens, & Montajans viduam relictam Honorati de Montajans ratione duarum partium decimæ in Parochia de Padrunjano à poſſeſſoribus terrarum, & poſſeſſoribus terrarum, & poſſeſſionum dictæ Parochiæ per dictum Guinart, ut Beneficiatum dicti beneficii Sanctorum Juliani, & Baſilicæ, & ſuos prædeceſſores percipi ſolitæ, ad quarum reſtitutionem Margarita Caſadavall vidua dictæ Parochiæ de Padrunjano inſtante dicta Nobili Eliſabethe de Requeſens fuit conventa coram judice ſæculari, & cùm per dictam Caſadavall eſſet nominatus in judicio dictus Anticus Guinart, ut obtinens dictum beneficium tanquam dominus dictæ decimæ ab ea petitæ, contra quem dixit debere procedere. Fuit declaratum firmæ juris factæ in Curia Eccleſiaſtica Gerundæ per dictum Anticum Guinart Presbyterum obtinentem præfatum beneficium Sanctorum Juliani, & Baſilicæ in Sede Gerundæ inſtitutum per dictam Magaritam Caſadavall nominatum Dominum in judicio locum fore, & eſſe, & cognitionem dictæ cauſæ contra dictam Margaritam Caſadavall introductæ coram judice ordinario Bajuliæ Regiæ de Padrunjano ad dictam Curiam Eccleſiaſticam Gerundæ pertinere, & ſpectare, & in ea tractandam eſſe. Et per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Ferrer, Magarola, & Rubi, Coll. 22. Marrii 1611. in favorem Prioris, & Conventus Sancti Hieronymi Vallis de Bethlehem aliàs de la Murtra.

Secus autem ſi Eccleſia, vel Clericus non eſt in 18
poſſeſſione, quo caſu cauſa non remittitur ad judicem Eccleſiaſticum, ſed tractanda, & terminanda eſt coram judice ſæculari, ita fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Manegat, Conſultoribus Sala, Planes, Amell, & Oliba 24. Julii 1586. in favorem Joannis de Agullana Domicelli contra Capitulum Eccleſiæ Gerundæ, & per eumdem Cancellarium Manegat, Conſultoribus Sala, Planes, Tamarit, & Oliba 27. Auguſti 1576. in

facto

facto juris firmæ factæ in Curia Eccleſiaſtica Gerundæ per Joannem Salvanera Presbyterum, Rectorem Eccleſiæ Parochialis de Maya uti dominum nominatum per Raphaelem Comes, & alios dictæ Parochiæ in judicio, & cauſa in curia Subvicarii Villæ Biſuldini inter eos, & tutores, & curatores filiorum Petri Joannis de Millars primum ducta, & poſtea ad Regiam Audientiam evocata, procedimentis quibuſdam contra illos in eadem Curia ſæculari ad inſtantiam dictorum tutorum, & curatorem factis ob decimas fructuum, qui per illos fuerunt in dicta Parochia percepti, quos ita perceptos ex terris novalium, & ad culturam de novo redactis idem Salvanera dicto nomine ad ſe pertinere prætendebat, & in poſſeſſione, ſeu quaſi percipiendi eas eſſe aſſerebat: fuit declaratum in favorem Curiæ ſæcularis. Idque ex eo, quia iſte Rector non fuit habitus pro neceſſario, ſed pro voluntario, cùm Raphael Comes non eſſet procurator, neque conductor, neque aliàs poſſideret terras nomine Rectoris, & ſic nominatio ipſius Rectoris in judicio per dictum Raphaelem Comes facta de jure non eximit Rectorem à judicio ſæculari, meminit Ripoll. *variar. capit.* 1. *numer.* 202. Et per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Carreras, Mir, & Pexo 20. Septembris 1629. in favorem Univerſitatis Villæ de Angles contra Fratrem Hieronymum Blaſco Monachum, & Præpoſitum Monaſterii Sancti Petri de Gallicantus Ordinis Divi Benedicti Civitatis Gerundæ, dominum directum nominatum in judicio per Joannem Roures agricolam vicinatus de Trulles Parochiæ Sancti Matthæi de Vilana cujuſdam petiæ terræ in dicta Parochia ſituatæ, & per dictum Roures poſſeſſæ, ex qua dicta Univerſitas prætendit ſibi deberi taſcham de omnibus expletis, & ad eam ſolvendum dictum Roures eſſe condemnandum per Bajulum dictæ Villæ de Angles, non obſtante dicta domini nominatione, quia non conſtat eum ad dictum judicium fuiſſe uti reum neceſſarium vocatum: fuit declaratum in favorem Curiæ ſæcularis.

19 Intellige 2. Niſi is qui à principio conveniebatur, fateretur ſe poſſidere, & poſtea nominaret Eccleſiam vel clericum in dominum, nam tunc nominatione non obſtante condemnari poterit per judicem ſæcularem ad reſtitutionem rei petitæ unà cum expenſis, reſervatis juribus ipſius Eccleſiæ, vel Clerici nominati, Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu. primo, num.* 274. Guzman. *de evict. quæſt.* 7. *numero* 23.

20 An autem emphiteuta Eccleſiæ ſi ratione utilis domini ad ſe ſpectantis conveniatur ratione dominii directi, & ſic reſpectu juris pęnès alium exiſtentis, nominetque Eccleſiam, vel Clericum declinare forum, videndi ſunt Gamma *deciſion.* 332. Patr. Barboſa *in l. venditor,* 49. *à numer.* 129. *ff. de judic.* Sperell. *deciſ.* 24. *numer.* 14. *lib.* 1. *& capit.* 121. *numer.* 20. *lib.* 2. Pereyra *de man. reg. part.* 2. *capit.* 28. *numer.* 2. *& capit.* 32. *numer.* 7. *&* 8. ubi etiam de uſufructuario & alio ſimili poſſeſſore, Amat. *reſolut.* 86. *num.* 73. *&* 74. Auguſt. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *capit.* 39. §. 1. *numer.* 119. Anſald. *de juriſdict. part.* 3. *tit. unico cap.* 11. *numer.* 21. Tondut. *de præven. judic. parte* 2. *capit.* 12. *numer.* 42. Cancer *parte prima var. capit.* 14. *numer.* 99. *verſic. Idem, & verſic. ex quo infrà, & part.* 2. *capit.* 13. *numer.* 74. Latiſſimè videndus Ciarlin. *controvor. forenſ. libr.* 1. *cap.* 17. *à numer.* 6. *verſic. cùm igitur, cum plurib. ſeq.*

Et an Operarius à Clerico conductus ſi coram judice ſæculari de turbativa, vel furto, vel damno dato accuſetur, & nominet clericum in authorem, poſſit Clericus declinare forum ſæculare, & cauſa remittenda ſit ad judicem Eccleſiaſticum, videndi ſunt Ambroſin. *dec.* 8. Sperell. *dec.* 24. *tota, lib.* 1.

### *ARGUMENTUM.*

**An Clericus citatus in Curia ſæculari ſi ſua putaverit intereſſe: vel opponens ſe in cauſa vertente in Curia ſæculari poſſit forum declinare.**

### *SUMMARIUM.*

1 *Clericus citatus à judice ſæculari ſi ſua putaverit intereſſe, an poſſit forum declinare, num.* 1. *diſtinguendi ſunt duo caſus numero* 2. *&* 3.

4 *Tertius comparens in cauſa pro ſuo intereſſe non poteſt ex propria perſona opponere exceptiones dilatorias, aut declinatorias.*

5 *Clericus comparens in cauſa vertente coram judice ſæculari non poteſt ex ſui perſona judicium mutare, nec declinatoriam opponere, n.* 5. *fallit. num.* 6.

7 *Clericus ſe opponens in judicio concurſus creditorum coram judice ſæculari, non attrahit ad ſuum forum Eccleſiaſticum ſed debet proſequi jus ſuum in judicio ſæculari.*

## DECISIO CLXXIX.

1 AD primam partem quæſtionis. An Clericus citatus in Curia ſæculari ſi ſua putaverit intereſſe, poſſit forum declinare? Quam remiſſivè tradidi *dec.* 9. *numer.* 80. *parte prima,* quibus addo Cævallos *de cog. per viam violent. part.* 2. *quæſt.* 72. *à numer.* 2. *ad* 6. Maſtrill. *deciſ.* 79. Giurbam *deciſ.* 1. *à numer.* 19. *ad* 22. Trentacinq. *libr.* 2. *variar. de judic. reſol.* 16. *numer.* 3. *&* 4. Carocciol. *de foro privileg. quæſt.* 24. *numero* 10. Anſald. *de juriſdict. par.* 3. *tit. unico, capite* 11. *numero* 13. Fermoſin. *capite* 10. *quæſt.* 4. *numero* 13. 14. *&* 15. *de conſtit.* Carocium *deciſ.* 19. *numeto* 70. Borell. *in ſumm. deciſ. parte prima* 1. *titul.* 44. *numer.* 508. Squilante *de privileg. cler. capite* 7. *numero* 75. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.* 1. *titul.* 7. *capite* 15. §. 50. Baronium *de citat. quæſt.* 74. *à numer.* 9. Guzman. *de evict. quæſt.* 7. *à numero* 43.

Diſtinguendi ſunt duo caſus.

2 Primus eſt, quando Clericus citatus in Curia ſæculari ſi ſua putaverit intereſſe, non eſt in poſſeſſione rei, de qua diſceptatur, ſed habet aliud intereſſe ratione hypothecæ, vel alterius juris; nam tunc non poteſt forum declinare, ex quo Clericus non poſſidens, pro intereſſe quod habet, ſemper debet eſſe, & eſt actor contra laicum, & per conſequens forum rei, & ſic ſæcularis ſequi tenetur, ſi vult jura ſua experiri contra laicum poſſeſſorem, Gramat. *deciſ.* 61. Tuſch. *pract. concluſ. litera C, concluſ.* 239. *numer.* 1. deciſum in conſiſtorio teſtatur Caſtillo *deciſ.* 2. *num.* 15. Rota Genuæ *deciſ.* 143. *numer.* 7. *&* 8. Giurba *deciſ.* 1. *numer.* 35. *&* 50. Tondut. *de præven. judic. part.* 2. *capite* 12. *numer.* 39. Salgado *in labyrint. cred. part.* 1. *capite* 4. *numero* 17. Baron. *de citat. quæſt.* 24. *numero* 25. *verſic. Aut non poſſidet,* Anſald. *de juriſdict. par.* 2. *tit. unico, capite* 11. *numer.* 15. *& capite* 12. *num.* 1. 2. *&* 3. Reprobatis contrariis Amat. *reſol.* 32. *num.* 7. *&* 8. tres deciſiones Cancellarii Cathaloniæ refert Ripoll. *var. cap.* 2. *numer.* 201. *&* 202. addo ſic deciſum per Cancellarium Caſſador, 19. Januarii 1558. in favorem Jacobi Coma agricolæ Parochiæ Sancti Juliani de Licano Diœceſis Barcinonæ contra Joannem Roure Presbyterum citatum ad Regiam Audientiam ad inſtantiam Eulaliæ Roure viduæ Joannis Roure quondam Furnerii Villæ Granullariorum Matris ſuæ, in cauſa, quæ in Regia Audientia vertebatur inter dictum Jacobum Coma ex una, & dictam Eulaliam Roure, uti tenentem & poſſidentem hæreditatem & bona dicti viri ſui partibus ex altera, pro prætenſo & intereſſe dicti Joannis Roure: fuit declaratum in favorem Curiæ ſæcularis. Et per eundem Cancellarium Caſſador 24. Novembris 1568. in favorem Joannis

annis Pijorell Mercatoris Villæ de Pons contra Bartholomæum Ereter Preſbyterum & Canonicum de Organna citatum ad inſtantiam dicti Pijorell in Regia Audientia ſi ſua putaverit intereſse. Et per Cancellarium Loris, Conſultoribus Balle, & Puig 18. Februarii 1581. in favorem Geraldi Coſtal & Gabrielis Coſtal Parochiæ de Flaſsà contra Raphaelem Ferruſola Priorem de Ruidaura ad illorum inſtantiam citatum ſi ſua putaverit intereſse in cauſa appellationis per dictos Coſtal interpoſitæ à ſententia contra ipſos & in favorem Joannis Foxa lata. Conducunt aliæ declarationes traditæ *dec.177.n.18.*

3 Secundus caſus eſt, ſi Clericus citatus in curia ſæculari ſi ſua putaverit intereſse, eſt in poſseſſione rei de qua diſceptatur, quo caſu cùm non actor voluntarius, ſed verè reus neceſsarius ſit poteſt forum judicis ſæculari declinare, & remitti debet ad ſuum judicem Eccleſiaſticum competentem, Paz *de tenuta, par. 2. cap. 63. numer. 2. verſic. Verum,* Carocius *deciſ. 19. numer. 75.* Capyc. *deciſ.8.* Gramm.*deciſ.61.numer.2.& 3.* Guzman *de evict.quæſt.7.num.44.* Ambroſin. *de immun. Eccleſ. capit. 20.numer.74.* Caſtillo *deciſ. 2. numero 89. 10. & 11. tom.1.* Franchis *deciſ.523.numer.15.& 16.& deciſ. 514.numer.3.* Martha *de juriſdict. part.4. caſu 37. numer. 16.* Giurba *deciſ. 1. numer. 50. in fine,* Cyriac. *controver. 383. numer. 8. & 11.* Anſald. *de juriſd. par. 3. tit. unico, cap. 13.numer. 9. & à num. 20.* Tondut. *de præven. jud. part. 2. cap. 12. numer. 38.* plures alios laudant Amat. *reſol. 32. numer. 4.* Baron. *de citat.q.24. & numer. 19. ad 26.* Salgado *in labyrint. credit. part. 1. cap. 6. numer. 18.* juxta declarationes Cancellarii Cathaloniæ traditas *ſupra, deciſ. 177.numer.17.* etiam ſi cum aliis laicis poſſideret, Caracc. *de for. privil. qu. 23. numer. 22. & 23.* Niſi Clericus lite pendente adeptus fuiſset poſseſſionem, Maſtril. *dec.239.numer.2.3. & 4.lib.3.* Anſald. *de juriſdict.part.3.tit.unico capit.12. à numer. 4.* & alii plures, quos citat Amat.*reſol.32.nu. 5.* quem ſequuntur Baron. & Salgado *hic citati*, idem Salgado *in labyr. credit. part. prima, capit. 7. numero 12.*

4 Ad ſecundam partem quæſtionis propoſitæ, An Clericus ſe opponens in cauſa vertente in curia ſæculari poſſit forum declinare? Reſp. quod tertius ſe opponens, ſeu comparens in cauſa pro ſuo intereſse non poteſt ex ſui perſona opponere exceptiones dilatorias, aut declinatorias, & conſequenter non poteſt forum declinare, nec cauſam trahere ad alium forum, ſed eam proſequi debet in judicio inchoato, quia habetur loco actoris, *l.venditor, ff. de judic.* Rota Genuæ *deciſ. 243. numer.7.* Cornazan.*deciſion.115.numero 8. & 9.* Surdus *deciſion. 147. numer. 3. in fine,* Quos, & alios citat Giurba *deciſ.1. numer. 355.* Riccius *collect. 2284. in princip.* Guzman *de evict. quæſt. 7. numer. 33.* Scaccia *de judic. libr. 1. capite 100. ſub numer. 13.* Sanfelicius *deciſion. 90. numer. 22.* Thoro *in ſuppl. deciſ. Verbo Tertius comparens in judicio penès acta, & Verbo Tertius in cauſa, fol.632.* Novarius *de elect. fori, ſect. 2. quæſt. 18.* Tondut. *de præven. judic. part. 2. capit. 12. numer. 12.* de jure noſtro *conſtit. 2. de tertii oppoſit.* Cancer *part. 2. var. capit. 16. numero 41.*

5 Quod procedit, etiam ſi ſit Clericus ſe opponens, ſeu comparens in cauſa vertente coram judice ſæculari, qui ex perſona, nec judicium mutare, nec fori declinatoriam opponere poteſt, *capit. ſuper eo, de off. delegati,* Anna *alleg. 76.* Grammat. *deciſion. 21.* Vivius *deciſ. 30.& deciſ. 387.* Riccius *collect. 2285. poſt princip.* Cancer *par. 2.var. capite 2. numer. 43.* Salgado *de regal. protect. part. 4. capite 14. à numer. 70. & de ſuppl. ad Sanctiſſim. part. 2. capite 13. ſub numer. 51. & in Labyr. Cred. part. 1. capite 6. numero 18. in fine,* Trentacinq. *libr. 2. variar. de judic. reſolut. 16. numero 1.* Franchis *deciſ. 545. numer. 10.* Thoro *in compend. deciſion. part. 3. ſect. 3. verbo Remiſſio cauſæ petita, fol. 113.* Alios plures addunt Giurba *deciſ. 1. ſub numer. 35. & deciſ. 62. numer. 2.* Fajardo *allegat. 53. numer. 561.* Amat. *reſolut. 94. numero 29.* Deciſum in Cathalonia per Cancellarium Sorribes 11. Aprilis 1553. teſtatur Ripoll. *variar. capite 1. numer. 199.* Adde ite declaratum per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Benach, Tornet, & Puigmija 21. Aprilis 1605. in favorem Hieronymi Babau contra Communitatem Presbyterorum Villæ franchæ Pœniten. *quam notavi deciſ. 9. numer. 80. in fine, part. 1.* Et per Cancellarium Sunyer, Conſultoribus Ruil, Triſtany, & Pinjana 16. Junii 1663. occaſione firmæ juris in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ per Fratrem Franciſcum de Riquer Militem Ordinis, & Militiæ Sancti Joannis Hieroſolymitanen. Commendatorem Comandæ Villæ de Termens procedimentis in Curia ſæculari Regiæ Audientiæ contra eum factis, occaſione cauſæ in eadem Regia Audientia vertentis inter Sindicum Civitatis Balagarii & Sindicum Univerſitatis Villæ de Termens, cui poſt ſententiam in ea latam in favorem dictæ Civitatis Balagarii & ſingularium ejuſdem ſuper poſſeſſione, ſeu quaſi ſervitutum paſcendi diu, noctuque herbas termini dictæ Villæ de Termens, in eoque pernoctandi, apletandi, & adæquandi, ligna ſcindendi, venandi & aucupandi, ſupplicatione oblata 1. Julii 1633. Sua ſponte ſe oppoſuerat Nobilis Ludovicus de Sabater ejus in dicta Commenda prædeceſſor ad effectum jure dominii & proprietatis impediendi dictæ Regiæ ſententiæ executionem, prout proviſione decreti executionis, quoad herbagia dicti Commendatoris, quæ habet in termino dictæ Villæ de Termens extitit declaratum, cujus cauſa ſupplicationis pendet in Regia Audientia ad quam continuandam fuit inter alios ad inſtantiam Syndici Civitatis Balagarii citatus dictus Frater Franciſcus Riquer: fuit declaratum firmæ juris in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ per dictum Fratrem Franciſcum Riquer Commendatorem dictæ Commandæ de Termens quoad paſcua & herbagia Univerſitatis dictæ Villæ de Termens locum non fuiſſe, nec eſſe.

Fallit ubi Clericus, ut reus neceſſarius in judicio compareret, Cancer *part. 2, variar. capit.16.numer. 44.* ubi ſe remittit ad ea quæ dixerat, *dicta part. 2. capit. 13. numer. 63. & 64. & in addit. numer. 75.* ut ſi Clericus ſe opponat tanquam poſseſsor rei, ſuper qua litigatur, nam ſi apparet de ejus poſſeſſione, poteſt forum judicis ſæcularis declinare, & petere ſe remitti ad judicem Eccleſiaſticum, Carol. de Gras. *de effect. cler. effectu, primo, numero 926.* ad quem ſe refert Amat. *reſol. 94. numer. 29. in fine.* Et ego me refero ad dicta *deciſ. 177. numer. 17. & 18. & in hac deciſione num. 3.* 6

Clericus ſe opponens in judicio concurſus creditorum coram judice ſæculari non trahit ad ſuum forum Eccleſiaſticum, ſed debet proſequi jus ſuum coram judice ſæculari, Paz *de tenuta part. 2. capit. 63. numer. 17. 18. & 19.* Latiſſimè multis citatis, & reprobatis contrariis Salgado *in labyrint. cred. part. 1. cap. 6. toto,* Ego *deciſion. 36. numer. 42. par. 1.* Ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Puigmari 30. Auguſti 1628. in favorem creditorum Joannis Martorell contra Paulum Segreta Presbyterum. 7

---

*A R G U M E N T U M.*

## Quis ſit judex competens ad compellendum Parochos, & Parochianos ad reparationem Eccleſiarum Parochialium.

*S U M M A R I U M.*

1 *Cathedralis Eccleſiæ reparatio, ampliatio, reædificatio, ſeu nova conſtructio cujus expenſis fieri debeat, n. 1. 2. & 3.*

4 *Eccleſiarum Parochialium reparatio fieri debet juxta conſuetudinem, n.4. vel juxta ſtatutum, n.5. vel juxta pactum, n. 6.*

*7 Eccle-*

7 Eccleſiarum Parochialium reparatio non extante conſuetudine, ſtatuto, vel pacto fieri debet ex quarta, vel alia portione redditIuum, ſeu fructuum Eccleſiarum, ſi ſunt ad fabricam ſpecialiter deſtinati.

8 Eccleſiarum Parochialium reparatio, ſi non extat conſuetudo, ſtatutum, vel pactum, neque Eccleſiæ Parochiales habeant redditus, ſeu fructus ſpecialiter ad fabricam deſtinatos, ſeu minus ſufficientes, ſpectat ad patronos, & ad omnes alios, qui fructus aliquos ex dictis Eccleſiis provenientes percipiunt, numer. 8. & ſic ad Rectores, & alios Clericos Beneficiatos, num. 9. 13. 14. & 15. Commendatores perpetuos, num. 10. penſionem habentes, numer. 11. nedum uſque ad quartam partem redditIuum, ſed etiam ultra, ſi quarta pars non ſufficit, num. 12. deductos ſcilicet prius neceſſario ad ſuſtentationem, num. 16.

17 Eccleſiarum Parochialium reparatio, ſi Rectoribus, commendatoribus perpètuis, penſionem habentibus, & Clericis beneficiatis nihil ſuperſit ex earum redditibus, vel quod ſuperſit, non ſufficiat ad illarum reparationem, ſpectat in ſubſidium ad Populum, & Parochianos, nu. 17. & Populi poſſunt expendere pecuniam publicam Univerſitatis, num. 18. & ea deficiente debet deveniri ad collectam inter Parochianos, num. 19. Amplia 1. etiam nulla extenta conſuetudine, numer. 20. Amplia 2. etiam ſi Parochiani ſint Nobiles, & exempti, num. 21. Amplia 3. ad terras tenentes, n. 22. Amplia 4. etiam ſi dicerent nole uti Eccleſiis Parochialibus, num. 23. Amplia 5. ut ad collectam teneantur per æs, & libram, num. 24. Amplia 6. ut teneantur cum operibus manualibus, & curribus, numer. 25. Limita 1. in Parochianis laicis conductoribus domuum, n. 26. Limita 2. ſi conſuetudo, quæ onus fabricæ tranſtulit in Populum orta fuit dum redditus Eccleſiarum erant tenues, & Populus exiguus, num. 27. Limita 3. in Eccleſiis non Parochialibus, puta hæremitoriis, num. 28.

28 Hæremitoria à quibus ſint reficienda.

29 Parochias duas habens in qua collectam ſolvere debeat.

30 Eccleſiarum parochialium ampliatio in caſu augmenti Populi cujus expenſis fieri debet.

31 Eccleſiarum Parochialium ædificatio, ſeu reædificatio cujus expenſis fieri debeat, numer. 31. 32. & 33.

34 Eccleſiarum Parochialium paramenta, ornamenta, calices, patenas, luminaria, & cætera neceſſaria, cujus expenſis fieri debeant.

35 Eccleſiarum Parochialium campanile, & campanæ cujus expenſis fieri debeant.

36 Domuum Parochialium, ſeu habitationum Parochorum reparatio reſtauratio ſeu nova ædificatio cujus expenſis fieri debeat.

37 Cœmeterii reparatio, ſeu reſtauratio ad quem ſpectet.

38 Lampas ante Sanctiſſimam Euchariſtiam cujus ſumptibus ardere debeat.

39 Prædicator, ſeu concionator, cujus ſumptibus ſit alendus.

40 Eccleſiæ reconciliatio cujus ſumptibus ſit facienda.

41 Eccleſiarum Parochialium indigentia reparationis debet ex depoſitionibus teſtium manifeſte apparere.

42 Judex competens ad compellendum Parochos, & Parochianos ad reparationem Eccleſiarum Parochialium quis ſit, diſtinguendi ſunt tres caſus, num. 42. Primus quando Parochi, & Beneficiati ſunt compellendi; nam tunc agendum eſt coram judice Eccleſiaſtico, num. 43. 44. & 45. Secundus quando Prælati, & Parochi ſunt exempti; nam tunc cognitio eſt mixta, & compelli poſſunt, vel per Pontificem, vel per Regem, n. 46. & 47. Tertius Caſus eſt, quando Parochiani laici compellendi ſunt. Tres ſunt opiniones, nu. 48. Prima, quod cognitio ſit mixta, nempe judicis Eccleſiaſtici, vel ſæcularis, num. 49. Secunda quod illa cognitio ſive compulſio pertinet ad Epiſcopum, num. 50. & hac obſervatur in Cathalonia, num. 51. 52. & 53. & quomodo Doctores contrarii ſint intelligendi, num. 54.

55 Opera quænam in Eccleſiis Parochialibus fieri debeant contributiones decernere, & ad illas ſolvendas cogere ſpectat ad Epiſcopum, nu. 55.

56 Vicarius Generalis cum ſpeciali mandato cogere poteſt Parochianos laicos ad reparationem Eccleſiarum Parochialium.

57 Epiſcopus quibus remediis poteſt cogere Parochianos laicos ad reparationem Eccleſiarum Parochialium, num. 57. idque quacumque appellatione non obſtante, num. 58. niſi in collectis imponendis exceſſerit, num. 59.

60 Parochiani ſi ſunt pauperes, nec poſſunt reficere Eccleſias Parochiales, quid faciendum ſit.

61 Citatio forenſium requiritur in imponendis collectis pro reparatione Eccleſiarum Parochialium.

## DECISIO CLXXX.

UT quæſtioni propoſitæ reſpondeam, Præmitto 1. quod Eccleſiæ Cathedrales, ſi reparatione, ampliatione, reædificatione, & conſtructione indigeant, recurrendum eſt ad conſuetudinem, quæ ſi onus reparationis, ampliationis, reædificationis, & conſtructionis tranſtulerit in populum, ſeu alios, illa ſervanda eſt, non extante autem conſuetudine, recurrendum eſt ad redditus, ſi pro fabrica ſint ſpecialiter deſtinati, qui impendi debent. Sed ſi Eccleſiæ Cathedrales non habeant redditus deſtinatos pro fabrica, tunc Archiepiſcopi, vel Epiſcopi tenentur impendere quartam partem fructuum, & redditIuum ſuarum menſarum, tam præſentium, & futurorum, quam præteritorum, etſi fuerint divites etiam ultra quartam partem compelli poſſunt. At ſi Archiepiſcopi, vel Epiſcopi non fuerint divites, & illa quarta pars non fuerit ſufficiens eo caſu Canonici pro fabrica neceſſaria (non tamen ad ornatum) contribuere tenentur, & compelli poſſunt ſupplere (deducto ne egeant) de præbendis, & de ſuperabundantibus redditibus ſuarum præbendarum, vel aliarum rerum capituli. Quod ſi Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Canonici ſimul non ſufficerent cæteri Beneficiati in Eccleſiis Cathedralibus juxta vires contribuere tenentur, quibus non ſufficientibus, alii inferiores Clerici Archiepiſcopatuum & Epiſcopatuum, per Archiepiſcopos, & Epiſcopos cum conſenſu majoris partis Capituli de ſuperabundantibus fructibus, deductis ſibi neceſſariis, ad contribuendum cogi poſſunt. Et denique in ſubſidium Populus contribuere tenetur. Ita latiſſimè tradunt Berous *conſ. 3. lib. 1.* Barbat. *conſ. 25. lib. 3.* Surd. *conſ. 62. numer. 24. & 25. lib. 1.* Citadin. *de jure patronat. par. 6. art. 5. num. 4. & 5.* Lambertin. *de jure patronat. lib. 3. quæſt. 2. art. 2. num. 3. & 4.* Aufrer. *ad Capel. Tholoſan. deciſ. 499.* Mantica *deciſ. 284.* Bellet. *diſq. Cler. part. 1. tit. de Clerico debitore, §. 13. à numer. 12.* Maynard. *deciſ. 41. libro 1.* Riccius *collect. 2350. verſic. Eccleſiam Cathedralem cum ſequent.* Valaſc. *conſult. 79. num. 7. & 12.* Suelves *conſ. 14. numer. 110. lib. 3.* Genuen. *pract. Eccleſ. quæſt. 249. à numer. 3. verſic. Hinc pro majori elucidatione cum ſeqq.* Urſellius *concluſ. 38. verbo Archiepiſcopus, à numer. 71. ad 76.* Borell. *in ſum. deciſ. part. 1. titul. 2. à num. 20.* Barboſa *in cap. 1. num. 5. de Eccleſ. ædif. & de jure Eccleſ. univ. lib. 2. cap. 4. à num. 12. ad 14. & de poteſt. Epiſcop. part. 3. alleg. 61. ſub num. 4. & 5. & in collectan. ad Concil. Trident. ſeſſ. 21. de refor. cap. 7. num. 5. verſic. Parochiales vero Eccleſias, & nu. 11.*

Rota deciſ. 627. apud Farinac. part. 1. recentior. Antonellus de temp. legali, lib. 1. cap. 70. Sperell. deciſ. 68. numer. 20. lib. 1. de quibus latiùs in ſequentibus à num. 4.

2 Unde Canonici, & cæteris Beneficiati, ut cogi poſſint ad contribendum ad reparationem, ampliationem, reædificationem, & conſtructionem Eccleſiarum Cathedralium, tria copulativè requiruntur. Primum, quod fabrica ſit neceſſaria, Secundum, quod ſit in ſubſidium. Tertium, quod coactio, & taxa fiat ab Archiepiſcopis, vel Epiſcopis cum conſenſu majoris partis Capituli, niſi omnes Canonici renuerint, nam tunc poſſunt Archiepiſcopi, vel Epiſcopi illos cogere, Ber. conſ. 3. numer. 24. in fine, & 25. lib. 1. Bellet. diſq. Cler. part. 1. titul. de Clerico debitore, §. 11. numer. 18. Genuen. in pract. Eccleſ. quæſt. 249. num. 3. verſic. In contrarium, Sperell. eſſe de mente prædictorum Scribentium teſtatur deciſ. 68. num. 20. verſic. Et ſic l. 1.

3 Et adeo Archiepiſcopi, & Epiſcopi tenentur impendere quartam partem fructuum, & reddituum ſuarum menſarum in fabricam Eccleſiæ Cathedralis, ut conſuetudo contraria tamquam ſacris canonibus inimica, can. quatuor, can. cognovimus 12. quæſt. 2. non ſit ſervanda, argumento capit. fin. de conſuetud. Mantica deciſ. 284. numer. 4. Genuen. in pact. Eccleſ. quæſt. 249. num. 3. verſic. Tertia concluſio. Niſi eſſent deputati, & deſtinati certi redditus à menſis Archiepiſcopalibus, & Epiſcopalibus pro fabrica Eccleſiarum Cathedralium, (quæ ut plurimum hodie habent, Aufrer. ad Capel. Tholoſan. deciſ. 499.) nam tunc non tenentur Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ex quo Eccleſiæ Cathedrales non recipiunt detrimentum, Mantica deciſ. 284. numer. 3. Genuen. in pract. Eccleſ. quæſt. 239. num. 3. verſic. Tertia concluſio, Urſellius concluſ. 138. verbo Archiepiſcopus, numer. 75. niſi extaret conſuetudo, quæ iſtud onus tranſtulerit in populum, nam tunc Archiepiſcopi, & Epiſcopi ad id non tenentur, ex prædicta ratione, quia Eccleſiæ Cathedrales in iſto caſu nullum in fabrica detrimentum paterentur, Mantica deciſ. 284. numer. 2. Aufrer. ad Capel. Tholoſan. 2. deciſ. 499. Valaſcus conſult. 79. numer. 7. Borrell. in ſum. deciſ. part. 1. titul. 2. numer. 24. quos citat Urſellius concluſ. 138. verbo Archiepiſcopus, num. 74. Genuen. in pract. Eccleſ. quæſt. 249. num. 3. verſic. Tertia concluſio, in fine, Antonellus de temp. legal. lib. 1. cap. 70. num. 7. qui numer. 8. dicit quod conſuetudo ex unico actu non inducitur, ſed requiruntur plures actus, & quod etiam requiritur, quod populus fuerit in tali caſu animo inducendi conſuetudinem, & citat Ripam reſpon. 26. num. 2. & ſeq. & latiùs ſtatim dicam, à num. 4.

4 Præmitto 2. Quoad reparationem Eccleſiarum Parochialium in primis recurrendum eſt ad conſuetudinem, quæ, ſi onus reparationis transferret in populum, ſeu alios, uti laudabilis, & Eccleſiis utilis ſervanda eſt, & ii qui ad hujuſmodi expenſam concurrere ſolent, compellendi ſunt, nemine excepto, argumento capit. Apoſtolicam, de ſimonia, ita Ber. conſ. 3. num. 1. & 2. lib. 1. Barbatia conſ. 25. num. 4. lib. 3. Lambertinus de jurepatronat. lib. 3. quæſt. 2. art. 2. numer. 2. 4. & 7. Aufrer. ad Capellan. Tholoſan. deciſ. 499. in princ. Ripa libro 3. reſpon. 22. Mantica deciſ. 284. num. 2. Genuen. in pract. Eccleſ. quæſt. 249. num. 3. verſic. Prima concluſio, & in prax. Archiep. Neapolit. cap. 109. num. 13. ex impreſſ. de anno 1609. Surd. conſ. 62. nu. 13. lib. 1. Valaſcus conſult. 179. num. 7. 8. & Fuſcus de viſitat. cap. 10. numer. 16. Ludovic. deciſ. 38. illat. 135. Martha de juriſdic. part. 2. capit. 48. num. 9. Bellet. diſq. Cler. part. 1. titul. de Clerico debit. §. 13. num. 2. 3. & 4. Sperell. deciſ. 67. numer. 3. lib. 1. Rota deciſ. 627. num. 1. apud Farinac. part. 1. recent. Salgado de Reg. protect. part. 3. cap. 5. n. 13. Barboſa de poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 64. ſub num. 4. & de jure Eccleſ. univ. lib. 2. cap. 4. num. 3. 4. & 9. & de offic. Parochi, cap. 13. num. 12. verſ. plures aſſertiones, & in c. 1. n. 3. de Eccleſ. ædif. Urſellius concluſ. 138. verbo Archiepiſcopus, numer. 76. Riccius collect. 2350. verſic. Limitatur primò, Borrell. in ſum. deciſ. part. 1. tit. 2. num. 23. Suelves conſ. 14. nu. 110. lib. 3. Thomat. dec. 5. nu. 7. tom. 1. Solorzano de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. c. 23. n. 9. & in polit. lib. 4. capite 23. verſic. Todo lo qual, fol. 691. Balmaſeda de collect. quæſt. 56. numero ottavo. Et quando dicatur conſtare de conſuetudine, vel non, Mantica deciſ. 284. à numer. 5. Thomat. deciſ. 67. à num. 13. tom. 1. latiſſimè Sperell. deciſ. 67. à numer. 19. ad 31. & à num. 39. lib. 1. ad quem ſe refert Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 2. cap. 2. num. 22. in fine, Bellus conſil. 144. num. 1.

Idemque dicendum eſt de lege, conſtitutione, 5
ſtatuto, vel privilegio, quod alii teneantur ad reparationem Eccleſiarum Parochialium, nam illud ſervandum eſt. Eo quia conſuetudo, lex, conſtitutio, ſtatutum, & privilegium æquiparantur, Abbas in cap. 1. num. 3. de Eccleſ. ædif. Bero conſ. 3. num. 3. & 4. lib. 1. Genuenſ. in pract. Eccleſ. quæſt. 239. numer. 3. verſ. Prima concluſio, ibi: Quod idem, Sperell. deciſ. 67. num. 2. lib. 1.

Et idem ſi pacto, vel contractu cum aliis actum 6
eſt, quod aliis teneantur ad reparationem Eccleſiarum Parochialium. Quia pactis, & contractibus ſtandum eſt, Valaſc. conſult. 179. num. 10. Suelves conſil. 14. num. 110. in fine, lib. 3.

Præmitto 3. Quod ſi non extat conſuetudo, lex, 7
conſtitutio, ſtatutum, privilegium, contractus, ſeu pactum, quod in alios tranferat onus reparationis Eccleſiarum Parochialium, recurrendum eſt ad quartam, ſeu aliam portionem reddituum, vel fructuum Eccleſiarum Parochialium, ſi ſunt ad fabricam ſpecialiter deſtinati, deputati, ſeu reſervati, canon. decernimus 10. quæſt. 1. can. unico, quæſt. 3. can. quatuor 13. Concil. Tridentin. ſeſſion. 21. de reformat. capit. 7. gloſſ. in cap. 1. ubi Hoſtienſ. numero 1. Anchar. numer. 2. Abbas numero 3. de Eccleſ. ædif. Bero conſil. 3. numero quinto, & 15. libr. 1. Aufrer. ad Capel. Tholoſan. deciſ. 499. poſt princ. Ripa reſponſ. 22. num. 3. lib. 3. Cittadin. de jure patron. part. 6. artic. 5. quæſt. 3. à numero 3. Lambertin. de jure patron. lib. 3. quæſt. 2. art. 2. ſub numer. 7. Azor. inſt. moral. part. 2. lib. 9. cap. 3. quæſt. 10. Valaſc. conſult. 179. numero 11. Surd. conſil. 62. num. 22. lib. 1. Fuſchus de viſitat. lib. 1. cap. 10. n. 15. & 16. Martha de juriſd. part. 2. cap. 48. n. 1. in fin. & n. 9. Mantica deciſ. 284. num. 3. Genuenſ. in pract. Eccleſ. quæſt. 249. num. 3. verſ. Tertia concluſio, ibi: Niſi eſſent, Maynard. deciſ. 3. Riccius in prax. reſol. 476. num. 3. & collect. 2350. verſ. Secundò limitatur, Bellet. diſq. Cler. part. 1. titul. de Clerico debitore, §. 13. numer. 11. Sperell. deciſ. 67. num. 1. lib. 1. Barboſa de poteſt. Epiſcop. part. 3. allegat. 64. numer. 1. juncto num. 4. & in cap. 1. num. 4. de Eccleſ. ædif. & de offic. Parochi, part. 1. cap. 13. num. 2. & de jur. Eccl. univ. lib. 2. cap. 3. num. 1. Urſell. concl. 138. verbo Archiepiſcopus, num. 75. Salgado de reg. protect. part. 3. cap. 5. num. 1. notat Thomat. deciſ. 5. num. 10. tom. 1. & ſenſit Solorzan. de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. capit. 23. num. 11. Bellus conſ. 144. num. 2.

Præmitto 4. quod ſi non extat conſuetudo, lex, 8
conſtitutio, ſtatutum, privilegium, vel pactum, quod in alias trasferat onus reparandi Eccleſias Parochiales, neque habeant Eccleſiæ Parochiales redditus, ſeu fructus ſpecialiter deſtinatos pro fabrica, ſeu minus ſufficientes, tunc ſi Eccleſiæ Parochiales ſunt jurispatronatus, tenentur patroni eas reparare quidquid de jure dicant Lambertin. de jure patronat. lib. 3. artic. 2. quæſt. 7. num. 6. & 7. Sperell. deciſ. 67. numer. 10. libro primo. Sic diſponit Concil. Tridentin. ſeſſion. 21. de reformat. capit. 7. Barboſa in capit. de his 4. de Eccleſ. ædif. Coſta de remed. ſubſid. remed. 106. illat. ſecunda, num. 1. Salgado de reg. protect. part. 3. capit. 5. numer. 14. Solorzano de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 23. num. 14. Balmaſed. de collect. quæſt. 56. num. 20. Quia percipiunt emolumentum à jurepatronatus, quòd in præſentatione conſiſtit, & habent honorantias primi loci in proceſſionibus, & ſeſſionibus, & percipiunt alimen-

ta ab ipſis Eccleſiis in neceſſitate, Bellet. diſq. cler. part. 1. titul. de Clerico debitore, §. 14. num. 10. Barboſa in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 21. de refor. cap. 7. num. 8. & de off. Parochi, part. 1. cap. 13. num. 8. Et etiam tenentur omnes alii, qui fructus aliquos ex dictis Eccleſiis provenientes percipiunt, ut ſtatuit Concil. Trident. ſeſſ. 21. de reform. cap. 7. Balmaſeda de collect. quæſt. 56. num. 6.

9 Et ſic Rectores, Curati, ſeu Parochi, & alii Clerici Beneficiati ad reparationem Eccleſiarum Parochialium (non de propriis patrimoniis) ſed pro rata reddituum Eccleſiarum contribuere tenentur, cap. 1. capit. de his 4. de Eccleſ. ædif. capit. fin. de his quæ fiunt à majori parte capitul. can. ſi monachus 15. quæſt. 1. Concil. Trident. ſeſſ. 21. de reform. capit. 7. Berojus conſ. 3. à numer. 12. lib. 1. Ripa reſpon. 22. numer. 3. Cœpela de ſervit. urb. prædior. capit. 59. num. 22. Aviles in capit. 23. prætor. gloſ. den. orden. numer. 11. Surd. conſ. 62. à num. 1. lib. 1. Pariſ. de reſig. benef. lib. 3. quæſt. 15. à num. 1. Valaſcus conſult. 179. à num. 12. ad 16. Capel. Tholoſana deciſion. 499. Zerola in prax. Epiſcop. verbo viſitatio, dub. 9. Azor. inſtitut. moral. par. 2. lib. 9. capit. tertio, quæſt. 10. Cenedo collectan. ad decretal. 153. num. 1. Riccius in praxi aurea, reſolut. 476. num. 1. & in prax. rer. fori Eccleſ. parte quarta, reſolut. 346. & collectan. 2350. verſic. Eccleſiam Cathedralem, Mantica deciſion. 484. numer. quarto, Bobadilla in polit. lib. ſecundo, capit. 18. numer. 135. & lib. 3. capit. 5. numer. 34. Martha de juriſdic. part. 2. cap. 48. num. 1. in fine, & num. 7. Cævallos de cognit. per viam violen. par. 2. quæſt. 99. à num. 1. Bellet. diſq. cler. part. 1. tit. de Clerico debitore, §. 14. num. 6. Salgado de Regia protect. part. 3. cap. 3. num. 51. Mainardus 31. Urſellius concluſ. 138. verbo Archiepiſcopus, numer. 76. & 77. Barboſa de poteſt. Epiſcop. par. 3. alleg. 64. num. 4. & de jure Eccleſ. univ. lib. 2. cap. 4. ſub n. 1. & de off. Parochi, part. 1. cap. 13. num. 1. & 2. & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 21. de refor. cap. 7. num. 9. & in cap. 1. numer. 2. & in cap. de his 4. num. 1. 2. & 3. de Eccleſ. ædif. Guttier. alleg. 10. Coſta de remed. ſubſid. remed. 106. illat. 2. nu. 1. & de ratione ratæ, quæſt. 157. à num. 9. & quæſt. 203. à num. 4. Thomat. deciſ. 5. à num. 1. numer. 1. Bellus conſ. 144. num. 3. 4. 5. 6. & 7. Qui numer. 8. inquit, id procedere mero jure inſpecto, ſed de æquitate Populus debet præſtare operas manuales, & plauſtra, & num. 9. quod rectores ad Presbyterii, Populus ad navis Eccleſiæ reparationem tenentur, alios plures addunt Solorzano de jure indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 23. numer. 9. & in polit. lib. 4. capit. 23. verſic. Todo lo qual. fol. 691. Sperell. deciſ. 67. à numer. 4. ad 8. lib. 1. Balmaſeda de collect. quæſt. 56. num. 4. Suelves conſ. 14. num. 110. verſic. Et in Parochiali, lib. 3. Et priùs tenentur Rectores, & Clerici Beneficiati quàm patroni, Thomat deciſ. 5. num. 10. tom. 1. Et reficiendo rectores non poſſunt inſignia, ſive arma propria apponere, cùm id faciant ex neceſſitate, & non ſua propria liberalitate Riccius deciſ. 154. lib. 3. Thomat deciſ. 5. num. 12. tom. 1.

10 Similiter Commendatores perpetui ad reparationem Eccleſiarum commendatarum Parochialium contribuere tenentur, Riccius in praxi rerum fori Eccleſ. part. 4. reſolut. 346. Bobad. in polit. lib. 2. cap. 18. num. 135. Valaſc. conſult. 176. num. 20. Barboſa de off. Parochi, part. 1. cap. 13. num. 3.

11 Pariter Clerici penſionem habentes ſuper beneficio Eccleſiaſtico pro rata ad reparationem Eccleſiarum tenentur, niſi penſio ita impoſita fuerit, ut ab omni onere libera ſolveretur, Navar. conſ. unico de Eccl. ædif. Riccius collect. 292. verſic. Amplia 2. Barboſa de poteſt. Epiſcop. part. 3. alleg. 54. num. 18. & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 21. de reform. cap. 7. num. 12.

12 Et nedum Rectores, Commendatarii perpetui, Clerici Beneficiati, & penſionem obtinentes ad reparationem Eccleſiarum Parochialium contribuere tenentur uſque ad quartam partem reddituum, ſed etiam ultra, ſi quarta non ſufficit, Rota deciſ. 545. à num. 1. apud Farinac. part. 1. in Poſth. Barboſa in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 21. de reform. cap. 7. num. 9. verſic. Verum, & de poteſt. Epiſc. part. 3. allegat. 64. num. 4. poſt. princ.

Hæc quæ dixi de Clericis Beneficiatis procedunt 14
in quibuſcumque Beneficiatis, etiam beneficiorum
ſimplicium, Abbas in cap. 1. num. 3. de Eccleſ. ædif.
Navar. de ſpol. cler. §. 8. n. 11. verſ. Secundo, Guttier.
allegat. 10. in fine, Valaſc. conſult. 179. num. 13.
Zerola in praxi Epiſcopi, verbo viſitatio, dub. 9.
quos citant Salgado de reg. protect. part. 3. cap. 5.
num. 19. & 23. Barboſa in cap. 1. nu. 2. verſic. Amplia,
de Eccleſ. ædif. & jure Eccleſ. univerſ. lib. 2.
cap. 4. numer. 1. verſic. Quod procedit. Adeo quod 14
Epiſcopi, Parochi, vel Clerici Beneficiati non poſſunt
reſignare Epiſcopatus, Rectorias, & Beneficia
ad evitandum onus reparationis Eccleſiarum, Sperell.
Bellet. Barboſa locis citandis, num. 23. Et pro- 15
pterea, ſi Rectores, vel Beneficiati decederent, eorum hæredes conveniendi ſunt, Guttier. alleg. 10. num. 7. verſic. Ego vidi, Salgado de reg. protect. par. 3. cap. 5. num. 22. & 24. Sperell. deciſ. 67. num. 52. lib. 1.

Deducto ſcilicet priùs neceſſario ad ſuſtentatio- 16
nem Rectorum, Commendatariorum perpetuorum, penſionem habentium, & Beneficiatorum, ne aliàs cogantur deſervire ſine alimentis, cap. de his 4. ubi Barboſa n. 1. de Eccleſ. ædif. Capel. Tholoſan. deciſ. 199. ubi Aufrer. verſic. Si autem, Cenedo collect. ad decretal. 153. num. 1. verſic. Quod verum intellige, Valaſc. conſult. 179. num. 12. & 13. Guttier. alleg. 10. numer. 7. in fine, Sarmiento de reddit. Eccleſ. part. 1. monit. 82. numer. 3. Cævallos de cognit. per viam violen. part. 2. quæſt. 99. num. 6. Salgado de Reg. protect. par. 3. capit. 5. num. 2. & 16. Balmaſeda de collect. quæſt. 56. num. 4. Martha de juriſd. part. 2. cap. 48. numer. 7. in fine, Bellet. diſquiſit. cler. part. 1. tit. de Clerico debitore, §. 15. num. 1. Sperell. deciſ. 67. numer. 4. 5. & 6. lib. 1. Urſellius concluſ. 138. verbo Archiepiſcopus, num. 76. Riccius collect. 492. in fine, & collect. 2350. verſic. Tertio limitatur, Bobad. in polit. libro 2. capit. 18. numer. 135. in fine, & libro terzo, capit. quinto, num. 35. in fine, Antonellus de temp. legali, lib primo, cap. ſettimo, num. 5. & 6. Barboſa de poteſt. Epiſ. par. 3. alleg. 64. num. 4. in fine de remiſſionib. ad Concil. Trident. ſeſſ. 21. de reform. capit. 7. verſic. Inſtaurari, & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 21. de reform. cap. 7. num. 10. & off. Parochi, par. 1. cap. 13. num. 4. Sed quænam quantitas reddituum dicatur congrua pro ſuſtentatione Parochorum, Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 13. ubi Barboſa in collect. numer. 16. idem Barboſa deciſ. Apoſtol. 553. num. 10. & in puncto Sperell. deciſ. 68. num. 18. lib. 1. Thomat deciſ. 5. num. 11. tom. 1.

Præmitto 5. quod ſi Rectoribus, Commendatori- 17
bus perpetuis, penſionem habentibus, & Clericis Beneficiatis nihil ſuperſit ex redditibus Eccleſiarum Parochialium, vel quod ſuperſit, non ſufficit ad earum reparationem, compellendi ſunt Populi, & Parochiani in hujuſmodi Eccleſiarum Parochialium in ſubſidium, ut in illarum reparationem contribuant ratione Sacramentorum, quæ in illis recipiunt, & Divinorum officiorum, quæ ibi audiunt, argum. cap. ſi Epiſcopus, de offic. ordin. in 6. & expreſſi, Concil. Trident. ſeſſ. 2. de refor. capit. 7. & docent Abbas in capit. 1. numer. 4. de Eccleſ. ædif. Bero conſ. 3. numer. 43. verſic. Quidquid tamen, libro 1. Aufrer. ad Capel. Tholoſan. deciſ. 499. verſic. Si verò redditus, Ripa reſpon. 22. col. 2. verſic. & ibi redditus, Lambertin. de jure patron. libro 3. art. 2. quæſt. 7. prin. num. 4. verſ. Tertius caſus eſt, & n. 5. verſ. & ſi iſti Beneficiati, Aviles cap. 23. præt. gloſ. den orden. num. 41. Sarmiento de reddit. Eccl. part. monit. 82. num. 3. in fine, Guttier. alleg. 10. num. 1. 2. 3. & 4. Valaſc. conſult. 179. à numer. 16. ad 20. Surd. conſ. 62. lib. 1. Riccius in praxi aurea, reſol. 476. n. 7. & in praxi rer. fori Eccleſ. par. 4.

*reſol.* 346. *num.* 8. & *deciſ.* 15. *num.* 7. *part.* 4. *collect.* 492. *verſic. Amplia quarto* & *collect.* 1350. *verſic. Quarto limitatur*, Genuen. *in pract. Eccleſ. quæſt.* 249. *numer.* 4. *verſic. Quinta concluſio*: ibi, *ultimo loco*, Cabedo *deciſ.* 91. *num.* 8. *part.* 1. Cævallos *de cog. per viam violentiæ*, *part.* 2. *quæſt.* 99. *à num.* 7. *ad* 11. Cenedo *collect. ad decretal.* 153. *num.* 1. *in fine*, *verſic. Quando tamen*, Maynard. *deciſ.* 32. Martha *de juriſdict. part.* 1. *cap.* 48. *à numer.* 10. Zerola *in prax. Epiſcop. part.* 1. *verbo*, *viſitatio*, *dub.* 9. *verſic. Secundo Parochialis*, Bellet. *diſquic. cler. part.* 1. *tit. de clerico*, *debitore*, §. 14. *num.* 5. Azor. *inſt. mor. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 3. *quæſt.* 10. Rota *deciſ.* 627. *num.* 4. *apud* Farinac. *part.* 1. *recent.* Urſellius *concluſ.* 138. *verbo Archiepiſcopus*, *num.* 76. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 64. *quæſt.* 6. & *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 21. *de refor. cap.* 7. *num.* 13. & *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 7. & *de off. Parochi*, *part.* 1. *cap.* 13. *num.* 6. & *in cap. de his* 4. *num.* 3. *verſ. Si autem Rector. de Eccleſ. ædif.* Salgado *de Regia protect. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 3. 7. & 9. Thomat. *deciſ.* 5. *n.* 7. & 10. *tom.* 1. Antonellus *de temp. legal. lib.* 1. *cap.* 70. *num.* 7. Balmaſeda *de collect. quæſt.* 56. *n.* 4. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 35. *verſic. Yà falia*, & *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 35. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 106. *illat.* 2. *num.* 1. *verſic. Mox populus*, & *de ratione ratæ*, *quæſt.* 157. *num.* 10. & *quæſt.* 203. *nu.* 4. Borell. *in ſum. deciſ. part.* 2. *tit.* 2. *num.* 28. Carena *reſol.* 248. *num.* 1. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 9. & *in polit. l.* 4. *cap.* 23. *verſic. Todo lo qual*, *fol.* 691. Sperell. *deciſ.* 67. *numer.* 8. 9. 10. & 11. *lib.* 1. Suelves *conſ.* 14. *num.* 110. *verſic. Parochiani verò*, Remiſſivè *ad Valaſc. Villadiego*, & *Rovit. tradit Mele in addit. ad Gizarel. deciſ.* 38. *numer.* 11. *in fine*. Deciſiones Cancellarii Cathaloniæ referam *num.* 51. 52. & 53. Deciſionem noſtri Senatus referunt Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 262. Fontanella *deciſ.* 523. *num.* 8. *part.* 2. alias binas declarationes noſtri Senatus tradit idem Fontanella *deciſ.* 523. *num.* 8. *part.* 2. & aliam addo infra, *num.* 30.

18 Cum hac intelligentia, quod quando non ſuperſunt redditus Clericorum ad reparationem Eccleſiarum Parochialium, poſſunt Populi expendere pecunias publicas Univerſitatum, ut ex Avendanno docet Guttier. *allegat.* 10. *num.* 6. & ex eo Salgado *de Regia protect. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 12. ſequitur Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 8. *in fine*, & *in cap. de his* 4. *num.* 3. *in fine de Eccleſ. ædif.* Idemque docent Eſcobar *de ratiocin. cap.* 25. *nu.* 37. Berart *in ſpec. viſit. cap.* 23. *num.* 89. Pecuniis † autem publicis Univerſitatum iſto caſu deficientibus, debet deveniri ad collectam inter Parochianos, ut docent Avendanno, Guttier. Salgado, & Barboſa *locis citatis*, *num.* 18. Et quomodo judicium dirigendum ſit, Sperell. *deciſ.* 67. *numer.* 57. *lib.* 1. Deciſiones Cancellarii Cathaloniæ refero *num.* 51. 52. & 53.

19 Amplia 1. hoc præmiſſum 5. ut procedat etiam nulla extante conſuetudine, ut ſupponunt omnes citati *numer.* 17. Et in expreſſo Riccius *in prax. rer. fori Eccleſ. reſol.* 349. Barboſa *de off. Parochi*, *part.* 1. *cap.* 13. *num.* 6. *in fine*, Nam ubi adeſſet conſuetudo, coguntur Populi, & Parochiani ad reparationem Eccleſiarum Parochialium actione primaria, non ſubſidiaria, ut dicit Martha *de jur. par.* 2. *cap.* 48. *num.* 10. *in fine*.

20 Amplia 2. Parochiani, licèt Nobiles ſint, & exempti contribuere tenentur in reparatione Eccleſiarum Parochialium, ſicut cæteri homines plebei, quia hoc opus eſt publicum, & commune, & omnium Sacramenta percipientium utilitatem concernens, ut firmant Avendanno *de exeq. mandat. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 29. & *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 19. Guttier. *alleg.* 10. *num.* 5. & 6. Cenedo *collect. ad decretal.* 153. *num.* 2. Cævallos *de cog. per viam violen. part.* 2. *quæſt.* 99. *num.* 9. Cabedo *deciſ.* 91. *à numer.* 1. *part.* 1. Riccius *deciſ.* 15. *numer.* 4. *part.* 4. Bellet. *diſq. cler. part.* 1. *tit. de clerico debitore*, §. 14. *num.* 7. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 135. *in fine*, Salgado *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 11. Sperell. *deciſ.* 67. *num.* 55. *lib.* 1. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 64. *num.* 7. & *in remiſ. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 21. *de retr. cap.* 7. *verſic. Parochianos*, & *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 21. *de refor. cap.* 7. *verſic. Parochianos*, & *in collect. ad Concil. Tridentin. ſeſſ.* 21. *de refor. cap.* 7. *numer.* 18. & *de jure Eccleſ. univ. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 8. *de offic. Parochi*, *part.* 1. *cap.* 13. *n.* 9. & *in cap. de his* 4. *num.* 3. *in fine*, *verſic. Et cum hoc*, *de Eccleſ. ædif.* Urrutigoyti *de Eccleſ. Cathed. cap.* 13. *n.* 82. Balmaſeda *de collect. quæſt.* 56. *num.* 11. Et fuit per Cancellarium Cathaloniæ deciſum in caſu referendo *num.* 53. contra Enricum Terrà Domicellum Barcinonæ domiciliatum, alias binas declarationes Noſtri Senatus refert Fontanella *deciſ.* 308. *num.* 24. & 25. *part.* 1.

Amplia 3. ut forenſes vulgo dicti terrastenen- 21
tes, qui terras poſſident in territoriis Eccleſiarum Parochialium, licèt alibi auteant domicilium ad earum reparationem contribuere tenentur Pacian, *conſ.* 7. *numer.* 9. Cævallos *de cog. per viam violen*, *part.* 2. *quæſt.* 99. *num.* 8. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. par.* 3. *alleg.* 64. *numer.* 10. Urrutigoyti *de Eccleſ. Cathed. cap.* 13. *num.* 72. Sicque obſervatur in Cathalonia juxta ſententiam arbitralem, quam refert Cancer *part.* 2. *var. reſol. cap.* 6. *num.* 196. *juncto num.* 198. *verſic. In dicta arbitrarii ſententia*, & tradit Reg. Leo *dec.* 159. *num.* 7. 8. & 9. *lib.* 2. Deciſiones Cancellarii referuntur infra *num.* 53. Aliam deciſionem noſtri Senatus refero *infra*, *n.* 30. Quidquid contrarium teneant Theſaur. *deciſ.* 149. *num.* 7. Coſta *de ratione ratæ*, *quæſt.* 140. *num.* 7. & 8. Genuen, *in pract. Eccleſ. quæſt.* 249. *num.* 6. *verſic. Et ita tenet*, Balmaſeda *de collect. quæſt.* 56. *num.* 13. 14. 15. & 16. Carena *reſol.* 248. *a num.* 2. Cabedo *deciſ.* 91. *tom.* 1. Bellus *conſ.* 18. *num.* 20. Tondut. *quæſt. benef.* 38. *tota*, *tom.* 1. & *part.* 3. *cap.* 133. *num.* 11. Et de Regno Valentiæ Reg. Leo *deciſ.* 259. *num.* 2. *verſic. En les deſpeſes*, & *num.* 13. *lib.* 2. Et deciſum in Senatu Pedemontano tradat idem Theſaur. *deciſ.* 149. *num.* 11. *verſic. Senatus*, Et ejus filius *in additionibus*.

Amplia 4. ut Parochiani non poſſint dicere ſe 22
Eccleſiis Parochialibus nolle uti, uſuique Eccleſiarum Parochialium cedere, & recedere à Parochiis, ut evitent onera reparandi Eccleſias Parochiales, nam cùm iſtud onus ſit de præterito, non poſſunt
in præjudicium Eccleſiarum Parochialium ab hoc 23
onere ſe excuſari, ſic Abbas *in cap.* 1. *num.* 4. *in fine de Eccleſ. ædif.* Citadin. *de jure patron. part.* 6. *art.* 5. *ſub num.* 6. Gregor. Lopez *l.* 11. *tit.* 10. *part.* 1. Lambertin. *de jure patronat. lib.* 3. *quæſt.* 7. *art.* 2. *numer.* 7. *verſic. Et ſi iſte*, & *art.* 5. *num.* 2. Zerola *in praxi Epiſc. verbo viſitatio*, *dub.* 9. *verſic. Secundo Parochialis*, Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 106. *illat.* 2. *num.* 2. & 3. Bellet. *diſqu. cler. part.* 2. *tit. de Clerico debitore*, §. 14. *num.* 7. *verſic. Et in tantum*, Ugolin, *de poteſt. Epiſcopi*, *cap.* 14. *ſub num.* 3. *verſic.* 3. *Quinto*, Barboſa *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 21. *de refor. cap.* 7. *num.* 14. & *de off. Parochi*, *part.* 1. *cap.* 13. *num.* 10. & *notat. de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 64. *ſub num.* 6. Sperell. *deciſ.* 67. *num.* 51. & 52. *lib.* 1. Salgado *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 4. Balmaſeda *de collect. quæſt.* 56. *num.* 10. conducit Regens Leo *deciſ.* 159. *à num.* 23. *lib.* 2. Flores de Mena *var. lib.* 2. *quæſt.* 21. *à num.* 80. Balmaſeda *de collect. quæſt.* 61. *à num.* 4.

Amplia 5. ut collectæ, quæ pro reparatione Eccle- 24
ſiarum Parochialium imponuntur, taxandæ ſunt juxta Diœceſis conſuetudinem, Urſellius *concluſ.* 138. *verbo Archiepiſcopus*, *num.* 73. imponi tamen ſolent non per capita hominum, nec per capita domorum, ſed per æs, & libram pro modo facultatum, & rata ſui æſtimi, prout ſervatur in reparatione operis publici Leo *in theſauro fori Eccleſ. par.* 2. *capit.* 16. *num.* 73. Bellet. *diſquiſit. Cler. part.* 1. *titul. de Clerico debitore*, §. 14. *ſub numer.* 10. *verſic. Ubi verò*, Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 106. *illat.* 2. *numer.* 3. *verſ. Ad quod onus*, & *de ratione ratæ*, *quæſt.* 157. *numer.* 11. & *quæſt.* 203. *numer.* 4. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *capit.* 1. *numer.* 7. *in fine*, & *in cap. de his* 4. *ſub numer.* 3. *de Eccleſ. ædif.* Sperell.

*deciſ*

*deciſ.* 67. *numer.* 38. & 54. *lib.* 1. Carena *reſol.* 248. *num.* 5. Tondut. *quæſt. canon.* 38. *n.* 4. Urrutigoyti *de Eccleſ. Cathed. cap.* 13. *num.* 132. Solorzano *de jure ind. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 23. *numer.* 9. & *in polit. lib.* 4. *capit.* 23. *verſic. Todo lo qual*, *fol.* 691. Balmaſeda *de collect. quæſt.* 56. *num.* 12, & ſentit Cancer *part.* 2. *var. cap.* 6. *num.* 198. in Cathalonia ut plurimum imponitur trentenum ſuper fructibus colligendis, ut in deciſionibus referendis *num.* 52. vel quarantenum, ut per Ripoll. *var. reſol. cap.* 1. *numer.* 260. 261. & 262. vel vigeſimum, ut in deciſione Sancti Petri de Ribes *infra referenda*, *nu.* 30. quidquid per capita dicant Pereyra *de man. Regia*, *parte prima*, *cap.* 18. *numer. octavo*, *verſic. Et quoad primam*, & eo relato Barboſa *de offic. Parochi*, *part.* 1. *capit.* 13. *numer.* 12. *verſic. Supereſt*, *ibi: quando vero*.

25 Amplia 6. ut Parochiani teneantur ad fabricam reparationis Eccleſiarum Parochialium cum operibus manualibus, & cum carribus, & date calcem, & cæmenta uſque ad finem operis perfecti, & Eccleſiarum reſtaurationem, Maynardus *deciſ.* 32. Sperell. *deciſ.* 67. *num.* 9. *verſic. Et hoc quidem*, *lib.* 1. Riccius *collect.* 2350. *verſic. Eoque caſu*, Urſellius *concluſ.* 138. *verbo Archiep. num.* 79. & ad hujuſmodi præſtationem operum manualium tenentur Parochiani de æquitate, etiam quamvis mero jure inſpecto Rectores tenerentur ad reparationem Eccleſiarum Parochialium, Maynardus *deciſ.* 32. & 33. *lib.* 1. Bellus *conſ.* 144. *num.* 8.

26 Limita 1. in Parochianis laicis conductoribus domorum, qui non tenentur contribuere ad fabricam reparationis Eccleſiarum Parochialium, ſed domini ædium exiſtentium in hujuſmodi Parochiis pro modo redditum, quos ibi habent, Valaſcus *conſult.* 179. *num.* 21. Cabedo *deciſ.* 91. *num.* 3. *part.* 1. Riccius *in praxi rer. fori Eccleſ. reſol.* 350. Bellet. *diſq. Cler. part.* 1. *titul. de Clerico debitore*, §. 14. *num.* 5. Barboſa *de offic. Parochi*, *par.* 1. *capit.* 13. *num.* 7. Carena *reſol.* 248. *numer.* 6. *verſic Attamen*.

27 Limita 2. ſi conſuetudo, quæ onus fabricæ tranſtulit in Populum, orta fuit, dum redditus Rectoriæ erant tenues, & Populus exiguus, auctis deinde redditibus, vel excreſcente Populo, decimis multiplicatis, ita ut ad Rectoris ſuſtentationem, & ad Eccleſiæ reparationem, cæteraque neceſſaria ſufficiant, Populus ab onere fabricæ liberatur, illudque in Rectorem tranſit, ſecundùm Navarrum *de ſpol. Cler.* §. 10. *ſub num.* 6. *verſic. Tertiò*, ſequitur Sperell. *deciſ.* 68. *num.* 24. *lib.* 1.

28 Limitatur 3. in Eccleſiis non Parochialibus, quas Populi ſi nolint, non tenentur reparare, Salgado *de Reg. protect. par.* 3. *cap.* 5. *num.* 20. Sed tunc quando Eccleſiæ non Parochiales, puta Eremitoria reparatione indigent, deficiente fabrica, vel Beneficiatis, ſeu his non ſufficientibus, conceditur licentia à Prælatis ordinariis ad petendam eleemoſynam per Villas, & Caſtra circumvicina, maximè ſi Eremitoria ſint antiquiſſima, & maximæ devotionis, & ita vidiſſe obſervari affirmat Guttier. *allegat.* 10. *n.* 7. *verſic. Vide Ego*, *ibi: Vide etiam*, refert & ſequitur Salgado *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 21. & poſt alios Sperell. *deciſ.* 67. *numer.* 38. *lib.* 1. Dixi deficiente fabrica, vel Beneficiatis, ſeu his non ſufficientibus; nam ſi Eremitoria habeant Clericos Beneficiatos, quorum redditus, & fructus eſſent plures, tenentur Clerici ad eorum reparationem, & ipſis defunctis agendum eſt contra illorum hæredes, ita vidiſſe teſtatur Guttier. *alleg.* 10. *num.* 7. *verſic. Vidi Ego*, *in princ.* ſequitur Salgado *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 22.

29 Si quis autem habet duas parochias, in qua Parochia collectam ſolvere debeat pro ejus reparatione? Reſp. quod ubi pro majore parte anni Parochiam frequentat, Tondur. *quæſt. canon.* 38. *num.* 5. Urrutigoyti *de Eccleſ. Cathed. cap.* 13. *numer.* 75. Balmaſeda *de collect. quæſt.* 56. *num.* 17.

30 Præmitto 6. quod diſtinctio, ſeu graduatio ſuper reparatione Eccleſiarum Parochialium tradita *à nu.* 4. & 29. procedit etiam, ubi agitur de ampliatione Eccleſiarum Parochialium in caſu augmenti populi, quem templa non capiunt, idque ex identitate rationis, Abbas *in cap.* 1. *de Eccleſ. ædif.* Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 106. *illat.* 2. *num.* 1. *verſic. Mox populus*, Balmaſeda *de collect. quæſt.* 56. *num.* 3. & poſt alios probant Sperell. *deciſ.* 76. *numer.* 1. 2. & 3. *lib.* 1. deciſionem Cancellarii Cathaloniæ refert Ferrer. *part.* 3. *obſer. cap.* 227. Fontanella *deciſ.* 523. *num.* 1. *part.* 2. Et deciſionem in noſtro Senatu anno 1665. ad relationem Nobilis Joſephi Rull. hodie Regentis in S. S. R. Coronæ Aragonum Conſilio in favorem Syndici termini, & Parochiæ Sancti Petri de Ribes, contra Homines quadræ de Mirallper ſitæ in dicta Parochia, & terras tenentes in dicta quadra, termino Parochiæ de Ribes habitantes in terminis Villarum de Sities, & Villæ Novę de Cubelles, Actuario Cortell.

Præmitto 7. quod prædicta gruaduatio, ſeu diſtinctio tradita *à numer.* 4. *ad* 29. ſuper reparatione Eccleſiarum Parachialium procedit pariter in earum ædificatione, & reædificatione, *cap.* 1. *cap. de his* 4. *de Eccleſ. ædif.* cùm à pari procedant ædificatio, reædificatio, & reparatio, *l.* 3. §. *hoc autem*, *ff. de itinere actuque privato*, Azor. *inſt. mor. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 3. *quæſt.* 19, Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *libro* 3. *capitul.* 23. *numer.* 9. 12. & 13. & *in polit. libro* 4. *capit.* 25. *num.* 9. 12. & 13. *verſic. Y lo que he dicho*, *fol.* 692. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 2. *cap.* 4. *num. in fine*, Lara *de anniver. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 48. Balmaſeda *de collect. quæſt.* 56. *num.* 2. Guttier. *allegat.* 10. *num.* 3. Martha *de juriſdict. par.* 2. *cap.* 48. *ſub num.* 6. Salgado *de Reg. protect. par.* 3. *cap.* 5. *à num.* 2. Cancer. *part.* 2. *var. cap.* 6. *n.* 198. deciſiones Cancellarii Cathaloniæ referam *num.* 52. & 53. 31

Limita quando vetus Eccleſia ſufficiebat, noviter tamen conſtruitur in loco opportuniori, nam tunc Parochiani, nec ulli tenentur contribuere, imo nec tenentur ad hujus novæ Eccleſiæ refectionem, Gratianus *diſcept. foren. cap.* 84. *num.* 21. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 64. *num.* 11. 32

Intellige limitationem, quando Eccleſia voluntariè noviter conſtruitur in loco opportuniori, ut fuit caſus apud Valaſc. *conſult.* 179. *num.* 23. Secus ſi ex cauſa neceſſaria, ut ſentiunt idem Gratian. *diſcept. foren. cap.* 84. *num.* 2. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 64. *num.* 11. ut ſi multitudo fidelium excreverit, & antiqua Eccleſia non ſit ſufficiens propter novarum habitationum diſtantiam, *juxta can. præcipimus* 16. *quæſt.* 1. *de jure Eccleſ. univ. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 11. vel ex temporis qualitate, & ſitu locorum poſſit accidere, *can.* & *temporis* 16. *quæſt.* 1. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 12. vel ſi Prælatus ordinarius id mandaverit, ut fuit obſervatum in Cathalonia in declarationibus referendis *num.* 51. & 52. 33

Præmitto 81. quod eadem diſtinctio, ſeu graduatio procedit etiam, quoad paramenta, ornamenta, calices, patenas, luminaria, & cætera Eccleſiarum neceſſaria; nam à pari procedunt cum reſtauratione Eccleſiæ, *juxta cap. fin. de teſtamentis*, & docent Barbat. *conſ.* 26. *num.* 1. & 4. *lib.* 3. Bertrand. *conſ.* 53. *num.* 3. *vol.* 1. *part.* 1. Surd. *conſ.* 62. *ſub num.* 4. & 5. *lib.* 1. Genuen. *in pract. Eccleſ. quæſt.* 249. *num.* 6. 7. & 8. & *in praxi Archiepiſ. cap.* 109. *ſub num.* 13. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 135. Salgado *de reg. protect. part.* 3. *cap.* 5. *nu.* 6. Bellet. *diſq. Cler. part.* 1. *tit. de Clerico debitore*, §. 13. *numer.* 4. Antonellus *de tem. legali*, *lib.* 1. *cap.* 70. *num.* 3. Sperell. *deciſ.* 68. *num.* 9. 10. & 11. *lib.* 1. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 64. *num.* 6. *in fine*, & *in capit. de his* 4. *n.* 3. *verſic. Tenebuntur*, *de Eccleſ. ædif.* & *de jure Eccleſ. univ. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 2. *verſic. Qui quidem*, Balmaſeda *de collect. quæſt.* 56. *num.* 9. ut in declarationibus Cancellarii Sorribes, & Cancellarii Monſerrat. infra referendi, *num.* 51. 34

Idemque † procedit quoad campanile, & campanas, Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 135. & *lib.* 3. *c.* 5. 35

*numer.* 35. Bertrand. *conſ.* 57. *num* 4. *vol.* 1. *part.* 2. Sperell. *deciſ.* 68. *ſub num.* 9. *lib.* 1. Balmaſeda *de collect. quæſt.* 56. *num.* 9. latè Genuen. *in pract. Eccleſ. quæſt.* 249. *à num.* 6.

36 Præmitto 9. quod omnia quæ dicta ſunt de reparatione, ædificatione, & reædificatione Eccleſiarum Parochialium, eadem omnino dicenda ſunt de Domibus Parochialibus, id eſt habitationibus Parochorum, ut qui tenentur ad reparationem, ædificationem, & reædificationem Eccleſiarum Parochialium, iidem pariter teneantur ad reparationem, ædificationem, & reædificationem domuum Parochorum. Quia cùm domus Parochorum ſint acceſſorium ad Eccleſias, ſequuntur naturam ſui principalis, *capit. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in* 6. & cùm Eccleſiæ ipſæ eſſe non poſſint abſque Sacerdotibus miniſtrantibus, *can. revertimini* 16. *quæſt.* 1. Nec per conſequens Sacerdotes ipſi abſque habitationibus. Et ſic eadem eſt ratio in domibus Parochorum, quæ in Eccleſiis Parochialibus, ita Citadin. *de jure patronat. part.* 6. *art.* 5. *nu.* 7. ad quem, & alios ſe refert Coſta *de ratione ratæ, quæſt.* 157. *num.* 12. Lambertin. *de jure patronat. lib.* 3. *quæſt.* 7. *art.* 3. Surd. *conſ.* 62. *n.* 8. *lib.* 1. Ugolin. *de poteſt. Epiſc. cap.* 14. §. 1. *num.* 5. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 64. *n.* 6. *verſic. Atque quidem*, Thomat. *deciſ.* 5. *à num.* 1. *ad* 9. *numer.* 1. ſicque declaraſſe Sacram Congregationem Concilii teſtantur idem Barboſa *in declarat. Concil. Trident. ſeſſ.* 21. *de refor. cap.* 7. *n.* 4. *& in cap. de his* 4. *n.* 5. *de Eccleſ. ædif. & de off. Parochi, part.* 1. *c.* 13. *n.* 12. Bellet, *diſq. Cler. part.* 1. *titul. de Clerico debitore*, §. 14. *numer.* 4. Moneta *de commun. ult. capit.* 11. *num.* 149. Sperell. *deciſ.* 68. *numer.* 4. *lib.* 1. & ſervari in Epiſcopatu Ovietenſi, refert Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 135. *in fine*, & in Cathalonia Fontanella *deciſ.* 423. *à num.* 9. *part.* 2. deciſiones Cancellarii referam *infra*, *num.* 53.

37 Cæmeterii reparatio, ſeu reſtauratio ad quos ſpectet, videndus Sperell. *deciſ.* 68. *num.* 8. *lib.* 1.

38 Lampas ante Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum die, & nocte ſemper ardere debet, tum propter ejus reverentiam, tum ut ingredientes Eccleſiam ſciant, ubi primum adorare debent præſentiam Salvatoris noſtri, idque ex antiquiſſima conſuetudine, ac communi uſu recepto in univerſali Eccleſia, Zerola *in praxi Epiſcop. part.* 1. *verbo Euchariſtia*, §. 2. Fuſcus *de viſit. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 6. Barboſa *in cap. ſane* 10. *num.* 6. *de celebrat. miſſar. & de offic. Paroch. part.* 2. *cap.* 20. *num.* 29. Fermoſinus *in cap.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 106. *de offic. Archipresb.* taliter quod non conſervans lampadem accenſam ante tabernaculum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ peccat mortaliter, niſi id per tempus breve fiat, puta ſi per dimidiam, aut unam integram horam, aut aliquid amplius, nam tunc peccatum grave non committit, Poſſevin. *de offic. curati, cap.* 12. *num.* 68. & reprobatis contrariis, Diana *reſol. mor. part.* 9. *tract.* 6. *& miſcel.* 1. *reſol.* 33. *aliàs* 34. *& in coordinat. par.* 2. *tract.* 1. *reſol.* 154. Leander *de ſacrament. part.* 2. *tract.* 8. *quæſt.* 71. Sed cujus ſumptibus hujuſmodi lampas ardere debeat? Diſcrepant Doctores, ut ex Marchantio notat Diana *hìc citatus ſub numer.* 2. Sed veritas eſt ſtandum eſſe conſuetudini, aliàs Parochus tenetur ad manutenendum oleum lampadis, Ripa *reſponſo* 2. *numer.* 4. *&* 5. *de conſuetud.* Surdus *conſil.* 62. *numer.* 2. *lib.* 1. Genuen. *in praxi, Archiepiſcop. cap.* 109. *ſub numer.* 13. Bellet, *diſq. Cler. part.* 1. *tit. de Clerico debitore*, §. 13. *num.* 5. *&* 8. Sperell. *deciſ.* 68. *numer.* 16. *lib.* 1. Thomat. *deciſ.* 5. *num.* 5. *tom.* 1. Barboſa *in capit. ſane* 10. *num.* 6. *verſic. Unde, de celebrat. Miſſar. & de offic. Parochi, part.* 2. *capit.* 10. *numer.* 30. Fermoſin. *in capit.* 2. *queſt.* 1. *numer.* 107. *de offic. Archiepresbyt.*

39 Prædicator, ſeu Concionator cujus ſumptibus ſit alendus, & merces ei ſolvenda, & à quo eligendus? Videndi ſunt Surd. *de alimen. tit.* 1. *quæſt.* 59. *num.* 1. *& conſ.* 62. *num.* 11. *lib.* 1. Bellet, *diſq. Cler. part.* 1. *titul. de Clerico debitore*, §. 13. *numer.* 11. Sperell. *deciſ.* 68. *num.* 17. *& deciſ.* 70. *tota, lib.* 1. Riccius *collect.* 1766. Barboſa *deciſ. Apoſtol.* 592. *à num.* 9. *ad* 16. *& in collectan. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 5. *de refor. cap.* 2. *à num.* 7. *& in cap. inter cætera* 15. *num.* 2. *verſ. Niſi, & de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 27. *&* 28. Thomat. *deciſ.* 5. *num.* 9. *num.* 1. Urſellius *concl.* 89. *verbo alimenta, num.* 531. ſed veritas eſt, in iis ſtandum eſſe conſuetudini Eccleſiarum, & populorum, Lezana *in ſum. quæſt. regul. part.* 3. *verbo Concionari, num.* 12. *verſic. Quis vero*, eaque ſervanda Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *capit.* 13. *numer.* 29.

Eccleſiæ reconciliatio cujus ſumptibus ſit facien- 40
da? Riccius *deciſ.* 190. *numer.* 2. *par.* 3. Salgado *de reg. protect. part.* 3. *capit.* 5. *num.* 10. Sperell. *deciſ.* 68. *num.* 19. *lib.* 1.

Præmitto 10. quod de indigentia reparationis, 41
ampliationis, ædificationis, ſeu reædificationis Eccleſiarum Parochialium debet ex depoſitionibus teſtium manifeſtè apparere, Mantica *deciſ.* 284. *num.* 7. *verſic. Et hæc ſententia*, Thomat. *deciſ.* 5. *tom.* 1. videnda ad propoſitum ſententia lata 31. Januarii 1618. referente Egregio Senatore Hieronymo Aſtor in favorem Sindici Villæ Oleſiæ contra homines Quadræ de Villa-Cavalls, cujus concluſio fuit facta in Regia Audientia 26. Januarii dicti anni 1618.

Quibus præmiſſis intrat quæſtio in argumento 42
propoſita. Quis ſit judex competens ad compellendum Parochos, & Parochianos ad reparationem, ampliationem, ædificationem, & reædificationem Eccleſiarum Parochialium? In qua magna eſt inter Doctores controverſia. Nam alii pro juriſdictione Eccleſiaſtica. Alii pro judice ſæculari. Alii has cauſas mixti fori eſſe dicunt, Balmaſeda *de collect. qu.* 56. *numer.* 8. Pereyra *de man. Reg. part.* 1. *cap.* 18. *numer.* 5. Sed pro majori explicatione, ſequendo ſtylum Pereyræ tres ſunt diſtinguendi caſus.

Primus eſt, quando Parochi, ſive Beneficiati ſunt 43
compellendi ad reparationem, ampliationem, ædificationem, ſeu reædificationem Eccleſiarum Parochialium; nam tunc citra dubium eſt, agendum fore coram judice Eccleſiaſtico, probant poſt alios Pereyra *de man. Reg. part.* 2. *cap.* 18. *num.* 7. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 64. *nu.* 8. *verſ. Quando autem Rector, & de offic. Parochi, part.* 1. *cap.* 13. *numer.* 12. *verſic. Supereſt, in princ.* Sperell. *deciſ.* 67. *num.* 5. *lib.* 9. Debetque † judex Eccleſia- 44
ſticus Parochos, & Beneficiatos cogere ad reparationem, ampliationem, ædificationem, ſive reædificationem Eccleſiarum Parochialium per ſubſtractionem fructuum, ſequeſtrando ejus redditus, Sperell. *deciſ.* 68. *num.* 7. *lib.* 1.

Iſte primus caſus de jure procedit, ſed non de- 45
ſunt Doctores, qui tenent, quod judex ſæcularis poteſt compellere Parochos, ſive Beneficiatos ad reparationem, ampliationem, ædificationem, ſeu reædificationem, Eccleſiarum Parochialium, ſequeſtrando, & pignorando redditus Rectoriarum, & Beneficiorum exemplo Regis Joas 4. *Reg. cap.* 12. *à num.* 7. tradunt Aviles *in cap.* 23. *Prætor, gloſſ. de ordin. à num.* 11. *verſ. Et facit in ſimili*, Salgado *de ſupplic. ad Sanctiſ. par.* 1. *cap.* 1. *numer.* 32. *&* 65. Carol. de Graſ. *de effect. cler. effect.* 1. *num.* 869. Et ita ſervari in Supremo Regio Conſilio Regni Caſtellæ, docent Bobad. *in polit. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 135. *& lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 35. Salgado *de Reg. protect. par.* 3. *cap.* 5. *num.* 8. Mexia *ad Reg. prag. concluſ.* 5. *à num.* 68. Cævallos *de cog. per viam violen. part.* 2. *quæſt.* 99. *à num.* 11. *ſignanter, à num.* 16. Balmaſeda *de collect. quæſt.* 56. *nu.* 18. & in Curia Regis Franciæ, Benedict. *in cap. Raynutius, de teſtament. verbo & uxorem, deciſ.* 2. *num.* 138. *& verbo ſi abſque, tit. de fideicommiſſaria, n.* 35. *& verbo Domum, nu.* 17. Aufrer. *de poteſt. ſecul. ſuper Eccleſ. perſon. reg.* 2. *n.* 26. Pet. Gregor. *Syntag. jur. unic. tom.* 1. *part.* 2. *tit.* 15. *cap.* 12. *nu.* 34. *& lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 12. Chaſſaneus *in cathal. glor. mundi, part.* 5. *conſider.* 17. Carol. de Graſſ.

*Reg. fran. lib.* 2. *jure* 6. Quæ moderanda eſſe tradit Cenedo *collect. ad decretal.* 153. *num.* 1. *Verſic. Immo*, Et videtur dubitare Aufrer. *ad Capel. Tholoſan. deciſ.* 499. *verſic. Et vidi*, Et impugnat Martha *de juriſdict. part.* 2. *cap.* 48. *numer.* 15. *&* 16. Illoſque reprobant idem Martha *de juriſdict. part.* 4. *caſu* 143. Lotterius *de re benef. tom.* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 81. Diana *reſol. mor. par.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 8. *& par.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 75. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 50. *in fine*, *& reſol.* 51. *num.* 1. *&* 2. Fontanella *deciſ.* 523. *numer.* 6. *part.* 2. Latiùs Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 9. *dub.* 26. *ſect.* 1. *tota*, *ſignanter à num.* 6.

46 Secundus caſus eſt, quando Prælati, ſivè Parochi ſunt exempti, eo caſu cognitio eſt mixta, & compelli poſſunt ad reparationem, ampliationem, ædificationem, & reædificationem Eccleſiarum Parochialium, vel per Pontificem, vel per Regem, quia damnum in Regno dare cenſentur, dum ſuas Eccleſias corruere patiuntur, quæ negligentia, diſſipatio eſt, Regibuſque incumbit templorum defenſio, & protectio, ſic Peteyra *de man. Reg. part.* 1. *cap.* 18. *num.* 6. *aliàs num.* 5. *verſic. Primo caſu*, Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 64. *numer.* 8. *verſic. Quando vero*.

47 Is ſecundus caſus procedit, & procedere poteſt in illis Regnis, & Provinciis, quibus practicatur regalia cognoſcendi de cauſis Eccleſiaſticorum exemptorum in civilibus, ut in Regnis Caſtellæ, Aragoniæ, Valentiæ, & aliis pluribus, *ut tradidi*, *deciſ.* 10. *à num.* 190. *ad* 199. *part.* 1. Sed non in hoc Principatu Cathaloniæ, in quo hæc Regalia hodie non practicatur, *ut dixi*, *deciſ.* 10. *num.* 200. *part.* 1. *& notavi*, *deciſ.* 121. *nu.* 13. *& deciſ.* 122. *num.* 21. *& deciſ.* 123. *num.* 3. *hac part.* 3.

48 Tertius caſus eſt, in quo adeſt majus dubium, ut inquit Pereyra *de man. Regia*, *part.* 1. *capit.* 18. *num.* 8. Quando Parochiani laici compellendi ſunt ad reparationem, ampliationem, ædificationem, ſeu reædificationem Eccleſiarum Parochialium, cujus judicis ſit cognitio, ſive compulſio, an Eccleſiaſtici, vel ſæcularis. Tres ſunt opiniones.

Prima, quod illa cognitio, ſivè compulſio ſit mixta, nempe judicis Eccleſiaſtici, vel ſæcularis, de qua Pereyra *de man. Regia*, *part.* 1. *cap.* 28. *n.* 5. Barboſa *de poteſt. Epiſc.* 3. *alleg.* 64. *n.* 8. *verſic. Sed quando*.

49 Secunda, quod illa compulſio, ſive cognitio poſſit fieri per judicem ſæcularem, ut tenent, quos citat Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 2. *alleg.* 64. *num.* 8. *verſic. Quamvis*, ſicque ſervatur in ſupremo Regio Caſtellæ Senatu, & in Regno Franciæ, ut tradunt Doctores citati *ſupra*, *num.* 45.

50 Tertia eſt opinio, quæ verior eſt, quod illa cognitio, ſive compulſio pertinet ad Epiſcopum, per quem Parochiani laici coguntur ad reparationem, ampliationem, ædificationem, ſeu reædificationem Eccleſiarum Parochialium, *ut expreſsè habetur in Concilio Trident. ſeſſ.* 21. *de reform. cap.* 7. *ubi præcipitur Epiſcopis*, *ut Parochiani omnibus remediis opportunis ad prædicta cogantur*, & docent Valaſc. *conſult.* 179. *num.* 29. Barboſa *de poteſt Epiſcop. par.* 3. *alleg.* 64. *num.* 8. *&* 9. *& off. Parochi*, *part.* 1. *cap.* 3. *num.* 12. *verſic. Supereſt.* ibid. *Quando verò*, *& in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 21. *de reform. cap.* 7. *num.* 15. *&* 16. Pereyra *de man. Reg. part.* 1. *cap.* 18. *num.* 8. *verſic. Ex quo*, Riccius *in praxi*, *part.* 4. *reſol.* 337. *numer.* 4. *& reſol.* 348. *tota*, Antonellus *de tem. legali*, *part.* 1. *cap.* 70. *num.* 7. Sperell. *deciſ.* 67. *num.* 33. *lib.* 2. Martha *de juriſd. part.* 1. *cap.* 48. *num.* 15. *&* 16. Sicque obſervatur in Cathalonia, deciſiones Cancellarii *refero num.* 51. 52. *&* 53.

51 Et quod judex competens ſit Eccleſiaſticus ad compellendum Parochianos laicos habitatores locorum ad reparationem, ampliationem, ædificationem, ſive reædificationem Eccleſiarum Parochialium, fuit deciſum in Cathalonia per Cancellarium Montaner, Conſultoribus Ferrer, Lobregat, Jofre, Vilana, Salà & Balle, 10. Aprilis 1573. teſtatur Ferrer *part.* 3. *obſerv.* 227. & cum eo Fontanella *deciſ.* 523. *à numer.* 1. *ad* 8. *part.* 2. addo ita deciſum per Cancellarium Sorribes 8. Auguſti 1553. contra Juratos Villæ de Montblanc, caſum refert Ripoll. *variar. cap.* 1. *numer.* 236. & per Cancellarium Loris, Conſultoribus Cordelles & Fontpaſtor 19. Octobris 1580. in favorem Sindici Univerſitatis de Hoſpitaleto contra Joannem Caſaſſes ejuſdem loci, occaſione deliberationis factæ per Parochianos dictæ Parochiæ de Hoſpitaleto, ut imponeretur trentenum ſuper fructibus colligendis in dicta Parochia per tempus trium annorum, & amplius ſi opus eſſet ad ædificandam Eccleſiam Parochialem Sanctæ Eulaliæ de Hoſpitaleto, vigore proviſionis factæ per Onofrium Paulum Cellers Officialem, & Vicarium Generalem Barcinonæ, ut de novo dicta Eccleſia ædificaretur, attento illius magno periculo, meminit Ripoll. *var. cap.* 1. *numer.* 260. Et per eundem Cancellarium Loris eodem die, cum eiſdem Conſultoribus, in eadem facti ſpecie, contra Paulum Oliver, & Raphaelem Monpeo agricolas de Hoſpitaleto, meminit idem Ripoll. *var. reſol. cap.* 1. *numer.* 261. *in fine*, moderne per Cancellarium Monſerrat 27. Februarii 1685. in favorem Capituli Canonicorum Sedis Celſonæ contra Syndicum Univerſitatis & ſingularium Loca & Termini de Gualter.

Et quod judex competens ſit Eccleſiaſticus ad 52
compellendum terras tenentes ad reparationem, ampliationem, ædificationem, & reædificationem Eccleſiarum Parochialium, licèt alibi habeant domicilium, fuit deciſum in Cathalonia per Cancellarium Loris, Conſultoribus Ferrer, & Cordelles 30. Martii 1579. contra Joannem Villafranca, & alios Villæ de Reus, & alios termini de Mas Calvo de la plana Terraſtenentes in oppido Villæ Siccæ campi & Archiepiſcopatus Tarraconæ occaſione procedimentorum in Curia Eccleſiaſtica factorum contra eos pro contributione expenſarum faciendarum in nova Eccleſia ædificanda intra muros Villæ Siccæ ex mandato Officialis, Vicarii Generalis Viſitatoris in dicta Diœceſi Tarraconæ; fuit declaratum, cognitionem cauſæ, an dicti habitatores Villæ de Reus & territorii de Mas Calvo de la Plana, Terraſtenentes in Termino Villæ Siccæ debeant contribuere in ſolutione expenſarum faciendarum in ædificanda Eccleſia nova intra muros dictæ Villæ Siccæ, ſpectare, pertinere ad Curiam Eccleſiaſticam Tarraconæ, & in ea eſſe procedendum, & ſine dubio terminandam, meminit Ripoll. *var. capit. n.* 259. Et per eundem Cancellarium Loris, Conſultoribus Cordelles, & Fontpaſtor 29. Octobris 1580. in favorem Sindici Univerſitatis de Hoſpitaleto contra Franciſcum Famades & Joannem Duran agricolas Parochiæ Beatæ Mariæ de Sanctis, in caſu relato Loci de Hoſpitaleto *numer.* 5. meminit idem Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 261. *in prin.* Et per eundem Cancellarium Loris eodem die, cum eiſdem Conſultoribus, & in eadem facti ſpecie contra Bernardum Pages, & alios Parochiæ Sanctæ Magdalenæ de Splugues, meminit idem Ripoll. *var. cap.* 1. *numer.* 260. Et per dictum Cancellarium Loris, dicto die cum prædictis Conſultoribus in prædicta facti ſpecie contra Bartholomæum Solanes, & alios Parochiæ Sancti Juſti Deſvertio. Et per dictum Cancellarium Loris, dicto die, & cum eiſdem Conſultoribus contra Enricum Terrę Domicellum Barcinonę domiciliatum. Et per eundem Cancellarium Loris, eodem die, cum eiſdem Conſultoribus contra Michaelem Pineda & alios Parochię de Sanctis. Et per prędictum Cancellarium Loris, eodem die, cum prędictis Conſultoribus, in eadem facti ſpecie Loci de Hoſpitaleto relata *num.* 51. contra Ludovicum Monterols agricolam Parochię de Sanctis.

Et quod judex Eccleſiaſticus ſit competens ad 53
compellendum Parochianos Laicos habitatores Locorum ad reparationem, ampliationem, ędificationem, ſive reædificationem domorum Rectorum, Eccle-

ſiarum Parochialium fuit deciſum in Cathalonia per Cancellarium Carmona, Conſultoribus Aſtor, Senjuſt, & Morell. 27. Octobris 1618. in facto Jacobi Tarraſſa Presbyteri, Rectoris Eccleſiæ Parochialis Sancti Joannis de Pinu contra Juratos dictæ Parochiæ, ratione ſimplicis citationis in Curia Eccleſiaſtica ad inſtantiam dicti Tarraſſa contra Juratos, & Operarios dictæ Eccleſiæ emanatæ pro reparatione domus Rectoris dictæ Eccleſiæ, quæ fuit vi, & inundatione aquarum majori ex parte diruta. Et refert Fontanella *deciſ.* 523. *numer.* 9. *part.* 2. Quod procedit etiam contra Terras tenentes, ita fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Sunyer, conſultoribus Alegre, Setra, & Xammar 16. Februarii 1660. occaſione firmæ juris in Curia Sæculari Regentis Vicariam Barcinonæ factæ per ejus Fiſci Procuratorem, Joannem Baptiſtam Vivers, Petrum Pedroſa & alios terraſtenentes Parochiæ de Hoſpitaleto, procedimentis contra illos in Curia Eccleſiaſtica factis ad inſtantiam ejus Fiſci Procuratoris, & Juratorum dictæ Parochiæ ratione exactionis impoſitionis factæ pro reædificatione domus Rectoriæ dictæ Parochie de Hoſpitaleto Diœceſis Barcinonæ; fuit declaratum firmæ juris factæ in dicta Curia ſæculari per ejus Fiſci Procuratorem, & prædictos terraſtenentes dictæ Parochiæ de Hoſpitaleto locum non fuiſſe, nec eſſe.

54 Ex quibus opinio contraria Doctorum pro juriſdictione ſæculari potuiſſet forſan haberi in conſideratione ante Concilium Tridentinum ex regula generali, quod actor forum rei ſequitur, ſed poſt Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 21. *de refor. cap.* 7. non poteſt iſte articulus in dubium reficari, ut dicunt Barboſa *de poteſt Epiſc. part.* 3. *alleg.* 64. *numer.* 9. Sperell. *deciſ.* 67. *num.* 53. *lib.* 1. vel intelligenda eſt, quoad majorem executionem poſſe fieri per judices ſæculares, ſi eos requirat Epiſcopus, Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 64. *num.* 9. Et ſic in ſubſidium quando poteſtas Eccleſiæ deficit, non poteſt, ut dicit Aufrer. *de poteſt ſæc. ſuper Eccleſ. perſonas, regul.* 2. *num.* 26. & ex eo Ferrer. *part.* 3. *obſ. cap.* 227. alios Doctores contrario pro juriſdictione ſæculari caute legendos admonet Barboſa *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 21. *de reformat. cap.* 7. *nu.* 16. Vel niſi quæſtio ſit inter Parochianos ipſos, quomodo, & qui teneantur contribuere, nam judex ſæcularis competens eſt, ut in caſu relato per Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 262. & ex eo Fontanella *deciſ.* 523. *num.* 8. & alias binas declarationes noſtri Senatus tradit Fontanella *deciſ.* 308. *num.* 24. & 25. *part.* 2.

55 Et ſic ad Epiſcopum ſpectat examinare, & decernere quænam opera in Eccleſia fieri debeant, contributiones decernere, & ad illas ſolvendas cogere, Pereyra *de man. Reg. part.* 1. *cap.* 18. *num.* 8. *verſic. Et quoad primam partem*, Barboſa *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 21. *de refor. cap.* 7. *num.* 15. & *de off. Parochi, part.* 1. *cap.* 13. *num.* 12. *verſic.*
56 *Supereſt*, ibi: *Quando vero*. Quam quidem † poteſtatem Vicario Generali conceſſam cenſeri, ſi habeat ſpeciale mandatum. Ita quod Vicarius Generalis cum ſpeciali mandato cogere poteſt Parochianos laicos ad reparandas, ampliandas, ædificandas, ſive reædificandas Eccleſias Parochiales, Barboſa *de poteſt. Epiſ. par.* 3. *alleg.* 64. *numer.* 9. Ut in exemplaribus Cancellarii Cathaloniæ *relatis, num.* 51. 52. & 53.

57 Sed quæ ſint remedia opportuna, per quæ Epiſcopus, ſeu ejus Vicarius Generalis cum ſpeciali mandato poteſt cogere Parochianos laicos ad reparationem ampliationem, ædificationem, ſivè reædificationem Eccleſiarum Parochialium, juxta diſpoſitionem Concilii Tridentini *ſeſſ.* 21. *de refor. cap.* 7. tradit Pereyra *de man. Reg. part.* 1. *cap.* 18. *ſub nu.* 10. Sed verius eſt, quod tradit Sperell. *deciſ.* 68. *n.* 5. & 6. *lib.* 1. ex Guttier. *canonicar. lib.* 1. *cap.* 21. *nu.*
58 152. *in fine*. Idque Epiſcopus * decernere poteſt, quacumque appellatione non obſtante, *Concil. Trident. ſeſſ.* 21. *de refor. cap.* 7. ubi: Barboſa *in collect. num.* 17. idem Barboſa *de off. Parochi, part.* 1. *cap.* 13. *num.* 3. *in fine*, & *de jure Eccleſ. univ. lib.* 2. *cap.* 4. *numer.* 1. *in fine*, Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 6. *illat.* 2. *numer.* 9. *in fine*, Salgado *de Reg. protect. part.* 5. *cap.* 5. *nu.* 14. 15. & 27. Niſi * Epiſcopi in collecta imponenda exceſſerunt, nam tunc 59
poſſunt gravati ad legitimum ſuperiorem ſupplicare, Pereyra *de man. Reg. part.* 1. *cap.* 18. *num.* 9. *verſ. Quod ſi Prelati*, Barboſa *de offic. Parochi, part.* 1. *cap.* 13. *nu.* 12. *verſic. ſupereſt in fine*, & *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 21. *de refor. cap.* 7. *nu.* 15. *in fine*.

Quod ſi Parochiani ſint pauperes, nec poſſint 60
reficere Eccleſias Parochiales, debet ſervari diſpoſitio Concilii Tridentini *ſeſſ.* 21. *de reformat. cap.* 7. *in fine*, ſic ſtatuentis: quod ſi nimia egeſtate laborent, ad matrices, ſeu viciniores Eccleſias transferantur, cum facultate, tam dictas Eccleſias Parochiales, quàm alias Eccleſias dirutas in profanos uſus, non ſordidos, erecta tamen ibi cruce, convertendi, referunt Valaſc. *conſult.* 179. *num.* 22. Zerola *in prax. Epiſcop. part.* 1. *verbo Viſitatio, dub.* 9. & *part.* 2. *verbo Parochia*, §. 6. Fuſcus *de viſitat. lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 16. Riccius *in praxi aurea, reſol.* 201. *in fine*, & *in praxi, rer. fori Eccleſ. reſol.* 348. *in princ.* Salgado *de reg. protect. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 26. & 27. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. par.* 3. *allegat.* 64. *num.* 13. & *de offic. Parochi, par.* 1. *cap.* 13. *num.* 11. & *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 21. *de reformat. num.* 19. & *voto* 103. *num.* 87. & 88. *lib.* 3.

Circa ea, quæ dixi *num.* 24. notandum eſt, quod 61
quando collectæ imponuntur per æs, & libram pro modo facultatum, & rata ſui æſtimi pro reparatione Eccleſiarum Parochialium, in eis imponendis citatio forenſium requiritur, ut generaliter docent ſic intelligendi Portoles *ad Molin.* §. *contributio, numer.* 16. Leg. Leo *deciſ.* 159. *num.* 4. & 5. *lib.* 2. Baron. *de citatione, quæſt.* 17. *num.* 87. *tom.* 1. & *in annotat. ad ſingul.* 78. *num.* 1. *tom.* 3. Claper. *cauſa* 82. *quæſt. unica*, at quando collectæ imponuntur per vigeſimum, trigeſimum, aut quadrageſimum ſuper fructibus colligendis in terminis, & Parochiis, licèt fuerint homines vocati in illa cauſa Villæ Oleſiæ, quam refert, Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 162. fuit ex abundanti, non tamen, ut præciſè requiratur citatio forenſium, taliter quod ſine ea condemnantur iſto caſu forenſes ad ſolvendum vigeſimum, trigeſimum, aut quadrageſimum fructuum colligendorum in hujuſmodi terminis, & parochiis, ut fuit obſervatum in cauſa Sancti Petri de Ribes, *de qua memini ſupra, num.* 30.

*ARGUMENTUM.*

## An uſuræ, & ſimoniæ cognitio pertineat ad judicem Eccleſiaſticum, vel ſecularem.

*SUMMARIUM.*

1 *Uſuræ cognitio an pertineat ad judicem Eccleſiaſticum; vel ſecularem? eſt quæſtio pulchra, & difficilis, ac ſæpiſſimè in facto occurrit, num.* 1. *in eaque variæ ſunt Doctorum opiniones, num.* 2.

3 *Uſuræ cognitio contra Clericum pertinet ad judicem Eccleſiaſticum, numer.* 3. *limita, num.* 4.

5 *Uſuræ cognitio contra laicum pertinet ad judicem Eccleſiaſticum, num.* 5. *Ampliatur* 1. *ut Judex ſæcularis in cognitione uſuræ contra laicum ſe intromittere non poteſt, etiam de conſenſu partium, num.* 6. *Ampliatur* 2. *ut de conſuetudine contra laicum uſuræ non repetuntur, niſi in foro Eccleſiaſtico, num.* 7. *Limitatur* 1. *ut procedat, quando agitur de quæſtione juris; nam tunc uſuræ cognitio contra laicum pertinet ad judicem Eccleſiaſticum; ſecus quando agitur de quæſtione facti, quo caſu,*

caſu, ſive agatur civiliter, ſive criminaliter, Judex ſæcularis poteſt de uſura cognoſcere, numer.8. Limitatur 2. ſi non conſtat de exceptione uſuræ per reum oppoſita, numer.9. Limitatur 3. ut procedat quando agitur de jure obſcuro, ſecus ſi agitur de jure claro, numer. 10. Limitatur 4. quando ex decretis. vel con ſtitutionibus principum ſæcularium, ſeu ſtatutis laicorum uſuræ ſub aliqua pœna prohibentur, ſi deinceps quæſtio deſuper contingit, Judex ſæcularis de eis cognoſcere poteſt, & procedere ad puniendos uſuriaros, & ad pœnam devenire, numer. 11. & 12. etiam ſi decreta, & ſtatuta Principum ſæcularium non ſint à Papa confirmata, num.13. Sed vide, num. 14. 15. 16. 17. & 29. Limitatur 5. ut procedat, quando eſt quæſtio juris Canonici, ſecùs ſi quæſtio ſit juris ſtatutarii, numer. 20. Limitatur 6. in judice laico uti arbitro, numer. 21. Limitatur 7. ſi agatur de uſura, quæ ſuccedit loco intereſſe, numer. 22. Limitatur 8. his temporibus, quibus extant leges, & pœnæ à ſæcularibus legibus impoſitæ, numer. 23. Limitatur 9. ut procedat quoad cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas; ſecus quoad pœnas corporales, & pecuniarias, numer. 24.

25 Uſurarii pœnis à ſtatutis impoſitis puniri poſſunt per judices ſæculares, & ubi pœnæ per ſtatuta non ſunt determinata poſſunt puniri pœnis arbitrariis, n.25. & 26.

27 Judex ſæcularis ex officio poteſt procedere contra uſurarios, etiam nulla præcedente diffamatione, num.27. Et etiam Barones, & feudatarii inter ſuos vaſſallos, nam.28.

29 Judex Ecleſtaſticus an poſſit inhibere judicem ſæcularem, impedireque executionem inſtrumenti guarentigii ſub prætextu, quod contractus ſit uſurarius, donec per judicem Eccleſiaſticum ſit cognitum, an ſit uſurarius, vel non, & an Judex ſæcularis teneatur illi obtemperare, & ſi firmetur inter ambos judices contentio, in cujus favorem ſit declaranda, num.29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. & 47.

48 Manutentio non impeditur per exceptionem uſuræ.

49 Simoniæ cognitio pertinet ad judicem Eccleſiaſticum, num.49. limita num.50.

51 Judex Eccleſiaſticus an poſſit inhibere judicem ſæcularem, impedireque executionem inſtrumenti guarentigii ſub prætextu, quod contractus ſit ſimoniacus, donec per judicem Eccleſiaſticum ſit cognitum, an ſit ſimoniacus. vel non, & an Judex ſæcularis tenetur illi obtemperare, & ſi inter ambos judices firmetur contentio, in cujus favorem ſit declaranda, numer. 51. & 52.

## DECISIO CLXXXI.

1 CIrca primam partem dubii in argumento propoſiti, An uſuræ cognitio pertineat ad judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem? Quæſtio eſt pulchra, Alciat. in capit. primo, numer. 76. de offic. ordinar. pulchra, & difficilis, Maranta de ordinar. judic. part. 6. titul. de inquiſit. numer. 110. verum, nec ſatis nota, Pereyra de man. Regia, part. ſecunda, capit. 56. numer. 37. olim ſummè diſputata, Cutel. de immunitat. Eccleſ. libr. ſecundo, quæſt.78. numer. primo, ardua, & difficilis in jure, Marcus deciſ. 536. in princip. part. prima, imo valdè difficilis, Cævallos comm. controver. comm. quæſt. 11. numer. octavo, non parùm de ea dubitatur, Vela in capit. primo, part. prima, numer. 75. de offic. ordinar. ſolet enim controverti, Cævallos de cognit. per viam violent. part. ſecunda, quæſt. ſeptimo, in princip. eſtque multùm controverſa, Menoch. de arbitr. judic. caſu 398. numer. 14. Peguera deciſ.40. numer. 16. part. prima, Ripoll. ad Peguer. in praxi civili, rubric. 14. numer. 103. Frequenter in foro ventilatur, Rodericus de ann. reddition. libr. tertio, quæſt. quarta, numer. 122. ſæpiſſimè in facto occurrit, Carocin. caſu 133. in prin. in qua agitanda plurimùm laboraverunt Doctores, Reg. Mattheu de re crim. controv.40. num.39. & abundè, ac varia ſcripſerunt, teſtatur Oſaſcus deciſ.137. in princ. ut pudeat tantæ varietatis, inquit Fontanella de pact. nup. tom.1. clauſ.4. gloſ.13. par.2. n.45.

De ea tractant, variaſque opiniones referunt Panormit. in cap. cum ſit generale 8. numer.17. Felin. n. 1. 2. & 3. Soccin. à numer. 19. verſic. In ea gloſſa, Auguſt. Barboſa num.7. & in addit. num.5. par.6. Balboa à num.23. Fermoſin. quæſt.8. numer.1. & 2. de foro compet. idem Auguſt. Barboſa in cap. 1. numer. 3. & in cap. poſt miſerabilem 12. numer.4. de uſur. ad quem locum ſe refert, in clementin. diſpendioſam, numer. 21. de uſur. idem Balboa in capit.2. à numer. 87. Crana numer. 23. Vega à numer.36. Sanagun. à numer. 132. de judiciis, idem Fermoſin. in capit. tuam 3. 4. 5. tota, de ordin. cognit. Alciat. in cap.1. à num.75. Vela part. 1. à num. 75. de offic. ordinar. Decius in cap. ex part. 13. n.88. ubi addit. litera D. de offic. deleg. Bart. in l. titia 35. numer.7. ubi communiter Doctores, ſignanter Petrus Barboſa à numer.48. verſicul. Ultimo ex reſolutione, ff. ſoluto matrimon. Idem Decius conſil.18. nu.2. ubi Caroccius ſub num.14. idem Decius conſ. 169. num.2. verſic. Nam etiam dato, & num.3. Menoch. conſ.862. libr.9. Gregor. Lopez l.58. gloſſ.2. tit.6. par.1. Aviles cap.50. prætor, numer.1. Covar. libr.3. var. cap.3. à numer.1. & in epit. ad 4. part.2. capit.8. §.12. numer.4. Jul. Clar. in prax. crimin. §. uſura, num.8. ubi Bajard. numer. 21. idem Jul. Clar. §. fin. quæſt.37. num.2. ubi Bajard. num. 5. & 6. Azevedo l.1. à num. 185. tit.21. libr.4. & lib. 1. à n.86. tit.6. lib.8. recop. Spinus in ſpecul. teſtam. gloſſ. rub.13. à num.67. Paz in praxi, tom.1. part.8. cap. unico, num.29. & tom.2. prælud.2. num.25. & 26. Carol. de Graſ. de except. except.28. Guttier. de juramen. conſ. part.1. capit.2. à num.35. & canonicar. libr.3. capit. 12. numer. 51. Roderic. de ann. reddit. libr.2. quæſt. 4. à numer. 122. Belluga in ſpecul. Proncip. rubr. de uſuris, à numer. 3. ubi Borell. litera B. & D. idem Borell. in ſumm. deciſ. part.1. tit.43. à numer.135. & de compromiſ. gloſſ.2. §.1. à n.100. Cenedo collect. ad decretal.30. n.2. Bolannos in Cur. Philip. tom.1. par. 3. §.2. num.27. & tom.2. lib.2. cap.1. numer.57. Cævallos comm. cont. comm. q.11. num.8. & 9. de cognit. per viam violent. part.2. quæſt.7. & 96. Gratian. diſceptat. forenſ. capit.14. num.23. Bobad. in politic. l. 2. cap.17. n.40. & cap.19. num.98. Oſaſc. deciſ.137. Martha de juriſd. par.2. cap.7. Padilla in ſum. l. pœnal. par.1. num.30. Bellet. diſq. Cler. par. 1. tit. de favore Cler. reali, §. 13. num.130. Cardoſa in praxi jud. verbo uſura, num.20. Riccius collect. 737. verſ. Item crimen uſuræ, & collect. 1383. in fine, & collect. 278. Reg. Seſſe de inhibition. capit. octavo §.4. à numer. 44. & deciſ. 148. & deciſ. 182. à numer. 56. tom.1. Menoch. de arbitr. judic. caſu 398. à nu. 34. Gamma deciſ.194. Farinac. in prax. par. 1. q. 8. à n.134. Urſellius concluſ.161. verbo Avaritia à n. 30. Decian. tract. crim. tom.1. l.4. cap.26. n.3. Reg. Vico ad prag. Reg. Sard. tom.2. tit.43. cap. 2. num. 1. Guazzin. de feud.1. cap.11. num.12. Fachinæus controver. jur. lib.1. c.30. Cabal. reſolut. crim. caſu 188. Novarius ad prag. Reg. Neapol. in rub. n.6. & 7. de uſurariis, Portoles ad Molin. §. uſura, num.1. 2. & 4. Leotard. de uſur. q.94. n.9. & quæſt.100. num.78. & 79. Reg. Mattheu de re crim. contr.40. n.39. & 40. Morla in emp. jur. par.1. tit.2. in præmiſ. n.128. Vermigliol. conſ.297. num.1. & conſ.304. nu.1. Tuſch. pract. concluſ. litera V, concluſ.357. Anſald. de juriſd. part. 2. tit.9. cap.12. toto, Carleval. de judic. libr. 1. diſput. 2. num.771. Sperell. deciſ.40. numer.12. 13. & à num. 94. lib.1. Ciarlin. controv. foren. cap.29. num.1. lib. Cutel. de immun. Eccleſ. lib.2. quæſt. 78. Pereyra de man. Reg. part.2. cap. 56. à num. 37. Conciol. verbo delictum, reſol.2. num.12. 13. & 18. Scialoya de foro compet. compet. cap.46. Salas de uſur. dub.45. Reginald. in praxi fori pœniten. lib.23. à num.93. Molina de juſt. & jure, tract.2. diſp.335. Layman reſol.

mor.

mor. lib.4. tract.1. cap.2. num.8. & 9. Azor. inſt. mor. par.1. lib.3. cap.35. q.2. Bonacina de contract. diſp. 3. q.3. punct. ult. n.2. Lupus de uſur. comment.4. §.4. n.66. Navarrus in cap. novit, not. 6. color. 12. de judiciis, Fragoſo de reg. Reipub. par.1. diſp.4. n.283. & 285. Caſt. Palaus par.7. de juſtit. & jure, diſp. 4. punct.28. toto, Thom. del Bene de imm. Eccleſ. tom. 2. cap.10. dub.3. à num.14. Diana reſol. mor. par. 1. tract.2. reſol.78. alias 77. & part. 9. tract. 9. & miſcel.4. reſol.15. & in coordinat. par.9. tract.2. reſolut. 303. & 210. Peguera dec.30. à num.19. var. 1. Fontanella de pact. nupt. tom.1. clauſ.4. gloſſ. 13. p. 2. à n.45. ad 57. Luca in animader. ad Gratian. diſcept. foren. cap.238. n.17. verſ. Judex laicus, Sed pro reſolutione tantæ quæſtionis, duas facio concluſiones.

3 Prima ſit concluſio, quod uſuræ cognitio contra Clericum pertinet, & ſpectat ad judicem Eccleſiaſticum, Urſellius concluſ. 161. verbo Avaritia, numer.35. verſ. Amplius, Menoch, conſ. 862. num. 5. lib.9. Covar. Pet. Barboſa, Paz, Seſſe, Guazzinus, Pereyra, Peguera, Navarrus, Belluga citandi, n.14. quidquid dicant Joan. Mon. Joan. Andreas; quos citat Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. numer. 1101. & 1102. quod Clericus uſurarius poteſt puniri per judicem ſæcularem. Quia contrarium eſt verius. Quia crimen uſuræ non eſt unum ex illis, ex quibus Clericus amittit privilegium fori, nec iſtud reperitur in toto corpore juris canonici, ſic Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. num.1102. verſicul. Mihi tamen, ſequitur Scialoya de foro compet. cap.46. numer. 19.

4 Limitatur hæc 1. concluſio, ut procedat directè: at per indirectè poteſt Clericus uſurarius puniri per judicem ſæcularem, ſcilicet cùm petit executionem inſtrumenti uſurarii, ei denegare audientiam, & debitorem abſolvere ab obſervatione judicii, ita Carolus de Graſſ. & Scialoya locis allegatis, num. 3.

5 Secunda ſit concluſio, quod uſuræ cognitio quoad laicum pertinet, & ſpectat ad judicem Eccleſiaſticum, taliter quod Judex ſæcularis in ea, etiam contra laicum ſe intromittere non poteſt, ut juribus, gloſſis, Doctorum authoritatibus, & rationibus exornant, & probant Decius conſ.18. num.2. & conſ. 169. num. 2. verſic. Nam etiam dato, Boſſius in prax. crim. tit. de confeſſis, num. 50. & titul. de Principe, num.226. Maranta de ord. jud. par.6. tit. de Inquiſit. num. 109. Paz in praxi, tom.2. prælud.2. num.25. vat. etſi contrarium teneat, in hanc ſententiam omnium conſenſu à noſtris itum eſſe teſtatur variar. lib.3. cap.3. numer.1. & antea, in epit. ad 4. par.2. cap.1. in prin. num.22. & 23. & cap. 8. §.12. ex num.2. Scialoya de foro compet. cap. 46. numer.2. Pet. Barboſa in l. titia 3. numer. 48. verſ. Ultimo ex reſolutione, & verſ. Et ex hac, ff. ſoluto matrim. Urſellius concluſ. 161. verbo Avaritia, n. 30. Farinac. in prax. par.1. quæſt. 8. numer. 134. verſic. In quo articulo, Martha de juriſdict. par.2. cap.7. n. 1. juncto numero 11. & 12. Pereyra de man. Reg. p. 2. quæſt. 56. numer. 37. Anſald. de juriſdict. part. 2. titul.9. cap.12. à numer.1. Scaccia de commer. §. 7. gloſ.5. n.81. Cyriacus contr. 169. numer. 1. Riccius collect.372. verſic. Nam deciſio, Azevedo lib.1. nu. 185. tit.21. lib.4. & lib.1. num.86. tit.6. l.8. recopil. Auguſt. Barboſa in capit.1. numero 3. de uſuris, Alciat. in capit. 1. num.75. ubi Vela par. num. 76. de offic. ordin. Ripoll. ad Peguer. in pract. civil. rub.14. numer. 105. Diana reſol. mor. par.1. tract.2. reſolut. 78. alias 77. & par.9. tract.9. & miſcel.4. reſolut. 15. & in coordinat. part.9. tract.2. reſolut. 309. ſub numer.2. & reſolut. 310. numer. 2. Fontanella de pact. nupt. tom.1. clauſul. 4. gloſſ. 13. part.2. numer.46. in princip. multos congerunt Farinac. Pereyra, & Ripoll. locis citatis, & alii quamplures ex citatis, num.2. & allegandi, numer.8. ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Caſſador, Conſultoribus Terca, & Pla 14. Auguſti 1567. in favorem Pauli Llobet Parochiæ Sanctæ Perpetuæ de Mogoda contra Petrum Coll Parochiæ de Lliſſano inferioris Diœceſis Barcinonæ. Et per eundem Cancellarium Caſſador, conſultoribus Terca, & Jofrè 10. Octobr. 156.. infra referenda, num.38. Et per dictum Cancell. Caſſador 25. Februarii 1640. in favorem Venerabilis Joannis à Tormo Abbatis Monaſterii S. Petri Villæ Biſulduni contra Juratos, & Syndicum dictæ Villæ. Et per Cancellarium Loris, Conſultoribus Sala, Balle, & Tamarit 8. Januarii 1579. in favorem Galderici Eſteve Boterii Villæ Cereti contra Petrum Fabra ejuſdem Villæ. Et per eundem Cancellarium Loris, Conſultoribus Cordelles, Sala & Balle 5. Julii 1581. infra referenda, n. 38.

Ampliatur 1. hæc 2. concluſio, ut judex ſæcula- 6
ris in cognitione uſuræ contra Laicum ſe intromittere non poſſit etiam ex conſenſu partium, Bald. in rubric. numer. 6. extra de judic. Felin. in capit. cùm ſit generale, numer. 1. in fine, verſic. Quinta declaratio, de foro competent. Scialoja de foro compet. c. 46. num. 11.

Ampliatur 2. hæc 2. concluſio, ut de conſuetu- 7
dine contra Laicum uſuræ non repetantur, niſi in foro Eccleſiaſtico, ut ex Alexand. & Caſtren. tradit Scialoya de foro compet. cap.46. num.12. & ex Alberico Pet. Barboſa in l. titia 35. num.53. verſic. imo in Curia, ff. ſolut. matr. Niſi reus fateatur ſe recepiſſe uſuras, nam tunc judex ſæcularis ipſum laicum conventum compellere poteſt ad reſtituendam illas, Caſtren. in lib. ſi non ſortem, num.7. ff. de condict. ind. Felin. in cap. cùm ſit generale, num.1. verſ. Ex quibus, de foro compet. cap.46. num.12. in fine.

Limitatur 1. ut procedat, quando agitur de quæ- 8
ſtione juris, ſcilicet numquid talis contractus ſit uſurarius, vel non, quo caſu uſuræ cognitio contra Laicum, pertinet ad judicem Eccleſiaſticum? juxta regulam, capite tuam, de ord. cognit. capite lator 5. capite cauſamque 7. capite per venerabilem 13. verſ. Quod autem, & verſ. De filiis ergo, qui filii ſint legitimi, capite 2. capite novit 13. verſ. Non tamen intendimus, de judic. Et in his terminis intelligendi ſunt exiſtimantes uſuræ crimen eſſe merè Eccleſiaſticum, ut gloſſa magna, in capite 1. de offic. ordinar. gloſſa verbo malefactores, verſ. item crimen, de foro comp. gloſ. Verbo uſuris, in Clement. diſpendioſam, de jud. Et Doctores citati, num.5. Secus verò quando agitur de quæſtione facti, ut cùm controvertitur, an contractus eo modo celebratus ſit, quo apud omnes conſtet uſuram continere, nam tunc ſivè agatur civiliter, ſive criminaliter, judex ſæcularis poteſt de uſura cognoſcere, ut colligitur ex capite ad noſtram 20. de jurejurando, capite poſt miſerabilem 12. capite quanto 18. de uſuris, ita Bartol. in l. titia 35. numer.7. Alexand. à numer.6. Pet. Barboſa numero 48. verſic. Et ex hac & numero 53. verſic. Secunda principalis, ff. ſolv. matrim. Alciat. in capite 1. à n.76. ad 82. Vela parte 1. numero 75. 76. & 77. de offic. ordin. Decius conſ.170. numero 2. & 3. Roland. conſ.75. numero 37. lib.1. & conſ.96. à num.44. lib.2. Gregor. Lopez lib.58. gloſſa 2. titul.6. par.1. Bobad. in polit. lib.2. capite 17. num.40. Covar. in epit. ad 4. par.2. capite 8. §.12. numero 4. & lib.3. var. capite 3. à numero 1. Spin. in ſpecul. teſtam. gloſſ. rubr.13. numer.67. Cævallos com. cont. com. quæſt.11. numero 9. & de cognit. per viam violent. par.2. quæſt.7. à num. 1. Sperell. deciſ.40. numero 13. libr. 1. Surd. de aliment. tit.8. privil.29. num.8. Menoch. conſil.862. n. 4. & 5. lib.9. Gratian. diſcep. foren. cap. 14. numero 23. Jul. Clarus §. uſura, num. 7. & §. fin. quæſt. 37. num.5. Azevedo lib.1. à num.85. tit.2. lib.4. & lib.1. à numero 86. tit.6. lib.8. recop. Cenedo collect. ad declarat.30. numero 2. Aviles capite 50. prætor. gloſſa uſuras, numero 1. Cardoſo in praxi judicum, verbo uſura, num. 20. Gamma deciſ. 194. ubi Florez Diaz de Mena in addit. Oſaſcus deciſ. 137. numero 11. Farinac. in praxi, par.1. quæſt.8. numero 136. verſicul. Prima ſit concluſio, & numero 140. verſic. Quarta ſit concluſio, Martha de juriſdict. par.2. capite 7. numer. 8. 9. 10. 25. 26. & 27. Marchus deciſ. 536. à num. 7. part.1. Urſellius concluſ. 161. verbo avaritia, num. 35. Anſald. de juriſdict. part.2. titul. 9. capite 12. à numero 36. verſic. Alii tandem, Scialoya de foro com-

pet.

*get. capite 46. num.7.* Caſt. Palaus *in oper. moral. p. 7. de juſtitia, & jure, punct.28. numer. 1. 2. 3. & 4.* Ripoll. *ad Peguer. in prax. civil. rub.14. num. 104.* Diana *reſol. moral. par.9. tract.9. & miſcel.4. reſol. 15. & in coordinat. par.9. tract.2. reſol. 310. numero 2. verſic. Tamen Ego*, Vermigliol. *conſ. 196. num. 1.* quidquid hanc limitationem, ſeu diſtinctionem impugnent idem Farinac. *in prax. part.1. quæſt. 8. numero 135. juncto verſic. Verum, & verſicul. Ego*, Covar. *lib.3. var. capit. 3. numer. 1. verſic. Ego ut liberè*, Rodoer. *de ann. red. lib.2. quæſt.4. à num.121.* Peguera *de man. Regia, p.2. capit.56.* Fontanella *de pact. nupt. tom.1. clauſ.4. gloſ.13. par.1. numero 46. verſic. eſt igitur mea opinio*, Cabal. *reſol. crim. caſu 188. numero 1.* Conciol. *verbo delictum, reſolut.2. n. 12. & num.13.* Cutel. *de immun. Eccleſ. quæſt.78. n. 16.* quia contra eos eſt verior ſententia, ut docent Petrus Barboſa *in lib. titia 35. numer. 50. verſic. invento, juncto numer.51. verſic. Quo præſuppoſito, ff. ſol. matrim.* Vela *in cap.1. par. 1. numero 78. de offic. ordinar.* Fermoſin. *in c. tuam 3. quæſt.5. num.6. & 9. de ord. cog.* Scialova *de foro compet. capit.46. numer. 6. & 7.* Et ſecundùm hanc limitationem fuit deciſum in Cathalonia per Cancellarium Loris, Conſultoribus Quintana, Planes, Oſſer, & Sans 19. Martii 1579. in facto firmæ juris in Curia Eccleſiaſtica factæ per Jacobum de Montarnau, & Pujalt prætendendo articulum juris, an contractus aliqui per eum celebrari ſint uſurarii, ad Curiam Eccleſiaſticam pertinere, & pendente dicti articuli declaratione inhibendum eſſe Curiæ ſæculari, ne his ſe intromittat. Et quia Curia ſæcularis prætendebat contractus per dictum Montarnau celebratos, & de quibus in Regia Audientia impediebatur eſſe uſurarios, & reprobatos, aſſerendo meritis proceſſus attentis, nullum probabile, neque conſiderabile dubium juris in his poſſe proponi. Et quia conſtitit ex proceſſu Curiæ ſæcularis agi de quæſtione facti, non juris: fuit declaratum prædictæ firmæ juris per dictum Jacobum de Montarnau, & Pujalt in dicta Curia Eccleſiaſtica factæ locum non fuiſſe, nec eſſe, ſed cognitionem dictæ cauſæ ad Curiam ſæcularem Regiæ Audientiæ Criminalis pertinere & ſpectare, & in ea fore, & eſſe pertractandam, & ſine debito terminandam. Et per eundem Cancellarium Loris, Conſultoribus Quintana, Planes, Oſſer, & Ferrero 11. Maji 1579. eiſdem verbis, contra Paulum Solà caligarium Civem Barcinonæ, refert has declarationes, Ripoll. *ad Pegueram in praxi civili, rub.14. num. 104.* & ſecundam tradit Peguera *deciſ. 30. numero 24.* ubi etiam refert aliam declarationem Cancellarii, intervenientibus Doctoribus Regii Conſilii die 24. Decembris 1578. in cauſa contentionis ortæ inter dictas Curias ſuper juris firma in dicta Curia Eccleſiaſtica facta per Franciſcum Caſſador, militem, & civem Barcinonæ. Alias declarationes referam, *n.33. 36. & 38.*

9 Limitatur 2. ſi non conſtet de exceptione uſuræ per reum oppoſitæ, nam tunc cauſa tractanda eſt in Curia ſæculari, ſic fuit deciſum in Cathalonia per Cancellarium Caſſador, 22. Octobris 1568. in favorem Petri Vinoles Parochiæ Sancti Petri de Torrelione contra Joannem Verdeguer ejuſdem Parochiæ prætendentem venditionem manſi Puigſoqui, & alterius appellati Coromines inſtrumento gratiæ redimendi dicto Vinoles facta, & etiam additamentum pretii, & locationis dictorum manſorum fuiſſe, & eſſe uſurarios, & prohibitos, de quibus quidem læſionibus, vel aliis juſtis cauſis non conſtabat: fuit declaratum cauſam eſſe tractandam in Curia ſæculari.

10 Limitatur 3. ut procedat, quando agitur de jure obſcuro, & opinionibus obruto, nam tunc uſuræ cognitio contra laicum pertinet ad judicem Eccleſiaſticum, *argum. tex. & quod ibi, gloſ. & Doctores notant, in c. dilectus 8. de conſuetud.* ſecus ſi agitur de jure claro, quo videlicet apertè contractus, ut uſurarius fuerit damnatus, & quod caſus per jus canonicum deciſus invenitur, quo caſu licet judici ſæculari de uſura cognoſcere. Quia quamvis apud inductos ea quæſtio juris dubia videri poſſit, non tamen apud Doctos, qui per jus canonicum eam quæſtionem deciſam eſſe ſciunt, *argum. ancillæ, Codic. de futuris*, & quia id quod jure determinatum eſt, certum, & indubitatum eſſe dicitur *ex regula, l. ornamentorum 39. alias 39. ff. de auro, & argento legato*, ita ut judex ſæcularis, eo caſu magis debeat dici executor juris canonici, ut in ſimili tradit Caſtro *de hæreſi, lib.1. capite 7.* nec tunc Judex ſæcularis aliquid determinat, ſed determinatum, ac declaratum per jus canonicum, detegit, *leg. addo 7. §. videtur, ff. de acquir. rer. dominio*, quod judici ſæculari prohibitum non eſt, ſic Belluga *in ſpec. Princip. rub.11. §. de uſurariis, numero 19.* Guttier. *de juramenti confirm. part.1. capite 2. numero 37.* Farin. *in praxi, part.1. q.8. numero 157. & 138.* Docte probat, & exornat Petrus Barboſa *in leg. titia 35. numero 52. & 53. in prin. ff. ſoluto mat.* Fontanella *de pact. nupt. tom.1. clauſ.4. gloſſ.13. par.2. num.55. in fine, verſic. Secundus caſus eſt, & num.56.* Regens Seſſe *deciſ.148. numero 15. 16. & 17. tom.2.* Vela *in cap. 1. par.1. num.79. de offic. ordinar.* Diana *reſolut. moral. par.9. tract. & miſcel.4. reſolut.13. & in coordinat. par. 9. tractat.9. reſolut. 310. num. 3.* Fermoſin. *in cap. tuam, q.5. num.9. in fine, de ord. cognit.* Anſald. *de juriſdict. par.2. tit.9. cap.12. num.46. 47. & 48.* deciſiones Cancellarii Cathaloniæ refert Peguera *deciſ.30. num.24. tom.1.* quas tradidi *ſupra, num. 8. in fine*. Quidquid aliter dicant Roderic. *de ann. reddit. libr.3. quæſt. 4. numero 137.* Pereyra *de man. Regia, part.2. cap.56. numer.39. verſicul. Nam cùm agatur*.

Limitatur 4. quando ex decretis, & conſtitutio- 11
nibus Principum ſæcularium, ſeu laicorum ſtatutis uſuræ ſub aliqua pœna prohibentur, pro ut facere poſſunt, Cabal. *reſol. crim. caſu 188. num.2.* Menoch. *de arbit. jud. caſu 398. à num. 41.* Fontanella *de pact. nup. tom.1. clauſ.4. gloſ.13. par.2. num.42.* Seſſe *deciſ. 148. num. 13. & 18. tom. 2.* Pet. Barboſa *in l. titia 35. num.48. verſicul. Denique infertur, uſque ad verſicul. Eſt tamen, ff. ſolut. matrim.* Pereyra *de man. Reg. par.2. cap.56. numer. 38. verſic. Ex quibus*, pro ut vigent in omnibus ferè Provinciis Chriſtianorum Principum, Covar. *lib.3. variar. capite 3. numero 1. verſic. Punitur uſurarius, in fine*, Leotard. *de uſur. q. 2. numero 48.* Peguera *deciſ. 30. numero 16. in fine, & numero 20. verſic. Primo, ibi: Imo penitus*, Regens Mattheu *de re criminal. controv. 40. numero 32.* ut de Hiſpania, Francia, Neapoli, Ducatu Montisferrati, & Principatu Pedemontium teſtatur Oſaſcus *deciſ. 137. num.12. verſic. Quinto*, & ex eo Farinac. *in praxi, p.1. quæſt.8. ſub numero 140.* Cabal. *reſol. crim. caſu 188. ſub numero 2.* Hiſpania, Gallia, Germania, & Sabaudia, Leotardus *de uſur. quæſt. 2. num. 42.* de Hiſpania; Italia, & Francia, Roderic. *de ann. reddit. lib. 3. quæſt.4. numero 6. & 7.* de Brixia, Hiſpania, & Neapoli, Menoch. *de arbit. jud. caſu 398. à numer.44.* de Caſtella, Azevedo *lib.1. num.74. titul.6. lib.8. recopil.* Roderic. *de ann. reddit. lib.3. quæſt.4. num.116. & 118.* Solis *de cenſib. l.1. cap.5. in fine*, Peguera *deciſ.31. num. 21. tom.1.* Pereyra *de man. Reg. par.2. cap. 56. num. 38. verſic. Conſtat autem*, Caſt. Palaus *in oper. moral. part. 2. de juſtit. & jure, diſput.4. punct. 30. num. 14.* & alii plures per regentem Mattheu *de re crimin. controv. 40. num. 33. 34. & 40.* Vela *in capit.1. par. 1. num. 74. de offic. ordin.* de Caſtella, & Luſitania, Paz *in praxi, tom.2. prælud.2. num.26*, Villalobos *in ſumm. part.2. titul.22. dif.3. num.1. in fine*, Caſtillo *tom. 8. de aliment. cap.48. num.8.* Bobad. *in politic. lib.2. capit.19. num.8.* Petrus Barboſa *in leg. titia 35. num. 38. verſic. Infertur etiam, ff. ſolut. matrim.* de Aragonia de Seſſe *deciſ. 148. num.20. tom.2.* Regno Neapolis, Maranta *de ord. judic. part.6. tit. de inquiſit. numero 110. & 116.* Scialoya *de foro compet. cap.46. num.3.* Riccius *collect. 2046.* Novarius *in pragm. 3. collect.5. numer.1. de uſurariis*, de Sardinia, Regens Vico *ad pragmatic. Reg. Sardin. tom.2. titul.43. ca-*

*pite*

pite 1. de Germania, Gail. lib.2. obſervat.4. & 5, de Sabaudia, Oſaſcus deciſ. 134. numer. 17. in fine, de Valentia, & de aliis Domino Regi ſubditis, Belluga in ſpecul. Princip. rub.11. §.de uſurariis, num.17. in fine, de Cathalonia, conſtitut.1. & 2. de uſur. Ripoll. variar. cap.3. numero 236. & 238. & in addit. ad Peguer. in praxi civil. rub.14. numero 106. & Regiorum edictorum, cap.42. Peguera deciſ.30. numero 16. in fine, & num.20. verſicul. Primo, ibi: Et quod etiam, & deciſ.31. numer. 22. part. 1. Si deinceps † quæſtio deſuper contingit, Judex ſæcularis de eis cognoſcere poteſt, & ad puniendos uſurarios procedere, & ad pœnam devenire, Roland. conſil. 75. num.35. lib.1. Vulpen. conſil. 140. num. 7. Oſaſcus deciſ. 137. num.12. verſ. Quinto, Covar. libr.5. var. cap. 3. num.1. verſ. Utcumque ſit, Farinac. p.1. in praxi, q.8. num.140. Menochius conſ.398. à num. 41. Pereyra de man. Reg. part.2. capit.56. numer. 38. verſ. Conſtat autem, Peguera deciſ. 30. ſub num. 20, deciſ.31. numer.22. & 23. par. 1. Decian. tract. crimin. lib.4. cap.26. num.3. Guazzin. defen.1. cap. 11. num.12. verſic. Quæ opinio, Cabal. reſolut. crim. caſu 188. num.2. Leotard. de uſur. quæſt. 100. num. 78. & ſequent. Conciol. verbo delictum, reſolut. 2. num. 14. Cutel. de immunit. Eccleſ. lib. 2. q.78. num. 11. Scialoya de foro compet. cap.46. ſub num.3. & num.6. in fine, Riccius collect. 2078. Urſellius concluſ. 161. verbo Avaritia, num.34. Cyriacus controv.179. n.2. quidquid aliter explicet Petrus Barboſa in l. titia 35. verſ. Neque obſtat, ff. ſolut. matr. & ex eo Seſſe deciſ. 148. numero 20. tom.2. quibus ſatisfacit Pereyra de man. Reg. par.2. capit.56. numer.38. verſ. Ex quibus.

13 Hæcque limitatio procedit, etiamſi decreta, & ſtatuta Principum ſæcularium non ſint à Papa confirmata, ſi quidem Summus Pontifex Principibus ſecularibus mandat, ut uſurarios cohibeant, quidquid dicat Roland. conſ.75. num.35. lib.1. & ex eo Farin. in praxi, par.1. q. 8. num. 140. quia contra eos eſt verior ſententia, ut probat Vulpen. cont.140. num.6. quem ſequuntur Cabal. reſol. crim. caſu 188. n.2. in fine, Conciolus verbo delictum, reſol.2. n.14. Guazzin. defen.1. c.11. n. 12. verſic. Sed Rol. Pereyra de man. Reg. p.2. c.56. n.38. in fine, prin.

14 Sed ſalva pace tantorum virorum, qui ſequuntur opinionem traditam, num.12. exiſtimo, quod hodie cum uſuræ legibus ſæcularibus indiſtinctè laicis prohibeantur, crimen iſtud ex rigore quodam, & juxta veram juris cognitionem cenſendum eſt mixtum, ut judex ſæcularis inter laicos tantùm de eo cognoſcat, Eccleſiaſticus autem inter Clericos, ſicuti de homicidio, de adulterio, de furto, & de ſimilibus, ita Covar. lib.3. var. capit. 3. num.1. verſicul. Tertio, Cutel. de immunit. Eccleſ. l.2. q.78. ſub num.11. Paz in prax. tom.2. prælud.2. numer.26. Pereyra de man. Reg. part.2. cap.56. num. 38. verſ. Crimen enim, & verſ. Ex quibus, in fine, ibi: Unde cùm hodie, Seſſe deciſ.148. num.2. & 20. poſt prin. tom.2. Novar. in cap. novit, not.6. num.42. de judic. Belluga in ſpecul. Prin. rub.11. §. de uſurariis, num.17. 18. & 19. Roder. de ann. redd. lib.3. q.4. num. 126. Peguera dec. 30. num.23. verſic. Sexto facit, & verſicul. Nec refragari in fine, par.1. Petrus Barboſa in l. titia 35. num.49. verſic. eſt tamen advertendum, & verſ. Et criminis mixti, & numer. 51. in princ. ff. ſolut. matr. Fontanella de pact. nupt. tom.1. clauſ.4. gloſ.13. p.2. num.46. ibi: Altera verò, & ibi: & pro poſteriori. Niſi praxis aliud obſervaret juxta tradita per Covar. lib.3. var. cap.3. num.1. verſ. Quarto, Paz in prax. par.2. prælud.2. num.26. Roderic. de ann. reddit. l.3. q.4. n.128. Aviles cap.50. prætor. verbo uſura, num. 1. verſ. Aut conſuetudo diſponit, Peguera dec.30. n.23. verſ. Septimo, in fine, par. 1. Anſald. de juriſdict. par.2. tit.9. cap.12. n.75.

15 Nec obſtat, quod Covar. Cutel. Paz, Seſſe, Roderic. & Peguera, & alii citati, num.14. non dicant crimen iſtud uſurarum eſſe ex rigore quodam, & juxta veram juris cognitionem mixtum, ſed eſſe mixti fori. Quia prædicti Doctores ſatis ſe explicant, nam illa verba mixti fori accipiunt pro mixta cognitione, ut hoc crimen uſurarum ſit in eo ſenſu mixtum, ut judex ſæcularis tantùm de eo cognoſcat inter laicos, & Eccleſiaſticus inter Clericos, ſicuti pro furto, & ſimilibus. Hæc enim † eſt dif- 16
ferentia inter crimen mixtum, & mixti fori: nam quando crimen eſt mixtum, id eſt utroque jure pariter prohibitum, Judex ſæcularis cognoſcit inter laicos, & Eccleſiaſticus inter Clericos: crimen autem mixti fori ſignificat reciprocam cognitionem utriuſque judicii Eccleſiaſtici, & ſæcularis cum preventione, ut qui prior præoccupaverit, ille cognoſcat, Petrus Barboſa in lib. titia 35. num.51. in prin. ff. ſol. matr. Pereyra de man. Reg. par. 1. cap.56. ſub num.38. quidquid videantur impugnare Petrus Barboſa in l. titia 35. num. 51. verſic. Quo præſuppoſito, ff. ſol. matrim. Pereyra de man. Reg. p.2. cap.56. numer.39. Fontanella de pact. nupt. tom.1. clauſ.4. gloſ. 13. par.2. n.46. in fine, & dicat Regens Seſſe deciſ. 148. n.20. tom.2.

Quia uſurarum crimen ſapit furtum, & rapinam, 17
can. ſi quis uſuram 14. q. Aviles capite 50. prætor. gloſ. uſuras, num.1. in princ. verſic. Facit, Maranta de ord. jud. par.6. titul. inquiſit. num. 119. Anſaldus de juriſdict. par.2. titul.9. cap.1. num.19. & 33. Fermoſin. in cap.1. qu.1. ſub num.5. de jurejurand. Peguera deciſ.30. numer. 23. part.1. & ſentiunt Covar. lib.3. var. capit. 3. num.1. verſicul. His tandem, & verſ. Tertio, Roder. de ann. reddit. lib.3. quæſt.4. numer. 124. verſic. Secundo, Pereyra de man. Reg. part. 2. capit.56. num.38. verſicul. Quare, Cutel. de immun. Eccleſ. lib.2. quæſt.78. ſub num.11. Petrus Barboſa in l. titia 35. num.49. verſ. Secundo, ff. ſol. matr. Fontanella de pact. nupt. tom.1. clauſ. 4. gloſs. 13. part.2. num.51. verſicul. Secunda. Sed de homicidio, & de furto pertinet cognitio ad judicem ſæcularem contra laicos, ut de ſe patet: adeo ut nec viſum, nec auditum ſit, quod de homicidio etiam in rixa, nec de furto etiam rei modicæ contra laicos unquam Judex Eccleſiaſticus cognoverit. Ergo nec de uſura. Sic argumentantur Aviles, Covar. Roder. Peguera, & Fontanella hìc citati. Et ad rationem differentiæ inter homicidium, furtum, & ſimilia crimina, & inter crimen uſurarum, quam conſideravit Petrus Barboſa in l. titia 35. num.50. ff. ſolut. matrim. ſatisfaciunt Peguera deciſ. 30. num. 23. verſic. Nec poteſt, Fontanella de pact. nupt. tom.1. clauſ.4. gloſ.13. par.2. num.55. His poteris addere dicenda infra, limitatione 5. & 8.

Hinc Doctores, qui generaliter, & indiſtinctè af- 18
firmant crimen uſurarum eſſe mixti fori, ut Oſaſcus deciſ. 137. num.10. Novarius ad prag. Reg. Neapol. in rub. collect.1. num.6. de uſurariis, Fachin. controv. jur. lib.9. capit.30. Urſellius concluſ. 161. verbo Avaritia, num.33. Riccius collect. 1384. in fine, & collect. 2078. in princ. Martha de juriſdict. part.2. capit.48. numer.8. Cardoſo in praxi judic. verbo uſura, numer.20. Regens Seſſe deciſ.148. numer.3. tom. 2. Guazzin. defen.1. capit.11. num.12. in princ. verſicul. Alii autem, Carolus de Graſ. de excep. excep. 28. nu.81. Ripoll. var. cap.3. à num.236. & alii plures, quos tradunt idem Ripoll. ad Peguer. in prax. civili, rubric. 14. num. 105. Barboſam in capit. cùm generale, num.7. & in addit. num.5. part.6. ubi Fermoſin. quæſt.8. num.1. de foro compet. Conciolus verbo delictum, reſol.2. num.12. & verbo uſura, reſolut. 2. Regens Mattheu de re crim. controv. 40. num. 30. Regens Vico ad pragm. Reg. Sard. tom.2. titul. 33. capite 2. num.1. Roderic. de ann. reddit. lib.3. quæſt. 4. à num. 224. Scialoya de foro compet. capit. 46. numer.6. Peguera deciſ.30. à num. 19. part.1. & alii ex
citatis, numer.2. Accipiendi † ſunt in eo ſenſu, ut 19
cognitio ſit mixta, quod Judex ſæcularis cognoſcat inter laicos de crimine uſuræ, & Eccleſiaſticus inter Clericos, juxta dicta num.14. & 15. vel intelligendi ſunt juxta dicenda limitatione 9. n.24.

Limitatur 5. ut procedat, quando eſt quæſtio ju- 20
ris canonici; nam tunc Judex Eccleſiaſticus eſt judex competens inter laicos in quæſtione juris in cau-

ſa

ſa uſurariæ pravitatis; ſecus ſi quæſtio ſit juris ſtatutarii, quo caſu Judex ſæcularis cognoſcit inter laicos, licèt ſit quæſtio juris, ſecundùm Caſtrenſ. & Jaſon. quos citat Bajardus ad Clar. §. fin. quæſt. 37. num. 5. ſequitur Scialoya de foro compet. cap. 46. num. 16. alios addunt Petrus Barboſa in l. titia 35. numer. 49. verſic. Neque de his pœnis, uſque ad verſic. Et tamen, ff. ſolut. matrim. Regens Seſſe deciſ. 148. n. 20. verſ. Dici etiam, tom. 2.

21 Limitatur 6. in judice laico uti arbitro, qui poteſt de uſura cognoſcere, licèt ſit quæſtio juris, Anchar. & Felin. quos refert, & ſequitur Scialoya de foro compet. cap. 46. num. 17. quibus addo Rodericum de ann. reddit. libr. 3. quæſt. 4. numer. 138. Aviles capit. præt. 50. verbo uſuras, numer. 2. addo quod exceptio uſurarum non impediat executionem laudi, etiam quod cauſa uſurarum fuerit in laicum compromiſſa, Caroccius de excep. excep. 66. num. 24. Martha de juriſd. par. 2. cap. 45. num. 3. Aviles c. 50. Prætor. verbo uſuras, n. 5.

22 Limitatur 7. quando agitur de uſura, quę ſuccedit loco intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis, quia etiam de jure canonico permiſſum eſt, gloſ. in cap. conqueſtus, ubi Barboſa num. 6. & 7. de uſur. innumeros citat Hermoſilla ad Gregor. Lopez, l. 10. gloſ. 4. numer. 3. 4. & 5. fol. 112. tom. 2. & ceſſat ratio, quare debeat dici delictum Eccleſiaſticum; atque ita coram judice ſæculari peti poteſt, Cagnolus in l. curabit, num. 55. Cod. de pact. inter empt. & vendition. Petrus Barboſa in lib. titia 35. numer. 50. verſ. Si non ageretur, ff. ſolut. matrim. Anſaldus de juriſd. par. 2. titul. 9. cap. 21. num. 107. 108. Regens Seſſe deciſ. 148. num. 14. tom. 2. Aviles capit. 5. prætor. num. 1. verſic. Aut conſuetudo nihil diſponit, videndus Peguera deciſ. 32. num. 22. & deciſ. 33. à n. 9. part. 1.

23 Limitatur 8. ut procedat, quando crimen uſuræ natura ſua temporali lege civili non erat prohibitum, nam tunc pro eo tempore dici poterat Eccleſiaſticum, eo quia alia lege, quàm canonica non reperiebatur prohibitum, nec ad alium forum ſpectabat, in quem ſenſum accipiendi ſunt Doctores, qui crimen uſurarum Eccleſiaſticum eſſe dicunt, ut intelligantur loquuti, attento illo primo tempore, quo adhuc legibus civilibus abſolutè non prohibebatur; ſecus hodie cùm extent leges, & pœnæ à ſæcularibus impoſitæ, quo caſu ad ſuum forum ſpectat cognitio, ſic Covar. var. lib. 3. capit. 3. num. 1. verſ. His tandem, ſequitur Pereyra de man. Reg. par. 2. cap. 56. num. 39. verſ. Ex quibus poſt medium, ibi: Nam illud ſolùm, Doctè Cutel. de immun. Eccleſ. l. 2. q. 78. à n. 3. ad 12.

24 Limitatur 9. ut procedat quoad cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, nam tunc in eis imponendis contra laicos uſurarios cognitio ſpectat ad judicem Eccleſiaſticum, ſecus verò quoad pœnas ſæculares, & pecuniarias, quo caſu cognitio contra laicos uſurarios ad judicem ſæcularem pertinet, ita Scialoya de foro compet. cap. 46. num. 4. verſ. Et ſic Judex, Cutel. de imm. Eccleſ. lib. 2. quæſt. 78. à numer. 12. ad 15. & ſentiunt Azor. inſtit. mor. par. 3. lib. 5. cap. 18. Urſellius concl. 161. verbo Avaritia, n. 35. quidquid dicant Menoch. & ab eo relati, de arb. jud. caſu 398. n. 40. Maranta de ord. jud. par. 6. tit. de inquiſit. n. 115. & 116. diſp. 5. à n. 12.

25 Uſurarius nedum civiliter, ſed etiam criminaliter puniendus eſt, non ſolùm pœna pecuniaria, ſed etiam alia corporali juxta uſurarum qualitatem, Cævallos com. contr. com. quæſt. 11. num. 10. & 11. Roder. de ann. reddit. lib. 3. quæſt. 4. numer. 129. ſicque vidiſſe refert Alciat. in cap. 1. numer. 82. de offic. ordin. Azevedo l. 1. num. 188. tit. 11. lib. 4. recop. Cabal. reſolut. crim. caſu 188. numero 3. Guazzin. defen. 1. cap. 11. numero 12. verſic. Et judices, late Anſaldus de juriſd. p. 9. tit. 9. c. 13. Bajard. ad Clar. §. uſura, n. 13. de Regno Caſtellæ, & Luſitaniæ pluribus citatis remiſſivè, Pichard. in manuauc. ad prax. par. 2. §. 4. n. 125. Reg. Mattheu de re crim. controv. 40. à n. 34. de Statu Mediolan. Jul. Clar. §. uſura, num. 5. & §. fin. quæſt. 37. num. 2. de Neapoli, Maranta de ordin. judic. part. 6. titul. de inquiſit. n. 116. Scialoya de foro compet. cap. 46. n. 3. de Sardin. Reg. Vico ad prag. Reg. Sardin. tom. 2. tit. 33. cap. 1. de Sabaudia, Oſaſcus deciſ. 137. n. 11. verſic. Quarto, & num. 17. in fine, de Regno Caſtellæ, Sahagun in cap. decernimus, num. 144. de judic. de Cathalonia, cap. 42. Reg. præconizat, Peguera deciſiones noſtri Senatus refert deciſ. 30. num. 18. verſic. Ego verò, & deciſ. 31. num. 22. par. 1. Fontanella de pact. nup. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 13. par. 2. num. 47. & 48. Et ubi † 26
pœna per decreta, & ſtatuta Principum ſæcularium non eſt determinata, poſſunt uſurarii per judicem ſæcularem puniri pœna arbitraria, Maranta de ord. judic. part. 6. titul. de inquiſit. num. 121. & diſput. 5. num. 19. Alciat. in capit. 1. num. 79. de offic. ordinar. Fortoles ad Molin. verbo uſura, num. 25. 26. & 27. Peguera deciſ. 31. tom. 1. Riccius collectan. 372. in fine, Urſellius concluſ. 161. verbo Avaritia, numer. 15. Jul. Clar. 1. uſura, numer. 1. Anſald. de juriſdict. par. 2. titul. 9. cap. 13. à num. 13. Franchis deciſ. 213. poſt num. 17. Scialoya de foro competent. cap. 46. ſub num. 3. etiam torturæ, Bajard. ad Clar. §. uſura, n. 14. Roderic. de ann. redd. libr. 3. quæſt. 4. num. 130. utrumque probant Jul. Clar. §. uſura, num. 5. in fine, Oſaſc. deciſ. 137. num. 11. verſic. Quarto, Peguera deciſ. 30. num. 18. in fine, part. 2. Cabal. reſol. crimin. caſu 188. num. 5. & 6. Decian. tractat. crimin. lib. 4. capit. 26. num. 3. verſic. & licet, Guazzin. defen. 1. cap. 11. n. 12. verſic. Et ubi. Sed in Regno Neapolis non devenitur ad torturam in crimine uſurarum, teſtatur Maranta de ord. jud. part. 6. tit. de inquiſit. n. 127. & diſp. 5. n. 23. Spinus in ſpec. teſtam. gloſ. rub. 13. num. 68. verſ. Ex quo deducitur, & verſ. Sed contraria ſententia, Bajard. ad Clar. §. uſura, n. 15. videndus Anſald. de juriſd. par. 2. tit. 9. c. 13. à n. 1. ad 16.

An autem Judex ſæcularis ex officio, ſolo fiſco 27
inſtante, poſſit procedere contra uſurarios, eoſque punire, etiam nulla præcedente diffamatione? Tractat latè Maranta poſt tract. de ordin. jud. diſput. 5. per totam. Et licèt aliqui dixerint, quod in crimine uſurarum non proceditur ex officio, ſolo fiſco inſtante, de generali conſuetudine, ſine accuſatione, ut ex Innocent. in cap. noſtram 20. in princ. de jurejurando, tradunt Peguera deciſ. 35. in prin. verſ. Altera, par. 1. Guazzin. defen. 1. c. 11. n. 12. verſ. Imo non ſolùm, & defen. 3. cap. 1. n. 7. Vermigliol. conſil. 294. n. 2. & conſ. 301. nu. 1. Conciolus verbo uſura, reſol. 1. n. 13. Et ita ſervari in Regno Siciliæ, tradit Maranta poſt tract. de ordine jud. diſp. 5. num. 10. verſ. Si quæris, ibi: Ex prædicta, & ad Pegueram ſe referant Bajard. ad Clar. §. uſura, numer. 16. & 17. Novarius ad prag. Reg. Neapol. in rub. collect. 1. n. 6. de uſurariis. Niſi in tribus caſibus, quos tradunt Peguera, Vermigliol. & Conciolus, hic citati. Sed veritas eſt,
† quod in crimine uſuræ Judex ſæcularis poteſt proce- 28
dere ex officio, ſolo fiſco inſtante, & uſurarios punire, docent Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 26. numer. 3. verſic. Et poterit, Cabal. reſol. crim. caſu 188. n. 4. Et ita ſervaſſe, & ſervari vidiſſe, & malè facere judicem ſæcularem non punire hoc delictum, Ciarlin. controv. forenſ. lib. 1. cap. 29. à numer. 5. ad 8. Et in Regno Valentiæ proceditur contra uſurarios ex officio per Inquiſitionem, Dominus Vice Cancel. Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura obſer. 4. numero 57. & 77. Et in Cathalonia, Fontanella deciſionem antiquam noſtri Senatus, refert deciſ. 138. n. 20. par. 1. Sicque video obſervari in Regio Conſilio. Et in Regno Neapolis, Novarius in prag. 5. collect. 4. numero 1. de uſurariis. Idque quia uſurarii dicuntur raptores, & ſpoliatores, Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 26. numero 3. verſ. Nota quod omnes, Menoch. de arb. jud. caſu 398. numer. 18. Ciarlin. controv. foren. libr. 1. capit. 29. numer. 8. & latronibus, & furibus pejores ſunt, Leotardus de uſuris, quæſt. 2. numer. 3. Regens Mattheu de re criminal. controv. 40. numer. 35. in fine.

Sed an Judex Eccleſiaſticus poſſit inhibere judi- 29
cem

cem ſæcularem, impedireque executionem inſtrumenti guarentigii ſub prætextu, quod contractus ſit uſurarius, donec per judicem Eccleſiaſticum ſit cognitum, an ſit uſurarius, vel non, & Judex ſæcularis teneatur illi obtemperare, & ſi inter ambos judices firmetur competentia, in cujus favorem ſit declaranda? quæſtio eſt gravis, ut dicit Caſtr. Palaus *in oper. mor. par.7. de juſt. & jure, diſp.4. punct.* 28. *num.*5. & ſæpè de facto contingit, Cævallos *de cog. per viam violen. par.2. quæſt.96. numer.*1. ac ſæpiſſimè de ea dubitari, Martha *de juriſdict. part.* 2. *capit.* 45. *in princ.* & inter Doctores eſt magna controverſia, Fontanella *deciſ.* 335. *num.* 26. *part.*2. in eaque fuerunt variæ opiniones, Reg. Seſſe *inhibit. capit.* 27. *ſub numer.* 3. ſuper qua ſcripſerunt Amat. *reſolut.* 36. Portoles *foro* 1. *à numer.* 63. *ad* 67. Monter. *deciſ.*9. *numer.* 54. 55. & 56. Urſellius *concluſ.* 161. *verbo Avaritia, num.* 78. 79. & 80. Cancer *p.* 2. *var. cap.*3. *à num.*44. Ripoll. *var. cap.*3. *à numer.* 214. *ad* 222. & *à num.* 233. *ad* 244. Seſſe *de inhibit. cap.*8. §.4. *à num.* 44. & *cap.*27. & *deciſ.* 148. *num.* 21. & 22. Martha *de juriſdict. par.*2. *capit.*45. Caſt. Palaus *in oper. moral. part.*7. *de juſtit. & jure, diſp.* 4. *puncto* 28. *numer.* 5. 6. 7. & 8. Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſſ. rub.*13. *num.*67. *verſic. Ex qua, & num.* 68. Cævallos *de cognit. per viam violent. part.* 2. *q.* 7. *num.*5. & *quæſt.* 96. Pet. Barboſa *in leg. titia* 35. *num.*48. *verſ. Unde ſi petatur, & ſub num.*53. *ff. ſol. matrim.* Scialoya *de foro compet. n.* 8. & 9. Guttier. *de jur. confir. par.* 1. *cap.*2. *à n.*9. Diana *reſol. moral. par.*3. *tract.*1. *reſol.*18. & *in coordinat. par.*6. *tract.*2. *reſol.*308. Bobadilla *in polit. lib.*2. *cap.*17. *n.*40. *verſ. Pero quanto, & cap.*19. *num.*8. *verſ. Y aſſi.* Guſman *de evictionibus, quæſt.*32. *à n.*34. *ſignanter numer.* 41. Giurba *deciſ.* 100. *tota, præcipuè numer.* 7. & 8. Cabreros *de metu, lib.*2. *cap.*29. *à num.*15. *ſignanter numer.*38. & 39. Parlador. *rer. quotid. lib.*2. *capit. fin. part.*5. §.11. *numer.*22. & 23. remiſſivè Gratian. *deciſ.*228. *num.*14. Ego *deciſ.*22. *numer.* 115. *cum trib. ſeq. par.*1.

30 Sed pro vera explicatione diſtinguendi ſunt duo caſus.

Primus eſt, quando quæſtio uſurarum eſt ſuper facto.

Secundus eſt, quando quæſtio uſurarum eſt ſuper jure.

31 In primo caſu quando quæſtio uſurarum eſt ſuper facto, dicunt aliqui, quod ſi Judex Eccleſiaſticus prævenerit in cognitione uſuræ illius contractus ſuper facto, poteſt inhibere judicem ſæcularem, impedireque executionem inſtrumenti guarentigii, ſub prætextu, quod contractus ſit uſurarius, & Judex ſæcularis tenetur illi obtemperare, & ſi inter ambos judices firmetur contentio, declaranda eſt in favorem judicis Eccleſiaſtici, probat Martha *de juriſd. par.*2. *cap.*45. *à num.*15. *ad* 19. refert ſed non ſequitur Cævallos *de cognit. per viam violent. p.*2. *quæſt.*96. *n.*10. & 11. ſequitur tamen Diana *reſol. mor. par.*3. *pract.*1. *reſol.*8. & *in coordin. p.* 9. *tract.*2. *reſol.*308. *n.*2. *in fine.*

32 Sed alii contrarium verius docent, quod licèt Judex Eccleſiaſticus prævenerit in cognitione uſuræ illius contractus ſuper facto, non poteſt inhibere judicem ſæcularem. impedireque executionem inſtrumenti guarentigii, ſub prætextu quod contractus ſit uſurarius, & Judex ſæcularis non tenetur illi obtemperare, & ſi firmetur competentia inter ambos judices, declaranda eſt in favorem judicis ſæcularis, probat Cævallos *de cog. per viam violen. par.*2. *quæſt.*96. *à num.*12. qui *numer.*14. *verſ. Quæ verba*, teſtatur ſemper judicatum fuiſſe in Regali Cancellaria Pinciana contra fiſcalem Eccleſiaſticum illius Archiepiſcopatus in quadam cauſa Oppidi de Ybannes, Bobad. *in polit. l.*2. *c.*19. *n.*8. *verſ. Y aſſi. ibi, O antes quo ſe pida*, Guſman *de evict. quæſt.* 32. *nu.* 37. Giurba *deciſ.*100. *n.*3. Ripoll. *var. cap.*3. *n.*237. & alii plures citandi, *n.*35.

33 Si autem Judex ſæcularis prævenerit executionem ſuper facto illius contractus, & pars contra quam petitur executio, comparet coram judice Eccleſiaſtico, & dicit illum contractum eſſe uſurarium, & petit talem contractum annullari, & pro tali uſurario, & reprobato declarari, non poteſt Judex Eccleſiaſticus inhibere judicem ſæcularem, nec impedire executionem inſtrumenti guarentigii, ſub prætextu quod contractus ſit uſurarius, & Judex ſæcularis non tenetur, illi obtemperare, & ſi competentia inter ambos judices firmetur, declaranda eſt in favorem judicis ſæcularis, Covar. *in epit. ad* 4. *capit.*8. §.12. *num.*5. Aviles *cap.*50. *Prætor. gloſs. uſuras*, Azevedo *lib.*1. *num.*186. *tit.*11. *lib.*4. *recop.* quos citat Guttier. *de jurament. confir. par.*1. *cap.*2. *num.*30. *verſic. Si verò, & num.* 37. ſequitur Caſtr. Palaus *in oper. moral. part.*7. *de juſt. & jure, diſt.* 4. *punct.* 28. *num.* 8. idemque docent Martha *de juriſd. part.*2. *cap.*45. *num.* 20. Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſſ. rub.*13. *num.*68. Cævallos *de cognit. per viam violen. part.*2. *quæſt.*96. *num.*11. *in fine*, Pet. Barboſa *in lib. titia* 35. *num.*54. *in princ. ff. ſolut. matrimon.* Ripoll, Ripoll. *var. capit.*3. *à num.* 233. *ad* 244. ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Caſſador, & per Cancellarium Loris, declarationibus referendis infra. Et per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Ferrer, Bonet, & Rubicoll 5. Novembris 1611. in favorem Martini Fabregas Bajuli, & Franciſci Boqueres Villæ de Cambrils contra Paulum Boqueres, & Teclam conjuges Civitatis Tarraconæ pro impedienda executione retroclami expoſiti in Regia Curia de Cambrils, quatenus ſub cenſuris, & pœnis non procederet dictus Bajulus in dicta cauſa executionis, & quod in ea ſuperſederet, donec in Curia Eccleſiaſtica Tarraconæ fuiſſet jus dictum ſuper validitate contractus; fuit declaratum in favorem Curiæ ſæcularis.

In ſecundo caſu quando quæſtio uſurarum eſt ſuper jure. Tunc aliqui dicunt, quod Judex Eccleſiaſticus poteſt inhibere judicem ſæcularem, impedireque executionem inſtrumenti guarentigii ſub prætextu, quod contractus ſit uſurarius, teneturque Judex ſæcularis illi obtemperare, & ſi inter ambos judices contentio firmetur, declaranda eſt in favorem judicis Eccleſiaſtici, *juxta regulam, cap. tuam, de ord. cognit.* ſic Alexand. *in lib.*4. *§. condemnatum, num.*17. *ff. de re judic.* Marchus *deciſ.*44. *n.* 4. *par.*1. Maſtril. *deciſ.*157. *num.* 41. *libr.*2. Caroccius *de excep. excep.* 66. *n.*21. Ripoll. *var. cap.*1. *à n.*214. plures alios addunt Azevedo *l.*1. *à n.*185. *tit.* 21. *lib.*4. *recop.* Guttier. *de juram. confir. par.*1. *cap.*2. *à n.*9. *ſignanter n.*11. & 30. *in prin.* Barboſa *in l. titia* 35. *n.* 48. *verſ. Unde ſi petatur, ff. ſolut. matrim.* Farinac. *conſ.*162. *num.*54. *par.*2. Diana *reſol. moral. part.* 3. *tract.*1. *reſol.*18. & *in coordinat. par.*9. *tract.*2. *reſol.* 308. Portol. *ad Molin. foro* 1. *num.*64. *de compet. juriſd.* Caſt. Palaus *in oper. mor. par.*7. *de juſt. & jure, diſp.*4. *punct.*28. *num.*5, 6. & 7. Spin. *in ſpec. teſt. gl. rub.*13. *n.*68. 34

Sed alii verius docent, quod Judex Eccleſiaſticus non poteſt ante rem judicatam inhibere judicem ſæcularem, impedireque executionem inſtrumenti guarentigii eo prætextu, quod contractus ſit uſurarius, nec tenetur Judex ſæcularis illi obtemperare, & ſi competentia inter eos firmatur, declaranda eſt in favorem Curiæ ſæcularis, ſic Angel. *in l.*4. *§. condemnatum*, Ripa *n.*29. *ff. de re judic.* quem ſequuntur plures relati per Covar. *in epit. ad* 4. *par.*2. *cap.*8. §.12. *num.*5. *ad fin.* & *lib.*3. *var. c.* 3. *num.*1. *verſic. Ut cumque ſit, ibi, Imo executio*, Giurba *deciſ.*100. *nu.*3. & 11. Suarez *in l. pect. rem. judicatam, num.*15. *ff. de re judic.* Maſcard. *de probat. concl.*686. *n.*13. Bobad. *in polit. lib.*2. *cap.*17. *n.* 40. *verſic. Pero quanto, & num.*52. *verſic. Peroles, & cap.*19. *ſub numer.*8. Chartar. *deciſ. Januen.* 2. *numer.*9. Gratian. *diſcept. forenſ. capit.*118. *numer.* 43. Carol. de Graſ. *de excep. in prælud. numer.* 60. Petr. Barboſa *in l. titia* 35. *numer.* 54. *verſic. Et pariter, uſque ad verſic. Procederet etiam, ff. ſol. matr.* Parlador. *rer. quotid. lib.*2. *cap. fin. par.*5. §.11. *n.* 22. & 23. Giurba *deciſ.* 100. *num.*7. Roder. *de ann. red-* 35

*dit.*

*dit. lib.3. quæſt.4. ſub num.*132. Cævallos *de cog. per viam violen. par.2. q.7. n.5. & q.96. tota* Fermoſin. *in cap. tuam 3. q.5. à n.1. de ord. cognit.* Carleval. *de jud. lib.1. tit.3. diſp.14. n.8. & 9.* Ripoll. *var. cap. 3. à num.233. ad 244.* Cancer *par.2. var. cap. 3. n.* 44. Anſaldus *de juriſd. par.2. tit.9. cap.12. à numer.* 95. Guſman *de evict. quæſt.32. n.40. & 41.* Cabreros *de metu, lib.2. cap.29. n.15.* Amat. *reſol.36. num.* 1. quidquid iſti ultimi dicant ille *n.*18. iſte *à n.*2. ita deciſum per Cancellarium Regni Aragonum refert Portoles *ad Molin. foro 1. n.63. de compet. juriſd.* Et per Cancellarios Cathaloniæ Caſſador, & Loris declarationibus referendis, *n.* 38. ſi agitur de debito ſortis, ſecus ſi de intereſſe, unus Luca, & alter Luca, *locis citandis*, *n.*39.

36 Hæcque opinio maximè procedit, ſi agatur coram judice Eccleſiaſtico de uſura, poſtquam Judex ſæcularis jam tulerat ſententiam ſuper contractu principali, non poteſt Judex Eccleſiaſticus inhibere judicem ſæcularem, ut ſuperſedeat in executione ſententiæ, etſi id faciat, & firmetur competentia inter ambos judices, declaranda eſt in favorem judicis ſæcularis, ut probat Anchar. quem ſequitur Felin. quos citat Pet. Barboſa *in lib. titia* 35. *num.* 54. *verſic. Quinto*, *ff. ſolut. matrim.* Carocius *de except.66. num.*21. *in fine*, Reg. Seſſe *deciſ.* 148. *num.* 21. *verſic. Sicut etiam*, *tom.*2. Anſaldus *de juriſdict. par.2. tit. 9. cap. 12. num.*91. Sic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Sunyer, Conſultoribus Roca, & Julia, Triſtany, & Pinjana 14. Junii 1663. occaſione firmæ juris in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ factæ per Procuratorem Nobilis Raymundi de Cagarriga Equitis Ordinis, & Militiæ de Calatrava procedimentis in Curia ſæculari Regiæ Audientię factis, inſtante Nobili Joanne Baptiſta Mata Ordinis, & Militiæ Beatæ Mariæ de Monteſa vigore Regiæ ſententiæ in Vice Regia Audientia inter eaſdem partes latæ, à qua pendet indeciſa cauſa ſupplicationis, prætendente in dicta Curia Eccleſiaſtica procuratore dicti Nobilis de Cagarriga executionem dictæ Regiæ ſententiæ fieri non poſſe, ex quo tranſactionis contractus cujus occaſione fuit in favorem dicti Nobilis Joannis Baptiſtæ Mata in ea cauſa declaratum, & pro cujus obſervantia inſtata fuit, & decreta dictæ Regiæ ſententiæ executio contra dictum de Cagarriga allegatur, & prætenditur in totum illicitus, & uſurarius propter conventiones, & pacta in eo appoſita, contrarium dicto de Mata prætendente: fuit declaratum firmæ juris in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ per procuratorem dicti Nobilis Raymundi de Cagarriga factæ locum non fuiſſe, nec eſſe, *de qua memini ſupra, deciſ.* 139. *n.*31.

37 Et multo magis procedit, quando juramentum contractui uſurario eſt appoſitum, *capit. debitores*, *de jurejurando*, Covar. *lib.3. var.c.3. num.4.* Afflict. *deciſ.*30. Guttier. *de jur. confir. p.1. cap.1. num.* 34. Seraphin. *de privil. jur. privil.* 176. *à num.*4. Carol. de Graſ. *de except. in prælud. num.60. & except.* 18. *num.*6. Farinac. *de falſit. quæſt.* 160. *num.*345. Carocius *de except. excep.66. num.* 17. *verſic. Sed quod*, Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſſ. rub.* 13. *num.* 68. *verſic. Quæ ſententia*, Caſtr. Palaus *in oper. moral. part.* 7. *de juſt. & jure, diſp.4. punct.28. num.*11. de qua materia latè Fermoſin. *in c.1. quæſt.1. à n.1. ad 20. & in c. debitores*, *q.*1. ubi Barboſa *de jurejurando*.

38 Ideoque praxis in hac materia eſt, quod impugnato inſtrumento guarentigio, ut uſurario, etſi firmetur competentia inter judices Eccleſiaſticum, & ſæcularem, declaratur quoad executionem in favorem judicis ſæcularis, quoad cognitionem verò an ſit uſurarius in favorem judicis Eccleſiaſtici, ut pluribus citatis tradit Carocius *de excep. excep.66. numer.*23. alios addit Suelves *conſ.19. n.5. lib.*3. & alii ex citatis, *num.*2. 29. & 35. ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Caſſador, Conſultoribus Terca, & Jofre 10. Octobris 1569. in facto juris firmæ per Ludovicum Teſta Mercatorem Civem Barcinonæ in Curia Eccleſiaſtica factæ Gabrieli Velbeſi etiam Mercatori Civi Barcinonę pro impedienda executione cujuſdam cambii traditi per dictum Gabrielem Velbeſi pręfato Ludovico Teſta per eundem Teſta uſurarii pretenſi, pro cujus declaratione dictus Teſta cauſam introduxerat in Curia Eccleſiaſtica, pretendendo quod pendente cauſa indeciſa in Curia Eccleſiaſtica ſuper declaratione dicti cambii an ſit ſcilicet uſurarium, non eſſe procedendum in Curia ſæculari Regiæ Audientiæ ad illius executionem, & ſolutionem: fuit declaratum, firmæ juris in dicta Curia Eccleſiaſtica factæ per dictum Ludovicum Teſta quoad effectum impediendi executionem per dictum Velbeſi inſtatam in Curiam ſęculari Regię Audientiæ locum non fuiſſe. Quo verò ad ſubſtantiam contractus prædicti cambii, an uſurarius ſit nec ne, ad Curiam Eccleſiaſticam pertinere, & ſpectare, taliter quod una Curia per alteram non impediatur. Refert hanc declarationem etſi non tam extensè, Ripoll. *ad Peguer. in prax. civil. rub.29. n.*101. ad quem me refero *deciſ.22. n.* 118. *par.*1. Et per Cancellarium Loris, Conſultoribus Cordelles, Sala, & Balle 5. Julii 1581. in facto juris firmæ in Curia Eccleſiaſtica Elnen. factæ per Petrum Antonium Serradell Mercatorem Villæ de Arulis, prætendendo uſurarium eſſe contractum cujus vigore in bonis ſuis inſtante Nobili Ludovico de Robles fiebat executio vigore proviſionis in Regia Audientia factæ; fuit declaratum his verbis: Firmæ juris in dicta Curia Eccleſiaſtica per dictum Petrum Antonium Serradell factæ locum fuiſſe, & eſſe, & cognitionem dictæ cauſæ ad dictam Curiam Eccleſiaſticam Elnen. pertinere, & ſpectare, & in ea fore, & eſſe pertractandam, & fine debito terminandam. Ita quod per dictam juris firmam non impediatur executio obligationis guarentigiæ per dictum Nobilem Ludovicum de Robles in Regia Audientia, in quo judicio etiam habeatur ratio de expenſis virtute dictæ executionis exactis per Regios officiales, & alios dictæ executionis miniſtros, & de exceſſu, ſi quis appareat in dicta executione commiſſus, vel in dictarum expenſarum exactione: pręſtita tamen per dictum Nobilem Ludovicum de Robles in Curia ſæculari idonea cautione de ſtando juri, & rei judicandæ per dictam Curiam Eccleſiaſticam Elnen. ſuper articulos, an contractus, de quibus agitur, ſint uſurarii, & ſuo caſu ſuper reſtitutione prætenſarum uſurarum, ſi quas forſan interveniſſe probatum, & declaratum fuerit in dicta Curia Eccleſiaſtica. Et antea eiſdem ferè verbis fuit declaratum per eundem Cancellarium Loris, Conſultoribus Ros, & Puig. 1. Februarii 1681. in favorem Nobilis Philippi de Siniſterra, & de Sancta Eugenia Villæ Perpiniani, quam refero *dec.21. n.118. p.1.*

Si exceptio uſuræ eſt dubia, altioremque indagi- 39
nem requirat, ut ſi ex forma & effigie inſtrumenti non appareat contractum eſſe uſurarium, ſed pars voluerit uſuram per teſtes probare, quo caſu exceptio uſuræ executionem non impedit, & firma competentia, declaranda eſt quoad executionem in favorem Curiæ ſæcularis; retractabiliter tamen, ſi poſtea conſtet de uſura; Luca *in animadv. ad Gratian. diſcept. forenſ. cap.367. n.*13. alter Luca *de uſur. diſc. 21. n.*2. ſecus autem, ſi exceptio uſuræ eſt clara ubi conſtet ex forma, & effigie inſtrumenti contractum eſſe uſurarium, nam tunc exceptio uſuræ executionem impedit, & firmatur competentia declaranda eſt in favorem judicis Eccleſiaſtici, ut doctè probat Regens Seſſe *de inhibit. c.8. §.4. à 44. ad 50. & cap. 37. à n.3. ſignanter à nu.8. uſque ad finem*, ſequitur Cancer *par.2. var. c.3. ſub numer.*48. idem Regens Seſſe *deciſ.148. n.21. verſ. Sed in praxi*, *tom.*2. Urſellius *concluſ.161. verbo Avaritia*, *num.* 78. & 79. pluribus citatis Guſman *de evict. q.32. n.*39. Cabreros *de metu*, *l.2. num.*33. 37. 38. & 39. Amat. *reſol.* 36. *n.*13. Farin. *poſt p.1. concil. dec.118. n.9. in fine*, Carleval. *de jud. l.1. tit.3. diſp.14. n.*10.

Sufficit verò ad impediendam executionem inſtru- 40
menti guarentigii, quod de exceptione uſuræ conſtet ex ejus forma, & effigie per præſumptiones, &

conje-

conjecturas, Menochius *conſ.*109. *n.39. verſic. Concludo, & n.*140. Caroccius *de excep. excep.66, n.23. in fin.* Gratian. *diſcep. foren. c.*118. *n.48*, Giurba *deciſ.*10. *n.8. in fine*, Guſman *de evict. q.* 32. *n.* 42. *in fine*, Cabreros *de metu*, *l.2. q.29, n.28.* Urſellius *concluſ.*161. *verbo Avaritia*, *n.57.* Valaſc. *conſult.56. n.2.* Card. *in prax. jud. verbo uſura*, *n.19.* Portoles *ad Molin. verbo uſura*, *à n.41.* Cyriac. *controv.260, n.5. & 6,* Narbona *l.82. gloſ.2, n.15. & 16. tit.5. l.2. recop.*

41 Sed advertat Advocatus creditoris, quod ſi debitor offert articulos, & vult probare per teſtes contractum eſſe uſurarium, de quo agitur in inſtrumento guarentigio, debet fortiter contradicere admiſſionis talium articulorum, & receptioni teſtium, Amat. plures citat *reſol.36. n.15. incipien. Proinde*. Aliàs autem ſi non contradicat, & ſic conſentiat receptioni teſtium, ſibi præjudicat, Carol. de Graſ. *de excep. in prælud. n.258.* conducunt Fontanella *de pact. nup. tom.2. clauſ.7. gloſſ.2. par.5. à n.27. ad* 32. Amat. multis laudatis *reſol.36. à n.18.*

42 Bonum tamen eſſet, imo faciendum exiſtimo, quod Cancellarius, qui contentionem in hac materia declarat in favorem Curiæ ſæcularis obliget creditorem ad præſtandam idoneam cautionem in Curia ſæculari de ſtando juri, & rei judicandæ in Curia Eccleſiaſtica ſuper articulo, an contractus ſit uſurarius, ut obſervavit Cancellarius Loris in binis declarationibus traditis, *n.38.* & notant Angel. *in l.* 4. *§. condemnatum*, *n.4. ff. de re jud.* Covar. *in epit. ad 4. par.2. c.8. §.12. n.5.* Azevedo *l.1. num.186. ante finem*, *tit.21. lib.4. recop.* Pet. Barboſa *in l. titia* 33. *num.54. verſ. Et pariter*, *ff. ſol. matrim.* Gratian. *deciſ.* 128. *n.14.* Giurba *deciſ.* 100. *num.4.* Urſellius *concl.161. verbo Avaritia*, *num.79. in fine*, Reg. Seſſe *deciſ.* 148. *num.* 12. *tom.2.* & tradunt pro cautela plures Doctores, quos refert, & ſequitur Carol. de Graſ. *de excep. excep.* 28. *n.13.* qui *n.12.* aliam cautelam tradit, ſed *num.* 13. dicit hanc noſtram eſſe magis totam.

43 Sed omittendum non eſt, quod quando articulus, an contractus ſit uſurarius, definiendus eſt per judicem Eccleſiaſticum, & Doctores Canoniſtæ diſcrepant à Theologis, tunc ſi vertitur in foro fori, Judex debet ſequi opinionem Canoniſtarum, ſed in foro conſcientiæ amplectenda eſt opinio Theologorum, ut reſolvunt Alexand. Pariſ. Decius, & Brunor. à Sole, quos citat, & ſequitur Carol. de Graſ. *excep.* 28. *num.* 59. Tuſch. *practic. concluſ. litera V, concl.* 356. *num.7. & 8.* Surd. *de aliment. tit.8. privil.* 29. *num.8.* Roderic. *de ann. redd. lib.3. quæſt.4. num.64.* Mantica *de tacit. lib.1. tit.1. n.* 58. Martha *de juriſdict. par.2. cap.7. à num.13. & voto* 14. *n.5.* remiſſivè Barboſa *in c. cum in Diœceſi* 15. *n.6. de uſuris.*

44 An autem judicium criminale uſurarum impediat judicium civile, ſi utrumque intentetur? videantur Doctores, quos citat Riccius *collect.* 2078. *in fine*, Farinac. *dec.217. poſt par.2. concil.* Urſellius *concluſ.* 161. *verbo Avaritia*, *n.31. & 32.*

45 Unum ultimo noto, quod in Cathalonia, & aliis Regnis Coronæ Aragonum, ubi inter judices Eccleſiaſticum, & ſæcularem firmata eſt competentia ſuper cognitione inſtrumenti guarentigii uſurarii, interim dum ea indeciſa pendet, Judex ſæcularis hujuſmodi inſtrumentum executioni mandari nequit, Portol. *ad Molin.* deciſionem Curiæ Juſtitiæ Aragonum, refert *foro 1. num.65. de compet. juriſd.* Monter *deciſ.9. num.56.* Ego *deciſ.22. num.* 116. *part.* 1.

46 Adeo † quod ſi firmata competentia, facta fecerit executio per judicem ſæcularem, ipſa ſtatim retractanda eſt, Portoles *foro 1. n.66. de compet. juriſdict.* Ego *dec.22. n.117. par.1.*

47 Concludo, quod uſuræ exceptio non impedit manutentionem, quandiu ſuper validitate contractus diſcutitur, ut ex Ludoviſ. *deciſ.107. n.* 2. Poſth. *de manuten. obſer.62. n.9. & poſt tract. deciſ.* 181. *num.* 6. tradidi *deciſ.21. num.* 118. *in fine*, *part.1.* quibus addo Anſald. *de juriſdict. par.2. tit.9. cap.* 12. *num.* 100. Urſellius *concl.161. verba Avaritia*, *n.31. verſ. Quod tamen.*

Circa ſecundam partem dubii. An ſimoniæ cognitio pertineat ad judicium Eccleſiaſticum, vel 48
ſæcularem? In quo ſunt, qui putant, quod Principes ſæculares poſſunt cognoſcere de ſimonia Clerici, *gloſſ. verbo intra Eccleſiam in can. Princeps ſæcularis* 23. *q.5. per tex. in can. ſi quis pecuniam* 79. *diſtinct.* & alii dicant, quod ſimoniæ crimen quoad laicos eſt mixti fori, Barboſa *in capit. cum ſit generale*, *n.8. de foro compet.* Verius tamen eſt, quod ſimoniæ cognitio etiam quoad laicos ad judicem Eccleſiaſticum, non autem ad ſæcularem pertinet, & ſpectat. Quia crimen ſimoniæ eſt merè Eccleſiaſticum, cum originem, & prohibitionem habeat ab Eccleſia, *in ſum.1. quæſt.1.* & dicitur quaſi hæreſis, *can. altare 2. quæſt.3. cap. quoties* ubi Barboſa *n.* 2. *& 3. de ſimonia*, Soccin. *in rub. de ſimonia*, *n.9. & à num.15.* ſic docent *gloſſ. in cap. cum ſit generale* ubi Annan. communiter receptum teſtatur *num.9.* Abbas *numer.20.* Soccin. *numer.* 22. *verſic. in eadem*, *gloſſ. ibi: Simoniæ*, Barbat. *numer.* 780. Balboa *numer.22*, Barboſa *in addit. part.6. num.* 6. Fermoſin. *quæſt.* 8, *num.6. & 7. de foro compet.* Gregor. Lopez *libr.* 58, *gloſſ.3. titul.6. part.1.* Bolanno *in Curia Philip. tom.* 1. *par.3. §.2. num.9.* Jul. Clar. *§. ſimonia*, *numer.7. verſic. Hoc crimen*, Decian. *tractat. crim. tom.1. l.* 4. *cap.* 20. *num.5.* Farinac. *in praxi*, *part.* 1. *quæſt.* 8. *num.128.* Guazzin. *defen.1. cap.11. num.13.* Pereyra *de man. Reg. par.2. cap.56. num.46.* Aviles *in c.1. Prætor. gloſſ. uſurpan. ſub numer.11.* Bobadilla *in polit. lib.2. cap.17. numer.68.* Paz *in prax. part.2. prælud.2. num.27.* Morla *in empor. jur. part.* 1. *titul.* 2. *in præmiſ. num.* 132. Cardoſo *in prax. jud. verb. Simonia*, *n.28.* Martha *de juriſdict. par.2. c.7.* Anſaldus *de jur. par.2. tit.1. de ſimonia per totum*, *præcipuè n.* 8. *& tit.9. c.11. n.62.* Vela *de pœn. delict. capit.32. n. ult.* Alter Vela *in c.1. par.1. n.29. de offic. ordin.*

Intellige ut procedat, quando agitur de quæſtio- 50
ne juris, an talis contractus ſit ſimoniacus; ſecus quando agitur de quæſtione facti, nam tunc judex ſæcularis poteſt de ſimonia cognoſcere inter laicos, ſecundum Anton. *in c. cum ſit generale*, *n.14.* Imola *n.* 4. Felin. *n.4. de foro compet.* quos referunt, & ſequuntur Paz *in praxi*, *tom.2. prælud.2. n.27.* Morla *in empor. jur. par.1. tit.2. in præmiſ. n.132.*

Sed utrum judex Eccleſiaſticus poſſit inhibere ju- 51
dicem ſæcularem, impedireque executionem inſtrumenti guarentigii ſub prætextu, quod contractus ſit ſimoniacus, donec per judicem Eccleſiaſticum ſit cognitum, an ſit ſimoniacus, vel non, & Judex ſæcularis teneatur illi obtemperare, & ſi firmetur contentio inter ambos judices, in cujus favorem declaranda ſit? Antiquitus pendente cauſa apud judicem Eccleſiaſticum; an contractus ſit ſimoniacus, vel non, declarabatur per Cancellarium Cathaloniæ quod Judex ſæcularis ſuperſederet in executione, donec per Judicem Eccleſiaſticum eſſet terminata, & finita cauſa ſuper ſimonia, ſic Fontanella *deciſ.* 335. *num.34. part.2.* ubi teſtatur ita declaratum per Cancellarium Caſſador 27. Auguſti 1568. verum hæc declaratio, non fuit facta per Cancellarium Caſſador, ſed per Carolum à Cardona tertium, Conſultoribus Terca, & Villana 27. Auguſti 1568. in facto juris firmæ per Fiſci Procuratorem Curiæ Eccleſiaſticæ Vicen. Petrum Avench Diaconum, & Sigiſmundum Amat aliàs Avench Parochiæ Sancti Chriſtophori de Taverteto Felici Quintana obtinenti beneficium ſub invocatione Beatæ Mariæ de Folgas ratione donationis puræ, ſimplicis & irrevocabilis inter vivos per dictum Sigiſmundum Amat aliàs Avench factæ Petro Avench fratri ſuo cujuſdam cenſualis annuæ penſionis decem librarum, & proprietatis ducentum librarum, pro fundatione perſonatus dicto Felici Quintana conſignati, ſuper cujus fundatione, & conſignatione pendet lis in Curia Eccleſiaſtica Vicen. & poſtea pro una penſione dicti cenſualis inſtante dicto Felice Quintana mota lis contra dictum Sigiſmundum Amat alias Avench in Curia ſæculari Vicarii, & Bajuli Vici, & Auſoniæ, cujus litis procedimenta facta

in

in Curia ſæculari petiit dictus Sigiſmundus Amat aliàs Avench, tamquam facta in præjudicium duarum cauſarum vertentium in Curia Eccleſiaſtica ſuper validitatem dicti Perſonatus, & conſignatione dicti cenſualis, revocari: fuit declaratum, firmæ juris factæ in curia Eccleſiaſtica per dictum Fiſci procuratorem, & Petrum Avench locum eſſe, & conſequenter non eſſe procedendum per judicem ſæcularem in dicta cauſa mota coram judice ſæculari, donec & quo uſque terminatæ fuerint dictæ cauſæ vertentes, & priùs cœptæ in dicta Curia Eccleſiaſtica ſuper dicta prætenſa ſimonia.

52 Cæterum hæc praxis receſſit ab aula, & hodie obſervatur, quod ſi inſtrumentum guarentigium impugnetur, ut ſimoniacum, & inter judices Eccleſiaſticum, & ſæcularem firmatur competentia, declaratur in favorem Curiæ Eccleſiaſticæ quoad cognitionem, an contractus ſit ſimoniacus, quoad executionem verò in favorem Curiæ ſæcularis, ita ut hujus curſus non impediatur, ſed quod in utraque Curia eodem tempore reſpectivè procedatur. Sic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Puigmari, Conſultore Mija Vilafranqueſa 8. Novembris 1621. in favorem Jacobi Llunell Presbyteri contra Petrum Llunell Notarium Publicum Barcinonæ, his verbis: firmæ juris factæ in Curia Eccleſiaſtica per dictum Petrum Llunell Notarium ad effectum impediendi curſum cauſæ præcepti decem dierum, inſtante dicto Jacobo Llunell Presbytero illius fratre pro recuperatione duarum penſionum annuæ præſtationis, ſive patrimonii ad relationem Magnifici Franciſci Senjuſt in Regia Audientia introductæ locum non fuiſſe, nec eſſe. Hoc tamen intellecto, & declarato, quod nullum fiat præjudicium cauſæ in Curia Eccleſiaſtica introductæ ad inſtantiam Dicti Petri Llunell per eum prætenſam extinctionem dictæ annuæ præſtationis, ſive patrimonii, taliter quod in utraque Curia uno, & eodem tempore procedi poſſit. Et per eundem Cancellarium Puigmari 30. Maij 1529. occaſione firmæ juris in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ factæ per Monſerratum Compte, aliàs Pinſach, & Martinianam conjuges, contra quos ad inſtantiam Dominici Pinſach Presbyteri in Regia Audientia fuit expoſitum retroclamum, ſeu mandatum decem dierum pro aliquibus penſionibus ceſſis ex perſonatu viginti quinque librarum annualium in favorem dicti Dominici Pinſach ejus fratrem, cujus bona detinent dicti conjuges Compte, & ex quo ſuper reſciſſione, & extinſione dicti Patrimonii contra dictum Dominicum Pinſach in dicta Curia Eccleſiaſtica litem intentaverat, quouſque adhuc pendet indeciſa; fuit declaratum firmæ juris factæ in Curia Eccleſiaſtica per dictos Monſerratum Compte aliàs Pinſach, & Martinianam ejus uxorem locum non fuiſſe, nec eſſe, nec unam Curiam per alteram eſſe impediendam. Et clariùs per Cancellarium Sunyer, Conſultoribus Llunes, Pons de Caſtellvi, & Ferret 6. Auguſti 1660. occaſione firmæ juris factæ in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ per Joſephum Sadorni Aromatarium procedimentis contra eum factis in Curia ſæculari Regiæ Audientiæ per Nobilem Philippum de Ferreres, & Olzinelles occaſione fidejuſſionis per dictum Sadorni factæ in permutatione, quæ inita fuerat 20. Maji 1653. inſtrumento recepto pœnès Joſephum Boleda Notarium publicum Barcinonæ inter Doctorem Jacobum Miret Presbyterum, & dictum Ferreres perſonalis beneficii ſub invocatione Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ Sanctorum Joſephi, & Jacobi in clauſtris Sedis Barcinonæ fundati cum beneficio ſub invocatione Sancti Petri tertiò nuncupato in Eccleſia Parochiali Beatæ Mariæ de Mari præſentis Civitatis, prætendendo introducta cauſa dictæ permutationis, & fidejuſſionis, quæ allegantur nullæ, & ſimoniacæ tamquam præjudiciales ſuperſedendum fore, & eſſe in Curia ſæculari in executione Regiæ ſententiæ, & procedimentorum in ea factorum, contrarium prætendente Procuratore Fiſcali Regiæ Apoſtolicæ, & dicto Ferreres prætendentibus, quod pendente declaratione an ſit ſimoniaca permutatio, interim valida dici debeat, & ut talis obligatio fidejuſſoria, quæ ſuppoſita validitate permutationis teneret, interim exequi oportere: fuit declaratum, firmæ juris factæ per dictum Sadurni in dicta Curiæ Eccleſiaſtica Reverendiſſimi Epiſcopi Barcinonæ locum fuiſſe, & eſſe, quo ad articulum an dicta permutatio inter dictum Ferreres, & Miret fuerit ſimoniaca. Hoc tamen intellecto, quod non impediatur Curia ſæcularis Regiæ Audientiæ in executione ſententiæ latæ, & procedimentorum in ea factorum occaſione fidejuſſionis per dictum Joſephum Sadurni Aromatarium factæ.

---

*ARGUMENTUM.*

## An ſit appellandum, & recurrendum ad Judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem à proviſione Cathedrarum.

*SUMMARIUM.*

1 *Appellandum, & recurrendum, an ſit ad Judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem à proviſione Cathedrarum.*

2 *Si proviſio Cathedrarum ſit per oppoſitionem, & ſuffragia ſtudioſorum, recurrendum, & appellandum eſt ad Principem ſæcularem.*

3 *Si proviſio Cathedrarum ſit per Adminiſtratores laicos alicujus Studii Generalis, appellandum, & recurrendum eſt ad Principem ſæcularem, numer. 3. ratio traditur, numer. 4. & 5.*

4 *Appellatio eſt facienda ad Judicem competentem.*

5 *Appellationis Judex competens eſt Judex ſuperior Judicis proferentis ſententiam.*

6 *Si proviſio Cathedrarum ſit per Adminiſtratores Clericos, vel per Clericos, & laicos ſimul alicujus Studii Generalis, appellandum, & recurrendum eſt ad ſuperiorem Eccleſiaſticum Judicem, n. 6. ratio traditur, numer. 7. 8. 9. & 10.*

7 *Studium Generale erectum, & inſtitutum in ditione Principis ſæcularis eſt laicum, & de ejus juriſdictione, numer. 7. non ſolùm quando in Studio Generali verſantur plures ſtudioſi laici, ſed etiam quando Clerici excedunt, in numero laicos, numer. 8.*

9 *Appellandum eſt ad ſuperiorem Eccleſiaſticum, ut digniorem, quando Judex Eccleſiaſticus, & ſæcularis ſimul judicant, n. 9. ſed vide, n. 10.*

11 *Appellandum, & recurrendum eſt ad Principem ſæcularem à reprobatione Oppoſitoris alicujus Cathedræ in Studio Generali.*

## DECISIO CLXXXII.

TRactavi *deciſ. 255. à numer. 64.* qualiter fieri debeat proviſio Cathedrarum. Sed omiſi, an appellandum, & recurrendum ſit ad Judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem à proviſione Cathedrarum quod in præſenti tractabo. 1

Et quidem ſi proviſio Cathedrarum ſit per oppoſitionem, & ſuffragia ſtudioſorum, recurrendum, & appellandum eſt ad Principem ſæcularem, pro ut in facto proprio fecit Gomez, ut ipſe teſtatur *in l. 83. tauri, numer. 15. verſic. Et iſtam caſum.* 2

Si verò proviſio Cathedrarum ſit per Adminiſtratores laicos alicujus Studii Generalis, ut obſervatur in hoc Principatu, in Civitate Vici appellandum, & recurrendum eſt ad Principem ſæcularem. Ita fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Puigmari 26. Aprilis 1624. in facto firmæ juris per Fratrem Raymundum Berart Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede procedimentis factis in Curia ſæculari Regiæ Audientiæ, inſtante Fratre Thoma Vilar Ordinis Divi Dominici in vim appellationis interpoſitę ad dictam Regiam Audientiam à quadam decla- 3

claratione, & ſententia indefinite, & non directè contra perſonam Eccleſiaſticam lata per Conſiliarios Civitatis Vici Adminiſtratores Studii Generalis dictæ Civitatis, & ſic Judices laicos ſuper proviſione cujuſdam Cathedræ Theologiæ dicti Studii Generalis, his verbis, firmæ juris per dictum Fratrem Berart in Curia Eccleſiaſtica locum non fuiſſe, nec eſſe. Et per Cancellarium Eril 5. Octobris 1632. in favorem Conſulum Villæ Caſtilionis Empuriarum contra Joſephum Piferrer, Clericum beneficium Eccleſiaſticum obtinentem, Magiſtrumque Gramaticæ in dicta Villa Caſtilionis Empuriarum, ex quo per dictos Conſules, uti Adminiſtratores Studii literarum ejuſdem Villæ fuerunt ſtatim per primum annum publicata edicta convocatoria eorum, qui vellent ſe ſolito examini ſubjacere ad obtinendam Cathedram Grammaticæ, quam detinebat dictus Piferrer in eadem Villa, ipſum contrarium prætendente, ſcilicet non poſſe edicta publicari, neque ipſum dicta Cathedra privari, niſi finito triennio, qua de cauſa in Curia Eccleſiaſtica Gerundæ litem introduxit contra dictos Conſules intentando remedium, *l. diffamari*: fuit declaratum firmæ juris per dictos Conſules factæ in Curia ſæculari locum fuiſſe, & eſſe.

4 Ratio eſt, quia appellatio facienda eſt, ad judicem competentem Bartoll. *in l.* 1. §. *ſi quis ff. de appellat.* Muſcatel. *in praxi appellat. part.* 3. *gloſ. probandum num.* 6. Scialoya *de foro compet. cap.* 51. *num.* 2. Pichard. *in manuduc. ad prax. part.* 4. §. 8. *num.* 4. Et
5 Judex * competens cauſæ appellationis eſt Judex ſuperior judicis ſententiam proferentis, *cap.* 2. *de conſuetud. in* 6. *cap. Romana in prin. de appellat. in* 6. *can. anteriorum* 2. *quæſt.* 6. *l. præcipimus, Cod. de appellat. l.* 1. §. *ſi quis, ff. de appellat.* Sanfelic. *deciſ.* 69. *n.* 10. Scialoya *de foro compet. cap.* 51. *numer.* 3. Fermoſin. *in cap. ſi duobus* 7. *quæſt.* 1. *numer.* 1. *de appellat.* Et ſic quando Cathedrarum proviſio fit per Adminiſtratores laicos, appellandum eſt ad Principem ſæcularem.

6 Si autem proviſio Cathedrarum fit per Adminiſtratores Clericos, vel per Clericos, & laicos ſimul alicujus Studii Generalis pro ut obſervatur in hoc Principatu, in Civitate Tarraconæ, appellandum, & recurrendum eſt ad Judicem Eccleſiaſticum. Ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Ferrer, Bonet, Rubi, Coll. 29. Novembris 1611. in favorem Marci Antonii Cirera, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Civitatis Tarraconæ, contra Fratrem Antonium Mandri, Ordinis Sancti Auguſtini in vim cujuſdam appellationis per dictum Fratrem Mandri interpoſitæ ad Regiam Audientiam à quadam declaratione per Adminiſtratores Univerſitatis Studii dictæ Civitatis ſuper proviſione cujuſdam Cathedræ Philoſophiæ dictæ Univerſitatis: his verbis, firmæ juris per dictum Fratrem Cireta facta in Curia Eccleſiaſtica locum fuiſſe, & eſſe. Et per Cancellarium Puigmari 20. Julii 1628. in facto juris firmæ in Curia ſæculari Regiæ Audientiæ factæ per Gabrielem Martinum Fivaller J. V. Doctorem Conſulem in ordine primum Civitatis Tarraconæ, & eo nomine Adminiſtratorem Studii literarii dictæ Civitatis, & Onofrium Blanch Rectorem Dicti Studii procedimentis contra eos in Curia Eccleſiaſtica Tarraconæ factis ad inſtantiam ejus Fiſci Procuratoris, & Pauli Rabaſſa Archidiaconi majoris, & Vicarii Generalis Capituli Sede vacante & Petri Treſſanches Canonici Eccleſiæ Tarraconæ, & eo etiam nomine Adminiſtratorum dicti Studii, una cum dicto Martino Fivaller, ex quo ipſe Fivaller abſque interventione dictorum Adminiſtratorum, & ſolum cum interventu dicti Blanch Rectoris dicti Studii Cathedras, & ſubſtitutos Lectores ad eas proviſit: fuit declaratum firmæ juris factæ in Curia ſæculari locum non eſſe.

7 Ratio eſt, quia licet Studium Generale erectum, & inſtitutum in ditione Principis ſæcularis ſit laicum; & de ejus juriſdictione, ex late traditis per Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſdic. in ſtud. gener. capit.* 21. *toto ſignanter a nu.* 28. Mendo *de jure Academ. lib.* 1. *quæſt.* 8. *à n.* 227. Pereyra *de Academia à num.* 16. & alios citatos *dicta deciſ.* 135. *à numer.* 17. Non ſo-
lum † quando in Studio Generali verſantur plures ſtudioſi laici, ſed etiam quando Clerici excedunt numero laicos, Eſcobar *de Pontif. & Regia juriſdict. in ſtud. gener. & part.* 21. *à numer.* 31. Mendo *de jure Academico libr.* 3. *quæſt.* 8. *à numer.* 5. Pereyra *de Academia numer.* 20. *quos citavi deciſ.* 145. *numer.* 20. *par.* 3. 8

Tamen quando duo judices, quorum alter eſt Clericus, & alter laicus, ſimul judicant, appellandum eſt ad ſuperiorem Eccleſiaſticum uti digniorem, & non ad ſæcularem, Bart. *in l.* 1. §. *ſi quis in appellatione, num.* 13. *ff. de appellat.* Felin. *in cap.* 1. *numero* 6. *de præſcrip.* Roman. *conſ.* 265. Maranta *de ord. iud. part.* 4. *diſt.* 11. *numer.* 18. *&* 20. Guttier. *practicar. lib.* 1. *quæſt.* 6. *numer.* 1. *verſic. Quarta*, Martha *de juriſdict. part.* 4. *caſu* 111. *numer.* 6. Ambroſin. *de immun. Eccleſ. cap.* 20. *numero* 6. Scaccia *de appellat. q.* 8. *numero* 101. Carol. de Graſſ. *de effectu C. effectu* 1. *numer.* 497. Ybannes de Faria *in addit.* ad Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 18. *numer.* 32. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *numer.* 93. Sperell. *deciſ.* 19. *numer.* 26. *lib.* 1. Eſcobar. *de Pontif. & Reg. juriſdict. in ſtud. generalib. cap.* 21. *numer.* 200. Diana *reſol. mor. par.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 54. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 3. *reſol.* 305. Quod * an ſit verum, & uſu receptum ſit, tractat 9
Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *numer.* 93. ad quem ſe re- 10
mittit Eſcobar *de Pontif. & Reg. juriſd. in ſtud. general. cap.* 21. *numer.* 202. contrarium docent Covar. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 12. *numer.* 2. ubi Ybannes de Faria *à numer.* 4. Anſaldus *de jurisd. par.* 2. *tit.* 11. *cap.* 21. *n.* 28. *juncto à numer.* 81. *ad* 106. Scialoya *de foro compet. c.* 51. *ſub n.* 63. de quo vide in deciſione an cauſa recurſus interpoſiti à laudo lato per Eccleſiaſticum tractari debeat in Curia ſæculari, *par.* 3.

A reprobatione Oppoſitoris alicujus Cathedræ in Studio Generali appellandum, & recurrendum eſt ad Principem ſæcularem, ut in caſu Valenzuelæ *conſ.* 76. *tom.* 1. refert Suelves *conſ.* 98. *n.* 18. *l.* 1. 11

---

### *ARGUMENTUM.*

Cognitio an Confratre poſſint mutare Confratriam de una Eccleſia ad aliam pertineat ad Judicem Eccleſiaſticum, vel Sæcularem.

### *SUMMARIUM.*

1 *Cognitio an Confratres poſſint mutare Confratriam de una Eccleſia ad aliam, pertineat ad Judicem Eccleſiaſticum, n.* 1. *duæ deciſiones Cancellaris Cathaloniæ reperiuntur contrariæ, n.* 2. *&* 3. *Sed verior eſt, quod pertineat ad Judicem ſæcularem, niſi Confraternitatis ſint unitæ inſeparabiliter alicui Eccleſiæ, n.* 4. *& probatur, n.* 5. *&* 6.

7 *Confratres poſſunt renuntiare Confraternitati.*

8 *Confraternitates laicorum non tenentur ſolvere ſubſidium, & excuſarum, niſi habeant beneficium annexum.*

## DECISIO CLXXXIII.

Deciſionem 143. latè tractavi de Confratriis, ſive Confraternitatibus. Omiſi tamen tractare, utrum cognitio an Confratres poſſint mutare Confratriam, de una Eccleſia ad aliam pertineat ad Judicem Eccleſiaſticum in qua reperies duas ſententias Cancellarii Cathaloniæ contrarias. 1

Primam Cancellarii Caſſador 15. Januarii 1568. 2
in favorem Petri Pontii Sobirà, Bernardi Pages, & Jacobi Vives, juratorum Civitatis Gerundæ; Franciſci Marques, & Joannis Audreu Calligariorum, & Præpoſitorum Confratriæ Calcetariorum dictæ Civitatis, contra Procuratores, Protectores, & operarios Eccleſiæ Monaſterii Sancti Martini Cacoſta dictæ Civitatis, ratione quarundam lite-

literarum monitoriarum emanatarum à Curia Eccleſiaſtica Gerundæ, contra dictos Juratos, & Præpoſitos ad inſtantiam dictorum Procuratorum, Protectorum, & Operariorum dictæ Eccleſiæ Sancti Martini Capoſta, quibus monebantur dicti Præpoſiti Calcetariorum, quatenus non ſe conferrent ad aliam Eccleſiam, ſeu Monaſterium tenendo ibi Confratriam, & quatenus dicti Jurati dictæ mutationi non conſentirent, fuit declaratum in favorem Curiæ ſæcularis.

3 Secundam Cancellarii Eril, Conſultoribus Guerau, Joſa, & Hortola 13. Martii 1634. contra Præpoſitos Confratriæ Sancti Michaelis Archangeli in Eccleſia Monaſterii Sancti Petri Biſulduni Ordinis Divi Benedicti, fundatæ in favorem Abbatis, & Conventus Sancti Petri Biſulduni, ex quo dicti Præpoſiti, & Confratres dictæ Confratriæ de facto, & propria authoritate dictam Confratriam ad aliam Eccleſiam conferre attentaverunt, fuit declaratum in favorem juriſdictionis Eccleſiæ.

4 Si meum parvum judicium in iis ſperas benignè lector, dico tibi. Quod hujuſmodi cognitio pertinet ad Judicem ſæcularem, ſi Confraternitates non ſunt annexæ Eccleſiis inſeparabiliter, ut puta Paratorum lanæ, Sartorum, Sutorum, Fabrorum, & aliorum mechanicorum, ſeu artificum, & in iſtis terminis intelligo declarationem Cancellarii Caſſador, *de qua ſupra, numer.* 2. Si verò Confraternitates ſint Eccleſiis inſeparabiliter annexæ, nempe Minervæ Sanctiſſimi Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, Beatæ Mariæ de Roſario, Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, & ſimilium, pertinet hujuſmodi cognitio ad Judicem Eccleſiaſticum, & in iis terminis intelligo declarationem Cancellarii Eril, *de qua*
5 *ſuprà, numer.* 3. aliàs ſuſtineri meo videri non poteſt. Siquidem Confraternitates poſitæ in aliquibus eccleſiis, ſi eis non ſunt annexæ, ſeu unitæ inſeparabiliter, poſſunt Confratres, quando eis placuerit, ab illis recedere, & in alias Eccleſias, ſeu Eccleſiam ſe transferre, quia hujuſmodi Confraternitates mechanicorum, ſeu artificum non ſunt obligatæ, nec inſertæ illis Eccleſiis, quin potiùs ſunt per ſe ſeparatæ, & quamvis habeant aliquam connexitatem, eſt tamen remota, minimè obligans ad aſſiſtendum. Conſequenterque quando eis placuerit, valent ſe alibi conſtituere, Petr. Ubaldus *de can. Epiſc. quæſt.* 14. *princ. numer.* 9. *&* 22. Capponi *tom.* 5. *diſcept.* 345. *numer.* 2. Tondut. *quæſt. Benef. tom.* 1. *cap.* 43. *aliàs* 53. *à num.* 4. quos citat Amoſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 12. *n.* 8.

6 Adeo quod Eccleſiæ, ſeu Monaſteria, ubi ſitæ ſunt Confraternitates artificum, ſeu mechanicorum, non poſſunt in aliqua poſſeſſione earum manuteneri, quia aſſiſtentia hujuſmodi iſtarum Confraternitatum eſt actus facultativus & ſic non cauſat aliquam poſſeſſionem, ſeu quaſi, atque ita non competit Eccleſiis, ſeu Monaſteriis mandatum de manutenendo, ut docent Tondut. Capponi, & Amoſtazo, *locis citatis, num.* 5. conducit Poſtius *de manut. obſerv.* 53. *n.* 10. *in fine*.

7 Addunt tamen Tondutus, & Amoſtazo *locis citatis, mer.* 5. *ille, num.* 4. *iſte, num.* 9. quod Confratres poſſunt Confraternitati renunciare, niſi ejus bona retineant, idemque docet Azevedo *l.* 3. *n.* 7. *tit.* 14. *l.* 8. *recop.* qui *n.* 5. *&* 6. inquit, quod Officiales Confraternitatis non poſſunt ejus bona alteri Confratriæ conferre, niſi adſit omnium Confratrum conſenſus, & tradit Amoſtazo *dicto n.* 9. *in fine*.

8 Ultimo noto, quod Confraternitates laicorum non tenentur ſolvere ſubſidium, & excuſatum, Azevedo *l.* 5. *num.* 8. *tit.* 14. *lib.* 8. *recop.* Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 2. *ca.* 11. *numer.* 99. Balmaſeda *de collectis, qu.* 26. *n.* 3. Amoſtazo *de cauſis piis, tom.* 1. *l.* 4. *c.* 12. *n.* 20. Niſi habeant aliquod beneficium annexum, ex traditis per Barboſ. *deciſ. Apoſtol.* 207. *à n.* 18. & expreſsè Amoſtazo *hic citatus*, *n.* 11.

*ARGUMENTUM.*

## An cognitio ad removendum tamquam ſuſpectum laicum Adminiſtratorem cauſæ piæ pertineat ad Judicem Eccleſiaſticum.

*SUMMARIUM.*

1 *Executor teſtamenti, & alius quicumque adminiſtrator ob malam adminiſtrationem debet adminiſtratione privari, n.* 1. *etiam ſi offerat cautionem de bene, & meliùs ſe habendo, nu.* 2. *& de ratione, n.* 3. *& ſi eſt pater Adminiſtrator bonorum filii, aut poſſeſſor majoratus, vel fideicommiſſi, nedum privatur Adminiſtratione, ſed etiam fructibus, qui pleno jure, conſolidantur cum proprietate ad filium, majoratum, vel fideicommiſſum ſpectante, n.* 4. *nec requiritur executoris teſtamenti, & alterius cujuſcumque Adminiſtratoris dolus, & fraus ex propoſito, ut Adminiſtratione privetur, ſed ſufficit ſola culpa, & dolus re ipſa inductus ex mala Adminiſtratione, n.* 3. *ſive ſit ex committendo, ſive in omittendo, n.* 6. *dummodo culpa ſit lata, vel levis, ſecus ſi leviſſima n.* 7. *arbitrio Judicis, n.* 8.

9 *Cognitio ad removendum tamquam ſuſpectum laicum Adminiſtratorem cauſæ piæ pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, numer.* 9. *intellige, quando tractatur de removendo tamquam ſuſpecto Adminiſtratore cauſæ piæ ob ſuam propriam malam adminiſtrationem, nam tunc pertinet cognitio ad Judicem Eccleſiaſticum, ſecus quando tractatur de removendis Adminiſtratoribus cauſæ piæ præſentibus, & futuris ob malam adminiſtrationem, quo caſu cognitio contra iſtos Adminiſtratores & futuros pertinet ad Judicem ſæcularem, n.* 10. *ratio traditur, n.* 11.

12 *Cauſa dilapidationis bonorum manumiſſoriæ pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum.*

## DECISIO CLXXXIV.

TRadidi *deciſione* 163. cum deciſione Cancellarii Cathaloniæ, quod laicus Adminiſtrator cauſæ piæ tenetur computum, & rationem reddere coram Judice Eccleſiaſtico, *& numer.* 14. cum alia deciſione Cancellarii Cathaloniæ, quod laicus Adminiſtrator eleemoſinæ communis tenetur reddere rationem coram Judice Eccleſiaſtico. Omiſi tamen tractare quæſtionem in argumento propoſitam.

Pro qua ſupponendum eſt, quod executor teſta- 1
menti, pater, poſſeſſor majoratus, vel fideicommiſſi, & alius quicumque Adminiſtrator ob malam adminiſtrationem debet adminiſtratione privari, *argumento l. Imperator, ff. ad trebellian.* Molina *de primog. Hiſpan. lib.* 1. *capit.* 16. *à num.* 1. *ad* 12. ubi Additionat. *num.* 7. Pinell. *in l.* 1. *par.* 2. *numero* 33. *verſic. Sed etiam, & part.* 3. *num.* 74. *verſic. Juvatur etiam, Cod. de bonis mater.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 519. Peregrin. *de fideicom. art.* 40. *numer.* 15. Molina *de juſt. & jure, tract.* 2. *diſp.* 228. Surd. *de aliment. titul.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 6. *& tit.* 6. *quæſt.* 25. *numer.* 57. *& conſ.* 116. *num.* 24. *&* 48. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 4. *à num.* 1. Boer. *deciſ.* 61. *num.* 15. *&* 21. Baeca *de decim. tutor. capite* 2. *à nu.* 139. *& cap.* 4. *num.* 8. Guttier. *de tutel. par.* 1. *cap.* 3. *à num.* 3. *& part.* 2. *capit.* 18. *numero* 19. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 6. *num.* 5. *&* 6. Valenzuela *conſ.* 58. *numer.* 21. *lib.* 1. Caſtillo *deciſ.* 222. *part.* 3. Paſchal. *de pat. poteſt. part.* 1. *capit.* 2. *à numer.* 92. Giurba *ad conſuet. Meſſanen. capit.* 2. *gloſſ.* 13. *part.* 1. *numero* 4. *& capit.* 7. *gloſſ.* 17. *parte* 1. *numer.* 2. Parlador. *rer. quotid. differ.* 18. §. 2. *numer.* 4. Barboſa *in leg. ſi coſtante* 25. *in princ. numer.* 14. *ff. ſolut. matrim.* Gratian. *diſcept. forenſ. capit.* 519. *nu.* 38. Urſellius *verbo Adminiſtrator. numero* 61. *&* 67. *part.* 1. *numero* 2. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *part.* 5. *à numero* 27. *& deciſ.* 546. *numer.* 2.

3. & 4. & deciſ. 547. num. 8. part. 2. alios plures addunt Caſtillo de uſufructu, cap. 3. numer. 99. verſic. Quod autem, Boſſius de Patria poteſtate, cap. 5. numer. 164. verſ. Conveniunt Doctores, Salgado in labyrint. credit. p. 4. cap. 15. num. 1. Ferrer in conſtit. hac noſtra temp. 3. decl. 1. à num. 203.

2 Etiamſi executor teſtamenti, pater, poſſeſſor majoratus, fideicommiſſi, & quicumque alius Adminiſtrator offerat cautionem, & fidejuſſionem de melius ſe habendo, & de benè adminiſtrandis piæ cauſæ, filii, vel majoratus, ſeu fideicommiſſi, Alexand. in l. imperator, numer. 7. ff. ad Trebell. & in leg. ſi conſtante, in fine, ff. ſolut. matr. Pinell. in libr. 1. par. 2. numero, 38. Cod. de bonis mater. Molina de Hiſpan. primog. libr. 1. capit. 16. numer. 24. Franchis deciſ. 10. in fine, Eſcobar. de ratiocin. capite 6. numer. 8. Boer. deciſ. 61. à numer. 14. Paſchal. de patr. poteſt. part. 1. capite 2. numero 102. Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 4. numero 2. Caſtillo de uſufructu, capite 3. numero 99. Boſſius de patr. poteſt. capite 5. numero 164. verſic. Neque in hujuſmodi, Salgado in labyrint. cred. part. 4. capite 15. numero 2. & 29. Burſat. conſ. 133. numer. 56. libr. 2. Surd. conſil. 116. numero 24. & 28. libr. 1. Caſtillo deciſ. 222. numer. 11. libr. Giurba ad conſuet. Meſſanen. part. 1. capite 7. gloſſ. 17. numer. 4. gloſſ. 3. numero 33. Fontanella deciſ. 547. numer. 11. part. 2.

3 Ratio eſt, quia ſatiſdatio non reddit prorſus totum jus eorum, quorum bona adminiſtrantur, §. noviſſime, inſtit. Civ. de ſuſpect. tutor. l. ſuſpect. tutor. l. ſuſpectus, l. quia ſatiſdatio, ff. de ſuſpect. tut. leg. qui ita inſtitutus, §. 1. ff. ad trebel. l. ſi pupilli, ff. quod falſo tutore Actore, Alexand. Pinel. Molina, Franchis, Eſcobar, Coſta, Caſtillo, Boſſius, Fontanella, numero 12. & alii ex citatis numero 2. & fuit ſic obſervatum in Tertia Aula noſtri Senatus in cauſa Ducatus Cardonæ, referente Nobili Joanne Baptiſta Paſtor, nunc Regente in S. S. Regio Coronæ Aragonum Conſilio, ſcriba Oriol, & Mercer, poſtea Subitana,

4 Et ſi eſt pater Adminiſtrator bonorum filii, aut poſſeſſor majoratus, vel fideicommiſſi, nedum Adminiſtratione privatur, ſed etiam fructibus, qui pleno jure ad filium, majoratum, vel fideicommiſſum ſpectant conſolidantur, cum proprietate, ut manifeſtè probatur in dicta leg. Imperator, ubi Caſtren. numero 4. Alexand. numero 6. ff. ad Trebel. Boer. deciſ. 61. numero 19. Surd. conſil. 116. numero 98. libr. 1. et de aliment. titul. 9. quæſt. 25. numero 57. et 58. Gratian. diſcept. forenſ. capite 519. numero 38. Molina de juſt. et jure, tract. 2. diſp. 228. Caſtillo de uſufruct. capite 3. à numero 100. & capite 21. per totum, Coſta de remed. ſubſi. remed. 4. numer. 3. verſic. Sed repente, Fontanella de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 22. à numer. 25. Covar. lib. 1. var. capite 8. numero 7. verſic. Quod ſi Patre, ibi: Nam parte alienante, Milanen. deciſ. 3. numer. 116. lib. 2. Sanchez conſ. moral. lib. 1. capite 2. dub. 10. Fragoſo de regim. reip. part. 3. lib. 2. diſcept. 3. §. 4. numer. 128. Boſſius de pat. poteſt. capite 5. numero 165. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 554. numer. 11. Additionat. ad Molin. de primog. Hiſpan. lib. 1. capite 16. numero 12. verſ. Ampliatur quartò, alios plures cumulat Giurba ad conſuet. Meſſanen. part. 1. capite 7. gloſſ. 3. numero. 32. & gloſſ. 9. à numero 5. & gloſſ. 17. numero 4. latiſſimè diſputato articulo ad partes, & reprobatis contrariis, eorumque argumentis ſolutis, Salgado in labyrinto credit. parte quarta, capite 15. numero 3. ſignanter à numero 13.

5 Nec requiritur executoris teſtamenti, patris, aut poſſeſſoris majoratus, vel fideicommiſſi, ſeu alterius cujuſcumque Adminiſtratoris dolus, & fraus ex propoſito, ut adminiſtratione privetur, ſed ſufficit ſola culpa, & dolus re ipſa inductus ex mala adminiſtratione, reſolvunt Molina de primog. Hiſpan. lib. 1. capite 16. à numero 12. ubi Additionat. numero 2. Pinel. in leg. 1. part. 2. numero 34. Cod. de bonis mater. Guttier. de tutel. parte prima, capite 3. numero 4. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 519. numero 6. Peteyra deciſ. 48. numero 15. Boſſius de pat. poteſt. capit. 5. ſub num. 166. Salgado in labyrint. credit. p. 4. cap. 11. num. 30. & 31.

6 Sive ſit in committendo, ſive in omittendo, ſive ſit ſolvendo, ſive non, ſemper ſervanda eſt deciſio, l. Imperator, ff. ad Trebel. ut advertunt Aretin. conſ. 73. num. 5. Alexand. in l. Imperator, num. 13. ff. ad Trebel. Cephal. conſil. 113. n. 16. Fuzar. de ſubſtit. quæſt. 519. num. 6. Boer. deciſ. 61. num. 14. in fine, Pinel. in l. 1. p. 2. num. 35. circa medium, Cod. de bonis mater. Salgado in labyrint. cred. p. 4. cap. 15. n. 51. Boſſius reprobatis contrariis de pat. poteſt. capite 5. n. 165. verſ. Rurſus. Molina de primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 16. n. 16. ubi Additionat. num. 16. Guttier. de tutel. p. 1. cap. 3. num. 5. quidquid cum aliis contrarium teneat Coſta de remed. 4. ſub numer. 2.

7 Dummodo culpa ſit lata, aut levis, ſecus ſi leviſſima, Menochius de arb. jud. caſu 78. n. 6. Boſſius de pat. poteſt. c. 5. ſub n. 165.

8 Et quando dicatur Adminiſtrator male adminiſtrare, ut Adminiſtratione privetur, remiſſivè Coſta de remed. ſubſid. remed. 4. num. 4. Boer. deciſ. 61. Pinel. in l. 1. part. 2. à numer. 33. C. de bon. mater. arbitrio Judicis relinquitur, Fontanella deciſ. 547. numero 1. par. 2. Caſtillo deciſ. 22. numer. 3. tom. 3. Menochius de arb. judic. caſu 78. numeu. 6. & 7. multis citatis Ciarlin. controv. forenſ. lib. 1. cap. 2. numer. 58. Boſſius de patr. poteſt. cap. 5. numer. 166. in princ. & numero 167. verſic. Et ſi regulariter, ubi etiam tractat de Adminiſtratore cedente arbores fructiferas, & non cæduas, de quo latè idem Boſſius in moralib. tom. 3. tit. 6. à num. 439. & à num. 459. Pet. Barboſa in l. divortio, 8. §. ſi fundum, à numer. 15. ff. ſol. matr. Ciarlin. controv. forenſ. lib. 1. capite 2. Caſtillo de uſufruct. capit. 21. numer. 9. & 10. & cap. 25. toto, Auguſt. Barboſa in extravag. ambitioſæ, à num. 27. & in addit. tom. 6. à num. 1. de reb. Eccl. alien. & in authent. qui rem, à nu. 7. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.

9 Quibus præhabitis, ad quæſtionem in argumento propoſitam reſpondetur. Quod cognitio ad removendum tanquam ſuſpectum laicum Adminiſtratorem cauſæ piæ pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum; ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Sabater, Gallego, & Dalmau 12. Decembris 1596. contra Laurentium Fornes Legum Doctorem Adminiſtratorem piæ cauſæ Michaelis Sors, Michaelis, & Mariæ Annæ Cornelles conjugum,

10 Intellige ut procedat, quando tractatur de removendo, tanquam ſuſpecto Adminiſtratore laico cauſæ piæ ob ſuam propriam malam adminiſtrationem; nam tunc cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, ſecus verò, quando tractatur de removendis, tanquam ſuſpectis laicis Adminiſtratoribus cauſæ piæ præſentibus, & futuris ob malam adminiſtrationem Adminiſtratorum prædeceſſorum, quo caſu cognitio contra iſtos Adminiſtratores laicos præſentes, & fnturos pertinet ad Judicem ſæcularem. Ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Eril, Conſultoribus Rubi de Marimon, & Hortola 29. Aprilis 1634. occaſione firmæ juris in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ factæ per Conſiliarios in ordine primum, & ſecundum Civitatis Barcinonæ, Hieronymum de Navel Civem honoratum Barcinonæ uti adminiſtratores, & actores hæreditatis, & bonorum, quæ fuerunt Nobilis Guillermi de Sancto Clemente procedimentis contra eos in Regia Audientia ad inſtantiam Ludovici de Corbera, & de Sancto Clemente factis in ea, cum quibus prætendit dictus de Corbera dictos Conſiliarios primum, ſecundum Civitatis Barcinonæ, qui nunc ſunt, & pro tempore fuerint, & dictum de Navel removendum eſſe à dicta adminiſtratione dictæ hæreditatis, & bonorum ut & tamquam contravenientes voluntati dicti Nobilis Guillermi de Sancto Clemente: his verbis, firmæ juris in dicta Curia Eccleſiaſtica factæ per dictos Conſiliarios in ordine primum, & ſecundum Civitatis Barcinonæ, & di-

ctum

ctum Hieronymum de Navel dictis reſpective nominibus locum non fuiſſe, nec eſſe.

11 Ratio hujus limitationis colligitur ex his, quæ ſcribit Fontanella *deciſ.* 546. *à numero* 4. *par.* 2. & ſi vis ſcire exitum hujus cauſæ, quæ fuit declarata in favorem Curiæ ſæcularis, quid in Regia Audientia deciſum fuit, vide eundem Fontanellam, *deciſ.* 546. 547. *&* 548. *par.* 2.

12 Scias ultimo, quod cauſa dilapidationis bonorum manumiſſoriæ pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, ut fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Loris, Conſultoribus Ros, Seſcaſes, Balle, & Fontpaſtor 12. Julii 1577. in favorem Joannis Ferrer, unus, ex manumiſſoribus teſtamenti Jacobi Ferrer Botiguerii Telarum Civis Barcinonæ, contra Hieronymam Ferrer viduam dicti Jacobi Ferrer, & etiam ejus manumiſſoriam.

---

## *ARGUMENTUM.*

### Abſolutio à Juramento ad effectum agendi coram quo Judice ſit petenda, Eccleſiaſtico, vel ſæculari.

## *SUMMARIUM.*

1 *Abſolutio à juramento ad effectum agendi in primis, & ante omnia neceſſario petenda eſt à volente agere ad reſciſſionem contractus, numero* 1. *& quid in volente agere ad reſciſſionem contractus per dolum initi, aut ex capite erroris, vel ſimulationis, aut per metum, aut ſine ſolemnitatibus à ſtatuto requiſitis, n.* 4.

2 *Abſolutio à juramento ad effectum agendi debet præcedere libellum.*

3 *Perjurium incurritur per ſolam libelli oblationem.*

5 *Perjurii exceptione oppoſita, ante abſolutionem juramenti repellitur agens à limine judicii, n.* 5. *etiam in cauſa manutentionis, n.*6. *ſi perjurium legitimè incontinenti probetur, n.* 7.

8 *Perjurii exceptio, ut repellat agentem à limine judicii, eſt à parte opponenda, num.*8. *ampiia num.* 9.

10 *Perjurii exceptio poteſt à parte opponi in quacumque parte judicii, non ſolùm in principio litis, ſed etiam uſque ad ſententiam, n.* 10. *niſi actor fuerit ſemel admiſſus ad agendum, nam detecta poſtea perjurii turpitudo, actioni proſequendæ impedimento non eſt, n.*11.

12 *Perjurii exceptio licèt repellat ab agendo, non tamen repellit ab excipiendo, n.* 12. *&* 13. *& vide, n.* 14. *&* 15.

16 *Perjurium non incurritur à principali quando Procurator abſolutione non obtenta agit adverſus contractum juratum, ſed tantùm proceſſus eſt nullus.*

17 *Hæres jurantis poteſt agere ad reſciſſionem contractus jurati per defunctum abſque abſolutione.*

18 *Abſolutio à juramento per Clericum præſtito petenda eſt ad effectum agendi à judice Eccleſiaſtico.*

19 *Abſolutio à juramento per laicum fidelem præſtito petenda eſt ad effectum agendi à judice Eccleſiaſtico.*

20 *Judex Eccleſiaſticus ordinarius adeundus eſt pro abſolutione juramenti à laico fideli præſtiti pro foro externo ad effectum agendi, n.*20. *ſub nomine Judicis Eccleſiaſtici ordinarii continetur Primò Summus Pontifex, n.*21. *Secundò Pœnitentiarius magnus & ſummus Romanæ Urbis, n.* 22. *Tertiò Legatus à latere, n.*23. *Quarto Epiſcopus, num.* 24. *&* 25. *Quintò Vicarius Generalis Epiſcopi, num.*26. *Sextò Capitulum Sede vacante, nu.* 27. *Septimò Abbas, & alius Prælatus obtinens juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in Parochos, & Parochianos, n.*28. *Octavò Privilegio Bullæ Cruciatæ, n.*29.

30 *Judex Eccleſiaſticus pro foro externo quis poſſit concedere abſolutionem juramenti à laico fideli præſtiti ad effectum agendi, an loci contractus, an jurantis, an ejus cui juratum eſt, n.* 30. 31. 32. *&* 33.

34 *Abſolutio juramenti à laico fideli præſtiti ad effectum agendi qua praxi petenda eſt pro foro externo, n.* 34. *cum ſeq.*

ſolutionem, & relaxationem juramenti ad effectum agendi per propriam perſonam petat, quia eſt vinculum perſonale. Sed hoc requiſitum non eſt verum, nam poteſt juramenti abſolutio, & relaxatio ad effectum agendi per nuntium peti, & impetrari, l. labeo, ubi gloſ. ff. de jurejurando, Felin. in cap. adminiſtrationis, numer. 30. de jurejurando, Martha de juriſdict. part. 2. capit. 46. numer. 12. aut per procuratorem, Genuenſ. in prax. Archiepiſcop. Neapol. capit. 4. numer. 11. Riccius collect. 1419. in fine, verſic. Quarto, Sanchez in decal. lib. 3. capite 21. in fine, Fermoſin. in capite 1. quæſt. 2. numer. 25. de jurejurando, Ybannez de Faria ad Covar. libr. 1. variar. capit. 4. numer. 45. verſic. Formam, Caſt. Palaus in oper. moral. parr. 3. tractat. 14. diſput. 3. punct. 5. numer. 5. Sed requiritur ſpeciale mandatum, Golin. de procurat. part. 2. capit. 5. num. 212. & ſentit Urſellius concluſ. 11. verbo abſolutio à juramento, num. 38. Imo à Superiore † concedi po- 53
teſt abſolutio, & relaxatio juramenti ad effectum agendi, abſente, & ignorante ipſo jurante, Sanchez in decal. lib. 3. capite 21. numero 37. Caſt. Palaus in oper. moral. part. 3. tract. 14. diſput. 3. punct. 5. numero 5. Fermoſin. in capite 1. quæſt. 26. de jurejurando, dummodo ante incurſum perjurium ratificatio ſequatur, Genuenſ. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 4. numer. 11. Martha de juriſd. part. 2. c. 46. n. 12.

Quæro 4. An abſolutio, & relaxatio juramenti 54
ad effectum agendi poſſit impetrari à Judice Eccleſiaſtico ordinario temporibus feriatis, Tuſchus practic. concluſ. littera A, concluſ. 60. num. 8. & 9. Sed veritas eſt, quod ſic, quia eſt ſummaria, & favorabilis, & non requirit citationem, ita Riccius coll. 1419. in fine, verſ. Quarto.

Quæro 5. quos effectus operetur abſolutio, & re- 55
laxatio juramenti conceſſa per Judicem Eccleſiaſticum ordinarium ad effectum agendi, tradunt Tuſc. practic. concluſ. litera A, concluſ. 56. à numer. 16. plures citat remiſſivè Caſtillo controverſ. libr. 3. cap. 2. numer. 7. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, l. 56. gloſſ. 11. & 12. numero 102. fol. 329. pagin. 2. tom. 2.

Primus effectus eſt, quod licèt abſolutio, & re- 56
laxatio juramenti per Judicem Eccleſiaſticum ordinarium conceſſa ad effectum agendi non tollat contractum, cùm nihilominus remaneat validus, Guido Papa dec. 226. Tuſchus pract. concluſ. litera A, concluſ. 56. numero 25. Oſaſcus deciſ. 125. numer. 7. in fin. & alii ſtatim allegandi. Operatur tamen, quod jurans abſque metu perjurii poteſt ex aliqua juſta cauſa agere adversùs contractum, & ejus reſciſſionem petere, ut poſt antiquos docent Tuſchus practic. concluſ. litera A, concluſ. 54. numer. 11. &

con-

concluſ. 56. à numer. 16. Gratian. deciſ. 165. in addit. numer. 1. Guttier. in authent. Sacramenta puberum, num. 20. & 112. Cod. ſi adverſus vendit. Covarr. lib. 1. variar. cap. 4. numer. 6. & in cap. quamvis pactum, parc. 2. §. 1. numer. 7. verſic. Quarto, Gomez tom. 2. variar. capit. 14. numer. 21. ubi Ayllon. Laynez numer. 22. Carleval. de judic. libr. 1. diſput. 2. numer. 210. Riccius collect. 1369. verſic. Secundo, & collect. 2224. verſ. Verumtamen, & in prax. tit. de abſolut. à jurament. deciſ. 331. numer. 2. & deciſ. 345. numer. 1. verſic. Et his addo, Fermoſin. in capit. 1. quæſt. 2. numer. 28. de jurejurando, Corneus de abſolut. à jurament. part. 1. quæſt. 2. Caſtillo controverſ. lib. 3. cap. 2. numer. 7. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, tom. 2. lib. 56. gloſſ. 11. & 12. & numer. 102. fol. 329. pagin. 2. Ybannez de Faria ad Covarr. lib. 1. var. capit. 4. numer. 38. Sperell. deciſ. 83. numer. 34. & 35. lib. 2. Sanchez in decal. lib. 3. cap. 21. numer. 23. Caſtillo deciſ. 149. num. 19. lib. 2. Larrea deciſ. 64. numero 20. Urſellius concluſ. 11. verbo Abſolutio à juramento, numer. 66. 67. 68. & 69. Caſt. Palaus in oper. moral. part. 3. tractat. 14. diſput. 3. punct. 4. num. 11. Ciarl. contr. forenſ. cap. 122. n. 49. & 50. lib. 2. Amat, reſol. 200. n. 21.

57 Secundus effectus eſt, quod abſolutio, & relaxatio juramenti à judice Eccleſiaſtico ordinario conceſſa ad effectum agendi, ſi pars appellaverit, poteſt abſolutus agere, pendente appellatione, Urſill. ad Afflict. deciſ. 188. numero 7. Genuenſ. in prax. Archiep. Neapol. cap. 4. numer. 5. Franchis deciſ. 602. Riccius collect. 1311. verſic. Item à decreto, Thoro in compend. deciſ. part. 1. verbo Abſolutio impoſita à decreto, fol. 12. Martha de juriſd. part. 12. c. 9. numer. 34. & 35. cap. 46. n. 19.

58 Tertius effectus eſt, quod abſolutio, & relaxatio juramenti à Judice Eccleſiaſtico ordinario conceſſa ad effectum agendi ſufficit, & proficit ad effectum obtinendi, & peragendi, ac reſcindendi contractum, nec indiget nova abſolutione, ſi reſcindatur contractus, Afflictis deciſum teſtatur deciſ. 322. numer. 12. ubi Urſil. numero 12. Riccius in prax. titul. de abſolut. jurament. deciſ. 345. in fine, & collect. 39. verſic. Item, numer. habilitatus, Corneus de jurament. part. 1. quæſt. 10. Covarr. lib. 1. variar. capite 4. ſub numer. 6. ubi Ybannez de Faria, Thoro in compend. deciſ. verbo abſolutio juramenti obtenta ad finem agendi, fol. 13. tom. 1. Sanchez in decal. lib. 3. capit. 21. numer. 23. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, tom. 2. l. 56. gloſ. 11. & 12. num. 102. in fine, fol. 329. pag. 2. Caſt. Palaus in oper. mor. 3. part. 3. tract. 14. diſp. 3. punct. 4. num. 10.

59 Quartus effectus eſt, quod Judex Eccleſiaſticus ordinarius, qui laico fideli abſolutionem, & relaxationem juramenti concedit, remanet Judex cauſę principalis ad reſciſſionem contractus, ſic Bald. in l. ordinarii, n. 2. C. de rei vindicat. Felinus in cap. cum ſit generale, num. 4. de foro compet. Curt. Junior in rubric. à numer. 14. ubi Cagnol. numer. 35. C. de edendo, Maranta de ordin. jud. part. 4. diſput. 11. numero 14. Paz in prax. tom. 2. prælud. 1. numer. 39. Bolannos in Curia Phil. tom. 1. part. 1. §. 5. n. 16. Diana reſol. mor. par. 1. tr. 12. reſ. 120. alias 119. & in coord. part. 9. tr. 2. reſolut. 236. & alii quos referunt, ſed non ſequuntur Martha de juriſdict. part. 2. cap. 46. à numer. 2. Farinac. in prax. part. 1. quæſt. 8. numer. 144. Oſaſcus deciſ. 78. numer. 5. & 6. Urſellius concluſ. 11. verbo abſolutio à juramento, numer. 73. & ſentit Parlador. rer. quotid. lib. 2. capit. 4. numer. 55. verſic. Proinde.

60 Sed contraria ſententia eſt verior, & in practica recepta, quod Judex Eccleſiaſticus, qui abſolutionem, & relaxationem juramenti laico fideli concedit, non remanet Judex cauſæ principalis reſciſſionis contractus, imò reſciſſio contractus ad Judicem ſæcularem pertinet, & ſpectat, ita Paul. de Caſtro l. ordinarii, numer. 4. Codic. de rei vendicat. Decius in rubric. 1. lect. à numero 8. ubi Novar. numer. 12. de judic. Covar. lib. 1. variar. capit. 4. num. 7. & 8. Guttier. de jurament. confirm. part. 3. capite 1, numer. 6. Farinac. in prax. part. 1. quæſt. 8. numer. 144. verſic. Horum tamen opinionem, Anſaldus de juriſdict. part. 2. titul. 10. capit. 21. numer. 24. & 25. Gratian. deciſ. 165. numer. 5. Urſellius concluſ. 11. verbo abſolutio à juramento, numer. 74. Martha de juriſdict. part. 2. capite 9. numero 35. verſic. Item ſi Eccleſiaſticus, & capite 46. à numer. 13. Cutel. de immun. Eccleſ. lib. 2. quæſt. 120. Sanchez in decal. libr. 3. capite 13. numer. 15. Carleval. de judic. lib. 1. diſput. 2. numer. 204. verſic. nam Judex, ibi: Argumentum autem, latiſſimè pluribus rationibus probant, contraria proponunt, & illis reſpondent Oſaſchus dec. 78. Seraphin. de privileg. jurament. privileg. 60. Fachineus controverſ. jur. lib. 8. capit. 62. verſic. Quod attinet, lib. 11. capit. 78. tot. Fermoſin. in cap. 1. q. 1. à numer. 48. ad 56. de jurejurando, conducit Cyriac. controverſ. 381. à numer. 46. tom. 2. Et ſecundùm hanc reſolutionem fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Caſſador 16. Martii 1568. inter Bartholomæum Poſada ex una, & Michaelem Poſada ex altera, prætendentem dictum Michalem Poſada ſe læſum, & deceptum in quodam debitorii inſtrumento quantitatis viginti ducatorum, per eum firmato dicto Bartholomæo Poſada, & etiam prætendentem dictum Michaelem Poſada eſſe machinationibus, & perſuaſionibus dicti Bartholomæi inductum ad firmandum quoddam compromiſſi inſtrumentum cum dicto Bartholomæo Poſada, dictumque Michaelem Poſada conveniſſe dictum Bartholomæum Poſada coram Officiali Eccleſiaſtico Gerunden. petendo ſe abſolvi à juramento per eum in dictis contractibus appoſito ad effectum detegendi nullitatem, & fraudem dictorum contractuum, nec non, & ipſos contractus per ipſum Officialem Epiſcopi Gerundenſis nullos declarari, & tanquam nullos revocari, & adverſus illos reſtitui, petito ad hoc beneficio reſtitutionis in integrum, his verbis; firmæ juris in Curia ſæculari per dictum Bartholomæum Poſada factæ, quoad petitam abſolutionem juramenti per dictum Michaelem Poſada petiti locum non eſſe, ſed cognitionem dictæ Cauſæ abſolutionis juramenti ad dictam Curiam Eccleſiaſticam Epiſcopi Gerunden. pertinere, & ſpectare, Quo verò ad petitam per dictum Michalem Poſada revocationem, & annullationem prædictorum inſtrumentorum debitorii, & compromiſſi per dictum Michalem Poſada firmatorum, pronuntiat, ſententiat, & declarat dictæ firmę juris per dictum Bartholomæum Poſada in Curia ſæculari ſub Vicarii Regiæ Curiæ Biſulduni factę locum eſſe, cognitionemque an dicti contractus revocari, & annullari debeant, vel non debeant, ad dictam Curiam ſæcularem pertinere, & ſpectare.

Undè diſtinctio tradita per Ybannez de Faria ad 61
Covarr. libr. 1. variar. capit. 4. numer. 47. ad 57. quod ſi abſolutio juramenti petatur à Judice Eccleſiaſtico per jurantem, proculdubio Judex Eccleſiaſticus non poterit de contractus reſciſſione cognoſcere; quod ſi Judex Eccleſiaſticus illius cui juratum eſt, abſolutionem præſtet jure cauſam principalem retinebit ratione juramenti, Non placet quoad ſecundam partem diſtinctionis, Tum quia Judex Eccleſiaſticus ejus cui juratum eſt, nempè creditoris, non poteſt juranti abſolutionem juramenti concedere, ut probavi ſuprà, num. 33. Tum quia juramentum eſt jam relaxatum, & de ipſa re principali quæritur, an à Judice Eccleſiaſtico cognoſcenda, & tractanda ſit, & tunc intrat regula, quod actor debet convenire reum laicum coram Judice laico, & non coram Judice Eccleſiaſtico, ſic Mancin. de juramento, part. 6. quæſt. 11. Fermoſin. in cap. 1. quæſt. 1. numer. 55. de jurejurando.

Unde etiam cautela ab aliquibus tradita, quod 62
ille, cui juratum eſt, juramentum remittat, & tunc non erit opus abſolutione, & ſi remiſſione non obſtante, jurans velit petere abſolutionem juramenti coram Judice Eccleſiaſtico, ad hoc ut remaneat Judex in cauſa principali, tunc talis ab-

ſolutio

ſolutio tanquam non juris, ſed facti non extendit
juriſdictionem, nec aliquid operatur, Decius *in ru-
bric. lect. numer.* 21. *&* 22. *de judic.* cum aliis per Fa-
rinac. *in prax. part.* 1. *quæſt.* 8. *numer.* 144. *verſic. Ad
effugiendum*, Eſt cautela frivola, & nihil prodeſt, *ex
latè dictis*, *n.* 60.

63 Benè tamen aliàs verum eſt, quod ſi ille cui ju-
ratum eſt, conveniatur per jurantem in Curia Ec-
cleſiaſtica pro reſciſſione contractus, conſtituet Pro-
curatorem cum expreſſa facultate comparendi in Cu-
ria Eccleſiaſtica, etſi ipſe Procurator in ea compa-
ruerit, litemque conteſtaverit, poteſt Judex Eccle-
ſiaſticus cognoſcere de reſciſſione contractus, ita
fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium
Rovirola, Conſultoribus Senjuſt, & Puigmya
15. Januarii 1601. in favorem tutorum, & cura-
torum pupillę filię Joannis Valliſpinoſa Villæ de Val-
libus, contra Antonium Valliſpinoſa Calligarium
ejuſdem Villæ ſuper reſciſſione cujuſdam donatio-
nis per dictum Joannem Valliſpinoſa factæ dicto An-
tonio Valliſpinoſa fratri ſuo, & quia dictus Anto-
nius Valliſpinoſa tribuit mandatum Philippo Figols,
& Ludovico Cabrer reſpectivè cum expreſſa facul-
tate comparendi in Curia Eccleſiaſtica Tarraconæ,
& ipſi diverſis ſchedulis comparuerunt in dicta Cu-
ria Eccleſiaſtica, & in ea litem conteſtaverunt.
His verbis: firmæ juris factæ per dictum Antonium
Valliſpinoſa in Curia ſæculari locum non fuiſſe,
nec eſſe.

64 Circa ea quæ dixi *num.* 19. adverte, quod licèt
judex ſæcularis non poſſit propriam abſolutionem
& relaxationem juramenti laico fideli concedere,
quia hæc conceſſio eſt actus ſpiritualis juriſdictio-
nis, cujus Judex ſæcularis eſt incapax, *ut ibidem
pluribus probavi*, quibus addo Sanchez *in decal. lib.*
3. *cap.* 22. *numer.* 15. Suarez *tom.* 2. *de Relig. libr.* 2.
*de jurament. cap.* 41. *numer.* 16. *ad medium*, Caſtr.
Palaum *in oper. moral. part.* 3. *tract.* 14. *diſput.* 3.
*punct.* 6. *numer.* 4. Thom. del Bene *de juramento*,
*cap.* 3. *dub.* 17. *numer.* 3. Tuſchus *concluſ. lit. pract.
concluſ.* 57. *à numer.* 21. Fermoſin. *in cap. novit.* 13.
*quæſt.* 9. *à numer.* 6. *de judic.* Dianam *reſolut. moral.
part.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 115. *aliàs* 114. *& in coordi-
nat. part.* 9. *tract.* 2. *reſolut.* 233. *numer.* 1. *&* 2. Po-
65 teſt tamen data turpitudine obligationem nomine
partis remittere, Covarruv. *lib.* 1. *variar. cap.* 4. *nu-
mer.* 5. ubi Ybannez de Faria plures citat *num.* 29.
quibus addo Sanchez *in decal. lib.* 3. *capit.* 22. *nu-
mer.* 1. *&* 15. Villalobos *in ſumm. part.* 2. *tract.* 19.
*dif.* 12. *ſub numer.* 18. Carleval. *de judic. lib.* 1. *di-
ſput.* 2. *numer.* 206. Bovad. *in polit. lib.* 2. *capit.* 18.
*numer.* 173. Carenam *reſol.* 130. *ſub numer.* 5. Caſtr.
Palaum *in oper. moral. part.* 3. *tractat.* 14. *diſputat.* 6.
*numer.* 4. *verſic. Adeſto*. Fermoſin. *in cap. novit.* 13.
*quæſt.* 9. *numer.* 19. *de judic.* Thom. del Bene *de immu-
nitat. Eccleſiaſtic. tom.* 1. *cap.* 8. *dub.* 21. *ſect.* 4. *num.*
1. *&* 2. *& de juramento, cap.* 3. *dub.* 17. *numer.* 4. Dia-
nam *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 115. *aliàs*
114. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 1. *reſolut.* 233. *nu-*
66 *mer.* 3. vel compellere † partem, ut juramentum
relaxet, *cap.* 1. *de jurejurand.* Guttier. *in authent.
ſacramenta puberum, numer.* 160. ubi Barboſa *nu-
mer.* 19. *verſ. Utrum autem, Cod. de reſcindend. ven-
dit.* Sanchez *de matrimon. lib.* 1. *diſputat.* 32. *num.*
18. *& in decal. lib.* 3. *diſputat.* 22. *numer.* 1. Ybannez
de Faria ad Covar. *lib.* 1. *variar. cap.* 4. *numer.* 18.
*verſic. Sæcularis*, Cabreros *de judic. lib.* 1. *diſputat.*
2. *numer.* 112. *ante finem, verſic. Poteſt autem*, Ca-
ſtr. Palaus *in oper. moral. part.* 3. *tract.* 13. *diſputat.* 3.
*punct.* 6. *numer.* 1. Fermoſin. *in cap. novit.* 13. *quæſt.* 9.
*à numer.* 11. *ad* 2. *de judic. & in cap.* 1. *quæſt.* 2. *nu-
mer.* 56. *de jurejurand.* Bobad. *in polit. lib.* 2. *capit.* 18.
*numer.* 173. Catena *reſolut.* 139. *numer.* 6. vide ta-
men Dianam *reſol. moral. part.* 1. *tractat.* 2. *reſolut.*
116. *aliàs* 115. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 1. *re-
ſol.* 234. Sed à quo ſuperiore laico relaxatio fieri de-
beat, conſule Sanchez *in decalog. lib.* 3. *capit.* 22.
*numer.* 7. Caſt. Palaus *in oper. moral. part.* 3. *tract.*
14. *diſputat.* 3. *punct.* 6. *à numer.* 6. Ybannez de Fa-
ria ad Covarr. *lib.* 1. *variar. capit.* 14. *à numer.* 26.
*pulchrè*, *n.* 30.

An autem Judex ſæcularis poſſit cognoſcere de 67
nullitate abſolutionis juramenti ab Eccleſiaſtico
Judice conceſſæ? tractat remiſſivè Fontanella *de pact.
nupt. tom.* 2. *clauſul.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 7. *numer.* 22. Ric-
cius *collectan.* 39. *verſic. Et quis judex*, Affirmant
plures quos refert, & ſequitur Farinac. *in praxi,
part.* 1. *quæſt.* 8. *numer.* 145. Anſaldus *de juriſdict.
part.* 2. *cap.* 9. *numer.* 22. ut abſolutio fuerit ſubre-
ptitia, Pariſ. *conſil.* 96. *numer.* 94. *lib.* 1. Afflict. *de-
ciſ.* 220. *numer.* 9. Rota Genuenſ. *deciſ.* 193. *numer.*
1. Martha *de juriſd. part.* 2. *capit.* 9. *numer.* 22. alios
addit Thoro *in compend. deciſ. part.* 1. *verbo Judex ſæ-
cularis an poſſit cognoſcere*, *fol.* 292. Urſellius *con-
cluſ.* 11. *verbo Abſolutio à jurament. numer.* 53. Cy-
riacus *controverſ.* 7. *numer.* 9. *tom.* 1. vel conceſſa li-
te pendente, nulla litis, ſeu perjurii mentione fa-
cta, idem Martha *de juriſdict. part.* 2. *cap.* 9. *num.*
22. ſic fuit per me proviſum in caſu ſupra relato
*numer.* 48. *in fine*, vel aliàs fuerit evidenter nulla,
vel iniqua, Felin. *in cap.* 1. *numer.* 12. *de jurejuran-
do, & in cap.* 2. *numer.* 3. *de ſponſalibus*, Paz *in pra-
xi, tom.* 2. *prælud.* 2. *numer.* 38. Sanchez *in decal.
lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 4. Si nullitas, vel iniquitas ab-
ſolutionis apparet, aliàs ſi non apparet, ſed probá-
tione, & examinatione indiget, non poteſt Judex
ſæcularis de tali abſolutione cognoſcere, Caſt. Pa-
laus *in oper. moral. part.* 3. *tract.* 14. *diſput.* 3. *punct.*
6. *numer.* 9. ſic ſunt intelligendi Piſanelius in addit.
ad Afflictis *dec.* 220. Riccius *in praxi, tit. de abſo-
lut. juramenti, deciſ.* 339. *ſub numer.* 3. quos citat
Thoro *in compend. deciſ. part.* 1. *verbo Abſolutio-
nis à juramento validitas*, *fol.* 14. Riccius *coll.* 1419.
*in fin. princ.*

Et ſi vis ſcire, cui judici competat relaxatio ju- 68
ramenti per infideles, aut hæreticos præſtiti, con-
ſule Carleval. *de judic. lib.* 1. *diſputat.* 2. *numer.*
15. Sanchez *lib.* 3. *cap.* 22. *numer.* 19. Fermoſin. *in
capit.* 1. *quæſt.* 2. *numer.* 36. 37. *&* 38. *de jureju-
rando*, Caſtr. Palaum *in oper. moral. part.* 3. *tract.*
14. *diſputat.* 3. *punct.* 6. *num. in fine*, Ybannez de
Faria ad Covarr. *lib.* 1. *var. cap.* 4. *numer.* 30. *verſ.
Item ſi duo*.

---

*ARGUMENTUM.*

## Decimarum quis ſit Judex competens Eccleſiaſticus, vel ſæcularis.

*SUMMARIUM.*

1 *Decimæ in Cathalonia; imo in tota Hiſpania Regibus per Summos Pontifices donatæ ſunt profanæ, n.* 1. *& dè eis cognoſcit judex ſæcularis, n.* 2.

3 *Decimarum prædialium quis ſit Judex competens de jure communi, quando Epiſcopus, Capitulum, Parochus, vel alius Clericus vult convenire laicum ſuper earum ſolutione, an Eccleſiaſticus, vel ſæcularis, num.* 3. *& quid in Cathalonia antiquitus obſervabatur, à n.* 4. *&* 5. *& quid hodie obſervatur, à num.* 5. *ad* 15.

16 *Decimæ perſonales in Cathalonia, & ferè in toto Orbe Chriſtiano de generali conſuetudine non ſolvuntur, nec ſunt in uſu.*

17 *Decimæ prædiales an debeantur de jure Divino, vel humano.*

18 *Decimarum ſolutionis libertas, & exemptio an de jure communi poſſit in totum per laicum præſcribi, num.* 58. *& quid in Cathalonia diſpoſitum ſit, n.* 19. 20. 21. *& quid reſpectu quotæ n.* 22. *&* 23.

## DECISIO CLXXXVI.

1 IN hac deciſione non loquor de decimis in Cathalonia, imò & in tota Hiſpania conceſſis, & donatis per Summos Pontifices Regibus, & Principibus propter expulſionem Maurorum, quę ſunt profanæ, & vulgò tertiæ appellantur, ſeu jus regale, de quibus Belluga in ſpecul. Princip. rubric. 13. §. reſtat. numer. 14, ubi Borell. litera F, Nicol. Garzia de benef. part. 1, capit. 2. numer. 29. Joan. Garzia de expen. cap. 9. à num. 90, Lazarte de decimæ vend. cap. 19. à numero 32. Petr. Barboſa in l. Titia, numer. 43. ff. ſolut. matrimon. Valdes de dignitat. Reg. Hiſpaniar. capite 20. à numer. 25, Suarez allegat. 28. Guttier. pract. lib. 1. quæſt. 14. Bovad. in polit. lib. 2. cap. 18. à numer. 146. alios plures addunt Suelves conſ. 9. numer. 27. lib. 1. & conſ. 50. à numero 25. lib. 2. Reg. Seſſe deciſ. 162. à numer. 1. & 32. libr. 2. Reg. Leo deciſ. 3. à numer. 10. lib. 1. Çevallos de cognit. per viam violent. part. 2. quæſt. 25. à numer. 2. Ramirez de lege reg. §. 31. numero 3. Noguerol. allegat. 39. numer. 10. Auguſt. Barboſa in addit. ad can. decimas 16, quæſt. 7. tom. 1. Solorzano de jure Indiarum, lib. 3. cap. 1. à numer. 6. tom. 2. Caſtillo de tertiis, cap. 2. 3. 10. & 11. Ybannez de Faria ad Covar. lib. 1. variar. cap. 17. numer. 63. Reg. Matth. de Regimin. Regn. Valent. cap. 2. §. 1. à numer. 1. & num. 20. ex noſtris Michael Ferrer part. 3. obſervant. cap. 228. Fontanella de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 13. part. 2. numer. 58. & gloſſ. 19. part. 1. numer. 83. Ripoll. ad Peguer. in praxi civil. rubric. 14. numer. 96. Ego dec. 7. numer. 39. part. 1. Cancer part. 1. variar. cap. 23. num. 2. ubi concludit, quod magna pars decimarum in præſenti Principatu poſſidetur per ſæculares Nobiles, & alios de genere Militari, Luca in animadver. ad Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 238. num. 5.

2 Nam de iſtis decimis per Summos Pontifices Regibus, & Principibus donatis, & conceſſis, ſi quæ cauſa agitanda ſit, ſive agatur de quæſtione juris, ſivè facti, non modo cum laicis, ſed etiam cum clericis, non eſt tractanda coram Judice Eccleſiaſtico, ſed coram Judice ſæculari tractari debet, Menoch. conſ. 757. numer. 16. lib. 8. Aufrer. ad Capel. Tholoſan. deciſ. 109. ante finem, Matthæus ad Guid. Papam dec. 1. Belluga in ſpecul. Princip. rub. 13. §. reſtat, à num. 5. Capyc. dec. 20. Borell. conſ. 20. centur. 1. & de Reg. Cathol. præſt. capit. 71. numer. 349. & 350. & in ſumm. deciſ. part. 1. titul. 19. numer. 20. Covar. pract. cap. 35. numer. 2. verſ. Tertio, Guttier. practic. libr. 1. quæſt. 14. numer. 4. Garzia de expenſis, cap. 9. numer. 94. Paz in praxi, tom. 2. prælud. 2. numer. 24. Petrus Barboſa in l. Titia, numer. 40. ff. ſolut. matrim. Lazarte de decimæ vendit. capit. 19. numer. 30. Bobad. in polit. libr. 2. cap. 18. à numer. 146. Ramirez de lege regia, §. 31. numer. 4. Cabedo deciſ. 63. numer. 4. part. 2. Morla in emp. jur. part. 1. titul. 2. in præmiſ. num. 137. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 238. numer. 58. Reg. Seſſe dec. 162. numer. 24. lib. 2. Çevallos de cogn. per viam violent. part. 2. quæſt. 25. numer. 24. & comm. contr. comm. quæſt. 822. à numer. 67. uſque ad numer. 110. & quæſt. 896. à numer. 136. ad 653. Gironda de privil. à numer. 251. Reg. Leo deciſ. 3. à num. 12. libr. 1. Carraſc. ad leg. recopil. cap. 6. §. 2. quos alios plures diſputato articulo citat Caſtillo de tertiis, capit. 22. toto, ſignanter num. 20. quibus addendi ſunt Pereyra de man. Regia, part. 1. capit. 7. numer. 38. verſic. ſuper, Caſt. Palaus in oper. moral. part. 2. tractat. 10. diſput. unica, punct. 15. numer. 2. Salgad. de ſuppl. ad Sanctiſ. part. 1. cap. 1. numer. 141. & 142. Vega in cap. qualiter & quando, num. 10. de judic. Solorzan. de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. capit. 1. numer. 42. & capite 4. numer. 21. & 22. Azor. inſtit. mor. tom. 1. lib. 7. capit. 36. quæſt. 3. verſic. cæterum, Fagundez præcep. 5. Eccleſiæ, lib. 3. cap. 5. numer. 7. Diana reſolut. moral. part. 3. tract. 1. reſolut. 50. & in coordinat. part. 9. tractat. 1. reſolut. 275. numer. 2. verſ. concedo, Trullench in decal. lib. 3. cap. 3. dub. 8. numer. 11. Leander quæſt. moral. tom. 3. tract. 6. diſputat. 2. quæſt. 28. Larrea alleg. fiſcal. 27. à numer. 1. Ybannez de Faria ad Covarr. lib. 1. variar. cap. 17. numer. 150. & 151. Noguerol. allegat. 39. num. 3. Cutel. de immun. Eccleſiaſt. lib. 2. quæſt. 90. Barboſa de jure Eccleſ. univerſ. lib. 3. capit. 26. §. 4. numer. 2. verſic. Itidem, ibi: quam judicibus laicis, & de offic. Parochi, part. 3. capit. 28. §. 4. numer. 2. verſic. Item cauſa, ibi: nam ſi authoritate, Fermoſin. in cap. 2, quæſt. 18. num. 4. de jud. Luca in animadver. ad Gratian. diſcept. forenſ. cap. 238. numer. 6. & 9. verſic. In Regno, Reg. Matth. de regim. Regni Valent. capit. 2. §. 5. numer. 2, 19. & 33. ex noſtris Mierez in Curia Barcinonæ Reginæ Mariæ, tom. 2. collat. 10. cap. 4. numer. 42. ubi teſtatur ita vidiſſe ſæpiùs ſervari in Regia Audientia fol. 367. in novis, de quo teſtari poſſe, & quotidie vidiſſe intrepidè obſervari inquit Fontanella de pact. tom. 1. clauſul. 4. gloſſ. 13. part. 2. numer. 58. Ferrer. part. 3. obſervat. cap. 78. Ripoll. ad Peguer. in prax. civ. rubric. 24. num. 94. & 95. ubi malè allegat ad id deciſionem Cancellarii Loris.

3 Sed quæſtio verſatur, quando Epiſcopus, Capitulum, Parochus, vel alius Clericus vult convenire laicum ſuper ſolutione decimarum prædialium, an eum convenire debeat de jure communi apud Judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem, de qua in terminis juris communis, tàm ſi agatur de quæſtione juris, aut facti, vel ſuper petitorio, aut poſſeſſorio, videndi ſunt Covar. practic. capit. 35. num. 2. Tuſch. practic. concluſ. littera D, concluſ. 73. Gail. libr. 1. obſervat. 38. numer. 1. ubi Greveus in addit. Moneta de decim. cap. 8. quæſt. 1. numer. 1. Germonius de ſacrar. immun. lib. 3. capit. 19. à numer. 84. Zerola in praxi Epiſcop. part. 1. verbo Decimæ, §. 6. Borell. in ſumm. deciſ. part. 1. titul. 19. à numer. 13. Guttier. lib. 3. practic. quæſt. 16. num. 3. & 4. Martha de juriſdict. part. 2. capite 43. Reg. Seſſe deciſ. 162. à numer. 11. qui numer. 25. refert declarationem Regni Aragonum in favorem Judicis Eccleſiaſtici, & poſt numer. 31. tradit motivum declarationis lib. 1. quem tranſcripſit Çevallos de cog. per viam violen. lib. 2. quæſt. 25. à numero 16. & poſt numer. 33. & com. controv. com. quæſt. 821. numero 68. 69. & 70. & quæſt. 897. à numer. 631. Burat. deciſ. 164. numer. 16. Petr. Barboſa in l. Titia, à numer. 39. ff. ſolut. matrimon. Cabedo deciſ. 63. numer. 4. part. 2. Gratian. diſcept. forenſ. capit. 238. à numero 9. cum ſeq. ubi Luca in animad. numero 9. Morla in emp. jur. part. 1. titul. 2. in præmiſ. numer. 137. Carraſc. ad leg. recopil. capite 6. §. 2. Reg. Leo deciſ. 3. numero 2, 3. & 4. lib. 1. Pereyra de man. reg. part. 1. capite 7. numero 38. Seraphin. deciſ. 1047. numero 3. Valaſc. conſultat. 75. à numero 12. Suarez de Relig. tomo 1. titul. 2. capit. 38. numer. 16. & 17. Scaccia de re judic. gloſſ. 7. quæſt. 3. limit. 5. à numer. 4. Fagundez de præcep. Eccleſ. præcept. 5. libr. 3. capite 5. numero 1. & 2. Paz in prax. tomo 2. prælud. 2. à numer. 22. Anguian. de legib. lib. 2. controverſ. 19. Faber in Codic. libr. 3. titul. 12. de juriſdict. omn. judic. deſ. 49. Caſtillo de Tertiis, tom. 7. capite 12. numer. 12. & numer. 41. verſic. Addiderim, Sperell. deciſ. 99. à numer. 25. lib. 1. Azorius inſtitut. moral. part. 1. libr. 7. capit. 56. quæſt. 1. & 5. Bolannos in Curia Philip. tom. 1. part. 1. §. 5. à num. 5. Caſtrus Palaus in oper. moral. part. 2. tractat. 10. diſputat. unica, punct. 15. numero 5. 7. & 8. Suelves conſultat. 42. numer. 22. libr. 1. Maſcard. de gen. ſtat. interp. concluſ. 1. numer. 2. Auguſtin. Barboſa in clement. diſpendioſam, numer. 4. de judic. & in capite tua 25. numer. 2. & 3. de decimis, & de jure Eccleſ. un. libr. 3. capite 26. §. 4. numer. 1. & 3. & de offic. Parochi, part. 3. capit. 28. §. 4. numero 1. & 3. Trullench in decalog. libr. 3. capite 3. dubio 8. à numero 1. Machado en ſu perfetto confeſſor, tom. 1. libr. 2. part. 4. tractat. 10. documen. 3. numer. 5. Bellet. diſquiſ. Cleric. part. 1. titul. de favore Cleric. reali, §. 4. numero 132. & 133. & 134. Ciarlin. contr.

forenſ.

*forenſ. libr.* I. *capite* 17. *numer.* 103. 104. *&* 105. Anſaldus *de juriſdict. part.* 2. *tit.* 4. *capit.* 1. *à num.* 18. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *capite* 1. *numer.* 36. *&* 37. Olea *de ceſ. jur. part.* 6. *quæſt.* 3. *à numer.* 15. Diana *reſolut. moral. part.* 1. *tractat.* 2. *reſolut.* 90. *aliàs* 89. *& reſolut.* 93. *aliàs* 92. *& in coordinat. part.* 9. *tractat.* 2. *reſolut.* 271. *&* 272. Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.* 2. *capit.* 10. *dub.* 4. *totò*, Fermoſin. *in capite ſi Clericus* 5. *quæſt.* 6. *de foro compet.* Ybannez de Faria ad Covarr. *lib.* 1. *variar. capite* 17. *à numero* 135. *uſque ad numer.* 150. Leander *quæſt. moral. tom.* 3. *tractat.* 6. *diſputat.* 2. *quæſt.* 25. *cum pluribus ſeq.* ex noſtris Ripoll. ad Peguer. *in praxi civil. rubric.* 14. *numero* 93. Xammar. *defin.* 107. *numer.* 7. remiſſivè Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſul.* 4. *gloſs.* 13. *part.* 2. *numer.* 57. *&* 58.

4 Sed quid obſervetur in Cathalonia, eſt videndum? Reſpond. Quod antiquitus declarabatur per Cancellarios, quod Epiſcopus, Capitulum, Parochus, ſeu alius Clericus poterat laicum convenire ſuper ſolutione decimarum, tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio apud Judicem Eccleſiaſticum, ſic generaliter abſque ullo verbo petitorii, aut poſſeſſorii per Cancellarium Cardona, Conſultoribus Sunyer, & Plà 11. Octobris 1566. in favorem Benedicti Gorch arrendatoris fructuum cenſuum, & decimarum Sacriſtiæ Barcinonæ contra Jacobum Parera Hortolanum Civem Barcinonæ. Et per Cancellarium Caſſador 17. Maii 1567. in favorem Joannis Benedicti Garell arrendatoris fructuum, & emolumentorum Sacriſtiæ majoris Sedis Barcinonæ contra Gabrielem Beſora Hortolanum ob non ſolutionem decimæ cujuſdam petiæ terræ ſitæ in territorio Barcinonæ, in loco dicto *la ſibla Biſbal*, quàm dictus Beſora in conductum habebat à Jacobo Ginabreda. Et per eundem Cancellarium Caſſador 25. Septembris 1567. in favorem Syndici Capituli, & Canonicorum Vincen. contra Jacobum Malagariga, & alios ejuſdem Civitatis. Et per dictum Cancellarium Caſſador 3. Octobris 1567. in favorem Syndici Capituli, & Canonicorum Vicen. contra Bernardum Balle, & alios Civitatis Minoriſſæ. Et per prædictum Cancellarium Caſſador 20. Octobris 1567. in favorem Franciſci Torres Presbyteri Rectoris Eccleſiæ Parochialis Sancti Andræa de Samalus, contra Michaelem Ller, & Joannem Prats Agricolas ejuſdem Parochiæ. Et per eundem Cancellarium Caſſador 25. Octobris 1567. in favorem Syndici capituli, & Canonicorum Vicen. contra Monſerratum Graell paratorem Civitatis Minoriſſæ. Et per dictum Cancellarium Caſſador 24. Novembris 1568. in favorem Capituli Eccleſiæ Gerundæ, contra Michaelem Vidal, & Joannam conjuges Parochiæ de Bordillis, ſuper perceptione decimæ duarum petiarum terræ per eos dicta Parochia de Bordillis poſſeſſarum, quàm dictum Capitulum recipere nen conſueverat, fuit declararum cauſam pertinere ad Curiam Eccleſiaſticam.

5 Niſi conſtaret, quod petia terræ eſſet libera à præſtatione decimæ, nam tunc laicus conveniendus erat apud Judicem ſæcularem. Ita per Cancellarium Caſſador, conſultoribus Llobregat, Terca, Villana, Boris Negrell, & Plà 3. Decembris 1567. in favorem Joannis Florenſa agricolæ habitatoris in jurri ſita in termino de Ferran libera à præſtatione decimæ contra Epiſcopum Ilerden. Franciſcum de Caſtell-dell, Joſephum Ferrer Præpoſitos præpoſiturarum menſium Martii, & Aprilis Eccleſiæ Ilerden.

6 Hodie verò obſervatur, & practicatur in Cathalonia. Quod ſi cauſa decimarum ducitur in petitorio contra laicum, debet Epiſcopus, Capitulum, Parochus, aut alius Clericus eum convenire coram Judice ſæculari, quia actor debet ſequi forum rei, ſi verò cauſa decimarum ducitur in poſſeſſorio contra laicum; poteſt Epiſcopus, Capitulum, Parochus, aut Clericus eum convenire coram Judice Eccleſiaſtico, quia laicus negando poſſeſſionem, ſi eſt in poſſeſſione ſolvendi decimas, committit ſpolium, & ratione ſpolii efficitur laicus de foro Eccleſiaſtico, *ut tradidi deciſ.* 165. *numero duodecimo, parte tertia*, ſic Michael Ferrer *part. tertia, obſervan. capit.* 278. *verſic. Inſuper*, Ripoll. *variar. capite primo, à numer.* 164. *& numer.* 184. *& in addit. ad Peguer. in praxi civil. rubric. decimaquarta, numero* 94. ſequitur Fermoſin. *in capite ſi Clericus, quinto, quæſt. ſexta, numer. quinto, de foro compet.*

Et quod Epiſcopus, Capitulum, Parochus, aut alius 7
Clericus ſi eſt in poſſeſſione recipiendi decimas à laico, poſſit eum ſuper ſolutione illarum convenire coram Judice Eccleſiaſtico, ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Caſſador, Conſultoribus Terca, & Plà, 13. Auguſti 1567. in favorem Antici Guinart Presbyteri obtinentis beneficium ſub invocatione Sanctorum Juliani, & Baſilicæ inſtitutum in Eccleſia Gerunden. contra Eliſabethem de Requeſens, & de Montajans ratione procedimentorum in Curia ſæculari Regiæ Audientiæ factorum contra dictum Guinart, ratione decimæ, ſeu terconi decimæ, quod Beneficii recipere conſueverunt in termino de Podrinyano Parochia de la Pera Diœceſis Gerundæ, refert Ripoll. *variar. capite primo, numer.* 185. Et per eundem Cancellarium Caſſador 22. Novembris 1569. in favorem Hieronymi Manegat Canonici Barcinonæ obtinentis Beneficium quintum ſub invocatione Sancti Sepulchæ in Eccleſia Barcinonę fundatum, contra Hieronymum Roig Candelarium ceræ Civem Barcinonæ. Et per dictum Cancellarium Caſſador, Conſultoribus Jofre, Villana, & Negrell 17. Decembris 1569. in favorem Petri Bortas Rectoris Parochialis Eccleſiæ Sancti Laurentii Savall, contra Sebaſtianum Serra Agricolam ejuſdem Parochiæ. Et per prædictum Cancellarium Caſſador 22. Septembris 1570. in favorem Georgii Spigol Presbyteri Rector. Parochialis Eccleſiæ Sancti Chriſtophori de Cogol contra Petrum Sitjar, & alios ejuſdem Parochiæ. Et per Cancellarium Loris, Conſultoribus Cardelles, Sala, Balle, & Fontpaſtor 31. Maji 1577. in favorem Gabrielis Oriols Rectoris Parochialis Eccleſiæ de Begues contra tutores, & curatores Ludovici de Villaplana. Et per dictum Cancellarium Loris, Conſultoribus Sala, & Fontpaſtor 30. Julii 1577. in favorem Joannis Carbonell Presbyteri Collectoris fructuum, & redditùum Archidiaconi Majoris Barcinonæ contra Joannem Dot Notarium Civem Barcinonæ. Et per eundem Cancellarium Loris eodem die, cum eiſdem Conſultoribus in favorem Celidonii Alomar Rectoris Caſtriveteris de Roſanes, contra Joannem Deu, & alios Agricolas Parochiæ Sancti Andræe de Aquiſtonſis vulgò *Sant Audreu de la Barca*. Et per eundem Cancellarium Loris, Conſultore Fontpaſtor 6. Auguſti 1577. in favorem Archidiaconi Majoris Eccleſiæ Barcinonę, contra tutores, & curatores filiarum Antici Corts J. V. D. Et per prædictum Cancellarium Loris, Conſultoribus Ros Fontpaſtor, & Cordelles 8. Novembris 1577. in favorem Michaelis Villaraſſa Rectoris Eccleſiæ Parochialis Sancti Petri de Ferrarons, contra Jacobum Valls Civem Vici. Et per prædictum Cancellarium Loris, Conſultoribus Sala, & Tamarit 18. Februarii 1579. in favorem Archidiaconi Majoris Sedis Barcinonę, contra Antonium Ferriol Agricolam Civem Barcinonæ. Et per dictum Cancellarium Loris, Conſultoribus Cordelles, Negrell, Puig, & Sala 13. Auguſti 1579. in favorem Alexandri Benich Suſtentatoris Eccleſiæ Barcinonæ, contra Michaelem Ferrer Militem Barcinonæ domiciliatum, & per eundem Cancellarium Loris, Conſultoribus Puig, & Fontpaſtor 3. Septembris 1579. in favorem Beneficiati Beneficii Sancti Jacobi, fundati in Eccleſia de Corneliano, contra Joannem Flammar, & alios. Et per dictum Cancellarium Loris, Conſultoribus Fontpaſtor,

paſtor, & Puig 1. Maji 1580. in favorem Jacobi Bertran Rectoris Eccleſiæ Parochialis Sancti Juſti Deſvein, contra Mariam Annam Boqueta. Et per eundem Cancellarium Loris, Conſultoribus Sala, Fontpaſtor, & Tamarit 16. Decembris 1580. in favorem Caroli Araujapi Camerarii Eccleſiæ Beatæ Mariæ Celſonę, contra Nobilem Dimam de Llordat, Villæ Montis Albi. Et per Cancellarium Manegat 31. Auguſti 1583. inter partes relatas per Ripoll. *variar. capit.* 1. *numero* 284. Et per Cancellarium Copons. Conſultoribus Puigmija, Sabater, Sunyer, & Deſcamps 8. Aprilis 1593. in favorem Joannis Planes, Presbyteri Rectoris Eccleſiæ Parochialis Sancti Petri de Abrera; contra Anticum Amat de Palou. Et per eundem Cancellarium Copons, Conſultoribus Peguera, & Sunyer 10. Junii 1593. in favorem Capituli Ilerdæ, contra nonnullos ſingulares Oppidi, ſeu termini de Belloch. Et per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Torner, Calba de Vallſeca, & Puigmija 5. Novembris 1601. in favorem Julii Cordelles Præceptoris, & Canonici Eccleſiæ Barcinonæ, contra Hyppolitum Montaner I. V. D. & Fiſci Advocatum Bajuliæ Generalis Cathaloniæ. Et per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Magarola, Puigmija, & Mijavila Franqueſa 7. Maji 1606. in favorem Beneficiatorum recipientium octavam partem decimæ in termino de Vitrariis, contra Marchionem de Aytona. Et per eundem Cancellarium Agullana, Conſultoribus Ferrer, Puigmija, & Ferruz 7. Junii 1610 in favorem Franciſci Coſcò Rectoris Eccleſiæ de Vall bona, contra Ludovicum de Foxa Dominum, qui dicitur dicti Loci, & Joannem Baptiſtam Barò. Et per prędictum Cancellarium Agullana, Conſultoribus Senjuſt 1. Julii 1610. in favorem Capituli Eccleſiæ Gerundæ, contra Petrum Joannem Frivola, Agricolam Loci de Navata. Et per prędictum Cancellarium Agullana, Conſultoribus Senjuſt, & Gamis 6. Septembris 1613. in favorem Franciſci Granollachs Præsbyteri, & Rectoris Eccleſiæ Sancti Baudilii de Lupicatrico, contra Petrum Amat Agricolam Parochiæ Beatæ Mariæ de Cornellano. Et per Cancellarium Carmona, Conſultoribus Senjuſt, & Gamis 5. Aprilis 1618. in favorem Franciſci Granollachs Presbyteri, & Rectoris Sancti Baudilii de Lupricatrico, contra Philippum Vidal Agricolam ejuſdem Parochiæ. Aliam declarationem Cancellarii Carmona die 20. Aprilis 1616. refert Ripoll. *variar. capite primo*, *numero* 167. & 186. Et per Cancellarium Puigmari 7. Septembris 1622. in favorem Pauli Llavallol Presbyteri, & Rectoris Sancti Cucuphatis de Recho Civitatis Barcinonæ, contra Laurentium Deſcaſſat Domicellum. Et per Cancellarium Eril, Conſultoribus Fons, & Turell, & Auglesſell 11. Junii 1626. in favorem Communitatis Presbyterorum Oppidi de Inſula Elnen. Diœceſis, contra Michaelem, & Coſmam Maurales, Cives Honoratos Barcinonæ. Et per Cancellarium Sunyer, Conſultoribus Aleny, Rull, & Triſtany 22. Maji 1663. in favorem Capituli Canonicorum Sedis Vicen. contra Nobilem Franciſcum de Oris, & de Valgornera, Joſephum Peralta, & Archs, Civem Honoratum Barcinonæ, Salvadorum Servana, & Anticum Verneda. Et per Cancellarium Monſerrat 3. Junii 1683. in favorem Chriſtophori Pages Canonici, uti Adminiſtratoris Eleemoſynæ panis Sedis Gerundæ, & alios Clericos, contra Syndicum Univerſitatis, & ſingularium loci de Pontons, Et in aliis innumerabilibus caſibus.

8 Limita 1. quando Epiſcopus, Capitulum, parochus, aut alius Clericus exiſtens in poſſeſſione exigendi, & recipiendi decimam à laico, eum convenit coram Judice Eccleſiaſtico, & ipſe laicus comparens coram Judice ſæculari confitetur ſe ſolitum eſſe ſolvere decimam Epiſcopo, Capitulo, Parocho, ſeu alio Clerico, & offert in hujuſmodi poſſeſſione Epiſcopum, Capitulum, Parochum, ſeu alium Clericum conſervare, & manutenere, quo caſu laicus eſt conveniendus coram Judice ſæculari, *ex dicendis infra, deciſ.* 193. *numer.* 18. & 19.

9 Limita 2. quando Epiſcopus, Capitulum, Parochus, aut alius Clericus dicit eſſe in poſſeſſione exigendi, & recipiendi decimas à laico, ſed non conſtat de hujuſmodi poſſeſſione, nam tunc competentia declaranda eſt in favorem Judicis ſæcularis. Ita per Cancellarium Puigmari 15. Maji 1627. in favorem Nobilis Gaſparis de Llupià, contra Communitatem Eccleſiæ Sancti Joannis Villæ Perpiniani.

10 At ſi Epiſcopus, Capitulum, Parochus, ſeu alios Clericus non eſt in poſſeſſione recipiendi decimas à laico, ſed agit in petitorio & debet eum convenire ſuper illarum exactione coram Judice ſæculari. Sic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Loazes, Conſultoribus Llobregat, & Jofre 3. Auguſti 1565. in favorem Bernardi Jone, & Petri Campany Parochiæ Sancti Felicis de Alella, contra N. Corvellana Presbyterum Vicarium Parochiæ Sancti Martini de Proenſals. Et per Cancellarium Caſſador 21. Auguſti 1567. Flamindiani de Mala Domicelli, & Bartholomæi Valls Agricolæ, contra Petrum Pau, Rectorem Sancti Geneſii de Plegamans, & de Gallachs, & Petrum Paſqual Presbyterum, obtinentem Capellaniam ſub invocatione Sancti Joannis Villæ Calidarum de Montebovino. Et per eundem Cancellarium Caſſador 30. Martii 1569. in favorem Antonii Llentes Domicelli in Civitate Minoriſſę Domiciliati. Et per Cancellarium Loris, Conſultoribus Negrell, & Amell 16. Januarii 1578. in favorem Monſerrati Vaqueta, & aliorum Villæ de Regali Campi Tarraconæ, contra Rectorem ejuſdem Villæ. Et per dictum Cancellarium Loris, Conſultoribus Xammar, Sala, & Tamarit 18. Februarii 1579. in favorem Antonii Mollol Agricolę Civis Barcinonæ, contra Archidiaconum majorem Sedis Barcinon. Et per eundem Cancellarium Loris, Conſultoribus Cordelles, Sala, & Fontpaſtor 30. Januarii 1581. in favorem Nobilis Ferdinandi de Mexico, & Aymerich, Dominum, qui dicebatur loci de Puigvert, contra Joannem Baſtart Rectorem Parochialis Eccleſiæ dicti loci de Puigvert. Et per prædictum Cancellarium Loris, Conſultoribus Ros, Seſcaſes, Balle, Amel, & Puig 9. Martii 1582. in favorem Gaſparis Guardia, contra Antonium Stalella Presbyterum Rectorem Eccleſiæ Parochialis Sancti Joannis de Pino. Et Cancellarium Copons, Conſultoribus Peguera, Sabater, Oliba, & Deſcamps 23. Novembris 1592. in favorem Petri Julià, & Amatoris Ribes Parochię Sancti Stephani de Rovires, contra Joannem Prima Presbyterum, & Rectorem ejuſdem Parochiæ. Et per eumdem Cancellarium Copons, Conſultoribus Peguera, Sabater, Guardiola, & Oliba 19. Januarii 1594. in favorem Angeli Tord Militis Perpiniani, contra Antonium Joli Rectorem Eccleſiæ Sancti Hyppoliti Diœceſ. Elnen. per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Oliba, Aſtor, Torner, Calba de Vallſeca, & Senjúſt 5. Maii 1598. in favorem Angelę Serzents viduæ Villæ Perpiniani, contra Joſephum Villalbe Rectorem Parochialis Eccleſiæ del Soler. Et per dictum Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Aſtor, & Roig 14. Aprilis 1599. in favorem Antonii Montaner Agricolæ parochiæ Sancti Eugenii de Cervellò. Et per eundem Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Aſtor, Roig, Torner, & Calba de Vallſeca 14. Julii 1599. in favorem Roſæ Juallar, contra Raphaelem Feraportuoſa præpoſitum de Canovis, his verbis: Firmæ juris factæ in curia ſæculari per dictam Roſam Juallar quoad judicium petitorium tantùm locum fuiſſe, & eſſe. Et per dictum Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Dalmau, Aſtor, Benach, & Torner, 28. Junii 1603.

in fa-

in favorem Vaſſallorum Nobilis Federici Meca & de Claſqueri Domini, qui dicebatur Parochiæ Sancti Felicis de Caſtello, contra Antonium Thomam Oliveres Rectorem dictæ Parochiæ, Et per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Ferrer, Marola, & Ferruz 17. Novembris 1610. in favorem Nobilis Alexii de Albert Domini, qui dicebatur de Miliàs, & aliquos habitatores ejuſdem Villæ, contra Joannem Franciſcum Deſcamps Priorem Beatæ Mariæ de Salvetat. Et per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Roca, & Aguilò 11. Septembris 1625. in favorem Eleonoræ Sarradalta viduæ, contra Salvium Puigferrer Presbyterum, & Rectorem Parochialis Eccleſiæ de Campdevanol. Et per eundem Cancellarium Puigmari 21. Julii 1625. in favorem Joannis Baptiſtæ de Corbera & de Santcliment, contra Rectorem Eccleſiæ Parochialis de Ripollet, & per dictum Cancellarium Puigmari 11. Decembris 1627. in favorem Ducis Cardonæ, & Caſtelani de Benifallet, contra Rectorem dicti loci de Benifallet. Et per Cancellarium Eril 6. Decembris 1635. in favorem Valentini Puig Agricolæ Parochiæ de Miravet, contra Rectorem dictæ Parochiæ. Et per eundem Cancellarium Eril, Conſultoribus Garau, & Angleſell 30. Aprilis 1637. in favorem Joannis Omber Notarii Villæ Sancti Felicis de Pallatols, contra Michaelem Fuſter Rectorem de Colltort. Et mille aliis.

11 Et ex noſtro Regio Senatu poſſum tibi tradere plures deciſiones, unam antiquam inveni in libro concluſionum civilium anni 1532. fol. 95. pag. 2. tenoris ſequentis.

Die veneris 29. Novembris 1532. in Regia Audientia, præſidente Magnifico Joanne Paſqual I. V. D. intervenerunt ſequentes.

Franciſcus de Valleſica.
Bartholomæus Marti.
Franciſcus Montaner.
Petrus Arnaldus Gort.
Joannes Cavila.

In facto contentionis juriſdictionis ſubortæ inter Curiam ſæcularem Regiæ Audientiæ Principatus Cathaloniæ, & Vincentium Sors Canonicum Barcinonæ Delegatum Apoſtolicum inter Didacum Talavera Clericum Rectorem aſſertum Loci de Alfaràs Ilerden. Diœceſis ex una, & Thomam de Boxadors Dominum, qui dicitur dicti loci partibus ex altera de & ſuper decimis molendini, & primitiis fructuum dicti loci de Alfaràs, & ſuper violentia, ſpolio, dolo, & fraude, & cenſuris prætenſis. Attento quod decimæ in Cathalonia, quando agitur contra laicum ſuper articulo juriſdictionis, reputantur profanæ, ſivè agatur de ipſis decimis, ſive de juribus, ſeu proprietate decimandi. Attento etiam, quod ex antiqua, & inveterata conſuetudine in Cathalonia, ſive agatur de cauſa merè ſpirituali, ſivè crimine merè Eccleſiaſtico, dubietas non tribuit juriſdictionem Curiæ Eccleſiaſticæ, quinimo cum ordinariis Eccleſiaſticis ſervantur concordiæ, & Capitula Curiarum, & delegati Apoſtolici ſolent comparere in banco Regio, ubi deciditur dubietas juriſdictionis. Attento etiam quod in præſenti cauſa in banco Regio, ſeu apud Judicem delegatum non conſtat de qualitate circunferendi juriſdictionem eidem delegato, neque etiam dictus Talavera agens ſe obtulit dictam qualitatem firmatè probaturum, ſed potiùs in meritis cauſæ principalis proceſſit. Quo in caſu in vim juris communis, & dictæ conſuetudinis obſervata cognitio cauſæ ſpectat ad curiam ſæcularem, facto verbo in Regia Audientia per Petrum Arnaldum Gort dictæ cauſæ relatorem, fuit concluſum, quod declaretur, firmam juris per prædictum Boxadors factam, fore, & eſſe admittendam, & cauſam in hac Regia Audientia tractandam, & continuandam, & quod mandatur dicto judici delegato, quatenus proceſſa per eum revocet, & in cauſa ulteriùs non procedat, pro his fiant cartella opportuna, & etiam invenio dixiſſe noſtrum Senatum in carta ſcripta Sereniſſimo Domino Imperatori Carolo Quinto 13. Februarii 1551. his verbis, *Cognoſcit veſtra Majeſtas de Decimis Caſtri Eccleſiaſtici.*

Ex quibus habes, quod laicus pro ſolutione 12 decimarum poteſt conveniri in Curia Eccleſiaſtica, ſi Epiſcopus, Capitulum, Parochus, ſeu alius Clericus eſt in poſſeſſione illas recipiendi, ut dictum eſt, *numero ſexto, & ſeptimo*. Si autem Epiſcopus Capitulum, Parochus, ſeu alius Clericus non eſt in poſſeſſione decimas recipiendi à laico, debet eum pro earum ſolutione convenire in curia, ut dixi, *numero ſeptimo, decimo, & undecimo*, utrumque fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Manegat, Conſultoribus Sants, & Amell 7. Octobris 1583. his verbis, Firmæ juris per Jacobum Secreta, & alios Parochiæ Sancti Felicis de Capraria factæ in Curia ſæculari Vicarii Barcinonæ quoad eorum terras, ſpecies fructuum, de quibus Monaſterium Montis Alacris Ordinis Cartuſienſ. eſt in poſſeſſione recipiendi decimas locum non fuiſſe, nec eſſe; quo vero ad eorum terras, & fructuum ſpecies, de quibus dictum Monaſterium non eſt in poſſeſſione, ſeu quaſi dictæ decimæ percipiendi dictæ firmæ juris locum eſſe. Et in caſu notabili per Cancellarum Copons, conſultoribus Sabater, & Sunyer 18. Septembis 1593. in facto firmæ juris in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ factæ per Chriſtophorum Nogues Presbyterum, & Rectorem Parochialis Eccleſiæ Sancti Saturnini de Montornes occaſione quorundam procedimentorum in Regia Audientia factorum inter Bernardum Taverner Civem Barcinonæ ex una, & dictum Nogues ex altera partibus, occaſione ſcilicet cujuſdam proviſionis ſequeſtri in dicta cauſa, ſupplicante dicto Taverner factæ in cauſa contrarii imperii confirmatæ, & executionis dictarum proviſionum, & quia dictus Taverner in Curia ſæculari petitionem, ſeu ſupplicationem obtulit, in ea deducendo ſe eſſe in poſſeſſione recipiendi partem decimæ dictæ Parochiæ de Montornes vulgò appellatum *terco*, & anno elapſo dictum Rectorem accepiſſe, & ſecum adduxiſſe partem ad dictum Taverner contingentem ex decima fructuum collectorum in aliquibus manſis in dicto anno collectorum ad præfatum Tarverner contingentem etiam recipere, & apprehendere, & ſupplicaſſet ſe in poſſeſſione prædicta reintegrari, aut fructus prædictos emparari, ſeu ſub ſequeſtro poni, pro ut in calce ſupplicationis, fuit ita proviſum: fuit declaratum firmæ juris factæ per dictum Nogues in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ, locum non fuiſſe, nec eſſe, ſed cognitionem dictæ cauſæ ſequeſtri, quoad partem decimæ fructuum, quam dictus Taverner prætendit ad ſe pertinere in dictis Manſis Masferrer, Labet, & Brada, & aliis illis unitis ad Curiam ſæcularem Regiæ Audientiæ pertinere, & ſpectare. Hoc intellecto, quod dicta proviſio ſequeſtri non extendatur ad partem decimæ fructuum ad dictum Nogues, uti Rectorem dictæ Parochialis Eccleſiæ de Montornes contingentem, & exceſſus, ſi qui fuerint commiſſi per ſequeſtrum in dicta proviſione nominatum quoad dictam partem pertinentem, & ſpectantem ad dictum Rectorem, per dictum Relatorem revocantur. Et per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Aſtor & Puigmijà 19. Novembris 1603. in facto juris firmæ factæ in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ per Joachinum Palan Canonicum, & Præpoſitum Præpoſituræ menſis Februarii Eccleſiæ Barcinonæ ratione ejuſdem cauſæ introductæ in Curia Vica-

rii Barcinonæ per Joannem Seguer, Agricolam dictæ Civitatis, contra dictum Palati Præpoſitum dictæ Præpoſituræ ſuper proprietate juris recipiendi decimam, ex quibuſdam petiis terræ poſſeſſis per dictum Seguer, ſitis in loco dicto *la traveſſura*, juxta Monaſterium Capuccinorum Civitatis Barcinonæ: fuit declaratum firmæ juris factæ in dicta Curia Eccleſiaſtica per dictum Palau, locum non fuiſſe, nec eſſe, ſed cognitionem dictæ cauſæ, reſpectu judicii petitorii, & proprietatis in quo dictus Seguer reus eſt originarius ad dictam curiam Regentis Vicariam Barcinonæ pertinere, & ſpectare. Hoc intellecto, & declarato, quod ſuper, ſedatur in dicta cauſa, & judicio proprietatis, donec, & quouſque finita ſit cauſa judicii poſſeſſoris per dictum Palau intentanti in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ.

Hinc in Cathalonia ceſſat iſta quæſtio, an quando Epiſcopus, Capitulum, Parochus, aut alius Clericus decimas petit à laico, qui nunquam illas ſolverit, vel contra illas præſcripſerit, poſſit laicus litem trahere ad forum ſæculare, & authoritate judicis ſæcularis ſe defendere? de qua Covar. *pract. capit.* 23. *numer.* 2. *&* 5. *&* *libr.* 1. *variar. capit.* 17. *numer.* 8. *verſic. Nono*, Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *libro* 3. *capit.* 36. *quæſtio* 4. *&* 7. Fagundez *de præcept. Eccleſ. præcept.* 5. *libro* 3. *cap.* 5. *à numer.* 8. Diana *reſol. mor. part.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 92. *aliàs* 91. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſolut.* 276. Thom. del Bene *de immunitat. Eccleſ. tom.* 2. *capit.* 10. *dub.* 4. *à numer.* 31. Guttier. *pract. libr.* 1. *quæſt.* 14. *numer.* 5. Reg. Seſſe *deciſ.* 192. *numer.* 34. *&* 36. *libr.* 2. Pet. Barboſa *in leg. titia*, *numer.* 47. *ff. ſolun. matrimon.* Cævallos *com. cont. com. quæſt.* 897. *numer.* 241. Salgado *de ſuppl. ad Sanctiſs. part.* 1. *capit.* 6. *à numer.* 35. Pereyra *de man. Reg. part.* 1. *capit.* 7. *ſub numer.* 38. Leander. *quæſt. mor. par.* 3. *tract.* 6. *diſput.* 2. *quæſt.* 31. Suelves *conſ.* 42. *numer.* 24. *libr.* 1. Caraſcus *ad leg. recop. capit.* 6. §. 2. *numer.* 14. *in fine*, *& numer.* 15. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *libr.* 1. *capit.* 22. *numer.* 2. *&* 14. *& lib.* 4. *cap.* 3. *numer.* 26.

14 Hinc etiam licet plures, dicta *numer.* 1. *&* 2. limitent, quando decimæ ſunt laico in feudum datæ per Epiſcopum, Capitulum, Parochum, ſeu alium Clericum, prout eſt in pluribus locis, & ſignanter in Epiſcopatu Gerundæ, & tunc dicant, quod cauſa decimarum contra laicum diſcutienda eſt coram Judice Eccleſiaſtico propter directum Dominium quod pœnes Epiſcopum, Capitulum, Parochum, aut alium Clericum reſidet ut docent, & probant Azor. *inſtitut. mor. part.* 1. *lib.* 7. *capit.* 26. *quæſt.* 3. Fagundez *de præcep. Eccleſ. præcep.* 5. *libr.* 3. *capit.* 5. *numer.* 5. Moneta *de decim. cap.* 8. *numer.* 1. *&* 15. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſul.* 4. *gloſſ.* 13. *par.* 2. *numer.* 84. Ramon noſter *conſ.* 47. *numer.* 13. *&* 14. Marinis *libr.* 1. *reſolut. jur. cap.* 207. *numer.* 10. Poſtius *poſt tractat. de manuten. deciſ.* 535. *numer.* 10. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 238. *à numero* 60. ubi Luca *in animadverſis ſub numer.* 5. Petrus Barboſa *in l. titia*, *num.* 39. 42. 43. *&* 44. *ff. ſol. matrimon.* Reg. Seſſe *deciſ.* 162. *numero* 25. *& ſub numer.* 35. *libr.* 2. Cævallos *de cognit. per viam violent. part.* 2. *quæſtion.* 25. *à numer.* 26. Diana *reſol.* 91. *alias* 90. *& part.* 3. *tract.* 1. *reſolut.* 50. *& in coordinat. part.* 9. *tractat.* 2. *reſolut.* 274. *&* 275. Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 10. *dub.* 4. *à numero* 38. Leander. *quæſt. moral. tom.* 3. *tract.* 6. *diſp.* 2. *quæſtion.* 27. Caſtillo *de tertiis*, *tom.* 7. *cap.* 11. *num.* 4. Fermoſin. *in capit. ſi Clericus* 5. *quæſt.* 8. *à num.* 4. *de foro competent.* Caſt. Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 10. *diſputat. unica*, *punct.* 11. *numer.* 6, *in fine*, Trullench *in decalogo libr.* 3. *capit.* 3. *dub.* 8. *ſub numero* 11. Auguſtin. Barboſa *de jure Eccleſiæ univerſ. libr.* 3. *capitul.* 26. §. 4. *numer.* 2. *verſic. Itidem cauſa decimarum*, *& de offic. Parochi*, *part.* 3. *cap.* 28. §. 4. *n.* 2. *verſ. Item cauſa decimarum.*

Tamen hæc limitatio convincitur in Cathalonia 15
ex ſupradictis, cum decimæ ſint profanæ, & laicus in cauſis decimarum in petitorio conveniendus eſt coram Judice ſæculari, & ejus authoritate ſe defendere poteſt, ut in deciſionibus Cancellariorum relatis *n.* 10. 11. *&* 12. & docent Peguera *in conſtitutione item ne ſuper laudemio*, *verſic.* 1. *num.* 46. *&* 47. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 121. *num.* 9. *verſic. Quia poſtquam*, *& in cap.* 2. *num.* 12. *de decimis in* 6. Cancer *par.* 1. *var. cap.* 23. *num.* 20. *&* 21. Burſat. *conſ.* 50. *n.* 16. *libr.* 1. Lazarte *de decima vend. cap.* 19. *num.* 30. Menoch. *conſ.* 757. *n.* 16. *libr.* 8. Guttier. *pract. lib.* 1. *quæſt.* 14. *numer.* 6. Covar. *pract. cap.* 35. *num.* 2. Borrell. *in deciſ. par.* 1. *tit.* 19. *num.* 17. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *caſu* 57. *n.* 146. Germon. *de ſacro immun. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 40. Caſt. Palaus *in oper. mor. pag.* 2. *tract.* 10. *diſp. unica*, *punct.* 15. *n.* 6. Solorzanus, & Reg. Matthæu, alios plures citant *ille de jure capit. tom.* 2. *libr.* 3. *cap.* 1. *numer.* 10. *&* 43. *verſ. Quibus adſtipulatur*, *iſte de regim. Reg. Valent. capit.* 2. §. 5. *numer.* 40.

Hic erat proprius locus tractandi, An decimæ 16
(de prædialibus loquor, non de perſonalibus, quæ in Cathalonia, & ferè in toto Orbe Chriſtiano de generali conſuetudine non ſolvuntur, nec ſunt in uſu, ut docent citandi *deciſ.* 246. *numer.* 106.

Debeantur de jure Divino, ut volunt Canoni- 17
ſtæ, vel de jure humano, & Pontificio, ut volunt Theologi? eſt quæſtio inter Doctores multum controverſa, de qua & opinionum conſiliatione, videndi ſunt Fagundez *de præcept. Eccleſ. præcept.* 5. *libr.* 1. *capit.* 1. Villalobos *in ſumm. moral. part.* 2. *tract.* 33. *diffic.* 1. Caſt. Palaus *in oper. mor. par.* 2. *tract.* 10. *diſp. unica*, *punct.* 1. *numer.* 3. *&* 4. Trullench. *in decal. libr.* 3. *dub.* 1. Suarez *de relig. tom.* 2. *libr.* 2. *capit.* 10. *& ſeqq.* Machado *en ſu perfecto Confeſſor tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 4. *tract.* 10. *docum.* 1. Azor. *inſtit. mor. par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 23. *quæſt.* 4. Covar. *libr.* 1. *var. cap.* 7. *num.* 2. 3. *&* 4. ubi Ybannes de Faria *numer.* 27. Menchaca *controv. illuſt. libr.* 2. *cap.* 89. *numer.* 1. Guttier. *Canonicar. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 2. *&* 9. Cævallos *comm. cont. comm. quæſt.* 437. *&* 516. Borell. *in ſumm. deciſ. part.* 1. *tit.* 19. *à numer.* 2. Germon. *de ſacror. immun. libr.* 3. *capit.* 19. Zerola *in ſpec. Principi*, *rub.* 13. §. *tractemus à n.* 3. Caraſcus *ad leg. recop. cap.* 6. *à n.* 6. Menoch. *libr.* 6. *præſumpt.* 86. Azevedo *lib.* 1. *num.* 4. *&* 5. *tit.* 5. *lib.* 1. *recop.* Caſtillo *de tertiis*, *lib.* 3. *cap.* 10. *à num.* 8. Martha *de juriſdict. par.* 2. *cap.* 4. Cenedo *collect. ad decretal.* 66. Cardoſo *in prax. jud. verbo decimæ*, *n.* 2. Tuſch. *pract. concluſ. litera D. concl.* 62. Rodoer. *ad Marin. lib.* 1. *reſolut. jur. cap.* 81. *n.* 2. Ramirez *de lege Reg.* §. 35. *numer.* 3. *&* 4. Reg. Leo *deciſ.* 3. *n.* 3. 24. *&* 25. *lib.* 1. Garzia *de expen. cap.* 9. *n.* 90. Pet. Barboſa *in l. titia*, *n.* 35. *ff. ſolut. matrim.* Ludovic. Bellus *conſ.* 46. *num.* 6. Suelves *conſ.* 42. *n.* 1. 2. 3. *&* 4. *lib.* 1. Pereyra *de man. Reg. par.* 1. *cap.* 7. *numer.* 38. *verſ. Non tamen cum ſeqq.* Auguſt. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. par.* 1. *tit.* 1. *cap.* 25. *in fine & de jure Eccleſ. univ. lib.* 3. *cap.* 26. *à num.* 5. *& de offic. Parochi*, *par.* 3. *cap.* 28. *à num.* 5. *& in capite Parochianos* 14. *à num.* 2. *de decim. remiſſivè in cap.* 1. *numer.* 3. *de decim. in* 6. Leander. *quæſtion. mor. tom.* 3. *tract.* 6. *diſput.* 2. *quæſt.* 4. 5. *&* 6. Riccius *collectan.* 1392. *in princip.* Valenzuela *conſil.* 146. *numer.* 5. *tom.* 2. Lezana *in ſum. quæſt. regul. part.* 3. *verbo decimæ*, *ſub numer.* 1. Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *libr.* 3. *capit.* 21. *numer.* 44. 45. *&* 46. Daniel. de Nobilibus *diſput.* 17. *numer.* 96. Anſald. *de juriſdict. part.* 2. *titul.* 4. *capite* 1. *à numer.* 1. Salzedo *l.* 25. *capite* 25. *numer.* 9. *titul.* 14. *libr.* 3. *recopil. fol.* 308. Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valent. capite* 2. §. 5. *numer.* 41. de jure noſtro *conſtitut. Provincialis Tarraconæ* 3. 7. *&* 8. *de decimis*, *pragmat.* 1. 2. 5. *&* 6. *de decimis*, Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 19. *part.* 1. *à numer.* 3.

Con-

18 Conſecutivè diſcutiendum erat. An immunitas, libertas, aut exemptio à ſolutione decimarum poſſit conſuetudine, aut præſcriptione acquiri. Hoc eſt. An quilibet, tam Clericus, quam laicus poſſit præſcribere in totum exemptionem, libertatem, & immunitatem à ſolutione decimarum? Eſt quæſtio pariter multum controverſa inter Theologos, & Canoniſtas. Nam quidam affirmant, ſi per tempus immemoriale non ſolverit. Alii negant etiam ſi non ſolverit per tempus immemoriale De qua, & opinionum conſiliatione videndi ſunt Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 10. ubi Ybannez de Faria, *num.* 116. Guttier. *canonicar. l.* 2. *capite* 21. *à num.* 61. Suarez *de Relig. lib.* 1. *tract.* 2. *capit.* 12. *à n.* 16. *& capite* 13. *numer.* 1. Caſt. Palaus *in oper. mor. par.* 2. *tract.* 10. *diſp. unica*, *punct.* 5. *num.* 2. Villalobos *in ſum. mor. part.* 2. *tract.* 33. *diff.* 4. *num.* 9. Reg. Seſſe *deciſ.* 162. *n.* 30. *libr.* 2. Cævallos *de cognit. per viam violent. par.* 2. *quæſt.* 25. *num.* 30. Caſtillo *de tertiis*, *part.* 7. *capite* 3. *à numer.* 21. Marinis *reſol. jur. lib. cap.* 81. *num.* 1. ubi Rodoer. *num.* 1. Leander *quæſt. mor. tom.* 3. *tract.* 6. *diſp.* 7. *quæſt.* 6. *cum ſeqq.* Cancer *par.* 1. *var. cap.* 23. *num.* 11. Thoro *in ſupplem. deciſ. verb. Decimæ*, *fol.* 157. Mareſcot. *var. lib.* 2. *cap.* 95. *num.* 28. 29. *&* 30. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 19. *pag.* 1. *à numer.* 27. *ad* 60. Menchaca *de ſucceſſ. prat. lib.* 2. *cap.* 89. *numer.* 10. Barboſa *de offic. Parochi*, *part.* 3. *cap.* 28. *numer.* 8. *verſic. Utrum autem*, *&* §. 3. *à numer.* 64. *& de jure Eccleſ. univ. lib.* 3. *cap.* 26. *numer.* 8. *verſic. Ex quibus*, *&* §. 3. *à num.* 64. *& in cap. in aliquibus* 33. *de decim.* Riccius *collect.* 993. *in princ.* Solorzan. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 22. *numer.* 25. Fagundez, *de præcept. Eccleſ. præcept.* 5. *lib.* 3. *capit.* 1. *à numer.* 23.

19 An in Cathalonia libertas, immunitas, & exemptio à decimis, non ſolvendis non poteſt aliquo modo præſcriptione, vel conſuetudine etiam temporis immemorialis acquiri, niſi privilegium, ſeu alium legitimum titulum verùm, & non præſumptum, & per ſcripturam authenticam oſtendatur, *conſtitutio Provincialis Tarraconæ* 7. *verſic. Qui vero de decimis*, *pragmatica Imperatoris Caroli V. data Montiſoni* 10. *Septembris* 1542. *quæ eſt in ſecundo volumine conſtitutionum Cathaloniæ pragmat.* 6. *titul. de decimis*, *confirmata per Philippum Principem*, *Locum tenentem Generalem Caroli V. in actis Curiæ ad ſupplicationem ſtamentorum Eccleſiaſtici*, *& Militaris in Curia Montiſoni anni* 1553. *quæ eſt pragmat.* 7. *tit. de decimis revocans expreſſe dicta pragmatica Caroli V. aliam pragmaticam factam per Regem Ferdinandum II. ſub die* 2. *Septembris* 1510. *quæ eſt pragmat.* 3. *tit. de decimis*, ſic Michael Ferrer. *part.* 3. *obſerv. capite* 276. *verſic. Dicta pragmatica*, Fontanella *de pact. nupt. tom. primo*, *clauſul.* 4. *gloſſ.* 19. *part.* 1. *à numer.* 60. 80. *&* 88. notat Cancer *par.* 1. *var. capite* 2. 3. *numer.* 11. *in fine*.

20 De validitate dictæ pragmaticæ Caroli V. dubitandum non eſt. Nam licet multi eam impugnaverint ex defectu poteſtatis, ut refert Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 19. *part.* 1. *à numer.* 69. illam validam eſſe defendit, & probat idem Fontanella hic citatus *à numer.* 73. & nos habemus *Conſtitut. Provincial. Tarraconæ*, *verſic. Qui vero de decimis*.

21 Neque dubitari poteſt de obſervantia pragmaticæ Imperatoris Caroli V. Siquidem in noſtro Senatu, quacumque conſuetudine, vel præſcriptione immemoriali non obſtante de non ſolvendo decimas per quemcumque allegata, ſit condemnatio ad ſolvendum, tali conſuetudine, vel præſcriptione immemoriali rejecta, ac ſi allegata non fuiſſet deciſiones tradit Michael Ferrer. *part.* 3. *obſerv. capite* 274. 275. *&* 276. & refert Cancer *pag.* 1. *var. capite* 23. *numer.* 11. plures alias addit Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 19. *part.* 1. *numero* 62. quibus adde, ſic deciſum in Vice Regia Audientia referente Sunyer 25. Junii 1592. in favorem Rectorum Eccleſiarum Parochialium Sancti Joannis de Pinu, & Sancti Juſti Deſvernio, contra Agricolas, & terras tenentes in terminis Sancti Felicis de Lupricatico Scriba Paviſa, & meis temporibus ſic vidi multoties declaratum, & modernè fuit deciſum me referente 9. Junii 1670. in favorem Epiſcopi, & Capituli Sedis Ilerdæ, contra Juratos, Syndicum, ſingulares, & terras tenentes Villæ de Juneda. Scriba Bas.

Benè tamen alias verum eſt, quod licet decimæ in Cathalonia non poſſint præſcribi in totum, poſſunt tamen præſcribi in quota, nempè ad vigeſimam, trigeſimam, aliamvè portionem, Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 19. *part.* 1. *numer.* 62. Michael Ferrer. *part.* 3. *obſerv. cap.* 277. *verſic. Denique ex prædictis*, Cancer *part.* 1. *var. capit.* 23. *numer.* 12. Ilerden Ferrer *in conſtitut. hac noſtra*, *temp.* 3. *declar.* 1. *à numer.* 109. Xammar. *def.* 75. *numer.* 10. & de jure Novar. *in manuali*, *capit.* 21. *numer.* 30. *verſic. Ex quibus*, Soto *de juſt. & jure*, *lib.* 9. *quæſt.* 4. *art.* 1. Pariſius *conſ.* 21. *à numer.* 21. *lib.* 1. Marchus *deciſ.* 205. *in fine*, *part.* 1. Guttieres *canonicar. lib.* 2. *capit.* 21. *numer.* 63. *&* 64. Ferrar. *ad Guido Papam dec.* 283. Theſaur. *quæſt. forenſ.* 81. *numer.* 11. *lib.* 3. Suarez *de Relig. tom.* 1. *tractat.* 2. *lib.* 1. *capit.* 12. *numer.* 5. Covar. *lib.* 1. *variar. capit.* 17. *numer.* 5. *verſic. Sexto pariter*, ubi Ybannez de Faria *numer.* 98. Thomat. *deciſ.* 184. *num.* 8. *part.* 2. Caſtillo *de tertiis*, *tom.* 7. *capit.* 2. *à numer.* 20. *& cap.* 13. *numer.* 31. Maceran. *lib.* 1. *variar. reſolut.* 77. *à numer.* 3. Borrellus *in ſum. deciſ. part.* 1. *titul.* 19. *numer.* 53. Riccius *collect.* 993. *poſt princip.* Marinis *reſolut. jur. lib.* 1. *capit.* 81. *numer.* 1. ubi Rodoerius *numer.* 12. 13. *&* 14. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *capit.* 37. *ſub numer.* 2. Salzedo *ad leg. recopil. lib.* 4. *cap.* 25. *numer.* 10. *titul.* 14. *lib.* 3. *recop.* Barboſa *in cap. in aliquibus*, *numer.* 5. *de decimis*, *& de jure Eccleſ. univ. lib.* 3. *cap.* 26. *numer.* 11. *& de offic. Parochi*, *part.* 3. *capit.* 28. *ſub numer.* 11. Guido Papa *deciſ.* 284. Faber. *in Cod. lib.* 7. *tit.* 13. *def.* 14. Farinac. *deciſ.* 469. *part.* 1. *tom.* 1. 22

Intellige ut procedat, quando quota ſoluta decimarum continet certam, determinatam, & uniformem præſtationem; ſecùs quando non continet uniformem, certam, & determinatam præſtationem, ſed præſtationem incertam, & difformem; verbi gratia, ſi non fuit ſemper loco decimarum ſoluta vigeſima, vel trigeſima, aut alia certa, & uniformis præſtatio, ſed uno anno ad certam rationem, in alio anno ad aliam, vel ad libitum voluntatis, uno anno plus, alio anno minus, & ſic ad arbitrium vario modo ſervatum: nam tunc ſit condemnatio ſolvendam eſſe decimam ad certam quotam, & menſuram, & non ad libitum voluntatis, ad eam ſcilicet menſuram, ad quam loca circumvicina ſolent ſolvere decimas, quia ex præſtationibus difformibus decimarum dici non poteſt inductam præſcriptionem etiam temporis immemorialis, Marchus *deciſ.* 205. *numer.* 1. *verſic. Tamen part.* 1. Farinacius *deciſ.* 469. *numer.* 2. *part.* 1. *tom.* 1. Barboſa *in capite in aliquibus* 32. *num.* 7. *in fine*, *de decimis*, Thomat. *deciſ.* 184. *numer.* 9. *tom.* 2. Caſtillo *de tertiis*, *tom.* 7. *capit.* 2. *numer.* 24. *verſic. Quæ autem*, Ferrer. *in conſtitut. hoc noſtra*, *temp.* 3. *declar.* 1. *à numer.* 103. *ſignanter numer.* 109. Faber. *in Cod. lib.* 1. *titul.* 2. *de fine* 63. Riccius *collectan.* 993. *poſt princip.* alios plures addunt Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 18. *part.* 1. *à n.* 168. Rodoerius *ad Marinis*, *lib.* 1. *reſolut. jur. cap.* 81. *numer.* 15. 16. *&* 17. Sic fuit in Senatu Cathaloniæ deciſum in favorem Capituli Sedis Ilerdæ, contra Syndicum, & univerſitatem de Lunèda ad relationem Nobilis Joannis Sabater tunc egregii Senatoris, poſtea Regentis in S. R. C. Aragonum Concilio die 13. Julii 1596. ſcriba Sacares. Teſtantur Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſul.* 4. *gloſſ.* 18. *part.* 1. *ſub numer.* 169. *& ſub numer.* 182. *& gloſſ.* 19. *part.* 1. *numer.* 89. Cancer. *par.* 3. *variar.* 23

capite 7. numer. 180. & iterum in favorem Capituli Sedis Ilerdæ, contra Singulares loci, & termini de Puiggros, referente magnifico Antonio Oliba Regio Senatore 16. Martii 1599. tradit idem Cancer part. 3. variar. capit. 1. numer. 27. & cap. 7. numer. 180. & modernè me referente in caſu relato ſupra numer. 21. in fine. Quidquid dicant Marinis lib. 1. reſolut. jur. capit. 81. Thoro in comp. deciſ. part. 3. ſect. 1. verbo Decima debita, fol. 281. & quidquid diſtinguat Cancer part. 3. variar. cap. 1. à numer. 23. & capit. 7. à numer. 179. quem ſequutus fuit Marinis lib. 1. reſolut. jure, capit. 81. numer. 15. quam diſtinctionem impugnat Fontanella de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 19. part. 1. numer. 182. ſequitur Rodoerius ad Marin. libr. 1. reſolut. jur. cap. 81. num. 16.

---

### ARGUMENTUM.

An laici decimarum debitores circa modum, & formam eas ſolvendi conveniendi ſint coram Judice Eccleſiaſtico, vel ſæculari.

### SUMMARIUM.

1 *Conſuetudo eſt obſervanda in ſolvendis decimis, num. 1 & 2. etiam quoad quantam, numero 3.*

4 *Decimæ prædiales ſolvi debent ſtatim, id eſt quanto citiùs collecti ſunt fructus, numero 4. niſi aliter ſit de conſuetudine, numero 5.*

6 *Decimæ prædiales ſolvi debent antequam petantur, numero 6. niſi aliud ſit de conſuetudine obſervatum, numer. 7.*

8 *Decimæ, & primitiæ in Cathalonia ſi tempore collectionis fructuum non fuerint petitæ, poſtea pro annis præteritis ampliùs peti non poſſunt.*

9 *Decimarum in Cathalonia fit tantùm condemnatio, ut ſolvantur omnium fructuum à die litis motæ collectorum, & in futurum colligendorum.*

10 *Decimarum intereſſe in Cathalonia non datur.*

11 *Decimarum debitores non poſſunt grana aſportare ad ſua horrea, donec Clerici quibus ſolvendæ ſunt decimæ, certiores fiant de collectione fructuum, numer. 11. niſi aliud ſit de conſuetudine, numer. 12.*

13 *Decimarum debitores, ſecluſa conſuetudine, quando debeant certiores reddere Clericos de collectione fructuum.*

14 *Decimarum debitores quantum temporis ſpatium teneantur expectare decimarium, ſeu earum exactorem antequam ab agro meſſem extrahant, vel ab area fruges.*

15 *Conſuetudo in exactione decimarum quanto tempore inducatur.*

16 *Decimarum debitores circa modum, & formam eas ſolvendi an ſint conveniendi coram judice Eccleſiaſtieo, vel ſæculari, numero 16. & 17.*

### DECISIO CLXXXVII.

1 GEnerale eſt, quod in decimis ſolvendis conſideranda, & obſervanda eſt conſuetudo, ut juribus, & Doctoribus probat Suelves conſ. 41. num. 18. lib. 1. & conſ. 14. numer. 108. lib. 3. quibus addendi ſunt Guttier. pract. lib. 1. quæſt. 19. numer. 3. & Canonicar. lib. 2. cap. 21. numer. 31. & 40. Covar. lib. 1. variar. eapit. 17. numer. 8. & verſic. Tertio, & verſic. Quarto, ubi Ybannez de Faria numer. 94. Caſtillo de tertiis, tom. 7. capit. 2. à numer. 4. & capit. 13. numer. 28. Valenzuela conſ. 49. à num. 1. tom. 1. & conſil. 114. num. 12. tom. 2. Leander quæſt. moral. tom. 3. tract. 6. diſput. 7. quæſt. 2. Azevedo l. 4. numer. 3. & lib. 6. numer. 4. tit. 5. libr. 1. recop. Mantica deciſ. 341. numer. 2. Cavaller. deciſ. 73. n. 3. & deciſ. 207. à num. 1. Cabedo deciſ. 205. num. 2. part. 1. Cenedo collect. ad decret. 66. numer. 4. Novarius gravam. 1. numer. 7. tom. 2. Villalobos in ſum. mor. part. 2. tract. 33. diſ. 1. numer. 6. Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. cap. 12. & cap. 21. numer. 5. & cap. 30. numer. 2. Azor. inſt. mor. par. 1. lib. 7. capit. 3. quæſt. 2. Mareſcot. lib. 2. var. cap. 95. numer. 19. & 20. Zerola in praxi Epiſcop. par. 1. verbo Decimæ, numer. 6. & 7. Moneta de decim. cap. 5. num. 87. & 94. Barboſa in cap. cùm ſint 18. numer. 3. & in addit. tom. 6. & in cap. in aliquibus 32. numer. 5. de decimis, & in cap. 2. numer. 4. de decimis, in 6. & de jure Eccleſ. univ. lib. 3. capit. 26. §. 2. num. 33. & §. 3. num. 71. & de offic. Parochi, part. 3. cap. 38. §. 2. numer. 35. & §. 3. num. 71. Marinis lib. 1. reſol. jur. cap. 81. numer. 12. ubi Rodoer. num. 14. Salzedo lib. 4. cap. 25. num. 110. tit. 14. lib. 3. recop. Anſaldus de juriſd. part. 2. tit. 4. cap. 4. Machado en ſu perfetto Confeſſor. libr. 2. part. 4. tit. 11. docum. 2. n. 3. Lezana in ſum. quæſt. regul. part. 3. verbo decimæ, num. 1. in fine.

Tam conſuetudo, quæ pro loco, quàm pro tem- 2
pore, & rei qualitate recepta fuerit, Leſſius de juſt. & jure, lib. 2. cap. 39. dub. 3. num. 16. Villalobos in ſum. part. 2. tract. 33. diſ. 2. numer. 8. Reginald. in prax. foris pœnit. lib. 19. num. 98. Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. cap. 12. num. 15. & cap. 37. Novarius gravam. 305. numer. 4. tom. 1. & gravam. 1. numer. 7. tom. 2. Caſtillo de tertiis, tom. 7. cap. 32. n. 9. in fine, Fontanella de pact. nup. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 19. par. 1. num. 28.

Ac etiam quoad quotam, & formam ſolvendi de- 3
cimas, Ferrer. cum deciſione noſtri Senatus par. 3. obſerv. cap. 277. verſic. Denique, ibi: Et attento, Xammar. cum alia deciſione noſtri Senatus diſ. 75. numer. 9. hoc eſt juxta formam, & conſuetudinem in Parochia ſervari ſolitam, ſic noſter Senatus referente Nobili Ludovico à Peguera 31. Octobris 1592. in favorem Joannis Romani Rectoris ſancti Juſti Deſvernio, contra Enricum Terrè, & Picalques, Scriba Cortes. Et me referente 5. Septembris 1659. in favorem Doctoris Joannis Bonells Rectoris Eccleſiæ Parochialis ſancti Juſti Deſvernio, contra Nobiles Jacinthum, & Franciſcam Segrera conjuges uſufructuario, & proprietario reſpectivè nominibus, Actuario Payſſa. Qua conſuetudine non extante recurrendum eſt ad conſuetudinem locorum circunvicinorum, ut fuit deciſum in Regia Audientia, me referente in favorem Epiſcopi, & Capituli Sedis Ilerdæ, contra juratos, Syndicum, Singulares, & terraſtenentes Villæ de Juneda, ſcriba Bas.

Hinc infertur 1. quod licèt de jure decimæ præ- 4
diales ſolvi debeant ſtatim, id eſt quanto citiùs collecti ſunt fructus, cap. cùm homines 7. de decimis, Villalobos in ſum. moral. part. 2. tract. 33. diſ. 2. num. 8. verſic. Regularmente, Cardoſo in prax. jud. verbo Decimæ, numer. 3. Azor. inſtit. mor. part. 1. lib. 7. oap. 74. quæſt. 26. Riccius in praxi, reſolut. 252. numer. 1. Moneta de decim. cap. 6. quæſt. 2. numer. 8. Caſtillo de tertiis, tom. 7. cap. 39. num. 2. Layman. in theolog. mor. lib. 4. tract. 6. capit. 5. numer. 1. Fagundez de præcept. Eccleſiæ, præcept. 5. lib. 1. cap. 4. numer. 11. Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. capit. 38. numer. 5. Caſt. Palaus in oper. mor. part. 2. tract. 10. diſp. unica, punct. 8. num. 4. Trullench in decal. lib. 3. capit. 3. dub. 4. numer. 1. Novar. gravam. 1. numer. 1. & grav. 2. num. 3. tom. 2. Luca in animadver. ad Franchis, deciſ. 117. numer. 3. in fine, Leander quæſt. moral. tom. 3. tractat. 6. diſput. 4. 33. Barboſa in cap. cùm homines 7. num. 3. de decimis, & in can. revertimini 65. numer. 1. & 16. quæſt. 1. & de jure Eccleſ. univ. lib. 3. cap. 26. §. 2. numer. 21. verſic. Quod enim, & de offic. Parochi, par. 3. capit. 28. §. 2. numer. 21. verſic. Quod enim, Ybannez de Faria ad Covar. lib. 1. var. cap.
17. num. 48. Valet † tamen conſuetudo, ut decimæ 5
prædia-

prædiales non ſolvantur ſtatim, ſed certo tempore, Rebuff. *de decimis* 11. *num.* 3. *& quæſt.* 13. *num.* 52. Azor. *inſtit. mor. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 24. *quæſt.* 16. Moneta *de decim. cap.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 15. Barboſa *in cap. cùm homines* 7. *n.* 4. *de decimis*, *& in can. revertimini* 65. *num.* 2. *&* 16. *quæſt.* 1. *& de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 26. §. 2. *n.* 21. *& de offic. Parochi*, *part.* 3. *cap.* 28. §. 2. *num.* 21. *in fine*, Caſtillo *de tertiis*, *tom.* 7. *cap.* 39. *ſub num.* 2. Novar. *gravam.* 1. *num.* 6. *tom.* 2. Leander *quæſt. mor. tom.* 3. *tract.* 6. *diſp.* 4. *quæſt.* 33. *verſic. Notanter*.

6 Infertur 2. quod licèt de jure probabilius ſit, quod decimæ prædiales ſolvi debent Clericis antequam petantur, vel exigantur, Panormit. *in cap. pervenit* 4. *de decimis*, Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 9. *verſic. Octavo*, *& num.* 12. ubi Ybanez de Faria *num.* 100. *&* 119. Rebuf. *de decim. quæſt.* 12. *num.* 7. Azor. *inſt. mor. par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 35. *quæſt.* 27. Bonacina *diſput. ult. de precep. Eccleſiæ*, *quæſt. unica*, *punct.* 4. *numer.* 2. Suarez *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *capite* 36. *numer.* 20. *& capite* 37. *numer.* 2. *& capite* 38. Guttier. *canonicar. lib.* 2. *capite* 21. *numero* 44. Layman. *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 4. *cap.* 5. *numero* 1. *in fine*, Moneta *de decimis*, *capit.* 6. *concluſ.* 5. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 10. *diſput. unica*, *punct.* 8. *numero* 4. *verſic. Dico ergo*, Borrell. *in ſum. deciſ. part.* 1. *titul.* 19. *num.* 28. Leander *quæſt. moral. tom.* 3. *tract.* 6. *diſput.* 4. *quæſt.* 37. Novar. *gravam.* 1. *numero* 8. *&* 9. *tom.* 2. Barboſa *in capit. cùm homines*, *numer.* 8. *de decimis*, *& de jure Eccleſ. univ. lib.* 2. *capit.* 26. §. 2. *numero* 23. *& de offic. Parochi*, *par.* 3. *cap.*

7 28. §. 2. *num.* 23. Cæterum † ubi fuerit conſuetudo recepta, & præſcripta, ut decimæ non ſolvantur, niſi fuerint petitæ, non debentur, niſi petantur, ut docent Doctores citati, Panormit. Azor. *quæſt.* 17. *in fine*, Bonacina *numero* 2. Caſt. Palaus *num.* 4. *verſic. Similiter etiam*, Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 19. *par. prima*, *numer.* 38. Ybannez de Faria *ad Covar. lib.* 1. *var. capit.* 17. *numer.* 47.

8 Sed adverte, quod in Cathalonia, ſi decimæ, & primitiæ tempore collectionis fructuum non fuerint petitæ, poſtea pro annis præteritis amplius peti non poſſunt, quaſi tacito judicio remiſſæ, Faber *in C. lib.* 1. *tit.* 2. *defin.* 66. Xammar. cum deciſione noſtri Senatus tradit, *defin.* 107. *& exornat. numer.* 1. *&* 2. & licet oppoſitum teneant Covar. *libr.* 1. *variar.* 17. *numer.* 8. *verſic. Octavo*, Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *capite* 26. §. 2. *numer.* 4. *verſic. Sic ſanè*, *& de offic. Parochi*, *par.* 3. *capite* 28. §. 2. *num.* 4. *verſ. Sic ſanè*. Primam ſententiam ſequuntur Rota *deciſ. prima*, *de decimis*, *in antiquis*, Riccius *collect.* 1392. *verſic. Secundo*, *& ſeq.* Solorzano *de jure Ind. tom.* 2. *lib.* 1. *capite* 22. *numer.* 50.

9 Sicque in Cathalonia decimarum fit tantùm condemnatio, ut decimæ ſolvantur omnium fructuum à die litis motæ collectorum, & in futurum colligendorum, ſic obſervatum in Vice Regia Audientia referente Sunyer 23. Junii 1592. in cauſa Rectorum Eccleſiarum Parochialium Sancti Joannis de Pinu, & Sancti Juſti Deſvernio ex una, & Agricolarum, ac terras tenentium in termino Sancti Felicis de Lupricatico ex altera, Scriba Payſſa. Et in Regia Audientia, referente Nobili Ludovico à Peguera 31. Octobris 1592. in cauſa Joannis Romani Rectoris Sancti Juſti Deſvernio ex una, & Enrici Terrè, de Picalques ex altera, Scriba Cortes. Et me referente 5. Septembris 1659. in cauſa Joannis Bonells Rectoris Eccleſiæ Parochialis Sancti Juſti Deſvernio ex una, & Nobilium conjugum Jacinthi, & Franciſcæ Segrera uſufructuario, & proprietario reſpective nominibus ex altera, Scriba Payſſa. Et iterum me referente 9. Junii 1670. in cauſa Epiſcopi, & Capituli, Sedis Ilerdæ ex una, & Juratorum, Syndici, Singularium, & terraſtenentium Villæ de Juneda ex altera. Actuario Bas. Quidquid de jure, dari actionem contra poſſeſſorem pro præteritis, & non ſolutis decimis ab antiquo poſſeſſore, Dicant multis citatis Barboſa *in cap. tua* 26. *n.* 13. *de decimis*, *& de jur. Eccl. univ. lib.* 3. *cap.* 26. §. 4. *n.* 11. *& de offic. Parochi*, *part.* 3. *cap.* 28. §. 4. *numero* 11. Caſtilla *de tertiis*, *tom.* 7. *capite* 2. *num.* 17. Fagundez *de præcept. Eccleſ. præcept.* 5. *lib.* 3. *capite* 6. *numero* 1. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 2. *diſput. unica*, *punc.* 15. *num.* 2. *&* 3. Merlinus *de pignorib. quæſt.* 7. *num.* 3. Amaya *in l.* 2. *num.* 10. *C. de anno*, *& tribut. libr.* 10. Vela *diſſert.* 34. *numer.* 59. *tom.* 2. Bolero *decoc. dubit. tit.* 5. *quæſt.* 2. *num.* 4. *verſ. Et ex hoc*.

Sic etiam in Cathalonia intereſſe decimarum non 10
datur, quidquid dicat Fontanella *deciſ.* 205. *numer.* 17. *part.* 1. contra quem eſt verior opinio, ut probat Leotardus *de uſur. quæſt.* 89. *numer.* 29. *&* 30. Sic obſervatum fuit in Regia Audientia in deciſionibus relatis *numero* 9. & in deciſionibus traditis per Fontanellam *de pac. nup. tom. primo*, *clauſ.* 4. *gloſſ.* 19. *par.* 1. *numero* 62.

Infertur 3. quod debitores decimarum non poſſunt 11
grana aſportare ad ſua horrea, donec Clerici, quibus decimæ ſolvendæ ſunt, certiores fiant de collectione fructuum, imò Clerici poſſunt facere, ut fructus pendentes deſcribantur, & poſſunt apponere cuſtodem in agris pro eorum intereſſe, & quilibet decimarius, ſeu ex actor decimarum poteſt dominis fructuum prohibere, ne illos aſportent ante decimarum ſolutionem, niſi ipſe, vel alius nomine ſuo præſens ſit, Rebufus *de decimis*, *quæſt.* 3. *numer.* 3. *& quæſt.* 15. *numero* 23. Covarr. *libro* 1. *variar. capite* 17. *numero* 8. *verſic. Octavo*, ubi Ybannez de Faria *numero* 103. Moneta *de decimis*, *capite* 6. *numero* 2. 4. 6. *&* 15. Cenedo *collect. ad decretum* 66. *numero tertio*, Guido Papa *deciſ.* 283. Mareſcotus *libro* 2. *variar. capite* 95. *numero* 33. *&* 34. Tiraquellus *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 7. *numero* 30. Aufrer. *ad Capell. Tholoſan. deciſ.* 109. *verſic. Adde quod ille*, *& deciſ.* 432. *verſic. Sed numquid Rector*, Hieronym. Laurent. *deciſ. Avenion.* 54. *in fine*, Vivius *deciſ.* 4. *numero* 37. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapolit. capite* 79. Borrell. *in ſumm. deciſ. part.* 1. *titul.* 19. *numero* 78. Capiblanc. *de Baron. pragm.* 11. *numero* 58. Valaſc. *de jure emphit. quæſt.* 30. *numero* 15. Guttier. *Canonicar. libro ſecundo*, *capite* 21. *numero* 49. Annan. *allegat.* 94. Suelves *conſil.* 14. *numero* 109. *libro tertio*, Theſaurus *quæſt. forenſ.* 9. *lib.* 1. Franchis *deciſ.* 117. ubi addentes, ſignanter Luca *numero* 1. *&* 2. Cardoſo *in praxi judic. verbo Decimæ*, *numero* 14. *verſic. Poteſt tamen Rector*, Suarez *de Religion. tom.* 1. *tractat.* 2. *libro primo*, *capite* 37. *numero ſeptimo*, Leander *quæſt. moral. tomo tertio*, *tractat.* 6. *diſputat. quarta*, *quæſt.* 39. *&* 40. Cancer *parte* 1. *variar. capite* 23. *numero* 7. *& part.* 3. *cap.* 13. *numero* 372. Riccius *collect.* 192. *verſic. Quæro num decimarius*, *& verſicul. Et num poſſit*, *& collect.* 1336. *verſic. Infertur tertio*, Cabellus *reſolut. crimin.* 168. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 81. Novarius *gravam.* 308. *tom.* 1. Barboſa *in capit. cùm ſint* 19. *numero* 5. *verſicul. Illud in præſentiarum*, *& in capite tua* 26. *numero* 7. *verſicul. Unde de decimis*, *& de jure Eccleſ. univ. libro tertio*, *capite* 26. §. 1. *numero* 42. *& de offic. Parochi*, *part. tertia*, *capite* 28. §. *primo*, *numero* 42. *&* §. *ſecundo*, *numero* 24. *verſicul. illud adverteret*, *& voto* 128. *num.* 84. *lib.* 33. Noguerol. *allegat.* 39. *numero* 48. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 19. *part.* 2. *num.* 27. conducit Conciolus *ad ſtatut. Eugubii*, *lib.* 6. *rubric.* 41. *num.* 1. ubi Romaguera *num.* 3. Sed conſuetudine † obtineri poteſt, ut decimarum debitores 12
liberè colligant fructus, & in eorum horreis ſine teſtibus recondant, & poſtea decimas ſolvant, Covar. *lib.* 2. *var. capite* 17. *numero* 8. *verſ. Octavo*, ubi Ybannes de Faria *num.* 103. *in fine*, Franchis *deciſ.* 224. Cancer *part.* 1. *var. capite* 23. *numero* 9. Leander *quæſt. moral. tom.* 3. *tract.* 6. *diſput.* 4. *quæſt.* 39. *verſ. Notanter*, ita fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Puigmari deciſion. infra referenda, *numero* 17.

Cæterum, non vigente tali conſuetudine, Docto- 13
res

res non explicant, quando decimarum debitores debent certiores reddere Clericos de collectione fructuum. In Cathalonia habemus pragmaticam Regis Ferdinandi II. datam in Curia Montiſoni 2. Septembris 1510. *quæ eſt prag.* 3. *tit. de decimis, in* 2, *volum. Conſtit.* qua ſtatuitur, ut domini fundorum debeant denuntiare pridie ante triturationem exactori decimarum, ut adſit in tali area ad videndum menſurari frumentum, & ad decimam recipiendam, Cancer *par.* 1. *var. capite* 23. *numer.* 8. referunt, ſed non ita explicant idem Cancer *part.* 3. *variar. capite* 13. *numer.* 373. Xammar. *defin.* 107. *numer.* 6. fuitque confirmata in cap. Curiarum 71. anni 1599. refert Xammar. *loco citato*.

14 Sed quantum temporis ſpatium decimarum debitores teneantur expectare decimarium, ſeu earum exactorem, antequam ab agro meſsem extrahant, vel ab area fruges? Romaguera remiſſivè in addit. ad Concilium, *ad ſtatut. Eugubii, lib.* 6. *rub.* 41. *numer.* 5. Sed docent Doctores, quod ſi moniti Clerici noluerint decimas accipere, tunc decimarum debitores poſsunt recondere, vel in area relinquere, neque teneantur expectare, Guttier. *Canonic. lib.* 2. *capite* 21. *numero* 45. Bonacina *diſput. unica, de præcept. Eccleſ. quæſt. unica, punct.* 4. Suarez *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *capite* 37. *num.* 7. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 10. *diſput. unica, punct.* 8. *numer.* 5. *in princip.* Senatus Neapolitanus providit, quod facta denuntiatione temporis, vel diei decimarii, ſeu decimarum exactoribus, ſi decimarii, vel decimarum exactores non tranſmittunt hominem, ne meſses, aut fruges amittantur, vel corrumpantur, liceat debitoribus decimarum triturare, ac meſſes colligere, & alios fructus, pro quibus decimæ pertinerent, Franchis, *deciſ.* 117. *num.* 2. ubi Luca *numer.* 3. *in princ.* Maſtrill. *de magiſtr. lib.* 4. *capit.* 18. *numer.* 82. Novarius *gravam.* 208. *numer.* 5. *tom.* 1. Senatus Pedemontanus declaravit expectandum eſſe decimarium per duodecim horas, Theſaurus *quæſt. forenſ.* 9. *numer.* 2. *lib.* 1. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 19. *part.* 2. *numer.* 17. *verſ. difficultas*, Luca *ad Franchis, deciſ.* 117. *numer.* 3. *ad medium*, Novar. *gravam.* 308. *numer.* 6. *tom.* 1. noſter Cathaloniæ Senatus die 4. Februarii 1589. referente Mulet R. C. in cauſa Syndici Civitatis Ilerdæ declaravit Collectores decimarum requiſiti, ſi non venerint illico quod frumenta fuerint diviſa à paleis, & uvæ à vitibus ſeparatæ, poſſunt domini fructuum præſentibus duobus teſtibus fide dignis, & non domeſticis, frumenta menſurare, & dimiſſa decima abſque fraude in areis, vel vinea, tunc licet eis frumenta, & uvas ad domum deferre, & ſi hic modus per dominos fructuum non ſervetur, ſtandum eſt juramento collectorum decimarum ſuper dictis decimis refert Xammar. *defin.* 107. *numer.* 5. & quando decimatur in manipulis, ſeu in garbis die 20. Decembris 1603. in cauſa Abbatis Balneolarum contra particulares ſui termini, & alios declaravit noſter Senatus decimationem eſſe faciendam poſt dies tres immediatè poſt requiſitionem factam per debitorem decimarum in ſcriptis, vel coram teſtibus, quibus elapſis conceſſum fuit debitori poſſe abſque incurſu pœnæ, vocatis duobus probis hominibus, qui eſſent capita familiæ Parochiæ, in qua eſſet decima ſolvenda, dolo, & fraude ceſſantibus, declinare, & relinquere decimam in prædiis, in quibus collecti eſsent fructus, tradit Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 19. *part.* 2. *numer.* 27. *verſ. eundem caſum*.

15 Si dubites, quanto tempore inducatur hæc conſuetudo in exactione, & ſolutione decimarum; videndi ſunt Suelves *conſil.* 42. *numer.* 18. *lib.* 1. Moneta *de decim. quæſt.* 5. *à n.* 100. Caſtillo *de tertiis, capite* 2. *num.* 12. 13. *&* 14. Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *n.* 8. *verſ. Quarto, & verſic. Decimo*, ubi Ybanes de Faria *n.* 95. 96. *&* 108. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 3. *capite* 26. §. 2. *n.* 35. *&* §. 3. *num.* 74. *verſ. Dubitari etiam, de offic. Parochi, par.* 3. *c.* 28. §. 2. *numero* 35. *&* §. 3. *num.* 74. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 10. *diſput. unica, punct.* 4. *num.* 6. *& punct.* 5. *num.* 2. *& punct.* 8. *n.* 6. *verſ. Quæ conſuetudo*.

16 Quibus prænotatis, ad quæſtionem in argumento propoſitam patet reſolutio ex dictis in præcedenti deciſione, hìc repetenda ſunt, ut ſi Epiſcopus, Capitulum, Parochus, ſeu alius Clericus non eſt in poſſeſſione circa modum, & formam exigendi, & recipiendi decimas, tunc debitores earum non poſſunt conveniri coram Judice Eccleſiaſtico, imò de modo, & forma colligendi, & ſolvendi decimas laici earum debitores conveniri debent coram judice ſæculari, ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Loris Conſultoribus Sala, Tamarit, & Amell 30. Januarii 1582. in favorem Univerſitatis, & ſingularium perſonarum Parochiæ de Barberano, contra Daminianum Miret Rectorem dictæ Parochiæ, tam ſuper ſolutione decimæ de certis fructibus ſolvi inſolitæ, quàm ſuper modo ſolvendi decimam de uvis, & granis, Et per Cancellarium Manegat, Conſultoribus Tamarit, & Oliba, 24. Julii 1586. in favorem Petri de Calbà Domicelli, contra Franciſcum Godoy Præpoſitum Sedis Barcinonæ. Et per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Peguera, Regas, & Aſtor 16. Auguſti 1596. in favorem Syndici, & ſingularium loci de Bombas, contra Epiſcopum, Capitulum Elnen. ſic obſervatum in noſtro Senatu patet ex deciſione, quam refert Xammar. *deff.* 75. *num.* 9.

17 Si verò Epiſcopus, Capitulum, Parochus, ſeu alius Clericus eſt in poſſeſſione circa modum, & formam exigendi, & recipiendi decimas à laicis, eo caſu debitores earum poſſunt conveniri apud Judicem Eccleſiaſticum. Ita fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Manegat 24. Martii 1583. in favorem Rectoris de la Ametlla, contra Tutores, & Curatores pupillæ Margons de Llerona. Et per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Mir, & Rubi de Marymon 13. Octobris 1628. in favorem Franciſci Trilla Presbyteri Rectoris Parochiæ lóci de Pinos contra Bajulum, Juratos, & ſingulares homines, & arrendatores decimæ dicti loci de Pinos ratione monitionis factæ dictis ſingularibus hominibus, & arrendatoribus prædictis, ne amoverent à dictis petiis terræ garbas, ſive manipulos ex ſegetibus, donec, & quouſque dictus Roctor primariam ſibi pertinentem, prout eſt in poſſeſſione, collegerit, recipiendo ſcilicet dicti arrendatores ex viginti quinque garbis, ſive manipulis duo pro decima, & unam Rector pro primitia, & ſic de cæteris vigintiquinque garbis, ſive manipulis.

---

## *ARGUMENTUM.*

## An laici debitores decimarum, ut eas deferant ad horreum, ſeu domum Epiſcopi, Capituli, Parochi, ſeu alterius Clerici, ſint conveniendi coram Judice Eccleſiaſtico, vel ſæculari?

### *SUMMARIUM.*

1 *Laici debitores decimarum an eas teneantur deferre ad horreum, ſed domum Epiſcopi, Capituli, Parochi, ſeu alterius Clerici? affirmativa opinio, num.* 1. *&* 2. *negativa, numer.* 5. *una conciliatrix, num.* 9. *ſed verior altera conciliatrix, num.* 10. *&* 11.

3 *Debitor tenetur deferre in domum creditoris illud quod debet, ſi debitor & creditor ſunt ejuſdem fori, num.* 3. *intellige ſi eſt debitor in pecunia, ſecus ſi eſt debitor in fructibus, num.* 6. *&* 7.

6 *Debitor ratione obſequii & reverentiæ, ſi aliquid præſtare tenetur, debet indiſtinctè ſolvere in domum creditoris, etiam diverſi fori, numer.* 4. *vide, num.* 8.

12 *Clerici ſolent mittere pro decimis ad agros, & fundos tempore collectionis.*

13 *Laici debitores decimarum, ut eas deferant ad horreum, ſeu domum Epiſcopi, Capituli, Parochi, ſeu alterius Clerici, an ſint conveniendi coram Judice Eccleſiaſtico, vel ſæculari.*

## DECISIO CLXXXVIII.

1 LAici debitores decimarum & primitiarum an teneantur eas deferre ad horreum, ſeu domum, Epiſcopi, Capituli, Parochi, ſeu alterius Clerici? eſt quæſtio controverſa. Prima eſt opinio affirmativa, ut probatur Exodi *capite* 23. *num.* 19. *Malachiæ, cap.* 3. *num.* 20. *gloſſ. verbo hæres, in can. revertimini* 65. 16. *quæſtio* 1. *canon. decimas, gloſſ. verbo horreum* 16. *quæſtio* 7. & docent Doctores *in capit. ex parte* 21. ubi But. *numero* 2. Anchar. *numero* 2. Panormitan. *numero* 5. *de decimis*, Jaſon. *in l.* 2. *quæſtio* 37. *numero* 92. *in fine, verſic. & in dictis, Codic. de jure emphyt.* Imola *in l. ſtipulatio iſta*, §. *inter certam*, ubi Jaſon. *numero* 4. Roman. *numero* 17. *ff. de verbo* 6. *oblig.* Pariſius *conſ.* 6. *numero* 6. *lib.* 4. Gregor. Lopez *l.* 1. *gloſſ.* 7. *tit.* 20. *part.* 1. Duennas *reg.* 16. *numer.* 14. Cæpola *de ſervitut. capit.* 72. *numero* 14. Padilla *in l. poſt mortem, numero* 18. *C. de fideicom.* Tuſch. *pract. concluſ. littera D. concluſ.* 64. *numer.* 8. Capella Tholoſana, ubi Aufrer. *deciſ.* 411. Azeved. *leg.* 4. *numero* 2. *tit.* 5. *libro* 1. *recopil.* Scaccia *de commerc.* 2. 1. *gloſſ.* 5. *numero* 224. Guttier. *canonic. lib.* 2. *cap.* 21. *à numero* 43. Barboſa *in canon. revertimini* 65. *numero* 4. 16. *quæſtio* 1. Moneta *de decim. capit.* 6. *quæſt.* 1. *in princ.* Borrell. *in ſum. deciſ. part.* 1. *tit.* 19. *numero* 29. & 73. & *capite* 20. *numero* 15. Covarruv. *lib.* 1. *var. capite* 17. *numero* 8. *verſic. Octavo*, Olea *de ceſſion. jur. part.* 1. *tit.* 6. *num.* 65. Balmaſeda *de collect. quæſt.* 96. *num.* 8. Franchis *deciſ.* 124. ubi Amendola *à numero* 10. Luca *numero* 1. & 2. Riccius *in prax. reſol.* 244. & *collect.* 192. *in fine, verſ. Illud ultimo eſt*, Novarius *gravam.* 307. *numer.* 1. *tom.* 1. Caniſius *de deciſ. cap.* 2. *numero* 3. Mareſcot. *lib.* 2. *variar. cap.* 95. *num.* 35. Cenedo *collect.* 66. *ad decretum, num.* 4. Xammar. *defin.* 118. *numero* 12. & 17. alios plures addit Suelves *conſ.* 42. *num.* 19. *lib.* 1. & *conſ.* 14. *num.* 107. *lib.* 3.

2 Idque expenſis debitorum, decimarum, & primitiarum, *Conſtitutio Provincialis Tarraconæ* 1. *tit. de conſuetud.* Pariſ. *conſ.* 6. *num.* 5. *lib.* 4. Capella Toloſana *deciſ.* 432. Cenedo *collect. ad decretum* 66. *numer.* 4. Riccius *in praxi, reſolut.* 244. Xammar. *definit.* 118. *numero* 17. *verſicul. videndus*, & alii ex citatis *numero* 1.

3 Fundatur primo hæc affirmativa opinio, quia quilibet debitor tenetur in domum creditoris deferre illud, quod debet, ſi debitor, & creditor ſint ejuſdem fori, Bortol. *in leg. item illa, numero* 9. *ff. de conſtit. pecun.* Jaſon. *in l.* 2. *quæſtio* 37. *numero* 92. *Cod. de jure emphyt.* Rolandus *conſ.* 81. *num.* 14. & 19. *lib. primo*, Gratian. *diſcept. forenſ. capit.* 128. *à numer.* 1. & *cap.* 541. *num.* 17. Valenzuela *conſ.* 136. *numer.* 22. *tom.* 2. Cenſius *de cenſib. quæſt.* 86. *numer.* 12. Maurus *de ſolut. cap.* 19. *à numero* 6. Caſtillo *controverſ. libro* 4. *capit.* 60. *numero* 60. & 69. Solis *de cenſibus, tom.* 2. *libro* 3. *capit. ult. numero* 6. *verſ. Quibus*, Avendanno *de cenſibus, cap.* 92. Trentacinq. *variar. lib.* 1. *de alimentis, reſol.* 1. *numero* 24. *in fine*, Suelves *conſil.* 25. *ſub numero* 9. *libro* 1. Olea *de ceſſ. jur. titul.* 1. *quæſt.* 6. *numero* 62. Xammar. *definit.* 118. *à numero* 2. Carroccius *de oblat. part.* 2. *quæſt.* 1. *à num.* 1. Giurba *conſil.* 114. *ſub num.* 5. Surdus *de aliment. tit.* 4. *quæſt.* 6. *num.* 2. *juncto num.* 7. Ninno *ad Albaran.* §. 7. *numer.* 12. Luca *ad Franchis deciſ.* 124. *numero* 2. *in fine*, Boſſius *de aliment. capit.* 11. *numero* 731. & 741. Balmaſeda *de collect. quæſt.* 96. *numero* 12. Si ergo hoc procedit in quolibet debito, à fortiori in decima, quæ Deo, & ſuis Miniſtris ſolvitur, ut argumentatur Caniſius *de decim. capit.* 7. *numero* 3. Suelves *conſil.* 42. *numero* 19. *verſic. & ratio eſt, libro* 1. intellige, ut infra, *numero* 6. 7. & 8.

4 Fundatur ſecundo, quia debitor, qui ratione obſequii, & reverentiæ aliquid præſtare tenetur indiſtincte debet ſolvere in domo creditoris, & diverſi fori, Maurus *de ſolut. capit.* 19. *numero* 9. Olea *de ceſſ. jur. tit.* 1. *quæſt.* 6. *numer.* 14. Gratian. *diſcept. forenſ. capit.* 228. *numero* 64. Surd. *de aliment. titul.* 4. *quæſt.* 16. *num.* 4. 5. & 6. Balmaſeda *de collect. quæſt.* 96. *nu.* 50. Boſſius *de aliment. cap.* 11. *num.* 732. Franchis *deciſ.* 124. *num.* 2. Riccius *in praxi, reſolut.* 244. Xammar. *de fin.* 618. *numero* 17. *verſic. videndus*, ſed vide *num.* 7. & 6.

Secunda eſt opinio negativa, quam docent Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 3. *cap.* 26. §. 2. *num.* 24. & *de offic. Parochi, part.* 3. *capit.* 28. §. 2. *numero* 24. Suarez *de relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 37. *numer.* 6. Bonacina *diſput. ultim. de quinto præcepto Eccleſiaſt. quæſt. unica, punct.* 4. Fagundez *de præcept. Eccleſiaſt. præcept.* 5. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 12. Caſt. Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tract. in diſput. unic. punct.* 8. *numero* 5. *verſ. Deferre*, Ybanez de Faria *ad Covar. lib.* 1. *variar. reſol. cap.* 17. *numer.* 101. Leander *quæſt. moral. tom.* 3. *tract.* 6. *diſput.* 4. *quæſt.* 58. & alii citati *deciſ. præced. num.* 11. 5

Fundatur hæc opinio negativa; quia licèt debitor teneatur deferre in domum creditoris illud quod debet, ſi debitor, & creditor ſunt ejuſdem fori, hoc procedit ſi eſt debitor in pecunia, quæ ſine ſumptu, & labore deferri poteſt, Hermoſilla *ad Gregor. Lopez, leg.* 56. *gloſſ.* 6. *numer.* 130. *fol.* 302. *pag.* 2. *tom.* 2. Ybannez de Faria *ad Covarruv. libro primo, variar. capit.* 17. *numero* 102. Roderic. *de ann. reddit. libro ſecundo, quæſtio* 6. *numero* 2. Surdus *de aliment. titul. quarto, quæſt.* 16. *num.* 7. Boſſius *de aliment. cap.* 11. *num.* 741. Trentacinq. *variar. libro* 1. *de aliment. reſolut.* 1. *num.* 4. *verſ. In ſecunda conſideration.* Reg. Leo *deciſ.* 132. *numero* 2. *libro* 2. Si autem eſſet debitor in fructibus, ſive liquidis, ſive aridis, quia in eis deferendis ex natura rei ſumptus, & labor requiritur, non tenetur debitor illos deferre ad domum creditoris, etſi ſint ejuſdem fori, ut tradunt Doctores hìc citati, Hermoſilla *numer.* 129. *in fine*, Roderic. *num.* 3. Surd. *num.* 4. Boſſius *num.* 741. *verſ. Si autem*, Trentacinq. *numero* 24. *verſic. in ſecunda conſideratione.* 6

Et in caſibus granorum, quod emphyteuta non teneatur deferre grana ad domum domini directi, eſt deciſio noſtri Senatus, quam refert Xammar. *defin.* 118. & in his terminis loquitur Cancer *part.* 1. *var. cap.* 11. *num.* 40. *verſic. Has duas opiniones*, & ſic intelligendi Faber. *in C. lib.* 8. *tit.* 30. *de ſolution. diff.* 4. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 18. *part.* 4. *numero* 124. & 125. & in terminis decimarum Baronibus ſolvendis ratione reverentiæ, contra Franchis *deciſ.* 124. *numero quarto*, ex latè traditis per Barboſam *in leg. fructus, numero* 20. & 21. *ff. ſolut. matrimon.* 7 8

Tertia eſt opinio ſuperiorum conciliatrix, quod debitores decimarum & primitiarum tenentur eas deferre ad horreum, ſeu domum Epiſcopi, Capituli, Parochi, aut alterius Clerici, ſi modo levi, ſumptu, & labore illas deferre poſſunt, & ita procedit prima opinio affirmativa tradita *num.* 1. ſi verò eas deferre non poſſunt ad horreum, ſeu domum Epiſcopi, Capituli, Parochi, ſeu alterius Clerici levi ſumptu, & labore, ſed cum magno labore, & ſumptu, tunc debitores decimarum, & primitiarum non tenentur illas deferre ad domum, ſeu horreum Epiſcopi, Capituli, Parochi, aut alterius Clerici, & ita procedit ſecunda opinio negativa tradita *numer.* 5. ſic Covar. *libro primo var. capit.* 17. *numer.* 8. *verſ. Octavo, ibi: tertium opinor.* Et licèt hæc diſtinctio reprobetur à Suelves exiſtimante eſſe contra communem Doctorum cenſuram, & dicat Covar. loquutum fuiſſe abſque Doctore, & fundamento *conſ.* 42. *numer.* 20. *libro primo*, tamen diſtinctionem Covarruv. ſequitur Novarius *gravam.* 307. *num.* 1. *tom.* 1. & in ſimili videantur Hermoſilla, Ybanez de Faria, Roderic. Surd. Boſſius, & Trentacinq. citati *num.* 6. & alii ab eis laudati. 9

10 Quarta eſt opinio etiam ſuperiorum conſiliatrix, quæ verior eſt, in his ſtandum eſſe conſuetudini, ut ſi ſit conſuetudo deferendi decimas, & primitias ad horreum, ſeu domum Epiſcopi, Capituli, Parochi, ſeu alterius Clerici, tunc earum debitores tenentur illas deferre ad domum, ſeu horreum illorum, & ita procedit prima opinio affirmativa relata, *numero* 1. ſi vero nulla ſit conſuetudo deferendi decimas, & primitias ad horreum, ſeu domum Epiſcopi, Capituli, Parochi, ſeu alterius Clerici, eo caſu earum debitores non tenentur illas deferre ad horreum, ſeu domum illorum, & ita procedit ſecunda opinio negativa relata *numer*.5. ita Hoſtienſ. *in ſumm. tit. de decimis*, §. *fin. verſicul. Sexto decimo*, Sylveſt. *in ſumm. verbo decima, quæſtio* 9. Rebuff. *de decimis, cap.* 13. *verſic. Quartus*, & *numer.* 49. & 50. Roland. *conſ.* 69. *libro* 3. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *libro* 7. *capit.* 35. *quæſt.* 15. *in fine*, Franchis *deciſ.*124. *numero* 3. Mareſcot. *libro* 2. *cap.* 95. *numero* 35. *verſic. Niſi obſtat*, Cenedo *collect. ad decretum* 66. *numero* 4. *verſic. Secunda tamen*, Annan. *alleg.* 94. *numero* 11. Bonacina *diſput. ultim. de præcept. Eccleſiaſt. præcept.* 5, *quæſt. unica, punct.* 4. Caſtrus Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 10. *diſput. unica, punct.* 8. *verſic. Expectanda tamen*, Covarrub. *lib.* 1. *variar. capite* 17. *numero* 8. *verſicul. Octavo*, Moneta *de decimis, capite* 6. *numero* Suelves *conſ.*42. *numer.*20. *verſic. Tum quia, lib.*1. Farinac. *in recentiſſim. deciſ.*611. *numero* 5. *part.* Suarez *de Relig. tom.*1. *tract.*2. *lib.*1. *capite* 12. *numero* 15. & *capit.* 37. *numero* 7. Reginald. *in praxi fori pœnit. libr.*9. *quæſt.* 4. *numero* 99. Fagundez *de præceptis Eccleſ. præcept.* 5. *lib.* 1. *capite* 4. *numero* 12. Novarius *gravam.* 367. *numero* 2. & 3. *tomo* 1. Trullench. *in decal. lib.* 3. *capite* 3. *dub.* 4. *numero* 2. Olea *de ceſ. jurium, tit.*1. *quæſt.*6. *numero* 65. *in fine*, Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.*3. *capite* 26. §. 2. *numero* 24. & *de offic. Parochi, part.*3. *capit.*28. §.2. *numero* 24. & *in capit. revertimini* 65. *numero* 4. 16. *quæſt.*1. Leander *quæſt. moral. tom.*3. *tract.*6. *diſput.*4. *quæſt.*38.

11 Eademque diſtinctio facienda eſt ſi adeſt pactum, vel non, Pariſin. *conſ.* 6. *lib.* 4. Caroccius *de oblat. part.*2. *quæſt.*5. *numero* 4. Giurb. *deciſ.*114. *num.*19. *verſ. cùmque*, Olea *de ceſ. jur. tit.* 1. *quæſt.* 6. *numer.*50.

12 Solent tamen Clerici mittere pro decimis ad agros, & fundos tempore collectionis fructuum, ut teſtatur Guttier. *Canonicar. lib.*2. *cap.*41. *num.*45. quem refert, & ſequitur Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.*1. *cap.*26. §.2. *ſub num.*24. & *de offic. Parochi, par.*3. *cap.*28. §.2. *ſub num.*24.

13 Ex quibus dicendum, & reſolvendum eſt, quod laici debitores decimarum, an ſint compellendi eas deferre ad horreum, ſeu domum Epiſcopi, Capituli, Parochi, ſeu alterius Clerici, conveniendi ſunt, convenirique debent coram Judice ſæculari, ſi Epiſcopus, Capitulum, Parochus, ſeu alius Clericus non eſt in poſſeſſione, ut laici debitores decimarum deferant eas ad domum, ſeu horreum illorum; ſi verò Epiſcopus, Capitulum, Parochus, ſeu alius Clericus eſt in poſſeſſione, ut laici debitores decimarum deferant eas ad horreum, ſeu domum Epiſcopi, Capituli, Parochi, ſeu alterius Clerici, eo caſu laici debitores decimarum, ut eas ad illorum horreum, vel domum deferant, conveniri poſſunt coram Judice Eccleſiaſtico, & juxta ſecundum membrum diſtinctionis fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Ferrer, Senjuſt, & Magarola 7. Decembris 1607. in favorem Auguſtini Plà Rectoris Parochiæ de Villaſar contra Syndicum, & aliquos ſingulares dictæ Parochiæ, prætextu, quia recuſarunt deferre ad domum, & cellarium dicti Rectoris decimas vindemiarum pro ut ſolebant.

*ARGUMENTUM,*

An laici debitores decimarum, ſi fraudes committunt in earum ſolutione, conveniendi ſint apud Judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem.

*SUMMARIUM.*

1 *Decimæ integræ ſine diminutione, & fraudem ſolvendæ ſunt, numer.*1. *etiam abſque aliqua expenſarum, tributorum, cenſuum, aut aliorum debitorum deductione, ſi decimæ prædiales ſint, numer.*2. *niſi rationabili conſuetudine introductum ſit, ut ex decimis prædialibus, expenſæ deducantur, numer.*3. *ſed ex decimis perſonalibus, ſi alicubi ſolvuntur, ſunt pro rata deducendæ expenſæ in artificio, ſeu negotiatione factæ, ita ut ſolum ex lucro præſtentur, numer.* 4.

5 *Decimam non ſolventes integrè, & ſine diminutione, & fraude peccant mortaliter, imo duplex, vel unum peccatum cum duplici circumſtantia committunt, nu.*5. *& poſſunt excommunicari, numer.*6. *intellige monitione præmiſſa, numer.*7. *nec poſſunt abſolvi, niſi plena reſtitutione ſequuta, numer.* 8. *niſi quando ad confeſſionem accedunt, & ſunt impotentes ad reſtituendum, nam tunc abſolvi poſſunt, ſi promittunt, & jurant ſe ſoluturos, cùm poſſint, numer.*9. *vel niſi remittantur ab eo, cui debentur, numer.*10.

11 *Laici debitores decimarum, ſi in earum ſolutione fraudes commiſerint, conveniri poſſunt coram Judice Eccleſiaſtico, ſi Epiſcopus, Capitulum, Parochus, ſeu alius Clericus eſt in poſſeſſione illas recipiendi, ſecus ſi non eſt in poſſeſſione illas recipiendi, nam tunc conveniri debent coram Judice ſæculari.*

12 *Decimarum debitores poſſunt compelli eas ſolvere in manipulis, & garbis, non obſtante conſuetudine etiam immemoriali, illas ſolvendi in grano, & ad menſuram, ſi probentur commiſſæ fraudes in grano, & ad menſuram per quoſdam de univerſitate, numero* 12. *ſed vide, numero* 18.

13 *Taſcharum debitores compelli poſſunt eas ſolvere in manipulis, & garbis, ſi probentur fraudes commiſſæ ſolvendo in grano, vel ad menſuram.*

14 *Decimæ, & primitiæ de immunditiis tritici: ſivè de balleix, & reballeix ſolvendæ ſunt, quando illarum debitores fraudes committunt non ſolvendo illas integrè ex fructibus, de quibus conſueti ſunt ſolvere.*

15 *Electiones Juratorum, & Conſiliariorum debent fieri ad ſortem, & non ad voces, ſi fraudes commiſſæ fuerint, eligendo ad voces, non obſtante privilegio eligendi ad voces.*

16 *Decimæ, & primitiæ, ut ſolvantur in manipulis, & garbis, non ſufficit ſola ſuſpicio fraudum, ſed neceſſe eſt probare fraudes, ſed vide, numer.*18.

17 *Decimæ, & primitiæ, ut ſolvantur in manipulis, & garbis, non eſt neceſſe probare, quòd omnes homines Univerſitatis fraudes commiſerint, ſed ſufficit probare aliquos de Univerſitate fraudes commiſiſſe, numero* 17. *ſed vide, numer.*18.

19 *Decimæ Zuccari an ſit ſolvendæ in cannis.*

20 *Decimas non ſolventibus an poſſint Parochi denegare ſacramenta.*

## DECISIO CLXXXIX.

DEcimæ integrè ſine diminutione, & fraude ſolvendæ ſunt; nam ubi debentur integræ; ſolvi debent, 1

bent, capit. tua 26. de decimis, ubi Barboſa variis exornat Doctoribus numero 6. 7. & 8. idem Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 3. capit. 26. §. 1. numero 40. 41. & 42. & de officio Paroch. part. 3. capite 28. §. primo, numer. 40. 41. & 42. addo Cardoſum in praxi judic. verbo decima, numer. 6. de jure noſtro pragmat. tertia, titul. de decimis, Conſtitutio Provincialis Tarraconæ, 1. titul. de conſuetud. & Conſtitutiones Provinciales Tarraconæ 2. 7. & 8. de decimis, ſic fuit in Cathalonia variis in cauſis deciſum, quas refert Michael Ferrer. part. 3. obſervat. capit. 175. cum ſeqq. quibus adde ſic deciſum, referente Nobili Ludovico à Peguera 31. Octobris 1592. in favorem Joannis Romani Rectoris Sancti Juſti Deſvernio, contra Joannem Terrè de Picalques, Actuario Cortes. Et me referente die 5. Septembris 1659. in favorem Doctoris Joannis Bonells Rectoris Eccleſiæ Parochialis Sancti Juſti Deſvernio, contra Nobiles conjuges Jacinthum, & Franciſcam Segreta uſufructuario, & proprietario reſpectivè nominibus, Scriba Payſſa. Et iterum me referente 9. Julii 1670. in favorem Epiſcopi, & Capituli Sedis Ilerdæ, contra Juratos, Syndicum, Singulares, & terras tenentes Villæ de Juneda, Scriba Bas.

2 Etiam abſque aliqua expenſarum, tributorum, cenſuum, aut aliorum debitorum deductione, ſi decimæ prædiales ſint cap. cum homines 7. ubi Barboſa numero 1. 2. 3. & 4. cap. non eſt 22. ubi Barboſa numero 1. capite tua nobis 26. ubi Barboſa num. 1. 2. & 6. capite paſtoralis 28. capite cùm non ſit 33. ubi Barboſa numero 1. de decimis, Capyc. deciſ. 20. à numero 2. Marchus deciſ.99. numero 1. tom.2. Puteus deciſ.100. Vivius deciſ.4. Riccius collect.1392. verſic. Unde, Rebuf. de decimis, quæſt.11. numero 3. Menoch. de arbitr. jud. caſu 215. numero 2. Gamma deciſ.150. numero 1. & deciſ.232. numero 1. Reginald. in praxi for. pœnit. lib.19. numero 101. Fermoſin. in capite 1. quæſt. 6. numero 58. de conſtitut. Garcia de expenſ. capite 1. numero 17. Cenedo collect. ad decretum 66. Petr. Barboſa in l. fructus, à numero 6. ff. ſolut. matrim. Valaſç. de jure emphit. quæſt.17. numero 10. Zerola in prax. Epiſcop. part. prima, verbo Decimæ, §.9. Pereyra de empt. & vend. capite 27. numero 75. Moneta de decimis, capite 6. quæſt. 4. à numero 28. Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib.1. capite 35. numero 4. Leſſius de juſt. & jure, lib.2. capite 39. dub. 3. numero 16. Mareſcot. lib. 2. var. cap.108. numero 15. & 16. Borell. in ſum. deciſ. part.1. tit.19. numero 10. Trullench. in decal. lib.3. capite 3. dub.3. numer.1. Caſtrus Palaus in oper. moral. part.2. tract.10. diſput. unica, punct.8. numer.1. Bonacina diſput. ultim. de quinto præcept. Eccleſ. quæſt. 5. punct.3. in fine, Villalobos in ſum. part. 2. tract. 33. dif.2. num.6. Cardoſo in prax. jud. verbo Decima, numer.12. & 18. Guttierez de gabel. quæſt.169. numer.8. Alfaro de offic. Fiſcal. gloſ. 16. privileg.58. numer. 201. verſic. Quin extra, & numer. 202. Fagund. de præcept. Eccleſ. præcept. 5. lib. 1. capit. 4. num. 6. idem Auguſt. Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib.3. capite 26. §.1. à numer.34. ad 41. & de offic. Parochi, part. 3. capit.28. §. 1. à numer. 34. ad 41. Ybannez de Faria ad Covar. lib.1. var. cap.17. numero 105. Balmaſeda de collect. quæſt. 127. à numer. 4. Leander quæſt. moral. tom. 3. tractat.6. diſput. 4. quæſt.26. cum ſeq. Bolero de decoct. debit. Fiſcal. titul.5. quæſt. 2. ſub numero 2. & 4. de jure noſtro pragmat. 3. & 6. titul. de decimis, Conſtitutio Pro-
3 viſionalis Tarraconæ 7. & 8. de decimis. Niſi † rationabili conſuetudine introductum ſit, ut ex decimis prædialibus expenſæ deducantur, Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib.3. cap.26. §.1. num. 38. in fine, verſic. Quod tamen limitandum eſt, & de offic. Parochi, part. 3. capite 28. §.1. numer. 38. verſ. Quod tamen limitandum eſt. Leander quæſt. moral. tom.3. tractat. 6. diſput. 4. quæſt. 31. Ybannez de Faria ad
4 Covar. lib.1. variar. capite 17. numero 105. in fine.
Quidquid aliud ſit in decimis perſonalibus, ſi alicubi ſolvuntur, expenſæ factæ in artificio, vel negotiatione pro rata deducendæ ſunt, ita ut ſolum ex lucro præſtentur, cap. paſtoralis 28. ubi Barboſa numero 1. & 3. de decimis, Leſſius de juſt. & jure, lib.2. cap.39. dub.3. num. 16. verſic. Secundò, Garcia de expenſ. capite 1. numer. 17. Suarez de Relig. tom.1. tract.2. libr. 1. capite 33. numero 2. Guttier. pract. lib.2. quæſt. 18. numer. 9. & de tutel. part. ſecunda, capite 17. numer. 14. Fagundez de præcept. Eccleſ. præcept. 5. lib.1. capite 2. numero 18. 19. & 20. Moneta de decimis, cap.6. num.32. & 33. Cardoſo in prax. judic. verbo Decima, numer.13. Petr. Barboſa in l. fructus, numero 19. ff. ſol. matrimon. Caſtr. Palaus in oper. mor. part. 2. tract. 10. diſp. unica, punct.6. num.7. & 8. Leander quæſt. mor. tom.3. tract.6. diſp.3. quæſt.20. Auguſt. Barboſa de jure Eccleſ. un. lib.3. cap.26. §.1. num.37. verſi. Et ſic decimas prædiales, & de offic. Parochi, part.3. cap.28. §.1. num.37. verſ. Et ſic decimas prædiales, Ybannez de Faria ad Covar. lib.2. var. cap.17. num.104.

Aliàs decimarum debitores, qui integrè, ſine di- 5
minutione, & fraude decimas non ſolvunt, mortaliter peccant, Novarius conſ.2. num.1. de decimis. Imo duplex peccatum, vel unum peccatum cum dupli circumſtantia committunt, alterum contra juſtitiam, alterum contra Religionem, Caſtrus Palaus in oper. moral. part.2. tract.10. diſp. unica, punct.2.
num.10. Ybannez de Faria ad Covar. lib.1. var.cap. 6
17. numer.46. Et poſſunt excommunicari, cap. pervenit. 5. ubi Barboſa numero 1. cap. ad hoc 15. ubi Barboſa numer.4. cap. de aliquibus 32. ubi Barboſa numero 1. & 3. de decimis, can. ſtatuimus 16. quæſt. 1. Concil. Trident. ſeſſ.15. de refor. cap. 12. ubi Barboſa in collect. num. 4. Moneta de decimis, cap. 8. numer.64. Molina de juſt. & jure, tract.1. diſp.256. numero 2. Cardoſo in praxi jud. verbo decima, numer.6. Fagundez de præcept. Eccleſ. præcept.5. lib.3. cap.6. numer. 3. Caſtr. Palaus in oper. mor. part. 2. tract.10. diſput. unica, punct.14. numer.1. Riccius in prax. reſol.500. Leander quæſt. moral. tom.3. tract.6. diſp.2. quæſt.35. Trullench in decal. lib.3. cap.3. dub. 21. num.19. Franchis de controverſ. int. Epiſcop. & regul. quæſt.76. Auguſt. Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 3. cap.26. §.4. num.15. & de offic. Parochi, part.3. cap. 28. §. 4. numer. 15. & in can. omnes decimæ 5. num.1. 16. quæſt.7. de jure noſtro Conſtitutio Provin-
cialis Tarraconæ 3. tit. de decimis. Intellige † moni- 7
tione præmiſſa, ſicut antea cavebatur in can. cum omnes 5. ubi Barboſa numero 2. & 16. quæſt.7. cap. pervenit. 5. ubi Barboſa num.2. de decimis, Moneta de decimis, cap.8. numero 69. Azor. inſtit. mor. part.1. lib.7. cap.24. quæſt.17. Suarez de Relig. tom.1. tract. 2. lib.1. cap.38. num.3. Riccius deciſ.295. num.6. part. 4. idem Barboſa in cap. ad hoc 13. num.4. verſic. Intellige, & de jure Eccleſ. univ. lib.3. cap. 26. §.4. numer. 15. verſic. Intellige, & de offic. Parochi, part.3. cap. 28. §.4. num.15. verſic. Intellige, & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſi.25. de refor. cap.12. num.5. Ybannez de Faria ad Covar. lib.1. cap.17. ſub numer.46. Leander quæſt. moral. tom.3. tract.6. diſp.2. quæſt.36.

A qua excommunicatione abſolvi non poſſunt, 8
niſi plena reſtitutione ſequuta, Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 12. Conſtitutio Provincialis Taraconæ 6. verſic. Quare nos, & conſtit. 7. in fine, verſ. Et quoniam, de decimis, Sanchez in decal. tom. 1. lib. 2. cap. 20. numer. 19. Molina de juſt. & jur. tract. 2. diſp. 756. numero 4. verſ. His ita relatis, Franchis de controverſ. inter Epiſcop. & regul. quæſtio 75. Caſt. Palaus in oper. moral. part. 2. tract. 10. diſput. unica, punct. 14. ſub numer. 1. Barboſa in capit. ad hoc 14. numero 4. verſic. Subtrahentes, de decim. & de jure Eccleſiæ univ. lib. 3. cap. 26. §. 4. num. 16. & de offic. Parochi,
part. 3. cap. 28. §. 4. num. 16. Niſi † quando ad con- 9
feſſionem accedunt, & ſunt impotentes ad reſtituendum, nam tunc abſolvi poſſunt, ſi promittunt, & jurant ſe ſoluturos cùm poſſint, Navarrus in manuali, capit. 17. numer. 59. ad finem, Molina de juſt. & jure, tract. 2. diſput. 756. numer. 5. verſic. His ita relatis. Valer. de diff. in utrumque for. verbo Abſolutio, diff. 3. numer. 5. Caſt. Palaus in oper. mor. par. 2. tract. 10. diſp. unic. punct. 14. num. 5. verſ. Non enim.

Bona-

Bonacina *diſp. ult. de quinto precept. Eccleſ. quæſt.* 5. *punct.* 7. Leander *quæſt. moral. tom.* 3. *tract.* 6. *diſp.* 2. *quæſt.* 38. Barboſa *in cap. ad hoc* 15. *num.* 4. *verſic. Niſi quando*, *& de jure Eccleſ. univ. lib.* 3. *cap.* 26. §. 4. *num.* 16. *verſic. Niſi quando*, *& de offic. Parochi*, *part.* 5. *cap.* 28. §. 4. *num.* 16. *verſic. Niſi quando*, *& in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 12. *numer.* 7.

10 Vel niſi † remittantur decimæ, ab eo cui debentur, nam tunc etiam non eſt deneganda abſolutio, quia illa remiſſio eſt tacita, & virtualis ſolutio, *gloſſ. in capit. peccatum*, *de reg. jur. in* 6. Novar. *in manuali*, *cap.* 21. *num.* 32. Azor. *inſtit. mor. par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 37. *quæſtio* 9. Fagundez *de præcept. Eccleſ. præcept.* 5. *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 4. Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 10. *diſp. unica*, *punct.* 14. *n.* 10. *verſ. Item neque*, Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 3. *cap.* 26. §. 4. *num.* 16. *verſ. Vel ſaltem*, *& de offic. Parochi*, *part.* 3. *cap.* 28. §. 4. *n.* 16. *verſ. Vel ſaltem*, Leander *quæſt. moral. tom.* 3. *tract.* 6. *diſp.* 2. *quæſt.* 37.

11 Sed ad inſtitutum, ſi Epiſcopus, Capitulum, Parochus, aut alius Clericus eſt in poſſeſſione exigendi, & recipiendi decimas, tunc laici earum debitores, ſi fraudes committunt in illarum ſolutione, cùm fraus ſit in præjudicium poſſeſſionis, poſſunt conveniri apud Judicem Eccleſiaſticum. Sic fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Senjuſt, Magarola, & Ferru 2. Decembris 1606. in favorem Capituli Eccleſiæ Ilerden. contra Petrum Bononat Bajulum loci de Puiggros. Secus ſi Epiſcopus, Capitulum, Parochus, ſeu alius Clericus non eſt in poſſeſſione recipiendi decimas, quo caſu laici debitores earum conveniri debent coram Judice ſæculari. Ex traditis in præcedentibus deciſionibus, & in ſequentibus.

12 Hujus occaſione obſerva, quod decimarum debitores poſſunt compellere eas ſolvere, in manipulis, & garbis, non obſtante conſuetudine etiam immemoriali ſolvendi in grano, vel ad menſuram, ſi probentur commiſſæ fraudes ſolvendo in grano, vel ad menſuram, per quoſdam de Univerſitate, Guido Papa *deciſ.* 183. Robotius ad Guid. Papam *deciſ.* 184. quidquid dicat Craveta *conſ.* 21. *libr.* 1. quia contra eum eſt verior ſententia, ut latè probat Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 19. *par.* 2. *à numer.* 1. *ſignanter à numer.* 6. & binas deciſiones noſtri Senatus refert, *num.* 22. *verſ. Sic videbis*, *& deciſ.* 546. *numer.* 18. *part.* 2. ſequuntur Novarius *gravam.* 1. *num.* 1. 2. *&* 3. *tom.* 3. Capiblanc. *de Baronibus*, *prag.* 11. *à num.* 11.

13 Sic taſcharum debitores compelli poſſunt eas ſolvere in manipulis, & garbis, ſi probentur fraudes commiſſæ ſolvendo in grano, vel ad menſuram, *ut infra*, *deciſ.* 193. *num.* 4.

14 Decimæ, & primitiæ de immunditiis tritici, ſive *de balleix*, *y reballeix* ſolvendæ ſunt, quando debitores illarum fraudes committunt, non ſolvendo illas integrè ex fructibus, de quibus conſueti ſunt ſolvere, Michael Ferrer deciſum in noſtro Senatu teſtatur *part.* 3. *obſerv. c.* 277.

15 Itidem electiones Juratorum, & Conſiliariorum fieri debent ad favorem, & non ad voces, ſi fraudes commiſſæ fuerint, eligendo ad voces, privilegio eligendi ad voces non obſtante. Ita deciſum in noſtro Senatu 29. Julii 1598. referente Egregio Senatore Joanne Sabater, poſtea Regente Regiam Cancellariam S. S. R. Coronæ Aragonum Conſilio in favorem Abatiſſæ, & Conventus Monialium de Petris Albis, contra Syndicum Univerſitatis Villæ de Piera, ut referunt Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 19. *par.* 2. *num.* 16. Xammar. *de privileg. Barcinonæ*, §. 20. *num.* 57.

16 Notanter dixi *num.* 12. *& ſeqq.* ſi probentur commiſſæ fraudes. Nam licèt olim noſter Senatus ex ſola ſuſpicione fraudum, quæ inerat ſolutioni decimarum in granis, abſque eo quod alias fraudes probarentur, declarabat ſolvendas eſſe decimas in manipulis, & garbis, non obſtante conſuetudine in contrarium, ut referunt Michael Ferrer *par.* 3. *obſerv. cap.* 278. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 19. *part.* 2. *numer.* 20. Hodie verò neceſſe eſt, probare fraudes, nec ſufficit ſola ſuſpicio, ut cum deciſionibus noſtri Senatus, tradit Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 19. *par.* 2. *num.* 21. 22. 23. 24. *&* 25. Sic etiam deciſum per Senatum Sebuſianum teſte Fabio *in C. lib.* 8. *tit.* 33. *quæ ſit longa conſuetudo*, *def.* 3. ſequitur Novarius *gravam.* 1. *n.* 4. *tom.* ...

17 Dixi etiam notanter *numer.* 12. per quoſdam de univerſitate. Ut ſcias ſufficere fraudes aliquorum, ut omnes decimas debentes condemnentur eas ſolvere in manipulis, & garbis, notat Fontanella *dec.* 546. *num.* 8. *par.* 2. Etſi contrarium dicat Novar. *gravam.* 1. *à num.* 6. *tom.* 2.

18 Sed adverte lector, ſi caſus eveniat, quod in cap. Curiæ 71. anni 1578. ad ſupplicationem Brachiorum Eccleſiaſtici, & Militaris, ad evitandas fraudes, & lites conceſſit Dominus Rex, ut quilibet decimator per ſe, vel ſuos Procuratores, & Arrendatarios poſſit liberè decimare in grano, vel in garba, pro ut ipſi benè viſum fuerit.

19 Quid de decimis Zuccari, an ſint ſolvendæ in cannis, aut in zuccaro poſtea confecto manu induſtriali ex ipſis cannis? Videndi Riccius *collect.* 142. *in princ. verſic. Infertur primò*, Viſconti ad Franchis, *deciſ.* 117. *verſic. Decima zuccari*.

20 An autem Parochus poſſit denegare Sacramenta iis, qui nolunt ſolvere decimas, Barboſa *in cap. ad hoc* 15. *num.* 4. *in fine verſic. An autem*, *de decimis*, *& in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 12. *num.* 18. *& de jure Eccleſ. univ. libr.* 3. *cap.* 26. §. 4. *num.* 17. *& de offic. Parochi*, *part.* 3. *cap.* 28. §. 4. *num.* 17. Remiſſivè ad Riccium *deciſ.* 195. *part.* 4. Bonacina *de ſimonia*, *quæſt.* 5. *punct.* 3. *numer.* 1. *verſic. Utrum verò*, Novarius *conſ.* 2. *de decimis*, Suarez *de Relig. tom.* 2. *tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 38. *num.* 2. Leander *quæſt. moral. tom.* 3. *tract.* 6. *diſp.* 2. *quæſt.* 22. remiſſivè etiam Ybanez de Faria *ad Covar. l.* 1. *var. capit.* 17. *n.* 49.

---

### *ARGUMENTUM.*

## Primitiarum quis ſit Judex competens Eccleſiaſticus, vel ſæcularis.

### *SUMMARIUM.*

1 *Primitiæ dicuntur primi fructus terræ eo anno collecti numero* 1. *quæ ex primaria intentione Deo offeruntur in gratiarum actionem pro beneficiis acceptis*, *num.* 2. *& in hoc differunt à decimis*, *numer.* 3. *olim debebantur antiqua lege ſcripta*, *numer.* 4. *& debentur de jure canonico*, *numer.* 5. *ſed attendenda eſt conſuetudo*, *tam quoad debitum dictarum primitiarum*, *quàm etiam quoad quantitatem*, *& quibus perſonis ſolvendæ ſint*, *& quo in loco*, *& à quibus numer.* 6. *ſed hæ primitiæ in omni ferè regione ſunt uſu*, *& conſuetudine abolitæ numer.* 7.

8 *Primitiæ in quampluribus Villis*, *Locis*, *& Parochiis Cathaloniæ ſolvuntur Rectoribus*, *& Parochis ex primaria inſtitutione in eorum ſuſtentationem*, *in quibus quidem Villis*, *Locis*, *& Parochiis decimæ ab Epiſcopis*, *Capitulis Cathedralium*, *aut Dominis locorum*, *ſeu ab aliis percipiuntur*, *illasque jure naturali deberi.*

9 *Primitiæ*, *& decimæ eiſdem regulis metiuntur.*

10 *Primitiarum quis ſit Judex competens in Cathalonia quando Rectores*, *& Parochi volunt convenire laicum ſuper earum ſolutione*, *Eccleſiaſticus*, *vel ſæcularis*, *& quid antiquitus obſervabatur*, *n.* 10. *& quid hodie obſervatur*, *numer.* 11. *&* 12.

13 *Primitiæ ſolvi debent Rectoribus*, *& Parochis illarum Parochialium*, *in quibus prædia exiſtunt ſi conſuetudo non ſit in contrarium.*

## DECISIO CXC.

1 NOn loquor in hac deciſione de illis primitiis,
quæ dicuntur primi fructus terræ eo anno col-
lecti, ut advertunt Sylveſter *in ſum. verbo Decimæ*,
*num.1. in fine*, Azor. *inſtit. moral. part.1. lib.7. capit.*
38. *quæſt.1.* Machado *en ſu perfeto Confeſſor*, *lib.2.*
*part.4. tract.10. document.5. numer.1.* Villalobos *in*
*ſum. moral. part.2. tract.33. diſt.5. numer.1.* Fagun-
dez *de præcept. Eccleſ. præcept.5. lib.4. capit.1. ſub*
*numer.5.* Caſtr. Palaus *in oper. mor. part.2. tract.10.*
*diſput. unica, punct.16. ſub numer.1.* Lezana *in ſum.*
*quæſtio regul. part.3. verbo Decimæ, num.1. verſic.*
*Differt.* Leander *quæſt. moral. tom.3. tract.6. diſput.*
*9. quæſt.2.* Barboſa *in rub. num.6. & 9. in fine de de-*
*cimis, & de jure Eccleſ. univ. lib.3. cap.25. numer.1. &*
*de offic. Paroch. part.3. cap.27. numer.1.* Quæ ex pri-
2 maria * inſtitutione Deo offeruntur in gratiarum
actionem pro beneficiis acceptis ad eum recogno-
ſcendum, & laudandum, ut noſtrum benefactorem,
& authorem unicum bonorum: ex ſecundaria verò
offeruntur ad ſignum Miniſtrorum Dei, Azor. *in-*
*ſtit. mor. part.1. lib.7. cap.3. quæſt.6.* Fagundez *de*
*præcept. Eccleſ. præcept.5. lib.4. cap.1. ſub numer.3. &*
*ſub numer.5.* Caſtrus Palaus *in oper. moral. part.2. tract.*
*10. diſput. unica, punct.16. numer.1. in fine*, Maca-
do *en ſu perfeto Confeſſor, lib.2. part.4. tract.10. do-*
*cum.5. numer.2.* Trullench. *in decal. lib.3. cap.12.* Bar-
boſa *de jure Eccleſ. univ. lib.3. cap.25. numer.2. & de*
*offic. Parochi, part.3. cap.27. numer.2. & in rubr. nu-*
3 *mer.6. de decimis*. Et in hoc † differunt à decimis,
quia decimæ ex primaria inſtitutione ſolvuntur in
congruam ſuſtentationem Sacerdotum tanquam ipſo-
rum merces, & ſtipendia pro miniſteriis Eccleſiaſti-
cis: ex ſecundaria verò in cultum, & venerationem
Dei, quatenus Deus honoratur in ſuis Sacerdotibus,
ſic Azor. Fagundez, Caſtrus Palaus, & alii ex citatis
*numer.1. & 2.* remiſſivè Barboſa *in cap.1. numer.3. de*
*decimis*, Leander *quæſt. moral. tom.3. tract.6. diſp.9.*
*quæſt.18.*

4 Iſtæ primitiæ, quæ ex prima intentione Deo offe-
runtur, & ex ſecundaria in cibum Miniſtrorum Dei,
debebantur olim antiqua lege ſcripta, & erat præce-
ptum de illis ſolvendis, *Deuteron.16. Exodi 15. Ma-*
*lach.3.* ut ex iis, & aliis locis probant Azor. *inſtit. mo-*
*rat. part.1. lib.7. cap.18. quæſt.3.* Caſtrus Palaus *in oper.*
*moral. part.2. tract.10. diſp. unica, punct.16. num. in*
*princ.* Fagundez *de præcept. Eccleſ. præcept.5. lib.4. cap.*
*1. numer.1.* Leander *quæſt. moral. tom.3. tract.6. diſp.*
*9. quæſt.3.* Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.3. cap.25. à*
*numer.2. & de offic. paroch. part.3. cap.27. à numer.2.*
5 Et debentur † de jure Canonico, *can. qui 13. quæſt.2.*
*can. revertimini 16. quæſt.2. can. decimas 16. quæſt.7.*
*cap.1. gloſſ. verbo in primitiis, de decimis*, Azor. *inſt.*
*moral. part.1. lib.7. cap.38. quæſt.2.* Cardoſo *in praxi*
*jud. verbo decima, numer.17.* Caſtrus Palaus *in oper.*
*moral. part.2. tract.10. diſp. unica, punct.16. numer.2.*
*in princ.* Fagundez *de præcept. cap. Eccleſ. præcept.5.*
6 *lib.4. cap.1. numer.2.* Attendenda tamen eſt conſuetu-
do, non ſolùm quoad debitum primitiarum, ſed
etiam quoad quantitatem, & à quibus perſonis ſol-
vendæ ſint, & quo in loco, & à quibus, Sylveſter *in*
*ſum. verbo decimæ, quæſt.1. circa finem*, Azor. *inſtit.*
*moral. part.1. lib.7. cap.38. quæſt.4.* Suarez *de Relig.*
*tom.1. tract.2. lib.1. capit.8. numer.16.* Caſtrus Palaus
*in oper. moral. part.2. tract.10. diſput. unica, punct.16.*
*numer.2.* Fagundez *de præcept. Eccleſ. præcept.5. lib.4.*
*cap.1. numer.4.* Villalobos *in ſum. part.1. tract.33. diſ.*
*5. numer.2.* Leander *quæſt. moral. tom.3. tract.6. diſp.*
*9. quæſt.11.* Cardoſo *in praxi jud. verbo decimæ, num.*
17. Machado *en ſu perfeto Confeſſor. lib.2. part.4. tract.*
*10. docum.5. num.4.* Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.*
*3. cap.25. à numer.4. & de offic. Paroch. part.3. cap.27.*
*à num.4.*

7 Verùm hoc jus primitiarum in omni ferè regione
eſt uſu, & conſuetudine abolitum, & ex magna par-
te ſublatum, & jura de illis loquentia ferè ubique an-
tiquata, Leſſius *de juſt. & jure, lib.2. cap.39. dub.6.*
*numer.37.* Azor. *inſt. moral. par.1. lib.7. cap.38. quæſt.*
*3. in fine*, ubi addit, quod ubi hujuſmodi jura exta-
rent, minimè primitiæ iſtæ ſolvuntur, niſi à Cleri-
cis petantur, ſequitur Caſtrus Palaus *in oper. moral.*
*par.2. tract.10. diſp. unica, punct.16. num.2. in fine*,
Leander *quæſt. mor. tom.3. tract.6. diſp.9. quæſt.13.*
*& 14.*

Sed loquor de primitiis, quæ in quampluribus Vil- 8
lis, Locis, & Parochiis Cathaloniæ ſolvuntur Re-
ctoribus, & Parochiis ex primaria inſtitutione in eo-
rum cibum, & ſuſtentationem, in quibus quidem
Villis, Locis, & Parochiis decimæ ab Epiſcopis,
vel Capitulis Cathedralium, aut Dominis locorum,
ſeu ab aliis percipiuntur, illaſque jure naturali Re-
ctoribus, & Parochis deberi, probat Fagundez *de præ-*
*cep. Eccleſ. præcep.5. lib.4. cap.1. numer.4.* in quibus
ſolvendis de præcepto attendendam eſſe conſuetudi-
nem, Leander *quæſt. moral. tom.3. tract.6. diſp.9.* 9
*quæſt.6.* Et hujuſmodi primitiæ, & decimæ eiſdem
regulis metiuntur, & omnia quæcumque in ſupe-
rioribus, & infra dicta ſunt, & dicentur de deci-
mis, has primitias comprehendunt, *Conſtitutio Pro-*
*vincialis Tarraconæ 7. verſic. Omnia vero, de decimis*,
Fontanella & Ripoll. ſic intelligendi; *ille de pact.*
*nuptial. tom.1. clauſ.4. gloſſ.19. part.1. numer.60. &*
*76. & part.2. numer.26.* Ripoll in addit. ad Pegue-
ram *in praxi civil. rub.14. numer.98.* Et ſicut in
Cathalonia immunitas, libertas, & exemptio à de-
cimis non ſolvendis non poteſt modo aliquo con-
ſuetudine, aut præſcriptione etiam temporis imme-
morialis acquiri, niſi privilegium, ſeu alius titulus
verus, & non præſumptus, vel per ſcripturam au-
thenticam oſtendatur, *ut dixi, deciſ.186. numer.19.*
*20. & 21. hac part.4.* ita ſimiliter procedit in primi-
tiis, quia eadem ratio in utriſque procedit, & mi-
litat, Fontanella *de pact. nupt. tom.1. clauſ.4. gloſſ.*
*19. part.1. numer.60.* Sic fuit in noſtro Senatu de-
ciſum me referente 12. Septembris 1673. & in fa-
vorem Laurentii Valero Presbyteri, & Rectoris Ec-
cleſiæ Parochialis Sancti Salvatoris Villæ del Ven-
drell, & Loci Sancti Vincentii de Caldeis, contra
Juratos, Syndicos, Singulares, & terras tenentes
dictæ Villæ del Vendrell, & ejus Sufraganeæ Sancti
Vincentii de Calders. Scriba Congoſt.

Unde ſicut antiquitus declarabatur in Cathalo- 10
nia per Cancellarium, quod Epiſcopus, Capitu-
lum, Parochus, ſeu alius Clericus poterat laicum
convenire ſuper ſolutione decimarum, tam in pe-
titorio, quàm in poſſeſſorio apud Judicem Eccle-
ſiaſticum, *ut tradidi deciſ.186. numer.4. hac part.4.*
ita pariter antiquitus generaliter declarabatur in
Cathalonia per Cancellarios, quod Parochi, & Re-
ctores Eccleſiarum Parochialium poterant laicum
convenire ſuper ſolutione primitiarum apud Judi-
cem Eccleſiaſticum. Sic per Cancellarium Caſſa-
dor, Conſultoribus Serra, & Ullana 22. Martii
1569. in favorem Caroli Cagarriga Rectoris Paro-
chialis Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Corneliano, con-
tra Clementem Sequeter Domicellum Barcinonæ
Domiciliatum. Et per eundem Cancellarium Caſ-
ſador, eodem die, cum eiſdem Conſultoribus in fa-
vorem dicti Rectoris, contra Antoniam Burgueſa
viduam. Et per dictum Cancellarium Caſſador 22.
Septembris 1572. in favorem Georgii Spigol Pres-
byteri, & Rectoris Eccleſiæ Parochialis Sancti Chri-
ſtophori de Cogols, contra Petrum Sitjar, & alios
ejuſdem Parochiæ.

Hodie verò ſicut obſervatur, & practicatur in 11
Cathalonia, quod ſi Epiſcopus, Capitulum, Paro-
chus, aut alius Clericus eſt in poſſeſſione recipien-
di decimas à laico, poteſt eum ſuper illarum ſolu-
tione convenire apud Judicem Eccleſiaſticum, *ut di-*
*xi, deciſ.186. numer.6. & 7. hac part.4.* ita pari-
ter ſi Rectores, & Parochi ſunt in poſſeſſione reci-
piendi primitias à laico, poſſunt eum convenire ſu-
per illarum ſolutione apud Judicem Eccleſiaſticum.
Ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium
Caſſador. Conſultoribus Llobregat, Terca, Vila-
na, Borras, Negrell, & Pla 3. Decembris 1567. in
fa-

ſavorem Michaelis Catala Rectoris Eccleſiæ Villæ de Arcarras in poſſeſſione exiſtentis recipiendi primitias in termino dictæ Villæ de Alcarras, contra Joannem Florenſa Agricolam habitatorem in turri ſita in termino de Ferran. Et per eundem Cancellarium Caſſador 15. Decembris 1567. in favorem Archiepiſcopi Tarraconæ, Jacobi Nabor Prioris dictæ Eccleſiæ, & Franciſci Carbonell Rectoris de Tamarit. contra Syndicum Univerſitatis, & Singulorum dicti Oppidi de Tamarit. Et per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Aſtor, & Ferrer 1. Octobris 1599. in favorem Antonii Colom Presbyteri, & Rectoris Eccleſiæ Parochialis Sancti Aciſcli Ampuriatunenſis, contra Univerſitatem, & ſingulares termini, & Caſtri Sancti Aciſcli. Et per Cancellarium Puigmari 8. Februari 1627. quam tradidi *deciſ.165. numer.12. in fine, part.3.* Et per Cancellarium Monſarrat 3. Junii 1683. quam tradidi, *deciſ.186. num.7. in fine, hac part.4.* Et in iis terminis intelligendæ ſunt deciſiones, quas tradit Ripoll. *var. capit.1. num.253. 254. & 255.*

12 Sic quemadmodum Epiſcopus, Capitulum, Parochus, ſeu alius Clericus ſi non eſt in poſſeſſione recipiendi decimas à laico, ſed agit petitorio, debet eum convenire pro illarum ſolutione coram Judice ſæculari, *ut dixi, deciſ.116. numer.6. & 10. hac part.4.* eodem modo Rectores, & Parochi, ſi non ſunt in poſſeſſione recipiendi primitias à laico, non poſſunt eum pro ſolutione illarum convenire, coram Judice Eccleſiaſtico, ſed debent laicum convenire coram Judice ſæculari. Sic intelligenda eſt deciſio Cancellarii Loris anni 1579. in cauſa contentionis inter Rectorem Sancti Andrææ de Palomar, & Michaelem Laner ejuſdem Parochiæ, quam tradit Ripoll. ad Pegueram *in praxi Civil. rubric.14. num.100.* Sicque intelligo procedere, & intelligendas eſſe declarationes, & obſervantias Cancellariorum Regni Aragonum, de quibus Ramirez *de lege Regia, §.31. num.14. in fine*, Regens Seſſe *deciſ.162. num.15. & poſt numer.31. in motivo*, Çevallos *de cognition. per viam violent. part.2. quæſt.25. numer.14. & poſt num.31.*

13 Primitiæ ſolvi debent Rectoribus, & Parochis illarum Parochialium, in quibus prædia exiſtunt, ſi conſuetudo non ſit in contrarium, Azor. *inſtit. moral. part.1. lib.7. cap.38. quæſt.7.* Fagundez *de præcept. Eccleſ. præcept.5. lib.4. capit.2. numer.4.* Trullench *in decal. lib.3. capit.3. dub.12. numer.5.* Leander *quæſt. moral. tom.3. tract.6. diſp.9. quæſt.19.* Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.3. cap.25. num.8. & de offic. Parochi, part.3. cap.27. num.8. & aliis deciſ. ſeq. num.15. & 17.*

---

*ARGUMENTUM.*

## Novalium quis ſit Judex competens, Eccleſiaſticus, vel ſæcularis.

*SUMMARIUM.*

1 *Novalia ſecundùm jus civile accipiuntur proterra procisſa, quæ anno præterito ceſſavit.*

2 *Novalia ſecundùm jus Canonicum quoad decimas ſunt agri nunc primùm, ſeu de novo ad culturam redacti, de quibus non extat memoria, quod aliquando culti, ſeu cultivati fuiſſent.*

3 *Decima an ſit ſolvenda de novalibus, diſtinguendi ſunt duo caſus, numer.5. Primus caſus eſt quando ex agris, prædiis, & terris incultis ſolvebatur decima ex herba, vel dumeto, vel lignis, vel paſtu, nam tunc ex hujuſmodi agris, prædiis, & terris noviter ad culturam redactis ſolvenda eſt decima de novalibus, numero 4. ratio traditur, numer.5. ſecundus caſus eſt, quando de agris, prædiis, & terris incultis antea non ſolvebatur decima, n. 6. ſunt quinque opiniones, à n.7. ad 14.*

15 *Decimæ novalium pertinent Parochiæ, in cujus finibus ſurgunt, numer.15. quid in Regno Aragonum, num.16.*

18 *Decimæ prædiales quæ de fructibus ex fundo ſolvi debent, numero 17. debentur Eccleſiæ Parochiali ſunt in cujus territorio prædia ſita, numer.18.*

16 *Decimæ prædiales ſpectant ad Parochum.*

20 *Novalium quis ſit Judex competens in Cathalonia.*

### DECISIO CXCI.

NOvalia ſecundùm jus civile accipiuntur pro terra procisſa, quæ anno præterito ceſſavit, *leg. ſylva cædua 30. §. novalis, ff. de verb. ſignificat.* Barboſa *in capit. fin. numer. ſecundo, verſic. At verò, de privileg.* Ybannez de Faria in addit. ad Covarruv. *libro primo variar. capit. 17. numero 135. in fine.* 1

At verò ſecundùm jus canonicum quo ad novalium decimas, novalia ſunt agri nunc primùm, ſeu de novo ad culturam redacti, de quibus non extat memoria quod aliquando culti, ſeu cultivati fuiſſent, *cap. fin.* ubi Barboſa *de privil. cap.1.* ubi Barboſa *numero 1. cap. quid per novale*, ubi Barboſa *numer.1. & 2. de verbor. ſignific.* Menoch. *conſ.36. numero 2. lib.1.* Tuſcus *pract. conclud. litera N. concl. 115.* Maſcard. *de probat. concl.1110.* Moneta *de decimis, cap.3. numer.50.* Caſtillo *de tertiis, tom.7. cap.15. numero 30. verſic. & inter, in fine*, Salzedo *l. 4. cap.25. numero 14. lib.3. recop.* Ybannez de Faria *ad Covarruv. libro 1. var. cap.17. numero 135.* Lezana *in ſum. quæſt.4. regul. part.3. verbo decimæ, num. 11.* idem Barboſa *appellat.167.* Luca in animadverſ. ad Gratian. *diſcept. forenſ. cap.370. num.9.* Novarius *gravam.7. numer.5. tom.2.* 2

Sed intrat quæſtio. An de novalibus decima ſolvenda ſit? proponit remiſſivè Barboſa *in cap. num. 2. de verbor. ſignif.* citans Monetam *de decimis, cap.4. quæſt.3. num.50.* in qua diſtinguendi ſunt duo caſus. 3

Primus caſus eſt, quando de agris, prædiis, & terris incultis ſolvebatur decima ex herba, vel dumeto, vel lignis, vel paſtu, nam tunc ex hujuſmodi agris, prædiis, & terris noviter ad culturam redactis ſolvenda eſt decima de novalibus, *cap. commiſſum 4.* ubi Barboſa *numero 4. de decimis*, Covar. *pract. cap.37. numero 5.* Petra ad Capycium, *deciſ.20. numero 1. litera B.* Burgos de Paz *conſ.50. numer.8. 9. & 13.* Valenzuela *conſ.33. numer.51. tom.1.* Salgad. *de Reg. protect. part.3. cap.10. numer.143. & 144.* Caſtillo *de tertiis, tom.7. cap.15. à numer.3.* Salzedo *libro 4. cap.25. numer.13. tit.14. libro 3. recop.* Fagundez *de præcept. Eccleſiaſt. præcept.5. lib. 3. cap.1. numero 13.* Poſtius *de manuten. obſerv.73. numer.164. & poſt tract. deciſ.149. numero 3.* Moneta *de decimis, capit.4. numero 51.* Annan. *alleg. 94.* Barboſa *in capit. cùm contingat, numero 6. de decimis*, Novarius *gravam. 7. à numero 7. tomo 2.* Ybannez de Faria *libro 1. var. cap.17. numer.139. verſic. Deciſio.* 4

Eſtque ratio, quia mutatio qualitatis loci non alterat decimarum præſtationem, *dicto c. commiſſum 4.* ubi Barboſa *numero 2. de decimis*, Rebuff. *de decimis, quæſt.14. numer.18. 19. & 22.* Covarruv. *lib. 1. variar. cap.17. numer.13.* ubi Ybannez de Faria *numero 132.* Moneta *de decimis, cap.4. numer.89.* Suarez *de Relig. tom.1. tractat.2. libr.1. capit.22. numer.10.* Guttierez *canonicar. libr.2. capit.21. numer.103. & 104.* Barboſa *de jure Eccleſiæ univ. lib.3. cap.26. §.2. numer.61. & 62. & de offic. Parochi, part.3. cap.28. §.2. numer.60. & 61. & in addit. tom.6. ad cap. commiſſum, à numer.1. de decimis*, Azor. *inſt. moral. part.1. lib.7. capit.35. quæſt.10.* Salgad. *de Reg. protect. part.3. capit.10. à numer.120. & meliùs à num.314.* Caſtillo *de tertiis, tom.7. cap.15. à numer.4.* Borell. *in ſum. deciſ. part.1. tit.19. numer.202.* Novarius *gravam.7. num.10.* 5

*n.* 10. *tom.* 2. Mieres *de majoratu*, *part.* 1. *quæſt.* 10. *numero* 117. Mareſcot. *lib.* 1. *variar. capit.* 11. *num.* 31. & 32. & *libro* 2. *cap.* 95. *numero* 15. & 16. Valaſc. *conſult.* 58. *à numer.* 14. Valenzuola *conſ.* 33. *à numer.* 54. *tom.* 1. Poſtius *de manuten. obſerv.* 73. *à numer.* 156. ex noſtris Cancer. *var. reſol. part.* 1. *cap.* 23. *num.* 18. *Conſtitutio Provincialis. Tarraconæ* 2. *tit. de decimis*.

6 Secundus caſus eſt, quando de agris, prædiis, & terris incultis antea non ſolvebatur decima, in quo caſu conſiſtit tota difficultas. An ex hujuſmodi agris, prædiis, & terris noviter ad culturam redactis ſolvenda ſit decima de novalibus; in qua ſunt variæ opiniones, quæ dependent ex conciliatione, *text. in cap. tua* 25. §. *fin. de decimis, cum cap. ex parte* 27. *eod. tit.*

7 Prima eſt opinio, quod de agris, prædiis, & terris noviter ad culturam redactis decima non ſit ſolvenda, nam ſunt novalia ex natura ſua à decimis exempta, *dicto cap. tua* 25. §. *fin. de decimis*, ſic Luca in animadverſ. ad Gratian. *diſc. forenſ. cap.* 370. *numero* 11. & 16. *in fine*, alter Luca *de decimis*, *cap.* 4. *num.* ... Salcedo *l.* 4. *cap.* 25. *à num.* 12. *tit.* 14. *l.* 4. *recop.*

8 Secunda eſt opinio, quod de agris prædiis, & terris noviter ad culturam redactis, *cap. ex parte* 27. *de decimis*, Rebuff. *de decim. quæſtio* 14. *num.* 29. Menoch. *conſ.* 36. *numero* 50. *libro* 1. Mieres *de majoratu*, *part.* 1. *quæſt.* 10. *numero* 32. Mareſcot. *var. lib.* 2. *capit.* 95. *numer.* 15. *verſ. Eo quod*, Caſtillo *de tertiis*, *tom.* 7. *cap.* 15. *à numero* 31. Salced. *l.* 4. *capit.* 25. *numero* 18. & 19. *tit.* 14. *libro* 3. *recop.* Luca in animadverſ. ad Gratian. *diſcept. for. cap.* 376. *numer.* 15. & apud Nos *Conſt. Provincial. Tarraconæ* 2. *de decimis*.

9 Tertia eſt opinio ambarum præcedentium conſiliatrix, quod de agris, prædiis, & terris noviter ad culturam redactis non eſt ſolvenda decima, quando quis habet decimam ex præſcriptione, & *ita procedit*, *text. in capit. tua* 25. §. *fin. de decimis*, & opinio negativa *relata*, *numero* 7. nam præſcriptio juris percipiendi decimas in aliena Parochia ad no-

10 valia non extenditur, *cap. tua* 25. §. *fin.* ubi Barboſa *numero* 5. *capit. cum contingat.* 29. ubi Barboſa *num.* 1. & 2. *de decimis*, *cap.* 2. *in princ.* & *in* §. 1. ubi Barboſa *numero* 6. *de decimis in* 6. Covarruv. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 13. *in princ.* ubi Ybannez de Faria *num.* 131. Guttierez *canonic. lib.* 2. *cap.* 21. *numer.* 77. Moneta *de decim. cap.* 4. *numero* 66. & 79. & *cap.* 5. *numer.* 100. Suarez *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 22. *numer.* 9. & *cap.* 23. *numer.* 4. Caſtillo *de tertiis*, *tom.* 7. *cap.* 15. *à numer.* 32. Cancer. *part.* 1. *var. capit.* 23. *numer.* 16. Barboſa *de jure Eccleſiaſt. univ. lib.* 3. *cap.* 26. §. 2. *numero* 58. & 59. & *de offic. Parochi*, *part.* 3. *cap.* 18. §. 2. *numero* 59. & 64. Novarius alios addit. *gravam.* 7. *ſub numero* 12. *tom.* 2. & idem dicendum eſt, ſi jus illud conſuetudine acquiratur, Guttierez *canonic. libro* 2. *capit.* 21. *numero* 78. Moneta *de decimis*, *quæſtio* 4. *numero* 85. Caſtillo *de tertiis*, *tom.* 7. *capit.* 15. *numero* 37. Cancer. *part.* 1. *var. capit.* 23. *numer.* 17. Fagundez *de præcept. Eccleſ. præcept.* 5. *l.* 3. *capit.* 1. *numero* 12. Ybannez de Faria ad Covar. *l.* 1. *var. cap.* 17. *numero* 131. *poſt princ.* Si verò quis habeat decimas ex privilegio, tunc ex Novalibus ſolvenda eſt decima, ſicque procedit *text. in capit. ex parte* 27. de decimis, & opinio affirmativa *tradita*, *numero* 8. nam privilegium habens percipiendi decimas comprehendit etiam decimas novalium, *dicto capit. ex parte* 27. ubi Barboſa plures citat *numero* 3. *de decimis*, alios addit, ſed non ſequitur Guttierez *canonic. l.* 2. *capit.* 22. *à numero* 116. ita conciliat *gloſſ. verb. novalium in cap. cum contingat* 29. *de decimis*, refert & ſequitur Luca in animadverſ. ad Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 370. *num.* 16.

11 Quarta eſt opinio, quod de Novalibus non eſt ſolvenda decima, ſivè quis habeat decimas ex præſcriptione, ſive ex privilegio, de præſcriptione *jam dixi*, *numero* 9. & 10. & quod privilegium de percipiendis decimis in aliena Parochia non comprehendat novalia, contra Doctores citatos *num.* 11. & 12. idque ſive laicis, ſive Eccleſiaſticis indulgeatur, *cap. ſugeſtum* 9. *cap. tua* 25. §. *nec occaſione de decimis*, *capit.* 2. *in princ.* & §. 1. ubi Barboſa *numero* 6. *de decimis in* 6. Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *numero* 13. *verſic. ſed profecto*, ubi Ybannez de Faria *numero* 236. Barboſa *de jure Eccleſiaſt. univ. lib.* 3. *cap.* 26. §. 2. *num.* 58. *verſic. ac ſubinde*, & *de offic. Paroch. part.* 3. *cap.* 28. §. 2. *numer.* 58. *verſic. ac ſubinde*, Moneta *de decimis*, *cap.* 4. *quæſt.* 3. *à num.* 79. Suarez *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *libro* 1. *cap.* 23. *num.* 5. & 6. Guttier. *canonicarum*, *l.* 2. *cap.* 21. *à num.* 120. Caſtillo *de tertiis*, *tom.* 7. *cap.* 15. *num.* 34. 35. & 39. Novarius *gravam.* 7. *à n.* 1. *tom.* 3. Cancer. *part.* 1. *var. cap.* 23. *num.* 14. ubi licet dicat ſecus eſſe, ſi privilegium ſit Eccleſiæ conceſſum, impugnantur à Ybannez de Faria *loco hic citato*.

Quinta eſt opinio omnium præcedentium conſiliatrix, quæ veriſſima, & ſequenda eſt. Quod ſi 12
novalia fiunt in aliena Parochia, non eſt de eis ſolvenda decima, non ſolùm, quod quis habeat deci- 13
mam ex præſcriptione, & conſuetudine, ſed etiam quod habeat ex privilegio, & *ita procedunt jura in cap. tua* 25. §. *nec occaſione de decimis*, *cap.* 2. *in princ.* & §. *de decimis in* 6. & opiniones relatæ *numer.* 7. 9. 10. 11. & 13. ſi verò novalia fiunt in propria Parochia 14
ſolvenda eſt decima de novalibus, cum de jure communi illi competat *ſicque procedunt jura in cap. ex parte* 29. *ibi Parochiarum tuarum*, *cap. cum contingat* 29. *ibi decimæ novalium*, *quæ fiunt in Parochia eorundem de decimis*, & opiniones traditæ *num.* 8. & 12. ſic Suarez *de relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 23. *numero* 7. Caſtillo *de tertiis*, *tom.* 7. *cap.* 15. *numero* 40. Covarruv. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 13. ubi Ybannez de Faria *numero* 131. *in fine*, *verſic. Præterea*, & *numero* 139. Menochius *conſ.* 36. *num.* 34. *verſic. Nec obſtat*, *lib.* 1. Barboſa *in cap. ex parte* 27. *num.* 4. & 6. *de decimis*, & *in cap. quia circa* 22. *num.* 13. *de privileg.* & in his terminis juxta ſecundam partem diſtinctionis intelligenda ſunt, quæ tradunt idem Menoch. *conſ.* 36. *num.* 11. 32. & 42. *lib.* 1. Suarez *alleg.* 28. *num.* 8.

Novalium decimæ de jure communi pertinent Pa- 15
rochiæ, in cujus finibus ſurgunt, *c. cum contingat.* 29. ubi Barboſa *numer.* 4. *de decimis*, Suarez *allegat.* 28. *numer.* 7. Moneta *de decimis*, *capite* 4. *numero* 53. Mareſcot. *var. libro* 2. *capit.* 95. *numer.* 12. idem Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 3. *cap.* 26. §. 2. *numer.* 20. & *de offic. Parochi*, *part.* 3. *cap.* 28. §. 2. *numer.* 20. Sed in Aragonia Barones illius Regni decimas ſuper novalibus recipiunt, quod fieri licuit, dummodo Miniſtris Eccleſiaſticis aliunde remanſerit, ex quo poſſint congruenter ſuſtentari, & alii, teſtatur Ramirez *de leg. Regia*, §. 31. *num.* 3. *verſic. Necnon*.

Et generaliter decumæ prædiales, quæ de fru- 17
ctibus ex fundo ſolvi debent, *cap.* 1. *cap. pervenit* 5. *decimis* Moneta *de decimis*, *cap.* 3. *numer.* 6. Rebuf. *de decimis*, *quæſt.* 3. *numer.* 31. Caſtrus Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 10. *diſp. unica*, *punct.* 1. *numer.* 2. Fagundez *de præcept. Eccleſ. præcept.* 5. *lib.* 1. *capit.* 2. *numer.* 1. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 3. *cap.* 26. *numer.* 9. *de offic. Paroch. part.* 3. *cap.* 28. *numer.* 9. Lezana *in ſumm. quæſt. regular. part.* 3. *verbo decimæ*, *numer.* 1. *verſic. Decima*, Thomat. *deciſ.* 131. *numer.* 8. *tom.* 2. debentur jure communi Eccleſiæ Parochiali, in 18
cujus territorio prædia ſita ſunt *cap. fin.* ubi Barboſa *numer.* 3. *de Parochiis*, *cap. quoniam* 13. ubi Barboſa *numer.* 2. *cap. cùm contingat.* 29. ubi Barboſa *num.* 5. *de decimis*, Suarez *alleg.* 28. *numer.* 15. Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 6. *numer.* 55. Guttierez *pract. lib.* 1. *quæſt.* 17. *numer.* 1. Suarez *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 21. *numer.* 3. Coccin. *deciſ.* 16. *numer.* 1. & *deciſ.* 55. *numer.* 8. Poſtius *poſt tract. de manuten. deciſ.* 187. *numer.* 6. Cardoſo *in prax. jud. verbo decima*, *num.* 9. Mareſcot. *lib.* 2. *var. cap.* 95. *num.* 12. Fagundez plures citat. *de præcept. Eccleſ. præcept.* 5. *lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 10. & *lib.* 3. *cap.* 1. *numer.* 12. *in fine*. Thom. *deciſ.* 131. *numer.* 9. & 58. *tom.* 2. & alii per Barboſam in tribus locis hic citatis. Sic fuit in noſtro Senatu declaratum 25. Junii 1592. referente Sunyer in favorem Rectorum

ctorum Eccleſiarum Parochialium Sancti Joannis de Pinu, & Sancti Juſti Deſvernio, contra agricolas, & terras tenentes in termino Villæ Sancti Fœlicis de Lupricato, ſcriba Payſſa. Et me referente 5. Septembris 1659. in favorem Doctoris Joannis Bonells Rectoris Eccleſiæ Parochialis Sancti Juſti Deſvernio, contra nobiles conjuges Hyacinthum, & Franciſcam Segrera, uſufructuario, & proprietario reſpectivè nominibus, Actuario Payſſa, & pluribus aliis caſibus.

19 Quia de jure communi decimæ ſpectant ad Parochum, ut pluribus juribus, & Doctoribus probat Thomat. *deciſ.*131. *numer.*10. *& deciſ.*184. *numero* 1. *tom.*2. quibus Addo Seraphin. *deciſ.* 802. *numero* 1. Ludoviſ. *deciſ.*449. *numer.*1. Coccin. *deciſ.*134. *num.* 1. Valenzuelam *conſ.*146. *numer.*2. *&* 3. *tom.*2. Rojas *deciſ.* 350. *numer.* 3. Poſtium *poſt tract. de manuten. deciſ.*157. *numer.*2. *& deciſ.*211. *numer.*4. Burat. *deciſ.* 402. *numer.* ubi Ferentil. *plures citat. numer.*5. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.*3. *cap.*26. §.2. *à numer.*8. *de offic. Parochi*, *part.*3. *cap.*28. §.2. *à num.*7.

20 Poſito quod de Novalibus decimæ debentur Parocho, ſi Parochus non eſt in poſſeſſione recipiendi eas decimas novalium, conveniendi ſunt laici earum debitores, coram judice ſæculari. Ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Loris, Conſultoribus Sala, Tamarit, & Amell 21. Novemb. 1577. in favorem Michaelis Matali Parochiæ de la Palma, contra Petrum Vines Presbyterum Rectorem Eccleſiæ Parochialis Sancti Joannis de Cervelione. Et per eundem Cancellarium Loris, eodem die, cum eiſdem Conſultoribus in favorem Franciſci Sanfelin, & aliorum Parochiæ de la Palma, contra dictum Rectorem de Cervelione, refert Ripoll ad Pegueram *in praxi Civil. rub.*14. *numer.*99. Et per dictum Cancellarium Loris, Conſultoribus Sala, & Fontpaſtor, 9. Octobris 1581. in favorem Franciſci Calbas, & de Vallſeca, contra Rectorem Parochialis Eccleſiæ de Tagamanens. Et per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Ferrer, Senjuſt, & Calba de Vallſeca 2. Januarii 1602. in favorem Curatoris Nobilis Annæ de Carros, & de Centelles, contra Raphaelem Ferrer Presbyterum, & Rectorem Sancti Juliani de Vilatorta: Secus ſi Parochus eſt in poſſeſſione recipiendi decimas novalium quo caſu laici novalium debitores conveniri poſſunt coram Judice Eccleſiaſtico, juxta dicta in deciſionibus præcedentibus, & dicenda in ſequentibus.

---

### *ARGUMENTUM.*

An juris comeſtiorum ſive *dels menjars* vigiliarumque, aut ſiſſenorum, ſit Judex competens Eccleſiaſticus, vel ſæcularis.

*SUMMARIUM.*

1 *Comeſtiorum, vel vigiliarum, aut ſiſſenorum, quis in Cathalonia ſit Judex competens Eccl. aut ſæcularis, num.*1. 2. *&* 3.

2 *Cœnæ præſentiæ, ſive abſentiæ Domini Regis, quæ ſint, & unde originem habuerint, & à quibus debeantur.*

## DECISIO CXCII.

1 IN aliquibus locis, & Parochiis Cathaloniæ Parochiam laici ſolvunt Rectoribus, & Parochis comeſtia ſive *menjars*, vigilias, aut ſiſſenos, ſi recuſent hujuſmodi jura ſolvere, quis eſt Judex competens Eccleſiaſticus, aut ſæcularis.

2 Reſp. quod ſi Rectores, & Parochi ſunt in poſſeſſione recipiendi jura comeſtiorum ſive *dels Menjars*, vigiliarum, aut ſiſſenorum poſſunt convenire Parochianos laicos ſuper hujuſmodi ſolutione apud Judicem Eccleſiaſticum ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cardona Tertium, Conſultoribus Terca, & Pla, 12. Decembris 1566. in favorem Hieronymi Manegat J. U. D. Rectoris Parochialis Eccleſiæ Sancti Martini de Proenſals, contra Clementem Segrera, & Franciſcum Sabadell. Et per Cancellarium Caſſador 1. Aprilis 1569. in favorem Joannis Geroni Sacriſtæ Eccleſiæ Parochialis de la Pera, contra Rochum Sagrera, Giullermum Negre, & plures alios, & per Cancellarium Lori, Conſultoribus Sala, & Fontpaſtor 30. Julii 1577. in favorem Joannis Pont Rectoris Eccleſiæ Parochialis Sancti Stephani de Palau Tordera, contra Bernardum Anlada, & Michaelem Viatur ejuſdem Parochiæ. Et per eundem Cancellarium Loris, Conſultore Amell 5. Julii 1578. in favorem Geraldi Clos Presbyteri Sacriſtæ Eccleſiæ de Ordeis, contra Petrum Gali agricolam ejuſdem Parochiæ. Et per Cardona Tertium, Conſultoribus Vilana, & Sala 19. Januarii 1579. in favorem Antonii Roura Arrendatarii, & Petri Cos Sacriſtæ Parochialis Eccleſiæ Sancti Andreæ de Sarinjana Diœceſis Gerundæ, contra Jacobum Carteres Dominum manſi Carreres ejuſdem Parochiæ. Et per Cancellarium Copons, Conſultoribus Guardiola, Sunyer, Oliba, & Deſcamps 7. Novembris 1592. in favorem Joannis Lledò Presbyteri, & Hebdomadarii Eccleſiæ Parochialis Sancti Stephani de Tordera, contra Stephanum Ton. Juan, & Gaſparem Calca parochiæ, & per Cancellarium Sunyer, Conſultoribus Aleny, Olzina de Villalonga, & Triſtany 24. Januarii 1663. in favorem Bartholomei Foguet Presbyteri, & Rectoris Parochialis Eccleſiæ Sancti Martini de Provincialibus, contra Joannem Oriol Agricolam dictæ Parochiæ.

Si verò Rectores, & Parochi non ſunt in poſſeſ- 4
ſione recipiendi jura comeſtiorum, ſive *dels menjars* vigiliarum, aut ſiſſenorum debent pro hujuſmodi ſolutione Parochianos laicos convenire apud Judicem ſæcularem: Ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Caſſador 10. Martii 1571. in favorem Joannis Manos Chirurgi Villæ Biſulduni. Et per Cancellarium Loris, Conſultoribus Cordelles, & Amell 17. Septembris 1577. in favorem Nobilis Raymundi de Torrelles contra Petrum Palau Rectorem Parochialis Eccleſiæ loci, & termini de Torrelles.

Hic erat proprius locus tractandi de cœnis præ- 5
ſentiæ, & abſentiæ Domini Regis; quid ſint, & unde originem habuerint, & quibus præſtentur, *vide de jure noſtro Conſtit.* 2. *tit. de remiſſio de monedatge*, Mietes *in Curia Barcinonæ Regis Petri* 2. *collat.* 2. *capit.*13. *tom.*1. *fol.*22. *in novis*, Deſpujol ad Mieres *verbo cœna*, ex Aragonenſibus Bardaxi *de offic. Gubernat. quæſt.*5. *numer.*58. *& quæſt.*7. *num.* 41. Portoles ad Molin. *verbo Regens officium Gubernatoris*, *numer.* 5. omnium latiſſimè videndus Regens Seſſe *de inhibit cap.*4. §.7. *à num.*5. *cum pluribus ſeq.*

---

### *ARGUMENTUM.*

Taſcharum quis ſit Judex competens Eccleſiaſticus, vel ſæcularis.

*SUMMARIUM.*

1 *Taſchæ, quæ frequentantur, & ſunt in uſu in Diœceſi Gerundenſi, ſe habent ad inſtar decimarum.*

2 *Taſcharum condemnatio ſit tantum à die litis motæ.*

3 *Taſchæ integrè, & ſine diminutione, & fraude ſolvendæ ſunt abſque aliqua expenſarum deductione.*

4 *Taſcharum debitores compelli poſſunt eas ſolvere in manipulis, & garbis, ſi probantur fraudes commiſſæ ſolvendo in grano, vel ad menſuram.*

5 *Taſcharum quis ſit Judex competens Eccleſiaſticus, vel ſæcularis, num.*5. *&* 6.

DE-

## DECISIO CXCIII.

1 TAſchæ, quæ frequentantur, & ſunt in uſu in Diœceſi Gerundenſi, ſe habent ad inſtar decimarum, & ex conſuetudine ſcripta ſolvuntur, ſoluta decima, ad undecimam menſuram, quamvis in capibreviis, & aliis inſtrumentis, in quibus taſcharum obligatio continetur, non inquiratur expreſsè dictum, quid pro eis ſit ſolvendum, fit condemnatio ſolvendi pro taſchis undecimam menſuram, ſoluta decima, ut cum deciſionibus noſtri Senatus probat Fontanella *de pact. nupt. tom.1.clauſ.4.gloſſ.20.n.1.*

2 Undè infertur 2. quod ſicut in Cathalonia fit tantùm condemnatio decimarum à die litis motæ, *ut tradidi, deciſ.187. num.9. hac parte* 4. ita ſimiliter taſcharum condemnatio fit tantùm à die litis motæ, ut declaravit noſter Senatus, referente Raphaele Rubi, & Coll.13. Februarii 1609. in favorem Nobilis Raimundi de Blanes & Centelles, contra particulares de Valigorguina. Scriba Cortell.

3 Infertur ſecundo, quod ſicut decimæ integrè ſine diminutione, & fraude abſque aliqua expenſarum deductione ſolvi debent, *ut dixi, deciſ.289. numer. 2. & 3. hac part.*4. ita pariter taſchæ integrè ſine diminutione, & fraude ſolvendæ ſunt abſque aliqua expenſarum deductione, *pragmat.* 3. *verſic. Ab la mateixa conſtitutio, tit. de decimis*, Fontanella *de pact. nupt. tom.*1. *clauſ.*4. *gloſ.*20.*num.*5.

4 Infertur tertio, quod ſicut laici debitores decimarum poſſunt compelli eas ſolvere in manipulis, & garbis, non obſtante conſuetudine etiam immemoriali illas ſolvendi in grano, vel ad menſuram, ſi probantur commiſſæ fraudes ſolvendi in grano, vel ad menſuram, *ut dixi, deciſ.*189. *num.*12. *hac part.*4. eodem modo laici debitores taſcharum compelli poſſunt eas ſolvere in manipulis, & garbis, ſi probantur fraudes commiſſæ ſolvendo in grano, vel ad menſuram, ſic cum deciſione noſtri Senatus Fontanella *de pact. nupt. tom.*2. *clauſ.*4. *gloſſ.*20. *à num.* 3. *uſque ad finem.*

5 Infertur quarto, quod ſicut Epiſcopus, Capitulum, Parochus, ſeu alius Clericus exiſtens in poſſeſſione recipiendi decimas à laico, poteſt eum convenire ſuper illarum ſolutione coram Judice Eccleſiaſtico, *ut tradidi, deciſ.*186. *num.*7. *hac part.*4. pariformiter ſi Epiſcopus, Capitulum, Parochus, ſeu alius Clericus ſi eſt in poſſeſſione recipiendi taſchas à laico, poteſt eum convenire ſuper illarum ſolutione coram judice Eccleſiaſtico. Ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Monſerrat 20. Octobris 1581. in favorem Joannis Torroella, & Ros Canonici, & Beneficiati obtinentis Beneficium Sanctæ Crucis fundatum in Eccleſia Gerundæ, & Joannis Comala Presbyteri, obtinentis Beneficium Sancti Narciſi fundatum in Eccleſia Sancti Felicis Civitatis Gerundæ.

6 Et è contra quemadmodum Epiſcopus, Capitulum, Parochus, ſeu alius Clericus, ſi non eſt in poſſeſſione recipiendi decimas à laico, ſed agit petitorio, debet eum convenire ſuper illarum ſolutione coram Judice ſæculari, *ut dixi, deciſ.*186. *num.* 10. & 11. *hac part.*4. ita ſimiliter Epiſcopus, Capitulum, Parochus, ſeu alius Clericus, ſi non eſt in poſſeſſione recipiendi taſchas à laico, ſed agit petitorio, debet eum convenire coram Judice ſæculari. Sic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Caſſador 7. Januarii 1568. in favorem Petri Sitjar agricolæ Parochiæ Sanctæ Chriſtinæ de Aredo contra Jacobum Cerda Presbyterum, & Canonicum Eccleſiæ Sancti Felicis Gerundæ obtinentem Beneficium ſub invocatione Sancti Joannis inſtitutum in Eccleſia Gerunden. ſuper ſolutione taſcharum quarundam petiarum terræ per dictum Sitjar poſſeſſarum.

### *ARGUMENTUM.*

**An laicus pro ſolutione annuæ præſtationis Eccleſiæ, ſeu Clerico poſſit conveniri coram Judice Eccleſiaſtico.**

### *SUMMARIUM.*

1 *Laicus ſi ſolitus eſt ſolvere, ſeu eſt in poſſeſſione ſolvendi annuam præſtationem Eccleſiæ, ſeu alicui Clerico, poteſt ratione poſſeſſionis conveniri apud Judicem Eccleſiaſticum, num.*1. *ſecus ſi non eſt ſolitus ſolvere, num.*15.

2 *Laicus ſi ſolitus eſt ſolvere, ſeu eſt in poſſeſſione ſolvendi annuam præſtationem Eccleſia, ſeu alicui Clerico, ſi deſierit ſolvere, ſpolium committit.*

3 *Debitor ſolitus ſolvere aliquam annuam præſtationem, ſi denegat ſolvere, committit ſpolium.*

4 *Laicus qui Eccleſiam, ſeu Clericum ſpoliavit, etiam ſi bona Clerici eſſent patrimonialia, poteſt ratione ſpolii conveniri coram Judice Eccleſiaſtico.*

5 *Laicus ſi ſolitus eſt ſolvere, ſeu eſt in quaſi poſſeſſione ſolvendi annuam præſtationem Eccleſiæ, vel Clerico, ſi deſinit ſolvere, turbat Eccleſiam, ſeu Clericum in ſua quaſi poſſeſione.*

6 *Creditor, qui eſt in poſſeſſione exigendi annuam præſtationem, turbari dicitur in quaſi poſſeſſione exactionis annuæ præſtationis, eo ipſo, quod debitor deſinit annuam præſtationem ſolvere.*

7 *Laicus turbans Eccleſiam, ſeu Clericum in ſua poſſeſſione poteſt coram Judice Eccleſiaſtico conveniri, num.*7. & 8.

9 *Turbari quis in ſua poſſeſſione, & non ſpolietur vix fit unquam.*

10 *Laicus, ut poſſit conveniri pro annua præſtatione coram Judice Eccleſiaſtico ad inſtantiam Eccleſiæ, ſeu alicujus Clerici, probare debet Eccleſia, vel Clericos ante omnia laicum ſolitum eſſe ſolvere Eccleſiæ, ſeu Clerico illam annuam præſtationem, num.*10. *cum ſeq.*

12 *Qualitas tribuens juriſdictionem in primis, & ante omnia probari debet, num.*12. & 14.

## DECISIO CXCIV.

QUæſtioni in argumento propoſitæ ſub diſtinctione, Reſpondetur quod laicus ſi eſt ſolitus ſolvere, ſeu eſt in poſſeſſione ſolvendi annuam præſtationem Eccleſiæ, ſeu Clerico, poteſt ratione poſſeſſionis conveniri apud Judicem Eccleſiaſticum, ita Michael Ferrer. *parte* 3. *obſervan. capite* 232. *verſic. Non tamen, in fine*, latè Ripoll cum multis deciſionibus Cancellarii Cathaloniæ *var. reſolut. cap.* 1. *à num.*165. & *num.*234. quem ſequitur Fermoſin. *in cap. ſi Clericus* 5. *quæſt.*7. *num.*2. *de foro compet.* idem Ripoll. ad Peguer. *in praxi civili, rub.*14. *numer.*94. alias plures deciſiones Cancellarii Cathaloniæ referam deciſionibus ſequentibus, in quibus aliis multis, Doctorum authoritatibus exornabo. 1

Probatur primo, quia laicus ſi ſolitus eſt ſolvere, ſeu eſt in poſſeſſione ſolvendi annuam præſtationem Eccleſiæ, ſeu Clerico, ſi deſinit ſolvere, committit ſpolium, Ferrer *dicta part.*3. *obſerv. capite* 232. *verſ. Non tamen in fine*, Ripoll ad Pegueram *in praxi civil. rub.*14. *numer.*94. & *variar. capite* 1. *numero* 166. & 242. Diana *reſol. moral. part.* 4. *tract.*1. *reſol.*24. & *in coordinat. part.*9. *tract.*2. *reſol.* 271. *num.*3. Thom. del Bene, *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *capite* 7. *dub.*1. *ſect.*2. *numero* 24. Ciarlin. *controv. forenſ. capite* 52. *numero* 19. *lib.*1. alios addit Sperel. *deciſ.*98. *numero* 10. *lib.*1. Quod generale eſt in quolibet debitore ſolito ſolvere aliquam annuam præſtationem, qui ſi denegat ſolvere aliquam annuam præſtationem, ſpolium committit, ut pluribus citatis docent Rota *deciſ.*99. *n.*3. *p.*1. *diver.* Menoch. *de reten.* 2 3

*poſſeſ.*

poſſeſſ. remed. à num. 476. ad 481. Cavaller. dec. 101.
numer. 3. Ciarlin. controv. forenſ. cap. 52. numer. 34.
lib. 1. Luca in theatro veritatis, lib. 3. diſcurſ. 46. n.
7. Caroc. de locato, par. 4. tit. de recuſat. numer. 43.
Sperel. deciſ. 100. n. 8. lib. 1. Cancer par. 2. var. cap.
7. num. 116. Fontanella de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4.
4 gloſſ. 18. par. 4. n. 11. Sed laicus, qui Eccleſiam, ſeu
Clericos ſpoliavit, etiam, ſi bona Clerici eſſent pa-
trimonialia, poteſt ratione ſpolii coram Judice Ec-
cleſiaſtico conveniri, Ferrer. par. 3. obſerv. cap. 278.
in fine, & alii plures, quos laudavi, cum pluribus
deciſionibus Cancellarii Cathaloniæ deciſ. 165. num.
12. part. 1. Ergo, &c. ita argumentantur Ferrer. &
locis citatis, num. 2.
5 Probatur 2. quia laicus ſi ſolitus eſt ſolvere, ſeu
eſt in quaſi poſſeſſione ſolvendi annuam præſtationem
Eccleſiæ, turbat Eccleſiam, ſeu Clericum in ſua qua-
ſi poſſeſſione, Sperell. poſt alios deciſ. 98. numer. 10.
in fine, lib. 1. Queſada Pilo, diſſertat. 15. numer. 4.
6 & 5. Ut eſt † generale in quolibet creditore, qui eſt
in poſſeſſione exigendi penſionem, nam turbari di-
citur in quaſi poſſeſſione exactionis penſionis, eo ip-
ſo, quod debitor deſinit ſolvere penſionem, Seraph.
deciſ. 299. numer. 13. Poſthius de manut. obſerv. 41.
7 numer. 10. Sed laicus † turbans Eccleſiam, vel Cle-
ricum in ſua poſſeſſione conveniri poteſt coram Ju-
dice Eccleſiaſtico, Menoch. plures citat de retinen.
poſſeſſ. remed. 3. à numer. 361. Sperell. deciſ. 41. nu-
mer. 40. & 41. lib. 1. Reg. Seſſe de inhibit. capite 9.
§. 3. numer. 33. & 35. Queſada Pilo, diſſert. 15. nu-
8 mer. 5. Hocque † procedit in quacumque poſſeſſio-
ne Eccleſia, vel Clericus exiſtat, nam ſi laicus tur-
bat Eccleſiam, ſeu Clericum in quacumque poſſeſ-
ſione exiſtentem, poteſt coram Judice Eccleſiaſtico
conveniri, Ripoll. cum deciſione Cancellarii Ca-
thaloniæ var. reſol. capite 1. numer. 239. & 240. re-
fert, & ſequitur Fermoſin. in cap. ſi Clericus 5. quæſt.
9 1. numer. 17. de foro compet. Quia vix † quis turba-
tur in ſua poſſeſſione, quin hoc ipſo ſpolietur, cùm
revera relicto omni velamine, qui turbat, ſpoliat,
argum. l. vim facit 11. ff. de vi, & vi armata, Fa-
ber in Cod. lib. 8. titul. 4. uti poſſidetis, defin. 8. nu-
mer. 6. Fontanella deciſ. 320. numer. 12. part. 2. de
qua Ciarlin. controverſ. forenſ. capite 52. numer. 34.
lib. 1. Menochius de retinen. poſſeſ. remed. 3. à num.
476. ad 481.
10 Sed advertat Advocatus, qui cauſam defendit in
Curia Eccleſiaſtica, ut curet ante omnia probare lai-
cum ſolitum eſſe ſolvere Eccleſiæ, vel Clerico id,
quod petitur, aliàs non obtinebit, Ripoll. var. re-
ſol. cap. 1. num. 166. verſic. Ex quibus, & num. 238.
ſequitur Diana reſol. mor. par. 5. tract. 1. reſol. 7. &
in coordinat. par. 9. tract. 2. reſol. 280. num. 7. in fi-
ne, verſic. Unde, Fermoſin. in capite ſi Clericus 5.
quæſt. 4. n. 4. & quæſt. 7. num. 2. de foro compet.
11 Et quamvis ipſe Fermoſin. in dicto cap. ſi Clericus,
quæſt. 4. n. 4. de foro compet. dicat quod ſibi hæc pra-
xis non diſplicet, licèt non ſit multùm neceſſaria.
Tamen quod ſit multum neceſſaria eſt evidens. Quia
cùm ratione poſſeſſionis competat Judici Eccleſiaſti-
co juriſdictio in laicum, hæc qualitas tribuens ju-
riſdictionem debet ante omnia probari, & de ea
conſtare, ut docent Ripoll. & Diana citati numer.
10. cùm regulare ſit, quod qualitas tribuens juriſ-
dictionem in primis, & ante omnia probari debet,
ex pluribus exornavi, deciſ. 13. à numer. 3. & deciſ.
30. num. 78. part. 1. quibus addo Pereyram de man.
Regia, par. 2. capit. 27. num. 2. Don Didac. Anton.
Frances de Urrutigovti de compet. juriſdic. quæſt. 73.
numer. 57. me citato laborioſiſſimus collega Triſtany
in Corona Benedict. capite 2. num. 66. & 67. Queſa-
da Pilo diſſert. 18. num. 3. & 4.
12 Nec poteſt ſuſtineri dictum ejuſdem Fermoſini,
quod qualitas in libello expreſſa fundat juriſdictio-
nem, argum. l. cùm quædam puella, §. fin. ff. de ju-
riſdict. omn. jud. ubi quid, & quantum petatur, at-
tenditur, non id, aut quantum debeatur, exornat
Caſtillo de tertiis, tom. 7. capite 12. num. 23. verſic.
Item, Salgado de Reg. protect. par. 2. capite 4. num.
45. Pereyra de man. Reg. part. 2. cap. 27. numer. 1.
Queſada Pilo, diſſert. 18. num. 5.
Quia qualitas quotieſcumque eſt delativa juriſdi-
ctionis, ſine qua Judex non poſſet procedere, qui 13
caſus noſter eſt, probari debet ab eo, qui in illa ſe
fundat, Portoles ad Molin. §. appellatus crimin. à
numer. 7. Regens Seſſe deciſ. 425. numer. 14. tom. 4.
& latiſſimè de inhibit. cap. 5. §. 6. à numer. 16. cum
pluribus ſeq. Valenzuela conſ. 191. num. 7. 9. & 14.
tom. 2. Caſtillo deciſ. 156. num. 5. tom. 2. Maſtril. de
indulto, cap. 29. num. 20. Pereyra de man. Reg. part.
2. cap. 27. num. 3. & 4. Salgado de Reg. protect. par.
2. cap. 4. numer. 46. & de ſuppl. ad Sanctiſs. part. 2.
cap. 3. §. 2. à num. 12. Queſada Pilo diſſert. 15. num.
43. & diſſert. 16. num. 15.
Si verò laicus non eſt ſolitus ſolvere annuam præ-
ſtationem Eccleſiæ, ſeu Clerico, eo caſu per Ec- 15
cleſiam, ſeu Clericum conveniri debet coram Ju-
dice ſæculari, juxta dicta in præcedentibus deciſio-
nibus, & dicenda in ſequentibus.

---

### ARGUMENTUM.

**An laicus pro hæreditate, rebus, vel bonis ad Eccleſiam, ſeu Clericum ſpectantibus poſſit conveniri apud Judicem Eccleſiaſticum, vel debeat conveniri coram Judice ſæculari.**

### SUMMARIUM.

1 *Laicus pro hæreditate, rebus, vel bonis ad Eccleſiam, ſeu Clericum ſpectantibus poteſt conveniri coram Judice Eccleſiaſtico, numer. 1. amplia num. 2. 3. 4. & 5. Sed quod debet conveniri coram Judice ſæculari, num. 6. amplia numer. 7. 8. & 9. quid obſervetur in Cathalonia, num. 10. & 11.*

12 *Eccleſia, ſeu Clericus coram quo Judice, contra laicum poſſit ob læſionem petere reſtitutionem in integrum, & reſciſſionem contractus, n. 12. 13. 14. 16. & 17.*

### DECISIO CXCV.

PLures de jure affirmant, Quod laicns pro hære- 1
ditate, rebus, vel bonis ad Eccleſiam, ſeu Cle-
ricum ſpectantibus, poteſt coram Judice Eccleſia-
ſtico conveniri, per text. in cap. ſi Clericus 5. ubi
Abbas numer. 2. Felin. numer. 4. Socin. numer. 15.
Balboa num. 9. Barboſa multis citatis n. 2. Fermoſin.
quæſt. 3. de foro compet. Pet. Barboſa in l. ſi quis ex
aliena, à num. 140. ff. de jud. Oſaſcus deciſ. 31. num.
2. & 3. Maranta de ord. jud. par. 4. diſt. 11. ſub nu-
mer. 6. Scaccia de jud. lib. 1. cap. 11. num. 15. Ca-
rol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. num. 521. Seſſe
de inhib. cap. 9. §. 3. numer. 51. Bellet. diſq. Cler. par.
1. tit. de favore Cler. reali, §. 5. numer. 2. Guttier.
Canonic. lib. 1. cap. 34. num. 13. Sperell. deciſ. 98. n.
2. & 3. lib. 1. Ciarlin. controv. forenſ. lib. 2. cap. 171.
n. 18. & c. 188. num. 2. & 3. Gratian. diſcept. forenſ.
cap. 238. num. 12. Valenzuela conſ. 53. numer. 29. lib.
1. Pereyra de man. Reg. part. 2. cap. 27. numer. 6. Ma-
ceraten. lib. 1. var. reſol. 48. à num. 1. & reſol. 98. n.
1. Bolannos in Cur. Philip. tom. 1. par. 1. §. 5. n. 10.
Thom. del Bene de imm. Eccleſ. tom. 1. cap. 7. dub. 1.
ſect. 2. n. 6. Ybannez. de Faria ad Covar. lib. 1. var.
capit. 4. n. 14. Borrellus in ſum. deciſ. par. 1. tit. 13. n.
177. Queſada Pilo, diſſert. 15. n. 1. Diana reſol. mor.
part. 4. tract. 1. reſol. 24. & 56. & par. 5. tract. 1. reſol.
7. & in coordin. par. 9. tract. 2. reſol. 279. 280. & 281.
Marin. lib. 1. reſolut. jur. cap. 267. ubi Rodoer. n. 1.
& 2. Miranda de ord. jud. quæſt. 1. art. 5. concluſ. 4.
in fine, Boſſius in moralibus, tom. 3. tit. 18. n. 544.
Non ſolùm quando agitur actione reali, ut lo- 2
quitur Menoch. conſ. 1161. n. 11. lib. 12. Et per di-
ctionem maximè, Ybannez de Faria ad Covar. lib.
1. var. cap. 4. n. 15. Sed etiam quando agitur actio-
ne perſonali, vel mixta, Felin. in cap. ſi Clericus,
n. 4. Abbas n. 12. in fine, Imola n. 2. & 3. Socin. n. 15.

Barboſa

Barboſa multos citat num.2. verſic. Hoc adeo verum eſſe, de foro compet. Oſaſcus deciſ.31. n.3. & 6. Bellet. diſq. Cler. part.1. tit. de favore Cleric. reali, §.n.3. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. n.521. verſic. Subampliatur, in princ. Sperell. deciſ. 98. n. 2. tom. 1. Ciarlin. contr. foren. lib.1. cap.52. num.19. & lib. 2. cap.171. num.49. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom.1. cap.7. dub.1. ſect.2. à num.6. Diana reſol. mor. 4. tract.1. reſol.24. & 56. & par.5. tract.1. reſol.7. & in coordinat. par.9. tract.2. reſol.179. & 280. n.2. & 6. & reſol.281. n.2.

3 Etiam ſi teſtatore expreſsè prohibuiſſet ſub clauſula irritante, ne Judex Eccleſiaſticus de hæreditate, rebus, & bonis ad Eccleſiam, ſeu Clericum ſpectantibus ſe intromitteret, nihilominus Judex Eccleſiaſticus dicitur competens, & ſpreta defuncti voluntate, valet manum apponere, Guttier. in l. nemo poteſt, n.451. n.2. ff. de legat.1. alios laudat Queſada Pilo diſſert.15.

4 Adeo quod laicus nedum poteſt conveniri coram Judice Eccleſiaſtico pro hæreditate, rebus, & bonis ad Eccleſiam, ſeu Clericum ſpectantibus, ſed etiam pro fructibus, ut deducitur ex capit. ſi Clericus 5. de foro competent. ponderando verba pro re ſua, vel Eccleſiæ, rei namque appellatione veniunt fructus, l. rei, ff. de verb. ſignif. l. rem, ff. de acquir. rer. Dominio, ſic Sperell. deciſ.98. n.5. & 6. lib.1. Bellet. diſq. Cler. part. 1. tit. de favore Cler. Reali, §.5. n.8. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom.1. cap.7. dub.1. ſect.2. à num.9. Fermoſin. in cap. ſi Clericus 5. q.4. de foro compet. Diana reſol. mor. par.4. tract.1. reſol.24. & par.5. tract.1. reſol.7. & in coordinat. par.9. tract.2. reſol.280. & 281. Marinis reſol. jur. lib.1. cap.207. Boſſius in mor. tom.3. tit.18. ſub num.544.

5 Quinimo ſi laicus promittit Clerico eum præferri in alienatione rei ſuæ, in caſu venditionis per illum fiendæ, poteſt pro adimplemento promiſſionis coram Judice Eccleſiaſtico conveniri, Menoch. conſ. 1161. n. 10. lib.12. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. n. 521. verſ. Subampliatur, in fine.

6 Sed alii in contrarium docent, quod laicus pro hæreditate, rebus, vel bonis ad Eccleſiam, ſeu Clericum ſpectantibus non poteſt conveniri coram Judice Eccleſiaſtico, ſed eſt conveniendus apud Judicem ſæcularem, quia actor forum rei ſequi tenetur, c. ſi Clericus laicum 5. ubi Barboſa num.4. cap. cùm ſit generale 8. ubi Barboſa num.2. de foro comp. idem Barboſa appellat.10. num.11. remiſſivè Scialoya de foro compet. cap.1. à n.1. ita Bobadilla in polit. lib.2. c.18. num.161. Caldas Pereyra in leg. ſi curatorem habens, verbo implorandum, num.32. Gabriel Pereyra de man. Reg. par.2. cap.27. n.7. latè probat, & deciſum teſtatur Queſada Pilo diſſert.15. num.2. Et hæc opinio eſt utilitati rerum maximè conſentanea, nam ſi aliter admitteretur, foret ut Eccleſiaſtica juriſdictio, & ſæcularis omnino confunderentur, quod à tota juris ratione abhorrens eſt, ſic Parlad. rer. quotid. tom.3. dif.9. §.3. n.2.

7 Etiamſi per Eccleſiam, vel Clericum agatur hypothecaria, vel rei vindicatione, Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. num.513. Ripoll. var. cap.1. à num. 474. ad 481. ſed ſe opponit Ciarlin. cont. foren. lib. cap. à num.61.

8 Et multo magis ſi laicus neget, hæreditatem, res, & bona eſſe Eccleſiæ, vel Clerici, ut poſt alios tradunt Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. num. 522. Theſaur. quæſt. foren.15. num.1. lib.2. Cardoſo in praxi judic. verbo laicus, num.2. verſic. Si tamen, Ciarlin. controv. foren. lib.1. cap.105. ſub num.85. & lib.2. cap. 121. num.50. Sed vide eundem Ciarlin. à num.50. verſ. Reſpondetur, Barboſa in cap. ſi Clericus 5. num.2. verſic. Si vero, Fermoſin. quæſt.1. de foro compet. Seſſe de inhib. cap.5. §.6. à num. 20. verſic. Secunda concluſio, cum ſeq. & cap.9. §.3. à num.31. Pereyra de man. Reg. cap.27. par.2. Boſſius l. moral. tom.3. cit. 18. num. 544. verſ. Nam ſi laicus.

9 Nec etiam pro fructibus, latè Oſaſcus deciſ.37. à n. 4. verſ. Contrariam opinionem.

10 Sed quid in Cathalonia obſervetur, eſt videndum. Et dico, quod obſervantia eſt, Quod ſi Eccleſia, vel Clericus eſt in poſſeſſione hæreditatis, rerum, vel bonorum, & conſtat, Eccleſiam, ſeu Clericum poſſidere, tunc cauſa tractanda eſt coram Judice Eccleſiaſtico, quia eo caſu Eccleſia, ſeu Clericus ſuſtinet vices rei, cujus favorem actor laicus ſequi debet, ut poſt Purpurat. Bellet. & Mangil. tradit Ciarlin. controverſ. forenſ. lib. ſecundo, capite 171. num. 53. & deciſum per Cancellarium Regni Aragonum die 1. aut 2. Junii 1605. teſtatur Seſſe de inhibition. capite nono, §. tertio, à num. 30. ita fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Manegat, Conſultoribus Balle, Sans, & Puig. 15. Junii 1584. in favorem Franciſci Fobs Presbyteri, & Rectoris Parochialis Eccleſiæ loci de Cardedeu, contra Joannem Sarapi Bajulum termini de Cardedeu ſuper Scrivania ejuſdem loci de Cardedeu. Et per Noguer tertium, Conſultoribus Taverner, Colomer, & Potau 8. Maji 1683. contra Joannem Franciſcum Mareſch, Civem Honoratum Barcinonæ, uti patrem, & legitimum Adminiſtratorem Geltrudis Mareſch, & Lafont filiæ ſuæ, & Franciſcam Portell & Lafont uxorem Franciſci de Portell Militis, & J. U. D. & in favorem Doctoris Oldegarii Monſerrat Archidiaconi majoris, & Canonici Sanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Tarraconæ Cancellarii præſentis Principatus, & Jacobi Camprodon Presbyteri uti manumiſſorum, & executorum teſtamenti Mariæ Eulaliæ Vabra, & Lafont viduæ, in quo hæredem univerſalem inſtituit Dominum Deum, & animam ſuam, ſuper poſſeſſione, ſeu quaſi hæreditatis, & bonorum dictæ Mariæ Eulaliæ Vabra, per dictos manumiſſores adepta, & in eos reſpectivè tranſlata ipſo jure à tempore aditionis hæreditatis ejuſdem Mariæ Eulaliæ per dictos manumiſſores facta die 7. Decembris 1681. quo illa obiit. His verbis, Firmæ juris in Curia ſæculari factæ per dictos Joannem Franciſcum Mareſch, & Franciſcum Portell, & Lafont, locum non fuiſſe, nec eſſe. Sicque procedit opinio affirmativa tradita, num.1.

Si verò Eccleſia, ſeu Clericus non eſt in poſſeſ- 11
ſione hæreditatis, rerum, vel bonorum, ſed agit petitorio, debet laicum convenire coram Judice ſeculari, ſic Ripoll. cum deciſione Cancellarii Loris 9. Decembris 1581. var. reſol. capite 1. à num. 474. ad 481. & notavi, deciſ.185. à num.14. part.4. & ſentit de Regno Aragonum Seſſe de inhibit. cap.9. §. 3. ſub num.31. Sicque intelligendi Oſaſc. deciſ. 31. Queſada Pilo diſſertat. 15. quibus adſtipulantur à me tradita, deciſ.28. numer.38. part.1. Pereyra de man. Reg. par.3. cap.35. num.11. Ybannes de Faria ad Covar. lib.1. var. cap.4. num.13. & ita procedit opinio negativa tradita, n.6.

Hujus occaſione dubitari poteſt coram quo judice 12
poſſit Eccleſia, ſeu Clericus contra laicum ob læſionem petere reſtitutionem in integrum, & reſciſſionem contractus? Quæſtio eſt gravis, & multùm controverſa.

Et in primis plures tenet, quod Eccleſia poteſt con- 13
tra laicum ob læſionem petere reſtitutionem in integrum, & reſciſſionem contractus, coram Judice Eccleſiaſtico, ex ſpeciali privilegio Eccleſiæ conceſſo, probant jura in cap. 1. ubi Abbas num. 18. de in integ. reſtitut. cap. ad noſtram, ubi Abbas num.2. & 6. de reb. Eccleſ. alien. vel non, Felin. in capit. cùm ſit generale, num.1. Innocent. num.2. Abbas num. 2. Soccin. num.13. de foro compet. idem Abbas in cap. conſtitutus, num. 1. de in integ. reſtitut. Diaz regul. 219. fallent. 2. Oddo de reſtitut. in integ. part. 1. q. 32. art.13. à num.5. & art.15. num.123. Maranta de ord. judic. par.6. de appellat. num. 113. Anſaldus de juriſd. par.3. tit. unico, cap.9. n.5. 6. 9. & 10. Avendanno de exequend. mandat. par.1. capit.4. num. 42. Guttier. canonic. lib.1. cap.34. num.10. Caſt. Palaus in oper. mor. par.7. de juſt. & jure, tract.32. diſp. 1. punct.19. §.8. num.4. & 5. Bellet. diſq. Cler. part.1. tit. de favore Cler. Reali, num.56. Auguſt. Barboſa in c. cauſa 9. n.3. de in integ. reſt. & in c. ad noſtram 11.

numer.3. de reb. Eccleſ. alien. vel non, Tondut. de prævent. judic. part.2. capit. 28. num. 17. Marinis l. 2. reſol. jur. cap.44. num.42. Ybannez de Faria ad Covar. lib.1. var. cap.4. n.7. verſic. Nihilominus, Sperel. deciſ.135. n.9. & 16. lib.2. Fermoſin. in c. ſi Clericus 5. quæſt.13. à n.1. ad 8. de foro comp. Pereyra de man. Reg. p.2. clauſ.28. à n.17. ad 27. Boſſius in mor. p.3. tit. 18. à n.542. & ad 546.

14 Quam opinionem procedere dicunt, non ſolùm quando Eccleſia læditur in bonis ſuæ fabricæ, ſed etiam in contractu bonorum menſæ capitularis, cùm verè, & propriè ſint bona Eccleſiæ, ut tradunt Oddo *de in integ. par.1. art.15. num.124.* Caſt. Palaus *in oper. mor. par.7. de juſt. & jure, tract. 32. diſp.1. punct.19. §.8. n.5. verſic. Quod non ſolùm*, Guttier. *can. lib.2. c.34. n.10.* Fermoſin. *in c. ſi Clericus 5. q.13. n.7. de foro compet.*

15 Sed alii verius docent, quod Eccleſia contra laicum ob læſionem tenetur petere reſtitutionem in integrum, & reſciſſionem contractus coram Judice ſeculari, ut melioribus fundamentis reſolvunt, & ad jura contraria reſpondent Covar. *lib.2. var. cap. 4. num.2.* Caldas Pereyra *in leg. ſi Curatorem habent, verbo implorandum, num.32.* Pet. Baraoſa *in leg. hæres abſens, §. proinde, à num.32. ad 38. ff. de judic.* Auguſt. Barboſa *in cap.1. num.9. de in integ. reſtit.* Parlador. *rer. quotid. tom.3. differ.9. §.3. num.8.* Hermoſilla *ad Gregor. Lopez, tom.2. libr.15. gloſſ.1. num. 99. fol. 77. pag.2.* Carleval. *de judic. lib.1. diſp.2. à num. 193. ad 197.* Balboa *in capit. cùm ſit generale, à num.16. & in cap. fin. articul.2. num.105. de foro compet.* Scialoya *de foro competent. capit.1. numero 8. & capit.53. numero 4.*

16 Quinimo aliqui ex Doctoribus in contrarium citatis, *numero 13.* Dicunt, tutius eſſe hoc in caſu citari laicum coram Judice ſeculari, Avendanno *n. 14.* Fermoſin. *numero 6.* & ex citatis pro hac ultima ſententia, *numero 15.* Hermoſilla *ſub numero 99.* & addunt Doctores citati, *numero 13.* in Senatu Pinciniano, ita declaratum fuiſſe, & omnia acta per Judicem Eccleſiaſticum eſſe nulla, & reum laicum coram Judice ſæculari conveniendum eſſe, ut Guttier. *numero 10.* Caſt. Palaus *numero 4.* Ybannez de Faria *num.4.* Fermoſin. *num.6. in fine*, Pereyra *n. 18. verſ. Utrum in fine*, & ex citatis pro hac ultima ſententia, *num.15.* Hermoſilla *ſub num.99.* Carleval. *num.195. in fine.*

17 Reſpectu Clerici quoad bona patrimonialia, licèt aliqui ex citatis, *numero 13*, teneant, quod Clericus contra laicum ob læſionem poteſt petere reſtitutionem in integrum, & reſciſſionem contractus coram Judice Eccleſiaſtico, ut Maranta *numero 113.* latè Ybannez de Faria *à num.8. ad 17.* Sperell. *num. 93. & 94.* Tamen alii ex Doctoribus citatis, *num. 13.* docent contrarium, quod Clericus pro bonis patrimonialibus debet contra laicum petere hanc reſtitutionem in integrum, & reſciſſionem contractus coram Judice ſæculari, ut Oddo *num.125.* Guttier. *num.11. & 12.* Caſt. Palaus *num.6.* Sperell. *11.* Fermoſin. *à num.9.* Marinis *num.43.* Gabriel Pereyra *n. 24.* & ex citatis, *num.15.* Cov. *num. 3.* Caldas Pereyra *num.33.* Carleval. *numer. 193. in fine*, Sperell. *deciſ. 155. num.11. lib.2.* Scialoya *de foro compet. c. 1. num.8. & cap.53. num.3.*

---

## *ARGUMENTUM.*

### An laicus pro ſolutione canonis, ſeu annui cenſus poſſit per Eccleſiam, ſeu Clericum conveniri apud Judicem Eccleſiaſticum.

#### *SUMMARIUM.*

1 *Laicus pro ſolutione canonis, ſeu annui cenſus an poſſit per Eccleſiam, vel Clericum conveniri apud Judicem Eccleſiaſticum, num.1. opinio affirmativa, num.2. negativa, num.3.*

4 *Eccleſia, ſeu Clericus in Cathalonia ſi eſt in poſſeſſione exigendi, & recipiendi canonem, ſeu annuum cenſum à laico, poteſt laicum pro ſolutione canonis, ſeu annui cenſus convenire coram Judice Eccleſiaſtico, n.4. ſicque fuit deciſum per Cancellarium, numero 5. Ampliatur 1. etiam ſi laicus ſit Regius Officialis, numero 6. ita deciſum per Cancellarium, numero 7. Ampliatur 2. in arrendatariis Eccleſiæ, vel Clerici, numero 8. deciſiones Cancellarii, numero 9. Ampliatur 3. etiam ſi laicus litem præveniat ſuper petitorio in Curia ſæculari, numero 10. deciſio Cancellarii, numero 11. limitat quando laicus confitetur ſe ſolitum eſſe ſolvere, & offert in hujuſmodi poſſeſſione Eccleſiam, vel Clericum conſervare, & manutenere, quo caſu eſt conveniendus coram Judice ſæculari, num. 12. Deciſiones Cancellarii, num.13.*

14 *Eccleſia, vel Clericus in Cathalonia ſi non eſt in poſſeſſione exigendi, & recipiendi canonem, ſeu annuum cenſum à laico, non poteſt in petitorio pro ſolutione canonis, ſeu annui cenſus laicum convenire coram Judice Eccleſiaſtico, ſed debet eum convenire coram Judice ſæculari, num. 24. deciſiones Cancellarii, num. 15. limita ſi in inſtrumento cenſus adſunt clauſulæ renuntiationis proprii fori, num.16.*

## DECISIO CXCVI.

QUæſtionem in argumento propoſitam tractat remiſſivè pluribus citatis Rodoer. *ad Marinis, l.1. reſol. juris, c.207. n.3.* 1

In qua prima eſt opinio affirmativa, quod laicus pro ſolutione canonis, ſeu annui cenſus poteſt per Eccleſiam, ſeu Clericum conveniri apud Judicem Eccleſiaſticum, Valaſcus *de jure emphyt. quæſt.39. numero 14. verſicul. Quod ſi emphyteuſis*, Cavalcan. *deciſ. 45. numero 98. part.1.* Barboſa *de jure Eccleſ. univer. lib.1. capit.39. §.2. n.159. verſic. Hinc procedit*, latè Sperell. *deciſ.98. libr. 1.* Marinis *reſol. jur. lib. 1. capit.207.* Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom. 1. cap.7. dub.1. ſect.2. numero 16.* Diana *reſolut. mor. part.4. tractat.1. reſolut. 24. & part.5. tractat. 1. reſolut.7. & in coordinat. part.9. tractat.1. reſolut. 280. numero 4. & reſolut. 180. ſub numero 3.* alios refert, ſed non ſequitur Queſada Pilo *diſſert.15. à numero 3. ad 7.* 2

Secunda eſt opinio negativa, quod laicus pro ſolutione canonis, vel annui cenſus debet per Eccleſiam, ſeu Clericum conveniri apud Judicem ſæcularem, latè Theſaurus *quæſt. foren. 15. tom.2.* Queſada Pilo *diſſert.15. num.40.* 3

Sed in Cathalonia, ſi Eccleſia, ſeu Clericus eſt in poſſeſſione exigendi, & recipiendi canonem, ſeu annuum cenſum à laico, tunc poteſt laicum pro ſolutione canonis, ſeu annui cenſus convenire apud Judicem Eccleſiaſticum, Ripoll. *variar. capite 1. numero 234. & 235.* ſequitur Fermoſin. *in capite ſi Clericus 5. quæſt.7. numero 9. de foro competent.* Et probat concordia inter Epiſcopum, & probos homines Barcinonæ in principio, quæ eſt *pragmatic. 13. titul. de juriſdict. omn. judic. in 2. volum. conſtitut.* & quamvis hæc concordia videatur localis, quia tamen ratio, & fundamentum dictæ concordiæ eſt generalis, dum dicit; ita diſpoſitum de jure communi, cùm actor forum rei ſequi debeat, procedit non ſolùm in Civitate Barcinonæ, ſed etiam in tota Cathalonia, Ferrer *part. 3. obſervat. capite 229. verſic. Pro quibus*, ibi: *Si verò, & verſicul. Et quatenus*, Sic fuit declaratum per Cancellarium Caſſador 20. Auguſti 1567. in favorem Jacobi Flaquer Rectoris Eccleſiæ Parochialis Civitatis Barcinonæ: contra Petrum Altamir Sartorem ejuſdem Civitatis Et per eundem Cancellarium Caſſador 4. Novembris 1567. in favorem Pauli Puigventos Canonici, & Hebdomadarii ſecundi Sedis Barcinonæ, contra Jacobum Pedralbes Agricolam Sancti Vincentii de Sarriano. Et per Cancellarium Loris 26. Aprilis 4

1577.

1577. in favorem Hieronymi Torner Beneficiati, contra Cyprianum Paſqual Agricolam Oppidi de Spondiliano. Et per dictum Cancellarium Loris Conſultoribus Ferrer, Cordelles, Seſcaſes, & Sal 20. Julii 1567. in favorem Operariorum Parochialis Eccleſiæ Sancti Octaviani Villæ Sancti Cucuphatis Vallen. contra Antonium Cellers Agricolam Parochiæ Sancti Martini de Prohenſals, Et per eundem Cancellarium Loris, 10. Septembris 1577. in favorem Archidiaconi majoris Sedis Barcinonæ, contra Franciſcum Riſſos Agricolam Parochiæ de Sarriano. Et per Cancellarium Manegat, Conſultorem Michaelis Pou Rectoris Parochialis Eccleſiæ Sancti Gabrielis de Grionibus, contra Gaſparem Huguet, & alios ejuſdem Parochiæ. Et per eundem Cancellarium Manegat, Conſultoribus Sala, & Sans Michaelis Pou Rectoris Eccleſiæ de Grionibus, contra Gaſparem Huguet, & alios ejuſdem Parochiæ. Et per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Senjuſt, Puigmija Mijavila Franqueſa, & Rubi Coll 19. Junii 1606. in favorem Bartholomei Auguſti Presbyteri, contra Maginum Calp Mercatorem Villæ Palamoſii. Et per eundem Cancellarium Agullana, Conſultoribus Ferrer, Senjuſt, & Ferruz 26. Octobris 1609. in favorem Michaelis Joannis Fivaller Archidiaconi de Villaſecca Eccleſiæ Tarraconæ, contra Philippum Figol. Et per Cancellarium Puigmari 12. Maji 1623. in favorem Petri Requeſens, uti obtinentis Beneficium Sancti Spiritus in Eccleſia Loci de Villafont fundatum, contra Franciſcum Mir Medicinæ Doctorum Villæ Petralatæ. Et per eundem Cancellarium Puigmari 10. Novembris 1623. in favorem Michaelis Sabater Canonici Sedis Barcinonæ, obtinentis olim Beneficium Sancti Salvatoris in Eccleſia Sancti Chriſtophori de Planes, contra Sebaſtianum Ayguabella Agricolam. Et per Cancellarium Monſerrat 12. Julii 1681. in favorem Pontii Juja, & Bavia Presbyteri obtinentis Beneficium ſub invocatione Sancti Michaelis in Eccleſia Parochiali Loci de Bordils, contra Joannem Carreres Civem honoratum Gerundæ. Idemque obſervatur in Regno Aragonum, deciſionem Cancellarii illius Regni refert Beſſe videndus *de inhibit. capite 9. §.3. à numero 30. & antea remiſſivè, capite 5. §.6. numero 44.*

6 Ampliatur 1. etiam ſi laicus ſit Regius Officialis poteſt pro ſolutione canonis, ſeu annui cenſus per Eccleſiam, vel Clericum conveniri apud Judicem Eccleſiaſticum, ſi Eccleſia, vel Clericus eſt in poſſeſſione exigendi, & recipiendi illam annuam penſionem cenſus, aut cenſualis, vel alterius annuæ præſtationis, Ripoll. *variar. capite 1. numero*
7 246. Ita fuit † in Cathalonia declaratum per Cancellarium Loris, Conſultoribus Fontpaſtor, & Sala 12. Martii 1578. in favorem Joannis Pauli Mauri Clerici obtinentis Beneficium Sanctorum Laurentii, & Antonii fundatum in Eccleſia Villæ Granolleriorum, contra Joannem Vinyals majorem dierum Parochiæ Sancti Vincentii de Sarria Officialis ſiccæ Barcinonæ. Et per Cancellarium Manegat 27. Octobris 1586. in favorem Joannis Villa Presbyteri obtinentis Beneficium ſub invocatione Beatæ Mariæ in Eccleſia Parochiali Sancti Petri Puellarum Barcinonæ fundatum, contra Paulum Ragas Aſſeſſorem Bajuliæ Generalis Cathaloniæ, quas refert idem Ripoll. *var. c.1. n.247. & 248.*

8 Ampliatur 2. ut non ſolùm Eccleſia, vel Clericus poteſt convenire laicum coram Judice Eccleſiaſtico pro ſolutione canonis, ſeu annui cenſus, vel cenſualis, aut alterius annuæ præſtationis, ſi Eccleſia, vel Clericus eſt in poſſeſſione exigendi, & recipiendi canonem, ſeu annuum cenſum, aut cenſuale, vel aliam annuam præſtationem, ſed etiam ejus arrendatarii, nam idem habent privilegium, quod Eccleſia, vel Clericus, Ripoll. *var. c. 1. num.236.* quem ſequuntur Diana *reſolut. mor. p. 5. tract.1. reſol.7. & in coordinat. part.6. tract. 2. re-*
*ſolut. 280. num.2. verſ. Sed non deſinam*, Fermoſin. *in cap. ſi Clericus 5. q.5. num.6. poſt prin. verſ. Quare de foro compet.* Thom. del Bene *de immun. Eccl. tom.1. capite 7. dub.1. ſect.2. numero 13.* Sic fuit † in 9
Cathalonia deciſum per Cancellarium Caſſador 14. Februarii 1570. in favorem Bartholomei Paſqual Presbyteri arrendatarii jurium, & emolumentorum Hebdomadariæ de Fornerlls Diœceſis Gerunden. contra Franciſcum Vedruna Gerundæ; refert Ripoll. *var. capit. numero 237.* Et per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Dalmau, Benach, Calba de Vallſeca, & Senjuſt 6. Aprilis 1601. in favorem Petri Ortoneda arrendatarii decimarum, & aliorum jurium Archiepiſcopi, & menſe Archiepiſcopalis Tarraconæ, contra plures ſingulares de Cambrils pro ſolutione quorundam cenſuum. Et per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Senjuſt, & Ferruz 24. Martii Monaſterii Sancti Laurentii del Munt Ordinis Divi Benedicti contra conjuges Ribes de la Rocha.

Ampliatur 3. ut procedat, etiam ſi laicus litem 10
præveniat ſuper petitorio in Curia ſæculari, & Eccleſia, ſeu Clericus litem moveat ſuper poſſeſſorio in Curia Eccleſiaſtica, declaratur per Cancellarium cauſam ſuper poſſeſſorio tractandam eſſe in Curia Eccleſiaſtica ſi Eccleſia, vel Clericus eſt in poſſeſſione exigendi, & recipiendi annuum cenſum, non obſtante præventione facta per laicum ſuper petitorio in Curia ſæculari, Ripoll. *var. reſolut. cap. 1.* 11
*numero 144.* ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Loris 12. Decembris 1581. contra Angelum del Paz Villæ Perpiniani tradit idem Ripoll. *var. cap.1. num. 245.*

Limitatur, ut procedat, quando laicus negat poſ- 12
ſionem Eccleſiæ, ſeu Clerico exigendi, & recipiendi canonem, ſeu annuum cenſum, ſeu cenſuale, aut aliam annuam præſtationem, nam tunc ratione poſſeſſionis conveniri poteſt coram Judice Eccleſiaſtico? ſecus quando laicus confitetur Eccleſiam, ſeu Clericum eſſe in poſſeſſione exigendi, & recipiendi, ſeu ſolitum ſe eſſe ſolvere penſionem canonis, ſeu annui cenſus, aut cenſualis, vel alterius annuæ præſtationis, & offert in hujuſmodi poſſeſſione Eccleſiam, vel Clericum conſervare, & manutenere, quo caſu laicus ad inſtantiam Eccleſiæ, ſeu Clerici conveniendus eſt coram Judice ſæculari, probari concordia inter Epiſcopum, & Probos homines Barcinonæ, *quæ eſt pragmatic. 13. titul. de juriſdict. omn. judic. in 2. volum. Conſtitut.* Ferrer *part. 3. obſervat. capite 229. verſ. Pro quibus, ibi: ſed ſi faciens*, Ripoll. *var. capite 1. numero 242.* Ita 13
fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Manegat 8. Auguſti 1586. in favorem Hieronymi Miquel J. U. D. contra Syndicum Capituli Barcinonæ refert Ripoll. *var. capite 1. num.243.* Et per Rovirola Tertium, Conſultoribus Aſtor, Fontanet & Pineda 28. Februarii 1598. in favorem Lucæ Soler Tapinerii Civis Barcinonæ, contra Ludovicum de Sarrià Presbyterum, & Beneficiatum in Eccleſia Barcinonæ ſuper petitione cenſus 4. ℔. 10. ſ debitarum dicto Sarrià uti obtinenti Capellaniam Sancti Nicolai in Eccleſia Barcinonæ; eo quia dictus Soler confeſſus fuit dictum Sarrià eſſe in poſſeſſione recipiendi dictos cenſus à ſe petitos, & obtulit illum in dicta poſſeſſione conſervare, & manutenere, fuit declaratum firmæ juris factæ in Curia Regentis Vicariam Barcinonæ per dictum Ludovicum Soler locum fuiſſe, & eſſe.

Si verò Eccleſia, ſeu Clericus non eſt in poſſeſ- 14
ſione exigendi, & recipiendi canonem, ſeu annuum cenſum à laico, ſed agit petitorio pro ejus ſolutione non poteſt in Cathalonia laicum convenire coram Judice Eccleſiaſtico, ſed debet eum convenire coram Judice ſæculari, ex regula quod actor forum rei ſequi debet, *probant*, *pragmatica Regis Petri III. directa Officialibus Barnonæ data Montiſoni decimo quinto Martii 1363. quæ eſt quarto, & alia pragmatica ejuſdem Regis*



BIBLIOTECA GRANADA

*gis Petri III. directa eiſdem Officialibus* data Barcinonæ 28. Septembris 1367. quæ eſt 5. & alia pragmatica Regis Martini data Valentiæ 20. Martii 1407. quæ eſt 10. & Concordia inter Epiſcopum, probos homines Barcinonæ, quæ eſt pragmatica 13. verſicul. ſi verò cenſus, titul. de juriſdict. omni judic. in 2. volum. Conſtit. latè cum deciſione Cancellarii Cathaloniæ Ferrer *part. 3. obſervat. capite 229.* Adde ita deciſum in Cathalonia per Cardona Tertium, Conſultoribus Jofre, & Negrell 22. Octobris 1566. in favorem Franciſci de Vilamay Domicelli in Vicaria Biſulduni domiciliati contra procuratorem, & Æconomum Monaſterii Prædicatorum Civitatis Gerundæ. Et per Cancellarium Caſſador 23. Julii 1569. in favorem Petri Figueres Bajuliæ de oculo ſtricto. Et per eundem Cancellarium Caſſador 18. Martii 1570. in favorem Hieronymi, & Raphaelis Companys Civium Gerundæ, contra Procuratorem, & Æconomum Anniverſariorum Eccleſiæ Sancti Martini Sacoſta ejuſdem Civitatis. Et per Cancellarium Loris, Conſultoribus Negrell, & Septembris 1572. in favorem Jacobi Prats, & aliorum termini Caſtri de Rubione contra Franciſcum Bartra Beneficiatum Beneficii, ſub invocatione Sancti Joannis in Eccleſia de Rubione fundati. Et per eundem Cancellarium Loris, Conſultore Amell 4. Julii 1578. in favorem Hieronymi Ramon Agricolæ contra Onofrium Gorgot uti obtinentem Beneficium ſub invocatione Beatæ Mariæ in Eccleſia Parochiali de Fontanillis. Et per dictum Cancellarium Loris, Conſultoribus Puig, & Font Paſtor, 5. Junii 1580. in favorem Antici Dalmau Agricolæ loci de Sans, Bajuliæ de Virginibus contra Joannem Calba, & Tafurer Domicellum Gerundæ Domiciliatum ſequeſtrem Regiæ Abbatialis Dignitatis Monaſterii Sancti Michaelis de Fluviano; & per Rovirola Tertium 13. Junii 1598. in favorem Gaſparis Turlas Villæ de Puigcerdà contra Philippum Altamajo Presbyterum, per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Aſtor, & Dalmau 3. Aprilis 1599. in favorem Philippi, & Michaelis Terca, contra Enricum Villa Rectorem de Tagamanent, & per Cancellarium Carmona Conſultoribus Senjuſt, & Morell, 5. Septembris 1518. in favorem Joannis, & Raphaelis Balle agricolarum Parochiæ de Cardedeu contra Franciſcum Caſals Presbyterum, & per Cancellarium Puigmari 20. Julii 1628. in favorem Raphaelis Negre Civitatis Ilerdæ contra Paulum Spannol Presbyterum, & Beneficiatum Beneficii Sanctæ Ceciliæ in Eccleſia Parochiali Sancti Joannis de Platea Civitatis Ilerdæ.

16 Limita ſi in inſtrumento cenſus adſunt clauſulæ renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque Judicis, nam tunc laicus poteſt conveniri coram Judice Eccleſiaſtico, *ut latè dixi, deciſion. 168. part. 3.*

---

*ARGUMENTUM.*

## An laicus pro ſolutione penſionis cenſualis poſſit conveniri per Eccleſiam, ſeu Clericum apud Judicem Eccleſiaſticum?

*SUMMARIUM.*

1 *Eccleſia, ſeu Clericus in Cathalonia ſi eſt in poſſeſſione exigendi, & recipiendi à laico penſionem cenſualis, poteſt eum pro ejus ſolutione convenire coram Judice Eccleſiaſtico, num. 1. amplia, & limita, num. 2.*

2 *Eccleſia, vel Clericus in Cathalonia ſi non eſt in poſſeſſione exigendi, & recipiendi à laico penſionem cenſualis, non poteſt in petitorio pro ejus ſolutione convenire coram Judice Eccleſiaſtico, ſed debet eum convenire coram Judice ſæculari, num. 3. limit. num. 4.*

5 *Debitor an teneatur penſionem annui cenſus, cenſualis, violarii, aut cujuſcumque debitorii deferre ad domum creditoris, illud quod debet, numero 6. quid in Cathalonia, num. 6. & vide, num. 7.*

8 *Solutiones trium annorum ſucceſſivæ, & continuatæ ſigillatim per apochas diſtinctas, vel Chirographa diverſa inducunt præſumptionem, & faciunt præſumi penſiones præteritas ſolutas fuiſſe, numero 8. quod procedit etiam in contractu cenſualis, num. 9.*

10 *Cenſualis inſtrumentum, ſi non reperiatur, ſi ex partita tabulæ, ſive banchi de ſolutione pretii, & de ejus venditione, & de aliis partitis conſtat de aliquibus ſolutionibus penſionum, ſufficienter conſtat de creatione cenſualis, & fit condemnatio, ac ſi conſtaret de inſtrumento.*

11 *Scriptura ad ſubſtantiam contractus cenſualis non requiritur, ſecluſo proprio motu Pii V.*

## DECISIO CXCVII.

EA quæ dixi deciſione præcedenti ſuper ſolutione canonis, ſeu annui cenſus, repetenda ſunt in hac deciſione ſuper ſolutione penſionis cenſualis. Nam in Cathalonia ſi Eccleſia, ſeu Clericus eſt in poſſeſſione exigendi, & recipiendi penſionem cenſualis à laico, tunc poteſt laicum pro ſolutione penſionis cenſualis convenire apud judicem Eccleſiaſticum. Sic fuit declaratum per Cancellarium Caſſador, Conſultoribus Quintana, & Borras 23. Junii 1567. in favorem Pauli Arnau Presbyteri obtinentis Beneficium ſecundum ſub invocatione Beatæ Mariæ in Altari Majori Eccleſiæ de Pinu Civitatis Barcinonæ contra Petrum Domicellum Barcinonæ domiciliatum Conventum in Curia Eccleſiaſtica ob non ſolutionem duarum penſionum ſolvi conſuetarum cujuſdam cenſualis penſionis annuæ 2. ℔. 18. ß ex denariorum dicto Beneficio, & ejus Beneficiatis præſtari ſolitarum, refert Ripoll. *variar. caput. primo, numero* 235. Et per eundem Cancellarium Caſſador 8. Aprilis 1569. in favorem Bartholomæi Gibernau obtinentis Beneficium ſub invocatione Beatæ Mariæ inſtitutum in Eccleſia Sancti Joannis de Pinu, contra Michaelem Martin, & Jacobum Martin ejus filium Parochiæ de Corneliano ratione ſolutionis duorum cenſualium, ad quorum ſolutionem dicti Martini mater, & filius ſingulis annis tenentur, & dictum Beneficium, & illius Beneficiati ejus nomine ſoliti ſunt recipere, & ſunt in quieta, & pacifica poſſeſſione recipiendi. Et per Cancellarium Manegat, Conſultoribus Sala, Planes, Tamarit, & Oliba 27. Auguſti 1586. in favorem Communitatis Presbytororum Villæ Oloti contra Joannem Guardiola. Et per Cancellarium Agulana, Conſultoribus Ferrer, & Senjuſt 23. Maji 1606. in favorem Hyacinthi de Villana Archidiaconi, & Canonici Eccleſiæ Barcinonæ poſſidentis quoddam perſonale Beneficium ſub invocatione Corporis Chriſti Eccleſiæ Barcinone, contra Hieronymum Cornet domicellum Villæ Aqualatæ. Et per eundem Cancellarium Agullana, Conſultoribus Ferrer, Magarola, & Mijavila Franqueſa 14. Junii 1606. in favorem Operariorum Ceræ Divæ Annæ Eccleſiæ de Matrangua nomine adminiſtratorio dictæ operariæ contra Ludovicum Figueres. Et per dictum Agullana 1. Februarii 1608. in favorem Communitatis Presbyterorum Eccleſiæ de Morunys, contra Petrum Maura Agricolam ejuſdem Parochiæ, & per prædictum Cancellarium Agullana, Conſultoribus Ferruz, & Rubicoll 30. Julii 1612. in favorem Joannis Jofra obtinentis Beneficium Sanctorum Joannis, & Antonii Parochiæ de Vir contra Nobilem Joannem Burgues. Et per

Can-

Cancellarium Puigmari 1. Octobris 1622. in favorem Abbatiſſæ, & Conventus Monialium Sanctę Claræ Civitatis Gerundæ contra Univerſitatem Vallis de Hoſtaleſio. Et per eundem Cancellarium Puigmari 12. Julii 1624. in favorem adminiſtratorum confraternitatis Sancti Spiritus Eccleſiæ Minoriſſę, contra Jacobum Alemandum Deſcallar, & Palmarola. Et per Cancellarium Eril 23. Februarii 1639. in favorem adminiſtratorum Anniverſariorum Eccleſiæ Sancti Felicis de Pallarols, contra Nicolaum Torra. Et per Cancellarium Pons 25. Auguſti 1669. in favorem Communitatis Presbyterorum Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Pratorum Regis contra Joſephum, & Monicam Dirlas conjuges Villæ de Miniſtrol. Et per Cancellarium Monſerrat 16. Octobris 1682. in favorem Rectoris, & operariorum Eccleſiæ Parochialis Beatæ Mariæ de Olo, contra Hiacinthum Noguera.

2 Ampliatur tribus modis, & limitatur uno modo, *ut tradidi, deciſ. præced. à n.16. ad 13.*

3 Si verò Eccleſia, ſeu Clericus non eſt in poſſeſſione exigendi, & recipiendi penſionem cenſualis, ſed agit petitorio pro ejus ſolutione, non poteſt in Cathalonia laicum convenire coram Judice Eccleſiaſtico, ſed debet eum convenire coram Judice ſeculari. Ita fuit declaratum per Cancellarium Loris, Conſultoribus Negrell, & Sala 12. Septembris 1577. in favorem Jacobi Prats, & aliorum termini Caſtri de Rubione contra Franciſcum Bertran Beneficiarium Beneficii ſub invocatione Sancti Joannis in Eccleſia de Rubione fundati. Et per Cancellarium Copons 11. Februarii 1593. in favorem Antonii Bou Coloni Petræſciſſæ contra Felicem Matri Clericum obtinentem Beneficium ſub invocatione undecim mille Virginum in Capella Caſtri Petræſciſſę fundatum. Et per eundem Cancellarium Copons, Conſultoribus Guardiola, Sunyer, & Oliba 23. Junii 1593. in favorem Nobilis Magdalenæ Terræ, & de Gualbes. Et per Cancellarium Eril 12. Januarii 1639. in favorem Joannis Ombert Notarii Sancti Felicis de Pallarols contra Raphaelem Fuſter Presbyterum.

4 Limitatur ſi in inſtrumento cenſualis adſunt clauſulæ renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque Judicis; nam tunc laicus pro penſionibus cenſualis poteſt convenire coram Judice Eccleſiaſtico, *ut tradidi, deciſion. 168. p. tertia.*

5 Sed adverte 1. quod licèt dubitent Doctores utrùm debitor penſionis annui cenſus, cenſualis, violarii, aut cujuſcumque debitorii, teneatur deferre illud, quod debet ad domum creditoris, *de quo jam dixi, deciſ.188. à num.3. hac par.4.* hoc ſe-

6 moto † in Cathalonia ferè ſemper exprimitur, & ponitur pactum in inſtrumentis cenſuum, cenſualium, violariorum, & quorumcumque debitoriorum, ut debitor teneatur deferre penſionem ad domum creditoris, ut teſtatur Fontanella *de pact. nup. tom.1. clauſul.4. gloſſ.18. part.4. num.124.* Xammar. *defin.118. num.3.* pro ut etiam obſervatur in Regno Valentiæ, Reg. Leo *deciſ.132. num.5. lib.2.* & licèt hoc pactum iniquum dicat Solis *de cenſibus, tom.2. lib.3. cap. fin. num.6.* tamen pro validitate pacti concludunt Roderic. *de ann. reddit. libr. 2. quæſt. 6.* & poſt alios Balmaſeda *de collectis, quæſtio 96. numero 3.*

8 Adverte 2. quod ſolutiones trium annorum ſucceſſivæ, & continuatæ ſigillatim per apochas diſtinctas, vel chirographa diverſa inducunt præſumptionem, & faciunt præſumi penſiones præteritas ſolutas eſſe, *leg. quicumque 3.* ubi Bartol. Lucas de Penna, Valenzuela, Conſtantius, Novarius, & Amaya *Cod. de apochis publicis, lib.10.* Riccius *collect.25.* Peregrin. *de jure fiſci, lib.6. titul. 1. numer. 32.* Carol, de Graſ. *de exception. exception.23. num. 17. 18. & 19,* Fontanella *de pact. nuptial. tom.1. clauſul.4. gloſſ.18. part. 4. numer. 39,* Burat. *deciſ. 382. num.1.* ubi Ferentil. *numer. 10. 11. & 12.* Theſaur. *deciſ. 214. num.4.* Olea *poſt tractat. de ceſſ. jur. deciſ.41. num.2.* Fachin. *lib.3. controverſ. capit.89.* Ripoll, *var. reſolut. capite 7. num. 373. & 374.* latiſſimè cum ampliationibus, & limitationibus, Gabriel. *commun. concluſ. lib. 1. de præſumpt. concluſion. undecima,* Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſump. 139.* Maſcard. *de probat, concluſio 603. à num.9. ad 13. & concluſion. 1321.* Padilla *in lib. 1. à num. nono ad 18. Codic. de fideicomm.* Minſinger. *cent.5. obſervat. 39.* Gratian. *deciſ. 152. & diſceptat. forenſ. capit. 716.* Thomat. *deciſ.2. tom. 1.* Martha *voto 125.* Coſta *de retrotract. capit.8. caſu 14.* Rodoer. *ad Marin. lib. 1. reſol. jur. cap.7. à num.1. ad 6.* Caroccius *de locato, part.3. titul. de Palatiis, à num.18. ad 33.* Cavalcan. *deciſ.29. num.42. part.2.* Franchis *deciſ.137.* ubi addent præcipuè Luca; idem Luca *ad Franchis, deciſ.161. num. tertio,* Cancer *part. prima, variar. capit. decimo ſeptimo, à num.71.* Balmaſeda *de collectat. quæſtio 102. num. decimo quarto, & decimo quinto,* Queſada Pilo *diſſertat.10. à num. 34. ad 41. & controv. capit. 36. num.19. & 22.* Cenſius *de cenſib. part. prima, quæſt.8. articul. ſecundo,* Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom. ſecundo, titul.32. capit.2. num. 1. 2. & 4.* Capyc. Latro *deciſ.27. à num.12.* ubi Gizzius *à num.115.* Manfrella *à num.6.* Procedit etiam in contractu cenſuali, Olea *poſt tractat. de ceſ. jur. deciſ.41. num.2. verſicul. Quæ procedit,* & reprobatis contrariis, Cancer *part.1. var. cap.14. num. 72.* Menoch. *lib.3. præſumpt. 139. num.26. & 27.* Luca *ad Franchis, deciſ. 161. num. quinto, verſicul. Si loqui.* Et ſenſit noſter Senatus me referente 16. Martii 1675. in cauſa Bajuli, Juratorum, & Syndici Univerſitatis Villæ de Molleruſa ex una, & nobilis Joſephi Ferres Barcinonæ popularis ex altera. Scriba Bas.

Adverte 3. quod inſtrumentum creationis, & venditionis cenſualis ſi non reperiatur, forſan quia deperditum per incuriam Notarii, vel quia non eſt continuatum, ſi ex partita tabulæ ſolutionis pretii, & ex ejus verbis, & tenore conſtat de venditione cenſuali, ac etiam ex apochis, vel partitis tabulæ, ſivè banchi conſtat de aliquibus ſolutionibus penſionum dicti cenſualis, tunc dicitur ſufficienter conſtare de creatione cenſualis, quia ſimilis contractus etiam ſine ſcriptura celebrari poteſt, ſecluſo motu proprio Pii V. Solis *de cenſibus, lib.1. cap. 9. numero nono,* Roderic. *de ann. reddit. lib.1. quæſt. 15. numero 1. in princ.* Cancer *part.3. var. reſol. capite 14. numero 50.* & actus reputatur perfectus, & fit per Judicem condemnatio, ac ſi de inſtrumento conſtaret, ita per noſtrum Senatum fuit deciſum in facto graduationis inter diverſos creditores bonorum Don Joachimi Setanti ad relationem Nobilis Franciſci Gamis 13. Septembris 1621. latè Ramon probat & refert *conſ.82. à numero 22.* & in ornatum Roderic. *de ann. reddit. lib.2. quæſt.15. à num.3. cum ſeq.*

---

*ARGUMENTUM.*

**An laicus pro ſolutione penſionis violarii poſſit per Eccleſiam, ſeu Clericum conveniri coram judice Eccleſiaſtico.**

*SUMMARIUM.*

1 *Eccleſia, vel Clericus in Cathalonia, ſi eſt in poſſeſſione exigendi, & recipiendi à laico penſionem violarii, poteſt eum pro ejus ſolutione convenire coram Judice Eccleſiaſtico, numer. 1. ſecus ſi non eſt in poſſeſſione exigendi, & recipiendi à laico penſionem violarii non poteſt in petitorio pro ejus ſolutione convenire coram judice Eccleſiaſtico, ſed debet eum convenire coram judice ſæculari, num. 2. limitatur, numero 3.*

4 *Violaria in Cathalonia, & Valentia appellantur cenſus ſignificativi, numero 4. ab aliis vocantur cenſus vitalitii, nu.5. ab aliis cenſus temporarii, n.6.*

7 *Violaria dicuntur, quia per mortem violantur, & finiuntur.*

9 *Violaria an ſint licita; opinio negativa, num.8. opinio affirmativa, quæ verior eſt, num.9. nedum quando conſtituuntur ad vitam unius tantum, ſed etiam quando conſtituuntur ad vitam duorum, num.10. & ſi una ex ambabus vitis moritur, non extinguuntur, num.11. etiam ſi vitæ protendantur tanto tempore, quod penſiones perceptæ excederent pretia ſoluta in duplum, & triplum, num.12. nulla habita ratione ætatis, num. 13. idque ratione incertitudinis, num.14.*

15 *Violariorum creditores, ut pro eorum penſionibus obtinere poſſint, an teneantur probare vitas hominum in inſtrumentis expreſſorum, aut alterius illorum; opinio affirmativa, numero 15. opinio negativa, num.16. limita, num.17. & 18.*

19 *Pactum appoſitum in creatione cenſualium, & violariorum, quod venditores intra annum, biennium, vel quinquennium teneantur dare aliquam ſpecialem obligationem alicujus proprietatis cum complemento titulorum, ſeu alios fidejuſſores ſub pœna in caſu non adimplementi conſimilium pretiorum dictorum cenſualium, & violariorum, quæ cedat in illorum extinctionem, & luitionem, an ſit validum, de jure eſt controverſum, num.19. in Cathalonia validum eſt, n.20.*

21 *Emptores cenſualium, & violariorum ſi poſt terminum præfixum pro dandis fidejuſſoribus, ſeu aliqua ſpeciali obligatione alicujus proprietatis, penſiones exigant, an poſſint cogi debitores dictorum cenſualium, & violariorum vigore pro pœna incurſa ad illorum luitionem, & extinctionem.*

22 *Violarii venditor, qui promiſit intra certum tempus dare fidejuſſores, vel aliquam ſpecialem obligationem ſub pœna in caſu non adimplementi conſimilis pretii violarii, ſi ipſe, aut ejus hæres, vel bona tenens conveniatur per emptorem violarii, ſeu ejus hæredem, & poſt ſententiam finitur violarium, procedendum eſt in ejus executione, numero 21. idemque eſt ſi ante ſententiam violarium finitur, numero 23.*

## DECISIO CXCVIII.

1 Eccleſia, ſeu Clericus, ſi eſt in poſſeſſione exigendi, & recipiendi penſionem violarii à laico poteſt in Cathalonia laicum convenire pro ſolutione penſionis violarii coram judice Eccleſiaſtico. Si
2 autem Eccleſia, ſeu Clericus non eſt in poſſeſſione exigendi, & recipiendi penſionem violarii à laico, ſed agit petitorio, non poteſt pro ſolutione penſionis violarii laicum convenire coram Judice Eccleſiaſtico, ſed debet eum convenire coram Judice ſæculari. Sic fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Puigmari 26. Aprilis 1624. in favorem Partiariorum loci de Lucas contra Commu-
3 nitatem Villæ de Pontibus, Limita ſi in inſtrumento violarii, adſunt clauſulæ renuntiationis proprii fori, & ſubmiſſionis alterius cujuſcumque judicis, quo caſu laicus pro penſionibus violarii poteſt conveniri coram judice Eccleſiaſtico: ſic fuit in Cathalonia deciſum per eundem Cancellarium Puigmari, conſultoribus Senjuſt, & Gamnis 9. Aprilis 1626. *quam tradidi, deciſ.*168. *num.*6.

4 Quæro primo violaria qualiter appellantur in Cathalonia; Reſpondetur quod violaria appellantur in Cathalonia, & Valentia cenſus conſignativi, qui ſunt ad vitam inſtituti, Fontan. *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.*18. *par.*1. *num.*18. ab aliis vocantur cenſus vitalitii, Reg. Leo *deciſ.* 94. *libr.*1. Cyriac.
5 *controv.* 1. *tom.*1. Sanchez *de matrimon. lib.*6. *diſput.* 31. *num.*13. *in fin.* Villalpobos *in ſum. moral. part.* 2. *tractat.*23. *dif.*1. *num.*6. Leotard. *de uſur. quæſt.* 49. Regens Matth. *de Regim. Reg. Valent. cap.* 13. §.3.
*num.*24. & 25. Dominus Vicecancell. Don Chriſto- 6
phor. Creſpi de Valdaura *obſer.* 110. *num.*12. & 13. & ab aliis cenſus temporarii, Roderic. *de ann. red. lib.*1. *quæſt.*5. *num.*1. Dicunturque Violaria, quia per 7
mortem violantur, & finiuntur, Fontanella *de pact. nuptial. tom.*1. *clauſul.*4. *gloſſ.*18. *part.*1. *num.*19. & 20. Roderic. *de ann. reddition. libr.* 1. *quæſt.* 5. *numer.* 2.

Quæro 2. An violaria ſint licita? negat Parlad. 8
*rer. quotid. lib.*2. *cap.*2. *num.*18. & alii quos citant, ſed non ſequuntur locis allegandis, *num.* 9. Roder. *num.*4. Cyriacus *num.* 10. Marinis *num.*3. Caſt. Palaus *num.*1.

Sed affirmant, & verius, quod violaria in foro 9
poli, & in foro fori licita ſunt, & pro licitis admiſit communis Schola Theologorum, Canoniſtarum, & Legiſtarum, Natta *conſ.* 498. *n.*13. & 14. Covar. *lib.*3. *var. cap.*7. *num.*3. Molina *de juſtit. & jure, diſp.* 388. *num.*5. *verſic. Quare regulariter, & diſp.*389. *num.*1. *verſic. Quare etiam*, Belluga *in ſpecul. Princip. rub.*41. §. *leges*, *num.* 5. *verſic. Adverte*, & *num.*11. *verſicul. Item hoc*, Roderic. *de ann. redd. libr.*1. *quæſt.*5. *à numer.*4. & *libr.*2. *capit.*1. *numer.*1. Solis *de cenſib. tom.*1. *lib.*1. *capit.*7. *numer.*9. Gail. *lib. obſer.*8. *num.*1. Reg. Loco *deciſ.*94. *tom.*1. Caſt. Palaus *in oper. mor. p.*7. *de juſt. & jure, tract.* 32. *diſp.*6. *punct.*13. *toto*, Ripoll. *var. cap.* 14. & *fin. num.*433. Fontanella *de pact. nupt. tom.*1. *clauſul.* 4. *gloſſ.*18. *p.*1. *num.*17. & *p.*3. *à num.*98. Cævallos *com. contr. com. q.*850. *à num.*7. Guttier. *canonicar. lib.*1. *c.*39. *n.*46. Gomez *in l.*68. *tauri*, *n.*2. *verſ. Imo quod magis eſt*, Cenſius *de cenſibus*, *par.*1. *c.*1. *q.*4. *artic.* 3. *à num.*18. Marinis *reſol. jur. lib.*1. *cap.* 306. *à num.* 2. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 756. *numer.* 1. Domin. Vicecancell. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſerv.*110. *numer.*13. Barboſa *in lib. ſi ea lege* 17. *numer.* 7. *Codic. de uſuris*, plures alios addunt Salas *de contract. dub.* 5. *quæſt.*2. Surdus *de aliment. titul.*9. *quæſt.*11. *à num.*2. Hermoſilla *ad Gregor. Lopez*, *tom.*2. *lib.* 11. *gloſſ.*1. *numer.* 11. *fol.* 64. Leotardus *de uſur. quæſtion.* 49. *à numer.* 1. *ad* 6. *numer.* 19. & 20. Cyriacus latiſſimè probat, atque infinitos laudat videndus, *controver.* 1. *à numer.* 4. *ad* 23. *tom.*1.

Nedum quando violaria conſtituuntur ad vitam 10
unius tantùm, ut permittitur in Regno Caſtellæ, Rodriguez, & Solis, quos citat Fontanella *de pact. nupt. tom.*1. *clauſul.*4. *gloſſ.*18. *part.*3. *num.*102. Cævallos *com. contr. com. quæſt.* 850. *num.* 9. Roderic. *de ann. reddit. lib.* 1. *quæſt.*5. *num.* 11. Leotard. *de uſuris*, *quæſt.*49. *num.*24. & dicat Cyriac. *controver.* 1. *num.* 31. *tom.*1. Sed etiam quando violaria conſtituuntur ad vitam duorum, ut obſervatur in Cathalonia, Fontanella *de pact. nuptial. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.*18. *part.*3. *num.*99. Ferrer *in conſtitut. hac noſtra temp.*1. *declarat.* 3. *num.*32. Ripoll. *var. capit.* 14. *à numer.*1. Cancer *part.*3. *capit.*1. *num.* 218. & in Regno Valentiæ Dominus Vicecancel. D. Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſervat.*110. *num.* 12. & de jure, Roderic. *de ann. reddit. lib.*1. *quæſt.* 5. *num.*9. & 12. Covar. *lib.*3. *var. capit.*7. *num.*7. Leotard. *de uſur. quæſt.*49. *num.*25. Portol. *ad Molinam*, §. *violarium*, *num.*3, non unus poſt alium, ſed debet uterque à principio deſignari ex jam natis, Domin. Vicecancel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſer.*101. *num.*13.

Et ſi una ex ambabus vitis moritur, non extin- 11
guuntur violaria, ſed eſt continuandum in ſolutionibus penſionum, ut poſt Bald. *conſ.*392. *lib.*5. Fontanella *de pact. nup. tom.*1. *clauſul.*4. *gloſ.* 18. *part.*3. *num.*114. Gail. *lib.*1. *obſerv.*8. *numer.*4. Gratian. *diſcept. foren. capit.* 756. *num.*56. Leotard. *de uſur. q.* 49. *num.*23. Ripoll. *var. capit.* 14. & *fin. num.* 433. extinguuntur verò ſtatim, quo ambæ vitæ finiuntur, Fontanella *de pact. nupt. tom.*1. *clauſul.* 4. *gloſ.* 18. *part.* 3. *ſub numer.* 99. Dominus Vice Cancell. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſer.*110. *ſub n.*122.

Etiam

12 Etiam ſi vitæ protendantur tanto tempore, quod penſiones perceptæ ex violariis excederent pretia ſoluta in duplum, triplum, & amplius, exiguntur annuæ penſiones violariorum, Natta *conſ.*498. *num.* 13. Roderic. *de ann. reddit. lib.*1. *quæſt.*5. *numer.* 7. *in fine*, Caſt. Palaus *in oper. moral. part.*7. *de juſtit. & jure, tract.* 32. *diſput.* 6. *diſput.* 13. *verſic. Quod ſi*, Cyriacus *controv.*1. *ſub numer.*13. *& à numer.* 33. *tom.*1. Domin. Vice Cancell. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſerv.*110. *num.* 112. *verſic. Si vero*, plures citant Guſman *de evict. quæſt.*21. *num.* 34. Surdus *de aliment. titul.*9. *quæſt.* 11. *à numer.* 7. *verſicul. Ampliatur*, *cum ſeq. & deciſ.* 278. *à numer.* 29. Portoles *ad Molinam*, §. *violarium*, *num.* 2. Fontanella *de pact. nupt. tom.*1. *clauſ.*4. *gloſ.* 18. *part.*3. *à num.* 105.

13 Nulla habita in Cathalonia ratione ætatis, ſivè conſtituantur violaria ad vitam hominum ſenum, ſivè juvenum, Fontanella *de pact. nupt. tom.*1. *clauſ.* 4. *gloſſ.*18. *par.* 3. *numer.*100. *&* 101. Rodericus *de ann. reddit. lib.* 1. *quæſt.*5. *num.* 15. Cyriac. *controv.* 1. *à numer.* 23. *tom.*1. quidquid aliàs de jure dicant Gail. *libr.*1. *obſerv.*8. *numer.*4. Surd. *de aliment. titul.*9. *quæſt.*11. *à numer.* 19. *verſicul. Tertiò declara*, Hermoſilla *ad Gregor. Lopez*, *lib.*11. *gloſſ.*1. *numer.* 11. *fol.*64. *tom.*2. Cævallos *com. cont. comm. q.* 850. *à num.* 7.

14 Idque ratione incertitudinis, cùm poſſint ambæ vitæ cito mori, Natta *conſ.*498. *à num.*13. Surdus *de aliment. tit.*9. *quæſt.*11. *num.*7. *& conſ.*162. *num.* 35. *& deciſ.* 278. *num.*29. Covar. *lib.*3. *var. cap.*7. *num.* 3. Guſman *de evict. quæſt.*21. *num.* 34. Caſtr. Palaus *in oper. moral. par.*7. *de juſt. & jure*, *tract.*32. *diſp.* 6. *punct.*13. *num.* 31. Cævallos *com. cont. com. quæſt.* 805. *à num.*1. Leotard. *de uſuris*, *quæſt.*49. *num.* 22. Roderic. *de ann. redd. libr.*1. *quæſt.* 5. *num.*5. *&* 14. Gail. *lib.*2. *obſerv.* 8. *num.* 2. Cyriacus *controv.* 1. *à num.*14. *tom.*1. Portoles *ad Molin. verbo violarium*, *ſub num.*2. Fontanella *de pact. nupt. tom.*1. *clauſ.* 4. *gloſſ.*18. *part.*3. *num.* 103. 104. *& tom.*2. *clauſul.* 7. *gloſſ.*1. *part.*3. *numer.*4. Dominus Vice Cancellarius Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſervat.* 10. *num.* 13.

15 Quæro 3. an violariorum creditores, ut obtinere poſſint pro eorum penſionibus, debeant probare vitas hominum, in inſtrumento expreſſorum, aut alterius illorum? Affirmant, & latè probant Cancer *par.*3. *var. cap.*1. *à num.* 218. *ad* 225. Ferrer noſter *in conſtit. hac noſtra temp.* 1. *declar.*3. *à num.*32. & in comprobationem, Gregor. Lopez *lib.*14. *gloſſ.* 2. *verſic. Et nota*, *tit.*14. *par.*3. Guttier. *pract. libr.*2. *quæſt.*7. Farinac. *frag. crim. par.*2. *litera M. à num.* 308. Ybannes de Faria *ad Covar. lib.*2. *var. capit.*7. *num.*28. *&* 30.

16 Negat, & latè probat, contrariiſque reſpondet Ripoll. *var. reſol. capite* 14. *& fin. à num.*1. *ad* 28. *numer.* 17. teſtatur ita inconcuſsè ſervari in noſtra Regia Audientia, & in omnibus Curiis. Et Cancer affirmat durum eſſe in hac Provincia ſimpliciter ſecundùm ſuam opinionem obtinere, *par.* 3. *var. capite* 1. *numero* 225. Et quamvis Ripoll. loquatur in cauſis executivis, idem eſt in cauſis ordinariis penſionum violariorum, ut ad obtinendum non ſit neceſſaria probatio vitæ hominum, aut alterius eorum in violariorum inſtrumentis contentorum. Ita fuit obſervatum in noſtra Regia Audientia in cauſa Nobilis Eliſabetis de Sancto Clemente viduæ, & Chriſtophori Ximenes ſartoris ex una, & Nobilis Joannis de Centelles ex altera, ad relationem Magnifici Franciſci Plà 6. Septembris 1567. vidi in Archivo Regio in libro concluſionum illius anni, *folg.* 219. Et me referente 2. Julii 1657. in cauſa tutorum, & curatorum pupillæ Mariæ Agnetis Maymò ex una, & Margaretæ, & Jacobi Caſes matris, & filii ex altera, Actuario Franciſco Ribes. Et iterum me referente ſententia lata 29. Auguſti 1665. in favorem Joſephi Flaquer, contra Antonium Graſſes, Scriba Famada. Et 15. Aprilis 1670. in favorem Doctoris Antonii Joſephi Villaplana, contra Nobilem Antonium de Cubells, Scriba Caſtelles.

Niſi homines ad quorum vitas violaria fuerunt 17 creat præſumantur mortui, ut ſi concurreret fama cum aliis adminiculis de illorum morte, Cancer *p.* 3. *var. cap.*1. *numero* 225. Maſcard. *de probat. concl.* 1074. Farinac. *frag. crim. part.* 2. *litera M*, *numero* 338. *juncto num.* 342. vel ſi non appareant, neque reperiantur, Gratian. *diſcept. foren. capite* 78. *numero* 6. Ferrer *in conſtitut. hac noſtra tempor.* 1. *declar.* 3. *numero* 37. vel ſi eſſent vagabundi, & à patria per quinquennium diſceſſiſſent, & de illorum morte ſuſpicaretur, Maranta *in leg. is poteſt*, *numero* 165. *ff. de acquir. hæred.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1076. *num.*5. Reg. Leo *deciſ.*72. *numero* 3. *fol.*1. Peregrin. *de fideicommiſ. artic.*43. *numero* 44. *verſic. Hæc tamen*, Farinac. *fragm. crim. par.*2. *litera M*, *numero* 328. 329. & 330. Cirochus *deciſ.* 3. *numero* 12. Ripoll. *var. capite* 14. *& fin. numero* 29. Fontanella *de pact. nupt. tom.*2. *clauſul.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 1. *numero* 33. Vel ſi per ſpatium viginti annorum à eorum abſentia nulla fuerit habitata notitia, etiam ſi de illorum morte non dubitetur, Bald. *conſil.*90. *numero* 2. *lib.*2. Cavaller. *deciſ.* 344. *numero* 3. Cirochus *diſceptat.* 3. *numer.* 23. Ripoll. loquitur in caſu abſentiæ pluſquam viginti ſex annorum, & alia concurrebant *var. capite* 14. *& fin. à numero* 1. *ad* 31. & de abſentia triginta annorum, Reg. Leo *deciſ.*72. *numero* 6. *tom.*1. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 2. *cl.* 7. *gloſſ.*3. *part.*1. *numero* 37. Maximè, † quia in his agitur de commodo pecuniario, & ſic de præjudicio reparabili, notat Ripoll. *var. reſolut. capit.* 14. *& fin. num.*29. Reg. Leo *deciſ.*72. *numero* 5. *tom* 1. Farinac. *frag. crim. par.* 2. *litera M*, *num.* 317. *&* 339.

Quæro 4. An valeat pactum appoſitum in creatione cenſualium, & violariorum, quod eorum venditores intra annum, biennium, vel quinquennium teneantur dare aliquam ſpecialem obligationem alicujus proprietatis cum complemento titulorum, ſeu alios fidejuſſores ſub pœna in caſu non adimplementi conſimilium pretiorum dictorum cenſualium, & violariorum, quæ cedant in illorum luitionem, & extinctionem? De jure eſt controverſum; alii enim affirmant; alii negant; videantur Gabriel *conſil.* 152. *lib.*1. Solis *de cenſibus*, *lib.* 1. *capite* 10. *numero* 18. Molina *de juſtit. & jure*, *diſputat.* 390. *numero* 11. Guttier. *lib.*1. *practic. quæſt.*35. Maſtril. *deciſ.* 95. *tom.*1. Reg. Seſſe *deciſ.* 116. *à numero* 64. *lib.*2. Muta *deciſ.* 98. Marinis *lib.*1. *reſolution. jur. capite* 306. Gratian. *diſceptat. forenſ. capite* 587. *à numero* 2. *ad* 6. Reg. Matthæu *de regim. Reg. Valent. capite* 13. §.3. *numero* 24. *&* 25. latè Vela *diſſertat.* 28. *à numero* 8. *& à numero* 54. Mangil. *de evict. quæſt.* 84. *numero* 20. Faber *in Cod. de empt. & vendition. def.*3. Leotard. *de juriſd. quæſt.* 49. *à numero* 40. Fontanella *de pact. nupt. tom.*1. *clauſul.*4. *gloſſ.*18. *part.* 3. *numero* 86. *&* 87. ad quem ſe refert Hermoſilla *ad Gregor. Lopez*, *lib.* 10. *gloſſ.*3. *numero* 3. *fol.*101. *pagin.* 2. *tom.* 1. Verùm † in Cathalonia hujuſmodi 20 pactum validum eſt, ut præſupponit diſputatum in noſtro Senatu, & pro validitate declaratum Peguera *deciſ.* 131. *tom.*1. *& deciſ.* 69. *par.*2. idem docet Ripoll. *var. capite* 14. *& fin. à numero* 39. & poſſe comprobare mille exemplaribus in re tam nota minimè neceſſariis, refert Fontanell *de pact. nup. tom.* 1. *clauſul.* 4. *gloſſ.*18. *part.* 3. *numero* 88. accipe verò tria me referente declarata. Primum 18. Decembris 1656. in favorem Jacobi Mirò, contra Paulum Prat, & ejus curatorem ad lites Sigiſmundum Mitjavila, Scriba Franciſco Ribes. Secundum 16. Junii 1659. in favorem Raymundi Pellicer Notarii publici de Collegio Notariorum Regiorum Barcinonæ, & Franciſcæ Cabeca, & Vidal conjugum uſufructuario, & proprietario reſpectivè nominibus, contra manumiſſores teſtamenti, & ultimæ voluntatis Jacobi Bolet

ſet Mercatoris ejuſdem Civitatis, actuario Fabra. Tertium, in favorem Joannis Franciſci Ordanos Mercatoris Genuenſis Civis Barcinonæ, contra manumiſſores teſtamenti Caroli Bertrola, & Deſvilarò, Actuario Didaco Corell.

21 Sed quid ſi emptores cenſualium, & violariorum poſt terminum præfixum pro dandis fidejuſſoribus, ſeu aliqua ſpeciali obligatione alicujus proprietatis, exigant penſiones, an poſſint debitores dictorum cenſualium, & violariorum urgere pro pœna incurſa ad illorum luitionem, & extinctionem; Negat videndus Merlinus *controver. jur. cap. 31. à numero 8. tom. 2.* affirmat videndus contrariis reſpondens Afflictis *controver. jur. cap. 31. à numer. 15. ad 19.* hancque opinionem affirmativam video in Regia Audientia obſervari.

22 Quæro 5. & ultimo. An violarii venditor, qui promiſit intra certum tempus dare fidejuſſores, ſeu aliquam ſpecialem obligationem ſub pœna in caſu non adimplementi conſimilis pretii violarii, quę cedat in ejus luitionem, ſi ipſe, aut ejus hæres, aut bona tenens conveniatur in judicio per emptorem violarii, ſeu ejus hæredem, & poſt ſententiam finiatur violarium, procedendum ſit in ejus executione? Iſta quæſtio ſucceſſit in noſtro Senatu in caſu ſequenti. Anticus Matthæu Agricola Parochiæ Beatæ Mariæ de Barberà, uti principalis, & Michael Matthæu, uti fidejuſſor vendiderunt, & originaliter crearunt Paulo Flaquer violarium pretii, & proprietatis 94. ₶. 10. ¢ penſionis annuæ 13. ₶. 10. ¢ durantibus vitis naturalibus Domini noſtri Regis Philippi IV. & Sereniſſimi Domini Infantis Cardinalis Ferdinandi ab Auſtria, & alterius eorum. Promiſiſſeque alio inſtrumento dare infra unum annum aliquam ſpecialem obligationem alicujus proprietatis cum complemento titulorum, vel alium, ſeu alios fidejuſſores ſub pœna in caſu non adimplementi 94. ₶. 10. ¢ quæ cedant in luitionem, & extinctionem dicti violarii, cum ſolitis obligationibus. Defuncto Sereniſſimo Domino Infante Cardinali, Joſephus Flaquer ſucceſſor dicti violarii, die 31. Octobris 1661. pro viginti ſex penſionibus dicti violarii ſummam capientibus 351. ₶. & pro 94. ₶. 10. ¢ pro pœna incurſa ob non dationem ſpecialis obligationis, vel fidejuſſorum, quæ cedant in extinctionem, & luitionem dicti violarii, litem introduxit in Regia Audientia, contra Antonium Graſes Aromatarium Civem Barcinonæ, uti tenentem, & poſſidentem domum, & hæreditatem ſitam in loco de Barberà, quæ fuerunt dicti Antici Matthæu venditoris dicti violarii, & contra Balthaſarem Aymerich, & Graidam Roig, uti tutores & curatores perſonarum, & bonorum filiorum, & hæredum Hieronymi Roig, & eo nomine tenentes, & poſſidentes domum, & hæreditatem ſitam in loco de Villadecans, quæ fuerunt dicti Michaelis Matthæu fidejuſſoris dicti violarii, illaque mihi commiſſa, quia ex meritis proceſſus conſtabat de intentione dicti Joſephi Flaquer inſequendo concluſionem in Regia Audientia factam, me referente, fuerunt dictus Antonius Graſes, & dicti tutores, & curatores filiorum, & hæredum dicti Hieronymi Roig 29. Auguſti 1665. condemnati ad dandum, & ſolvendum dicto Joſepho Flaquer ex una parte 351. ₶. pro viginti ſex penſionibus dicti violarii decurſis uſque ad diem 31. Octobris 1661. quo fuit petita luitio dicti violarii, & ex alia parte 94. ₶. 10. ¢ pro pœna incurſa, quæ cedant in luitionem, & extinctionem prædicti violarii, unà cum intereſſe dictarum 94. ₶. 10. ¢ ad rationem unius ſolidi pro libra à die 31. Octobris 1661. & expenſis. Quod quidem intereſſe fuit in eadem ſententia liquidatum in quantitate 16. ₶. 9. ¢ Deinde Dominus Rex Philippus IV. die 17. Septembris 1665. deceſſit, cujus anima in pace requieſcat amen. Et dictus Joſephus Flaquer die 24. Octobris 1665. petiit executionem dictæ Regiæ ſententiæ, ſed pro parte dicti Antonii Graſes fuit prætenſum, deductum, & allegatum fieri non poſſe decretum executionis dictæ Regiæ ſententiæ ſaltem in dicta quantitate 94. ₶. 10. ¢ quæ ſunt pretium dicti violarii, eo quia dictum violarium erat extinctum, & finitum per mortem Domini Regis Philippi IV. Et ſuſcitato altercato inter prædictas partes, fuit per me proviſum decretum executionis die 27. Novembris 1665. juxta ſeriem, & tenorem dictæ Regiæ ſententiæ, non obſtantibus in contrarium per dictum Antonium Graſes deductis. Quæ referente Magnifico Auguſtino Pinjana Diſcipulo meo amantiſſimo, viro certè ornato magnæ eruditionis, juriſconſulto celeberrimo, fuit in gradu ſupplicationis confirmata die 3. Februarti 1666. Scriba Famada. Rationes in quibus fundatur mea proviſio, & ſententia confirmatoria, referuntur, *numer. 23.*

Idemque eſt, ſi ante ſententiam violarium finiatur, ut contingit diſceptari in caſu ſequenti. Petrus Paulus Rol vendidit, & originaliter creavit Franciſco Rialp Mercatori Civi Barcinonæ violarium pretii, & proprietatis 700. ₶. penſionis annuę 100. ₶. durantibus vitis eorundem Rol & Rialp, & ultimi ex eis, promiſiſſeque pro ſecuritate dicti violarii intra unum annum dare, & aſſignare ſpecialem hypothecam alicujus proprietatis immobilis, & fidejuſſores idoneos ad dicti Franciſci Rialp emptoris cognitionem, aliàs incidere in pœnam 700. ₶. quæ caderent in luitionem violarii prædicti. Defuncto dicto Petro Paulo Rol venditore dicti violarii pro parte dicti Franciſci Rialp emptoris ejuſdem violarii die 9. Novembris 1635. fuit introducta lis in Regia Audientia, contra Annam Rol viduam, & contra Joſephum Rol filium, & hæredem dicti Petri Pauli Rol, quos condemnare petiit ad dandum, & ſolvendum 700. ₶. ob omiſſam aſſignationem, & ſtationem dictæ ſpecialis obligationis, & ob non factam nominationem fidejuſſorum, & ad ſolvendum 200. ₶. pro duabus penſionibus decurſis annis 1634. & 1635. & ad quantitatem pro rata ejuſdem violarii debitam. Deinde 29. Decembris 1634. dictus Franciſcus Rialp deceſſit, hærede inſtituta Maria Anna Rialp ejus uxore, quæ in cauſa ſe oppoſuit, & litem proſequuta fuit. Pro parte dicti Joſephi Rol fuit prætenſum, deductum, & allegatum, dictum violarium fuiſſe extinctum, & finitum per mortem dictorum Petri Pauli Rol, & Franciſci Rialp: maximè quia dictus Joſephus Rol 25. Octobris 1635. inſtrumento recepto pœnes Franciſcum Paſtor Notarium publicum Barcinonæ pro ſecuritate dicti violarii ſpecialiter hypotechavit quaſdam domos in dicto inſtrumento deſignatas; & fortiùs, quia de tempore litis motæ res non videbatur integra, eo quod dictus Petrus Paulus Rol ejus pater erat mortuus, & dictus Franciſcus Rialp in infirmitate lethali conſtitutus, ſicque dictum Franciſcum Rialp non pro ſecuritate dicti violarii ſpecialem hypothecam, & fidejuſſores petere, ſed ut ſic ejuſdem violarii de proximo per futuram illius mortem extinguendi luitionem (quam directo petere non poterat conſequeretur. Nihilominus referente Magnifico Hieronymo Guerau Senatore ſubtiliſſimo, inſequendo concluſionem in Regia Audientia factam die 7. Aprilis 1639. fuit dictus Joſephus Rol condemnatus ad dandum, & ſolvendum dictæ Mariæ Annæ Rialp viduæ & hæredi dicti Franciſci Rialp 700. ₶. pro pœna incurſa, & 200. ₶. penſionibus annorum 1634. & 1635. & 41. ₶. ¢ 3. denarios pro rata decurſa à die 24. Maji 1635. quæ fuit dies creationis dicti violarii uſque ad diem 26. Octobris 1635. quo fuit dictus Joſephus Rol interpellatus. Motiva dictæ Regiæ ſententiæ fuerunt. Quia dictus Petrus Paulus Rol in inſtrumento dictæ promiſſionis pro ſecuritate dicti violarii ſpecialem hypothecam, & fidejuſſores idoneos conjunctim dare, & aſſignare promiſit, ſicque licèt conſtet Joſephum Rol illius hæredem ſpecialem hypothecam quarundam domorum 23

rum

rum aſſignaſſe, non tamen conſtat de aſſignatione & obligatione fidejuſſorum, & de jure obligatus ad duo, unum præſtando non liberatur, maxime quia dictus Joſephus fuit in culpa, notificata; namque dicto Franciſco Rialp ſimili hipotheca prædicta, illam non acceptavit; ſed minus idoneam dixit, ſignanter ob omiſſam aſſignationem, ſeu obligationem fidejuſſorum. Proſequitur Regia ſententia. Nec conſtat quod de tempore litis motæ, quæ fuit 9. Novembris 1635. dictus Rialp deveniſſet ad ſtatum talem, ſecundùm quem eſſet de proximo infallibiliter moriturus, quamtumvis conſtet de facto eum fuiſſe mortuum 29. Decembris dicti anni. Si enim dictus Joſephus Rol credebat de proximo futuram mortem dicti Franciſci Rialp interpellatus poterat eſſe diligentior, & vigilantior, offerendo ſpecialem hypothecam, & fidejuſſores idoneos, & cum his re integra purgando moram excuſare pœnam prædictam. Nec ſequuta mors dicti Franciſci Rialp, & præcedens mors dicti Petri Pauli Rol (quæ aliàs ſufficerent ad extinguendum violarium) excuſant ab incurſu pœnæ, quantumvis res deveniret ad ſtatum, à quo ſi lis non fuiſſet mota, incipere non poterat, non enim tunc caſus ſequutus, ſed tempus præcedentis moræ juxta ſtipulationem jam commiſſæ ſpectari debet. Hujus Regiæ ſententiæ, cauſa mihi commiſſa, proviſionem decreti executionis feci die 7. Februariii 1658. quæ referente Nobili Raphaele Viloſa, poſtea Regente in S. S. R. C. Aragonum Conſilio 22. Junii 1658. extitit in gradu ſupplicationis confirmata. Scriba Boſch, poſtea Coſta, deinde Riambau, nunc Cervera.

---

### *ARGUMENTUM.*

## An laicus pro recognitione bonorum, quæ habet in emphyteuſim ab Eccleſia, ſeu Clerico, poſſit per Eccleſiam, ſeu Clericum conveniri coram Judice Eccleſiaſtico.

### *SUMMARIUM.*

1 *Laicus pro recognitione, ſeu ut apud nos dicitur pro capibreviatione bonorum, quæ habet in emphyteuſim ab Eccleſia, ſeu Clerico, poteſt per Eccleſiam, ſeu Clericum conveniri coram Judice Eccleſiaſtico, num.* 1. *Deciſiones Cancellarii referuntur, num.* 2.

3 *Laicus pro re, quam habet in emphyteuſim ab Eccleſia, ſeu Clerico, poteſt conveniri coram Judice Eccleſiaſtico ad rei relaxationem ex cauſa caducitatis, vel generationis finitæ, num.* 3. *etiam ſi ſuper ſolo utili dominio, quod pœnes laicos extitit, cauſa inter laicos ſolos emphyteutas agatur, num.* 4. *ſed contrarium in utroque caſu, num.* 5. & 6.

7 *Laicus emphyteuta Eccleſiæ, ſeu Clerici poteſt conveniri coram Judice Eccleſiaſtico, ut ſolvat laudemium, numer.* 7. *contrarium, num.* 8.

9 *Laudemium an ſit adjudicandum unà cum intereſſe.*

### DECISIO CXCIX.

1 AFFIRMATIVE reſpondeo, quod laicus pro recognitione, ſeu ut apud nos dicitur pro capibreviatione bonorum, quæ habet in emphyteuſim ab Eccleſia, ſeu Clerico, poteſt conveniri per Eccleſiam, ſeu Clericum coram Judice Eccleſiaſtico, Germon. *de ſacror. immunitate, libro tertio, capit.* 27. *à numer. primo*, Fontanella ſic intelligendus *deciſ.* 341. *num.* 24. *part.* 2. Sic fuit, & in Cathalonia deciſum per Cancellarium Caſſador, Conſultoribus Llobregat, & Sala 15. Septembris 1568. in favorem Narciſſi Baril Presbyteri, & Beneficiati in Eccleſiæ Sancti Felicis Civitatis Gerundæ. Et per eundem Cancellarium Caſſador, Conſultoribus Terça, 2 & Sala 5. Maji 1570. in favorem Rectoris Eccleſiæ Parochialis Villæ de Tota, contra Petrum Forn Notarium ejuſdem Villæ ſuper ſcribania, ſeu jure percipiendi inſtrumenta in dicta Parochia de Tota, quæ per Rectorem dictæ Parochialis Eccleſiæ in emphyteuſim ſub certo annuo cenſu fuerat dicto Petro Forn conceſſa. Et per Cancellarium Copons, Conſultoribus Sabater, Guardiola, Deſcamps, Valencas, & Regas 19. Aprilis 1595. in favorem Hieronymi Spret Camerarii Sancti Joannis de Abbatiſſis, contra Syndicum Parochiæ Beatæ Mariæ de Beſora.

3 Idemque plures dicunt, quod laicus pro re, quam in emphyteuſim tenet ab Eccleſia, ſeu Clerico, poteſt conveniri coram Judice Eccleſiaſtico ad rei relaxationem ex cauſa caducitatis, vel generationis finitæ, Caldas Pereyra *de jure Empyt. lib.* 2. *quæſt.* 7. *numer.* 24. Tuſchus *pract. concluſ. lit. L. concluſ.* 155. *numer.* 4. Maceraten. *var. lib.* 1. *reſol.* 30. & *reſol.* 48. & *reſol.* 71. *num.* 10. & *reſol.* 98. *in princ.* Ciarlin. *controv. foren. lib.* 1. *cap.* 39. *numer.* 50. & *lib.* 2. *cap.* 188. *num.* 1. 2. & 3. latè cum deciſione Rotæ Marinis *lib.* 1. *reſol. jur. cap.* 207. ubi Rodoet. *numer.* 1. Poſtius *poſt tract. de manuten. deciſ.* 535. Farinac. *deciſ.* 305. *poſt lib.* 2. *conſil.* Diana *reſol. mor. part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 56. & *part.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 7. & *in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 279. & 280. Fermoſin. *in c. ſi Clericus* 5. *quæſt.* 7. *num.* 1. 2. & 3. *de foro competen.* Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 7. *dub.* 1. *ſect.* 2. *à numer.* 9. *ad* 22. & *tom.* 2. *cap.* 10. *dub.* 16. *à numer.* 43. Fontanella *deciſ.* 341. *num.* 24. *verſic. in hoc*, *part.* 2.

4 Et addunt id procedere, etiam ſi ſuper ſolo dominio utili, quod pœnes laicos exiſtit, cauſa inter ſolos emphyteutas agatur, probat multis citatis Marinis *lib.* 1. *reſol. jur. cap.* 207. *num.* 7. Poſtius *poſt tract. de manuten. deciſ.* 535. *nu.* 4. & 5. latè Thom. del Bene *de imm. Eccleſiaſt. tom.* 2. *cap.* 10. *dub.* 16. *à num.* 1. *ad* 42.

5 Sed contrarium, quod laicus pro re, quam in emphyteuſim tenet ab Eccleſia, ſeu Clerico, debeat conveniri coram Judice ſæculari ad rei relaxationem ex cauſa caducitatis, vel generationis finitæ, latè Pereyra *de man. Regia*, *part.* 2. *capit.* 6. *numer.* 1. & ſentit Germonius *de ſacror. imm. lib.* 3. *cap.* 27. *à numer.* 1. & in his repete quæ tradidi *hac part.* 4. *deciſ.* 195. *cum ſeq.*

6 Et à fortiori ſi laicus de utili tantùm dominio, aut de cauſis circa ipſum motis ſuper re quæ eſt in emphyteuſim Eccleſiæ, ſeu Clerici, conveniatur, cauſa agenda eſt coram Judice ſæculari, quia dominium utile merè laicum, & profanum eſt, & perinde ſtatutis, & legibus Principum Sæcularium ſubjectum, ut tradunt Menochius, Valaſcus, Gamma, Surdus, & Caldas, Pereyra quos citant Barboſa *in cap. ſi Clericus* 5. *numer.* 6. ubi Fermoſin. *quæſtion ſeptima, numero quarto de foro compet.* Cevallos *de cognit. per viam violen. part.* 2. *quæſt.* 50. *num.* 10. Maſcard. *de gener. ſtat. interp. concluſ.* 1. *num.* 248.

7 Sed an laicus emphyteuta Eccleſiæ, ſeu Clerici poſſit conveniri coram Judice Eccleſiaſtico ad ſolutionem laudemii? Affirmant Burgius *de laudemio*, *part.* 3. *inſpect.* 1. *numer.* 6. & 7. quem ſequuntur Carol. de Graſ. *de effectu Cler. effect.* 1. *numer.* 521. Diana *reſol. moral. part.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 7. & *in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 380. *num.* 4. *verſ. Hinc docuit*, Fermoſin. *in cap. Clericus* 5. *quæſt.* 7. *numer.* 3. *de foro compet.* Thom. del Bene *de imm. Eccleſiaſt. tom.* 1. *capit.* 7. *dub.* 1. *ſect.* 2. *numer.* 22. Bellet. *diſq. Cler. part.* 1. *tit. de favore Cler. reali*, §. 5. *numer.* 10. Sperell. *deciſ.* 98. *numer.* 14. *tom.* 1. Barboſa *de imm. Eccleſiaſt. univ. libro* 1. *capit.* 38. §. 2. *ſub num.* 158.

8 Verùm horum opinio in Cathalonia non procedit, Quia ſi Eccleſia, ſeu Clericus non eſt in poſſeſſione exigendi, & recipiendi canonem, ſeu an-

nuum

nuum cenſum à laico , ſed agit petitorio pro ejus ſolutione, non poteſt laicum convenire coram Judice Eccleſiaſtico , ſed debet eum convenire coram Judice ſæculari, *ut probavi, deciſ. 196. n.14.& 15. hac par.4.* Ergo evidens eſt, quod in Cathalonia laicus emphyteuta Eccleſiæ , ſeu Clerici non poteſt conveniri coram Judice Eccleſiaſtico , pro ſolutione laudemii, ſed debet eum convenire coram Judice ſæculari , ſicque vidi multoties ſervatum , laicos pro ſolutione laudemii ad petitionem Clericorum conventos fuiſſe in Regia Audientia , ut meminerunt de uno caſu Xammar, *defin. 112.* de alio Ripoll. *var. cap. 7. num. 274.*

9 Sed quia loquutus fui de laudemio pro re emphyteuticaria debito . Nota , quod licèt Fontanella dicat cum deciſionibus noſtri Senatus dierum 14. Decemb. 1544. & 25. Junii 1620. peti poſſe laudemium , & debere adjudicari unà cum intereſſe *deciſ. 205. num. 12. 13. & 14. part. 1.* quem ſequitur Leotard. *de uſur. quæſt. 89. num. 27. & 28.* Tamen noſtra Regia Audientia receſſit ab hac obſervantia, & non condemnat ad ſolutionem laudemii unà cum intereſſe, ſed ſimpliciter facit condemnationem laudemii abſque intereſſe. Sic obſervatum, referente Magnifico Franciſco Mijavilæ Franqueſa 27. Novembris 1621. in cauſa Fiſci Procuratoris Bajuliæ Generalis ex una , & Nobilis Ugonis de Tamarit ex altera , quæ venerat ad Regiam Audientiam cauſa faciendi verbum. Et referente Magnifico Hieronymo Aſtor 15. Septembris 1624. in cauſa Margaretæ Aſtor ex una , & Nobilis Hieronymi de Aymerich & Cruilles ex altera , Actuario Mallol. & ſequendo has deciſiones, referente Magnifico Franciſco Llunes 13. Septembris 1659. in cauſa Nobilis Mariæ Tereſiæ de Oms ex una , & Mariæ Ximenis ex altera, Actuario Preve . Et per me ſine facto verbo 15. Januarii 1661. in cauſa Jacinthi Bas Presbyteri ex una, & tutorum, & curatorum pupilli Raphaelis Guinart ex altera, Actuario Bas . Et referente Magnifico Joanne Paulo Xammar 21. Junii 1661. in cauſa Nobilis Narciſſi Deſcallar ex una , & tutorum , & curatorum pupillorum Camps ex altera , Actuario Vila.

---

### *ARGUMENTUM.*

## An finium regundorum actione inter Eccleſiaſticos intentanda cognoſcat Judex Eccleſiaſticus, vel ſæcularis.

### *SUMMARIUM.*

1 *Finium regundorum actione inter Eccleſiaſticos intentata cognoſcit Judex Eccleſiaſticus, num. 1. & 9.*

2 *Finium regundorum actione mota per laicum adverſus Clericum ſuper proprietate , cognoſcere debet Judex Eccleſiaſticus .*

3 *Finium regundorum actione quilibet litigantium poteſt eſſe actor & reus .*

4 *Finium regundorum actione mota , actor eſt qui alium ad judicium trahit, ſeu qui petit , & prius ad judicium aliquem provocat , numer. 4. & reus eſt qui poſſidet rem controverſam , num. 5.*

6 *Finium regundorum judicium de ſui natura eſt declaratorium dominii , num. 4. & continet in ſe cauſam proprietatis , num. 7.*

8 *Finium regundorum actione agens tenetur probare dominium .*

10 *Finium regundorum actione mota per laicum adverſus Clericum ſuper poſſeſſione , tractanda eſt coram Judice ſæculari .*

11 *Finium regundorum actione mota per Clericum adverſus laicum ſuper proprietate , tractanda eſt coram Judice ſæculari : ſecùs ſi moveatur per Clericum adverſus laicum ſuper poſſeſſione , nam tunc tractanda eſt coram Judice Eccleſiaſtico .*

12 *Libellus in actione finium regundorum qualiter formetur .*

13 *Articuli in actione finium regundorum qualiter formari debeant .*

14 *Finium regundorum actio ut competat , neceſſarium eſt , quod actor probet ſi prædium in illo termino habere , ſi ab adverſario negetur , & menſuram prædii .*

15 *Agrimenſores debet mittere Judex ad locum quæſtionis , ut menſurent & videant unum , ſi partes in eo concordant , ſin minus unaquæque pars agrimenſorem ſuum , quibus diſcordantibus tertium agrimenſorem Judex eligere debet , & ſi opus eſt , Judex debet etiam accedere ad locum quæſtionis , & rem oculis ſuis inſpicere .*

16 *Agrimenſores tenentur jurare de benè ſe gerendo in illa agrimenſura , numer. 16. eorum tamen juramentum debet eſſe de crudelitate , non autem de aſſertione veritatis , numer. 17. ſed non poſſunt puniri de falſo , numer. 18. ſed qualiter ſuccurratur damnificato ex mala menſuratione agrimenſorum , num. 19.*

20 *Agrimenſores quando inſpecturi ſunt rem ſuper qua judicium interponere debent , partes ſunt citandæ , ut interveniant , ſi velint .*

21 *Agrimenſuratio debet fieri expenſis communibus , numer. 21. etiam ſi una pars contradicat , num. 22.*

23 *Viſura debet fieri expenſis petentis , numer. 23. niſi adverſarius velit in ea intereſſe , numer. 24.*

25 *Judex qualiter debeat proferre ſententiam in judicio finium regundorum .*

26 *Appellatio datur à ſententia lata in Judicio finium regundorum .*

27 *Finium regundorum actio datur pro conſtituendis finibus in prædiis ruſticis , numer. 27. 28. & 29.*

30 *Finium regundorum actio præſcribitur triginta annis .*

31 *Clericus , & laicus ſi ſunt relicti hæredes , & in diviſione hæreditatis queſtio oriatur , ipſa eſt determinanda coram Judice Eccleſiaſtico .*

### DECISIO CC.

NUlli eſt dubium , quod finium regundorum actione inter Eccleſiaſticos intentanda non poteſt cognoſcere Judex ſæcularis , ſed debet cognoſcere Judex Eccleſiaſticus. Sic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Copons, Conſultoribus Peguera, Guardiola, Regas, & Aſtor 9. Octobris 1596. in favorem Syndici Sancti Joannis Villæ Perpiniani, contra Jacobum Trelles Sequeſtrum Regium Abbatiatus Beatæ Mariæ de Regali occaſione cauſæ , & Judicii finium regundorum loci de Hortolans . 1

Sed illud verſatur , quando controverſia ſuper actione finium regundorum movetur inter Clericum , & laicum . In quo reſolutivè dico , quod actione finium regundorum mota per laicum adverſùs Clericum ſuper proprietate , de hujuſmodi controverſia cognoſcere debet Judex Eccleſiaſticus, & caſu quo moveatur per laicum coram Judice ſæculari , vim non facit Judex Eccleſiaſticus eum inhibendo, cùm teneatur Judex ſæcularis iſtam cauſam introductam in ſuo tribunali remittere ad Judicem Eccleſiaſticum, in qua laicus poterit ſuam cauſam proſequi , ita Cævallos *de cognit. per viam violen. part. 2. quæſt. 128. à num. 1. ad 16.* Fermoſinus *in capite quia indicente 9. quæſt. 1. à numer. 1. ad 8. de probation.* Scialoya *de foro compet. capit. 1. num. 20. verſic. Et ex his.* 2

Tum quia licèt in actione familiæ erciſcundæ , communi dividundo , & finium regundorum quilibet litigantium poteſt eſſe actor , & reus , ſiquidem 3

dem actor dicitur, quia uterque intendit hos, vel
illos terminos obſervandos, & hoc, vel illo modo
dividendam eſſe hæreditatem, vel aliam rem com-
munem, & quatenus ab utroque petitur, quilibet
eorum reus cenſetur, l. 2. §. in familiæ, leg. inter
cohæredes, §. 1. verſic. Qui familiæ, ff. familiæ erci-
ſcundæ, leg. judicium 10. ff. finium regundorum, l. ſi
defunctus 15. §. fin. ff. de procurat. l. actionis 36. ad
finem, ff. de actionib. & obligat. l. in tribus 13. ff.
de Judiciis, capite ex literis 3. & ibi gloſ. verbo
vices duorum, de probationib. Jaſon in §. quædam 20.
num. 16. Pichardus num. 46. & à num. 57. de actionib.
noſter Oliba in praxi de actionibus, part. 2. libro 1.
capit. 40. num. 1. in fine, num. 2. in princ. numer. 5.
verſic. Ideoque, & num. 8. verſic. Secundo, Paz in
in praxi, tom. 3. cap. 1. §. 5. num. 2. Scialoya de foro
compet. cap. 1. numer. 20. in prin. Maſcard. de probat.
concluſ. 393. num. 13. Maranta de ordin. jud. par. 4.
diſt. 17. Patian. de probat. lib. 1. cap. 60. num. 9. Coſta
in tractat. de facti ſcientia, & ignorantia, inſpect. 60.
num. 6. Auguſtinus Barboſa in cap. ex literis 3. num. 3.
& 4. ubi latiſſimè Fermoſin. quæſt. 1. de probat. latiſ-
ſimè etiam Petrus Barboſa in l. in tribus 13. à num. 1.
ff. de judiciis, Otere de actionib. lib. 1. capit. 5. §. 3.
numer. 5. generaliter Fontanella de pact. nup. tom. 2.
clauſ. 7. gloſ. 3. part. 10. numer. 13. Tamen in iſtis
4 † tribus actionibus familiæ erciſcundæ, communi
dividundo, & finium regundorum actor eſt qui
alium ad judicium trahit, ſeu qui petit & priùs
provocat alium ad judicium, hoc eſt ut priùs pro-
vocans cenſeatur actor quo ad ordinem judicii ve-
luti quia priùs jurat, allegat, & probat; & provo-
catus cenſetur reus, ut ſic eviterur confuſio l. in
tribus 13. ff. de judiciis, l. 2. §. in tribus, ff. communi
dividundo, gloſ. verbo vices duorum in c. ex literis 3.
de probat. plures citat Petr. Barboſa in leg. in tribus 13.
numer. 2. ff. de judiciis, quibus addo Scialoya de foro
comp. cap. 1. numer. 20. poſt prin. verſic. Et qui, Fer-
moſinum in cap. ex literis 3. quæſt. 2. num. 7. & 11. de
probat. Et generaliter loquentes Cancer. part. 3. var.
cap. 1. num. 55. Fontanella de pact. nup. tom. 2. clauſ.
7. gloſ. 3. part. 10. num. 13. Paz de tenuta, cap. 24. nu.
2. Poſtius de manuten. obſerv. 1. num. 3. & poſt tract.
deciſ. 417. num. 1. Urſellius concluſ. 44. verbo Actor,
5 à nu. 1. Cùm reus † ſit qui poſſidet rem controverſam,
§. retinenda, de interdictis, Paz de tenuta, capit. 69.
numer. 2. cum aliis per Poſtium de manuten. obſerv. 1.
num. 2. & poſt. tract. deciſ. 417. num. 5. Sed vide hanc
rationem explicantes Balboam in cap. ex literis 3. nu.
90. & 91. ubi Fermoſin. quæſt. 1. num. 14. de probation.
Menoch. de retin. poſs. remed. 3. à num. 770. Pet. Bar-
boſa in leg. in tribus 13. à num. 2. cum plurib. ſeq. ff.
de judiciis.
6 Tum quia judicium finium regundorum de ſui
natura eſt declaratorium dominii, Bald. in l. ſi quis
3. num. 3. verſic. Nota, Cod. finium regundorum,
Cævallos de cognit. per viam violen. part. 2. quæſt. 128.
num. 4. & 5. Fermoſinus in cap. quia iudicante 9. quæſt.
7 1. num. 4. & 5. de præſcript. Et continet † in ſe cau-
ſam proprietatis, l. ſi quis 3. ubi Bald. & Caſtren.
C. finium regundorum, Cevallos, & Fermoſinus lau-
dati num. 6. ille num. 7. iſte num. 5.
8 Tum quia agens actione finium regundorum te-
netur probare dominium, Faber. §. quædam actiones,
num. 20. ubi Aretin. numer. 11. Jaſon. numer. 72. de
actionib. alios plures addunt Cævallos de cognit. per
viam violent. part. 2. quæſt. 128. à num. 8. Fermoſinus
in cap. quia judicante 9. quæſt. 1. num. 6. de præſcrip.
9 Et ſic quando laicus agit hac actione finium regun-
dorum ſuper proprietate adverſus Clericum, eſt actor,
& tenetur probare dominium contra Clericum reum
conventum, conſequenterque debet ſequi forum
Clerici rei, ſic concludunt Cævallos, & Fermoſinus
citati num. 1. ille num. 9. iſte num. 6. in fine.
10 Si verò laicus moveat actionem finium regundo-
rum ſuper poſſeſſione adverſus Clericum, cauſa tra-
ctanda eſt coram Judice ſæculari. Ratio eſt, quia
in judicio finium regundorum primo inveſtiganda,
& examinanda eſt quæſtio poſſeſſionis, deinde quæ-
ſtio proprietatis, lib. 15. qui deſtinavit 24. ff. de rei
vind. Aretinus in §. quædam, num. 11. verſic. Vel tu
dicas, in fine, Pichard numer. 49. de actionib. Coſta in
tract. aut ſciebat, aut ignorabat, diſt. 50. num. 13. Ur-
ſellius concluſ. 38. verbo Actio finium regund. num. 62.
Benè Fermoſin. in cap. ex literis 3. num. 7. de probat.
ut intelligatur, cui incumbat onus probandi, & quis
partes actoris ſuſtineat, doctè Oliba in praxi de actio-
nib. part. 2. lib. 1. cap. 40. num. 7. verſic. Sanè, ubi
Montaner num. 2. prope finem, verſic. Itaque priùs.
Et quando laicus poſſidet eſt reus, ut dictum eſt,
num. 5. conſequenterque ſi laicus movet actionem
finium regundorum ſuper poſſeſſorio adverſus Cleri-
cum, cauſa tractanda eſt coram Judice ſæculari.
Ex his colligo, è contra, quod ſi actio finium re- 11
gundorum moveatur per Clericum ſuper proprieta-
te adversùs laicum, tractanda eſt coram judice ſæ-
culari; ſecus ſi moveatur per Clericum adversùs
laicum; ſuper poſſeſſione, quo caſu tractanda eſt
coram Judice Eccleſiaſtico.
Libellus in actione finium regundorum qualiter 12
formetur, tradunt Aretin. in §. quædam, num. 14. Ja-
ſon. num. 8. de actionib. Paz in praxi, par. 3. cap. 1.
§. 8. num. 17. remiſſivè Oliba in praxi, de actionib.
part. 2. lib. 1. cap. 40. nu. 11. verſic. Poſtremo, ubi
Montaner. in addition. num. 1.
Articuli in actione finium regundorum qualiter 13
formari debent, & qua cautela muniri, Hieronymus
de Monte in tract. finium regendorum, cap. 47. re-
miſſivè Maſcard. de probat. concluſ. 393. num. 18.
Sed ut actio finium regundorum competat, ne- 14
ceſſarium eſt, & requiritur, quod actor probet ſe
prædium in illo territorio habere, ſi ab adverſario
negetur, & menſuram prædii, Paz in praxi, tom.
3. cap. 1. §. 8. num. 13. & 14. Barboſa in lib. 3. nu.
5. & C. finium regundorum.
Quibus probatis, Judex debet mittere agrimen- 15
ſores ad locum quæſtionis, ut menſurent, & vi-
deant unum, ſi partes in eo concordant, ſin mi-
nus unaquæque pars ſuum agrimenſorem debet eli-
gere, & nominare, quibus diſcordantibus Judex de-
bet tertium agrimenſorem eligere partibus non ſuſ-
pectum, & ſi opus eſt, debet etiam Judex accede-
re ad locum quæſtionis, & rem oculis ſuis inſpice-
re, inſequendo diſpoſitionem jurium in l. ſi irruptio-
ne, §. ad officium, ff. finium regundorum, l. ſi quis
3. Cod. eod. tit. Aretin. in §. quædam, numer. 13.
ubi Jaſon num. 73. de actionib. Oliba in praxi de
actionibus, part. 2. lib. 1. cap. 40. num. 11. Coſta in
tract. aut ſciebat, ignorabat, diſt. 50. numer. 14. &
15. Poſtius de manut. obſerv. 101. num. 6. & 8. Fer-
moſin. in cap. ex literis 3. quæſt. 2. nu. 9. de probat.
Paz in praxi, part. 3. cap. 1. §. 8. num. 14. verſic.
Quibus, Barboſa in l. ſi quis 3. num. 5. Cod. finium
regundorum, & generaliter Fontanella deciſ. 381.
num. 5. & deciſ. 382. num. 17. part. 2.
Agrimenſores tenentur jurare de benè ſe habendo 16
in illa agrimenſura, aliàs menſuratio non valeret,
juxta l. comparationes, §. omnes autem, & ibi gloſ.
& Doctores, Cod. de fide inſtrument. l. hac edictali,
§. his illud, Cod. de ſecundis nuptiis, Aretinus in §.
quædam, num. 32. verſic. Et aliis, ubi Jaſon num. 78.
de actionib. Montaner ad Olibam in praxi, part. 3.
rinis ad Reverter. dec. 32. numer. 2. Genuenſ. in pract. Eccleſiaſt. quæſt. 114. Diana reſolut. moral. part. 3. tr. 1. reſolut. 24. & part. 4. tract. 1. reſolut. 56. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſol. 178. & 179. Thomas del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. capit. 3. dub. 7. ſect. 17. & cap. 7. dub. 1. ſect. 2. num. 21. & tom. 2. cap. 10. dub. 16. à numer. 55. & de parlament. dub. 30. ſect. 17. Fermoſinus in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 7. à numer. 10. & quæſt. 49. numer. 35. & 36. de conſtitut. & in cap. ſi Clericus 5. à numer. 6. de foro compet. Barboſ. in l. placet, num. 6. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. & de jure Eccleſ. univerſ. lib. 1. capit. 39. §. 5. num. 62. latiſſimè Sperell. dec. 121. tota lib. 2. Balmaſeda de collect. quæſt. 126. Cancer part. 3. cap. 3. num. 141. in fine, Fontan. deciſ. 397. à numer. 28. part. 1. remiſſivè Theſaur. deciſ. 126. in fine, ubi Gaſpar. Antonius ejus filius in addit. verſic. Quemadmodum, Lezana in ſumm. q. regul. part. 3. verbo gabella, n. 14. in fine. Sed affirmativa eſt communis.

30 Et utrum ſi Clericus, & laicus poſſideant bona communia pro indiviſo, teneatur laicus pro rata illum tangente, ſolvere gabellam quamvis Clericus pro alia parte ſit exemptus? Videantur Covar. pract. capit. 34. numer. 2. Molina de juſtit. & jure, tom. 2. diſput. 663. numer. 7. Lezana in ſumm. quæſt. regul. part. 3. verbo gabella, num. 18. Bonacina in Bulla Cœnæ, diſput. 1. quæſt. 19. punct. 3. §. 1. numer. 19. Martha de juriſdict. part. 4. caſu 12. Surdus conſ. 301. numer. 89. & conſ. 338. num. 13. & 14. lib. 3. Bobadilla in politic. lib. 2. cap. 17. num. 92. Cabedo dec. 64. num. 9. tom. 2. Lazarte de gabel. cap. 19. numer. 17. Fontanella dec. 307. numer. 6. & 7. part. 2. Michalor. de Fratrib. libr. 2. capit. 24. toto, ſignanter num. 5. & 27. Tamburin. de jure Abbat. tom. 1. diſput. 15. quæſt. 23. num. 24. plures alios addunt Squilant. de priv. Cler. cap. 8. num. 58. Carolus de Graſ. de effect. Cler. effectu 3. num. 186. & 187. Sperel. dec. 19. num. 27. & 28. & dec. 42. num. 28. lib. 1. Barboſa de jure Eccleſ. un. lib. 1. capit. 39. §.
31 5. num. 60. Affirmativa verò eſt communior. Adeò † ut iſto caſu Judex ex officio poteſt cogere laicum ad dividendum bona ad effectum, ut poſſit ſciri quota, & portio, pro qua ſit ſolvenda gabella, Carolus de Graſ. poſt alios de effect. Cler. effectu 3. num. 187. Sperel. dec. 19. n. 28. ubi innuit, id ſpectare ad Judicem Eccleſiaſticum, lib. 1.

---

*A R G U M E N T U M.*

An Clerici, & alii exempti, qui non tenentur ſolvere gabellas, teneantur res, quas deferunt, denuntiare, & manifeſtare gabellariis, aliàs incidunt in commiſſum, & an ejus declaratio pertineat ad Judicem Eccleſiaſticum.

*S U M M A R I U M.*

1 *Clerici, & quilibet alii exempti, qui non debent ſolvere gabellas, ut evitetur via fraudibus, & colluſionibus, tenentur res, quas deferunt, denuntiare, & manifeſtare gabellaris, n. 1. niſi probetur conſuetudo non denunciandi, quæ eos excuſet, num. 2.*

3 *Clerici, & alii exempti ſi non denuntiaverint, & manifeſtaverint gabellariis res, quas deferunt, an incidant in commiſſum, n. 3. referuntur quinque opiniones, n. 4. 5. 6. 7. & 8. ultima placet, ratio traditur, n. 9.*

9 *Clerici, ſcholares, & alii exempti habentes immunitatem à gabellis parificantur.*

10 *Scholares pro libris non ſolvunt gabellam, n. 10. tenentur tamen eos denuntiare gabellariis, alioquin incidunt in commiſſum, n. 11.*

13 *Declaratio incidiſſe in commiſſum res Clericorum ob non factum earum denuntiationem gabellariis an pertineat ad Judicem Eccleſiaſt. remiſſivè, n. 13.*

14 *Clericorum merces ob non factam denuntiationem gabellariis, incidunt in commiſſum, etſi de illorum dolo non appareat.*

15 *Gabellam non ſolventes, quando lex ſolvere mandat, dicuntur in dolo verſari.*

16 *Muliones, nautæ, & conductores rerum clericorum, ſi eas non manifeſtaverint, damnum reſarcire tenentur.*

17 *Muliones, nautæ, & conductores rerum, de quibus ſolvenda eſt gabella, ſi eam non ſolvunt, tenentur dominis rerum amiſſarum pretium ſolvere.*

18 *Muliones, nautæ, & conducentes res alienas non ſolventes gabellas de jure non præjudicant dominis, quorum ſunt, nec eos poſſunt facere incidere in illarum amiſſione, numer. 18. fallit de generali conſuetudine totius Orbis, num. 16.*

20 *Muliones, nautæ, & conducentes res alienas, qui gabellas fraudant, ſi fuerint pauperes, & non ſolvendo, datur dominis illarum de jure reſtitutio in integrum adversùs gabellarios pro reſtitutione, & recuperatione dictarum rerum, ſaltem ex clauſula generali, ſi qua mihi juſta cauſa, n. 20. quod à forenſi uſu eſt alienum, numer. 21.*

22 *Clerici ſi non manifeſtaverint, & denuntiaverint gabellariis res, quas deferunt, vel res prohibitas extraxerint, vel non ſolverint gabellam, caſibus, quibus ſolvere tenentur, ſi ſunt minores 25. annorum, ceſſante dolo, non incidunt in commiſſum, ſi petunt reſtitutionem in integrum, ſed liberantur ſolvendo gabellam, numer. 22. fallit ſi per gabellarios probaretur dolus verus contra hujuſmodi minores 25. annorum, ſivè Clericos, ſivè laicos, nam tunc nullo modo excuſantur, nec gaudent beneficio reſtitutionis in integrum, num. 23. 24. & 25.*

26 *Clerici ſi non denuntiaverint, & manifeſtaverint gabellariis res, quas deferunt, vel extraxerint res prohibitas, an ſint forenſes, & exteri incidant in commiſſum, vel an prætextu ignorantiæ excuſentur.*

27 *Gabellarii non tenentur requirere, & interpellare Clericus non denuntiantes res, quas deferunt.*

28 *Gabella defraudata dicitur eo ipſo, quod quis tranſit cum mercibus, pro quibus ſolvenda erat per locum ubi ſolvenda eſt, & non ſolvit.*

29 *Gabellam defraudans incidit in commiſſum rei quam ducit, & deſinit eſſe ejus, qui gabellam fraudavit, & ejus dominium Fiſco acquiritur, num. 29. intellige n. 30.*

D E C I S I O CCV.

COmmunis eſt Doctorum reſolutio, quod Eccle- 1
ſia, Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ, ac Equites Ordinum Militarium Sancti Joannis Hieroſolymitanen. Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, Monteſiæ, & ſcholares, ac quilibet alii exempti, qui de jure, vel privilegio non debent ſolvere gabellas, vel deferentes res, & bona pro quibus gabellæ ſolvi non debent, nihilominus ex neceſſitate coercitiva, publica utilitate impellente, tenentur res, quas deferunt denuntiare, & manifeſtare gabellariis. Tum ut evitetur via fraudibus, & colluſionibus, juxta l. Sacroſancta, Cod. de Sacroſanct. Eccl. tum ut ſciatur, cujus Clerici, Religioſi, & exempti ſint res, ut probatur in l. fin. §. Divus quoque, ubi Bartol. Angel. & Paul. de Caſtro, ff. de public. & vectigal. ſic Baldus conſ. 79. numer. 4. verſic. Secundo quæritur, lib. 1. Roland. conſil. 89. à numer. 89. libr. 3. & conſ. 71. numer. 22. & 23. libr. 4. Tuſch. practicar. concluſ. litera D, concluſ. 30. num. 25. & litera G, concluſ. 12. numer. 17. Marcus dec. 285. in fine, part. 1. & deciſ. 214. numer. 3. part. 2. Bobadilla in polit. lib. 4. capit. 5. numer. 21. in fine, Maſcard. de probat. concluſ.

*concluſ.*844. *numer.* 4. *&* 5. Gratian. *deciſ.* 148. *numero* 2. 22. & 32. *& diſcept.forenſ. cap.* 17. *numer.* 8. Loſeus *de jure univerſ.part.*4.*cap.*1.*numero* 90. Farinac. *de furtis*, *q.* 173. *numero* 29. Boſſ. *in praxi crim. tit. de fraudant.vectigalia*, *numer.* 10. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. par.*2.*alleg.*13. *numero* 16. alios plures citant Carol. de Graſſ.*de effect. Cler. effectu* 3. *numer.* 257. ad quem, & alios ſe refert Barboſ. *in capit. ſecundum* 6. *numer.* 6. *ne Cler.vel Monachi.* Ciarlin. *controv. forenſ. libr.* 1.*cap.* 22.*numer.* 98. *& lib.*2.*capit.*146. *numero* 15. *&* 16. quibus addendi ſunt Oddo *de reſtit. in integ. libr.*2.*quæſt.* 82.*numero* 35. Trentacinq. *var.libr.*1. *de jure fiſci*, *reſol.*5.*numero* 8. *verſ. Iſti tamen* Maſtrill. *de Magiſtrat. libr.*3.*capit.* 10. *numero* 233. Anſaldus *de juriſdict. par.* 6.*tit.*4.*capit.* 3. *numero* 35. Peregrin. *de jure fiſci*, *lib.* 6.*tit.*5.*numero* 31. *verſic. Amplia ut omiſſa*, Fermoſin. *in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *quæſt.* 14. *à numero* 30. *ad* 36. *& quæſtio* 48. *numero* 17. *de conſtitut.* Marinis *reſol. jur. libr.* 1. *capit.* 31. *numer.* 6. *in fine*, *& numer.* 7. Bobadilla *in polit.libr.* 4. *capit.* 5. *numer.* 21. *in fine*, Alfaro *de offic. Fiſcal. gloſſ.* 20. *numer.* 70. *verſic. Clerici etiam*, Toro *in ſuppl. deciſ. verbo immunis à gabellis*, *in medio*, *fol.* 287. Noguerol. *allegat.* 39. *numer.* 47. Queſada Pilo *diſſert.* 22. *numer.* 89. Vintiglia *in praxi*, *annot.* 14. *de gabellis*, §. *unic. numer.* 24. Xammar. *de offic. Jud. part.* 1. *quæſt.* 11.*num.* 108. *&* 109. Quidquid dicant Gratian. & Pereyra ab eiſque relati, *ille diſcept. forenſ. cap.* 17. *numer.* 9. *iſte de man. reg. part.*2.*cap.* 38. *numer.* 34. Sperel. *de* 13. *n.* 22. *lib.* 1.

2 Niſi probetur conſuetudo non denuntiandi, & manifeſtandi res, quas deferunt Clerici, & alii exempti à ſolutione gabellarum, quæ eos excuſat, Gratian. *diſcep. foren. c.* 17. *numero* 9. *verſ. Et quidquid*, *& numero* 10. 11. *&* 12.

3 Difficultas verò verſatur Utrum Clerici, & alii exempti, ſi non manifeſtaverint, & denuntiaverint gabellariis res,quas deferunt, incidant in commiſſum, proponit remiſſivè Queſada Pilo *diſſert.* 22. *numer.* 89. *verſic. Et utrum.* diſputat Luca *de regalibus*, *diſcurſ.* 57. *num.* 7. ſunt plurer opiniones.

4 Prima eſt opinio, quod non incidunt in commiſſum, ſic Bertazol. *conſ.* 7.*numer.*8. *verſ. Et cùm ſatis*, *lib.* 3. refert Ciarlin. *controv. foren. libr.* 1. *cap.* 146. *numer.* 17.

5 Secunda eſt opinio, quod ad ſummum puniri ſolùm poſſunt in duplicata gabella, ſi non denuntiaverint, credentes ſe non teneri, ita Roland. *conſ.* 42. *numero* 8. *verſ. Secundo*, *lib.* 3. Tuſcus *pract. conclu. litera G. concluſ.*12.*numer.* 5. Bertazol. *conſ.*7. *numer.* 10. *& conſ.* 287.*n.*11.*lib.*1. quos citat Ciarlin. *controv. forenſ.lib.*2. *c.*146. *numer.* 18.

6 Tertia eſt opinio, quod ſi res ſunt tales, de quibus liquet gabellariis, quod non debet ſolvi gabella, tunc non eſt neceſſaria denuntiatio, & non cadunt in commiſſum, ut per Bartol. *in l.interdum*, §. *divus*, *numer.* 1.*ff.de public. & vectigal.* Amat. *deciſ. Marchiæ* 35. *numer.* 11. *&* 12. Bertazol. *conſ.*193. *lib.* 1. *& conſ.*337. *n.* 9.*lib.*2. Gratian. *deciſ.* 146. *in addit. à numer.* 5. quos ſic intelligit Ciarlin. *controverſ.forenſ.lib.*2.*c.*146.*num.* 19. quibus addo ita intelligendos Roman. & Afflict. quos ſequitur Peregrin. *de jur.Fiſci*, *l.*6.*tit.*5. *num.* 31. *verſ. Ampliatur omiſſa*, Xamm. *de offic. jud. p.* 1. *q.* 11. *numer.* 10.

7 Quarta eſt opinio, quod ſi Clerici, & alii exempti doloſè omiſerint denuntiare gabellariis res, quas deferunt, incidunt in commiſſum, ut per Bartol. Roland Maſcard. Farinac. & Ludovic. refert Ciarlin. quos ſic intelligit *controverſ. forenſ. libr.* 2. *capit.* 146. *à num.* 19. *verſic. At quando*, *cum ſeq.* eo quia, ut omittens denuntiare incidat in pœnam, requiritur dolus, & pœna fraudatæ gabellæ non habet locum, niſi dolo interveniente, *l. curam forro*, §. *dominus*, *l. fraudari*, *ff. de pub. & vectigal.* Bartol. Angel. & Imola *in leg.commiſſa*, *ff. eodem* Abbas *conſ.* 68. *num.* 2.*lib.* 2. Roland. *conſ.*42. *numer.* 15. *&* 18. *lib.* 3. Bertazol. *conſ.*192.*numer.* 1. *&* 2.*lib.* 1. *& conſ.*336. *numer.* 9. *& conſ.*454.*n.*4.*lib.*1. Beccius *conſ.*96.*num.*10. Menoch. *conſ.*98.*n.*22.*lib.*1. Gratian. *diſcep.forenſ.lib.*1.*c.*17.*n.*13. Tuſch. *pact.concluſ.litera T*, *conc.*30. *numer.* 1. *litera G. concluſ.* 12. *numer.* 3. Farinac. *de furt. q.* 173. *numer.* 5. Giurba *conſ.* 16. *numero* 34. Queſada Pilo *diſſert.* 22. *numero* 13. Amat. *deciſ.march.*35.*n.*3. Carena *reſol.* 106. *numero* 5. *& reſol.*106.*n.*5.*reſ.*207.*numero* 9. Cyriac. *controv.*370.*numero* 45. Coſta *in tractat. aut ſciebat*, *cent.*1. *diſt.*46.*n.*3. Vermigliol. *conſ.*278.*n.*4. *& conſ.*279.*num.*9. Ciarlin. *cont. forenſ.l.*2.*c.*146.*n.*26. Conciolus *verbo gabella*, *reſ.*1.*n.*1. Capyc. Latro *conſ.* 18. *à n.* 17. nunquam ſatis laudatus Don Michael de Caldero *deciſ.* 26. *ſub n.* 3. *par.* 1.

Quinta eſt opinio, quæ generaliter abſque diſtinctione docet, & videtur verior, quod incidunt in commiſſum, ſic Maſcard. *de probat. concluſ.* 834. *num.* 4. Farinac. *de furtis*, *q.*173.*n.*29. Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *q.*48.*n.*17. *de conſt.* Bobadilla *in polit.lib.*2.*c.*17.*n.*118. Gratian. *deciſ.* 148.*nu.*21. 22. *&* 23. plures alios addit Regens Vico *ad prag. Reg. Sardin. tom.* 2. *tit.* 24. *c.* 24. *numer.* 12. & alii infrà, *deciſ.* 209. *numero* 42. 8

Ratio eſt, quia Doctores in hac materia pariſicant Clericos, & Scholares, & alios exemptos habentes immunitatem à gabellis, Bart. *in l.fin.numero* 1. *C. de annon. & tribut.libr.*10. Rolandus *conſ.*71.*numero* 21. *&* 22.*lib.*4. Maſcard. *de probat.concluſ.*834.*numer.* 4. Farinac. *de furtis*, *qu.*73.*numero* 29. Ciarlin. *controv.forenſ. lib.*2.*c.*146.*numero* 21. Guttier. *de gabellis*, *q.*94.*numer.* 9. Bolero *de decoctorib. tit.* 2. *q.* 5. *numero* 41. *in fine.* Sed Scholares quamvis pro libris non ſolvant gabellam, Trentacinq. *var.lib.*1.*de jure fiſci*, *reſol.* 5. *numero* 20. Barboſa *in l.univ.numer.*6.*C. de publican. & vectigal.* & generaliter de libris ſcriptis in ſermone latino, vel vulgari, Bolannos *in cur. Philippica*, *tom.*1.*l.*3. *c.* 7. *n.* 28. tenentur tamen eos denuntiare gabellaris, alioquin incidunt in commiſſum Bart. *in l.fin.*§.*divus*, *ff.de publ.* Rol. *conſ.*71.*p.*23.*lib.*4. Maſc. *de probat. conc.* 834. Farinac. *de furtis*, *q.*173.*numer.* 29. Ciarlin. *controv. foren. c.*136.*n.*23.*libr.*2. Queſada Pilo *diſſert.* 32. *ſub num.* 79. quidquid dicant Peregrin. *de jure fiſci*, *libr.* 6.*tit.*5.*n.* 31.*verſ.amplia ut omiſſa*, *in fine*, Gratian. *deciſ.* 148. *in addit.n.*8. Xammar *de offic.Jud.p.*1.*q.*11.*n.* 110. Ergo ſimiliter Clerici, ſi res quas portant, omiſerint denuntiare gabellariis, incidunt in commiſſum, quia pariſicatorum eadem eſt natura, *leg.* 1. ubi Doctores omnes, *ff.de leg.*1.*cum vulgatis*, Ciarlin. *contr. foren. l.* 1.*c.* 146.*n.*23. *in fine.* 9 10 11 12

Sed utrum declaratio incidiſſe in commiſſum res Clericorum ob non factam earum denuntiationem gabellariis pertineat ad Judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem, videatur infra, *deciſ.*209. *à n.* 41. *& à numer.* 51. 13

Supradicta, ut Clericorum, & aliorum exemptorum res, & merces, quas portant, incidant in commiſſum, omittendo eas denuntiare gabellariis, procedunt, etiamſi de illorum dolo non appareat, ad Gratian. reprobatis contrariis *deciſ.* 143. *n.* 23. nam ſicut non ſolventes gabellam, quando lex mandat ſolvi, dicuntur in dolo verſari, ex quo tranſgreſſi ſunt, ut dicunt Bald. & Craveta, quo refert, & ſequitur Tuſch. *pract. concluſ. litera G*, *concluſio* 12. *numero* 4. ita Clerici, & alii exempti omittentes denuntiare gabellariis res, quas portant, in dolo verſari dicuntur, ut clarè ſentire videtur Barboſa *de poteſt. Epiſ. part.* 2.*allegat.*13. *numero* 7. ubi dicit, quod ſi muliones, qui deferunt res Clericorum, eas non manifeſtaverint, tenentur damnum reſarcire, quod in mulionibus non ſolventibus gabellas tradit Bald. *conſ.* 457. quem refet & ſequitur Marinis ad Reverter. *deciſ.* 552. *numer.* 1. *verſ. Illud tamen*, Farinac. *de furtis*, *quæſt.* 173. *numer.* 50. *verſi. Habet tamen*, Conciol. alios plures addit *verbo gabella*, *reſol.* 4. *numero* 1. cum quo ſuponit Barboſa, quod Clerici, & alii exempti non fuerunt in dolo, & tamen res illæ inciderunt in commiſſum, nam ſi in commiſſum non incidiſſent, nihil opus fuiſſet damni refectione, ſic Ciarlin. *controv. foren. cap.* 146. *numero* 24. *libro* 2. 14 15 16 17

Unde licèt de jure muliones, nautæ, & conducentes res alienas non ſolventes gabellas non præjudicent 18

dicent dominis, quorum ſunt, nec eos poſſint facere incidere in illarum amiſſionem, Cuman. *conſ.* 5. *numero* 5. *verſ. Tertio quia*, Tuſch. *pract. con. litera G*, *concl.* 5. *numero* 2. Coſta *in tr. aut ſciebat aut ignorabat*, *cen.* 1. *diſt.* 44. *numero* 7. & 8. Theſaur. *quæſtio forenſ.* 62. *num.* 1. 2. & 3. *l.* 1. Maſſin. *de confiſ. bonor. qu.* 26. *numero* 19. & *ſeq.* Cohel *de bono regim. cap.* 47. *numero* 115. Conciolus *verbo gabella*, *reſol.* 4. *numer.* 1. latè Cabreros *de metu*, *l.* 2. *c.* 2. *à numero* 10. *verſic. unde*, *juncto verſ. His ita habitis*, & *alii infrà*, *deciſ.* 209.
19 *numero* 46. tamen de ſtylo, & generali conſuetudine totius mundi in omnibus Provinciis obſervata, ſtante præſertim ſtatuto, ſeu edicto generali, quod omnes res, & merces incidant in commiſſum, contrarium obſervatur, ſic Bartol. in *leg. cùm proponas*, *num.* 3. Bald. *numer.* 11. *C*, *de nautico fœnerato*, Romanus *in leg. cotem.* §. *dominus*, *num.* 3. *ff. de public.* & *vectigal.* Theſ. *quæſt. forenſ.* 57. *numer.* 4. *lib.* 1. Bobad. *in polit. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. *numero* 33. Cyriac. *controverſ.* 256. *numero* 46. Queſada Pilo *diſſert.* 22. *numer.* 20. Maſſin. *de confiſ. bonor. q.* 26. *numer.* 16. & 20. Solorzanus *in polit. l.* 6. *cap.* 10. *verſ. Pero no puedo*, ibi: *Y que pro culpa de otros*, *fol.* 985. Conciol *verbo gabella*, *reſol.* 4. *numero.* 2. remiſſivè Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.* 2. *tit.* 24. *cap.* 24. *numer.* 13. Novarius *in prag.* 4. *collect.* 5. *numer.* 2. *de vectigal.* latè Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *quæſt.* 11. *à numero* 10. & ita fuiſſe per Senatum Sabaudiæ judicatum contra Mercatores in cauſa generalis gabellarii 10. Decembris 1564. & hoc jure hodie uti, tam in camera, quàm Senatu teſtatur Theſaurus *quæſt. forenſ.* 52. *numer.* 4. *lib.* 1. quem ſequitur Queſada Pilo, & Novarius *hic citati*. Quidquid Theſaurum impugnet Conciolus *verbo gabella*, *reſol.* 5. *numer.* 4. *numer.* 1. *in fine*, ſicque deciſum Neapoli in Tribunali Regiæ Cameræ teſtantur Reverter. *deciſ.* 552. Martha *de juriſdict. part.* 4. *caſu* 83. *à numer.* 3. *ad* 7. Fermoſin. *in cap. eccl. Sanctæ Mariæ*, *quæſt.* 6. *numer.* 6. & 27. *de conſtitut.* & ita ſemper ſervari vidiſſe teſtatur Alfaro *de offic. fiſcal. gloſſ.* 20. *ſub numer.* 70. *verſic. Nec etiam ſat. erit.* & *notat. numer.* 73. *verſic. Quia Imperatores*, & ita obſervatur in Cathalonia, exemplaria Bajuliæ Generalis & domus Civitatis Barcinonæ tradit Xammar. *de offic. Judicis parte* 1. *quæſt.* 11. *numer.* 106. Nam ita ſuadet ratio boni publici propter frequentiam fraudum, & quia vix ullæ unquam res in commiſſum caperentur, ait Xammar *de offic. Jud. part.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 104. & aliter niſi ita obſervaretur, facile eſſet legem fraudare, & facile eſſet allegare, facillimumque probare per dominos dolum, & culpam mulionum, nautarum, & vectorum mercium, ut dicit Alfaro *de offic. Fiſcal. gloſſ.* 20. *ſub numer.* 70. cùm numquam, vel raro vehantur merces per earum dominos, ut inquit Martha *de juriſdict. part.* 4. *caſu* 83. *numero* 6. Fermoſin. *in cap. Eccleſ. Sanctæ Mariæ*, *quæſt.* 6. *numer.* 28. *de conſtitut.*

20 Sic etiam licèt de jure, ſi muliones, nautæ & alii vectores mercium, qui gabellam fraudant, fuerint pauperes, & non ſolvendo, detur ipſis dominis mercium reſtitutio in integrum adverſus gabellarios pro recuperatione dictarum mercium, ſaltem ex clauſula generali, ſi qua mihi juſta cauſa, Roland. *conſ.* 42. *numer.* 3. & *ſequent. libr.* 3. Tuſcus *pract. concluſ. litera G*, *concluſ.* 12. *numer.* 16. & *concluſ* 14. *numero* 3. Farinac. *de furtis*, *quæſt.* 173. *numer.* 50. *verſ. Et ſi dictus*, Trentacinq. *var. lib.* 1. *de jure fiſci reſol.* 5. *numer.* 11. Bolanos *in curia Philippica*, *tom.* 2. *libr.* 3. *cap.* 10. *numero* 9. Ciarlin. *controver. forenſ. lib.* 2. *capit.* 147. *numer.* 25. Cyriac. *controv.* 356. *numer.* 40. & Maſſin. *de confiſcat. bonor. quæſt.* 26. *numer.* 17. & 20. Caroccius *de locato*, *part.* 4. *de caſibus*, *quæſt.* 5. *nu.* 16. Conciolus *verbo gabella*, *reſol.* 4. *numer.* 3. & *reſol.* 5. *numer.* 3. Fontanella *deciſ.* 535. *numer.* 10. & 11. *p.* 2. Quod à forenſi uſu alienum exiſtimat noſter Xammar *de offic. Judic. part.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 185. & Rolandum probat Marinis *in obſer. ad deciſ.* 553. *Reverterii*, *numer.* 1. *in fine*, & ſentit Theſaur. *q. forenſ.* 52. *numer.* 2. *verſ. Unde*, *juncto n.* 4. *l.* 1.

21 Quod ſi Clerici, & alii exempti non denuntiaverint, & manifeſtaverint gabellariis res, quas defe- 22
runt, vel res prohibitas extra erint, ſi ſunt minores viginti quinque annis, an incidant in commiſſum, ceſſante dolo? Reſp. quod non, ſi petunt reſtitutionem in integrum, ſed liberantur ſolvendo gabellam; idemque ſi laici minores vigintique annis res prohibitas extraxerint, vel gabellam non ſolverint; eſt enim illis ignoſcendum propter minorem ætatem, *l. interdum*, §. *divus* ubi Barboſa *ff. de publican.* & *vectigal. lib. ſi ex cauſa*, §. *in commiſſum*, *ff. de minorib. junct. Imperatores*, §. *fin. ff. de publican.* & *vectigal.* Farinac. *in praxi*, *part.* 3. *quæſtio* 62. *numero* 155. & 158. & *de furtis*, *q.* 173. *numero* 47. Ciarlin. *contr. forenſ. lib.* 2. *cap.* 146. *numer.* 30. & 31. Gironda *de gabel. part.* 12. *numer.* 19. Lazarte *de gab. c.* 18. *nu.* 48. Gomez *tom.* 3. *var. c.* 1. *num.* 61. ubi Ayllon. Lezana *numer.* 61. Aviles *in c.* 52. *prætor. gl. en la tierra*, *numer.* 9. *verſ. Et idem*, Bolanos *in Cur. Philip. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. *numer.* 35. Bobad. *in polit. tom.* 2. *lib.* 4. *capit.* 5. *numer.* 40. Pereyra *de man. Reg. part.* 2. *cap.* 38. *numer.* 24. Alfaro *de off. fiſcal. gloſſ.* 20. *numer.* 72. *in fine*, Azevedo *l.* 1. *n.* 3. *tit.* 18. *lib.* 6. *recop.* Mexia *in praxi taxæ panis*, *concluſ.* 1. *num.* 18. Guttier. *pract. libr.* 4. *quæſt.* 41. *à numer.* 17. *uſque ad finem*, & *de gabel. qu.* 46. *numer.* 24. & 26. Manſonius *de contrahendo*, *quæſt.* 7. *numer.* 4. Oddo *de reſtit. in integr. part.* 2. *quæſt.* 83. *art.* 4. *à numer.* 30. *ad* 51. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sardin. tom.* 2. *tit.* 24. *cap.* 24. *num.* 9. *verſ. Tertio*, Narbona *de ætate anno* 5. *quæſt.* 70. *à numer.* 1. *ſignanter numer.* 5. Cyriac. *tom.* 2. *controver.* 370. *num.* 42. & 51. Conciol. *verbo gabella*, *reſol.* 1. *n.* 5. Bolero *de decoctor. tit.* 5. *quæſtio* 27. *numer.* 25. Xammar. *de offic. Jud. part.* 1. *quæſt.* 11. *numero* 58. remiſſivè Boſſius *in praxi crim. tit. de vectigal. numer.* 20. Hæc de jure, ſed in Regno Caſtellæ non eſt neceſſaria in integrum reſtitutio, ut minores à commiſſo excuſentur, cùm favore ætatis ipſo jure ſint ſecuri, ut docent Bolannos, Guttier. Bobad. Bolero, Xammar, & alii *hic citati*, vide dicenda *deciſ.* 209. *numer.* 16.

Notanter dixi, dolo ceſſante, nam ſi dolus verus 23
probaretur per gabellarios contra hujuſmodi minores vigintiquinque annis, ſive Clericos, ſive laicos nullo modo excuſarentur, nec beneficio reſtitutionis in integrum juvarentur, *l. ex cauſa*, §. *penult.* ibi: *Quod ſic erit accipiendum*, *ff. de minoribus*, ut docent. Farinac. *in praxi*, *part.* 5. *quæſt.* 92. *numer.* 157. Ayllon. Laynez ad Gomez *tom.* 3. *var. capit.* 1. *num.* 61. *in fine*, Bolanos *in Curia Philippica*, *tom.* 3. *libr.* 3. *capit.* 10. *numer.* 35. *verſic. Salvo*, Bobad. *in polit. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 40. *verſic. Pero ſi ſe le provaſſe*, Pereyra *de man. Reg. part.* 2. *cap.* 38. *numero* 24. Azevedo *lib.* 1. *num.* 3. *verſic. Et hoc niſi probaretur*, & *verſic. Ubi tamen*, *tit.* 28. *libr.* 6. *recent.* Guttier. *pract. libr.* 4. *quæſt.* 42. *numer.* 21. Oddo *de reſtit. in integr. part.* 3. *quæſt.* 83. *numero* 47. Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *quæſt.* 11. *numer.*
59. Ut pote ſi minores † extraxerint res de manda- 24
to patris, aut domini, vel alterius perſonæ, Mexia *in prag. taxæ panis*, *concl.* 1. *numer.* 19. Bobad. *in polit. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 40. *verſic. Como ſeria*, Guttier. *pract. lib.* 4. *quæſt.* 42. *num.* 20. *in fine*, conducunt idem Bobad. *loco hic citato*, *numer.* 33. *verſic. Pro conſtando*, Carocius *de locato*, *part.* 4. *de caſibus*, *quæſt.* 5. *numer.* 19. *verſic. Declaratur*, Thoro *in compend. deciſ. part.* 3. *ſect.* 1. *verbo Dominus an teneantur*, *verſic. Ex adver-*
*ſo dicebatur*, *fol.* 311. Idemque ſi deferrent * res ipſas 25
de nocte, vel per vias, & loca inſolita, & inuſitata, Mexia *in prag. taxæ panis*, *concluſ.* 1. *nu.* 20. Bobad. *in polit.* 4. *cap.* 5. *num.* 40. *verſic. O ſi de noche*, Guttier. *pract. lib.* 4. *quæſt.* 42. *num.* 43. Xammar. *de offic. Jud. par.* 1. *quæſt.* 12. *num.* 59. conducit multis citatis Giurba. *conſ.* 6. *num.* 16. & 37.

Et quid ſi Clerici, & alii exempti non denuntia- 26
verint, & manifeſtaverint gabellariis res, quas deferunt, vel extraxerint res prohibitas, & idem ſi laici res prohibitas extraxerint, vel gabellam non ſolverint, ſint forenſes, ac exteri, an incidant in commiſſum, vel an prætextu ignorantiæ excuſentur? videantur Ripa *de peſte*, *tit. de remed. ad conſervandam ubertatem*, *num.* 119. Beccius *conſ.* 60. Suarez *allegat.* 8. *nu.*

4. Jul.

4. Jul. Clar. §. *fin. quæſt.*72. *ſtatuto* 7.*numer.* 2. *& quæſt.* 85.*numer.*3. Aviles *cap.* 52. *prætor.gloſſ. en la tierra,numer.*7. Mexia *in prag. taxæ panis, concluſ.* 5. *à numer.* 78. Azevedo *l.*1. *à numer.* 4. *ad* 22. *tit.* 28. *lib.* 6. *recop.* Bobad. *in polit.tom.*2.*lib.*4.*capit.* 5. *numer.* 71. Guttier. *pract. libr.* 4. *quæſt.* 42. *à numero* 2. *ad* 7. Tuſch. *pract. concluſ. litera G*, *concluſ.* 12. *à numer.* 4. Maſcard. *de probat. concluſ.* 834. *à numer.* 6. Menoch *de arb. judic. caſu* 397. *numer.* 7. *&* 8. Farinac. *de furtis, quæſt.*173. *à numer.*12. *ad* 17. Cyriac.*controv.*370. *num.* 48. *&* 49. Peregrin. *de jure fiſci, lib.* 6. *tit.* 5. *numer.* 35. Pereyra *de man. Regia, part.*2.*cap.* 38. *numer.* 16. Bolanos *in Cur.Philip.tom.*2.*lib.*3.*cap.*10. *num.* 24. Theſaur. *quæſt. forenſ.* 32. *libr.* 1. Oſaſcus *deciſ.* 71. Alfaro *de offic. Fiſcal.gloſſ.*20.*numer.* 73. Carocius *de locato, part.* 4. *de caſibus, quæſt.*5.*num.* 21. Xammar. *de offic. jud. p.*1. *qu.* 15.*n.*34. 35. *&* 36. Conciol. *verbo gabella, reſol.* 2. *præcipue num.* 3.

27 Utrum autem gabellarii teneantur requirere, ſeu interpellare Clericos, & alios exemptos non denuntiantes res, quas deferunt? Reſp. Quod non, imo gabellarii videntes eos tranſeuntes cum mercibus, & non denuntiantes, tacere poſſunt, donec tranſeant, & poſtea illis res, & merces auferre. Sicut dicitur, quod gabellarii non tenentur interpellare, & requirere quempiam, imo videntes cum rebus, & mercibus tranſeuntem, & non ſolventem gabellam, tacere poſſunt, donec quis pertranſeat ſine ſolutione gabellæ,& deinde res, & merces illi auferre, *l. interdum* §. *Divi el.* 1. ibi: *Quod non inſtruxit tranſgredientem*, *ff. de public. & vectigal.* Maſcard. *de probat.concluſ.*834. *numer.* 4. Farinac. *de furtis, quæſt.*173. *numero* 18. Peregrin. *de jure fiſci, lib.*6.*tit.*5.*numer.*55.*verſic. Limita ſecundo, ibi, Nota tamen*, Conciol. *verbo gabella, reſol.* 7. *numero* 2. Xammar. *de offic. Jud.par.* 1.*quæſtion.*

28 11.*numero* 44. nam gabella fraudata dicitur, eo ipſo, quod quis tranſit cum mercibus, & rebus pro quibus erat ſolvenda, per locum ubi ſolvenda eſt, & non ſolvit, *l. interdum*, §.*Divi el.*1.*ff. de publican. & vectigal.* Rolan.*conſ.*42.*numer.*1.*libr.* 3. Maſcard. *de probat. concl.*834.*numer.* 2. Bolanos *in Curia Philippica, tom.* 2.*lib.*3.*cap.*8.*numer.*2.Reverter. *deciſ.* 552. *num.* Bobadilla *in polit.tom.*2.*lib.*4.*cap.*5.*numer.*15.*verſ.Las conjecturas*, Maſſin. *de confiſ.bonorum quæſt.*21.*num.*2. *numer.* 20. *& ſeq.* alios plures addunt Farin. *de furtis, quæſtion.* 173.*numero* 17. Xammar. *de offic. Jud. part.* 1. *q.* 11. *numer.* 54. Conciol. *verbo gabella, reſol.* 7. *num.* 1.

29 Et regulare eſt, quod defraudans gabellam incidit in commiſſum rei, quam ducit, & deſinit eſſe ejus qui gabellam fraudavit, & ejus dominium Fiſco acquiritur, ſed non tranſit poſſeſſio, niſi ſequuta declaratione Judicis, *l.*1.*&* 2.*Cod.de vectigal.l. fraudati, l.commiſſa,in princ.l.imperatores, l. fin.*§.*licet, ff. de publican. & vectigalib.* Farinac. *de furtis, quæſt.* 173. *numer.* 2. 3. *&* 4. Maſtril. *de Magiſtrat.lib.*3.*cap.* 19. *à numer.* 229. Bobad. *in polit.tom.*2.*lib.*4.*cap.*5. *numer.* 30.*verſ. Lo otro*, Peregrin. *de jure fiſci, libr.* 6. *tit.* 5. *numero* 31. Alfaro *de offic.fiſcal.gloſſ.*20. *à numer.* 65. Barboſa *in rub.& in l.*1. *à numero* 4. *Cod.de vectigal.* Capyc. Latro *conſ.*18.*numero* 1. Rocca *tom.*2.*tit.de aſſecurat.num.* 64. Solorzano *in polit. lib.*6.*capit.*10.*verſ. Pero no puedo, fol.* 986. Cabreros *de metu, lib.* 2. *cap.* 2.*numero* 10. Novarius *in prag.*5.*collect.*4.*num.*6. *de vectigalib.* Suelves *conſ.*73. *lib.*1. Queſada Pilo *diſſert.*22. *numer.* 19. Reg. Vico *ad pragmat. Reg. Sard.tom.*2.*tit.* 24.*numer.*5. Xammar. *de offic. Jud.part.*1.*quæſt.* 11. *numer.* 82. *&* 92. multos alios citat Salgad. *in labyrint. credit.par.*4.*cap.*9.*numer.* 2. Bolero *de decoctorib. tit.* 5. *quæſt.*27.*numer.*11.*&* 37. Conciolus *verbo gabella, reſ.* 8.*numer.* 1. 2. *&* 3. Intellige ſi gabella non eſt aliis locata, nam tunc dominium fiſco acquiritur, alioquin ſi gabella eſt locata, ad arrendatarios, ſeu conductores gabellæ commiſſum pertinet, *l. ſi quis* 11.ubi Barboſa *num.*5. *Cod. de vectigalib.* Peregrin. *de jure fiſci, lib.*6.*tit.*5.*numer.*32.Tuſchus *pract.conc. verbo Gabella, concluſ.*23. *num.* 4. *&* 5. Farinac. *de furtis, quæſt.* 123. *numer.*2.Maſtril.*de Magiſtrat.lib.*3.*cap.*10.*numer.*232. Capyc.Latro *conſult.*18. *numer.* 2. Queſada Pilo *diſſer.* 22. *numer.* 20. Reverter. *deciſ.*20. ubi Marinis *numero* 1. Xammar. *de offic. Judic. part.* 1. *quæſt.* 11. *numer.*129. etiam ceſſante pacto, Vermigliol. *conſil.*127. *numer.* 2. *&* 4. Cohel. *de bono regim.cap.* 47. *numer.* 48. *& ſeqq.* quos citat Conciolus *verbo gabella, reſol.*8. *n.* 1. *in fine*.

---

*ARGUMENTUM.*

An Clerici, qui emunt frumentum per totum annum, poſſint vendere, quod ſupereſt pretio currenti abſque ſolutione gabellarum.

*SUMMARIUM.*

1 *Negotiatio quid ſit, numero* 1. *& quotuplex, numer.* 2.

3 *Negotiatio politica quid ſit, ſed eſt Clericis prohibita, n.*3.*limita, n.* 4.

5 *Negotiatio Oeconomica quid ſit, ſed Clericis eſt licita.*

6 *Clerici ex frumento, vino, oleo, & aliis neceſſariis per totum annum emptis ad ſui, ſuorumque uſum, & ſuſtentationem, ſi ex diminutione familiæ, aut alia ratione aliquid ſuperſit, poſſunt pretio currenti vendere illud quod ſupereſt cuicumque emptori ſive Eccleſiaſtico, ſive ſæculari, quem reperire poterunt etiam ſi vendant cariùs, quàm emerunt, n.* 5. *intellige* 1. *ſi minima quantitas fuerit, quæ ſuperſit, n.* 20. *intellige* 2. *quando præter propoſitum empta ſuperſunt, n.* 21.

7 *Clerici poſſunt vendi facere panes, carnes, piſces & alias portiones, quæ ſuperſunt poſt factam inter illos diſtributionem.*

8 *Epiſcopus poteſt tenere cymbam piſcatoriam ad ſumendos piſces pro ſua, prædicatorum, hoſpitum, & totius familiæ ſuſtentatione, & piſces qui ſuperſunt vendere abſque nota negotiationis, & onere gabellarum.*

9 *Clericis eſto, quod aliquid viliùs emerint, non animo cariùs revendendi, ſed ad uſum proprium, fas illius eſt, accreſcente pretio, data occaſione lucri, illud cum lucro cariùs vendere, nec inde gabellas ſolvere debent, nec per hoc dicuntur negotiatores.*

10 *Clericis ſi mercati ſunt rem non ut venderent, ſed ut domum reficerent, vel in domo Sacerdotii, ſeu Beneficii ædificarent, deinde ex cauſa, mutato conſilio, poſſunt tigna, & cæmenta, quæ emerant, carius vendere, nec gabellas ſolvere debent, num.* 10. *intellige, ſi in uno tantum, vel in alio caſu Clerici id fecerint, ſecus ſi per multos annos; nam tunc ſunt negotiatores, & gabellas ſolvere tenentur, n.* 11.

12 *Lex, vel ſtatutum diſponens, ut nemo poſſit triticum revendere, & aliquis emat in Civitate frumentum pro victu totius anni, & poſtea mutato propoſito volens à Civitate recedere illud vendat, in pœnam legis, vel ſtatuti non incidit, n.* 12. *dummodo conſtet de primo propoſito, aliàs ab initio præſumitur habuiſſe animum vendendi, n.* 13.

14 *Obligati ad macellum, & paniſicia reficienda, ſi aliquid eis ſupereſt, id poſſunt vendere abſque pœna.*

15 *Judices, Magiſtratus, & officiales in Provinciis & locis, quibus juſtitiam adminiſtrant, non poſſunt negotiari, & fœnus, ſive cambia exercere cum ſubditis, n.* 15. *poſſunt tamen emere neceſſaria ad victum, & veſtitum quotidianum ad ſui ſuæque familiæ ſuſtentationem, numer.*16. *& adeo hic eis licet, ut ſi non inveniant utenſilia, poſſunt pretio ſoluto ea auferre,& cogere*

*cogere ſubditos ad vendendum, n.17. & licet eis emere equos, & mulas in quibus equitent, n. 18. & ſi aliquid ſupereſt ex rebus emptis ad proprium uſum, fas eſt illis vendere juſto pretio, licèt cariori, n. 19.*

20 *Clerici ſub colore faciendi ſibi, & ſuæ familiæ proviſionem ſi ex propoſito empta ſuperſunt, negotiatores dicuntur, gabellaſque de illo, quod ſupereſt, ſolvere tenentur.*

## DECISIO CCVI.

1 PRæmitto 2. quod ſicut negotium dicitur quaſi negans otium, *cap. forus, de verbor. ſignif.* Angel. & Sylveſt. *in ſumm. verbo negotium, numer.* 1. Cardoſ. *in praxi, jud. verbo negotium*, Tuſchus *pract. concluſ. litera N. concl.* 38. *numer.* 1. Coſta *de judic. numer.* 258. ita negotiatio eſt talis actio, per quam otium excluditur, ſic Lezana *in ſumm. q. regul. part. 4. verbo negotiatio, n. 2. in prin.*

2 Præmitto 2. quod negotiatio eſt triplex, ſcilicet politica, œconomica, & lucrativa, juxta tradita per Lezanam *in ſumm. quæſtion. regul. par. 1. cap. 9. num.* 36. docent idem Lezana *par. 4. in ſum. quæſt. regul. verbo negotiatio, numer. 2. verſic. Eſt autem*, & ad hæc reducenda eſt diſtinctio tradita per Villalobos *in ſumm. moral. par. 2. tract. 21. diff. 2. numer.* 1. Pereyram *de manu. reg. part. 2. capit. 4. numer. 34. verſic. Unde clericum*, Barboſam *de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 40. numer. 114. in fine* de politica, & œconomica negotiatione agam in præſenti, & ſeq. de lucrativa verò *dec.* 210.

3 Præmitto 2. quod negotiatio politica eſt, qua quis emit neceſſaria exercitui, veluti annonam, pulverem, bombardas, globos ferreos, & cætera neceſſaria ad exercitum, vel ad prælium navale, vel emuntur neceſſaria Civitati. Et hæc eſt Clericis & Religioſis prohibita, & idem ſi attendant ad murorum, aut Civitatum refectionem, aliàs peccant morataliter, quia multùm hæc omnia à Dei cultu avocant, cui hæ perſonæ ex officio, & voto ſunt dicatæ, *can. Epiſc. diſt. can. 1. cum ſeq. 21. q. 3. & patet ex illo Divi Pauli ad Thimot. 2. Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus*, Lezana *in ſum. q. reg. p. 1. c. 9. n. 36. verſ. Secus*, Molina *tom. 1. de juſt. & jure, tract. 2. diſput.*

4 *341. verſ. Tertia concluſio*, Fagundez poſt alios *de juſt. & jure, libr. 5. cap. 10. numero* 10. limita, ubi tanta eſſe poſſit publica neceſſitas Reipublicæ, nam tunc cum hujuſmodi perſonis diſpenſandum eſt ſi charitas, & bonum commune id poſtulet, ita Molina, & Fagundez proxime citati, *ille verſ. Tertia concl. iſte numer.* 11.

5 Præmitto 4. quod negotiatio œconomica eſt, quando quis emit frumentum, vinum, oleum, vel alia neceſſaria ad proprium, ſuorumque uſum, ideſt ad ſe, ſuamque familiam ſuſtentandam, hæc eſt quaſi naturalis, & ſui natura licita etiam Clericis, & Religioſis, quia non dirigitur ad lucrum, ſed ad congruam ſuſtentationem, ſic D. Thom. 2. *quæſt. 74. art.* 4. Sylveſter *in ſum. quæſt. regul. par. 1. cap. 9. num. 39. verſ. Fas tamen eſt*, Molina *de juſt. & jure tom. 2. tract. 2. reſol. 342. verſ. Secunda concluſio*, Fagundez *de juſt. & jure, lib. 5. cap. 12. numer.* 2. Pereyra *deciſ. 95. num. 31. & de man. Reg. par. 2. cap. 24. num. 34. verſ. Unde Clericorum, in princ.* Eſcanno *in propug. ſacra Rel. Militaris Sancti Joannis, diſcep. 9. cap. 4. num. 4. verſ. Quia hæc*, Villalob. *in ſum. mor. p. 2. tract. 2. dif. 2. n. 1. in princ.* Azeved. *lib. 7. n. 5. & 6. tit. 18. lib. 9. recop.* Guttier. *de gabel. q. 63. n.* 24.

6 Unde ex iſto præmiſſo 4. infertur reſolutio ad quæſtionem in argumento propoſitam. Ideoque reſolutivè dico, quod Clerici, & Religioſi ex frumento, vino, oleo, & aliis neceſſariis per totum annum emptis ad ſui, ſuorumque uſum, & ſuſtentationem, ſi diminutione familiæ, aut alia ratione aliquid ſuperſit, poſſunt pretio currenti vendere illud, quod ſupereſt cuicumque emptore, ſive Eccleſiaſtico, ſive ſæculari, quem reperiri poterunt, etiam ſi vendant cariùs, quàm emerunt, ſicque frequenter faciunt omnes timoratæ conſcientiæ, quia hoc ſpectat ad prudentem œconomiam, quæ maximè in Eccleſiaſticis clarere debet, teſte Divo Paulo 1. *de Timot. 3. & 5.* alioquin cogerentur ſæpè perdere res emptas, ſi eas non liceret vendere, cùm ipſis utiles non ſunt, nec ex hoc dicuntur negotiatores, nec gabellas ſolvere tenentur, ſic Divus Thomas 2. 2. *quæſt.* 74. Navar. *in manuali, capit. 25. ſub numer.* 110. Vivald. *in candel. aureo, can. 18. Bullæ Cœnæ, numer. 5. verſ. Reſpondetur tertio in fine*, Genuen. *in prax. Archiep. Neapol. cap. 77. numer.* 12. Molina *de juſt. & jure, tom. 2. tract. 2. diſp. 342. verſic. Secunda concl.* Fagundez *de juſt. & jure, lib. 5. cap. 12. num. 2.* Azevedo *l. 7. nu. 9. tit. 18. lib. 9. recopil.* Cenedo *collect. ad decretum 38. nu. 2. in fine*, Martha *de juriſdict. par. 4. caſu 3. num. 12. & 13.* Sà *in ſum. verbo Clericus, num.* 3. Villalobos *in ſumm. mor. part. 2. tract. 21. diff. 3. numer.* 1. Salas *de emp. & vend. dub. 2. nu.* 9. Lazarte *de decima vend. cap. 19. numer.* 81. Riccius *in prax. reſol. 317. num.* 12. Cutel. *de imm. Eccleſ. lib. 2. qu. 47. numero* 12. Morla *in emp. jur. part. 1. tit. 9. qu. 10. num. 6. verſic. Nec ſimiliter*, Ugolin. *de offic. & poteſt. Epiſcop. cap. 13. §. 16. verſic. Quarto*, Pereyra *de man. Regia, par. 1. cap. 10. num.* 3. Fragoſo *de reg. Reip. par. 1. lib. 2. diſp. 4. numer. 313. verſic. Similiter*, Pignatel. *conſult. 51. numer.* 5. Eſcanno *in propug. Sacræ Relig. Militaris Sancti Joannis, diſcept. 9. cap. 4. num. 3. 4. & 5.* Guttier. *de gabel. quæſt. 93. num. 20. 21. & 24.* Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom. 1. cap. 5. dub. 8. ſect. 5. num. 14. & 15.* Suarez *tom. 5. part. 3. diſp. 23. ſect. 4. num.* 2. Caſtr. Palaus *in oper. mor. par. 2. tract. 12. diſput. unica, punct. 9. num. 2. verſic. Secundo, & par. 3. diſp. 4. punct. 13. §. 3. numer.* 3. Novarius *in pragmat. 1. collect. 2. à n. 4. ad 9. de mercatura*, Larrea *allegat. 111. numer. 40. & 41.* alios plures addunt Farinac. *frag. crim. litera G, num.* 175. Sperell. *deciſ. 13. num. 19. & deciſ. 94. n. 15. lib.* 1. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib. 1. c. 40. num. 122. & de offic. Parochi par. 1. capit. 40. num. 122. & de offic. Parochi, par. 1. cap. 6. nu. 44. & de poteſt. Epiſcop. part. 2. alleg. 13. ſub numer. 11. & appellat. 162. ſub n.* 3. Diana *reſol. mor. par. 11. tract. 3. & miſcel. 3. reſol. 10. & in coordinat. part. 6. tract. 3. reſol. 187. n. 5. verſic. Probatur à ſimili*, Fraſſo *de reg. pag. Indiar. cap. 75. n. 32. tom. 2.* ex noſtris Ripoll. *de Magiſtr. Logiæ maris, cap. 6. n. 41. & 42. & var. cap. 11. num.* 502. Fontanella *deciſ. 518. numer. 4. par.* 2. & dicitur *in conſtit. Provinciali Tarraconæ 3. tit. ne Clerici, vel Monachi*.

Sic Clerici, & Religioſi poſſunt vendifacere panes, carnes, piſces, & alias portiones, quæ ſuperſunt, & remanent poſt factas inter illos diſtributiones, Fontanella *dec. 518. n. 3. & 4. p.* 2. deciſiones Cancellarii referam *deciſ. 216. n. 9. & vide, n.* 10. 7

Ita Epiſcopus, qui poteſt tenere cymbam piſcatoriam ad ſumendos piſces pro ſua, Prædicatorum, hoſpitum, & totius familiæ ſuſtentatione, poteſt vendere piſces, qui ſuperſunt abſque nota negotiationis, & onere gabellarum, Diana *reſol. mor. par. 11. tract. 3. & miſcel. 3. reſol. 10. & in coordinatis, par. 6. tract. 3. reſol. 187. numer.* 5. 8

Similiter Clerici, & Religioſi eſto aliquid viliùs emerint, non animo cariùs vendendi, ſed ad uſum proprium, fas illis eſt, accreſcente pretio, data occaſione lucri, illud cum lucro cariùs vendere, nec inde gabellas ſolvere debet, cùm per hoc non dicantur negotiatores, quia ut dictum eſt, ſpectat ad prudentem Æconomiam, ſic Sylveſter, Suarez, & Bonacina, quos refert, & ſequitur Lezana *in ſum. quæſt. regul. part. 3. verbo gabella, numer. 19. verſic. Unde non dicuntur*, Sylveſter, Navarrus, & Laſſarte, quos citat, & ſequitur Guttier. *de gabel. quæſt. 93. numer. 17. & 25.* alios plures cumulat Vivaldus in Candel. aureo, *can. 15. Bullæ Cœnæ, numer. 5. verſic. Nec dicatur*, addo Molinam *de juſt. & jure, tom. 2. tract. 2. diſput. 342. concluſ.* 2. Fagundez *de juſt. & jure, lib. 5. cap. 12. numer.* 2. Caſtr. Palaus *in oper. mor. par. 3. tract. 12. diſp. 4. punct. 13. §. 3. numer. 3. in princ.* Diana *reſol. mor. par. 3. tract. 7. & miſcel. reſol. 27. & par. 11. tract. 6. & miſcel. 9. reſol. 41. & in coordinat. par. 6. tract. 3. reſol. 279. in princ. & reſol. 178. num.* 10. Sperell. *deciſ. 13. n. 19. lib.* 9

1. Fraſſo

1. Fraſſo de Reg. pat. Indiar. capit. 75. numer. 32. & 33.
tom. 2.
10 Pariter ſi Clerici, & Religioſi mercati ſunt rem,
non ut venderent, ſed ut domum reficerent, vel in
domo Sacerdotii, ſeu beneficii ædificarent, deinde
ex cauſa mutato conſilio poſſunt tigna, & cæmen-
ta, quæ emerant, cariùs vendere, nec gabellas ſol-
vere debent, ut non ineleganter notavit Salcedo in
authent. ad hæc, quæſt. 20. numer. 18. Cod. de uſu-
ris, cujus ſententiam aliquibus juribus probat Strac-
cha de mercatura, part. 3. numer. 6. quem tranſcripſit
Larrea allegat. 111. num. 40. Intellige, ſi in uno tan-
tùm, vel in alio caſu Clerici, & Religioſi id fecerint?
ſecus ſi per multos annos, nam tunc ſunt negotia-
11 tores, & gabellam ſolvere tenentur, ut deciſum te-
ſtatur Larrea allegat. Fiſcal. 111. à nu. 35. præcipuè
à num. 42.
12 Sicut in ſimili, ſi lex, vel ſtatutum diſponat, ut ne-
mo poſſit triticum revendere, & aliquis emat in Ci-
vitate frumentum pro victu totius anni, & poſtea mu-
tato propoſito volens à Civitate recedere, frumentum
illud vendat, in pœnis legis & ſtatuti non incidit,
Bartol. in l. ſed ſi ſeparaverit, num. 3. per illum
tex. ff. de legat. 1. ſequitur plures referens Tiraquel.
de retract. lignag. in præfat. ſub num. 78. verſ. Sed
& allegat. idemque docent Avilez in cap. 52. præ-
tor. numer. 18. verſic. In tantum, & ita quotidie ob-
ſervari teſtatur Jul. Clar. §. fin. quæſt. 82. numer. 5.
alios addunt Guttier. pract. lib. 2. quæſt. 183. numer.
15. & de gabel. quæſt. 93. num. 18. Azevedo l. 7. à
numer. 1. & numer. 11. tit. 14. lib. 5. recop. Bobad. in
polit. lib. 3. cap. 3. num. 77. & lib. 4. cap. 5. num. 39.
Sperel. deciſ. 94. num. 15. lib. 1. Dummodo conſtet
13 de primo propoſito, aliàs ab initio præſumitur ha-
buiſſe animum revendendi, Bartol. Tiraquel. Gut-
tier. Bobadilla, & alii citati num. 1. addo Ripam de
peſte, tit. de remed. ad conſer. ubert. numer. 109. & ſeq.
Bajard. ad Clar. §. fin. quæſt. 82. num. 88. ſtatur verò ju-
ramento ſuo, Avilez in cap. 52. prætor. num. 12. ver-
ſic. In tantum, niſi qualitas perſonæ id diſſuadeat,
vel probatio de oppoſito ſit in promptu, idem Avi-
lez in cap. 12. prætor. num. 18. verſic. Ego quoque ſtatuo,
Guttier. de gabel. quæſt. 93. numer. 18. in fine, Sperell.
deciſ. 94. num. 15. lib. 1. qui dicit ipſum arbitrari to-
tum contrarium ſentiendum potiſſimùm in Clerico,
niſi perſonæ qualitas aliud ſuaderet, & in omnem ca-
ſum ſtari ejus juramento. Vide in his dicenda deciſ.
208. à num. 20.
14 Sic obligati ad macellum, & panificia reficien-
da, ſi obligatione finita aliquid eis ſupereſt, id abſ-
què pœna vendere poſſunt, Avilez in cap. 52. prætor.
num. 20. Guttier. de gabel. quæſt. 93. num. 19. Bobabilla
in polit. lib. 3. c. 3. n. 77. & lib. 4. c. 5. num. 39. quibus in
locis, plura tradit his accommodabilia, omnino vi-
dendus.
15 Item etiam Judices, Magiſtratus, & Officiales in
Provinciis, & locis, quibus juſtitiam adminiſtrant,
poſſunt negotiari cum ſubditis, l. principalibus 33.
ff. ſi cert. petat. l. milites, 9. ff. de re milit. l. unica, C.
de contract. judic. Gomez tom. 2. var. cap. 14. n. 33.
verſic. Sextò, & in l. 3. tauri, numer. 124. verſ. Quar-
to, Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 6. cap. 10. numer. 11.
Carleval. de judic. libr. 1. titul. 2. diſput. 3. numer. 1.
& tom. titul. 3. diſput. 8. ſub numer. 1. Capycius Latro
deciſ. 93. ſub numer. 14. ubi Manfrella numero 13. latè
alia plura jura, Doctores, & rationes cum amplia-
tionibus, & limitationibus tradunt Roland. conſil.
83. à numer. 6. vol. 2. Menoch. conſ. 1174. vol. 12.
Peregrin. de jure Fiſci, lib. 4. titul. 7. numer. 12.
Oſaſc. deciſ. 144. numer. 13. & 14. Paſchal. de pat.
poteſt. p. 1. cap. 4. num. 9. & 10. Cævallos, com.
cont. com. quæſt. 445. Heringius de fidejuſſ. cap. 8. à
numer. 337. Gaito de credito, cap. 2. titul. 7. quæſt. 5.
à num. 20. Azevedo l. 2. à n. 9. tit. 6. lib. 3. recop. Ca-
breros de metu, lib. 2. cap. 11. à nu. 6. Merlin. de pig.
lib. 2. quæſt. 82. tota, Bobadilla in polit. lib. 2. capit.
12. à numer. 34. cum plur. ſequent. Fagundez de ju-
ſtit. & jure, lib. 5. cap. 13. à num. 1. Solorzano in al-
leg. contra los bienes, y herederos, à num. 106. & in
polit. lib. 5. cap. 11. verſic. La novena, fol. 856. Nova-
r. in prag. 1. collect. 2. à num. 1. de mercatura, Scia-
loya de foro compet. cap. 33. à numer. 395. uſque ad fi-
nem, Reg. Mattheu de re crim. controv. 61. à num. 10.
& à num. 36. Fermoſin. in cap. 11. quæſt. 18. num. 1. 2.
& 3. de probat. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, l. 5.
gloſſ. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. tit. 5. part. 5. fol. 47. tom. 2.
Pereyra de empt. & vend. cap. 8. à num. 47. Barboſa in
l. unica, à numero 6. ad 31. Cod. de contract. judic. de ju-
re noſtro conſtit. Algun. Official. 10. tit. de coſes prohib.
als Offic. Cancer. par. 3. var. cap. 1. à num. 97. Ramon.
conſ. 35. à num. 12. Xammar. de offic. jud. part. 1. quæſt.
19. à num. 32. Berart. in ſpecul. viſit. cap. 16. num. 82.
& 83. & in Judicibus Regiæ Audientiæ Conſtit. 38.
ann. 1599. Cancer par. 3. var. cap. 1. à numer. 99. Re-
miſſivè Xammar. de offic. jud. par. 1. quæſt. 19. num. 37.
poſſunt tamen emere neceſſaria ad victum, & veſti- 16
tum quotidianum ad ſui, & ſuæ familiæ ſuſtentatio-
nem, Avilez capit. 2. prætor. verbo, de mercaderia,
num. 8. Peregrin. de Jure Fiſci, lib. 4. tit. 7. numer. 12.
verſ. Limita ſecundò, Scaccia de commer. §. 1. quæſt.
7. part. 3. limit. 17. num. 16. Merlin. de pignorib. libr. 2. q.
82. numer. 6. Azevedo l. 2. num. 13. tit. 6. lib. 3. recop. Scia-
loya de foro compet. capit. 33. numer. 442. & 443. Boba-
dilla in polit. lib. 2. cap. 12. num. 48. Hermoſilla ad Gre-
gor. Lopez, l. 5. gloſſ. 8. numer. 1. titul. 5. part. 5. fol. 49. tom.
2. Barboſa in l. unica, num. 19. C. de contract. jud. Adeò
† autem hoc eis licet, ut ſi non inveniant utenſilia, 17
poſſunt pretio ſoluto ea auferre, & cogere ſubditos ad
vendendum, ut docent aliqui ex Doctoribus citatis,
num. 16. Avilez, numero 19. Bobadilla, numero 49. Her-
moſilla, numero 1. verſic. adeo enim, Barboſa num. 19.
verſic. Adeo enim, addo Berart. in ſpecul. viſitat. cap.
16. numero 84. & 85. Ac etiam † licet eis emere equos, 18
& mulas, in quibus equitent, quia non debent ire
pedites, ut docent prædicti Doctores, Avilez numero
19. Bobadilla numero 53. Hermoſilla gloſſ. 8. numer. 2.
Barboſa numero 16. in fine, addo Scialoyam de foro com-
pet. capite 33. num. 444. Et ſi † aliquid ſupereſt ex rebus 19
emptis ad proprium uſum, vel aliqua ſuperveniente
cauſa fas eſt illis vendere juſto pretio, licèt cariori,
ut probat Novarius in pragmat. 1. collect. 2. à n. 4. ad 10.
de mercatura.
Intellige 1. quæ tradidi à nu. 6. ſi minima quantitas 20
fuerit, quæ ſuperſit, nam tunc Clerici poſſunt illam
minimam quantitatem vendere, ſic Cutel. de imm. Ec-
cleſ. lib. 1. quæſt. 47. num. 12.
Intellige 2. ſi præter propoſitum empta ſuperſunt, 21
quo caſu Clerici ea vendere poſſunt, ita Barboſa de
jure Eccleſiæ univ. lib. 1. c. 40. num. 122. & de offic. Pa-
rochi, part. 1. c. 6. n. 44. & ſentiunt Guttier. de gabel. q.
93. num. 17. ibi: non quidem animo revendendi, &
numer. 20. ibi: ſi veroſimiliter juxta qualitatem Cleri-
ci ejuſque familiæ conſtet de bono initio, nempe em-
ptum non fuiſſe ad revendendum, & numero 21. ibi:
non animo revendendi, Caſtr. Palaus in oper. mor. par.
2. tract. 12. diſput. unica, punct. 6. numero 16. ibi:
quia ad negotiationem requiritur, ut prior emptio fa-
cta fuerit animo revendendi, idem Caſtr. Palaus in
oper. moral. part. 3. tract. 16. diſput. 3. punct. 13. §. 3. num. 3.
ibi: non enim in hac venditione eſt negotiatio, cùm
non præſupponat emptionem ob finem vendendi fá-
ctam, Lezana in ſum. quæſt. regul. par. 3. verbo gabella,
num. 19. verſic. Unde nec dicuntur ubi: nam tunc non
emit ad vendendum, Farinac. frag. crim. par. 1. litera
C, numer. 175. ibi: deficit enim iſto caſu à principio
animus lucrandi, qui reddit negotiationem illicitam,
Fagundez de juſt. & jure, libr. 5. capit. 12. numer.
2. ibi: non animo revendendi cariùs, Thom. del
Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. capit. 5. dub. 3. ſect.
5. numer. 15. ibi: quia ad negotiationem requiri-
tur, ut prior emptio facta fuerit animo revenden-
di, conducunt Ripa de peſte, tit. de remedio ad con-
ſervan. ubert. numer. 111. 112. & 113. Farinac. frag.
crim. litera B, numer. 58. part. 1. Et in terminis
hujus, & præcedentis intelligentiæ procedunt deci-
ſiones Cancellarii Cathaloniæ relatæ per Fontanel-
lam dec. 518. numer. 5. part. 2. infrà, referentem dec.
216. num. 20.

22 Unde ſit, quod ſi Clericis ſub colore faciendi ſibi, & ſuæ familiæ proviſionem ex propoſito empta ſuperſint, negotiatores dicuntur, gabellaſque de illo, quod ſupereſt, ſolvere tenentur, quia intendunt lucrum formaliter facere ex emptione priùs facta, *Conſtit. Provincialis Tarraconæ 3. tit. ne Clerici, vel Monachi*, & confirmatur ex his quæ docet Caſtr. Palaus *in oper. mor, part. 2. tract. 12. diſput. unica, punct. 9. numer. 16. verſic. Et omiſſis*, quem ſequuntur Queſada Pilo *diſsert. 22. ſub num. 54.* Diana *reſol. moral. part. 5. tract. 1. reſolut. 27. & in coordinat. parte 9. tract. 2. reſolut. 256. numero 3. ante finem*, Thom. del Bene *de parlament. dub. 27. ſect. 1. num. 1. & de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 5. dub. 5. num. 2.* Fermoſin. *in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, quæſt. 15. numer. 30. de conſtit.* & ex iis, quæ docent idem Caſtr. Palaus *in oper. mor. part. 3. tract. 16. dub. 4. punct. 13. §. 3. num. 2. in fine*, Sperel. *deciſ. 94. n. 14. verſic. Et ſic lib. 1.* Barboſa *de poteſt. Epiſcop. p. 2. allegat. 13. n. 11. in fine.*

---

## *ARGUMENTUM.*

An Clericis liceat habere tabernas, & in eis pro illorum uſu, & familiæ vendere vinum, & collectum ex redditibus ſuorum beneficiorum, vel bonorum patrimonialium laicis vendere, ejuſque cognitio pertineat ad Judicem Eccleſiaſticum, vel ſecularem.

### *SUMMARIUM.*

1 *Clericis non licet habere tabernas, num. 1. Et eas exercentes deponuntur, num. 2. ſi eas exerceant per ſe, & perſonaliter, ſecus ſi per alium, n. 3.*

4 *Clericis tabernas intrare non licet, niſi cauſa longioris itineris.*

5 *Tabernæ ſunt loca, & fomenta intemperantiæ.*

6 *Tabernæ quæ dicantur.*

7 *Tabernarii qui ſint.*

8 *Clericis cauponas habere non licet, & eas intrare, niſi longioris itineris cauſa.*

10 *Cauponarum, & cauponum materiam, qui Doctores.*

11 *Clericorum communitas poteſt habere tabernam, in qua vendatur vinum perſonis Eccleſiaſticis, & eorum familiæ tantum, n. 11. Sed non poteſt vendere laicis, n. 12. nec Clericis refrigeratum cum phialis, n. 13.*

14 *Clerici vinum, frumentum, oleum, & alios fructus ex redditibus ſuorum beneficiorum, vel ex bonis patrimonialibus collectos poſſunt vendere quibuſcumque perſonis, tam Eccleſiaſticis, quàm Sæcularibus emere volentibus, & inde gabellas ſolvere non tenentur, num. 14. non ſolum ad groſſum, ſed etiam minutatim, ad parvas menſuras, num. 15. ubicumque voluerint aperire tabernas, num. 16. tam in domibus propriis quàm in tabernis poſitis in domibus Eccleſiæ, num. 17. Et ſtatutum aliud diſponens eſt contra immunitatem Eccleſiaſticam, n. 18. non obſtante prohibitione generali facta per Baronem, ne vinum vendatur, niſi ab arrendatariis ſuæ tabernæ, num. 19. Dummodo non vendant vinum per ſeipſos, & perſonaliter, ſed per famulos ſuos, num. 20. & illud vendant pretiis currentibus, nu. 21. ſi pretia non ſint taxata, at ſi taxata ſint, pretiis taxatis ſub pœna peccati, & reſtitutionis, n. 22. & 23. & ponderibus, & menſuris juſtis, & approbatis, n. 24.*

22 *Taxatio pretiorum rerum comeſtibilium pertinet ad magiſtratus ſæculares, qui ædilibus curam commitunt.*

25 *Pondera juſta, & approbata, & menſuræ juſtæ, & approbatæ, quæ ſunt legalia, vel ſecundùm legem, conſuetudinem, vel conventionem partium.*

26 *Ponderum, & menſurarum prima ordinatio ad Principem ſpectat.*

27 *Pondera, & menſuræ poſtquam à Principe ſunt inſtituta, & inſtitutæ, pertinet ad Magiſtratus Regiminis Civitatis (ubi alii Domini ſpeciales non ſint) qui ædilibus committunt curam æquandi pondera, & menſuras à Principe ſtatuta, & ſtatutas.*

28 *Pondera, & menſuræ ſunt publico ſigno Civitatis, vel oppidi ſignanda, & ſignandæ.*

29 *Cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, ſi controvertitur, an communitas Presbyterorum poſſit habere tabernam, in qua vendatur vinum perſonis Eccleſiaſticis, & eorum familiæ tantùm, at ſi dubitatur, an poſſint vinum ex hac taberna vendere laicis, & tractatur de iſtis ementibus laicis, cognitio pertinet ad Judicem ſæcularem.*

30 *Cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, ſi dubitatur, an Clerici vinum collectum ex redditibus ſuorum beneficiorum, vel ex bonis patrimonialibus poſſint vendere quibuſcumque perſonis emere volentibus.*

31 *Cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, ſi controvertitur, an Clerici poſſint vendere vinum ex redditibus ſuorum beneficiorum, vel ex bonis patrimonialibus collectum, non obſtante prohibitione generali facta per Baronem, ne vendatur vinum, niſi ab arrendatoribus ſuæ tabernæ.*

32 *Barones non poſſunt prohibere in perpetuum, vel ad tempus, ne ſubditi habeant tabernam, niſi talis eſſet conſuetudo, aut privilegium, n. 32. neque prohibere poſſunt vaſſallis, ne vendant vinum, donec vinum ipſorum venditum fuerit, n. 33. Sed in Cathalonia jure Caſtri de generali conſuetudine poſſunt prohibere venditionem vini pro non uno anni menſe, num. 34. ſed Clerici ſub hac prohibitione non comprehenduntur, n. 35.*

36 *Statutum laicorum, quod quilibet teneatur ire ad molendum ad molendina Principis, vel Communitatis, aliàs teneretur ſolvere certam gabellam, aut ſub certa pœna, an vindicet ſibi locum in eunte ad molendum in molendino Eccleſiarum, ſeu Clericorum.*

37 *Statutum, ne laici vendant, molant, aut coquant panem, contrahant, vel ne exhibeant aliqua ſervitia, & obſequia Clericis, an ſit contra libertatem Eccleſiaſticam.*

38 *Clerici, ſi vendant vinum, & alios fructus majoribus pretiis quàm taxatis per Magiſtratus ſæculares, an ſit Judex competens Eccleſiaſticus, vel ſæcularis quoad punitionem, & pœnæ executionem, & quo ad commiſſum, numero 38. 39. & 40.*

41 *Clerici poſſunt vendere vinum ex redditibus ſuorum beneficiorum, vel ex bonis patrimonialibus collectum antequam per Magiſtratus ſæculares ſit taxatum, ejuſque cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum.*

42 *Ædilis, ſeu alius Judex ſæcularis an poſſit punire Clericos, falſis ponderibus, & menſuris vendentes laicis vinum, frumentum, oleum et alios fructus.*

43 *Clerici ſi inter ſe conveniant de vendendis carnibus, piſcibus, vino, et aliis comeſtibilibus inter ipſos, certo pretio, prout ipſis taxandis benè viſum fuerit, tunc etiam ſi falſis ponderibus, et menſuris, quamvis non ſignatis utantur, non poſſunt ab ædili, ſeu alio Judice ſæculari puniri, ejuſque cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum.*

DECI-

DECISIO CCVII.

1 AD primam quæſtionis partem. An Clericis liceat habere tabernas? Reſp. quod non, *canon. nulli Clerico diſtinct.* 84. *clemen.* 1. *de vita, & honeſt. Clericorum capit. unico, gloſſ. verbo ignominioſam, eod. titul. in* 6. & poſt Guttier. *canonicarum, lib.* 2. *capit.* 4. *numero* 68. & alios plures docet Barboſa *de jure Eccleſiaſt. univ. libr.* 1. *capit.* 40. *numero* 74. *& in capit. unico poſt numero* 6. *verſic. In gloſſa, de vita, & honeſt. Cleric. in* 6. addo Novarius *in manuali, capit.* 25. *numero* 110. Lezana loquitur de Religioſis *in ſumm. quæſtion. regul. part. prima capitul. nona, ſub numero* 28. Daniel. *de Nobilibus diſput.* 62. *numero* 23. *&* 24. Imo Clerici †
2 exercentes tabernas deponuntur, & Clericale privilegium amittunt, cum modificationibus quas tradunt Menoch. *de arbit. jud. caſu* 412. Farinac. *frag. crimin. part.* 1. *litera C, numero* 127. 128. *& num.* 139. Bellet. *diſquiſit. Cleric. par. prima, titul. de diſciplina Clericorum paragrapho* 20. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib. primo, capit.* 40. *numer.* 74. *verſic. Quare, & in clement,* 1. *numero* 2. *de vita, & honeſt. Clericorum.* Si hujuſmodi tabernas exer-
3 cent per ſe, & perſonaliter, ſecus ſi per alium, *gloſſ. in clement. prima, verbo publice, & perſonaliter in clement. prima* ubi Barboſa *numero ſexto de vita, & honeſt. Clericor.* Menoch. *de arb. judic. caſu* 412. *numero* 6. Azevedo *l.* 15. *numero* 2. *titul.* 7. *libr. ſeptimo recop.* idem Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib. primo capit.* 40. *numero* 74. *in fine, verſic. Quod quidem,* pluries alios cumulat Farinac. *fragm. crimin. part. prima litera Cod. numer.* 136. Daniel. *de Nobilibus diſput.* 62. *ſub numero* 74. quod ultimum non puto verum, ex his quæ docet idem Farinac. *hic citatus, num.* 137. & quæ dicentur infra, *deciſ... n..* videndus Daniel *de Nobilibus, diſp.* 62. *à num...*

4 Quinimo Clericis tabernas intrare non licet, niſi longioris itineris, ſeu peregrinationis cauſa, *canon. non oportet cum duobus ſeqq.* 44. *diſtinct, capit. Clericis* 15. ubi Barboſa *numero* 7. *de vita, & honeſt. Cleric.* Riccius *de jure perſonarum, lib.* 8. *capit.* 7. *numero* 15. Bellet. *diſq. Cleric, part.* 1. *titul. de diſcipul, Clericorum paragrapho* 20. *à princip.* Machado *en ſu perfeto Confeſſor, part.* 2. *lib.* 4. *part.* 1. *tractat.* 13. *docum.* 3. Peguera *deciſ.* 44. *numero* 13. *in fine, & in addit.* Novarius *tom. tertio, gravamine ſecundo, numero ſexto,* idem Barboſa alios addit *de jure Eccleſiaſt. univ. lib.* 1. *capit.* 60. *numero* 71. *& de offic. Parochi, part. prima, capit.* 6. *num.* 20.

5 Quia quamvis olim cauponarum inſtitutio non fuerit voluptatis cauſa, ſed neceſſitatis, *l. licet gratis,* 9. *in factum, ff. nautæ caup. ſtabul.* Novarius *gravamine* 2. *numero* 4. *tom.* 3. Hodie tamen tabernæ ſunt loca, & fomenta intemperantiæ, & incontinentiæ, *libero quæ in adulterium in princip. & ibi gloſſ. Cod. ad leg. jul. de adulter, l. athletas, paragrapho ait prætor, ff. de his qui notantur infamia, libro palam, paragrapho ſi qua cauponam, ff. de ritu nuptiar.* ut inquit Bellet, *diſq. Clericor. part.* 1. *tit. de diſcip. Cleric, paragrapho* 20. *numero* 15. ſequitur Barboſa *in capitul. Clericis* 15. *ſub numero quarto, de vita, & honeſt. Clericor. & de jure Eccleſiaſt. univ. libr. primo capitul,* 40. *ſub numero ſeptuageſimo ſecundo, & de offic. Parochi, part,* 1. *capit.* 6. *numero* 21. & tradit Novarius *tom. tertio, gravamine ſecundo, n.* 5.

6 Tabernæ autem dicuntur domus, in quibus panes, vinum, & carnes coctæ minutatim ad comedendum tantum venduntur, *l. palam quadrageſima tertia in princ. gloſſ. verbo taberna, ff. de ritu nupt, Clement. prima, gloſſ. verbo tabernariorum* ubi Barboſa *numero quinto, de vita, & honeſt. Cler.* Menochius *conſt.* 798. *numero* 32. *libro octavo* alios dat idem Barboſa *appellat.* 257. *numero primo, & de jure Eccleſiaſtico univerſ. libro primo, capite quadrageſimo numero* 73. *& remiſſive, de offic. Parochi, part.* 1. *capite ſexto numero* 21. *in fine,* Daniel *de Nobilibus diſp.* 62, *numero.* 73. Thoro *in ſuppl. deciſ.* 7
*verbo caupona in princ. fol.* 75. Et tabernarii † ſunt illi, qui recipiunt comedentes, non ad cubandum, neque ad equos ſtabulandos, ſed ad comedendum *gloſſ. verbo taberna in lib. palam.* 43. *in princ. ff. de ritu nup.* Menoch. *conſ.* 798. *num. trigeſimo ſecundo lib. octavo* Rendella *de vinea, fol.* 77. *verbo ſitus, verſic. Tabernam,* Gratian. *diſcep. foren. cap.* 898. *numer.* 2. Barboſa *appellat.* 257. *num.* 2. videndus aliter explicans Parlador. *rer. quot. tom.* 1. *diff.* 133. *à num,* 2.

Et ſicut Clericis non licet habere tabernas, & eas 8
ingredi, niſi longioris itineris cauſa; ſic non licet habere cauponas, & eas ingredi, niſi cauſa longioris itineris, Barboſa *de offic. Parochi part.* 1. *c.* 6. *num.* 20. *& de jure Eccleſiaſt. univ. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 71. Peguera *dec.* 44. *n.* 13. *in fine,* Daniel. *de Nobilibus diſp.* 71. *n.* 34.

Cauponæ ſunt domus, in quibus hoſpites & ad- 9
venæ ad comedendum, & ad cubandum recipiuntur cum equis, *gloſſ. in l. palam* 43. *in princ. verbo taberna, ff. de ritu nup.* Menochius *conſ.* 798. *num.* 33. *lib.* 8. Peguera *deciſ.* 44. *à num.* 1. *cum ſeqq. tom.* 1. Rendella *citatus num.* 7. Parlador. *rer. quotid. tom.* 2. *differt.* 133. *numer.* 1. licet quandoque hoſpes, & tabernarius pro eodem ponantur, Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 898. *n.* 4. Barboſa *appellat.* 252. *numer.* 3. Si autem † 10
plura ſcire volueris de cauponis, & cauponibus vide Pegueram *dec.* 44. *&* 45. *tom.* 1. Cabal. *reſol. crim. caſu* 70. *&* 188. Farinac. *frac. crim. part.* 1. *litera C, à num.* 14. *ad* 54. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sardin. tom.* 2. *tit.* 34. *cap.* 7. 8. *&* 9. Aylon Laynez ad Gom. *tom.* 2. *var. c.* 7. *numero* 3. *verſic. Nauta, & verſi. Et circa* Diana *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 83. *& part.* 3. *tract.* 6. *& miſcel.* 2. *reſol.* 21. *& in coordinat. parte* 6. *tract.* 3. *reſol.* 141. *numero* 2. *& reſol.* 142. Conciolus *ad ſtat. Eugubii, libr.* 7. *rub.* 12. *à num.* 1. ubi Romaguera *in addit, à numer,* 3. Dominus Vice-Cancellarius Don Chriſtophorus Creſp. de Valdaura *obſer.* 67.

Ad ſecundam quæſtionis partem, An liceat Cleri- 11
cis pro eorum uſu, & familiæ vendere vinum? Reſp. quod Clericorum communitas poteſt habere tabernam in qua vendatur vinum perſonis Eccleſiaſticis, & eorum familiæ tantum, juxta declarationem Cancellarii Pons referendam *n. ſeq.*

Laicis verò non poteſt communitas Presbyterorum 12
vendere vinum ex taberna, quam habere poteſt pro venditione vini perſonis Eccleſiaſticis, & eorum familiæ, & laici ementes poſſunt puniri pœnis in banno univerſitatis conventis, & cognitio pertinet ad judicem ſæcularem. Ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Pons 19. Januarii 1677. occaſione firmæ juris factæ in Curia ſæculari per Fiſci Procuratorem patrimonialem, & Syndicum Univerſitatis Villæ de Baga procedimentis in Curia Eccleſiaſtica Celſonen. inſtatis per Syndicum Communitatis Presbyterorum dictæ Villæ de Baga contra Bajulum, Conſules & Conſiliarios ejuſdem Villæ, ratione pignoramenti ad inſtantiam dictorum Conſulum facti in bonis Cæſaris Miquel macellarii dictæ Communitatis pro pœna quinquaginta novem ſolidorum, in qua interſit Maria Miquel uxor dicti Cæſaris Miquel propter exemptionem unius modii, ſivè fortè de vi per eam in caupona dictæ Communitatis factam, & arreſti de perſonis dictorum conjugum Miquel in illorum domo ſub pœna decem ducatorum, & eorum executione pro fractione dicti arreſti per dictum Miquel factam, fuit declaratum firmæ juris per dictum procuratorem Fiſcalem patrimonialem, & Syndicum dictæ Villæ in Curia ſæculari factæ locum fuiſſe, & eſſe. Sine tamen præjudicio immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ in facultate quam habet dicta Communitas Presbyterorum habendi macellum, cauponam, & officium iſtitorium, vulgo *revenderia* pro venditionem, carnium, vini, & aliarum rerum per-

perſonis Eccleſiaſticis, & familiæ illorum tantùm,

13 Utrum autem Communitas Presbyterorum in taberna, quam habere poteſt ( ſemotis concordiis ) pro uſu Clericorum, & eorum familiæ, poſſit Clericis, & Eccleſiaſticis perſonis vendere vinum album, vulgo *blanch*, arviſium, ſeu creticum, vulgo *malvaſia*; ſanguineum, ſeu gilvum, vulgò *claret*, græcum, vulgò *grech*, rubeum, ſeu nigrum, vulgò *vermell*, aut aliud vinum, recentatum, nivatum, ſeu refrigeratum, vulgo *refredat*, vel alio quocumque modo, culianis, phialis pateris, ſive ærullis, vulgò *à taſſes*? Reſpond. Quod non. Tum quia Clericis tabernas intrare non licet, niſi cauſa longioris itineris, *ut probatum eſt num.* 4. Tum quia deteſtabile eſt vitium tabernas frequentantium, bonoque publico damnoſum, docet Romaguera in addit. ad Conciol. *ad ſtatut. Eugub. lib.* 5. *tit.* 12. *numer.* 9. & reprehenditur in Clericis, Bellet. *diſq. Cler. tit. par.* 1. *tit. de diſcip. Cler.* §. 20. *num.* 15. Barboſa *de jure Eccleſiæ univerſ. lib.* 1. *cap.* 40. *numer.* 72, Novarius *gravamine* 2. *numer.* 6. *verſic. Quare, tom.* 3. Tum quia indignum exiſtimatur citra neceſſitatem in tabernis bibere, aut comedere, vel aliter verſari, ut inquit Cabal. *reſolut. crimin. caſu* 187. *in fine*, nam quamvis laicis liceat illas adire, non tamen eſt laudabile, Novarius *gravam.* 2. *numer.* 2, *tom.* 3. alia plura his accommodabilia loquentes de Clericis Novarius *dict. grav.* 2. *tom.* 3. Peguera *deciſ.* 44. *à num.* 13. *uſque ad finem, tom.* 1. Tum quia, ut ait Boer. Epo. *in c. Clerici officia* 15. *numer.* 11. *de vita & honeſt. Cler.* deplorandum inoleviſſe Clericorum etiam Presbyterorum morem in tabernis publicis, tùm cereviſiariis, tùm vinariis compotandi, quæ magna præter alios populo rudi fuit occaſio vituperandi ſtatus, ac Ordinis Eccleſiaſtici, vilipendiandæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ, refert, & ſequitur, vel ex bonis patrimonialibus collectos poſſunt vendere quibuſcumque perſonis, tam Eccleſiaſticis, quam ſæcularibus emere volentibus, & inde gabellas ſolvere non tenentur. Tum quia hæc ad prudentem œconomiam ſpectant, quæ maximè in Eccleſiaſticis elucere debet. Tum quia dictæ res non ſunt fructus emptionis, ſed ſuarum poſſeſſionum. Tum quia unicuique libera eſt ſuarum rerum adminiſtratio, Tum quia per hoc non dicuntur negotiatores, quorum appellatione non veniunt illi, qui vendunt vinum, frumentum, oleum, & ſimilia de rebus ſuis collecta. Ita *gloſſ. ſic intelligenda in can. negotiatorem* 88. *diſt. & intelligendus tex. in l.* 2. *Cod. de Epiſcop. & Cler.* & docent Abbas *conſ.* 6. *dub.* 2. *verſic. Nec eſt verum, part.* 1. *& in cap.* 2. *numer.* 1. *ne Clerici, vel monachi*, Decius *in cap. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, numer.* 273. *de conſtit. & conſ.* 472. *num.* 27. Roland. *conſ.* 71. *à numer.* 5. *lib.* 4. Cenedo *collect.* 37. *ad decretum, numer.* 2. *in fine, verſic. Nec etiam*, Cardoſo *in prax. jud. verbo gabella, num.* 5. Marta *de juriſdict. par.* 4. *caſu* 3. *num.* 9. Mexia *prag. taxæ panis, concluſ.* 5. *numer.* 29. Vivald. *in candel. aureo, can.* 18. *Bullæ Cœnæ, numer.* 5. *verſic. Reſpondetur tertio, in princip.* Tuſch. *pract. concluſ. litera M, concluſ.* 205. *numer.* 3. Guttier. *de gabell. quæſt.* 93. *num.* 24. 26. *&* 37. *& in verſ. Quinimo*, Gironda *de gabell. par.* 7. *in princip. num.* 15. Azevedo *lib.* 7. *numer.* 8. *in fine, tit.* 18. *lib.* 9. *recop.* Cutel. *de imm. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 47. *numer.* 11. *verſ. Vendentes*, Molina *de juſt. & jure, tom.* 2. *tract.* 342. *concluſ.* 2. *verſic. Idem dicerem*, Fagundez *de juſt. & jure, lib.* 5. *cap.* 11. *numer.* 30. *& capit.* 12. *num.* 2. Lazarte *de decimæ vend. cap.* 19. *numer.* 62. *&* 66. Valaſc. *conſult.* 131. *à num.* 6. Gregor. Lopez *lib.* 49. *verbo las franquezas, tit.* 6. *part.* 1. Lezana *in ſum. quæſt. regul. par.* 3. *verbo gabella, numer.* 17. *&* 19. *verſic. Nec qui vendunt*, Caſt. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tit.* 12. *diſput. unica, punct.* 9. *numer.* 16. *verſ. Primo*, Villalobos *in ſum. mor. part.* 2. *tract.* 2. *diſ.* 3. *numer.* 4. *verſic. De lo dicho ſe in fiere*, Morla *in emp. juris, part.* 1. *tit.* 9. *quæſt.* 10. *num.* 6. *in fine*, Riccius *in prax. tom.* 1. *reſolut.* 317. Larrea *allegat. Fiſcal.* 111. *numer.* 37. Zerola *in praxi, part.* 1. *verbo Clericus*, §. 8. *verſic. Quinta concluſio*, Roderic. *quæſt. regul. tom.* 3. *quæſt.* 78. *concl.* 3. Novarius *in pragmat.* 1. *collect.* 2. *à numer.* 6. *de mercatura*, Cabedo *arreſto* 45. *part.* 2. Squillante *de privil. Cleric. part.* 1. *tit. de diſcipl. Clericali*, §. 21. *numer.* 15. Queſada Pilo, *diſſertat.* 22. *numer.* 94. 95. *&* 98. Trentacinq. *variar. libr.* 1. *de jure Fiſci, reſolut.* 5. *numer.* 7. *verſic. Similiter*, Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *capit.* 5. *dub.* 3. *ſect.* 5. *numer.* 13. *& dub.* 5. *numer.* 2. *&* 3. alios plures citant Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 1323. *verſ. Y no ſe dira, gloſſ. litera D*, Farinac. *frag. crim. part.* 1. *litera C, numer.* 172. Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effectu* 3. *num.* 130. *& effectu* 6. *numer.* 33. Daniel *de Nobilibus, diſput.* 61. *numer.* 68. *& diſput.* 71. *numer.* 31. Fragoſo *de Reg. Reip. part.* 1. *libr.* 2. *diſput.* 4. §. 3. *numer.* 414. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, part.* 2. *titul.* 13. *num.* 10. *&* 11. *verſic. Sic etiam, & de jure Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *capit.* 39. §. 5. *numer.* 34. *& capit.* 4. *numer.* 124. *&* 126. *& de offic. Parochi, part.* 1. *capit.* 6. *numer.* 46. *&* 48. *& in capit. ſecundum* 6. *numer.* 3. ibi *Aut ea vendunt, ne Clerici, vel Monachi, & in capit. quamquam* 4. *numer.* 6. *de cenſib. in* 6. *& appell.* 162. *numer.* 1. *&* 2. Sperel. *deciſ.* 94. *numer.* 9. *&* 10. *libr.* 1. Diana *reſolut. moral. part.* 4. *tractat.* 1. *reſolut.* 52. *& part.* 8. *tractat.* 2. *& miſcell. reſolut.* 26. *& in coordinat. part.* 6. *tractat.* 3. *reſolut.* 182. *in princip. & part.* 9. *tractat.* 2. *reſolut.* 94. *numer.* 1. 7. 8. *&* 9. Fermoſin. *in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt.* 5. *numer.* 24. *& quæſt.* 18. *numer.* 10. *de conſtitut.* Fraſſo *de Reg. patron. Indiar. capit.* 75. *numer.* 47. *&* 69. *tom.* 2. Eſcanno *in propugn. Sacræ Relig. Militaris ſancti Joannis, diſcept.* 9. *capit.* 4. *num.* 9. & ex noſtris Cancer *part.* 3. *variar. capit.* 10. *numer.* 11. Ripoll. *variar. capit.* 11. *nùmer.* 302. *& de Magiſt. log. maris, capit.* 6. *numer.* 47. *in fine*, latè Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *quæſt.* 11. *à numer.* 121. *ad* 127. Fontanella *deciſ.* 510. *numer.* 6. *&* 7. *& deciſ.* 528. *numer.* 2. ubi dicit eſſe tex. expreſſum *in capit. fin. de imm. Eccleſ. in* 6. & in noſtris conſtitutionibus Tarraconæ eſſe etiam *cap.* 3. *cum ſeq. eodem tit. par.* 2.

Non ſolùm ad groſſum, ſed etiam minutatim, 15
hoc eſt nedum in menſura magna, ſed etiam ad menſuras parvas, nec ex hoc dicuntur negotiari, nec tenentur ſolvere gabellas, Gironda *de gabell. quæſt.* 7. *in princip. numer.* 15. Valaſc. *conſult.* 131. *à numer.* 6. Guttier. *de gabel. quæſt.* 93. *n.* 7. Squillante *de privil. Cler. cap.* 8. *num.* 38. Fagundez *de juſt. & jure, lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 30. *in fine, & capit.* 12. *num.* 3. Grammat. *deciſ.* 100. *num.* 6. Graſſo *de reg. patr. Indiar. capit.* 7. *num.* 48. *tom.* 2. Rondella *de vinea, fol.* 78. *verſ. Quod autem*, Eſcanno *in propug. ſacræ Relig. Sancti Joannis, diſcept.* 9. *cap.* 4. *n.* 10. Trentacinq. *var. lib.* 1. *de jure Fiſci, reſol.* 5. *num.* 7. *in fine*, Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 3. *num.* 130. Sperellus *deciſ.* 94. *num.* 10. *par.* 1. Bellett. *diſq. Cler. part.* 1. *titul. de diſcip. Cler.* §. 21. *numer.* 15. Diana *reſolut. mor. part.* 4. *tract.* 1. *reſolut.* 52. *& in coordinat. part.* 9. *tractat.* 2. *reſolut.* 94. *num.* 1. Fermoſin. *in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſtion.* 5. *numer.* 24. *& quæſt.* 49. *numer.* 19. *de conſtitut.* Fontanella *deciſ.* 510. *numer.* 6. *&* 7. *part.* 2. Barboſa *de jure Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *capit.* 39. §. 5. *numer.* 34. *& capit.* 40. 126. *verſic. Tabernam*, Lezana *in ſum. quæſt. regul. par.* 3. *verbo gabella, numer.* 117. & alii ex citatis *numer.* 14. cum advertentiis tamen ab Epiſcopo præſcribendis, ut reſpondit Sacra Congregatio Epiſcopo Averſano die 5. Maji 1693. referunt Barboſa *de jure Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 6. *cap.* 40. *num.* 126. *& de offic. Parochi, part.* 1. *numer.* 48. Daniel *de Nobilibus, diſput.* 68. Sic fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Pons 15. Julii 1667. infra referenda *numer....*

Ubicumque voluerint Clerici aperire tabernas,

Diana reſolut. moral. par. 5. tract. 1. reſolut. 20. & in coordinat. par. 9. tract. 2. reſolut. 95. ſub num. 1. in fine. Thom. del Bene de parlament. dub. 30. ſect. 22. numer. 1. in fine, & numer. 3. & de immunit. Eccleſ. tom. 1. cap. 5. dub. 7. ſect. 22. numer. 1. in fine, & numer. 4. Fermoſin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 18. numer. 10. de conſtit. Sperel. deciſ. 94. numer. 10. verſ. Cum itaque, lib. 1. Barboſa de poteſtat. Epiſcop. part. 2. allegat. 13. num. 11.

17 Tam in domibus propriis, quàm in tabernis poſitis in domibus Eccleſiæ, Geminian. Franch. Lambertin. Genuen. Proſp. Auguſtin. quos citant Diana reſolut. mor. par. 4. tract. 1. reſol. 52. & in coordinat. par. 9. tract. 2. reſol. 94. numer. 7. verſic. Sed de jure, Thom. del Bene de parlament. dub. 30. ſect. 16. verſic. Sed de jure, & de immunit. Eccleſ. tom. 1. capit. 5. dub. 7. ſect. 16. numer. 3. Fermoſin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 5. numer. 31. de conſtitut. verùm Religioſi vinum proprium in ſuis Monaſteriis vendere non poſſunt, ſed in domibus ſæcularium per ſæculares, non enim licet Monaſterium facere tabernam, Lezana in ſum. quæſt. regular. part. 4. verbo negotiatio, numer. 7. in fine, Fraſſo de reg. patron. Indiar. capit. 75. numer. 49. tom. 2.

18 Adeo, quod ſi eſſet ſtatutum laicorum, quod venditores vini Clericorum non poſſint illud vendere, niſi in quarta domo diſtanti ab Eccleſia, eſt contra immunitatem Eccleſiaſticam, ut latè probant, contraria proponunt, & illis reſpondent Diana reſolut. mor. par. 4. tract. 1. reſol. 51. & in coordinatis, par. 9. tract. 2. reſol. 94. à numer. 7. Thom. del Bene de parlament. dub. 30. ſect. 16. & de immun. Eccleſ. tom. 1. capite 5. dub. 7. ſect. 16. Fermoſin. in capite Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 5. à num. 30. ad 44. de conſtitut. Sequitur Fontanella deciſ. 301. num. 14. par. 2.

19 Non obſtante prohibitione generali facta per Baronem, quod vinum non vendatur niſi ab arrendatariis ſuæ tabernæ, ut latè probant Diana reſolut. mor. par. 5. tract. 1. reſol. 20. & in coordinat. par. 9. tract. 2. reſolut. 95. Thom. del Bene de parlament. dub. 30. ſect. 22. & de immun. Eccleſ. tom. 1. capit. 5. dub. 7. ſect. 22. Fermoſin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 18. à numer. 10. ad 16. de conſtitut. ita fuit in Catalonia deciſum per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Aſtor, Ramon, Carreres, & Aguil 13. Octobris 1616. infra referenda, numer. 311. Fontanella deciſ. 131. numer. 17. 18. & 19. part. 1.

20 Dummodo tamen Clerici, & Religioſi vinum, frumentum, oleum, & alios fructus ex redditibus ſuorum beneficiorum, vel ex bonis patrimonialibus collectos non vendant emptoribus Eccleſiaſticis, ſeu laicis per ſe ipſos, & perſonaliter, ſed per famulos ſuos, juxta gloſ. verbo publicè, & perſonaliter in Clement. 1. de vita, & honeſt. Cler. Fagundez de juſt. & jure, lib. 5. cap. 12. ſub num. 3. Diana reſol. mor. par. 4. tract. 1. reſol. 52. & in coordinat. par. 9. tract. 2. reſolut. 94. numer. 1. & 9. Pundella de vinea, fol. 78. verſic. Quod autem, Fermoſin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 5. num. 24. & 39. & q. 40. n. 39. de conſtitut. Menoch. de arb. jud. caſu 412. num. 6. Azeved. l. 15. num. 2. tit. 7. lib. 7. recop. Farinac. frag. crim. par. 1. litera C, n. 136. Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 40. n. 74. in fine, & in Clem. 1. n. 6. de vita, & hon. Cler.

21 Et dummodo Clerici, & religioſi hujuſmodi fructus ex redditibus ſuorum beneficiorum, vel ex bonis patrimonialibus collectos vendant emptoribus Eccleſiaſticis, ſeu laicis, pretiis currentibus, Cutellus de immun. Eccleſ. lib. 2. capit. 47. numer. 11. verſ. vendentes, alioquin ſi pluris vendant quàm æſtimantur, peccant, & obligantur illud plus reſtituere, Barboſa multis citatis de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 1. numer. 50. ſi pretia non ſint taxata per Magiſtratus ſæculares, quibus pertinet taxatio pretiorum rerum comeſtibilium, qui ædilibus curam committunt, ut res comeſtibiles pretiis taxatis, ac juſtis menſuris vendantur, lib. 1. §. cura carnis, ff. de offic. Præfic. verb. l. annonam, ff. de extraordin. crim. docent cum multis Guttier. pract. lib. 1. quæſt. 81. numer. 11. Maſtrill. deciſ. 17. à num. 9. Morla in empor. jur. par. 1. quæſt. 6. num. 4. Cutel. de immun. Eccleſ. lib. 2. q. 77. n. 1. verſ. Solum moveo, Farinac. frag. crim. part. 1. litera D, num. 41. Cabedo deciſ. 92. par. 2. Bobadilla in polit. lib. 3. capit. 419. à numer. 1. ad 6. Novarius grav. 117. 118. 119. & 120. tom. 1. & gravam. 32. tom. 2. & in prag. 3. collect. 3. num. 3. & 4. de annona, Molina de juſt. & jure, tom. 2. tract. 364. Fagundez de juſt. & jur. lib. 5. cap. 37. num. 1. & 2. Mantica de tacit. lib. 4. tit. 20. numer. 22. Caſt. Palaus de juſt. & jur. par. 7. tract. 32. diſp. 5. punct. 4. Barboſa in l. 1. num. 5. C. de Epiſcop. & Cler. in addit. ad cap. 1. num. 2. de empt. & vendit. tom. 6. Daniel de Nobilibus, diſp. 8. num. 12. 13. & 17. & diſp. 62. num. 39. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, l. 3. gloſ. 4. num. 4. fol. 15. tom. 2. Romaguera in addit. ad Conciol. ad ſtatut. Eugub. lib. 5. rub. 13. num. 4. & rub. 18. numer. 1. & 2. latè Fermoſin. in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 56. num. 21. de conſtit. At ſi pretia ſint taxata, Clerici, & Religioſi vinum, frumentum, oleum, & alios fructus ex redditibus ſuorum beneficiorum, vel bonis patrimonialibus collectos vendere tenentur pretiis taxatis, ſub pœna peccati, & reſtitutionis, Menochius conſ. 800. numer. 27. lib. 8. & conſ. 1000. num. 22. lib. 10. Villaplana in addit. ad Peguer. in conſtit. item ne ſuper laudemio, verſ. 7. numer. 49. Franchis deciſ. 9. numer. 3. Maſtrill. deciſ. 17. num. 35. Cabal reſolut. crim. 9. à num. 6. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 2. n. 266. Valpel. de libert. Eccleſ. par. 2. numer. 21. Caſtillo de tertiis, tom. 7. cap. 8. numer. 28. Salgad. de reg. protect. par. 1. cap. 1. prælud. 2. num. 68. Mexia in prag. taxæ panis, concluſ. 5. à n. 1. ſignanter num. 35. Morla in empor. jur. par. 1. tit. 1. q. 16. numer. 15. & tit. 2. q. 12. num. 12. Guttier. pract. lib. 4. cap. 38. numer. 21. Lezana in ſum. quæſt. reg. par. 1. cap. 11. num. 17. verſ. Deinde, & par. 4. verbo ſtatuta, numer. 5. verſ. Decimo, Daniel de Nobilibus, diſp. 8. n. 15. & diſp. 64. n. 54. & 53. & in addit. n. 12. Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 5. n. 48. 49. & 50. Fontanella deciſ. 306. n. 3. 4. & 5. deciſ. 495. num. 7. par. 2. Caſt. Palaus in oper. mor. par. 1. tract. 3. diſp. 1. punct. 24. §. 6. num. 1. verſ. Sed quæſtio, & part. 2. tract. 12. diſp. unica, punct. 8. n. 2. fol. 129. & par. 7. tract. 32. diſp. 5. punct. 5. n. 5. Diana reſol. mor. par. 1. tract. 2. reſol. 90. n. 1. Azevedo, l. 1. n. 19. tit. 6. recopil. Villalobos in ſum. mor. par. 1. tract. 2. diſ. 31. num. 12. Luca ad Gratian. diſcept. forenſ. cap. 149. à n. 15. Romaguera in addit. ad Conciolum ad ſtatut. Eugub. lib. 1. rub. 44. num. 4. Fermoſin. in c. Eccleſ. Sanctæ Mariæ, q. 1. numer. 13. & quæſt. 16. num. 23. & quæſt. 38. à n. 8. de conſtitut. Xammar. de re privileg. Barcin. §. 16. n. 23. Salcedo de lege polit. lib. 1. cap. 4. numer. 18. Marinis ad Rever. deciſ. 222. num. 1. Daniel de Nobilibus, diſput. 62. numer. 55. Xammar. de privileg. Barcin. §. 16. num. 20. & in addit. per Monras n. 23. Sperel. deciſ. 12. num. 11. & deciſ. 13. n. 10. lib. 1. Ybannes de Faria ad Covar. lib. 2. var. cap. 3. ſub num. 44. Anſaldus de juriſdict. par. 3. tit. unico, c. 19. à numer. 6. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 2. capit. 9. dub. 1. à numer. 11. & dub. 15. numer. 2.

24 Dummodo denique Clerici, vinum, frumentum, oleum, & alios fructus ex ſuis beneficiis, vel bonis patrimonialibus collectos vendant emptoribus Eccleſiaſticis, vel ſæcularibus ponderibus, & menſuris juſtis & approbatis, Marta de juriſdict. par. 4. caſu 3. num. 15. qui id probat ex expenſ. Deuteronomii, ibi: Non habebis in ſacculo diverſa pondera majus, & minus, nec erit in domo tua modius major, & minor, & modius æqualis, & verus ſit tibi, quem locum ponderant, etſi ad aliud inſtitutum Carolus de Graſ. de effect. Cler. effect. 1. num. 924. Novarius in rub. collect. 1. numer. 17. de ponder. &

*menſur.* Azevedo *l.* 1. *num.* 3. *tit.* 13. *lib.* 5. *recop.* &
probatur etiam *Levitici*, *cap.* 19. *in fine*, ibi: no-
lite facere iniquum aliquid in judicio, in regula,
in pondere, in menſura ſtatere juſta, & æqua ſint
pondera, juſtus modius, æquuſque, ſextarium de
jure canonico, *cap. ut menſuræ de empt. & vendit.*
de jure civili, §. *eos verſic. eos in auth. de collect.*
25 Pondera juſta, & approbata, & menſuræ, juſtæ,
& approbatæ dicuntur, quæ ſunt legalia, vel ſe-
cundum legem, conſuetudinem, vel conventionem
partium, *l. Imperatores* 71. *ff. de contrahen. empt.*
26 Cenedo *collect. ad decretal.* 9. *numer.* 3. Barboſa *in*
*cap.* 2. *num.* 4. *de empt. & vendit.* prima autem or-
dinatio ponderum, & menſurarum ad Principem
ſpectat, *l. modios*, *C. de ſuſceptor. lib.* 10. *l.* 2. *C.*
*de frument. Alexan. lib.* 11. Novar. *in rub. collect.*
1. *n.* 2. *de ponder. & menſur. & gravam.* 33. *num.* 3.
*tom.* 2. & alii *num.* 27. allegandi & poſtquam ponde-
ra, & menſuræ à Principe ſunt inſtitutæ, ad Magi-
ſtratus Regiminis Civitatis pertinet, (ubi alii do-
mini ſpeciales non ſint) qui ædilibus committunt
curam æquandi pondera, menſuras à Principe ſta-
tuta, & ſtatutas, Bolannos *in cur. Philip. tom.* 2.
*lib.* 1. *capit.* 9. *num.* 2. Azevedo, *l.* 1. *numer.* 1. ubi
Matienzo *gloſſ.* 1. *tit.* 13. *lib.* 5. *recopil.* Ramirez *de*
*lege reg.* §. 26. *num.* 68. Romaguera ad Conciol. *ad*
*ſtatut. Eugub. lib.* 5. *rub.* 13. *num.* 4. *& rub.* 19. *num.*
5. & alii plures à me laudati *deciſ.* 11. *à numer.* 59.
28 *par.* 1. Hujuſmodique † pondera, & menſuræ ſunt
publico ſigno Civitatis, vel oppidi ſignandæ, Bo-
lannos *in Cur. Philipp. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 3.
Ramirez *de leg. reg.* §. 26. *num.* 68. Novarius *grav.*
33. *num.* 4. *tom.* 2. Fontanella *deciſ.* 515. *numer.* 1.
*par.* 3. Romaguera in addit. ad Conciol. *ad ſtatut.*
*Eugub. lib.* 5. *rub.* 19. *numer.* 6.
29 Ad quartam quæſtionis partem. Reſp. quod co-
gnitio, an Communitas Presbyterorum poſſit habe-
re tabernam, in qua vinum vendatur tantum per-
ſonis Eccleſiaſticis, & eorum familiæ, pertinet, &
ſpectat ad Judicem Eccleſiaſticum. Si verò commu-
nitatis Presbyterum vendit vinum laicis ex taber-
na, quam habet pro venditione vini perſonis Ec-
cleſiaſticis, & eorum familiæ tantum, & tractatur
de punitione laicorum ementium pœnis contentis
in banno Univerſitatis, cognitio ſpectat, & perti-
net ad Judicem Sæcularem, ut fuit deciſum per
Cancellarium Pons declaratione ſupra relata *num.*
11. *&* 12.
30 Si autem dubitatur, an Clerici poſſint vendere
vinum, & alios fructus ex redditibus ſuorum be-
neficiorum, vel ex bonis Patrimonialibus colle-
ctos quibuſcumque perſonis, tam Eccleſiaſticis,
quam ſæcularibus emere volentibus, tam ad groſ-
ſum quam minutatim, cognitio pertinet, &
ſpectat ad Judicem Eccleſiaſticum, ſic fuit in Ca-
thalonia declaratum per Cancellarium Pons 15.
Julii 1667. in favorem Curiæ Eccleſiaſticæ Gerun-
den. & Hieronymi Corretger Presbyteri, & Bene-
ficiati in Eccleſia Parochiali Villæ de Figueres,
contra Procuratorem Fiſcalem Curiæ ſæcularis Vil-
læ Biſulduni, & Jacobum Mir, & Pujades Baju-
lum Villæ, & Bajuliæ de Figueres juxta *ſupra tra-*
*dita à numer.* 14.
31 Idemque ſi controverſia ſit, utrum Clerici vi-
num ex redditibus ſuorum beneficiorum, vel ex bo-
nis patrimonialibus collectum vendere poſſint qui-
buſcumque emere volentibus, non obſtante prohi-
bitione generali facta per Baronem, ne vendatur
vinum, niſi ab arrendatoribus ſuæ tabernæ, cogni-
tio ſpectat & pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum.
Ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium
Puigmari, Conſultoribus Aſtor, Ramon Carreres
& Aguilo 3. Octobris 1626. in favorem Sebaſtiani
Coſtous Presbyteri, & Rectoris Eccleſiæ Parochia-
lis Sancti Vincentii dels Horts, contra Nobilem
Dalmatium de Ivorra dominum dicti loci, occaſio-
ne præconii de mandato dicti Nobilis de Ivorra in
dicto loco publicati, in & cum quo habitatoribus
dicti loci prohibetur ſub pœna decem librarum, ne
durante certo prohibitionis tempore vinum ad mi-
nutum emerent ab aliquo, niſi ab arrendatoribus,
ſeu conductore tabernæ dictæ la gabella, qua de
cauſa fuerunt per Subbajulum dicti loci pignorati
aliqui habitores ejuſdem, & pignora diſtracta, ex
quo non obſtante dicta prohibitione vinum emerat
a Rectore ſupradicto, qui in poſſeſſione vendendi
vinum ex decima, & primitia proceſſum in quoli-
bet anni tempore exiſtebat: fuit declaratum in fa-
vorem Curiæ Eccleſiaſticæ, Fontanella refert, & ſi
non tam extenſe *deciſ.* 141. *n.* 17. 18. *&* 19. *par.* 1,
per ſupra tradita *num.* 19.
Unde licet de jure Barones non poſſint prohibere 32
in perpetuum, vel ad tempus, ne ſubditi habeant
tabernam, niſi talis eſſet conſuetudo, aut privile-
gium, ut tradunt multis citatis Maſtril. *de Magi-*
*ſtr. lib.* 4. *c.* 18. *n.* 55. *&* 56. Novarius *grav.* 74. *n.*
1. *&* 2. *tom.* 1. Diana *reſol. mor. par.* 5. *tract.* 1. *re-*
*ſol.* 20. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 95. *n.*
1. *verſ. Imo dicendum eſt*, Thom. del Bene *de imm.* 33
*Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 7. *ſect.* 22. *n.* 6. *& de par-*
*lament. dub.* 30. *ſect.* 22. *n.* 4. *verſ. Quinimo* Fermo-
ſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *quæſt.* 19. *n.* 14.
*in fine de conſtitutionib.* Neque † poſſint prohibere 34
vaſſallis, ne vendant vinum, ſeu frumentum, do-
nec vinum, aut frumentum ipſorum venditum fue-
rit, Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 37.
*&* 39. Capiblanc. *de Baronibus*, *prag.* 1. *n.* 163. Pe-
tra *de poteſt. Principis*, *cap.* 5. *n.* 122. *& ſeq. & c.*
6. *n.* 28. Reg. Vico *ad pragm. Reg. Sard. tom.* 1. *tit.*
18. *c.* 2. *n.* 4. *&* 5. Fontan. *dec.* 141. *n.* 5. *&* 6. *par.* 1.
Tamen in Cathalonia Barones jure Caſtri de ge- 35
nerali conſuetudine poſſunt prohibere venditionem
vini pro uno anni menſe, quo ipſi volunt ſuum vi-
num vendere, ut tradit antiquos practicos allegans
Fontanella *deciſ.* 141. *à n.* 9. *ad* 16. qui *n.* 8. tradit
deciſionem noſtri Senatus *par.* 1. verum ſub hac con-
ſuetudine Clerici non comprehenduntur, ut ex A-
ponte probant Diana, Thom. del Bene, & Fermo-
ſin. *locis citatis*, *n.* 19. & docent idem Diana *reſol.*
*mor. par.* 6. *tract.* 8. *& miſcel.* 3. *reſol.* 4. *& in coor-*
*dinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſolut.* 214. *n.* 15. Fontanella
*deciſ.* 241. *n.* 17. 18. *&* 19. *par.* 1. qui ad id proban-
dum citat Carol. de Graſ. *de effect. Cleric. effectu* 2.
*n.* 210. & Diana *reſol. mor. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 53.
Sed adverte, quod Carol. de Graſ. nec Diana tra- 36
ctant punctum, ad quod Fontanella eos citat licet
ex eis poſſit argui à ſimili. Etenim Carol. de Graſ.
*de effect. Cler. effectu* 2. *num.* 310. tractat, an ſtatu-
tum laicorum, quod quilibet teneatur ire ad mo-
lendinum Principis, vel Communitatis, aliàs eun-
do ad aliud teneretur ſolvere certam gabellam. Vel
ſi imponeret certam pœnam euntibus ad molendum
extra territorium, vindicet ſibi locum in eunte ad
molendum in molendino Eccleſiarum, ſeu Clerico-
rum? & pro utraque parte diſputat, ſequitur tamen
multis citatis opinionem negativam. Ad quam quæ-
ſtionem videndi ſunt Covarruv. *reg. poſſeſſor. par.* 2.
§. 4. *numer.* 8. Franchis *deciſ.* 380. *verſ. Hinc deni-*
*que* ubi Luca *à num.* 1. Maſcard. *de gener. ſtat. in-*
*terpret. concluſ.* 1. *num.* 11. Pereyra *de man. Regia*,
*part.* 1. *in concordat. Reg. Sebaſtiani*, *numer.* 291.
*aliàs* 292. *in fine*, Daniel *de Nobilibus*, *diſput.* 39.
*à numer.* 5. *& diſput.* 58. *numer.* 9. *&* 12. Thoro *in*
*compen. dec. par.* 1. *verbo ſtatutum factum*, *fol.* 525.
Riccius *collect.* 171. *verſic. Quaro*, Marinis *reſolut.*
*jur. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 3. *& à numer.* 11. Genuen.
*in pract. Eccleſ. quæſ.* 196. Gratian. *diſcept. forenſ.*
*capit.* 564. *à numer.* 48. Maceraten. *var. lib.* 1. *re-*
*ſolut.* 67. Fermoſin. *in capit. cum omnes* 6. *numer.* 5.
6. *&* 20. *& in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *quæſt.*
4. *à numer.* 4. *ad* 9. *de conſt.* Novarius *gravam.* 58.
*numer.* 3. *tom.* 1. Cancer *par.* 2. *var. cap.* 2. *numer.*
102. *&* 104.
Et Diana *reſol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 53. 37
diſputat. An ſtatutum, ne laici vendant, molant,
aut coquant panem, contrahant, vel ne exhibeant
aliqua ſervitia, & obſequia Clericis ſit contra li-
bertatem Eccleſiaſticam, & ſic ſtatuentes incidant in
excom-

excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini ; & affirmativè reſolvit , de quo videndi ſunt idem Diana *reſolut. mor. par. 9. tract. 2. reſolut. 209. numer. 12. & latiùs reſolut.* 215. Barboſa *in capit. 1. num. 4. & in addit. numer. 1. & in capit. fin. numer. 1. & 6. de immunit. Eccleſ. in 6. & de poteſtat. Epiſcop. par. 3. allegat. 50. numer. 91. verſic. Item, & de jure Eccleſ. univ. lib. 2. capit. 3. numer. 194. &* 195. Thom. del Bene *de parlament. dub.* 30. *ſect.* 20. *& de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 5. dub. 7. ſect.* 20. Daniel *de Nobilibus , diſput.* 39. *numer.* 8. Lezana *in ſum. quæſt. regul. verbo ſtatutum , numer. 5. in princ. & verſ. ſecundo* , qui *num.* 3. idem dicit de ſtatuto excludente Religioſos de Collegio Doctorum, Bonacina *de cenſuris in Bulla Cœnæ , diſput. 1. quæſt. 16. ſect. 2. punct. 2. numer. 4. & 5.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu 2. à numer.* 358. *&* 434. Caſt. Palaus *in oper. mor. par. 2. tract. 12. diſput. unica , punct. 8. num. 7.* Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 9. numer. 1. 2. 3. & 4. de conſtitut.* qui multos alios citant pro opinione affirmativa, & ſignanter Diana, Thomas del Bene, Carol. de Graſ. & Fermoſin. reprobant Doctores contrarios , & illis reſpondent , & Thom. del Bene *de immun. Eccleſ.* reprobat Cutel. *de immun. Eccleſ. part. 2. quæſt.* 54. & ab eo relatos.

38 Quod ſi Clerici, & Religioſi vendant vinum, & alios fructus ex redditibus ſuorum beneficiorum , vel ex bonis patrimonialibus collectos majoribus pretiis quàm taxatis per Magiſtratus ſæculares , quoad punitionem, & pœnæ executionem , dicunt plures , quod non eſt competens Judex ſæcularis , ſed Eccleſiaſticus, Molina *de juſt. & jure, tract. 2. diſputat.* 364. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu 2. numer.* 266. Caſtillo *de tertiis , tom. 7. capit. 8. numer.* 28. Salgad. *de reg. protect. part. 1. capit. 1. prælud. 2. numer. 69.* Guttier. *pract. lib. 4. quæſt. 38. à numer. 20.* Vulpel. *de libert. Eccleſ. cap. 21. num. 25. verſic. quod ultimum* , Novarius *gravam.* 120. *numer. 5. tom. 1.* Fagundez *de juſtit. & jure , lib. 5. capit. 37. numer. 11. & 12.* Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 5. numer. 47.* Diana *reſolut. moral. par. 1. tract. 2. diſp. 72. aliàs 71. & in coordinat. par. 9. tract. 2. reſolut. 96.* Azevedo *l. 1. num. 19. verſic. & an talis Clericus, tit. 13. lib. 5. recop.* Villalobos *in ſum. mor. part. 1. tract. 2. reſolut. 31. numer. 1. verſ. Mas ſe ha de advertir, & verſ. De lo qual ſe infiere.* Xammar. noſter *de privileg. Barcinon. §. 15. num.* 18. propè finem, Sperel. *deciſ. 12. numer. 57. & deciſ. 13. numer. 10. lib. 1.* Daniel *de Nobilibus, diſput. 8. num. 15.* Cabal. *reſol. crim. 9. à numer. 6.* Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom. 2. capit. 9. dub. 15.* Fontanella *deciſ. 495. num. 3. 4. & 15. par. 2.* Caſt. Palaus *tom. 7. de juſtit. & jure, tractat. 32. diſput. 5. punct. 8. numer. 5.* Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 16. num. 10. ad 16. de conſtitut.* Salcedo *de leg. polit. lib. 1. cap. 4. numer. 19.* Romaguera in addit. ad Conciolum *ad ſtatut. Eugub. lib. 1. rub. 44. num. 3.*

39 Sed Bobadilla *in polit. lib. 2. cap. 18. numer.* 122. diſtinguit, quod ſi Clerici, & Religioſi vendentes vinum, & alios fructus ex redditibus ſuorum beneficiorum , vel ex bonis patrimonialibus collectos, excedunt taxationem in venditionibus hujuſmodi rerum per Magiſtratus ſæculares præfinitam , ſi ex ſtatutis incurrunt amiſſionem vini, & aliorum fructuum , poſſunt Magiſtratus ſæculares capere vinum, & alios fructus venditos ultra pretium taxatum quaſi in commiſſum incidiſſent : ſi verò agitur de aliis pœnis pecuniariis per ſtatuta impoſitis per Magiſtratus ſæculares contra excedentes taxationem in venditionibus hujuſmodi rerum , cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum , idemque docent Pereyra *de man. Regia, par. 2. capit. 39. n.* 15. Daniel *de Nobilibus, diſput. 63. ſub num. 2.* Cutel. *de immun. Eccleſ. lib. 2. quæſt. 7.* Primum membrum diſtinctionis reprobato Bobadilla impugnant Diana, Thom. del Bene, & Fermoſinus, *locis citatis, num.* 38. Bobadillam ultra citatos ſequitur Bolero *de decoctor. tit. 5. quæſt. 7. ſub numer.* 18. ſed vide declarationem Cancellarii Puigmari , Conſultoribus Carrera, Mir, & Pexò die 21. Maji 1629. de qua ſcripſit Fontanella *dec. 495. par. 2.* cui reſpectu commiſſi aſſentio , quo verò ad pœnam reſpectu Eccleſiaſticorum diſſentio.

Verùm enim verò Magiſtratus ſæculares non debent procedere contra Eccleſiaſticos, ſed contra laicos ſuæ juriſdictioni ſubjectos, per quos hujuſmodi res ultra taxam venduntur ; & tunc poſſunt procedere contra eos, non ſolùm quoad commiſſum, ſed etiam quoad pœnam in ſtatutis impoſitam , ut ſentit Fontanella *deciſ. 495. num. 19. par. 1.* 40

Benè tamen aliàs verum eſt quod laici , & Religioſi poſſunt vendere vinum ex redditibus ſuorum beneficiorum , aut ex bonis patrimonialibus collectum, antequam per Magiſtratus ſæculares pretium ſit taxatum , & ejus cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum. Ita in Cathalonia per Cancallarium Puigmari 10. Februarii 1627. declaratum in favorem Communitatis Presbyterorum Eccleſiæ Parochialis Villæ franchæ Pœniten. contra Juratos & ædiles dictæ Villæ , ex quo per dictos Juratos , & ædiles fuit mandatum publicari præconium , quod nullus emeret, nec emi faceret vinum in domo Joſephi Bellvey Presbyteri , uſquequo dictus Bellvey haberet pretium taxatum, & conceſſum à dictis ædilibus ſub pœna trium librarum , firmæ juris factæ in Curia ſæculari Regentis Vicariam Barcinonæ per dictos Juratos, & ædiles Villæ Franchæ Peniten. factæ locum non fuiſſe, nec eſſe. 41

Sed utrum Ædilis , ſeu alius quilibet Judex ſæcularis poſſit punire Clericos falſis ponderibus , & menſuris vendentes laicis vinum , frumentum , oleum , & alios fructus ; Tres ſunt opiniones . Prima negativa. Secunda affirmativa. Tertia conciliatrix, *ut tradidi deciſ. 11. num. 66. 67. & 68. part.* 1. me citato Villaplana in addit. ad Pegueram *in conſtitut. Item ne ſuper laudem. verſic. 7. numer. 51.* & opinionem negativam ſequuntur Carol. de Graſ. *de effect. Cleric. effectu 1. à numer. 941. ad 946.* & alii quos citavi *num.* 66. quibus addo Martham *de juriſdict. par. 4. caſu 3. numer. 16. & 17.* Dianam *in coordinat. par. 9. tract. 2. reſolut. 98. & 99. & reſolut. 101. in fine* , Fermoſin. *in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 16. à numer. 6. de conſtitut.* opinionem affirmativam ſequuntur Doctores à me citati *numer.* 67. quibus addendus eſt Pereyra *de man. reg. par. 2. cap. 39. num. 26. verſ. Si autem* , Daniel. *de Nobilibus, diſput. 63. ſub numer.* 2. opinionem verò diſtinguentem , quod poſſit recognoſcere pondera, & menſuras Clericorum, & etiam procedere ad executionem pœnarum , cum hoc moderamine, quod teneantur eam facere cum aſſiſtentia Judicis Eccleſiaſtici , & hanc ſequimur in Cathalonia, ut pluries fuit deciſum per Cancellarios Cathaloniæ, deciſiones referunt Doctores à me laudati *num.* 68. Sed in his exiſtimo , quod ædilis , ſeu alius Judex ſæcularis non procedat ad pœnam contra Eccleſiaſticos, ſed contra laicos ſuæ juriſdictioni ſubmiſſos , per quos prædictæ res falſis ponderibus, & menſuris venduntur, per ea quæ dixi ſuprà, *numer.* 40. 42

Notanter dixi numero 42. quod Clerici vendentes laicis cum falſis ponderibus, & menſuris. Nam ſi Clerici inter ſe conveniant de vendendis carnibus , piſcibus , vino , & aliis comeſtibilibus inter ipſos , certo pretio pro ut ipſis taxandum benè viſum fuerit; tunc etiam ſi falſis ponderibus, menſuris, quamvis non ſignatis utantur, non poſſunt ab ædili , ſeu alio Judice ſæculari puniri, ejuſque cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum , ut fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Dalmau, Ferrer, Senjuſt, Mijavila, Franqueſa, & Ferruz 19. Octobris 1612. de qua infra, *deciſ. 217. numer.* 2. 43

### *ARGUMENTUM.*

An ſtatutum laicorum prohibens introduci, & immitti in Civitatem, Villam, & Oppidum victualia, verbi gratia, vinum, frumentum, legumina, , & oleum, aut aliud extraneum extra territorium collectum, comprehendat Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas, ejuſque cognitio pertineat ad Judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem.

### *SUMMARIUM.*

1 *Statutum laicorum prohibens immitti, & induci in civitatem, Villam, & oppidum victualia, verbi gratia, vinum, frumentum, legumina, oleum, vel aliud extraneum extra territorium recollectum, comprehendat Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, diſſentiunt doctores, numero* 1. *ſi tale ſtatutum reſpicit privatam utilitatem, eos non comprehendit, ejuſque cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, numero* 2. 3. 4. *&* 5. *ſi conſtet vinum, frumentum, &c. eſſe Clericorum, aliter ſecus, numero* 6. *&* 7. *ſed ſi hujuſmodi ſtatutum reſpicit publicam utilitatem, illos comprehendit, numero* 8. 9. 10. *&* 11.

13 *Clerici non tenentur accipere apodiſſiam, franchiſiam, ſivè plumbum à Clavario, vel Juratis, aut ſuprà poſitis gabellarum, numero* 12. *limita ſi obſervantia eſt in contrarium, num.* 13. *ſublimita, ſi franchiſia fuerit petita, ſed per Clavarium, Juratos, aut ſuprà poſitos gabellarum denegata, num.* 14.

15 *Clerici pro rebus alienis quas deferunt, gabellas ſolvere tenentur, numero* 15. *alioquin ſi portant res alienas, & mentiuntur dicentes res eſſe ſuas, & non ſolvunt gabellas incidunt in commiſſum, num.* 16. *& ultra commiſſum amittunt privilegium, num.* 17.

18 *Privilegium amittit illo abutens.*

19 *Clerici gabellas ſubtrahentes, vel ſubtrahentibus opem ferentes tenentur in foro conſcientiæ ad reſtitutionem gabellarum fraudatarum.*

20 *Juramento Clerici probatur, quod res, quas defert, ſunt ſuæ, num.* 20. *hujuſmodique juramentum poteſt præſtari per procuratorem in animam Clerici ſui principalis, numer* 21. *ſi nullæ ex adverſo militarent conjecturæ, num.* 22. *ſecus ſi conjecturæ ex adverſo militarent, ut ſi qualitas rerum, & perſonarum aliud ſuaderet, num.* 23. *vel de mendacio convicti eſſent, numero* 24. *aut niſi de contrarios fides per gabellarios habeatur in promptu, num.* 25.

26 *Clerici cogi poſſunt in his caſibus ad jurandum.*

27 *Juramentum Clericorum à Judice ſæculari exigi nequit, ſed à ſuperiore Eccleſiaſtico, n.* 27. *ſed contrarium, n.* 28.

29 *Clerici, ſi falſum juraverint, non poſſunt de eo argui, nec querelari.*

## DECISIO CCVIII.

1 STatutum laicorum prohibens immitti, & introduci in Civitatem, Villam, & Oppidum victualia, verbi gratia, vinum, frumentum, legumina, oleum, vel aliud extraneum extra territorium collectum, an comprehendat Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas? remiſſivè ad Salcedo, Sarai in addit. ad Matheſil. Carol. de Graſ. Cabal. & noſtras Marquilles ſe refert Cancer *par.* 3. *variar. cap.* 13. *numer.* 267. remiſſivè etiam Rovit. *in prag.* 2. *num.* 8. *de extract.* Sed diſſentiunt hinc inde Doctores, ut notant Daniel *de Nobilibus, diſput.* 8. *ſub numer.* 9. Fermoſin. *in capite Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt.* 47. *ſub numer.* 40. *de conſtitut.* Sed Reſp. per concluſiones.

2 Sit prima concluſio. Statutum laicorum prohibens introduci in Civitatem, Villam, & Oppidum victualia verbi gratia, vinum, frumentum, legumina, & oleum, aut aliud extraneum extra territorium collectum, non comprehendit Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas introducentes, & immittentes in Civitatem, Villam, & Oppidum hujuſmodi victualia ex ſuis redditibus Eccleſiaſticis, vel prædiis patrimonialibus extra territorium collecta, ſi tale ſtatutum ſit conditum in utilitatem privatam tantùm aliquorum, ſeu omnium civium in territorium prædia, & vineas habentium, ut cariùs fructus ſuos vendant, ſic deciſum in Regio Neapolitano Conſilio teſtatur Grammat. *deciſ.* 100. quem ſequuntur Rendella *in tract. de vinea, fol.* 78. *verſ. ſtatuto cavetur, juncto verſ. Sed an tale ſtatutum, & verſ. non tamen*, Covar. *in regula poſſeſſor. par.* 2. §. 4. *numer.* 8. *verſic. His etiam*, Burſat. *conſ.* 42. *numer.* 18. *& conſ.* 93. *numer.* 26. *lib.* 1. Carolus de Graſ. *de effect. Cleric. effectu* 2. *numer.* 315. 316. *&* 317. Fermoſin. *in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt.* 4. *numer.* 7. *in fine, & quæſt.* 5. *numer.* 36. *& quæſtion.* 6. *& quæſt.* 16. *numer.* 4. *&* 5. Riccius *collect.* 171. *verſic. Nam autem*, Toro *in compend. deciſ. verbo ſtatutum Civitatis, fol.* 525. *part.* 1. Maſcardus *de gener. ſtatut. interpretat. concluſ.* 1. *numer.* 11. Martha *de juriſdict. part.* 4. *caſu* 2. *numer.* 10. *&* 13. *in fine*, Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *quæſt.* 11. *numer.* 125. Genuen. *in prax. Archiepiſc. Neapolit. capit.* 74. *numer.* 4. Bellet. *diſq. Cler. part.* 1. *titul.* 6. §. 3. *numer.* 3. Barboſa *in capit.* 1. *numer.* 3. Barboſa *in capit.* 1. *numer.* 5. *de immun. Eccleſ. in* 6. *tom.* 6. *& voto* 126. *num.* 342. Sperel. *deciſ.* 13. *numer.* 16. *libr.* 1. Rubeus *deciſ.* 412. *part.* 9. *recent. tom.* 2. Diana *reſolut. mor. par.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 70. *aliàs* 69. *& part.* 6. *tract.* 8. *& miſcel.* 3. *reſolut.* 4. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſolut.* 213. *&* 214. Thom. del Bene *de parlam. dub.* 30. *ſect.* 22. *num.* 3. *& de immun. Eccleſ. cap.* 5. *dub.* 7. *ſect.* 22. *numer.* 3. *&* 4. *& capit.* 8. *dub.* 14. *ſect.* 1. *num.* 8. *&* 9. qui ſic ſunt intelligendi, prout eos intelligunt Menochius *conſ.* 800. *numer.* 29. *&* 30. *libr.* 8. Cutel. *de immun. Eccleſ. libr.* 1. *quæſt.* 70. *numer.* 5. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. lib.* 1. *capit.* 8. *ſect.* 1. *num.* 8. *&* 9. *& ſect.* 4. *num.* 1. Et ſigillatim Don Franciſcus Brunus Brancacius *in allegatione ſcripta pro fideliſſima Civitate Balagarii* 22. *Aprilis* 1668. *à num.* 236. *ad* 246. *& à numer.* 251. *reſpondet deciſioni Rotæ* 412. *apud Rubeum, par.* 9. *recent. tom.* 2. & Doctores Ludovic. de Valentia, & Franciſcus Areny *in allegatione in lingua materna ſcripta pro eadem Civitate Balagarii* 4. *Maji ejuſdem anni à num.* 54. *ad* 64.

3 Ejuſque cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, ſi in Cathalonia deciſum per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Senjuſt, Ferrer, Roca, & Gamis 17. Maji 1622. in favorem Jacobi Vinyals Sacriſtæ, & Præpoſiti Eccleſiæ Dertuzæ, contra Univerſitatem, & particulares dictæ Civitatis ob apprehenſionem ſeptem amphorarum, ſive canters vini ipſius Vinyals, unà cum jumento, & correis, ſub prætextu, quod ex deliberatione publicata, erat prohibitum generaliter, ne in dicta Civitate immitteretur vinum extra terminos dictæ Civitatis collectum, & facta fuit apprehenſio, obſtante, quod dixiſſet dictus Vinyals, quod vinum erat proprium ipſius, & de fructibus ſuæ dignitatis Eccleſiaſticæ in oppido de Vinaros Regni Valentiæ, ubi partem ipſorum fructuum recipit, & de illius ordine, & ad ejus ædes per mediam perſonam Jacobi Morales portabatur, & ad effectum probandi vinum prædictum eſſe proprium dicti Vinyals, & de ejus ordine, & mandato aſportatum, fuit præſtitum juramentum per procuratorem in animam ſui principalis. His verbis, firmæ juris factæ in Curia ſæculari locum non eſſe.

4 Idemque procedit in vino, frumento, & aliis fructibus bonorum patrimonialium Clericorum, Eccle-

ſiaſticarum

ſiaſticarum perſonarum extra territorium collectis, quos poſſunt Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ introducere, & immittere in Civitatem, & oppidum, non obſtante ſtatuto prohibente eos immittere, & introducere, Carol. de Graſ. *de effect. Clericat. effectu* 2. *numer.* 317. Xammar. *de offic. jud. par.* 1. *quæſt.* 11. *numer.* 126. *&* 127. & alii ex citatis *numer.* 2.

5 Ejuſque cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, quamvis Clerici mandaverint hujuſmodi vinum, frumentum, & alios fructus ducere ad domum alicujus laici. Ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Puigmari 20. Decemb. 1630. in favorem Petri Barcelò Presbyteri contra Syndicum, Clavarium, & arrendatarios impoſitionis vini Civitatis Gerundæ, ratione pignoramenti bonorum mobilium Benedicti Barcelò laici ad eorum inſtantiam facti, ex quo dictus Benedictus Barcelò immiſit in Civitatem Gerundæ duo vehicula, & medium vini albi collecti in propriis vineis dicti Petri Barcelò Presbyteri Fratris dicti Benedicti, & ad opus, & ſervitium dicti Petri, & de ejus ordine ad domum dicti Benedicti adducti, obtenta priùs licentia, & franquitate per dictum Petrum Barcelò Presbyterum.

6 Intellige prædicta, ſi conſtet ex meritis proceſſus vinum, frumentum, & alios fructus extra territorium collectos eſſe Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum; ſecus verò ſi non conſtet vinum, frumentum, & alios fructus extra territorium collectos, eſſe proprios ipſorum Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum, nam tunc ſi contenditur de introductione, & immiſſione hujuſmodi fructuum extra territorium collectorum, cognitio pertinet, & ſpectat ad Judicem ſæcularem. Sic in Cathalonia per Cancellarium Pons, Conſultoribus Aleny, Paſtor, Rull, & Vidal y Roca 4. Julii 1669. occaſione firmæ juris factæ per Natalem Rocaſpana Presbyterum J. U. D. uti Syndicum Communitatis Canonicorum, & presbyterorum Eccleſiæ, Collegiatæ Beatæ Mariæ Civitatis Balagarii quibuſdam procedimentis contra Michaelem Eſteve Presbyterum, & Canonicum ejuſdem Eccleſiæ factis, ratione apprehenſionis unius caricæ vini extranei per Jacobum Canal cuſtodem dictæ Civitatis factæ à manu, & poſſe Michaelis Roger laici in porta ſupradictæ Civitatis 20. Novemb. 1667. ratione prohibitionis de vino extraneo non immittendo intra dictam Civitatem per Patiarios ejuſdem Civitatis factæ 22. Octobris ejuſdem anni, virtute Regii privilegii dictæ Civitati conceſſi, quam carricam vini extranei eſſe propriam dicti Michaelis Eſteve prætenditur. Fuit declaratum, firmæ juris in Curia Eccleſiaſtica Epiſcopi Urgelen. per ejus Fiſci Procuratorem, & per dictum Natalem Rocaſpana dicto nomine factæ locum non fuiſſe, nec eſſe.

7 Nota verbum *prætenditur*, ex quo apparet, ex meritis proceſſus non conſtare vinum fuiſſe dicti Canonici Michaelis Eſteve, juxta tradita per Barboſam *clauſula* 188. *numer.* 13. fuitque declaratum, pro ut habetur *numer.* 6. inſequendo aliam deciſionem factam per Cancellarium Manegat 30. Julii 1584. ſolùm enim ipſe Canonicus Michael Eſteve aſſerebat vinum eſſe ſuum proprium, ſed abſque juramento, pro ut requiritur, *ut infra*, *numero* 20. Et depoſitio Michaelis Roger, qui vinum ducebat, & cum juramento uti teſtis dixit eſſe dicti Canonici Eſteve, non fuit habita in conſideratione, quia tractabat de ſe exonerando, & ſuo intereſſe, ut probarunt Don Franciſcus Brunus Brancacius, & Doctores Ludovicus de Valentia, & Franciſcus Areny in dictis allegationibus reſpective factis pro Civitate Balagarii, *ille à numer.* 266. *iſti à num.* 5.

8 Sit ſecunda concluſio, ſtatutum laicorum prohibens introduci in Civitatem, Villam, & oppidum victualia, verbi gratia, vinum, frumentum, legumina, & oleum, aut aliud extraneum extra territorium collectum, ſi eſt conditum in utilitatem publicam, nempè ad conſervandam ubertatem, ne cives à cultura, & vinearum plantatione retrahantur, ſed pretii moderatione, vel quantitate allecti libentiùs, & hilari animo prædia, & vineas excolant, arbores inſerant, vineas plantent ne pecunia, & lucrum extra Civitatem exeat, & bonum exteri habeant, & cives incommodum & Pauperes mercenarii ex cultura juſtum pretium pro laboribus ſuis recipientes vivant, comprehendit Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas introducentes, & immittentes in Civitatem, Villam, & oppidum hujuſmodi victualia ex ſuis redditibus Eccleſiaſticis, & ex bonis patrimonialibus extra territorium collecta, ita Cutel. *de immun. Eccleſ. libr.* 2. *quæſt.* 70. *à numero* 1. *ad* 10. Menochius *conſil.* 800. *numero* 29. *&* 30. *libr.* 8. Don Franciſcus Brunus Brancacius *in allegatione pro Fideliſſima Civitate Balagarii à numero* 51. *& numero* 81. *ſignanter numero* 92. ſicque ſunt intelligendi Menchaca *controver. uſufreq. libro primo, cap.* 4. *num. decimo octavo*, Mexia *in pragmatic. taxæ panis, concluſ.* 5. *numero decimo ſeptimo*, Azevedo *libro primo, numero* 19. 20. *&* 21. *titulo decimo octavo, lib.* 6. *recopil.* Morla *in emp. jur. part.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 16. 17. *num.* 19. Giurba *obſer.* 1. *numero* 21.

Hæc ſecunda concluſio multo magis procedit, ſi hujuſmodi ſtatutum reſpicit publicam utilitatem non ſolùm in ordine ad abundantiam, ſed etiam in ordine ad neceſſitatem, & penuriam annonæ, nam tunc Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas comprehendit, & ſi non ſecundùm vim coactivum, ſecundùm vim directivam, tenent pluribus citatis Diana *reſol. moral. part.* 6. *tract.* 8. *& miſcel.* 3. *reſol.* 4. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 214. *num.* 13. Tom. del Bene *de imm. Eccleſ. tomo* 1. *cap.* 8. *dub.* 14. *ſect.* 4 *à num.* 1.

Et etiamſi tale ſtatutum æquè principaliter reſpiciat utilitatem Clericorum, & laicorum, Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas comprehendit. Non 10 ſolùm quando Clerici omnes prædia, vineas, frumenta, & vina vendenda habeant, nec dentur alii, qui prædiis, & vineis carentes reliquis concivibus incommoda ſentiant, ut videntur ſupponere Diana *reſolut. mor. par.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 70. *aliàs* 69. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſolut.* 213. Sperel. *deciſ.* 13. *n.* 16. *lib.* 1. Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt.* 16. *num.* 4. *&* 5. *de conſtitut.* Sed etiam quando aliqui Clerici prædia, & vineas habeant, licèt alii non habeant, Menchaca *contr. uſufreq. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 18. Azevedo *l.* 1. *n.* 19. 20. *&* 21. *tit.* 18. *lib.* 6. *recop.* etſi Clerici prædia, & vineas non habeant, ut probat Cutel. *de immun. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 70. *numer.* 10. *verſ. Conſentio, & numer.* 11.

Et quando ſtatutum prohibens introduci in Civitatem vinum, & aliud extraneum extra territo- 11 rium collectum antiquiſſima conſuetudine eſt obſervatum, & interfuit in ea mixtus conſenſus Clericorum, & laicorum, tenentur Clerici obſervare dictam conſuetudinem, pro ut in multis Hiſpaniæ locis obſervatur, Morla *in emp. jur. par.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 16. *numer.* 19. Mexia *in prag. taxæ panis, concluſ.* 5. *numer.* 17. Azevedo *l.* 1. *ſub num.* 20. *tit.* 18. *lib.* 6. *recop.* ut in Oppidis Valliſoleti, de Palacios, Metinæ del Campo, & aliis quampluribus locis Caſtellæ, Menchaca *contr. uſufreq. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 18. & ſervatur in Urbe Panormi Regni Siciliæ teſtatur Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 2. *ſub n.* 316. *in fine*, & referunt Daniel *de Nobilibus, diſp.* 8. *num.* 9. Fermoſinus *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt.* 47. *ſub num.* 40. *de conſtitut.* & quaſi in tota Chriſtianitate ita obſervari, & practicari dicunt Doctores, quos refert, & ſequitur Don Franciſcus Brunus Brancacius *in dicta Allegatione pro Civitate Balagarii ſub numer.* 269. Et licèt conſuetudinem Civitatis Panormi impugnet Diana *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 70. *aliàs* 69. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 213. & generaliter notet Fermoſin. *in c. Eccleſia Sancta Maria*, q. 16.

num. 5. in fine de conſtitut. eam tamen defendit Cutel. de immun. Eccleſ. lib. 2. quæſt. 70. à num. 12. & videtur res clara, ſi conſuetudo eſt mixta, tam Clericorum, quàm laicorum, Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 2. à num. 205. ad 207. Daniel de Nobilibus, diſput. 8. num. 1. & 21. Ego infinitis citatis deciſ. 7. n. 52. 53. & 54. par. 1.

12 Sed nota, quod regulariter Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ non tenentur accipere franchiſiam, plumbum, ſive apodiſſiam à Clavario, Juratis, vel à ſuprapoſitis gabellarum, volentes introducere vinum, frumentum, aut aliud extraneum in Civitatem, ut dixit Rota apud Rubeum deciſ. 412. num. 20. par. 9. recentiorum, tom. 2. & apud Dianam reſolut. moral. in coordinat. poſt par. 8. deciſ. 52. verſ. Nec obſtat, cum ſeq.

13 Limita quando conſuetudo, obſervantia, & prohibitio eſſet in contrarium, eo quod Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ ſemper conſueviſſent apodiſſiam, franchiſiam, & plumbum accipere, & eam accipiendo ſponte conſenſerunt, nam hujuſmodi conſuetudo, & obſervantia valida eſt, ut probat Don Franciſcus Brunus Brancacius in dicta allegatione pro Civitate Balagarii, numer. 256. prout obſervatur in Civitate Balagarii, referunt idem Brancacius, & Doctores Ludovicus de Valentia, & Franciſcus Areny in dictis allegationibus reſpectivè factis pro Civitate Balagarii, ille num. 73. 86. 245. & 246. iſti num. 62. & 63. & in Civitate Gerundæ, ut habetur in declaratione Cancellarii Puigmari in favorem Petri Barcelo Presbyteri, relata ſupra, numer. 5.

14 Sublimita, quando franchiſia, apodiſſia, ſeu plumbum fuiſſet petitum per Clericos, ſed per Clavarium, aut Juratos, vel per ſupra poſitos gabellarum eſſet denegata, quo caſu Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ ad uſum proprium, & familiarum ſuarum poſſunt introducere vinum, frumentum, & alia victualia in Civitatem, ejuſque cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum. Sic in Cathalonia per Cancellarium Erill, Conſultoribus Joſa, Pons de Turell, Anglaſell, & Balaguer 9. Februarii 1638. in favorem Petri Pauli Torrents Canonici Tarraconæ, contra Syndicum, & ſuprapoſitos vini ejuſdem civitatis, ex quo dicti ſuprapoſiti detinuerunt, & apprehenderunt unam ſarcinam, ſive carricam vini, quod de ordine dicti Torrents, & ad uſus ipſius per mediam perſonam Marci Toteſaus aſportabatur cum duobus jumentis, & quatuor cupis, ſive botelles, quæ omnia fuerunt apprehenſa, & uſque adhuc detinentur, quia dictus Canonicus Torrents dictum vinum intrare fecit abſque aliqua apodiſſia, quam dicti ſuprapoſiti, licèt manu dicti Torrents ſcriptam, recuſaverunt ſigillo dictæ Civitatis ſigillare, ex eo quia in eo non depingebatur ſpecies vini, an nigrum, vel album eſſet, ad quod in apodiſſia nullatenus exprimendum poſſe adſtringi dictus Torrents prætendit, cum Eccleſiaſticis perſonis ad proprium, & familiæ uſum non poſſe ullo anni tempore impediri immiſſio vini cujuſcumque ſit ſpeciei intus dictam Civitatem. Fuit declaratum firmæ juris per dictos Syndicum, & ſuprapoſitos dictæ Civitatis factæ in Curia ſæculari locum non eſſe.

15 Nota etiam, quod Clerici, & quæcumque perſonæ Eccleſiaſticæ pro rebus alienis, quas deferunt, gabellas ſolvere tenentur, Clement. præſent. ibi: Rebus propriis, à contrario ſenſu de cenſibus, Anſaldus de juriſdictione, part. 5. tit. 4. capit. 3. num. 29. Alioquin ſi portant res alienas, & mentiuntur, di-
16 centes res eſſe ſuas, & non ſolvunt gabellas, res incidunt in commiſſum, l. Sacroſancta, C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. fin. ubi Bartol. & Joann. de Platea, numer. 4. verſic. Nota tamen, & verſic. Quod nota, Cod. de anno & tribut. lib. 10. l. 10. ubi Bartol. C. de navib. non ex ceſſand. 10. Roland. conſ. 79. num. 99. lib. 3. Tuſch. pract. concluſ. litera G, concl. 12. num. 18. Farinac. de furtis, quæſt. 173. num. 30. Maſcard. de probat. concluſ. 834. numer. 4. Gratian. deciſ. 148. in addit. num. 3. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 3. num. 198. & 199. Martha de juriſdict. par. 4. caſu 83. num. 3. Fermoſin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 6. num. 25. de conſtit. Ciarlin. controv. forenſ. lib. 2. cap. 146. num. 28. Reg. Vico ad prag. Reg. Sardin. tom. 2. tit. 24. cap. 24. num.
12. in fine. Et ultra † commiſſum amittunt etiam 17
privilegium, Joan. de Platea in l. fin. num. 4. verſ. Quod nota, C. de annon. & tribut. lib. 10. Gratian. deciſ. 148. in addit. num. 3. in fine, & ſentit Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 3. n. 1 9. in fine. Exem-
plo † abutentium privilegio, qui illud amittunt, l. 18
qui ſine, ff. de negot. geſt. l. 1. ubi Barboſa num. 4. C. de hæretic. can. privilegium 11. quæſt. 3. cap. tuarum, cap. ut privilegia, de privileg. c. contingit el 2. de ſenten. excom. c. fin. de reſcript. Menoch. de arb. jud. caſu 511. n. 4. Gratian. deciſ. 148. in addit. n. 4. Carol. de Graſ. de effectu Cler. effectu 3. num. 197. Barboſa axiomat. 190. numer. 8. Fontanella de pact. nup. tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 19. par. 2. n. 25.

Quinimo Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ gabel-
las ſubtrahentes, vel ſubtrahentibus opem ferentes 1
tenentur in foro animæ ad reſtitutionem gabellarum fraudatarum, Menchaca de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. num. 648. verſ. Illud, Mexia in prag. taxæ panis, concluſ. 5. num. 47. Guttier. de gabell. quæſt. 94. numer. 9. Carol. Caſa de contrabanno Cler. num. 238. & 239. Bolero de decoctor. tit. 2. quæſt. 5. num. 41. Lumbier en los fragmentos morales, tom. 2. fragmen. 9. §. 7. num. 2001. verſic. Tercera, & verſic. Pero, fol. 1012.

At ſi controverſia oriatur quoad bona ſeparabi- 20
lia inter Clericos, & gabellarios, ut ſi gabellarii dicant eſſe res alienas, Clerici autem dicant eſſe res proprias, ſtandum eſt juramento ipſorum Clericorum, vel eorum famulorum, ſi Clerici ſint abſentes. Et idem ſi fuerit dubium inter gabellarios, & Clericos an res pro ſuorum, & famulorum uſu, vel cauſa negotiandi tranſeantur, ſtandum eſt juramento ipſorum Clericorum, vel eorum famulorum, ſi Clerici abſentes ſint, gloſſ. verbo non negotiandi, in Clement. præſenti, ubi Anchar. numer. 3. Vitalin. num. 26. verſ. Nam ſi eſt deferens, de cenſibus, Abbas in capit. quamquam, numer. 1. Geminian. num. 2. de cenſib. in 6. Imola in l. cætera, §. ſed, & ſi quis, ubi Alexand. numer. 7. Jaſon. numer. 10. ff. de legat. 1. Idem Abbas in capit. ex parte el 3. notab. 1. de privileg. Baldus in l. cùm proponas, num. 10. verſicul. In hoc autem, Cod. de nautico fœneratore, Ferrer. de gabell. numer. 172. & 209. Roland. conſ. 71. numer. 24. lib. 4. Marcus conſ. 286. num. 1. part. 1. & deciſ. 42. numer. 5. par. 2. Avilez in cap. prætor 52. gloſſ. en la tierra, num. 18. verſic. Et quoque, Guttier. de gabell. quæſt. 93. numer. 18. in fine, & quæſt. 94. num. 14. in fine, & num. 18. verſ. Quando enim, & practic. lib. 4. quæſt. 38. numer. 18. in fine, Ripa de peſte, tit. de remed. ad conſerv. ubert. num. 110. Maſcard. de probat. concluſ. 913. num. 11. Martha de juriſdict. part. 4. caſu 83. numer. 7. Carolus de Graſ. de effect. Cler. effectu 3. num. 258. Anſaldus de juriſdict. par. 5. tit. 4. cap. 1. numer. 53. & cap. 3. n. 30. 31. 32. & 33. Rota in Barcinon. exemp. 20. Junii 1636. coram Coccino Decano, & iterum 13. Junii 1646. coram Corrado deciſ. 159. num. 10. par. 7. & deciſ. 412. num. 23. par. 9. tom. 2. recent. apud Rubeum, & apud Dianam reſol. mor. in coordinat. poſt part. 8. deciſ. 1. verſ. Remanebat, & deciſ. 52. verſ. Quia fraudibus, ante finem, Barboſa in clement. præſenti, num. 4. de cenſibus, & de poteſt. Epiſcop. part. 2. allegat. 13. numer. 18. Duardus in in Bulla Cœnæ, lib. 2. can. 18. quæſt. 13. numer. 3. verſ. Illud tamen, Bonacina de cenſur. in Bulla Cœnæ, diſp. 1. quæſt. 19. punct. 3. §. 1. numer. 10. & de reſtitutione, diſp. 2. quæſt. 9. punct. 2. num. 2. Seraphim de privileg. juramen. privileg. 14. num. 2. Farinac. frag. crim. par. 1. litera B, numer. 57. Trentacinq. var. lib. 1. de jure Fiſci, reſol. 5. n. 8. verſic. iſti tamen, ibi; Et ſtante controverſia, Fermoſin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, q. 9. n. 29. de conſtitut.

ſtit. Queſada Pilo diſſert. 22. num. 90. Sperel. deciſ. 12. numer. 64. libro 1. Ciarlin. controverſ. forenſ. libro 1. capit. 22. numero 58. & lib. 2. capit. 466. numer. 35. Sanchez conſ. moral. tom. 1. libro 1. capit. 4. dub. 51. numero 7. Lezana in ſum. quæſt. regul. part. 3. verbo gabella, numero 19. in fine, verſic. Imo in caſu dubit. Marinis lib. 1. reſol. jur. capit. 31. numero 7. Mieres in Cur. Barcin. Regis Petri 2. tom. 1. collat. 2. capit. 38. numer. 6. fol. 39. in novis, Don Franciſcus Brunus Brancacius, & Doctores Ludovicus de Valentia, & Franciſcus Areny, in allegationibus reſpectivè factis, pro Civitate Balagarii, ille numer. 80. & 268. iſti numer. 6. & alii infra deciſ. 210. numer. 17. ita fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Monſerrat 1. Novembris 1685. in favorem Ermenterii Sunner Presbyteri, & rectoris Parochialis Eccleſiæ ſancti Saturnini de Clariana Diœceſis Celſonen. contra Syndicum, Ædiles, & conductorem gabellarum Civitatis Cerſonæ.

21 Hujuſmodique juramentum poteſt præſtari per procuratorem in animam Clerici ſui principalis, ut fuit obſervatum in Cathalonia per Cancellarium Puigmari in caſu Jacobi Vinyals Sacriſtæ, & Præpoſiti Eccleſiæ Dertuzæ relato, num. 3.

22 Quæ vera ſunt, quando nullæ ex adverſo milita-
rent conjecturæ, Alciat. in l. cenſoria, ff. de verb. ſi-
gnif. Maſcard. de probat. concluſ. 953. numero 12. Bar-
boſa de poteſt. Epiſcop. pag. 2. allegat. 13. numer. 18.
Ciarlin. controverſ. forenſ. libro 1. cap. 12. nu. 58. Se-
23 cus † verò ſi in contrarium militarent conjecturæ,
ut ſi qualitas rerum, & perſonarum aliud ſuaderet,
quia ſint malæ conditionis, gloſſ. in clement. præ-
ſenti, verbo non negotiandi, de cenſibus, Marcus deciſ.
286. numer. 1. part. 1. Carolus de Graſ. de effect. Cler.
effectu 3. numer. 258. Avilez capit. 52. prætor, gloſſ. en
la tierra, numer. 18. verſic. Et quoque, Farinac. frag.
crim. part. 1. litera B. numer. 57. in fine, Trentacinq.
var. lib. 1. de jure Fiſci, reſolut. 5. numer. 8. verſic. Iſti
tamen, in fine, Marinis l. 1. reſol. jur. cap. 31. ſub num.
7. Fermoſin. in capit. Eccleſia Sancta Mariæ, quæſt.
6. numer. 29. de conſtitut. Anſaldus de juriſdict. part. 5.
tit. 4. capit. 1. numer. 54. & capit. 3. num. 32. Mieres in
Curia Barcinonæ Regis Petri 2. collat. 2. capit. 38. num.
6. fol. 39. in novis, tom. 1. Guttierez de gabel. quæſt.
94. numer. 18. verſic. Quando enim, Sperel. deciſ. 12.
numer. 64. lib. 1. Ciarlin. controverſ. forenſ. lib. 2. cap.
146. numer. 35. Don Franciſcus Brunus Prancacius in
allegatione pro Civitate Balagarii, ſub num. 80. Vel
24 de † mendacio convicti eſſent, juxta gloſſ. in cap.
qui ſemel, de regul. jur. in 6. Sperel. deciſ. 12. numer.
25 64. libr. 1. † Vel niſi de contrario fides per gabellarios
habeatur in promptu, gloſſ. verbo non negotiandi, in fine
in clement. præſenti de cenſib. Guttierez de gabellis, q.
93. numer. 18. in fine, & quæſt. 94. numer. 18. verſ.
Quando enim, Avilez cap. 52. prætor num. 18. verſic. Et
quoque, Anſaldus de juriſdict. par. 5. tit. 4. capit. 3. num.
32. Barboſa de poteſt. Epiſcop. part. 2. alleg. 13. numer.
18. Ciarlin. controverſ. forenſ. lib. 1. capit. 22. num. 58.
& lib. 2. capit. 146. numer. 35. Sanchez, Bonacina, &
Lezana, & alii ex citatis, num. 20.

26 Addunt tamen aliqui, quod Clerici, & Eccleſiaſiaſticæ perſonæ cogi poſſunt in his caſibus ad jurandum, quia licèt abſolutè Judices ſæculares non poſſint compellere Clericos ad jurandum, tamen ſuppoſito quod iſti velint res illas, quas dicunt eſſe ſuas, ſine ſolutione gabellæ relaxari æquitas juſtitiæ poſtulat, ut poſſint ad jurandum compelli, Sylveſter in ſumm. verbo Juramentum 3. quæſt. 2. & verbo mendacium, quæſtion. 6. Sanchez in decal. lib. 3. capitul. 6. numero 35. quos citat Lezana in ſumm. quæſt. regul. tom. 1. capitul. 11. numero 25. verſic. Ratio eſt, & part. 3. verbo gabella, numer. 19. in fine, Fagundez de juſt. & jure, lib. 5. capit. 11. numer. 23. verſ. Nam quamvis, tractat Pereyra de man. Reg. part. 2. capit. 38. numer. 35. & ad eum remiſſivè Barboſa in cap. cùm ſecundum, numer. 6. verſ. Utrum autem ne Clerici, vel Monachi.

27 Sed dicunt plures, quod iſtud juramentum à Clericis exigi nequit a judice ſæculari, ſed eſt exigendum, & præſtandum apud Judicem Eccleſiaſticum, & ab eo cognoſcendum, Cardinal. in clement. præſenti, quæſtio 6. & 7. Imola numer. 17. Bonifac. num. 74. de cenſibus Ferrer. de gabell. numer. 433. Roland. conſ. 75. libro 4. Martha de juriſdict. part. 4. caſu 83. numero 8. Carol. de Graſ. de effectu Cler. effectu primo, numero 1268. & effectu 3. numero 259. Sanchez conſ. moral. tom. 1. libro 2. capite 4. dub. 55. numer. 31. Squillante de privil. Cler. capite 5. dub. primo, numero 33. Sperell. deciſion. 12. num. 65. & deciſ. 49. numero 15. & 16. & deciſ. 94. numer. 15. verſ. Ego autem, in fine, libro 1. Barboſa de jure Eccleſiaſt. univ. libro 1. capite 40. numero 129. verſ. Verùm, Fagundez de juſt. & jure, libro 5. capit. 11. numero 23. verſ. Tamen juramentum, Marinis libro 1. reſol. jur. capitul. 31. ſub numero 7. Ciarlin. controverſ. forenſ. libro 5. capite 146. num. 32. 33. & 34. Fermoſinus in capite Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſtio 6. numero 30. de conſtitut. Queſada Pilo diſſert. 22. numero 90. Fontanella deciſ. 511. numero 10. part. ſecunda, Rota in Barcinonen. exemptionis 20. Junii 1636. coram Coccino Decano, & 13. Junii 1646. coram Corrado apud Dianam poſt partem 8. reſol. moral. in coordin. deciſ. 1. verſ. Remanebat, in fine, & deciſ. 52. verſ. Quia fraudibus, in fine, & verſ. Minus obſtant, ibi: Aut de alterutra, & apud Rubeum deciſ. 159. num. 10. part. 7. & deciſ. 412. num. 23. part. 9. tom. 2. recentior.

Sed ſalva pace tantorum vitorum, cenſeo, quod 28
iſtud juramentum à Clericis exigi poteſt per Judicem ſæcularem, non obſtante incompetentia judicis, quam Doctores citati in contrarium ponderant, quia in eo juramento nulla judicialis forma continetur, ſed quædam extrajudicialis informatio, in qua lex ipſa contenta eſt veritate, & juramento jurantis, ſic Pereyra de man. Regia, part. 2. capitul. 38. numero 35. Don Franciſcus Brunus Brancacius in dicta allegatione pro Civitate Balagarii, numero 263. & 264. imo conductores, ſeu emptores gabellarum exigere poſſunt hujuſmodi juramentum à Clericis, Lezana in ſumm. quæſt. regul. tom. 1. capitul. 11. num. 25. prout obſervatur in contractibus, de quibus inſtrumenta conficiuntur, & juramento firmantur, Clerici jurant more ſolito ſupra pectus in poſſe notariorum illa recipientium.

Si autem Clerici falſum juraverint, non poſſunt de eo argui, nec querelari, ut ex Maſcardo de probat. concluſ. 953. numer. 11. Valaſc. conſult. 131. numer. 11. Vaſc. allegat. 28. numero 22. & ſeqq. tradit Pereyra de man. Regia, part. 2. cap. 38. num. 35. verſ. Nec illud, addo Barboſam de poteſt. Epiſcop. part. 2. allegat. 13. numero 38. in fine, conducunt idem Barboſa in rub. numero tertio, ubi Fermoſinus numero tertio, de jure jurando.

Alia circa hanc deciſionem vide in deciſ. ſeq.

---

## *ARGUMENTUM.*

**An ſtatutum laicorum prohibens extrahi vinum, frumentum, legumina, oleum, & alia victualia extra territorium comprehendat Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, ejuſque cognitio pertineat ad judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem.**

## *SUMMARIUM.*

1 *Commercia in Cathalonia ſunt libera, num. 1. & in Regnis Caſtellæ, Aragonum, Valentiæ, Neapolis, & Siciliæ, num. 2.*

3 *Commercia ex cauſa interdici poſſunt.*

4 *Jus gentium ex cauſa moderatur.*

5 *Rex in Cathalonia poteſt prohibere extractionem frumenti, & victualium pro neceſſitate cariſtiæ terræ, numer. 5. & de jure, & in aliis Regnis, numer. 6. licèt non ſit extrema neceſſitas, ſed communis, num. 7. & 8. ſub pœnis ſibi benè viſis, num. 11.*

9 *Rex in Cathalonia poteſt cui libuerit, concedere li-*

*re licentiam extrahendi frumentum, & victualia non obſtante prohibitione tempore cariſtiæ facta, num.9. dummodo licentiam gnatis concedat, & non exacta pecunia, num.10.*

12 *Prohibitio extractionis frumenti comprehendit extrahentem farinam, numer.12. panes, numer.13. ſed an comprehendat extrahentem legumina, num.14. 15. & 16. extrahentem hordeum, ſpeltam, & avenam, numero 27. non tamen comprehendit extrahentem per tranſitum, numer. 18.*

19 *Prohibitio extractionis vini comprehendit extrahentem uvas, ſi extractio uvarum eſt in tanta quantitate, quam appareret deſervire pro conficiendo vino, num.19. & comprehendit extrahentem muſtum, num.20. non tamen comprehendit extrahentem acetum, num.21. nec extrahentem aquaticum, niſi vinum aquæ prævalent, num.22. nunc extrahentem cerviſiam, & alia artificioſa vina, num.23. nec comprehendit extrahentem philiam, ſeu metretam vini cauſa geſtus, num.24.*

25 *Prohibitio extractionis victualium, quæ comprehendat.*

26 *Prohibitio extractionis frumenti, vini, & victualium, an comprehendat minorem extrahentem.*

27 *Statutum laicorum prohibens extractionem victualium, verbi gratia, vini, frumenti, leguminum, & olei, extra Regnum, Provinciam, Dominium, territorium, & Civitatem, an comprehendat Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas extrahentes hujuſmodi fructus in ſuis prædiis collectos; numer.27. diſtinguendi ſunt duo caſus. Primus quando tale ſtatutim fit, ut conſervetur abundantia in Provincia, Civitate, & territorio. Secundus quando fit tempore penuriæ. Circa primum caſum. Prima eſt opinio, quod iſtud ſtatutum non comprehendit Clericos extrahentes hujuſmodi fructus in ſuis prædiis collectos, num.28. & 29. ſive fructus ſint collecti ex prædiis Eccleſiaſticis, ſive ex prædiis patrimonialibus, num.30. comprehendit tamen emptores ipſorum fructuum, num.31. comprehendit etiam colonos partiarios, & conductores bonorum Eccleſiæ, & Clericorum, num.42. Secunda eſt opinio, quod hujuſmodi ſtatutum comprehendit Clericos extrahentes fructus in ſuis prædiis collectos, num. 44. & hæc opinio multo magis procedit, data obſervantia, quæ valida eſt, num.54. Circa ſecundum caſum de tempore penuriæ iſtud ſtatutum comprehendit Clericos, num.55. quando illa neceſſitas, & penuria aliter evitari non poteſt, niſi Eccleſiaſtici concurrant, num.36. & tali caſu tenentur Clerici in ſubſidium, n.77. non vi coactiva, ſed directiva, num.38.*

39 *Clerici extrahentes à Regno, vel Civitate res, & alia extrahi prohibita an peccent mortaliter, vel venialiter.*

40 *Clerici non obſervantes leges civiles Principum ſæcularium an peccent.*

41 *Judex ſæcularis, ſeu ejus miniſter inveniens Clericos extrahentes pecuniam, equos, vinum, frumentum, legumina, oleum, & alia victualia à Regno, Provincia, territorio, Dominio, ſeu Civitate contra legem prohibentem extrahere ſub pœna commiſſi ipſo jure; non poteſt eis hujuſmodi res apprehendere, intercipere, & auferre, nec illos de talibus rebus privare, & ſpoliare, aliàs incurreret excommunicationem, & frangeret libertatem Eccleſiaſticam, num.41. Sed contrarium eſt verius, & in praxi ſervatur, num.42. 43. & 44. amplia, num.45. & 46. & traditur deciſio Cancellarii Cathaloniæ, num.47. limita ſententiam affirmativam, num.48. & 49.*

50 *Clerici extrahentes contra ſtatutum res prohibitas extrahi pro aliis pœnis, præter commiſſum contra ipſos infligendis, conveniendi ſunt coram Judice Eccleſiaſtico.*

51 *Cognitio an res Clericorum inciderunt in commiſſum ob non factam denunciationem gabellariis, pertineat ad Judicem Eccleſiaſticum, vel ſecularem, num.51. 52. & 53.*

## DECISIO CCIX.

COmmercia in Cathalonia ſunt libera, taliter 1
quod Cathalani ſunt conſtituti in libertate per
jura patriæ, ire, quo volunt, emere, & vendere liberè, & extrahere merces ſuas de tota Cathalonia intra, & extra, niſi quatenus per Conſtitutiones ſit prohibitum, *Conſtitutio ſtatuim. §. Conſtit. Ordenam que quieſcun 3. Conſtit. com ſegons 4. in princ. Conſtitut. iat ſie 5. Conſtitut. pus à la Divinal 6. Conſtitut. per quant 7. Conſtitut. ſupplican 9. titul. de commercis, Conſtitut. lo capitol 6. tit. de vectigals in 1. volum. Privilegium recognoverunt proceres, capit.84. & 85. tit. de les conſuetuts de Barcelona in 2. volum.* Socarrats *in capit. ſi verò aliqui allodiarii, numer.49. verſ. Tum quia in Cathalonia, fol. mihi* 179. Olibas *de jure Fiſci, capit.14. numer.*135. Mieres *in Curia Barcinonæ Regis Petri 2. tom.1. collat.2. capit.10. numer.3. fol.20. in novis*, Monrras *de contrabando, punct.1. num.20.* ſapientiſſimus Don Michael de Caldero *deciſ.32. numer.31. part. 1.* Cancer *var. part.3. capit.13. numer.262. & 318.* Fontanella *deciſ.263. numer.18. part.1.* Idemque eſt † in Regno Valentiæ,
Dominus Vice-Cancellarius Don Chriſtophorus Cre- 2
ſpi de Valdaura *obſerv.5. à numer.23.* in Regno Aragonum, Reg. Seſſe *deciſ.337. numer.20. & 21. part. 3.* Suelves *conſ.36. numer.2. lib.1.* in Regno Siciliæ, Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.4. capit.18. numer.411. & 412. & lib.5. capit.9. numero* 55. in Regno Caſtellæ, Bovadilla *in polit. lib.3. capit.3. numer.* 52. Bolannos *in Cur. Philip. tom.2. libro tertio, capit.10. numero ſecundo*, & de jure communi, idem Cancer *part. 3. capit.13. numer.255. 314. & 317.* Solorzan. *de jure Ind. tomo primo, capit.20. à numer.34. & capit.25. à num.* 39. Novarius *gravam. 20. numer.1. & gravam.142. numer.4. tom.1.*

Ex cauſa tamen commercia interdici poſſunt *l. mo-* 3
*ris, §.1. ff. de pœnis, can. venditionis, can. fraternitatem 54. diſtinct.* Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.4. capit. 18. num.72.* Novarius *gravamin.142. numer.6. tom.1.* Receditur * enim ex cauſa à jure gentium, illudque moderatur, Cancer *var. part.2. capit.2. numero 82. & part.3. cap.13. num.263.* Solorzano *de jure Indiar. tom. 1. lib.2. cap.25. à num.63.* Novarius *gravam.142. num. 5. tom.1.*

Ideoque in Cathalonia Dominus Rex poteſt prohi- 5
bere extractionem frumenti, & victualium pro neceſſitate cariſtiæ terræ, *Conſtitutio com ſegons 4. verſic. Exceptatque, tit. de comercis, Conſtitut. lo capitol 6. verſicul. Exceptatque, titul. de vectigali*, Mieres *in Cur. Barcin. Regis Petri 2. tom.1. collat.2. capit.10. numero tertio, fol. 20. in noviſ.* Cancer *parte 3. var. cap. 13. numer. 262.* Don Michael de Caſdero vir verè do-
ctus *deciſ.31. numer.40. & 41. part.1.* Idemque in † 6
Regno Valentiæ, Dominus Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſerv.5. à numer.23.* & de jure communi, plures citant Bovadilla *in polit. lib.3. capit.3. num.54. gloſſ. litera F*, Farinac. *frag. crim. part.1. litera B, numer.44.* Portoles ad Molin. §. *Rex, numero 282.* Cancer *part. 3. var. capit.13. numer.259.* Urſelius *concluſ.111. verbo Annona, num.4. & concluſ.164. num.100.* Maſtril. *de Magiſtrat. lib.4. cap.18. num.42. & lib.5. cap.9. num.51.*

Hæcque prohibitio fieri poteſt, licèt non ſit extre- 7
ma neceſſitas, ſed communis, Dominus Vice-Cancel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſervat.5. n.24. verſic. Poteſt enim*, & colligitur de jure noſtro, ex *Conſtit. com ſegons 4.* ibi: *Exceptatque per neceſſitat, o careſtia de la terra, tit. de commercis.*

Quia ſicut tempore magnæ abundantiæ, ut ci- 8
ves & homines de patria ſuos fructus vendere poſſint, ingreſſus exterorum licitè prohiberi poteſt,

Avi-

Aviles *capit.* 17. *prætor. gloſſ. à razonables precios*, *num.* 36. *in fine*, Maſtrill. *de Magiſt. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 70. Cancer *par.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 260. *verſ. Ingreſſum*, & *num.* 262. *in fine*, Novarius *gravam.* 142. *numer.* 2. *tom.* 1. ita ſimiliter tempore careſtiæ poteſt fieri prohibitio extractionis victualium, Cancer *par.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 266. Novarius *grav.* 142. *num.* 1. *verſic. Monſtruoſum*, *tom.* 1.

9 Poteſt tamen Dominus Rex in Cathalonia concedere licentiam extrahendi, cui libuerit, non obſtante prohibitione extrahendi frumentum, & victualia tempore careſtiæ facta, *Conſtit. lo capit.* 6. *verſic. En aixi empero*, *tit. de vectigalibus*, Mieres *in Cur. Barcinonæ*, *Regis Petri* 2. *part.* 1. *collat.* 2. *cap.* 10. *num.* 4. *fol.* 20. *in novis*, & *in Curia Perpiniani*, *Regis Petri* 3. *part.* 3. *collat.* 6. *de inhibitione victual. num.* 3. *fol.* 336. *in novis*, Don Michael de Caldero, *deciſ.* 31. *numer.* 30. *par.* 1. de Regno Valentiæ Dominus Vice-Cancel. Creſpi, *obſerv.* 5. *num.* 24. de Regno Aragonum, Reg. Seſſe *dec.* 248. *num.* 52. *in fine*, alios multos cumulat filius meus *in diſcurſ. de juriſdict. Proreg. quæſt.* 11. *numer.* 2.

10 Dummodo † hujuſmodi licentiam gratis concedat, & non accepta pecunia, aliàs prohibitio ceſſat, & ſoluta eſt quoad omnes, *Conſtit. lo capit.* 6. *verſic. Aixique nos*, *Conſtit. ſtatuim.* 9. *tit. de vectigalibus*, Mieres *in Cur. Barcin. Reg. Petri* 2. *tom.* 1. *collat.* 2. *capit.* 10. *n.* 4. & 9. *fol.* 20. *in novis*, filius meus *in diſc. de juriſdict. Proreg. quæſt.* 12. *n.* 3. Don Michael de Caldero *deciſ.* 3. *n.* 30. *part.* 1. idemque in Regno Valentiæ, Dominus Vice-Cancel. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura *obſerv.* 5. *num.* 24.

11 Sed ſcias, quod Dominus Rex pro neceſſitate, aut careſtia terræ poteſt prohibere extractionem frumenti, & victualium ſub pœna amiſſionis, ſeu perditionis frumenti, & victualium ipſo jure, notat Ripa *de peſte*, *tit. de remed. ad conſervan. ubertat. num.* 130. & 132. & alii referendi *num.* 52. vel ſub aliis graviſſimis pœnis ipſi benè viſis, Ripa *de peſte*, *tit. de remed. ad conſervan. ubertat. numer.* 40. 41. & 42. Farinac. *frag. crim. part.* 1. *litera B*, *numer.* 44. Menoch. *de arb. jud. caſu* 585. *num.* 10. Ripoll. *var. cap.* 1. *numer.* 197. *in princip.* Marinis *reſol. jur. lib.* 1. *cap.* 31. *num.* 1. multa in propoſito tradunt Daniel *de Nobilibus*, *diſcept.* 62. *à numer.* 22. Suelves *conſ.* 64. *num.* 4. *lib.* 1. hoc caput decem & octo quæſtionibus explicat Ripa *de peſte*, *tit. de remed. ad conſervan. ubertat. à num.* 43. *ad* 138. de quibus ſummatim accipe.

12 Prohibitionem extractionis frumenti comprehendere farinam, Ripa *de peſte*, *tit. de remed. ad conſervan. ubert. à num.* 45. *ad* 51. Guido Papa *deciſ.* 373. *num.* 1. *verſ. Quoad farinam*, ubi Raucherius *in addit. in fine*, Marcus *deciſ.* 504. *num.* 2. *par.* 1. Jul. Clar. §. *fin. quæſt.* 82. *num.* 7. Boer. *deciſ.* 177. *numer.* 2. & 3. Novarius *in pragmat.* 9. *Collect.* 7. *numer.* 4. & 5. *de extractione*, Reg. Vico *ad prag. Regni Sardin. tom.* 2. *tit.* 24. *cap.* 24. *num.* 6. Bobad. *in polit. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 23. Azevedo *l.* 25. *num.* 11. *tit.* 18. *lib.* 6. *recop.* Marian. Antonin. *lib.* 2. *reſol.* 33. *num.* 12. Surd. *deciſ.* 130. *numer.* 6. Barboſa *appellat.* 105. *numer.* 4. 5. & 6. Riccius *collect.* 762. *verſic. Amplia* 4. Portolez ad Molin. §. *Rex*, *num.* 287. Farinac. *frag. crim. littera B*, *num.* 46. & 47. Maſtril. *deciſ.* 139. *lib.* 2. Gratian. *deciſ.* 184. *à num.* 5. *ad* 11. Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 151. *à numer.* 5. & *de arbit. jud. caſu* 585. *numer.* 11. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *quæſt.* 53. *num.* 47. Balmaſeda *de collect. quæſt.* 39. *num.* 6. & 11. Mexia *in prag. taxæ panis*, *concluſ.* 4. *à num.* 2. Sperell. *deciſ.* 13. *num.* 15. *libr.* 1. Urſellius *concluſ.* 11. *verbo Annona à num.* 20. Daniel *de Nobilibus*, *diſcept.* 62. *numer.* 28. & *in addit. n.* 10.

13 Comprehendereque panes, quidquid dicant Avilez *in cap.* 22. *prætor*, *verbo peſquiſa*, *num.* 19. *in fine*, Portoles ad Molin. §. *Rex*, *num.* 286. ſic docent Ripa *de peſte*, *tit. de remed. ad conſervand. ubert. num.* 52. Guido Papa *deciſ.* 373. *numer.* 1. *verſicul. Quo vero*, ubi Ranch *in addit. in fine*, Boer. *deciſion.* 177. *num.* 5. Novarius *in pragm.* 9. *collect.* 7. *numer.* 4. & 5. *de extractione*, Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.* 2. *tit.* 24. *cap.* 24. *numer.* 7. Farinac. *frag. crim. par.* 1. *litera B. numero* 48. Gratian. *deciſ.* 184. *num.* 8. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 151. *numer.* 9. & 10. Bobad. *in polit. lib.* 4. *cap.* 5. *numer.* 23. Urſellius *concluſ.* 111. *verbo annona*, *num.* 20. Daniel *de Nobilibus diſceptatione* 62. *num.* 29.

Non tamen comprehendere legumina, Ripa *de peſte*, *tit. de remed. ad conſer. ubertat. numero* 53. & 14 54. Menochius *de arb. judic. caſu* 585. *num.* 12. Novarius *in prag.* 9. *collect.* 7. *num.* 11. *de extract.* Niſi prohibitio † extractionis eſſet de tritico, Ripa *de peſte*, 15 *tit. de remed. ad conſer. ubert. num.* 55. Menochius *de arb. jud. caſu* 585. *numer.* 13. Vel niſi † prohibitio 16 extractionis eſſet blado, Ripa *de peſte*, *tit. de remed. ad conſer. ubertat. numero* 56. Menoch. *de arb. jud. caſu* 585. *num.* 13.

Nec comprehendere extrahentem hordeum, ſpel- 17 tam, & avenam, ſaltem ſecundùm communem uſum loquendi, Ripa *de peſte*, *tit. de remed. ad conſer. ubert. num.* 57. Novarius *in prag.* 9. *collect.* 7. *à numer.* 7. *de extractione*, Gratian. *deciſ.* 184. *à num.* 1. Urſellius *concl.* 111. *verbo annona*, *ſub num.* 1. Menoch. *de arb. jud. caſu* 585. *ſub numer.* 13. Mexia *in prag. taxæ panis*, *concluſ.* 1. *numer.* 59. Aviles *capit.* 17. *prætor*, *verbo à razonables præcios*, *num.* 37. *verſ. Et ideo*, & *c.* 72. *verbo peſquiſa*, *num.* 10. Portoles ad Molin. §. *Rex num.* 285. Barboſa *appell.* 105. *n.* 1. & 2.

Nec etiam comprehendere extractionem per tran- 18 ſitum, Ripa *de peſte*, *tit. de remed. ad conſervan. ubert. num.* 114. Tuſch. *pract. concl. litera S*, *concl.* 368. Rodoer. *ad Marinis*, *lib.* 1. *reſolut. jur. capit.* 116. *num.* 3. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.* 2. *tit.* 24. *cap.* 24. *ſub num.* 8. Farinac. *frag. crim. p.* 1. *litera B*, *num.* 66. 67. & 68. noſter Doctiſſimus Fiſci Advocatus Don Michael de Caldero *deciſ.* 36. *num.* 22. *par.* 1.

Prohibitionem verò extrationis vini comprehen- 19 dere extrahentem uvas, Ripa *de peſte*, *tit. de remed. ad conſervan. ubert. n.* 60. Farinac. *frag. crim. part.* 1. *litera B*, *numer.* 49. Menochius *de arb. jud. caſu* 585. *num.* 15. Marian. Antonin. *lib.* 2. *reſolut. jur.* 33. *num.* 12. Barboſa *appellat.* 274. *num.* 7. ſi extractio uvarum eſſet in tanta quantitate, quæ appareret deſervire pro conficiendo vino, Novarius *in rub. collect.* 1. *num.* 8. *de extract.*

Et comprehendere extrahentem muſtum, Marian. 20 Antonin. *lib.* 1. *reſol.* 33. Novarius *in rub. collect.* 1. *numer.* 5. & 6. *de extractione*, Barboſa *appell.* 274. *numer.* 12.

Sed non comprehendere extrahentem acetum, quia 21 non eſt vinum, ſed alia ſpecies, Ripa *de peſte*, *tit. de remed. ad conſerv. ubert. num.* 83. Farinac. *frag. crim. par.* 1. *litera B*, *num.* 50. Gratian. *deciſ.* 184. *num.* 42. & 26. Novarius *in rub. collect.* 1. *num.* 9. *de extractione*, Barboſa *appell.* 274. *num.* 14. Menoch. *de arb. jud. caſu* 585. *num.* 16.

Nec comprehendere extrahentem aquaticum, ni- 22 ſi vinum prævaleret aquæ, Ripa *de peſte*, *tit. de remed. ad conſerv. ubert. num.* 61. Farinac. *frag. crim. part.* 1. *litera B*, *numer.* 53. Gratian. *deciſ.* 184. *à n.* 18. Barboſa *de arb. jud. caſu* 585. *num.* 15. Barboſa *appellat.* 274. *num.* 13. Novarius *in rub. collect.* 1. *n.* 10. & 11. ubi hoc intelligit ſtrictè, & propriè, ſecus largè, & impropriè, & proinde ſi eſſet de vino ſolvenda gabella, ad medietatem teneri cenſet.

Nec extrahentem cerviſiam, & alia artificioſa vi- 23 na, Ripa *de peſte*, *tit. de remed. ad conſerv. ubert. numer.* 62. Menochius *de arb. jud. caſu* 585. *num.* 16. & *lib.* 4. *præſumpt.* 152. *num.* 10. Farinac. *frag. crim. part.* 1. *litera B*, *numer.* 13. Barboſa *appell.* 274. *num.* 10.

Nec etiam comprehendere, qui phialam, ſeu me- 24 tretam vini extraheret cauſa guſtus, Ripa *de peſte tit. de remed. ad conſerv. ubert. num.* 64. Menoch. *de arb. jud. caſu* 585. *num.* 17. Farinac. *frag. crim.*

*par.* 2.

part. 2. litera B. numer. 51. & 52. Mexia in prag. taxæ panis, concluſ. 1. num. 19. Bovad. in polit. lib. 4. capit. 5. num. 39. Barboſa appellat. 274. num. 16.

25 At ſi prohibitio eſſet extractionis victualium, quæ veniant appellatione victualium, videndi ſunt Ripa de peſte, tit. de remed. ad conſer. ubert. num. 58. Menoch. de arb. jud. num. 14. & lib. 4. præſumpt. 157. numer. 15. Azevedo lib. 28. numer. 1. 2. & 3. titul. 18. lib. 6. recopil. ad quem ſe refert Hermoſilla ad Gregor. Lopez, lib. 22. gloſſ. 3. numer. 12. fol. 103. pag. 2. tom. 2. Bovad. in polit. tom. 2. lib. 3. capit. 3. num. 52. Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 22. Barboſa in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 3. num. 28. & appellat. 270.

26 Sed an prohibitio extractionis vini, frumenti & victualium comprehendat minorem extrahentem, negat Riccius collect. 762. verſ. Limita 3. affirmat Urſellius concl. 111. verbo annona, num. 40. & 41. vide tradita deciſ. 205. num. 22.

27 Verùm ad inſtitutum quæſtionis in argumento propoſitæ; An ſtatutum laicorum prohibens extrahi vinum, frumentum, legumina, oleum & alia victualia extra territorium comprehendat Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, Diſtinguendi ſunt duo caſus.

Primus quando iſtud ſtatutum fit, ut conſervetur abundantia in Civitate,

Secundus quando fit tempore penuriæ,

28 Circa primum caſum, quem remiſſivè proponit Rodoer. ad Marin. lib. 1. reſol. jur. cap. 31. numer. 1. varietas magna eſt inter Doctores, ut dicit Lezana in ſum. quæſt. regul. part. 4. verbo ſtatuta, num. 5. verſic. Idem dicit.

29 Prima eſt opinio, quod ſtatutum laicorum prohibens extractionem vini frumenti, leguminum, olei & aliorum victualium extra Regnum, Provinciam, territorium, Dominium, aut Civitatem, ut conſervetur abundantia in Civitate, dominio, territorio, Provincia, aut Regno, non comprehendit Clericos, & Eccleſiaſticas perſona extrahentes hujuſmodi fructus à ſuis prædiis collectos, ſic Azor. inſtit. moral. parte tertia, libro quinto, capit. 19. quæſt. 13. Barthol. à S. Fauſto in ſpecul. confeſſ. diſput. 33. quæſt. 20. Bellet. diſq. Cleric. part. 1. titul. 6. de exemp. Cler. à ſtatut. §. 3. numer. 1. 2. & 3. Martha de juriſdiction. part. 4. caſu 83. num. 1. & 2. Gramat. deciſ. 100. n. 15. Buſat. conſ. 42. num. 24. libro 1. Joan. de Amico conſil. 18. num. 17. Bajard. ad Clar. §. fin. quæſt. 82. numer. 8. Roland. conſ. 61. numer. 22. lib. 4. quos refert, & ſequitur Diana reſolut. moral. part. 1. tract. 2. reſol. 69. aliàs 68. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſolut. 212. illoſque tranſcripſit Fermoſin. nullo addito in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, quæſt. 16. numero 1. 2. & 3. de conſtitut. quibus addendi ſunt Ripa de peſte, titul. de remed. ad conſer. ubert. numero 122. & 123. Navarrus conſil. 3. de conſtitut. Pereyra de man. Reg. parte prima, in coordinat. Regis Sebaſt. concord. 191. alias 192. in fine, Martha de juriſdiction. parte quarta, caſu 2. numero 1. 2. & 13. Carol. de Graſ. de communi, & veriori opinione teſtatur, de effect. Cleric. effectu 2. num. 290. 291. & 292. Valerius de differ. utriuſque fori, verbo Clericus, differt. 3. numero 4. Villalobos in ſumm. moral. part. 2. tract. 8. reſolut. 14. num. 14. idem Diana reſol. moral. part. 1. tract. 2. reſolut. 15. aliàs 15. & part. 6. tract. 8. miſcel. 3. reſol. 4. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſol. 100. nu. 1. verſ. Et ratio eſt, Genuenſ. in praxi Archiep. Neapol. capit. 75. num. 3. Thom. del Bene de parlament. dub. 30. ſect. 22. n. 9. & de immun. Eccl. tom. 1. cap. 9. dub. 26. n. 2. Barboſa in addit. tom. 6. ad cap. 1. n. 5. de imm. Eccl. in 6. idem Fermoſin. in cap. Eccl. S. Mariæ, quæſt. 6. n. 31. de conſtit. Marinis l. 1. reſol. jur. cap. 31. Ciarlin. contr. forenſ. l. 1. cap. 31. à n. 1. ad 6. Lezana in ſum. quæſt. regul. part. 4. verbo ſtatuta, numer. 5. verſ. Idem dicit, latiſſimè Sperell. deciſ. 12. lib. 1. idem Thom. del Bene de immun. Eccl. tom. 1. cap. 8. dub. 14. ſect. 1. 2. 3. 4. 5. & 6.

30 Sive fructus ſint collecti ex prædiis Eccleſiaſticis, ut voluit Ripa de peſte, tit. de remed. ad conſer. ubert. num. 132. & 133. ſivè ex prædiis patrimonialibus, ut tradunt Martha de juriſdict. part. 4. caſu 2. num. 13. caſu 83. numer. 1. & 2. Genuenſ. in praxi Archiep. Neapol. cap. 74. numer. 3. Guttier. pract. libr. 1. quæſt. 38. num. 16. 17. 18. & 19. Ciarlin. contr. forenſ. lib. 1. cap. 31. num. 7. 8. & alii ex citatis num. 29.

31 Dicunt tamen aliqui ex Doctoribus citatis numero 28. quod prædictum ſtatutum comprehendit, & ligat emptores ipſorum fructuum ab Eccleſia, Clericis, & Eccleſiaſticis perſonis, Ripa de peſte, titul. remed. ad conſer. ubert. num. 129. taliter quod emptores non poſſunt illos extrahere abſque incurſu pœnæ, Roland. conſ. 61. num. 22. libr. 4. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 2. numero 292. Cabal. reſol. crim. caſu 12. numer. 5. Scialoya de foro compet. cap. 26. numer. 110. in fine, Rodoer. ad Marinis, remiſſivè lib. 1. controv. jur. cap. 31. num. 2.

32 Dicunt etiam, quod iſtud ſtatutum ligat, & comprehendit colonos partiarios Eccleſiæ, Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum pro parte colonica fructuum ex prædiis Eccleſiæ, Clericorum & Eccleſiaſticarum perſonarum collectorum, ut latè probat, diſputato articulo, ſolutiſque argumentis contrariis Ripa de peſte, titul. de remed. ad conſervan. uber. à numero 124. ad 129. Carol. de Graſ. de effect. Cleric. effectu 2. numero 293. & 294. Menochius conſil. 1000. à numero 44. lib. 10. Mauſon. de contrah. quæſt. 8. numer. 10. Borrel. de Magiſtr. edict. lib. 5. capit. 14. num. 69. verſ. Quo vero, Daniel. de Nobilibus, diſcept. 62. numer. 2. alios plures addit Ciarlin. contr. forenſ. lib. 1. capit. 31. num. 18. Cabal. reſol. crim. caſu 12. nu. 5. ubi idem dicit de conductoribus prædiorum Eccleſiæ, Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum, Rodoerius ad Marinis, reſol. jur. lib. 1. cap. 31. numero 2. Scialoya de foro compet. 26. num. 110. in fin. conducunt tradita deciſ. 204. num. 15.

33 Secunda eſt opinio, quod ſtatutum laicorum prohibens extractionem vini, frumenti, leguminum, olei, & aliorum victualium extra Regnum, Provinciam, Dominium, territorium, & Civitatem, ut conſervetur abundantia in Civitate, Dominio, territorio, Provincia, aut Regno comprehendit Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas extrahentes hujuſmodi fructus à ſuis prædiis collectos, ita Mexia in pragm. taxæ panis, concluſ. 5. numero 17. Salzedo ad Bernard. Diaz in prax. crimin. capit. 55. Bolannos in Curia Philipp. tom. 1. part. 3. numer. 12. Barboſa voto 26. numer. 38. tom. 2. Aviles capit. 17. prætor, verb. buenas, numer. 11. Azevedo l. 1. num. 19. 20. & 21. titul. 18. lib. 6. recop. Morla in emp. jur. part. 1. tit. 2. quæſt. 16. numer. 19. Vulpel. de libert. Eccleſiaſt. part. 2. num. 12. cum ſeqq. Bobad. in polit. lib. 2. cap. 18. num. 117. Lezana quæſt. regul. part. 1. cap. 11. numero 12. verſic. Ac proinde, latè probant innumeroſque citant Giurba obſerv. 1. numero 21. Rovit. in pragm. 2. numer. 16. de extractione, Cutel. de immun. Eccleſ. leg. 2. quæſt. 69. Daniel de Nobilibus, diſcept. 61. numero 2. juncto num. 35. & diſcept. 62. numero 30. ad 35. omnium latiſſimè probat, contraria proponit, & illis reſpondet Menochius conſ. 800. lib. 8. & conſil. 1000. à num. 19. cum multis, ſeq. l. 10. & licèt Diana reſol. moral. part. 1. tractat. 2. reſolut. 69. aliàs 68. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſolut. 212. numero 3. reſpondeat ad authoritatem Menochii, conſil. 800. libr. 8. quod, etſi ipſe fuerit doctiſſimus Juriſconſultus in iſto conſilio cautè eſt legendus, ex quo multa dicit non ferenda contra libertatem Eccleſiaſticam, & citat Carol. de Graſ. de effect. Cler. effect. 2. numer. 420. ubi inquit, quod conſilium illud eſt in multis libris deletum, eo quod ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, & idem dicit Diana loco citato, d. conſilio 1000. libr. 10. ejuſdem Menochii, adverſus quem ſcripſit Surdus conſ. 301. idipſum refert Fermoſin. in cap. Eccleſia Sancta Mariæ, quæſt. 16. num. 3. de conſtit. & notant Sperel. deciſ. 12. num. 17. verſ. Cæterum, libr. 1. Cabal. reſolut. crimin. caſu 12. numero 6. nihilominus Caſtillo tom. 7. de tertiis, cap. 9. numer. 28. verſ. Probatur laudat Menochium conſil. 800. & Fontanella ait non reperire eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam deciſ. 303. numer. 14. parte prima, & quamvis Sperel.

decis.

decif. 12. lib. 1. tentaverit reſpondere Menochio conſil. 800. lib. 8. tamen Sperello reſpondet, & pluribus adſtruit Carol. Cala in diſſertatione juridica politica de contrabannis Clericorum, à num. 175. ut refert Bolero de decoctor. tit. 5. quæſt. 27. nu. 19. & hanc ſententiam docent etiam Oliba, Ripoll. Monras, Vines, Pereyra, & alii citandi num. 42.

34 Hæcque ſecunda opinio multo magis procedit, data obſervantia, quod Clerici comprehendantur ſub ſtatuto de vino, frumento, & aliis victualibus non extrahendis, quæ valida eſt, Navar. in man. cap. 17. num. 201. Vulpel. de libert. Eccleſ. part. 2. numero 20. & 32. Morla in emp. jur. part. 1. tit. 2. quæſt. 16. num. 19. in fine, latè Menochius conſil. 800. à numero 48. verſic. reſpondetur ſecundo, ad numero 46. Carol. de Graſ. de effect. Cleric. effect. 2. numero 294. ubi teſtatur ita obſervari in Regno Siciliæ. Etſi iſtam obſervantiam impugnent Surd. conſil. 301. à numero 52. Sperel. deciſ. 12. numero 12. & 59. libro primo, Ciarlin. controverſ. forenſ. libro primo, capit. 31. à numer. 15. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 2. capit. 9. dub. 2. à num. 29. eam defendit Fontanella deciſ. 303. à n. 1. ad 14. part. 2.

35 Circa ſecundum caſum, quem etiam remiſſivè proponit Rodoer. ad Marinis, libro 1. reſol. jur. cap. 31. numer. 3. concors eſt Doctorum ſententia, quod ſtatutum laicorum prohibens extractionem vini, frumenti, leguminum, olei & aliorum victualium extra Regnum, Provinciam, territorium, Dominium, aut Civitatem tempore penuriæ comprehendit Clericos & Eccleſiaſticas perſonas extrahentes hujuſmodi fructus à ſuis prædiis collectos, quia tunc pro communi utilitate; & ad ſublevandam utilitatem populi, tenentur Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ ad obſervandum iſtud ſtatutum circa annonam, & non poſſunt hujuſmodi victualia extrahere ad text. in leg. 5. §. quæſitam, ff. ad leg. Cod. de jactu, Bartol. in libro primo, §. cura carnis, in 1. & 2. oppoſit. ff. de offic. Præf. Urb. Bald. in leg. ſi pendentes, §. ſi quid numer. 2. ff. de uſufruct. Covar. in Reg. poſſeſſor. part. 2. §. 4. numero 8. in fine, Burſat. conſil. 13. numero 11. libro ſecundo, Curt. Jun. conſil. 6. numero 14. libro 1. Natta conſil. 275. numero 4. libro 2. quos citat Ciarlin. controv. forenſ. lib. 1. cap. 31. num. 9. addo Gabriel conſ. 37. numer. 1. lib. 1. Menoch. conſ. 1000. num. 25. libro 10. per ea quæ ipſe probavit, conſ. 800. num. 21. l. 8. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, l. 3. gloſſ. 1. num. 81. in fine, fol. 13. tom. 2. Daniel. de Nobilibus, diſp. 61. num. 8. verſic. Gravitatem, juncto num. 35. & diſp. 62. num. 30. juncto, num. 35. & diſp. 62. num. 30. juncto num. 25. verſ. Reſpondetur.

36 Hoc intelligit Decian. conſ. 51. num. 31. lib. tertia quando illa neceſſitas, & penuria aliter evitari non poteſt, niſi etiam Eccleſiaſtici concurrant; referunt, & ſequuntur Ciarlin. controv. forenſ. l. 1. cap. 31. nu. 9. in fin. Diana reſol. moral. part. 6. tract. 8. & miſcel. 3. reſ. 4. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſ. 214. num. 13. verſ. Aliquando verò, Thom. del Bene de immun. Eccleſiaſt. tom. 1. cap. 8. dub. 14. ſect. 4. num. 1.

37 Et iſto caſu Clerici tenentur ſervare iſtud ſtatutum in ſubſidium, ad text. in cap. non minus, de immun. Eccleſiaſt. & in cap. 1. eodem in 6. Martha de juriſdict. part. 4. caſu 1. num. 34. & 38. Diana reſol. mor. part. 6. tract. 8. & miſcel. 3. reſol. 4. & in coordinat. p. 9. tract. 2. reſol. 214. numer. 13. verſ. Unde, Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. capit. 8. dub. 14. ſect. 4. numero 2. Ciarlin. alios addit reſol. jur. lib. 1. capit. 31. num. 20.

38 Non vi coactiva edicti, vel ſtatuti laicorum, cùm ſemper deficiat poteſtas contra Clericos, ſed vi rationis naturalis, & ex debito charitatis Eccleſiaſtici abſtinere tenentur ab extractione vini, frumenti, & aliorum victualium tanquam pars Reipublicæ, quæ in tali neceſſitate cum toto concordare debet, ex traditis per Carol. de Graſ. de effect. Cleric. effectu 2. numero 112. 174. in fine, 228. in fine, & numer. 292. in fine, Martham de juriſdiction. part. 4. caſu 1. numer. 33. Thom. del Bene de immunit. Eccleſiaſt. tom. 1. capit. 8. dub. 2. & dub. 14. ſect. 4. numero primo, in fine, & tom. 2. capit. 9. dub. 1. 2. 3. & 4. Ciarlin. controv. jur. lib. 1. capit. 31. numer. 10. & 11. Sperell. deciſ. 13. lib. 1. Fermoſinus in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 1. & 2. de conſtitut. Lezana in ſumm. quæſt. regul. part. 1. capit. 11. num. 16. Villalobos in ſumm. part. 1. tract. 2. diſp. 31. numer. 1. Diana reſol. moral. part. 4. tract. 2. reſol. 8. & tract. 10. reſol. 12. & part. 4. tract. 1. reſol. 52. & part. 5. tract. 1. reſol. 6. & part. 6. tract. 8. & miſcel. 3. reſol. 4. & part. 7. tract. 10. & miſcel. 1. reſol. 2. & in coordinat. part. 9. tractat. ſecundo, reſol. 90. 91. 92. & 93. numero 3. & reſolut. 99. numero 1. poſt princ. & reſol. 214. numer. 7. & 14. Doctè ut ſolet Daniel. de Nobilibus, diſp. 61. à numero 12. cum pluribus, ſeqq. Barboſa in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, numer. 4. & in addit. tom. 6. numero 1. 2. & 3. de conſtitut. & in capit. 1. numero 10. eodem in 6. Xammar. de privil. Barcin. §. 16. numero 21. & in addit. per Montras numero 25. quod ſufficit, ut lex Principis ſæcularis pro bono publico lata liget etiam Clericos vi rationis naturalis, & juſtitiæ, ut inquit Menoch. conſil. 1000. ſub numer. 27. libro 10. & tenentur Clerici in ſubſidium illam ſervare, Martha de juriſdict. part. quarta, capit. 1. ſub numero 33.

39 Verùm Clerici extrahentes à Regno, vel Civitate vinum, frumentum, & alias merces extrahi prohibitas, peccant mortaliter, non ſolùm quando extrahunt in magna, & notabili quantitate, ut voluit Caſt. Palaus in oper. mor. part. 1. tract. 2. diſp. 2. punct. 7. num. 5. & 6. Sed etiam quando extrahunt in non magna quantitate, Sanchez in decal. l. 1. cap. 4. num. 8. quem ſequitur Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 2. cap. 9. dub. 1. num. 9. & 10.

40 Siquidem licèt ex ſententia Navarri conſ. 3. de conſtitut. Clerici non obſervantes leges civiles Principum ſæcularium non peccent etiam venialiter. Et alii, ut Salas, Carpan, & Bonacina dicant, quod ſecluſo ſcandalo non peccent mortaliter, quos citat Diana reſol. moral. part. 1. tract. 10. reſolut. 12. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſol. 91. numer. 3. Thom. del Bene immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 8. dub. 2. numer. 3. Tamen communis opinio Doctorum eſt in contrarium, quod Clerici peccent mortaliter, ſicut laici data gravitate, ſeu capacitate materiæ, Thom. del Bene de imm. Eccleſ. tom. 2. capit. 2. dub. 1. num. 9. & dub. 2. num. 11. & 12. Xammar. de privil. Barcin.... §. 16. num. 21. & in addit. per Montras num. 25.

41 Ad ſecundam partem quæſtionis in argumento propoſitæ accedens; Dicunt plures: Quod Judex ſæcularis, ſeu ejus miniſter inveniens Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas extrahentes & aſportantes pecuniam, Equos, vinum, frumentum, legumina, oleum, & alia victualia à Regno, Provincia, territorio, dominio, aut Civitate, contra legem, ſeu ſtatutum prohibentem extrahere, & aſportare ſub pœna commiſſi ipſo jure incurrenda non poteſt quis hujuſmodi rem apprehendere, intercipere, & auferre, nec illos de talibus rebus privare, & ſpoliare, alias incurreret in excommunicationem, & frangeret libertatem Eccleſiaſticam, ſic Azorius, Alterius, Valerus, Magalius, & Barthol. à Sanct. Fauſto, quos refert, & ſequitur Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 2. capit. 9. dub. 16. quos, Magalio excepto tranſcripſit à Diana reſol. moral. part. 1. tract. 2. reſolut. 16. aliàs 15. & in coordinat. part. 9. tractat. 2. reſolut. 100. & ab iſto tranſcripſit Fermoſin. in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 2. à numero 32. ad 37. de conſtitut. idem Diana reſolut. moral. part. 3. tractat. primo, reſolut. 28. & 41. & part. 5. tractat. 1. reſol. 6. & part. 6. tract. 8. & miſcel. 3. reſolut. 4. & in coordinat. part. 9. tractat. 2. reſol. 99. numer. 1. verſic. Igitur ex his, & reſolut. 101. numer. 5. & reſolut. 117. numer. 3. in fine, & reſolut. 214. numero 19. Sperell. deciſ. 12. numero 14. juncto numero 59. verſic. Ex his apparet, cum ſeqq. lib. 1. Ciarlin. lib. 1. cap. 31. num. 29. Et in facti contingentia ſic declaravit Regia Camera Regni Neapolis in favorem Clerici reperti in flagranti cum pecunia extrahi prohibita, cui pecuniam interceptam reſtitui mandavit, ut teſtantur

Ge-

Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. cap.* 74. *numer.* 3. Molfes *in conſuet. Neapolit, part.* 2. *q.* 7. *n.* 47. Thoro *in compend. deciſ. part.* 1. *verbo extractio pecuniarium*, *fol.* 282. Novarius *in pragm.* 10. *collect.* 8. *de extract.* Ciarlin. *contr. jur. lib.* 1. *cap.* 31. *n.* 17. *verſ. Non obſtat.*

42 Sed contraria ſententia eſt verior, & in praxi obſervata, quod Judex ſæcularis, ſeu ejus miniſter inveniens Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas aſportantes, & extrahentes pecuniam, equos, vinum, frumentum, legumina, oleum & alia victualia à Provincia, Regno, Civitate, Dominio, ſeu territorio contra ſtatutum, & legem prohibentem extrahere, & aſportare ſub pœna commiſſi ipſo jure incurrenda poteſt eis prædictas res auferre, interdicere, & apprehendere, & illos de talibus rebus ſpoliare, & privare, ut ex Belluga, Menchaca, Mexia, & aliis docet Bobadilla *in polit. libr.* 2. *capit.* 18. *numero* 117. *& remiſſivè*, *lib.* 4. *capit.* 5. *numer.* 72. *in fine*, quibus addendi ſunt Caſtillo *in leg.* 70. *tauri*, *numer.* 18. Bolannos *in Curia Philippica*, *tomo primo*, *parte tertia* §. 3. *numero* 11. *& tom. ſecundo*, *libr.* 3. *capit.* 10. *numero* 15. Naldus *in ſumm. verbo Clericus*, *numero* 23. Menôch. *conſil.* 800. *numero* 56. *libro* 8. Salzedo *ad Bernard. Diaz in praxi crim. capit.* 66. *verſic. Quamvis in hac*, Cutel, *ad l. Federici nota* 105. *ſignanter numero* 4. *& ad leg. Martini*, *capit.* 41. *nota* 42. *num.* 4. *& de immun. Eccleſiaſt. lib.* 2. *quæſt.* 16. Guttier, *pract. libr.* 4. *quæſt.* 38. *numer.* 23. Pereyra *de man. Regia*, *part.* 2. *quæſt.* 38. *numer.* 14. Ramirez *de lege Regia*, §. 26. *numer.* 27. Mauſonius *de contrahendo*, *quæſt.* 8. *numer.* 11. Rovit. *in rubric. numer.* 16. *de extract.* Scialoya *de foro competent. capit.* 26. *num.* 110. Reverter. *deciſ.* 222. *numero* 1. *&* 2. Marinis *libro* 1. *reſolut. jur. capit.* 31. *in fine*, Reg. Vico *ad prag. Reg. Sardin. tom.* 2. *tit.* 24. *capit.* 24. *numero* 12. Carol. Cala *in diſcurſu juridico*, *polit. de contraban. Clericor. à numero* 275. Morla *in empor. jur. parte prima*, *titul. ſecundo*, *quæſt.* 16. *numero* 19. Daniel. *de Nobilibus*, *diſcept.* 63. *à numero* 1. *ad* 12. Salzedo *de contraban. cap.* 32. Eſcanno *in propug. Sacræ Relig. Militar. ſancti Joannis*, *diſcept.* 13. *capit.* 6. *numero* 9. Carleval *de judic. lib.* 1. *diſput.* 2. *numero* 159. *verſic. Hanc tamen*, Bolero *de decoctor. titul.* 5. *quæſt.* 27. *à numero* 17. ex noſtris Oliba *de jure Fiſci*, *capit.* 14. *à num.* 132. Ripoll. *variar. capit.* 1. *numer.* 197. *&* 198. Monras *in diſcurſu juridico ſobre la faca de cavallos*, *punct.* 5. *numero* 4. Ludovicus de Valentia, & Franciſcus Areny *in allegatione pro fideliſſima Civitate Balagarii*, *numero* 89. *&* 102. Vines *in diſcurſu procediment. Villæ Mataronis*, §. 7. *verſic. Aunque es certiſſimo*, *ibi*, *Y aunque hablan*, *fol. mihi* addit hanc eſſe rationem, in qua ſe fundavit Dominus Cancellarius Cathaloniæ, quando 4. Septembris 1606. declaravit in caſibus juriſdictionis adminiſtratoris platearum pro Regia juriſdictione conſiſtentis in executione ordinariorum Civitatis poſſe procedere ad cognitionem, & apprehenſionem rerum prohibitarum in poſſe Clericorum inventarum, Conducit Carleval *de judic. libr.* 1. *diſput.* 2. *numero* 157. *in fine*, *verſicul. Ratio autem* & comprobatur ex dicendis infra, *deciſ...*

43 Hæcque ſententia affirmativa tradita, numer. 42. procedit reſpectu omnium exemptorum à juriſdictione Judicis ſæcularis, ut Religioſorum Ordinum Militarium ſancti Joannis Hieroſolymitanen. ſancti Jacobi de Spata, Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ, & aliorum quorumlibet, ut ex Bobadilla *in polit. lib.* 2. *capit.* 18. *numero* 72. *&* 121. *& capit.* 19. *numer.* 27. Villadiego *in polit. capit. quinto*, *numero* 118. docent Carleval *de judic. libro* 1. *diſputat.* 2. *numero* 456. *&* 457. Mendo *de jure Academ. quæſt. ſecunda*, *numero* 81. Eſcanno *in propugnaculo Sacræ Religionis Militar. ſancti Joannis*, *diſcurſ.* 13. *capit.* 6. *num.* 14. *&* 15. Bolero *de decoctorib. titul.* 5. *quæſt.* 27. *numero* 22. *&* 23.

44 Et etiam procedit reſpectu familiarium ſanctæ Inquiſitionis, Narbona, *libr.* 20. *gloſſ.* 21. *num.* 51. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Carleval *de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *numero* 522. Fermoſin. *in capit. Eccleſia ſanctæ Mariæ*, *quæſt.* 59. *num.* 83. *de conſtit.* Ego *deciſ.* 30. *num.* 110. *part.* 1. me citato Monras *diſcur. juriſd. ſobre la faca de cavallos*, *punct.* 5. *numero* 3.

Similiter procedit, quando Clerici contra legem 45
prohibentem extrahunt vinum, frumentum, & alios fructus à prædiis Eccleſiæ, & patrimoniis ſuis collectos, quidquid dicat Guttier. *pract. leg.* 4. *quæſt.* 38. *n.* 23. ſentiunt citati *num.* 42. & fuit in Cathalonia deciſum, *ut infra*, *num.* 47.

Et multo magis procedit, ſi à manibus, & poſſe 46
perſonarum laicarum hujuſmodi res prohibitæ extrahi per regios officiales apprehendantur, non obſtante, quod prætendatur illas eſſe Clericorum, ad Menochium *conſ.* 809. *numero* 57. *lib.* 8. & in contrarium urgent Sperel. *deciſ.* 12. *numer.* 62. *&* 63. *& deciſ.* 24. *lib.* 1. Ambroſin. *deciſ.* 8. Ciarlin. *controv. forenſ. l.* 1. *cap.* 31. *in fine*, Diana *reſol. moral. part.* 6. *tract.* 8. *& miſcel.* 3. *reſol.* 4. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 214. *numer.* 18. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *capit.* 8. *dub.* 14. *ſect.* 2. *num.* 2. *&* 3. Ego *deciſ.* 178. *num. part.* 3. quibus poteris reſpondere ex his, quæ dixi *deciſ.* 207. *num.* 40. ita deciſum in Cathalonia *infra*, *num. ſeqq.*

Taliter quod hoc in caſu, cùm res prohibita ex- 47
trahi cadat in commiſſum, ſi Clericus, vel alius exemptus velit illam tueri, & recuperare, debet comparere veluti actor coram Judice ſæculari, Pereyra *de man. regia*, *part.* 2. *capit.* 38. *num.* 15. Eſcanno *in propug. Sacræ Religion. Militar. ſancti Joannis*, *diſput.* 13. *cap.* 6. *num.* 10. Bolero *de decoctor. lib.* 5. *quæſt.* 27. *num.* 24. quidquid dicant Diana *reſol. moral. par.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 8. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſolut.* 97. Thom. del Bene *de immun. Eccleſiaſt. tom.* 2. *cap.* 9. *dub.* 35. *ſect.* 7. ſic in Cathalonia per Cancellarium Manegat, Conſultoribus Quintana, Peguera, Sabater, Guardiola, & Oliba 30. Junii 1584. fuit declaratum in favorem Fiſci Procuratoris Regiæ Curiæ, contra Petrum del Pas Canonicum Eccleſiæ Elnen. occaſione frumenti, & hordei à manibus, & poſſe perſonarum laicarum per Regios Officiales apprehenſorum, firmæ juris factæ in Curia Eccleſiaſtica Elnen. per dictum Petrum del Pas ratione, & occaſione apprehenſionis per Regios Officiales factæ de poſſe, & manibus perſonarum laicarum de frumento, & hordeo, quod aſſeritur eſſe dicti del Pas à Comitatu Roſſilionis, & Ceritaniæ (erat enim prohibitum extrahi tempore neceſſitatis ſub pœna amiſſionis per proclamata Principis ſæcularis) locum non fuiſſe, nec eſſe, ſed cauſæ prædictæ cognitionem ad Regiam Curiam pertinere, & ſpectare, quam declarationem notat Oliba *de jure fiſci*, *cap.* 14. *num.* 132. & ex eo refert Boſch. *dels titols de honor*, *libr.* 2. *capit.* 13. §. 21. *fol.* 261. *colum.* 2. *in princip.* & extensè tradit Ripoll. *var. cap.* 1. *numer.* 197. *&* 198. ubi affirmat dictum Canonicum del Pas recepiſſe informationem in Curia Eccleſiaſtica Elnen. qua probavit grana eſſe ſua ex fructibus ſui Canonicatus. Et hoc non obſtante fuit declaratum in favorem Curiæ ſæcularis, quidquid iſtam declarationem impugnet Fermoſinus *in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *quæſtion. ſecunda*, *num.* 35. *de conſtitut.*

Excipe ſi Clerici extrahunt res ſacras, vel merè 48
Eccleſiaſticas ad uſum Eccleſiarum deſtinatas, ut ſunt veſtes Sacerdotales, indumenta Altarium, & ſimiles, quas extrahere poſſunt, non obſtante ſtatuto generaliter extractiones prohibente, ut evenit in quadam mitra Epiſcopali, quæ mittebatur ad Eminentiſſimum Cardinalem Monopoli Archiepiſcopum Theatinæ Civitatis, & cùm fuiſſet intercepta à commiſſario contra bannorum Provinciæ Aprutinæ tempore Excellentiſſimi Comitis de Benevento Proregis Regni Neapolis, fuit illico ſui ordine reſtituta Eminentiſſimo Cardinali Maffeo ſucceſſori in dicto Archiepiſcopatu, ut refert Mauſonius *de contraban. quæſt.* 8. *num.* 14. 15. *&* 16. quem ſequuntur Rodoer. *ad Marinis*, *reſol. jur. lib.* 1. *cap.* 90. *num.* 4. Daniel *de Nobilibus*, *diſc.* 34. *num.* 4.

Excipe ſecundò, ſi ſtatutum prohibens extractio- 49
nem

nem prædictarum rerum mandaret clericos illis ſpoliari; nam inefficax, & nullum eſt, ut latiſſimè probant, & contrariis reſpondet Daniel *de Nobilibus*, *diſcep.* 63. *à num.* 12. *verſ. ſupereſt, uſque ad finem*, qui *num.* 34. in ſimili dicit, quod licèt Clerici teneantur ſervare pretia taxata per ſtatutum, tamen ſi ſtatutum expreſsè eos comprehendit, quo ad eos eſt nullum, & *num.* 35. inquit de ſtatuto de non ſerendo orizam ob ſalubritatem aeris, quod Clerici ſervare tenentur tanquam juſtum & honeſtum, ſed ſi expreſsè diſponit de Clericis, eſt nullum quo ad eos ex defectu juriſdictionis.

50 Benè tamen aliàs verum eſt quod quamvis Clerici in fragranti deprehenſi contra ſtatutum extrahere res prohibitas poſſint eis ſpoliari per Judices, & miniſtros ſæculares, *ut dictum eſt*, *num.* 42. tamen pro aliis pœnis contra ipſos infligendis non poſſunt conveniri coram Judice ſæculari, ſed neceſſario coram ſuo competenti Judice Eccleſiaſtico conveniendi ſunt, ſic Caſtillo *in l.* 70. *tauri*, *numer.* 18. Salzed. *ad Bernard. Diaz in prax. crim. cap.* 66. *verſ. Quamvis ab hac*, Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 117. *verſic. Pero digo*, Bolannos *in Curia Philip. tom.* 1. *part.* 3. §. 3. *num.* 21. *& tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 15. *verſ. Mas de las otras penas*, Guttier. *pract. lib.* 4. *quæſt.* 38. *num.* 23. Pereyra *de man. Reg. part.* 2. *cap.* 38. *num.* 15. *in fine*, *& num.* 22. Eſcanno *in propugn. Sacræ Relig. milit. Sancti Joannis*, *diſcept.* 13. *cap.* 6. Daniel *de Nobilibus*, *diſp.* 8. *num.* 9. Bolero *de decoctor. tit.* 5. *quæſt.* 27. *num.* 23. *verſ. Si verò pragmatica*, & comprobatur ex traditis per Guttier. *pract.* 2. *lib.* 1. *quæſt.* 4. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 70. *&* 71. Reverter. *deciſ.* 222. *num.* 3. Lezana *in ſumm. quæſt. regul. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 17. *verſ. Numquam*, *& part.* 4. *verbo ſtatuto*, *num.* 5. *verſ. Decimo*, & latiùs *deciſ*... ubi etiam dicam, an iſti Clerici ſint per Judicem Eccleſiaſticum puniendi pœna arbitraria, an verò pœna inflicta à ſtatuto Principis ſæcularis.

51 Ex dictis *à numer.* 41. infertur reſolutio ad illam quæſtionem, quam ad hunc locum remiſſivè propoſui ſupra *deciſ.* 205. *num.* 13. An Judex Eccleſiaſticus, vel ſæcularis cognoſcere debeat, ſi res Clericorum inciderunt in commiſſum ob non factam denuntiationem earum gabellariis? Reſpondetur, quod cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum. Tum quia Judex Eccleſiaſticus cognoſcit, an res quas Clerici deferunt, ſint pro proprio uſu, vel non. Tum quia ſi eſſet quæſtio, an res, quas Clerici deferunt, inciderint in commiſſum ob non ſolutam gabellam, debet talis quæſtio terminari per Judicem Eccleſiaſticum, ſic Roland. *conſ.* 62. *numer.* 25. *lib.* 4. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 1268. *&* 1269. *& effect.* 3. *nu.* 259. *&* 260. Fermoſin. *in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ*, *quæſt.* 6. *num.* 30. *de conſtitut.* Sperel. *deciſ.* 12. *num.* 65. *& deciſ.* 49. *num.* 15. *lib.* 1. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 129. *verſ. Verum*, Anſaldus *de juriſdict. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 35. *num.* 60. ubi intelligit, niſi tertio muniti fuerint. Queſada Pilo *diſſert.* 22. *numer.* 99. Martha *de juriſdict. part.* 4. *caſu* 83. *num.* 8. Fagundez *de juſt. & jur. lib.* 5. *cap.* 11. *ſub num.* 23. Duard. *in Bull. Cœn. lib.* 2. *can.* 18. *quæſt.* 13. *nu.* 3. *in fin.* Sanchez *conſ. moral. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 55. *num.* 31. Bonacin. *in pract. diſp.* 1. *quæſt.* 19. *part.* 3. *numer.* 11. Ciarlin. plures citat *controv. forenſ. lib.* 2. *cap.* 146. *num.* 32. 33. *&* 34. Luca *de regal. diſc.* 59. *num.* 12. Ferret. *part.* 3. *obſerv. cap.* 235. Fontanell. *deciſ.* 511. *num.* 10. *&* 11. *part.* 2. Diana *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 42. *& part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 44. *& in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 266. *numer.* 2. *& reſol.* 268. ſic fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Monſerrat die 1. Novembris 1685. in favorem Ermenterii Sanyer Presbyteri, & Rectoris Parochialis Eccleſiæ Sancti Saturnini de Clariana, & Curiæ Eccleſiaſticæ Celſonæ Sede vacante, contra Syndicum dictæ Civitatis Celſonæ, & Petrum Irla, Joannem Balius Ædiles, & Iſidorum Thomaſa conductorem gabellarum illius, in qua declaratione leguntur hæc verba. Et in omni caſu controverſiæ, tam circa ſolutionem gabellarum, quàm incurſus in commiſſum, ob defectum denuntiantis aut aliàs, ad Judicem Eccleſiaſticum privativè pertinere cognitionem, quin gabellarius, proprio marte, Clericorum valeat apprehendere merces ob non ſolutam gabellam, aut defectum denuntiationis. Et ſe fundavit in doctrinis Cardinalis de Luca, Ciarlini, Dianæ, Bonacinæ, & Fontanellæ, hìc citatis.

52 Intellige, ut procedat, quando res Clericorum ob non factam earum denuntiationem gabellariis, non capiuntur in flagranti crimine, ſed poſtquam ſunt repoſitæ in aliqua domo, prætenditur incidiſſe in commiſſum, nam tunc cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, an ob defectum denuntiationis res illæ inciderint in commiſſum, & iſte fuit caſus declarationis Cancellarii Monſerrat. At verò Judex ſæcularis, ſeu ejus miniſter inveniens Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas in flagranti crimine, & violatione legis ſub pœna commiſſi aſportantes, extrahentes, ſeu ingredientes res aliquas, non facta denuntiatione gabellariis, aut ut alii dicunt, non facto inſtrumento profeſſionis, vulgò *ſin regiſtro*, poteſt hujuſmodi res illis auferri, apprehendi, interdici, & de talibus rebus illos privare & ſpoliare, Bolanos *in Cur. Philip. tom.* 2. *libro* 2. *cap.* 10. *numer.* Eſcanno *in propug. Sacræ Religionis Sancti Joannis*, *diſcept.* 13. *cap.* 6. *num.* 14. quem refert, & ſequitur Bolero *de decoctor. tit.* 5. *quæſt.* 27. *num.* 25. & tradit Fragoſus *de regim. Reipub. Chriſtianæ*, *part.* 2. *libr.* 2. *diſput.* 4. *numer.* 319. quem refert Daniel *de Nobilibus in addit*, *ad diſp.* 50. *numer.* 10. Carleval *de judic. libr.* 1. *diſp.* 2. *num.* 159. *verſ. Hanc tamen*, ita judicatum contra quendam Canonicum Bracarenſem aſportantem ex Gallecia res defuncti Clerici, quas non regiſtravit in oppido Chaves jure interceptas fuiſse à cuſtodibus Regiis, & licèt in meo codice Danielem non inveni, ita teſtatur Fermoſinus *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *quæſt.* 48. *nu.* 17. *de conſtitut.*

53 De aliis autem pœnis, ultra commiſsum, à ſtatuto impoſitis ob non factam denuntiationem gabellariis, cognoſcere debet Judex Eccleſiaſticus, Guttier. *pract. libro primo*, *quæſt.* 4. *numero* 4. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *capit.* 18. *num.* 117. *in fin. verſic. Y aſſi miſmo*.

---

## *ARGUMENTUM.*

**An Clerici, qui vinum, frumentum & alios fructus ex prædiis ſuorum bonorum patrimonialium collectos, extrahunt ex uno loco ad alium, vel introducunt in aliquem locum, ut ibi cariùs vendant, teneantur ſolvere gabellas.**

### *SUMMARIUM.*

1 *Negotiatio lucrativa duplex eſt, propria, & impropria.*

2 *Negotiatio propria lucrativa eſt, quando comparatur res, ut integra, & immutata carius vendatur.*

3 *Negotiatio propria lucrativa, ſecluſis pravis circonſtantiis, licita eſt laicis.*

4 *Clericis, & Religioſis interdicta eſt propria negotiatio lucrativa ſub mortali, aliiſque graviſſimis pœnis.*

5 *Clericorum, & Religioſorum nomine, quibus propria negotiatio lucrativa interdicta eſt, qui comprehendantur.*

6 *Negotiatio propria lucrativa comprehendit negotiationem per quemcumque contractum, nedum emendo, vel vendendo, num.* 6. *Sed etiam permutando, num.* 7. *vel conducendo, num.* 8.

9 *Clerici, & Religioſi an poſſint negotiari per interpoſitas perſonas, ſeu per alios.*

10 *Cle-*

10 *Clerici, & Religioſi an poſſint negotiari ſemel, aut iterum abſque incurſu pœnæ.*

11 *Clerici, Religioſi negotiatores, ut teneantur ſolvere gabellas de his, quæ emunt, & vendunt, an neceſſaria ſit trina monitio, num.* 11. *&* 12.

13 *Clerici, & Religioſi coram quo judice ſint conveniendi pro ſolutione gabellæ rerum, quas deferunt occaſione negotiationis, n.*13.14.15.16. *&* 17.

18 *Clerici, Religioſi negotiatores quibus in caſibus excuſentur à ſolutione gabellæ, num.* 18. 19. 20. *&* 28.

21 *Negotiatio impropria quid ſit.*

22 *Negotiatio impropria eſt Clericis permiſſa, n.*22. *ſed ab eis exerceri non poteſt niſi ſubſiſtente aliqua rationabili cauſa, puta neceſſitatis ſublevandæ, n.*23.

24 *Clericis, & Religioſis quibus caſibus ſit licita, vel illicita negotiatio.*

25 *Clerici, qui vinum, frumentum, & alios fructus ex prædiis ſuorum bonorum patrimonialium collectos extrahunt de uno loco ad alium, vel introducunt in aliquem locum lucri faciendi cauſa, ut ibi cariùs illos vendant, tenentur ſolvere gabellas, num.* 25. *ſed communis eſt in contrarium, num.* 26. *limita communem opinionem, ſi Clerici hujuſmodi fructus emiſſent, n.*27.

## DECISIO CCX.

1 DIxi *deciſ.* 206. *num.* 2. triplicem eſſe negotiationem, ſcilicet politicam, œconomicam, & lucrativam, & ibidem *numero* 3. *&* 5. tractavi de negotiatione œconomica, in hac tamen deciſione de negotiatione lucrativa tractandum venit. Quæ duplex eſt; alia propria, alia minùs propria, ſeu non propria, vel impropria, Lezana *in ſumm. quæſtion. regular. parte* 4. *verbo negotiatio, ſub numero* 2. *verſic. Rurſus*, Vela *diſſert.*45. *numero* 16. *verſic. Nam vel nomine*, Fraſſo *de Reg. patron. Indiar. c.* 75. *n.*27. *tom.*2.

2 Propria negotiatio lucrativa eſt, quando comparatur res, ut integra, & immutata cariùs vendatur, *can. ejiciens* 11. *verſicul. Qui verò rem comparat.* 88. *diſtin.* Lezana *in ſumm. quæſtio regul. par.*1. *capit.* 9. *num.* 39. *in princip. & part.* 3. *verbo gabella, numero* 19. *verſicul. Tunc autem, & verſic. Adde tunc, & part.*4. *verbo negotiatio, numer.*2. *verſicul. Prior, & numero* 4. *verſicul. Maximè*, Vela *diſſert.* 45. *numero* 16. *verſicul. Nam vel nomine, poſt princip.* ibi: *Vel intelligunt*, Cutel. *de immun. Eccleſiaſt. lib.*2. *quæſt.*47. *numero* 8. Thom. del Bene *de immunit. Eccleſiaſt. tom.* 1. *capit.* 5. *dub.* 5. *ſect.* 5. *numero* 1. Surdus *deciſ.* 313. *numero* 1. Fagundez *de juſt. & jure, lib.*5. *capit.* 11. *numero* 2. Cenedo *collect. ad decretum* 37. *numero* 2. *verſicul. Tunc autem*, Pereyra *de man. Regia, part.*2. *capit.*24. *numer.* 35. *verſ. Tertio modo*, Leſſius *de juſt. & jure, lib.*2. *cap.*21. *dub.*1. *numero* 3. *& ſeqq.* Bellet. *diſquiſ. Cleric. part.*1. *titul. de diſcipl. Clericali*, §.21. *num.* 7. *& ſequent.* Farinac. *frag. crim. part.* 1. *litera C, numero* 150. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 73. *numero* 1. Queſada Pilo *diſſert.* 22. *numero* 97. *&* 118. Cævallos *com. cont. com. quæſt.* 810. *numero* 16. *& de commit. per viam violent. part.*2. *quæſt.* 64. *numero* 22. Martha *de juriſdict. part.* 4. *caſu* 3. *num.* 10. *&* 11. Molina *de juſtit. & jure, diſput.* 342. *num.* 1. Caſt. Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tractat.* 12. *diſput. unica, punct.*9. *numer.* 16. *in princ. & part.* 3. *tract.* 16. *diſput.*4. *punct.* 13. §.3. *num.* 2. Sperel. *deciſ.*94. *num.*14. *lib.*1. Villalobos *in ſum. moral. par.* 2. *tractat.* 21. *dif.*2. *num.*1. *in fine*, Guttier. *de gabel. quæſt.*93. *num.*16. *&* 47. Xammar. noſter *deciſ.* 104. *num.*7. Eſcanno *in propug. Sacræ Relig. Milit. Sancti Joannis, diſcept.*9. *cap.*4. *num.*2. Suarez *tom.* 5. *par.*3. *diſp.*23. *ſect.*4. *num.*2. Diana *reſol. mor. p.* 5. *tract.*1. *reſol.*27. *& part.*11. *tract.*6. *& miſcell.* 9. *reſol.*41. *& in coordinat. par.*6. *tract.* 3. *reſol.* 188. *ſub numer.* 5. *& part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 256. *num.* 3. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.*2. *allegat.*13. *numer.*9. *&* 12. *& de jure Eccleſ. un. lib.*1. *capit.*39. §.5. *num.* 64. *& in capit. ſecundùm* 7. *num.*3. *ne Clerici, vel Monachi, & remiſſivè, in capit. quamquam* 4. *num.* 5. *de cenſibus in* 6. remiſſivè Daniel de Nobilibus *in addit. ad diſput.* 62. *num.*2. Fraſſo *de Reg. patr. Indiar. cap.*75. *num.* 28. *tom.*2.

3 Quæ quidem propria negotiatio lucrativa quamvis laicis licita ſit, ſecluſis pravis circumſtantiis, eo quod ea eſt indifferens ad bonum, & malum, & poſſit malè, & benè geri, Divus Thomas 2. 2. *quæſt.* 74. *art.*4. Pereyra *de man. Reg. part.*2. *capit.* 24. *num.* 34. *verſic. Cujus quidem, & deciſ.*95. *num.*26. *verſ. Et verò*, ibi: *Nam licèt*, Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.*1. *c.*5. *dub.*3. *ſect.*3. *num.* 7. Lezana *in ſum. quæſt. regul. part.*4. *verbo negotiatio, num.*3. *in prin.* Villalobos *in ſum. mor. par.*2. *tract.*21. *dif.*2. *num.*1. *verſ. A lo qual*, qui *num.* 2. circunſtantias tradit, Stracha *de mercatura, par.*1. *num.*6. Caſt. Palaus *in oper. moral. par.*7. *tract.*32. *diſp.* 5. *punct.*35.

4 Eſt nihilominus Clericis, & Religioſis interdicta ex genere ſuo ſub mortali, pœniſque graviſſimis contra tranſgreſſores à jure impoſitis, non latæ, ſed ferendæ ſententiæ, *capit. ſed nec* 4. *capit. ſecundum* 6. *ne Clerici, vel Monachi, capit. final. de vita, & honeſtat. Clericor. clement.* 1. *eodem tit. can. conſequens, can. negotiatorem, can. fornicari* 88. *diſtin. can. Clericus* 94. *diſtinct. can. Clerici, can. canonum* 14. *quæſt.* 3. *innovat. Concil. Trident. ſeſſ.*22. *de refor. cap.*1. Divus Thomas 2.2. *qæſt.*77. *artic.*4. *ad* 3. Stracha *de mercatura, par.*3. *num.*4. 9. 10. Menochius *conſil.*12. *num.*12. *lib.*1. *& præſump.*56. *num.*8. *libr.*3. Martha *de juriſdict. par.*4. *caſu* 3. *num.* 1. Bolannos *in Cur. Philip. tom.*2. *lib.*1. *cap.*1. *nu.*20. Parlador. *rer. quotid. lib.*1. *cap.*3. §.1. *numer.* 6. Squillante *de obligat. Cler. par.*2. *num.*39. Farinac. *fragm. crim. par.*1. *litera C, num.* 147. 157. *&* 158. Molina *de juſtit. & jure, diſp.* 342. Villalobos *in ſum. mor. par.*2. *tractat.* 21. *dif.*2. *num.*3. *verſicul. Lo quinto, & difficult.* 3. *numer.*1. Guttier. *de gabell. quæſt.* 93. *num.*4. Novarius *in pragmat.* 1. *collect.*2. *num.* 7. *de mercatura*, Lezana *in ſum. quæſt. regular. par.*1. *cap.* 9. *numer.* 39. *in prin. & par.*2. *cap.*4. *num.*8. *& part.* 3. *verbo gabella, numer.* 19. *& par.* 4. *verbo negotiatio, num.* 3. *verſic. Imò hæc*, Pereyra *deciſ.* 95. *ſub numer.*26. *verſic. At verò, & num.*28. *& de man. Reg. part.*2. *cap.*24. *num.*34. *verſic. Quare, & verſic. Tertio modo, & verſ. Quinimo, & verſ. Hac autem pœna*, Cenedo *collectan.*37. *ad decretum, num.* 2. Caſt. Palaus *in oper. mor. par.*3. *tract.* 16. *diſp.*4. §.3. *num.* 1. Solorzano *de jure Indiar. tom.*2. *lib.*1. *cap.* 17. *à num.*64. *& in polit. lib.*2. *cap.* 18. *verſ. A las quales razones, fol.*170. Burat. *deciſ.* 908. *num.*7. Anſaldus *de juriſdict. par.*5. *titul.*4. *cap.*3. *num.*26. *&* 27. Bolero *de decoctor. tit.*1. *quæſt.*9. *num.*6. *poſt prin.* multos quos citat Diana *reſol. mor. par.*1. *tract.*8. *reſol.* 72. *& in coordinat. par.*6. *tract.*3. *reſol.* 180. *num.* 1. *&* 2. Fagundez *de juſtit. & jure, lib.*5. *cap.*11. *num.* 2. 3. *&* 4. Barboſa *in capit. fin. à num.*2. *de vita, & honeſt. Cleric. & in capit. ſecundum* 6. *numer.* 2. *de Clerici, vel Monachi, & de jure Eccleſ. un. libr.* 1. *cap.*40. *à num.* 114. *& de offic. Parochi, par.* 1. *cap.* 6. *à num.*37. Reg. Mattheu *de re crimin. controv.*40. *num.* 94. Pereyra *de man. Reg. par.*2. *capit.*38. *num.* 4. Villaplana *in addit. ad Pegueram, in conſtitution. item ne ſuper laudemio, verſicul.* 7. *num.* 47. *&* 48. Thom. del Bene *de immunitat. Eccleſ. tom.*1. *capit.* 5. *dub.*3. *ſect.* 7. *cum ſeq. & de parlament. dub.* 26. *ſect.*1. *cum ſeq.* Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 6. *à num.*1. Morla *in empor. jur. part.* 1. *titul.* 9. *q.* 10. Sperel. *deciſ.* 94. *à num.*1. *lib.* 1. Bellet. *diſquiſ. Cler. par.*1. *titul. de diſciplina Clericali*, §.21. Fraſſo *de Reg. patron. Indiar. tom.* 2. *cap.* 75. *à numer.* 4. Eſcanno *in propugnac. Sacræ Religionis Militaris Sancti Joannis, diſceptat.* 9. *capit.* 4. *à numer.* 1. latiſſimè Fontanella *deciſ.* 518. *à numer.* 12. *cum plubus ſequent.* qui *numer.* 15. 16. *&* 17. id probat ex diver-

diverſis Regiis pragmaticis *in 2. vol. Conſtitutionum contentis*, *tit. de coſes prohibides als Clergues*, *& num.* 18. inquit, dictas pragmaticas validas eſſe, quia ſe conformant cum diſpoſitione juris canonici, & conſtitutionibus Pontificiis *part.* 2.

5 Nomine Clericorum, quibus propria negotiatio lucrativa interdicta eſt, an comprehendantur nedum Clerici in Sacris Ordinibus conſtituti, ſed etiam in minoribus beneficiati, & Clerici conjugati. Et ſub nomine Religioſorum, an comprehendantur Religioſi omnes, etiam converſi, & novitii? Videndi ſunt Molina *de juſt. & jur. diſput.* 342. *verſic. Pœna autem*, Lezana *in ſumm. quæſt. regul. part.* 4. *verbo negotiatio*, *numer.* 4. *verſic. Nota ſecundo*, Fagundez *de juſt. & jur. lib.* 5. *capit.* 11. *numer.* 6. 7. & 8. Thom. del Bene *de parlament. dub.* 26. *ſection.* 2. *num.* 3. & *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *capit.* 5. *dub.* 3. *ſect.* 3. *à numer.* 4. & *ſect.* 6. *numer.* 17. & 18. Villalobos *in ſumm. moral. part.* 2. *tract.* 21. *diff.* 3. *num.* 2. Diana *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 73. & *part.* 7. *tract.* 10. & *miſcel.* 1. *reſolut.* 20. & 21. & *in coordinat. part.* 6. *tractat.* 3. *reſol.* 183. 184. & 185. Vela *differt.* 45. *à numer.* 16. *tom.* 2. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 73. *n.* 10. & 11. Fraſſo *de Reg. patron. Indiar. tom.* 2. *cap.* 76. *num.* 45.

6 Per propriam negotiationem lucrativam intellige negotiationem per quemcumque contractum, nedum emendo, vel vendendo Ugolinus *de offic. & poteſt. Epiſcop. cap.* 13. §. 15. *num.* 1. *in fine*. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 40. *numer.* 115. & *de offic. Parochi*, *par.* 1. *cap.* 6. *n.* 38. ut ſi Clerici uvas emunt, ut vinum per miniſtros conductos vendant. Idem ſi Clerici lanam emant, ut pannos confectos artificibus conductis vendant. Similiter ſi ex lana propriorum animalium Clerici per conductos miniſtros pannos conficiant ad vendendum, genus eſt prohibitæ negotiationis, ob idque gabella debetur, ſic Molina *de juſt. & jure*, *diſp.* 342. *verſ. Secundum eſt*, & *verſ. Idem dicerem*, Lazarte *de decimæ vendit. cap.* 19. *à num.* 16. Guttierez *de gabel. quæſt.* 93. *à num.* 37. & 53. Caſt. Palaus *in oper. morali*, *par.* 2. *tract.* 12. *diſput. unica*, *punct.* 9. *numer.* 16. *verſ. E contra*, & *par.* 3. *tract.* 16. *diſp.* 4. *punct.* 13. §. 3. *num.* 4. *verſ. Quo circa*, Fagundez *de juſt. & jure*, *lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 29. Diana *reſolut. mor. par.* 11. *tract.* 3. & *miſcel.* 3. *reſol.* 10. & *in coordinat. par.* 6. *tract.* 3. *reſol.* 187. *n.* 1. & 2. Larrea *alleg. Fiſcal.* 111. *ſub numer.* 47. Pereyra *de man. Reg. par.* 2. *cap.* 38. *n.* 8. *verſ. Unde*.

7 Sed etiam permutando, Anſaldus *de juriſdict. par.* 5. *tit.* 4. *cap.* 3. *numer.* 18. & 19. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 3. *ſect.* 2. *num.* 2. *verſ. Non ſic*, Lezana *in ſum. quæſt. regul. part.* 4. *verbo negotiatio*, *n.* 4. *in princ.* Fraſſo *de Reg. patron. Indiar. tom.* 2. *capit.* 75. *num.* 29. Limita, ſi Clerici pecunias aureas, quas habent, pro argenteis cum lucro permutent, idque facere poſſunt, quia hoc non eſt propria negotiatio, niſi pecunias illas aureas ab aliis acceperint ad emendum pro illis aliquid, & eas ſibi reſervent, ut poſtea majori valore permutent rem commiſſam pecunia argentea exequendo, ſic Cardinalis Lugo *de juſt. & jure*, *diſp.* 26. *ſect.* 2. *numer.* 30. quem referunt, & ſequuntur Lezana *in ſum. quæſt. regul. par.* 4. *verbo negotiatio*, *numer.* 5. *verſ. Collige quarto*, Diana *reſol. mor. par.* 11. *tract.* 3. & *miſcel.* 3. *reſol.* 20. & *in coordinat. par.* 6. *tract.* 3. *reſolut.* 187. *num.* 2. *in fine*, *verſic. Hinc licet dicendum ſit*, Fraſſo *de Reg. patron. Indiar. tom.* 2. *cap.* 75. *num.* 35.

8 Vel conducendo, affinis enim eſt conductio negotiationi prohibitæ, quæ expreſsè interdicitur Clericis, & Religioſis, *can.* 1. & 3. 21. *quæſt.* 3. *cap.* 1. *capit. ſecundum* 6. *in Clerici*, *vel Monachi*. Si conductio fiat propter cupiditatem lucri, quæ ſupponit emptionem eo fine conductionis factam, ut ſi Clerici prædia emant, vel animalia ad conducendum, vel eſt conductio ſpectans ad venditionem ſubſequendam, ut ſi Clerici conducunt agros colendos, non in eorum ſubſtentationem, ſed ad vendendos fructus, & inde lucrum comparandum; ita Caſtro Palaus *in oper. moral. part.* 2. *tract.* 12. *diſput. unica*, *punct.* 9. *numer.* 16. *verſic. E contra*, ibi: *Secundo*, & ibi: *Tertio*, & *part.* 3. *tract.* 16. *diſput.* 4. *punct.* 13. §. 3. *numer.* 4. *in princip. juncto verſic. Illa ergo*, Diana *reſol. moral. part.* 11. *tract.* 3. & *miſcell.* 3. *reſolut.* 20. & *in coordinat. part.* 6. *tract.* 3. *reſol.* 187. *numer.* 2. *in princip.* Guttier. *de gabellis*, *quæſtion.* 93. *à numer.* 63. *cum pluribus ſeq.* Carol. de Graſ. *de effect. Clericat. effectu* 6. *numer.* 11. 12. & 13. Sperel. *deciſ.* 94. *num.* 16. *lib.* 1. Villalobos *in ſum. moral. par.* 2. *tract.* 21. *dif.* 3. *num.* 7. Farinac. *frag. crim. part.* 1. *litera C*, *num.* 162. Bellet. *diſq. Cler. par.* 1. *tit. de diſcip. Clericali*, §. 21. *numer.* 31. plures alios addunt Fagundez *de juſtit. & jure*, *lib.* 5. *cap.* 11. *numer.* 3. Barboſa *in capit.* 1. *numer.* 4. *ne Clerici*, *vel Monachi*, & *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *capit.* 40. *numer.* 116. & *numer.* 125. *verſic. Verum*, & *de offic. Parochi*, *part.* 1. *cap.* 6. *num.* 38. *poſt princ.* Limita 1. ſi neceſſitas inſtaret, ut ſi Clerici conducerent agros, ut per ſe ſuoſque Colonos colerent in eorum ſui, & ſuorum ſuſtentationem, Caſt. Palaus *in oper. moral. par.* 3. *tract.* 16. *diſp.* 4. *punct.* 13. §. 3. *num.* 4. & *poſt princip. verſ. Sed non*, Fagundez *de juſt. & jure*, *lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 29. *in fine*, Diana *reſol. mor. par.* 11. *tract.* 3. & *miſcel.* 3. *reſol.* 20. & *in coordinat. par.* 6. *tract.* 3. *reſol.* 187. *numer.* 2. *poſt princ.* & *verſic. Conducere etiam poſſunt*, Lezana *in ſum. quæſt. regul. par.* 4. *verbo negotiatio*, *num.* 4. *verſ. Propter quod*, Fraſſo *de Reg. patron. Indiar. tom.* 2. *cap.* 75. *num.* 66. & 67. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 6. *à num.* 28. Sperel. *deciſ.* 74. *numer.* 16. & 17. *lib.* 1. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 3. *ſect.* 5. *numer.* 4. & 5. Eſcanno *in propugn. Sacræ Relig. Militar. Sancti Joannis*, *diſcept.* 9. *capit.* 4. *num.* 14. Villalobos *in ſum. mor. par.* 2. *tractat.* 21. *dif.* 3. *num.* 7. alios multos cumulat Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 40. *numer.* 116. *verſic. Niſi neceſſitas & de offic. Parochi*, *par.* 1. *cap.* 6. *numer.* 38. *verſ. Niſi neceſſitas*, alios addo infra *num.* 18. Limita 2. ſi Clerici proprios agros aliis conducunt, ut tenent Doctores omnes, docent Caſt. Palaus *in oper. mor. par.* 3. *tract.* 16. *diſp.* 4. *punct.* 13. §. 3. *n.* 3. *ſub numer.* 4. Diana *reſol. moral. par.* 11. *tract.* 3. & *miſcel.* 3. *reſol.* 20. & *in coordinat. par.* 6. *tract.* 3. *reſol.* 187. *ſub num.* 2. Limita 3. ſi Clerici conducunt obventiones, & agros Eccleſiæ, Bellet. *diſq. Cler. par.* 1. *tit. de diſcipl. Cleric.* §. 21. *numer.* 25. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 3. *ſect.* 5. *numer.* 7. Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 40. *numer.* 117. & 125. *in princ.* & *de offic. Parochi*, *par.* 1. *cap.* 6. *ſub n.* 38. & *n.* 47. Fraſſo *de Reg. patron. Indiar. tom.* 2. *cap.* 75. *n.* 56. & 67. Limita 4. ſi Clerici ſuccedant conductori, poterunt continuare in conductione uſque ad tempus, quo durare debet conductio, Silveſt. Proſper. Auguſtin. & Naldus, quos refert, & ſequitur Lezana *in ſum. quæſt. regul. par.* 4. *verbo negotiatio*, *num.* 4. *in fine*, *verſ. Quod limita*, multos alios addit Barboſa *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 117. *de offic. Parochi*, *par.* 1. *cap.* 6. *ſub num.* 38.

Sed quæſtio eſt controverſa. An Clerici, & Re- 9
ligioſi poſſint negotiari non per ſe, & immediate, ſed per interpoſitas perſonas, ſeu per alios? Videantur Diana *reſol. moral. par.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 72. & *par.* 9. *tract.* 7. & *miſcel.* 2. *reſolut.* 69. & *in coordinat. par.* 6. *tract.* 3. *reſolut.* 180. *n.* 4. & 5. & *reſol.* 181. *tota*, Lezana *in ſum. q. regul. par.* 1. *cap.* 9. *n.* 39. *verſ. Hæc vero omnia*, & *par.* 4. *verbo negotiatio*, *num.* 4. *verſ. Nota quarto*, Fagundez *de juſtit. & jure*, *lib.* 5. *cap.* 12. *n.* 1. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 3. *ſect.* 3. *n.* 14. & 15. Villalobos *in ſum. moral. par.* 2. *tract.* 21. *dif.* 3. *n.* 6. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effect.* 6. *n.* 23. Barboſa *in capit. ſecundum* 6. *n.* 2. *verſic. Niſi negotiantur*, *ne Cler. vel Monachi*, & *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 5. *n.* 67. & 68. & *cap.* 40. *n.* 121. & *de offic. Parochi*, *par.* 1. *c.* 6. *n.* 43. Guttier. *de gabel.*

*quæſt.* 93.

quæſt. 93. à numer. 29. Fraſſo de Regio patron. Indiar. tom. 2. capit. 75. numero 42. Daniel. de Nobilibus, diſput. 62. à numero 75. Caſt. Palaus in oper. moral. part. 3. tract. 16. diſput. 4. punct. 13. §. 3. num. 7. ſed quod per alios negotiatio non ſit illicita, tamen continet aliquam indecentiam, ob quam cauſam Clerici, & Religioſi negotiantes per alios gabellam ſolvere tenentur, ut dicunt Guttier. Caſt. Palaus, & alii hic citatis.

10 Controverſa etiam eſt quæſtio. An Clerici & Religioſi poſſint negotiari ſemel, aut iterum abſque incurſu pœnæ? Videantur Cenedo collect. ad decretum 37. numer. 2. in fine, verſic. Clericus, Morla in emp. jur. part. 1. titul. 9. quæſt. 10. numero 5. & 6. Cevallos com. cont. com. quæſt. 810. numero 17. tom. 3. Carolus de Graſ. de effect. Cler. effectu 6. numero 19. & 20. Gratian. diſcept. forenſ. capit. 213. numero 55. & 59. Diana reſol. moral. part. 1. tract. 8. reſol. 72. & in coordinat. part. 6. tract. 3. reſol. 180. numer. 3. Larrea allegat. Fiſcal. 111. numero 45. in fine, Bolannos in Cur. Philip. tom. 2. lib. 2. cap. 14. numer. 10. in fine, Barboſa de poteſt. Epiſc. part. 9. alleg. 13. num. 11. & in cap. ſecundum 6. numero 2. verſic. Ubi limitat, & num. 7. in fine, ne Cler. vel Monac. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 40. numero 120. & de offic. Parochi, part. 1. cap. 6. num. 42. Theſaurus in prax. verbo negotiatio, parte 2. capit. 1. Thom. del Bene de immun. Eccleſiaſt. tomo 1. capit. 5. dub. 3. ſect. 3. numero 3. & ſect. 5. numer. 8. & 9. Lezana in ſumm. quæſt. regul. parte tertia, verbo gabella, numer. 19. verſic. multo minus, & parte 4. verbo negotiatio, numero quarto, verſic. Nota tertio, Villalobos in ſumm. part. 2. tract. 21. diſput. 3. num. 3. Sanchez conſ. moral. tom. 1. lib. 2. cap. 4. dub. 51. num. 7. Guttier. de gabel. quæſt. 93. à numero 40. Caſtr. Palaus in oper. moral. part. 2. tract. 12. diſp. unica, punct. 9. numero 16. verſic. Adverto, & part. 3. tractat. 16. diſput. 4. punct. 13. §. 3. numer. 6. Fraſſo de reg. patron. Indiar. tom. 2. capit. 75. numero 38. verſic. Rurſus, & numero 39. & 40. Manriquez Ferrus quæſt. moral. part. ſecunda, quæſtio 102. Daniel diſp. 71. numero 34. Sed eſto non puniantur pœnis à jure impoſitis, tamen quoad illud negotium, ſeu actum, in quo negotiantur, privantur, privilegio immunitatis à gabellis, etiamſi non adſit frequentia, ſeu conſuetudo, ut docent Theſaur. Guttier. & Lezana hic citati. Ex regula generali, quod Clerici negotiatores gabellas laicales ſolvere tenentur, ut cum multis tradit Vilaplana de brach. milit. cap. 3. numer. 118. cum multis Eſcanno in propug. Sacr. Relig. milit. Sancti Joannis, diſcept. 12. cap. 3. num. 14.

11 Controverſa rurſus eſt quæſtio, An Clerici, & Religioſi negotiatores, ut teneantur ſolvere gabellas de his, quæ emunt, & vendunt, neceſſaria ſit trina monitio, de qua agitur in capit. fin. de vita, & honeſtate Clericorum? In qua alii affirmant, ut Cevallos comm. cont. comm. quæſt. 810. numer. 20. Carolus de Graſ. de effectu Cler. effectu 1. numero 747. Pereyra de man. Regia, part. 2. capit. 24. numer. 35. pluribus laudatis Barboſa de jur. Eccleſiaſt. univ. libr. 1. capit. 39. §. 5. numero 65. Diana reſol. moral. part. 3. tractat. 1. reſol. 44. & part. 4. tract. 1. reſolut. 28. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſol. 266. & 267. Parlador. rer. quotid. lib. 1. capit. 3. §. 1. num. 4. ad quem ſe refert Xammar. de offic. jud. part. 1. quæſtio 11. numero 120. Mieres ait, quod Clerici ſolvunt Lex das de mercatura, ut probat Conſtitutio 5. tit. de vectigals, & idem de aliis negotiationibus, ſi non deſiſterint tertio moniti in Curia Barcinonæ Regis Jacobi 2. collat. 4. capit. 36. numero 3. fol. 121. in novis, tom. 1. Solis de cenſibus, lib. 2. capit. ult. numero 10. & 11. Et alii negant, ut Bolannos in Curia Philip. tomo ſecundo, libro 1. capit. 14. numero 10. Ciarlin. controv. forenſ. lib. 1. capit. 22. numer. 56. Portell. de dub. regul. verbo Tributum, numero 5. Sed veritas eſt, quod Clerici, & Religioſi negotiatores quoad perſonas, & alia omnia bona ſua patrimonialia non amittunt privilegium immunitatis, nec tenentur ſolvere gabellas, niſi poſt trinam monitionem, ſi deſiſtere nolint, quantum vero ad ipſas res quas deferunt occaſione negotiationis, eo ipſo carent exemptione, gabellaſque ſolvere tenentur abſque ulla monitione, cum id abſolutè habeatur in capit. quamquam de cenſibus, in 6. & in clement. fin. de cenſibus, ſic Gregorius Lopez, leg. 49. gloſſ. 3. verſic. Sed an limitabitur, tit. 6. part. 1. Bobadilla in polit. libro ſecundo, capit. 18. numero 223. in fine, princip. juncta, gloſſ. litera C. Marcabrun. conſ. 8. numero 245. Carolus de Graſ. de effectu Cler. effectu 2. numero 182. Caſtr. Palaus in oper. moral. part. 2. tract. 12. diſſ. unica, puncto 9. numero 15. Lezana in ſumm. quæſt. regul. part. 3. verbo gabella, numero 19. verſic. An vero ad hoc, ad quem locum ſe refert part. 4. verbo negotiatio, numero 3. verſic. An vero, ubi legendum dicit Theſaur. in praxi, part. 2. verbo negotiatio, cap. 1. Diana reſol. moral. part. 1. tract. 2. reſol. 47. aliàs 46. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſol. 265. tota, Molina de juſt. & jur. tom. 1. diſp. 147. concluſ. 5. & tom. 2. diſput. 342. Sanchez conſil. moral. leg. 1. cap. 4. dub. 51. Thom. del Bene de immun. Eccleſiaſt. tom. 1. cap. 5. dub. 3. ſect. 1. à numero 3. & ſect. 2. & de parlament. dub. 26. ſect. 1. num. 2. Fagundez de juſt. & jur. lib. 5. cap. 11. à num. 13. ad 18. innumeros Fraſſo de Reg. pat. Indiar. tom. 2. cap. 75. à num. 15. ſignanter, à num. 17. ad 24. Vela diſſert. 45. à num. 53. ad 61. Apud nos vero in Cathalonia Monitionem non requiri & nunquam vidiſſe obſervatum teſtatur Fontanella deciſ. 518. numero 10. verſic. Utrum autem, part. 2. Et in Regno Caſtillæ uſu, & praxi monitionem non eſſe neceſſariam, Gregor. Lopez, & Bobadilla hic citati, & cum Salzedo, & Lazarte tradit Florez Diaz de Mena var. leg. 2. quæſt. 21. numero 231. idemque dicunt Parlador. rer. quotidian. libro 3. cap. 1. §. 1. numero 5. Azevedo leg. 7. numero 12. tit. 18. lib. 9. recop. qui duo ultimi docent hanc conſuetudinem valere ſecundum Abbat. conſil. 6. in fine, libro 1. & refert Vela diſſert. 45. ſub numero 53. tom. 2. Et ideo poſſunt dicere cum Cutello de immun. Eccleſ. libro 1. quæſt. 47. num. 5. fruſtra hanc diſpoſitionem à noſtris aſſumi.

12 Et in opinione illorum Doctorum, quod requiratur monitio, ut Clerici, & Religioſi negotiatores, amittant privilegia immunitatis, gabellaſque ſolvere teneantur. Adverte, quod debet eſſe trina, nec ſufficit una peremptoria pro tribus, Barboſa in cap. final. numero quarto, de vita, & honeſt. Cleric. Thom. del Bene de immun. Eccleſiaſt. tom. 1. cap. 5. dub. 3. ſect. numero 6. Diana reſol. moral. part. 3. tract. 1. reſol. 44. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſolut. 266. numero 4. Sanchez conſil. moral. lib. 1. cap. 4. dub. 51. numero 2. Marcabrun. conſil. 18. numer. 143. Fraſſo de Reg. par. Indiar. tom. 2. cap. 75. n. 25. ubi cum Marcabrun. addit, hanc monitionem eſſe faciendam ab Eccleſiaſtico, non ab alio, vel à privato.

13 Sed coram quo Judice Clerici, & Religioſi ſint conveniendi pro ſolutione gabellæ rerum, quas deferunt occaſione negotiationis? Sunt duæ in hoc opiniones.

14 Prima eſt, quod conveniendi ſunt coram Judice Eccleſiaſtico, & non coram ſæculari, ita Salzedo in praxi, capit. 55. verſic. Erit tamen, Parlador rer. quotid. lib. 1. cap. 3. §. 1. numer. 12. verſ. Si verò ſuper hoc, ad quem ſe refert noſter Xammar. de offic. jud. par. 1. quæſt. 11. num. 120. Squillante de privil. Cleric. cap. 8. dub. 1. num. 33. Anguiano de legib. tom. 2. controverſ. 15. num. 14. & ſeqq. Diana reſol. moral. part. 1. tractat. 2. reſolut. 24. aliàs 41. & part. 3. tractat. 1. reſolut. 44. & in coordinat. part. 9. tract. 2. reſol. 266. numer. 1. & reſol. 268. num. 1. 2. & 3. Lezana in ſumm. quæſt. regul. part. 3. verbo gabella, numer. 19. in fine, verſ. Illud certiùs, Sanchez conſ. moral. lib. 1. capit. 4. dub. 52. Fagundez de juſt. & jur. lib. 5. cap. 11. numero 23. verſ. In tamen cauſa, Thom. del Bene de parlam. dub. 26. ſect. 3. numer. 6. & de immun. Eccleſiaſt. tom. 1. cap. 5. dub. 4. Barboſa de jure Eccleſiaſt. univ. lib. 1. cap. 39. §. 5. numer. 69. Vela diſſertat. 47. à numero 53. ad 61.

15 Secunda eſt opinio, quod conveniri poſſunt coram Judice ſæculari, quia per negotiationem laici cenſentur in rebus negotiationis & ab illo

puniri

puniri poſſunt non corporali pœna, ſed in eiſdem rebus, pignoribus captis, & executivè, non ſolùm poſt trinam monitionem ſui Epiſcopi, quo in caſu loquuntur Carolus de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. num. 844. & 847. Barboſa in cap. fin. numer. 2. de vita, & honeſt. Cleric. Anſaldus de juriſdict. par. 2. tit. 11. cap. 43. num. 29. & 50. & alii plures quos citant Vela, diſſert. 45. numer. 56. tom. 2. Fraſſo de Reg. par. Indiar. tom. 2. cap. 75. num. 14. Sed etiam nulla monitione præcedente, ſic Gregor. Lopez, l. 49. gloſſ. 3. tit. 1. Lazarte de decimæ vendit. cap. 19. numer. 85. Mexia in pragmat. taxæ panis, num. 23. Azevedo l. 11. num. 5. in fine, tit. 3. lib. 1. & l. 7. num. 13. & 14. tit. 18. lib. 9. recopil. Florez Diaz de Mena variar. lib. 2. quaſt. 232. in fine, Gironda de gabell. par. in princ. à num. 25. qui num. 29. teſtatur hunc opinionem in praxi jam receptam vidiſſe in ſua Civitate Rodæ pro quodam gabellario patrocinantem, & in Granatenſi Prætorio & in Supremo Culculatorum pro Judice ſeculari fuiſſe pronuntiatum, ſemel atque iterum in Granatenſi Prætorio declaratum fuiſſe Judicem Eccleſiaſticum cum cenſuris procedentem contra ſæcularem, vim inferentem, & cauſam ad Judicem ſæcularem fuiſſe remiſſam, eique competere fuiſſe declaratum, Guttier. de gabell. quæſt. 94. tota, ſignanter à num. 5. qui à numer. 14. tradit deciſionem juſſu Domini Regis ſumptam 27. Januarii 1598. Bobad. in polit. lib. 2. cap. 18. num. 123. & 124. Pereyra de man. Regia, part. 2. capit. 38. numer. 5. 6. & 15. Parlador. rer. quotidian. tom. 2. differ. 9. §. 4. numer. 20. verſicul. Rectè igitur, & numer. 21. Cævallos de cognit. per viam violent. part. 2. quæſt. 23. à num. 1. & quæſt. 94. tota, præcipuè à num. 7. ubi numer. 13. teſtatur ita quotidie practicari, & eſſe uſu receptum apud Hiſpanos contra Salzedo loco citato numer. 14. & addit, his diebus ita fuiſſe judicatum contra Vicarium Generalem Archiepiſcopatus Toloſani procedentem per cenſuras contra Adminiſtratorem gabellarum, ut ſe inhiberet à cognitione cauſæ, & refert à numer. 14. cedulam Regiam, Villadiego in polit. capit. 5. num. 89. Carleval. de judiciis, lib. 1. diſput. 2. numer. 159. Cutellus de immun. Eccleſ. lib. 2. quæſt. 42. Torreblanca de jure ſpirit. lib. 15. cap. 14. à numer. 22. Sanchez conſil. mor. lib. 1. cap. 4. dub. 55. numer. 31. & 32. Comitolus reſp. mor. lib. 1. quæſt. 53. Fagundez de juſt. & jure, lib. 5. capit. 11. num. 18. verſ. Prima, & num. 9. Fermoſin. ib. cap. 2. quæſt. 8. num. 6. & 7. de foro compet. Pareja de inſtrum. edit. tom. 2. tit. 6. reſol. 9. n. 77. Alfaro de offic. Fiſcal. gloſſ. 20. §. 4. numer. 64. Salgado de Regia protect. par. 4. cap. 14. num. 104. Marcabrun. conſ. 18. à num. 236. Maſcard. de gener. ſtat. interp. concluſ. 1. numer. 36. Scialoya de foro compet. capit. 22. num. 12. Carolus Caſa de contraban. Clericorum, à num. 20. alios plures cumulat Bolero de decoct. debit. Fiſcal. tit. 2. quæſt. numer. 2. & 3. ubi ex noſtris citat Ripoll. de regal. capit. 7. à num. 69. Fontanella deciſ. 518. à num. 7. part. 2. Berart. in ſpec. viſit. cap. 3. num. 34. verſ. Hic etiam, & num. 35. & 45. add. ex noſtris eundem Ripoll. var. cap. 1. à num. 355. ad 362. & cap. 11. num. 505. & de Magiſt. Logiæ Maris, cap. 6. à num. 38. eundem Fontanel. deciſ. 515. num. 9. par. 2. Cancer par. 3. var. cap. 8. num. 110. Xammar. de privil. Barcin. §. 14. numer. 19. Ego deciſ. 26. num. 50. par. 1. Mieres in Cur. Barcin. Reg. Jacobi 2. collat. 4. cap. 36. numer. 4. fol. 121. tom. 1. in noviſ.

16 Hæcque ſecunda opinio uſque adeo procedit, quod ſi dubium fuerit, an Clerici, & Religioſi ſint negotiatores nec ne, poteſt Judex laicus de cauſa cognoſcere, tanquam de fundamento ſuæ juriſdictionis, ut dicit Gregor. Lopez, l. 49. gloſſ. 3. in fine, titul. 6. part. 1. ſequitur Salgado de Reg. protect. par. 4. cap. 14. num. 104. & ſi aliter dicant Bolannos in Cur. Philip. tom. 2. lib. 1. cap. 14. n. 10. verſ. Y de la duda, Fraſſo plures citat, ſed loquuntur in terminis primæ opinionis traditæ numer. 14. de Reg. pat. Indiar. tom. 2. cap. 75. n. 70.

Benè tamen aliàs verum eſt; ſtandum eſſe juramento Clericorum, & eorum famulorum, ſi Clerici ſunt abſentes, an res quas deferunt, ſint ex cauſa negotiationis, vel proprii uſus, Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 5. n. 69. verſ. Quando dubitatur, niſi quantitas, vel qualitas perſonarum aliud ſuaderet, vel niſi in promptu fides de contrario per gabellarios habeatur, utrumque docent Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 1. ſub n. 185. Anſaldus de juriſdict. par. 2. tit. 11. cap. 34. à numer. 51. Latè dixi ſupra deciſ. 208. à num. 20. 17

Excuſantur 1. Clerici, & Religioſi à prohibitione negotiationis, gabellæque ſolutione, quando negotiationem exercent pro neceſſitate ſubvenienda propriarum perſonarum, & ſuarum familiarum, & non animo, & aviditate cumulandi, & acquirendi divitias, ita Molina de juſtit. & jure, diſput. 342. verſ. Tertio obſervandum, Guttier. de gabel. quæſt. 93. num. 75. Lazarte de decimæ vend. cap. 19. num. 78. Caſt. Palaus in oper. mor. par. 3. tract. 16. diſp. 4. punct. 13. §. 3. numer. 8. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effectu 6. à num. 24. Villalobos in ſumm. mor. par. 2. tract. 21. dif. 3. num. 7. in fine, Thom. del Bene de imm. Eccleſ. tom. 1. cap. 5. dub. 3. ſect. 5. num. 5. Coſta de remed. ſubſid. remed. 73. num. 4. Farinac. frag. crim. par. 1. litera C, num. 169. Barboſa in cap. ſecundum 6. numer. 4. in princ. ne Cleric. vel Monachi, & de offic. Parochi, par. 1. cap. 6. numer. 41. & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 40. ſub num. 116. & 119. Fagundez de juſt. & jure, lib. 5. cap. 11. numero 2. & 23. plures alios cumulat Eſcanno in propugn. Sacræ Religion. Militaris Sancti Joannis, diſcep. 9. c. 4. n. 13. & 14. Fraſſo de Reg. patron. Indiar. tom. 2. cap. 75. num. 37. alios laudavi ſuprà, num. 8. verſic. Limita 1. Dummodo conſtet de neceſſitate, alioquin in dubio negotiatio præſumitur facta cauſa cupiditatis, & lucri, gloſ. in can. decrevit, verbo conducere 88. diſt. Marian. Anton. lib. 1. reſolut. 111. num. 10. & 11. Coſta de remed. ſubſid. remed. 73. à num. 5. Fraſſo de Reg. pat. Ind. tom. 2. capit. 75. numer. 38. Farinac. frag. crim. par. 1. litera C, numer. 170. Barboſa in cap. ſecundum 6. numer. 4. ne Cler. vel Monachi, & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. c. 40. n. 119. & de offic. Parochi, par. 1. cap. 6. n. 41. & dummodo negotiatio non ſit infamis & turpis, Barboſa in cap. fin. n. 4. in fine ne Cler. vel Monachi, Fagund. de juſt. & jure, lib. 5. c. 11. n. 12. 18

Excuſantur 2. Clerici, & Religioſi in Indiis exiſtentes, qui ad proprium uſum, & neceſſaria ad vitam poſſunt certo modo in Hiſpania negotiari, ſic Molina de juſt. & jure, diſp. 342. numer. 8. Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 66. & in cap. fin. num. 3. de vita, & honeſt. Cler. Fagundez de juſt. & jure, lib. 5. capit. 11. numer. 37. Caſt. Palaus in oper. mor. par. 3. tract. 16. diſput. 4. punct. 13. §. 3. num. 8. in fine. Sed hanc excuſationem impugnat Gabriel à Sancto Vincentio de cenſur. diſp. 1. num. 142. quem refert, & ſequitur maximè attentis novis Conſtitutionibus Pontificiis, præcipuè noviſſima edita à Sanctiſſimo Clemente IX. Fraſſo de Reg. patron. Indiar. tom. 2. cap. 75. n. 26. & videatur Caſt. Palaus in oper. mor. par. 3. tract. 16. diſp. 4. punct. 13. §. 3. num. 5. 19

Excuſantur 3. Clerici, & Religioſi, qui licèt poſt trinam monitionem amittant privilegia immunitatis, quoad Bona patrimonialia; non tamen ea perdunt quoad bona Eccleſiaſtica, ſeu ad Eccleſiam pertinentia, ita Abbas in cap. fin. n. 10. de vita, & honeſt. Cler. Carol. de Graſ. de effect. Cler. effectu 3. numer. 179. Comitol. lib. 1. quæſt. 53. numer. 4. Diana reſol. mor. par. 3. tract. 1. reſol. 44. & in coordinat. par. 9. tract. 2. reſol. 266. numer. Barboſa in cap. fin. num. 4. verſ. In gloſſa, de vita & honeſt. Cleric. Sed hanc excuſationem impugnant Layman. in theolog. mor. lib. 4. tract. 9. capite 8. num. 9. Lazarte de decimæ vendit. cap. 19. numer. 83. Guttier. de gabel. quæſt. 93. n. 76. & 77. Thom. del Bene videndus de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 5. dub. 3. ſect. 2. num. 2. verſ. Ubi adverte, cum 4. ſeq. 20

21 Minùs propria, ſeu non propria, vel impropria negotiatio eſt, quando res comparatur, ut poſtea mutata, & melior effecta, cariùs vendatur, quia hæc non eſt negotiatio, ſed propriè dicitur artificium, & induſtria, quàm negotiatio, *can. ejiciens* 88. *diſt.* Surd. *deciſ.* 314. *numer.* 1. Caſtr. Palaus *in oper. mor. part.* 2. *tract.* 12. *diſp. unica, punct.* 9. *numero.* 16. & *part.* 3. *tract.* 16. *diſp.* 4. *punct.* 13. §. 3. *numero* 3. *verſic. Deinde*, Lezana *in ſumm. quæſt. regul. part.* 4. *verbo negotiatio, num.* 4. *verſic. Maximè nota quintò*, Vela *tom.* 2. *diſſert.* 45. *numer.* 16. ibi: *Nam, vel Nomine*, Xammar. noſter *defin.* 104. *numero* 7. alios addit Fraſſo *de Regio patron. Indiar. tom.* 2. *cap.* 75. *n.* 90. & *allegandi, n.* 12.

22 Hæcque negotiatio impropria, ſive minus propria, aut non propria quæ verè, & propriè induſtria, & artificium dici poteſt, & debet, permiſſa eſt Clericis, & Religioſis, *cap. Clerici officia. de vita, & honeſt. Clerici, can. ejiciens* 88. *diſt. can. Clericus* 91. *diſt. can. quamquam, de conſecrat. diſt.* 3. Villalobos *in ſum. mor. part.* 2. *tract.* 21. *diff.* 3. *numero* 4. Pereyra *deciſ.* 95. *numero* 31. *verſic. Unde etiam*, & *de manu Regia, part.* 2. *capit.* 24. *numero* 34. *verſic. Unde Clericorum*, ibi: *Secunda negotiatio*, & 36. *verſic. Sed tamen*, Parlador. *rer. quotid. libr.* 1. *capit.* 3. §. 1. *numero* 12. Guttier. *de gabel. quæſt.* 93. *à numero* 47. Vela *tom.* 2. *diſſert.* 44. *numero* 25. Carol. de Graff. *de effect. Cler. effectu* 6. *à numero* 35. Fagundez *de juſt. & jure, lib.* 5. *cap.* 12. *numero* 9. Caſtr. Palaus *in opere moral. par.* 3. *tract.* 16. *diſp.* 4. *punct.* 13. *numero* 3. *verſic. Deinde, uſque ad finem*, Anſaldus *de juriſdict. part.* 2. *tit.* 11. *capit.* 34. *à numero* 37. *ad* 47. Eſcanno *in propug. Sacræ Relig. Milit. Sancti Joannis, diſcept.* 9. *capit.* 4. *à numero* 6. *ad* 13. Thom. del Bene *de immun. Ecclef. tom.* 1. *capite* 5. *dub.* 3. *ſect.* 5. *à numero* 16. Pereyra *de manu Reg. part.* 2. *cap.* 38. *numero* 4. *verſic. Ex quo*, ibi: *Niſi forte*, multos alios cumulans Diana *reſolut. mor. part.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 27. & *par.* 11. *tract.* 6. & *miſcel.* 9. *reſol.* 41. & *in coordinat. par.* 6. *tract.* 3. *reſolut.* 188. *numer.* 3. & *part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 256. *numero* 5. Lezana *in ſumm. quæſt. regul. part.* 4. *verbo negotiatio, numer.* 4. *verſic. Maximè nota quintò*, Barboſa *de offic. Paroc. par.* 1. *cap.* 6. *numero* 49. & 50. & *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *capit.* 40. *numero* 132. 133. & 134. Fraſſo *de Reg. patron. Indiar. tom.* 2. *capite* 75. *num.* 31. dummodo Clericis, & Religioſis non impediantur munera, quibus incumbere debent, Gratian. *diſcept. forenſ. capit.* 57. *numero* 27. Barboſa *de offic. Parochi. part.* 1. *cap.* 6. *numero* 50. *in fine*, & *de jure Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 40. *n.* 134. *in fine*, Anſaldus *de juriſdict. par.* 2. *tit.* 11. *cap.* 34. *num.* 48.

23 Et adhuc hujuſmodi negotiatio impropria eſt, minùs decens Clericis, & præſertim Religioſis, atque ita à Clericis, & Religioſis exerceri non poteſt, niſi ſubſiſtente aliqua rationabili cauſa, puta neceſſitatis ſublevandæ, Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 73. *numero* 3. Stracha *de mercatura, par.* 3. *numero* 5. Parlador. *rer. quotid. lib.* 1. *capite* 3. §. 1. *num.* 8. Et ex Filiuccio, & Layman tradit Lezana *in ſum. quæſt. regul. par.* 4. *verbo negotiatio, numero* 4. *verſic. Addendum tamen*, Fraſſo *de Reg. patron. Indiar. tom.* 2. *capite* 75. *num.* 34.

24 Caſus verò, quibus Clericis, & Religioſis eſt licita, aut illicita negotiatio, tradunt duæ celebres deciſiones Sacræ Congregationis Concilii, quas referunt Barboſa *de jure Eccleſ. un. lib.* 1. *cap.* 40. *n.* 127. & *deciſ. Apoſtolica* 159. Lezana *in ſum. q. regul. p.* 4. *verbo negotiatio, n.* 8. & 9. Fraſſo *de Reg. par. Ind. to.* 2. *c.* 75. *à num.* 52.

25 Sed ad punctum difficultatis in argumento propoſitæ, Carol. de Graff. *de effect. Cler. effectu*, 3. *n.* 178. reſolvit, quod Clerici, qui vinum, frumentum, & alios fructus ex prædiis ſuorum bonorum patrimonialium collectos extrahunt de uno loco ad alium, vel introducunt in aliquem locum cauſa lucri faciendi, ut ibi cariùs illos vendant, tenentur ſolvere gabellas, uti negotiatores, & citat Bertach. Vulpel. Parlad. Alciat. Nattam. Roland. Boer. & Scappam, quem ſequitur Daniel *de Nobilibus, diſput.* 71. *n.* 32. latè probat omnino videndus Anſaldus *de juriſdic. par.* 5. *tit.* 4. *cap.* 3. *à n.* 15. *ad* 26.

Et quamvis hæc opinio Caroli de Graff. in puncto juris videatur verior ex rationibus per Anſaldum traditis, Communis tamen opinio eſt in contrarium, quia tali caſu minimè adeſt negotiatio, ſic Souſa *in Bulla Cœnæ, cap.* 19. *diſt.* 92. *conſ.* 1. *num.* 4. Bonacina *in Bulla Cœnæ, tom.* 3. *diſp.* 1. *quæſt.* 19. *punct.* 3. §. 3. *n.* 6. Oſorius *en ſu pinna de roſas, lib.* 4. *cap.* 2. *fol.* 480. Sperel. *deciſ.* 94. *tota, ſignanter numer.* 12. *lib.* 1. Mercabron. *conſ.* 18. *à numer.* 291. Diana *reſol. mor. part.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 27. *et part.* 6. *tract.* 8. *et miſcel.* 3. *reſol.* 4. *et in coordinat. part.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 214. *numer.* 17. *et reſol.* 256. Queſada Pilo *diſſert.* 22. *à n.* 90. *verſic. Equitum, cum pluribus ſeq.* Thom. del Bene *de parlament. dub.* 27. *ſect.* 1. *cum ſeq. et de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 5. *tota, et cap.* 8. *dub.* 14. *ſect.* 6. Fraſſo multis citatis *de Reg. pat. Ind. tom.* 2. *capit.* 75. *numer.* 47. Lezana *in ſum. quæſt. regul. part.* 3. *verbo gabella, nu.* 16. *verſic. Nec qui trahunt*, Xammar. *de offic. jud. part.* 1. *quæſt.* 11. *numer.* 119. Fontanella *deciſ.* 301. *numer.* 4. *verſic. Id quod, par.* 2. & ſecundùm hanc communem opinionem fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Monſerrat 1. Novembris 1685. in caſu relato *deciſ.* 209. *n.* 51. 26

Limita hanc communem opinionem, ſi Clerici fructus hujuſmodi emiſſent, ut carius venderent, quia tunc eſſet negotiari, Parlador. *rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 3. §. 1. *à num.* 4. Florez Diaz de Mena, *lib.* 2. *var. q.* 21. *n.* 231. Diana *reſol. mor. par.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 27. *et in coordin. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 256. Xammar. *de offic. jud. par.* 1. *q.* 11. *num.* 120. quos citat Fontanella *deciſ.* 301. *num.* 3. *verſic. Id quod*, ibi: *Niſi illas res, par.* 2. quibus addo Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, q.* 6. *n.* 20. *et* 41. *de conſtit.* Pereyra *de manu Reg. p.* 2. *c.* 38. *n.* 8. multos alios cumulat Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *c.* 8. *dub.* 14. *ſect.* 6. Fraſſo, *de Reg. patron. Indiar. tom.* 2. *c.* 75. *n.* 51. 27

Circa verò tradita per Bertach. quoad bona, & fructus, Eccleſiæ contrarium tenet, etiam ſi deferantur cauſa negotiationis, quia adhuc ſunt immunia, quem refert Carol. de Graff. *de effect. Cler. effectu* 3. *n.* 169. an hæc generalitas vera ſint, vide dicta, *n.* 28

---

### *ARGUMENTUM.*

## An Capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum poſſit habere macellum ad ſcindendas carnes, ejuſque cognitio pertineat ad Judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem.

### *SUMMARIUM.*

1 *Macelli jus, ſeu actus ſcindendi carnes dupliciter conſiderari poteſt.*

2 *Jus habendi macellum publicè erectum, et facultas ſcindendi, et vendendi publicè carnes pertinet ad Dominum Regem in terris Regiis.*

3 *Jus habendi macellum publice erectum, et facultas ſcindendi, et vendendi publice carnes in terris Baronum non pertinet ad juriſdictionem criminalem, & merum imperium, num.* 3. *ſed ad habentem in oppido juriſdictionem Civilem nempe mixtum imperium, numer.* 4. *Idemque in jure habendi tabernam, cauponam, tendam, & paneficium, & ibidem vendi panem, vinum, oleum, piſcatum, tabacum, aquam vitis, avenam, & alia ſolita, non pertinet ad juriſdictionem criminalem, ſed ad dominum habentem in oppido juriſdictionem Civilem nempè mixtum imperium, n.* 5. & 6. *Intellige* 1. *dummodo jus habendi macellum, & facultas ſcindendi, & vendendi publicè carnes, fiat abſque aliqua impoſitione, n.* 7. *intellige,* 2. *Dum-*

*modo*

*modò macellum non ſit ſortiatum, ſed vide, n. 8. Intellige, 3. niſi Univerſitas uſu, conſuetudine, aut præſcriptione acquiſiſſet jus habendi macellum, & facultatem ſcindendi, & vendendi publicè carnes, n. 9. & 10.*

11 *Clerici, & laici non poſſunt habere publicum macellum, & facultatem ſcindendi, & vendendi publicè carnes in Civitate, Villa, aut loco, niſi ad id habeant expreſſum privilegium, vel conſuetudine, aut præſcriptione acquiſierint.*

12 *Ad Adminiſtratores Civitatum, locorum, & Villarrum ſpectat cura proviſionis carnium, & aliorum victualium.*

13 *Capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum non habet facultatem tenendi macellum particulare jure Eccleſiæ, ſed tanquam Cives Civitatis, in quo non magis privilegiati ſunt Clerici, quàm alii Cives ſæculares, magnam familiam habentes.*

14 *Duces, Marchiones, Comites, alii Equites, vel perſonæ magnæ familiæ poſſunt emere arietes, & in domibus ſuis quoddam macellum habere pro dandis portionibus ſuæ familiæ.*

15 *Capitulum Canonicorum, vel Communitas Clericorum poteſt tenere macellum ad uſum proprium, & propriam commoditatem, diviſionem, ſuſtentationem, & diſtributionem Eccleſiaſticorum, & ſuæ familiæ, n. 15. & 16.*

17 *Jurati non poſſunt impedire ingreſſus pecorum Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum in Civitatem, & Villam.*

18 *Jurati non poſſunt prohibere, quod nullus lanio ſcindat carnes in macello Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum, nec quod nullus paſtor cuſtodiat greges Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum.*

19 *Jurati non poſſunt impedire Clericos, & eorum familiam, ne emant carnes in macello Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum.*

20 *Capitulum Canonicorum, ſeu communitas Clericorum poteſt in Civitate, & Villa immittere piſces ad diſtributionem, & proprium uſum Eccleſiaſticorum.*

21 *Lanio macelli Capituli, Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum, vel piſcatorius Communitatis Presbyterorum ſi vendant carnes, aut piſces Eccleſiaſticis pro eorum diviſione, & diſtributione, utaturque falſis ponderibus, & menſuris, quamvis non ſignatis, non poteſt puniri ab Ædili, ſeu alio Judice ſæculari.*

22 *Capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum non poteſt habere macellum pro ſcindendis, & vendendis carnibus laicis.*

24 *Ædilis, ſeu alius Judex ſæcularis poteſt cognoſcere de fraudibus, quas committit lanio, ſeu macellarius Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum, vendens carnes laicis, & illum pignorare.*

24 *Ædilis, ſeu alius Judex ſæcularis poteſt pignorare laicos ementes carnes in macello Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum, num. 24. Niſi laici gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, ut ſi eſſent Procuratores Fiſcales Curiæ Eccleſiaſticæ, num. 25. vel niſi eſſent arrendatarii macelli Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum, & ſoliti eſſent aſportare, & accipere carnem ab hujuſmodi macello, num. 26. vel niſi macellum non eſſet de diſtrictu, num. 29. vel non conſtaret de venditione laicis facta, n. 30.*

27 *Pœna impoſita contra lanionem macelli Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum vendentem carnem laicis debet eſſe moderata.*

28 *Lanio, ſeu macellarius laicus Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum non poteſt pignorari ab Ædili, ſeu alio Judicæ ſæculari, ſi vendat capita arietum majori pretio, quàm venduntur per laniones Civitatis, ſed vide ibidem.*

31 *Communitates Presbyterorum, in Civitate degentes non poſſunt tenere macellum, ut in eo vendantur carnes pro ſubſtentatione Eccleſiaſticarum perſonarum, ſi Capitulum Canonicorum in vim Regiæ ſententiæ habet macellum ad uſum Eccleſiaſticarum perſonarum.*

32 *Clerici ſi habent proprios arietes, aut alia pecora ex ſuis dignitatibus, & præbendis, poſſunt eos, & ea vendere ad groſſum, & minutim quibuſcumque perſonis, tam Eccleſiaſticis quàm ſæcularibus, emere volentibus.*

33 *Macellarius, ſeu lanio macelli Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum, facta diviſione, & diſtributione carnis inter Eccleſiaſticos poteſt carnem, quæ ſupereſt in macello, vendere laicis.*

34 *Cognitio, an Capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum poſſit tenere macellum ad ſcindendas carnes ad uſum proprium tantum, & ſuſtentationem Eccleſiaſticorum contra Univerſitates laicas, pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum.*

35 *Taxatio numeri arietum, qui ſingulis diebus ſcindi poſſunt in macello Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Prebyterorum ad proprium uſum tantùm, & ſuſtentationem Eccleſiaſticorum, fit per Judicem ſæcularem.*

## DECISIO CCXI.

JUs macelli, ſeu actus ille ſcindendi carnes dupliciter conſiderari poteſt, Primo modo quatenus continet juriſdictionem. Secundo modo non quatenus pertinet ad jus particulare ortum, ſcilicet ex privilegio, præſcriptione, ſeu conſuetudine, ſed quatenus pertinet ad jus facultatis, ſeu libertatis, qua liberi homines gaudent ad ſuum libitum quidquid faciendum, niſi vi, aut jure prohibeantur, ſic Ripoll. *var. reſol. cap. 1. num. 141. junctis, numer. 146. & 147.* Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 15. num. 1. & 2. de conſtitut.* 1

Circa primum modum, dico. Quod in terris Regiis pertinet ad Dominum Regem jus habendi macellum publicè erectum, & facultas ſcindendi, & vendendi publicè carnes, ubi in hoc eſſe aliquam controverſiam, milleque eſſe privilegia à Domino Rege de hac re in Cathalonia conceſſa, quibus utuntur Univerſitates, & alii, quibus elargita fuere, teſtatur Fontanella, *deciſ. 512. n. 1. verſic. Sane, part. 2.* Xammar. *defin. 90. n. 1.* 2

At ſi ſumus in terris Baronum, jus habendi macellum publicè erectum, & facultas ſcindendi, & vendendi publicè carnes non pertinet ad juriſdictionem criminalem, & ſic ad habentem merum imperium, quia habens juriſdictionem criminalem non eſt dominus territorii, ita noſter Roman. *conſ. 35. numer. 10. in princ.* Fontanella *deciſ. 512. num. 6. verſic. De mero part. 2.* Sed pertinet † jus habendi macellum publicè erectum, & facultas ſcindendi, & vendendi publicè carnes ad Dominum territorii, & ſic ad habentem in oppido juriſdictionem civilem, nempè mixtum imperium, ſic fuit in Cathalonia deciſum Relatoribus Paſqual & Negrell. die 3. Auguſti 1574. in favorem Præpoſiti majoris Monaſterii Sancti Cucufatis Vallen. contra Univerſitatem ejuſdem Villæ, teſtantur Ripoll. *var. reſol. cap. 1. numer. 142.* Roman. *conſil. 55. numer. 18.* Fontanella, *deciſ. 121. num. 8. verſic. In ſententia, & num. 9. part. 2.* Et iterum die 11. Januarii 1625. referente Magnifico Joſepho Roca in favorem Fratris Don Franciſci Terrè Præpoſiti majoris dicti Monaſterii Sancti Cucufatis Vallen. contra Univerſitatem, & Singulares ejuſdem Villæ, refert Ramon. *conſil. 55.* Fontanella *deciſ. 512. à numer. 11. part. 2.* idemque docent Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 15. numer. 1. de conſtit.* Thoro *in ſuppl. deciſ. verbo caupona, col. 3. ante* 3



*finem,*

*finem*, *verſic. cùm ſit conceſſum ei*, *fol.* 75. Luca ad
Franchis, *dec.*380. *ſub num.*4. Balmaſeda *de collectis*, q.
83.*n.*7.Xammar, *defin.*90.*n.*1. Ego notavi *deciſ.* 148. *n.*
97. *in princ. p.* 3.

5 Sicut jus habendi tabernam, cauponam, tendam,
& paneficium, & ibidem vendendi panem, vinum,
oleum, piſcatum, tabachum, aquam vitis, avenam,
& alia ſolita vendendi non pertinet ad juriſdictio-
nem criminalem, & ſic ad habentem merum impe-
rium, Roman. *conſ.* 55.*num.* 10. Fontanella *deciſ.* 512.
6 *num.* 6. *verſic. De mero imperio*, *par.* 2. Sed jus † ha-
bendi tabernam, cauponam, tendam, & paneficium;
ac ibidem vendendi panem, vinum, oleum, piſca-
tum, tabachum, & alia ſimilia vendi ſolita perti-
net ad Dominum habentem in oppido juriſdictionem
civilem, ſcilicet mixtum imperium, Ramon. *conſ.*
55. *n.* 11. Ego notavi *deciſ.* 148. *num.* 97. *verſic. Simi-
liter*, *par.*3. Sic per Cancellarium Agullana, Conſulto-
ribus Dalmau, Aſtor, Benach, Fontanet, Torner,
Calba de Vallſeca, & Senjuſt 4. Junii 1602. fuit decla-
ratum in favorem Fratris Michaelis à Peguera Præpo-
ſiti majoris Monaſterii Sancti Cucufatis Vallen. con-
tra Syndicum Univerſitatis dictæ Villæ, his verbis:
Firmæ juris factæ in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ
per dictum Præpoſitum quoad jus, & libertatem
per dictum Præpoſitum prætenſam liberè vendendi
per ſe, vel alios panem, & vinum quibuſcumque
perſonis locum fuiſſe, & eſſe. Et per Regīam Au-
dientiam, in primo capite ſententiæ, me referente,
die 15. Octobris 1664. in favorem Fratris Armengau-
di de Barutell. Monachi Conventus Sancti Cucufatis
Vallen. Ordinis Divi Benedicti Præpoſiti Pœniten.
contra Juratos, & Syndicum loci de Capellades. Quæ
fuit in gradu ſupplicationis confirmata ad relationem
Magnifici Joſephi Aleny 24. Octoris 1665. Scriba
Ferrer.

7 Intellige 1. dummodo jus tenendi macellum, & facultas ſcindendi, & vendendi publicè carnes, & jus tenendi tabernam, cauponam, tendam, & paneficium, ac ibidem vendendi panem, vinum, oleum, piſcatum, tabachum, aquam vitis, avenam, & alia ſimilia vendi ſolita per Dominum juriſdictionis civilis, nempe mixti imperii fiat abſque aliqua impoſitione, hoc ſpectat ad Dominum Regem, uti de Regalibus, Ramon. *conſ.* 55. *num.* 11. Xammar. *definit.*90. *num.* 2. Ego notavi 2.*deciſ.*148. *n.*97. *verſic.Dummodo*, *par.* 3.

8 Intellige 2. dummodo macellum Domini juriſdictionis civilis, & mixti imperii non ſit fortiatum, hoc eſt cum prohibitione aliorum, Socarrats *in commemorat. Petri Alberti*, *cap. ſi verò*, *poſt num.* 49. Ramon. *conſ.* 55. *num.* 9. Fontanella *deciſ.* 112. *numer.* 7. *paru.* 2. Ego *deciſ.* 148.*num.* 97. *verſi. Dummodo*, *par.* 3. ubi notavi, quod ſi macellum eſt fortiatum, id eſt cum prohibitione aliorum, eſt de Regalibus Domini Regis, Maſtril. *de Magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 18. *numero* 55. ubi tenet non poſſe Barones ſtatuere, quod aliqui macellarii, ſeu apotecharii tantùm poſſint facere, & vendere carnes, panem, vinum, & unus tantùm habeat hoſpitium, ſequitur aliis additis, & duabus deciſionibus noſtri Senatus dierum 24. Aprilis 1554. & 13. Aprilis 1613. Fontanella *deciſ.* 512. *numer.* 2. & 3. *part.* 2. & notarunt Barboſa *in capit. ſignificante*, 69. *numer.* 4. Fermoſin. *numer.* 8. *de appellat.* Novarius, *gravam.* 4. *numer.* 1. *tom.* 1. Sed praxis prævaluit in Cathalonia, jus habendi macellum, & facultatem ſcindendi, & vendendi publicè carnes cum prohibitione aliorum pertinere ad dominum juriſdictionis civilis, ſcilicet mixti imperii, ex Regiis ſententiis dierum 3. Auguſti 1674. & 11. Januarii 1625. *relatis*, *numero* 4. & idem de facultate vendendi panem, vinum, & alia victualia ex Regia ſententia, diei 15. Octobris 1664. confirmata in gradu ſupplicationis 24. Octobris 1665. *tradita*, *numero* 6. videantur Ramon. *conſil.* 55. *toto*, Xammar. *defin.* 90. *à numero primo ad* 5.

9 Intellige 3. niſi Univerſitas uſu, conſuetudine,
aut præſcriptione acquiſiviſſet jus habendi macellum
publicum, ſi quidem Univerſitas, & quilibet alius
uſu, conſuetudine, aut præſcriptione poteſt acqui-
rere jus habendi macellum, & facultatem ſcinden-
di, & vendendi publicè carnes, ut notant Docto-
res *in capit. ſignificante*, 69. *de appellat.* Ripoll.
*var. capit.* 1. *numer.* 143. Fontanella *deciſ.* 501. *nu-
mer.* 10. *part.* 2. Novarius, *gravam.* 74.*numer.* 2. *tom.*
1. Maſtrill. *Magiſtr. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 56. Fermoſin.
*in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, 15. *num.* 7. *de conſtit.*
Adeo † quod poteſt Univerſitas præſcribere per tem- 10
pus immemoriale domino juriſdictionis civilis, &
mixti imperii jus habendi macellum publicum, &
ibidem vendendi publicè carnes, ut notavi *deciſ.*
148. *num.* 97. *verſic. Benè tamen verum eſt*, *par.* 3. ita
in noſtra Regia Audientia in ſecundo capite ſenten-
tiæ fuit deciſum, me referente 15. Octobris 1664.
in favorem Juratorum, & Syndici loci de Capella-
des, contra Fratrem Armengaudum de Barutell. Mo-
nachum Monaſterii Sancti Cucufatis Vallen. Or-
dinis Divi Benedicti, Præpoſiti Pœniten. Domini
juriſdictionis civilis dicti loci de Capellades. Quæ
referente Magnifico Joſepho Aleny 24. Octobris
1665. fuit in gradu ſupplicationis confirmata. Scri-
ba Ferret. Et ſimiliter Univerſitas domino juriſdi-
ctionis civilis, & mixti imperii poteſt præſcribere per
tempus immemoriale jus habendi apothecam publi-
cam, & tabernam publicam, & ibidem vendendi
panem, vinum, oleum, piſcatum, tabachum, aquam
vitis, avenam, & alia ſolita, ut etiam notavi *deciſ.*
148. *num.*97.*in fine*, *par.*3. Novarius *gravam.* 73. *num.*
5. *verſic.Quare*, *tom.* 1. Et ſentit noſter Senatus in ca-
pite primæ ſententiæ, me referente latæ in cauſa Præ-
poſiti Pœniten. Syndicum loci de Capellades, *de qua
ſuprà*, *n.* 6.

Et modo prædicto quatenus continet juriſdictio- 11
nem, nec Clerici, nec laici poſſunt habere publi-
cum macellum, & facultatem ſcindendi, & venden-
di publicè carnes in aliqua Civitate, vel loco, niſi
ad id habeant expreſſum privilegium à Domino Re-
ge in terris Regiis, vel alio ſuperiore habente ju-
riſdictionem civilem, & mixtum imperium in tertiis
Baronum, ut notant Doctores *in cap. ſignificante* 69.
*de appellationib.* ubi Imola, & Panormitan. *numer.* 2.
vel etiam ex longa conſuetudine, vel præſcriptione
illud jus acquiſierint, pro ut modo prædicto acqui.
ri poteſt, *ex tex. in capit. ſuper quibuſdam de verb. ſi-
gnif.* & cum Alberto Brunò tradunt Ripoll. *var. reſol.
cap.* 1. *num.* 144. & 145. *num.* 150. *in fine.* Fermoſin.
*in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ quæſt.* 15. *numero* 9.
& 10. *de conſtit.* Fontanella *deciſ.* 510. & *deciſ.* 511.
*n.* 1. *part.* 2. Ramon.*conſ.*56.

Verùm in hoc Principatu Cathaloniæ ad Admini- 12
ſtratores Civitatum, locorum, & Villarum ex Re-
giis conceſſionibus ſpectat cura proviſionis carnium,
& aliorum victualium, ut fuit declaratum in Regio
Senatu 16. Maji 1528. referentibus Magnificis Dal-
mau & Paſtor, tradit Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 143.
& ex eo Fontanella *deciſ.* 510.*numer.* 9. & 18. *in fine*,
*par.* 2. Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *quæſt.*
15. *num.* 8. *conſtitut. in polit. libr.* 3. *cap.* 3. *numer.* 2.
Avendanno *de exequend. mandat. par.* 1. *cap.* 19. *à nu-
mero* 4. Romaguera in addit ad Conciol. *ad ſtat. Eu-
gubii lib.* 1. *rub.*43. *numer.* 1. & 2. Ramon. *conſ.* 56. *nu-
mero* 25. qui *numero* 26. inquit, prædictam curam ita
eſſe tam pro ſæcularibus, quàm pro Clericis, ſeu
Eccleſiaſticis perſonis, Fontanella alios addit *dec.*
510.*numer.*8.*verſic. Quo beneficio*, & *deciſ.*513.*n.*5.&
6. *part.* 2.

Circa ſecundum modum, dico, quod Capitulum 13
Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum non
habet facultatem tenendi macellum particulare jure
Eccleſiæ, ſeu tanquam Cives Civitatis, in quo non
magis privilegiati ſunt Clerici, quàm alii Cives ſæ-
culares magnam familiam habentes, ut dicunt Ra-
mon. *conſ.* 56. *num.* 24. *in princ.* Fontanella *deciſ.* 510.
*n.* 20. *p.* 2.

Et ſicut Duces, Marchiones, Comites, alii E- 14
quites, vel perſonæ magnæ familiæ poſſunt eme-
re arietes, & in domibus ſuis quoddam macellum

habe-

habere pro dandis portionibus eorum familiæ, ut licet unicuique civi ad proprium uſum occidere ſuos in domo ſua, & agricultori oves ſuas ad uſum proprium, quia hoc modo non dicitur fieri venditio carnium, ſed emptio ad proprium uſum, neque dicitur contra fieri juri Univerſitatum, & aliorum Dominorum macellorum, nec diſtrictui eis competenti, ut optimè tradit Bobadilla *in polit. lib.* 3. *capit.* 4. *numero* 14. quem referunt, & ſequuntur Ripol. *var. capit.* 1. *numer.* 152. Roman. noſter *conſ.* 56. *numer.* 24. Fontanella *deciſ.* 510. *num.* 20. *&* 21. *& deciſ.* 511. *numer.* 28. *par.* 2. Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt.* 15. *num.* 13. *de conſtitut.* Balmaſeda *de collect. quæſt.* 83. *numero* 8. *in fine*.

15 Ita ſimiliter Capitulum Canonicorum, aut Communitas Clericorum poteſt tenere macellum ad uſum proprium, & propriam commoditatem, diviſionem, diſtributionem, & ſuſtentationem tantùm Eccleſiaſticorum, & ſuæ familiæ, ſic Ripoll. *var. reſol. capit.* 1. *numero* 150. *& ſub numer.* 156. Ramon. noſter *conſ.* 56. *numero* 3. 21. 24. *&* 26. *verſic. Ex quo, conſ.* 69. *numero* 6. Fermoſin. *in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, quæſt.* 14. *numero* 4. *de conſtitut.* Thoro *in ſuppl. deciſ. verbo Caupona, in fine, fol.* 77. Fontanella *dec.* 410. *numer.* 19. qui *numer.* 22. teſtatur, hanc Doctrinam ſequitur inconcuſsè in Cathalonia, & ejus prætextu, & in illius conformitate fuiſſe in ea promulgatas diverſas ſententias pro Eccleſiis, Eccleſiaſticiſque perſonis, ſignanter in una quam refert in favorem Syndici Capituli Eccleſiæ Barcinonæ contra Civitatem, *& dec.* 515. *n.* 20. *verſic. Ad quod, p.* 2. ita fuit pluries declaratum in hoc Principatu, tam per Regios Cancellarios, quàm per noſtrum Regium Senatum, ut videbis in declarationibus in hac deciſione referendis. Et quod Conventus pro ſuis Religioſis poſſint ad uſum tantùm proprium emere arietes, & tenere macellum ad uſum proprium, tradunt Bobadilla, Ripoll. & Fermoſin. *locis citatis, n.* 14.

16 Et in his terminis ſunt intelligenda jura *in cap. ſignificante 69. de appellat. & clement. 2. de vita, & honeſtate Clericorum*, & intelligendi ſunt Doctores, qui ex eis colligunt, quod Clerici poſſunt tenere macellum, & habere jus vendendi carnes, Tiraquell. *de Nobilitate, capit.* 27. *num.* 8. Boer. *deciſ.* 125. *numer.* 4. Barboſa *in capit. ſignificante* 69. *numero* 2. ubi Fermoſin. *num.* 5. *de appellat.* idem Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt.* 15. *numer.* 6. *de conſtitut.* Pereyra *de man. Regia, par.* 2. *cap.* 36. *numer.* 1. *verſic. Deinde, prope finem*, Balmaſeda *de collect. quæſt.* 83. *numer.* 6. Fontanella *deciſ.* 510. *numero* 5. *part.* 2. ut procedant quoad proprium uſum, & propriam ſuſtentationem, diviſionem, diſtributionem, & comoditatem tantùm Eccleſiaſticorum, Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 150. Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt.* 15. *num.* 4. *&* 11. *de conſtit.* Vel niſi macellum habeant ex privilegio à legitimo ſuperiore conceſſo, aut uſu, conſuetudine, vel præſcriptione acquiſitum, idem Ripoll. & Fermoſin. locis proximè citatis Fontanella *dec.* 611. *n.* 2. *par.* 2.

17 Ampliatur 1. ut Jurati, Patiarii, ſeu Conſules Civitatis, aut Villæ non poſſunt impedire ingreſſus pecorum Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum in Civitatem, & Villam, & ſi prohibeant; cognitio cauſæ prohibitionis hujuſmodi ingreſſus pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Fontanet, & Torner 4. Julii 1602. in favorem Communitatis Presbyterorum Villæ Caſtilionis Empuriarum contra Syndicum dictæ Villæ, his verbis: Firmæ juris factæ in Curia ſæculari per Syndicum dictæ Villæ, quoad prohibitionem ingreſſus pecorum dictæ Communitatis Presbyterorum intus dictam Villam Caſtilionis Empuriarum locum non fuiſſe, nec eſſe, ſed cognitionem dictæ cauſæ quoad præfatam prohibitionem tantum ad Curiam Eccleſiaſticam pertinere, & ſpectare.

18 Ampliatur 2. ut Patiarii, Conſules, & Jurati non poſſunt prohibere, quod nullus lanio ſcindat carnes in macello Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum, nec prohibere, quod nullus paſtor cuſtodiat greges Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum, ad Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 6. *ſect.* 20. *&* 21. *& c.* 8. *dub.* 8. *& de parlament. dub.* 30. *ſect.* 20. *&* 21. Novarius *in prag.* 1. *collect.* 3. *numer.* 19. *de Baron.* & alios citatos *ſuprà*, *deciſ.* 207. *num.* 37. Sed ſi Civitas, aut Villa prohibeant, quod nullus lanio ſcindat carnes in macello Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum, & quod nullus paſtor cuſtodiat greges Capituli Canonicorum, ſeu communitatis Clericorum cognitio hujus prohibitionis pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum. Sic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Puigmari 27. Junii 1626. in favorem, Capituli, & Canonicorum Sedis Dertuzæ contra Subvicarium, & Patiarios dictæ Civitatis, ratione preconii, quod prohibebatur ſub pœnis 25. librarum, carceris, & aliarum pœnarum, ne nullus lanio, ſivè quælibet alia perſona ſcinderet carnes in macello dicti Capituli, nec etiam quod nullus paſtor cuſtodiret greges ejuſdem Capituli his verbis, Firmæ juris factæ in Curia ſæculari locum non fuiſſe, nec eſſe. Et per eundem Cancellarium Puigmari, eodem die, 27. Junii 1626. eiſdem verbis, in favorem Capituli, & Canonicorum Sedis Dertuzæ, contra Locum Tenentem Bajuli Regii dictæ Civitatis.

Ampliatur 2. ut Conſules, Jurati, & Patiarii non poſſunt impedire Clericos, & eorum familiam, emere carnes in macello Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum, aliter impedientes Clericos, & eorum familiam emere carnes in macello Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum conveniendi ſunt in Curia Eccleſiaſtica. Ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Loris, Conſultoribus Sala, & Tamarit, 23. Novembris 1557. Et per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Senjuſt, Puigmari, Ferruz, & Rubi Coll. 7. Septembris 1609. Et per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Ramon, Guerau, & Rubi de Marymon 2. Februarii 1630. quas declarationes infra referam, *n.* 22. 25. *&* 26. 19

Et quemadmodum Capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum poteſt tenere macellum ad uſum proprium, & propriam diviſionem, diſtributionem, ſuſtentationem, commoditatem ipſorum, & eorum familiæ, Ita pariter poſſunt in Civitate, & Villa immittere piſces ad diſtributionem, & proprium uſum Eccleſiaſticorum, ejuſque cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum: Sic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Aſtor, Senjuſt, Roca, & Aguilò 16. Decembris 1622. *ut infrà, dec.* 217. *n.* 1. 20

Et ſi lanio macelli Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum, vel piſcatorius Communitatis Presbyterorum vendat carnes, aut piſces Eccleſiaſticis pro eorum diviſione, & diſtributione, utaturque falſis ponderibus, & menſuris, quamvis non ſignatis, non poteſt ab Ædili, ſeu alio Judice ſæculari puniri, ſed cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, ut fuit declaratum in Cathalonia per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Dalmau, Ferrer, Senjuſt, Mijavila, Franqueſa, & Ferruz 19. Octobris 1612. quam declarationem trado *deciſ.* 207. *n.* 43. *& deciſ.* 217. *n.* 2. 21

Limita 1. ut procedat, quoad diviſionem, diſtributionem, commoditatem, & ſuſtentationem Eccleſiaſticorum, & ſuæ familiæ, poteſt Capitulum Canonicorum, ſeu communitas Clericorum habere macellum ad proprium uſum Clericorum? ſecus verò pro vendendis carnibus indiſtinctim omnibus, tam Clericis, quàm laicis, quo caſu Capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum non poteſt tenere macellum pro ſcindendis, & vendendis carnibus laicis, Fontanella *deciſ.* 510. *numero* 17. *& deciſ.* 515. *numero* 20. *verſic. Et licet, parte ſecunda* Et alii citati *numero undecimo* Et tunc cognitio pertinet ad Judicem ſæcularem, ſic in Cathalonia per Cancellarium Loris, Conſultoribus 22

Sala, & Tamarit 23. Novembris 1577. in facto contentionis ortæ inter Curiam ſæcularem Gerundæ, ex una, & Curiam Eccleſiaſticam ejuſdem Civitatis ex altera, ſuper juris firma in dicta Curia Eccleſiaſtica facta per Stephanum Puig, Presbyterum occaſione quarundam empararum & aliorum procedimentorum in dicta Curia Eccleſiaſtica factorum contra Balditium Vilar Carnicerium, ſive macellarium macelli Clericorum dictæ Civitatis, ad inſtantiam Joannis Domenech fabri lignarii arrendatoris juris impoſitionis carnium, & Petri Vives arrendatoris juris mercantiarum Gerundæ, fuit declaratum, cognitionem cauſæ, ſeu cauſarum, empararum factarum per Curiam ſæcularem Gerundæ, inſtantibus dictis Joanne Domenech, & Petro Vives pecuniis, & rebus dicti Baldirii Vilar laici, exiſtentibus pænès Michaelem N, Blancherium laicum, & fraudum quæ committi prætenditur per dictum Vilar laicum vendendo carnes laicis, dictarum carnium pelles prædictis laicis venditarum, ad dictam Curiam ſæcularem pertinere, & ſpectare, & in ea fore, & eſſe tractandam, & fine debito terminandam, Sine tamen prejudicio libertatis Eccleſiaſticæ in venditione carnium facta, ſeu facienda perſonis Eccleſiaſticis, & illarum familiæ tantùm, & pellium dictarum carnium perſonis Eccleſiaſticis venditarum, quarum cognitio ad dictam Curiam Eccleſiaſticam pertinet, & ſpectat. Et per eundem Cancellarium Loris, Conſultoribus Quintana, & Puig 18. Januarii 1578. contra Joannem Roan macellarium, & in macello perſonarum Eccleſiaſticarum Ilerdæ carnes ſcindentem, captum pro crimine injuriæ verbalis prolatæ in perſonas Vicarii, & Patiariorum Ilerdæ tempore quo dicto Joanni Roan pro parte Curiæ Vicarii, & Patiariorum dictæ Civitatis intimatum in ſcriptis fuit quoddam præceptum, ne alicui perſonæ laicæ venderet carnes, quæ in macello noviter erecto in vim Regiæ ſententiæ latæ in favorem Syndici Capituli Sedis Ilerdæ venduntur perſonis Eccleſiaſticis, propterea quod in dicto macello carnes perſonis laicis contra diſpoſitionem Regiæ ſententiæ vendere non dubitavit, & proinde ratione propriæ culpæ, tranſgreſſionis ſcilicet dictæ Regiæ ſententiæ, & commiſſi adverſus dictum Vicarium, & Patiarios captus extitit, fuit declaratum his verbis: firmæ juris in dicta Curia Eccleſiaſtica factæ per dictum Joannem Roan ad ſcindendas carnes in dicto macello conductum locum non fuiſſe, nec eſſe, ſed hujuſmodi caſus cognitionem in occurrenti caſu ad Curiam ſæcularem pertinere, & ſpectare. Ita tamen quod non liceat Curiæ ſæculari in fraudem, ſivè æmulationem libertatis Eccleſiaſticæ, & juris ex ſententia Regia ſuper tenendo macello perſonis Eccleſiaſtici, & eorum familiæ acquiſiti quidquam directe, vel indirectè facere, ſeu attentare. Et per Cancellarium Rovirola Conſultoribus Fontanet, & Calba de Valleſca 7. Junii 1603. in favorem Jacobi Roſich Ædilis Villæ Aqualatæ contra Communitatem Presbyterorum ejuſdem Villæ ſuper executione facta per dictum Ædilem, contra Arnaldum Rius paſtorem gregis dictæ Communitatis Presbyterorum, contra prohibitionem, & præconium factum in dicta Villa per Bajulos illius, ut nullus emere præſumeret carnes, neque ſumptas introducere intus dictam Villam ab aliis quàm à macellis publicis conceſſis per Conſiliarios illius.

23 Ampliatur 1. hæc 1. limitatio, ut Ædilis, ſeu alius Judex ſæcularis poſſit cognoſcere de fraudibus, quas committit lanio, ſeu macellarius Capituli Canonicorum, aut Communitatis Clericorum vendens carnes laicis, & dictum lanionem pignorare pro pœna per præconium impoſita, ita fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Loris, Conſultoribus Sala, & Tamarit 23. Novembris 1577. quam tradidi ſuprà, à *n.* 22.

24 Ampliatur 2. hæc 1. limitatio, ut Ædilis, ſeu alius Judex ſæcularis poſſit pignorare laicos ementes carnes in macellò Capituli Canonicorum, aut Communitatis Clericorum contra prohibitionem præconii, ad Fontanel. *deciſ.* 515. *numer.* 20. *verſic. Et licet, part.* 2. etiam ſi laici eſſent paſtores gregis Capituli Canonicorum, vel Communitatis Clericorum, ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Fontanet, & Calba de Vallſeca 7. Julii 1603. quam tradidi ſuprà, *n.* 12. *in fine*.

25 Sub limitatur 2. hæc 1. limitatio, ſi laicis qui emunt carnes in macello Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, ut ſunt procuratores Fiſcales Curiæ Eccleſiaſticæ; nam iſti poſſunt emere carnes in macello Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum, abſque incurſu pœnæ, & cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, ita fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Ramon, Guerau, & Rubi de Marimon 1. Februarii 1630. de qua declaratione latè ſcripſit Fontanella *dec.* 336. 337. *&* 338. *p.* 2. eamque tradidi *dec. n.* 32. *in fine, par.* 4.

26 Sublimitatur 2. hæc 1. limitatio, ſi laici ſunt arrendatarii macelli Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum, & ſoliti ſint aſportare, & accipere carnem ab hujuſmodi macello, per ædilem, aut Judicem ſæcularem pignorari non poſſunt, & cognitio ad Judicem Eccleſiaſticum pertinet. Sic fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Senjuſt, Puigmijà, Ferruz, & Rubi, Coll. 3. Septembris 1609. in favorem Priorum Confratriæ Sancti Nicolai Communitatis Villæ Cervariæ, contra Ædiles ejuſdem Villæ ſuper apprehenſione carnis facta per dictos Ædiles à quadam famula Franciſci Bru arrendatoris macelli dictæ Communitatis Presbyterorum, quæ dictam carnem à dicto macello pro alimonia domus dicti Bru aſportabat, & ſuper pignoratione per dictos Ædiles inde ſubſequuta contra dictum Arrendatorem in præjudicium poſſeſſionis, in qua erat dicta Communitas, quod illius arrendatores ſoliti fuerant pro illis, & illorum familia accipere carnem à dicto macello dictæ Communitatis Eccleſiæ Villæ Cervariæ.

27 Sublimitatur 3. hæc 1. limitatio ut pœna impoſita per ſtatutum Civitatis, aut Villæ contra lanionem, ſeu macellarium laicum macelli Capituli Canonicorum, vel Communitatis Clericorum vendentem laicis debet eſſe moderata; aliàs ſi eſt immoderata, revocari debet, & exequi non poteſt, ad Cancer. *parte* 3. *var. cap.* 12. *numer.* 235. Xammar. *de offic. judic. part.* 1. *quæſt. à numer.* 4. Novarius, *grava* 51. *numer.* 5. *&* 6. & quomodo intelligatur verbum moderatè, explicat *numero* 7. latè Farinac. *in praxi, part. prima, quæſt.* 18. *à numer.* 29. Reg. Vico *ad pragm. Regni Sardin. tom.* 1. *titul.* 17. *capitul.* 17. *& tom.* 2. *titul.* 45. *capitul.* 4. *numer.* 2. ejuſque cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum. Ita in Cathalonia per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Beſturs, & Llorens 1. Julii 1631. occaſione firmæ juris in Curia Eccleſiaſtica Ilerdo factæ per Capitulum Canonicorum Sedis Ilerdæ, & Petrum Senallach macellarium dicti Capituli, occaſione mandati contra dictum Senallach per patiarios Civitatis Ilerdæ ad inſtantiam Syndici dictæ Civitatis Ilerdæ facti, ne carnes ſcinderet perſonis laicis dictæ Civitatis ſub pœna centum ſolidorum, aut centum verberum. Fuit declaratum, his verbis, firmæ juris in dicta Curia Eccleſiaſtica facta per Capitulum, & Canonicos Sedis Ilerdæ, & dictum Petrum Sanallach macellarium ejuſdem, locum fuiſſe, & eſſe.

28 Sublimitatur 4. hæc 1. limitatio, ut lanio, ſeu macellarius laicus macelli Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum pignorari non poſſit ab Ædili, ſeu alio Judice ſæculari, etiamſi vendat capita arietum majori pretio, quàm venduntur per laniones Civitatis, aut Villæ, & cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, ſic fuit deciſum per Cancellarium

rium

rium Agullana, Conſultoribus Peguera, Senjuſt, Magarola, Puigmija, Ferruz, & Lover 12. Decembris 1608. in favorem Capituli Barcinonæ contra Gaſparem Montaner Ædilem dictæ Civitatis, pro recuperatione pignorum captorum Guillelmo Romani lanioni, ſive macellario carnium ad ſervitium Capituli Eccleſiæ Barcinonæ, ex eo quod vendiderat capita arietum majori pretio, quàm vendebantur per laniones, ſivè macellarios Civitatis Barcinonæ, ex ordine eis per eandem Civitatem injuncto. Bona limitatio ſi vera eſt, contrariatur tamen dictis *deciſ.* 207. *n.* 21. 22. 23. & 24.

29 Sublimitatur 5. hæc 1. limitatio, ut procedat in partibus, in quibus cura carnis, & proviſionis illius ex privilegio, vel conſuetudine, aut aliàs privativè ad alios, ſpectat ad Univerſitatem, ſeu ad alium, nam tunc non poſſunt Clerici in præjudicium hujus diſtrictus habere publica macella ad vendendum carnes indiſtinctè tam Clericis, quàm laicis? ſecus ſi eſſemus in partibus, ubi omnes alii quicumque vellent, carnes venderent, non prohiberetur Clericis, Eccleſiaſticiſque perſonis vendere omnibus carnes, ſive Clericis, ſive laicis, quia non debent eſſe deterioris conditionis quàm reliqui, Fontanella *deciſ.* 510. *numer.* 18. ubi addit, quod in Cathalonia nullus eſt locus, ubi omnibus omnino ſit permiſſum vendere carnes, ſed ſolùm Univerſitatibus, & his, qui à legitimis ſuperioribus, aut aliàs habent jus habendi macella, & ſic nullibi in Cathalonia perſonis Eccleſiaſticis permittitur habere publica macella ad vendendum carnes laicis, *parte ſecunda*, vide tradita ſupra, *numero* 11. & 12.

30 Sublimitatur 6. hæc 1. limitatio, ut procedat, ſi conſtet lanionem, ſeu macellarium macelli Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum vendere carnes laicis; ſecus ſi non conſtet, ſic in Cathalonia reſpectu proviſionis nivis per Cancellarium Sunjer, Conſultoribus Balaguer Roca, & Julià, & Pinnana 10. Maji 1663. occaſione firmæ juris in Curia Regia Gerundæ factæ per Didacum Puig Syndicum, & Petrum Carreres Ædilem dictæ Civitatis, & Procuratorem Fiſcalem ejuſdem Curiæ, procedimentis in Curia Eccleſiaſtica Gerundæ contra dictum Petrum Carreres factis, inſtantibus Procuratore Fiſcali dictæ Curiæ Eccleſiaſticæ, Syndico Capituli Canonicorum Sedis Gerundæ, & Franciſco Maſso caupone, proviſione nivis pro dicto Capitulo, & perſonis Eccleſiaſticis, ad effectum recuperandi à dicto Petro Carreres Ædili pignora per eum apprehenſa à domo dicti Maſsò, ubi nivis vendebatur, ex quo (ut aſſeritur) dictus Franciſcus Maſsò æquè perſonis ſæcularibus, & Eccleſiaſticis nivem vendebat, & quidem iu magno exceſſu, contra ordinationes, & præconia dictæ Civitatis. Fuit declaratum, his verbis firmæ juris in dicta Curia Regia Gerundæ per dictos Didacum Puig Syndicum, & Petrum Carreres Ædilem dictæ Civitatis, & Fiſci Procuratorem ejuſdem Regiæ Curiæ Gerundæ locum non fuiſſe, nec eſſe.

31 Limitatur 2. ſi Capitulum Canonicorum habeat macellum in vim Regiæ ſententiæ, ad effectum ut in eo vendantur carnes ad uſum tantùm Eccleſiaſticarum perſonarum in Civitate degentium, & dictas carnes emere volentium, non poſſunt Communitates Presbyterorum in Civitate degentes habere aliud macellum, ut in eo vendantur carnes pro ſuſtentatione Eccleſiaſticarum perſonarum, & ſi tale petunt, ſilentium imponitur. Sic fuit in Regia Audientia Cathaloniæ deciſum in ſecundo capite ſententiæ latæ, me referente 21. Junii 1659. in favorem Syndici Civitatis Barcinonæ, contra Communitates Presbyterorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum Collegii S. Severi, Eccleſiarum Parochialium dictæ Civitatis. Scriba Fores, & Montagut.

32 Limitatur 3. ſi Clerici haberent proprios arietes, aut alia pecora ex ſuis dignitatibus, & Præbendis, poſſunt eos, & ea vendere ad groſſum, & minutim, quibuſcumque perſonis, tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus emere volentibus, Fontanella *deciſ.* 511. *num.* 3. *par.* 2. vide ſuprà, tradita *deciſ.* 207. *à n.* 14.

Limitatur 4. ſi facta diviſione, & diſtributione carnis inter Eccleſiaſticos aliquid ſupereſt macello Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum, poteſt lanio, ſeu macellarius hujus macelli carnes, quæ ſuperſunt, vendere laicis, ut dixi *deciſ.* 206. *à numero* 6. cum intelligentiis, & modificationibus ibidem traditis, *numero* 20. 21. & 22. 33

Sed cui judici pertineat cognitio, an Capitulum Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum poſſit tenere macellum ad ſcindendas carnes ad uſum proprium, & propriam commoditatem, diviſionem, diſtributionem, & ſuſtentationem Eccleſiaſticorum, & ſuæ familiæ, Eccleſiaſtico, vel ſæculari? Reſp. quod non ſolùm in petitorio pertinet judici ſæculari contra Univerſitates laicas, ſequendo earum forum, ita Fontanella *deciſ.* 213. *numer.* 8. *par.* 1. ita fuit obſervatum per noſtrum Senatum Regia ſententia lata in favorem Syndici Capituli Sedis Ilerdæ, contra Civitatem, de qua fit mentio in declaratione Cancellarii Loris, relata ſuprà, *ſub numero* 12. & Regia ſententia lata in favorem Syndici Capituli Sedis Barcinonæ contra Civitatem, referente Nobili Petro Soler die 27. Octobris 1615. quæ fuit in gradu ſupplicationis confirmata, referente Egregio Senatore Hieronymo Senjuſt die 30. Januarii 1617. Actuario Ribes, refert Fontanella *deciſ.* 510. *numero* 22. *parte* 2. Sed etiam in poſſeſſorio, ut habetur in proviſione manutentionis in favorem Capituli, & Canonicorum Sedis Dertuzæ, contra Civitatem factam per Doctiſſimum Hyppolitum Montaner Regium Senatorem 18. Maji 1623. refert Ramon *conſ.* 56. 57. 58. & 59. *ſignanter conſil.* 59. *in fine*. Fontanella *deciſ.* 333. *num.* 8. & *deciſ.* 334. *n.* 9. *par.* 2. & recitatur in declaratione facta per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Roca, Beſturs, & Rubi de Marimo. 10. Septembris 1629. quam refero infra, *deciſ.* 242. *ſub num.* 20. & proviſio facta per dictum Montaner, fuit per Senatum in cauſa ſupplicationis confirmata, teſtatur Fontanella *deciſ.* 516. *par.* 2. 34

Taxatio ſimiliter numeri arietum, qui ſingulis diebus ſcindi poſſunt in Macello Capituli, ſeu Communitatis Clericorum ad uſum proprium, & ſuſtentationem Eccleſiaſticorum fit per Judicem ſæcularem, ut habetur in dicta Regia ſententia lata in favorem Syndici Capituli Eccleſiæ Barcinonæ contra Civitatem, referente Nobili Petro Soler 27. Octobris confirmata, referente Egregio Senatore Hieronymo. Senjuſt. 30. Januarii 1617. tradit Fontanella *deciſ.* 510. *numero* 23. *par.* 2. & in Regia ſententia lata, referente dicto Nobili Petro Soler, ad effectum ſcindendi in macello Capituli Sedis Barcinonæ, pro tunc, & ſalva ulteriori taxatione majoris, vel minoris numeri taxatos fuiſſe quindecim arietes pro qualibet die, præſtita priùs per Syndicum Capituli idonea cautione de ſcindendis, & ſcindere faciendis in dicto macello qualibet die dictos quindecim arietes pro ſuſtentatione dictarum perſonarum Eccleſiaſticarum. Et latè refertur in ſecundo capite ſententiæ, me referente latæ 21. Junii 1659. in favorem Syndici Civitatis Barcinonæ, contra Communitates Presbyterorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum Sancti Severi, & Eccleſiaſticarum perſonarum dictæ Civitatis. Scriba Fores, & Montagut. Quidquid involvat id factum fuiſſe ex cauſa mutuæ petitionis, Fontanella *deciſ.* 511. *à numero* 7. *parte* 2. 36

Sala, & Tamarit 23. Novembris 1577. in facto contentionis ortæ inter Curiam ſæcularem Gerundæ, ex una, & Curiam Eccleſiaſticam ejuſdem Civitatis ex altera., ſuper juris firma in dicta Curia Eccleſiaſtica facta per Stephanum Puig, Presbyterum occaſione quarundam emprarum & aliorum procedimentorum in dicta Curia Eccleſiaſtica factorum contra Balditium Vilar Carnicerium, ſive macellarium macelli Clericorum dictæ Civitatis, ad inſtantiam Joannis Domenech fabri lignarii arrendatoris juris impoſitionis carnium, & Petri Vives arrendatoris juris mercantiarum Gerundæ, fuit declaratum, cognitionem cauſæ, ſeu cauſarum, empararum factarum per Curiam ſæcularem Gerundæ, inſtantibus dictis Joanne Domenech, & Petro Vives pecuniis, & rebus dicti Baldirii Vilar laici, exiſtentibus pænès Michaelem N, Blancherium laicum, & fraudum quæ committi prætenditur per dictum Vilar laicum vendendo carnes laicis, dictarum carnium pelles prædictis laicis venditarum, ad dictam Curiam ſæcularem pertinere, & ſpectare, & in ea fore, & eſſe tractandam, & fine debito terminandam, Sine tamen præjudicio libertatis Eccleſiaſticæ in venditione carnium facta, ſeu facienda perſonis Eccleſiaſticis, & illarum familiæ tantùm, & pellium dictarum carnium perſonis Eccleſiaſticis venditarum, quarum cognitio ad dictam Curiam Eccleſiaſticam pertinet, & ſpectat. Et per eundem Cancellarium Loris, Conſultoribus Quintana, & Puig 18. Januarii 1578. contra Joannem Roan macellarium, & in macello perſonarum Eccleſiaſticarum Ilerdæ carnes ſcindentem, captum pro crimine injuriæ verbalis prolatæ in perſonas Vicarii, & Patiariorum Ilerdæ tempore quo dicto Joanni Roan pro parte Curiæ Vicarii, & Patiariorum dictæ Civitatis intimatum in ſcriptis fuit quoddam præceptum, ne alicui perſonæ laicæ venderet carnes, quæ in macello noviter erecto in vim Regiæ ſententiæ latæ in favorem Syndici Capituli Sedis Ilerdæ venduntur perſonis Eccleſiaſticis, propterea quod in dicto macello carnes perſonis laicis contra diſpoſitionem Regiæ ſententiæ vendere non dubitavit, & proinde ratione propriæ culpæ, tranſgreſſionis ſcilicet dictæ Regiæ ſententiæ, & commiſſi adverſus dictum Vicarium, & Patiarios captus extitit, fuit declaratum his verbis: firmæ juris in dicta Curia Eccleſiaſtica factæ per dictum Joannem Roan ad ſcindendas carnes in dicto macello conductum locum non fuiſſe, nec eſſe, ſed hujuſmodi caſus cognitionem in occurrenti caſu ad Curiam ſæcularem pertinere, & ſpectare. Ita tamen quod non liceat Curiæ ſæculari in fraudem, ſivè æmulationem libertatis Eccleſiaſticæ, & juris ex ſententia Regia ſuper tenendo macello perſonis Eccleſiaſtici, & eorum familiæ acquiſiti quidquam directe, vel indirectè facere, ſeu attentare. Et per Cancellarium Rovirola Conſultoribus Fontanet, & Calba de Valleſca 7. Junii 1603. in favorem Jacobi Roſich Ædilis Villæ Aqualatæ contra Communitatem Presbyterorum ejuſdem Villæ ſuper executione facta per dictum Ædilem, contra Arnaldum Rius paſtorem gregis dictæ Communitatis Presbyterorum, contra prohibitionem, & præconium factum in dicta Villa per Bajulos illius, ut nullus emere præſumeret carnes, neque ſumptas introducere intus dictam Villam ab aliis quàm à macellis publicis conceſſis per Conſiliarios illius.

23 Ampliatur 1, hæc 1, limitatio, ut Ædilis, ſeu alius Judex ſæcularis poſſit cognoſcere de fraudibus, quas committit lanio, ſeu macellarius Capituli Canonicorum, aut Communitatis Clericorum vendens carnes laicis, & dictum lanionem pignorare pro pœna per præconium impoſita, ita fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Loris, Conſultoribus Sala, & Tamarit 23. Novembris 1577. quam tradidi ſuprà, à *n.* 22.

24 Ampliatur 2. hæc 1. limitatio, ut Ædilis, ſeu alius Judex ſæcularis poſſit pignorare laicos ementes carnes in macello Capituli Canonicorum, aut Communitatis Clericorum contra prohibitionem præconii, ad Fontanel. *deciſ.* 515. *numer.* 20. *verſic. Et licet, part.* 2. etiam ſi laici eſſent paſtores gregis Capituli Canonicorum, vel Communitatis Clericorum, ſic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Fontanet, & Calba de Vallſeca 7. Julii 1603. quam tradidi ſuprà, *n.* 12. *in fine*.

Sub limitatur 2. hæc 1. limitatio, ſi laicis qui emunt carnes in macello Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, ut ſunt procuratores Fiſcales Curiæ Eccleſiaſticæ; nam iſti poſſunt emere carnes in macello Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum, abſque incurſu pœnæ, & cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, ita fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Ramon, Guerau, & Rubi de Marimon 1. Februarii 1630. de qua declaratione latè ſcripſit Fontanella *dec.* 336. 337. *&* 338. *p.* 2. eamque tradidi *dec. n.* 32. *in fine, par.* 4. 25

Sublimitatur 2. hæc 1. limitatio, ſi laici ſunt arrendatarii macelli Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum, & ſoliti ſint aſportare, & accipere carnem ab hujuſmodi macello, per ædilem, aut Judicem ſæcularem pignorari non poſſunt, & cognitio ad Judicem Eccleſiaſticum pertinet. Sic fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Senjuſt, Puigmijà, Ferruz, & Rubi, Coll. 3. Septembris 1609. in favorem Priorum Confratriæ Sancti Nicolai Communitatis Villæ Cervariæ, contra Ædiles ejuſdem Villæ ſuper apprehenſione carnis facta per dictos Ædiles à quadam famula Franciſci Bru arrendatoris macelli dictæ Communitatis Presbyterorum, quæ dictam carnem à dicto macello pro alimonia domus dicti Bru aſportabat, & ſuper pignoratione per dictos Ædiles inde ſubſequuta contra dictum Arrendatorem in præjudicium poſſeſſionis, in qua erat dicta Communitas, quod illius arrendatores ſoliti fuerant pro illis, & illorum familia accipere carnem à dicto macello dictæ Communitatis Eccleſiæ Villæ Cervariæ. 26

Sublimitatur 3. hæc 1. limitatio ut pœna impoſita per ſtatutum Civitatis, aut Villæ contra lanionem, ſeu macellarium laicum macelli Capituli Canonicorum, vel Communitatis Clericorum vendentem laicis debet eſſe moderata; aliàs ſi eſt immoderata, revocari debet, & exequi non poteſt, ad Cancer. *parte* 3. *var. cap.* 12. *numer.* 235. Xammar. *de offic. judic. part.* 1. *quæſt. à numer.* 4. Novarius, *grava* 51. *numer.* 5. *&* 6. & quomodo intelligatur verbum moderatè, explicat *numero* 7. latè Farinac. *in praxi, part. prima, quæſt.* 18. *à numer.* 29. Reg. Vico *ad pragm. Regni Sardin. tom.* 1. *titul.* 17. *capitul.* 17. *& tom.* 2. *titul.* 45. *capitul.* 4. *numer.* 2. ejuſque cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum. Ita in Cathalonia per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Beſturs, & Llorens 1. Julii 1631. occaſione firmæ juris in Curia Eccleſiaſtica Ilerdo factæ per Capitulum Canonicorum Sedis Ilerdæ, & Petrum Senallach macellarium dicti Capituli, occaſione mandati contra dictum Senallach per patiarios Civitatis Ilerdæ ad inſtantiam Syndici dictæ Civitatis Ilerdæ facti, ne carnes ſcinderet perſonis laicis dictæ Civitatis ſub pœna centum ſolidorum, aut centum verberum. Fuit declaratum, his verbis, firmæ juris in dicta Curia Eccleſiaſtica facta per Capitulum, & Canonicos Sedis Ilerdæ, & dictum Petrum Sanallach macellarium ejuſdem, locum fuiſſe, & eſſe. 27

Sublimitatur 4. hæc 1. limitatio, ut lanio, ſeu macellarius laicus macelli Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum pignorari non poſſit ab Ædili, ſeu alio Judice ſæculari, etiamſi vendat capita arietum majori pretio, quàm venduntur per laniones Civitatis, aut Villæ, & cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, ſic fuit deciſum per Cancella- 28

rium

rium Agullana, Conſultoribus Peguera, Senjuſt, Magarola, Puigmija, Ferruz, & Lover 12. Decembris 1608. in favorem Capituli Barcinonæ contra Gaſparem Montaner Ædilem dictæ Civitatis, pro recuperatione pignorum captorum Guillelmo Romani lanioni, ſive macellario carnium ad ſervitium Capituli Eccleſiæ Barcinonæ, ex eo quod vendiderat capita arietum majori pretio, quàm vendebantur per laniones, ſivè macellarios Civitatis Barcinonæ, ex ordine eis per eandem Civitatem injuncto. Bona limitatio ſi vera eſt, contrariatur tamen dictis *deciſ.* 207. *n.* 21. 22. 23. *&* 24.

29 Sublimitatur 5. hæc 1. limitatio, ut procedat in partibus, in quibus cura carnis, & proviſionis illius ex privilegio, vel conſuetudine, aut aliàs privativè ad alios, ſpectat ad Univerſitatem, ſeu ad alium, nam tunc non poſſunt Clerici in præjudicium hujus diſtrictus habere publica macella ad vendendum carnes indiſtinctè tam Clericis, quàm laicis? ſecus ſi eſſemus in partibus, ubi omnes alii quicumque vellent, carnes venderent, non prohiberetur Clericis, Eccleſiaſticiſque perſonis vendere omnibus carnes, ſive Clericis, ſive laicis, quia non debent eſſe deterioris conditionis quàm reliqui, Fontanella *deciſ.* 510. *numer.* 18. ubi addit, quod in Cathalonia nullus eſt locus, ubi omnibus omnino ſit permiſſum vendere carnes, ſed ſolùm Univerſitatibus, & his, qui à legitimis ſuperioribus, aut aliàs habent jus habendi macella, & ſic nullibi in Cathalonia perſonis Eccleſiaſticis permittitur habere publica macella ad vendendum carnes laicis, *parte ſecunda*, vide tradita ſupra, *numero* 11. *&* 12.

30 Sublimitatur 6. hæc 1. limitatio, ut procedat, ſi conſtet lanionem, ſeu macellarium macelli Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum vendere carnes laicis; ſecus ſi non conſtet, ſic in Cathalonia reſpectu proviſionis nivis per Cancellarium Sunjer, Conſultoribus Balaguer Roca, & Julià, & Pinnana 10. Maji 1663. occaſione firmæ juris in Curia Regia Gerundæ factæ per Didacum Puig Syndicum, & Petrum Carreres Ædilem dictæ Civitatis, & Procuratorem Fiſcalem ejuſdem Curiæ, procedimentis in Curia Eccleſiaſtica Gerundæ contra dictum Petrum Carreres factis, inſtantibus Procuratore Fiſcali dictæ Curiæ Eccleſiaſticæ, Syndico Capituli Canonicorum Sedis Gerundæ, & Franciſco Maſſo caupone, proviſione nivis pro dicto Capitulo, & perſonis Eccleſiaſticis, ad effectum recuperandi à dicto Petro Carreres Ædili pignora per eum apprehenſa à domo dicti Maſsò, ubi nivis vendebatur, ex quo (ut aſſeritur) dictus Franciſcus Maſsò æquè perſonis ſæcularibus, & Eccleſiaſticis nivem vendebat, & quidem in magno exceſſu, contra ordinationes, & præconia dictæ Civitatis. Fuit declaratum, his verbis firmæ juris in dicta Curia Regia Gerundæ per dictos Didacum Puig Syndicum, & Petrum Carreres Ædilem dictæ Civitatis, & Fiſci Procuratorem ejuſdem Regiæ Curiæ Gerundæ locum non fuiſſe, nec eſſe.

31 Limitatur 2. ſi Capitulum Canonicorum habeat macellum in vim Regiæ ſententiæ, ad effectum ut in eo vendantur carnes ad uſum tantùm Eccleſiaſticarum perſonarum in Civitate degentium, & dictas carnes emere volentium, non poſſunt Communitates Presbyterorum in Civitate degentes habere aliud macellum, ut in eo vendantur carnes pro ſuſtentatione Eccleſiaſticarum perſonarum, & ſi tale petunt, ſilentium imponitur. Sic fuit in Regia Audientia Cathaloniæ deciſum in ſecundo capite ſententiæ latæ, me referente 21. Junii 1659. in favorem Syndici Civitatis Barcinonæ, contra Communitates Presbyterorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum Collegii S. Severi, Eccleſiarum Parochialium dictæ Civitatis. Scriba Fores, & Montagut.

32 Limitatur 3. ſi Clerici haberent proprios arietes, aut alia pecora ex ſuis dignitatibus, & Præbendis, poſſunt eos, & ea vendere ad groſſum, & minutim, quibuſcumque perſonis, tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus emere volentibus, Fontanella *deciſ.* 511. *num.* 3. *par.* 2. vide ſuprà, tradita *deciſ.* 207. *à n.* 14.

Limitatur 4. ſi facta diviſione, & diſtributione carnis inter Eccleſiaſticos aliquid ſupereſt macello Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum, poteſt lanio, ſeu macellarius hujus macelli carnes, quæ ſuperſunt, vendere laicis, ut dixi *deciſ.* 206. *à numero* 6. cum intelligentiis, & modificationibus ibidem traditis, *numero* 20. 21. *&* 22. 33

Sed cui judici pertineat cognitio, an Capitulum Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum poſſit tenere macellum ad ſcindendas carnes ad uſum proprium, & propriam commoditatem, diviſionem, diſtributionem, & ſuſtentationem Eccleſiaſticorum, & ſuæ familiæ, Eccleſiaſtico, vel ſæculari? Reſp. quod non ſolùm in petitorio pertinet judici ſæculari contra Univerſitates laicas, ſequendo earum forum, ita Fontanella *deciſ.* 213. *numer.* 8. *par.* 1. ita fuit obſervatum per noſtrum Senatum Regia ſententia lata in favorem Syndici Capituli Sedis Ilerdæ, contra Civitatem, de qua fit mentio in declaratione Cancellarii Loris, relata ſuprà, *ſub numero* 12. & Regia ſententia lata in favorem Syndici Capituli Sedis Barcinonæ contra Civitatem, referente Nobili Petro Soler die 27. Octobris 1615. quæ fuit in gradu ſupplicationis confirmata, referente Egregio Senatore Hieronymo Senjuſt die 30. Januarii 1617. Actuario Ribes, refert Fontanella *deciſ.* 510. *numero* 22. *parte* 2. Sed etiam in poſſeſſorio, ut habetur in proviſione manutentionis in favorem Capituli, & Canonicorum Sedis Dertuzæ, contra Civitatem factam per Doctiſſimum Hyppolitum Montaner Regium Senatorem 18. Maji 1623. refert Ramon *conſ.* 56. 57. 58. *&* 59. *ſignanter conſil.* 59. *in fine*. Fontanella *deciſ.* 333. *num.* 8. *& deciſ.* 334. *n.* 9. *par.* 2. & recitatur in declaratione facta per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Roca, Beſturs, & Rubi de Marimo. 10. Septembris 1629. quam refero infra, *deciſ.* 242. *ſub num.* 20. & proviſio facta per dictum Montaner, fuit per Senatum in cauſa ſupplicationis confirmata, teſtatur Fontanella *deciſ.* 516. *par.* 2. 34

Taxatio ſimiliter numeri arietum, qui ſingulis diebus ſcindi poſſunt in Macello Capituli, ſeu Communitatis Clericorum ad uſum proprium, & ſuſtentationem Eccleſiaſticorum fit per Judicem ſæcularem, ut habetur in dicta Regia ſententia lata in favorem Syndici Capituli Eccleſiæ Barcinonæ contra Civitatem, referente Nobili Petro Soler 27. Octobris confirmata, referente Egregio Senatore Hieronymo. Senjuſt. 30. Januarii 1617. tradit Fontanella *deciſ.* 510. *numero* 23. *par.* 2. & in Regia ſententia lata, referente dicto Nobili Petro Soler, ad effectum ſcindendi in macello Capituli Sedis Barcinonæ, pro tunc, & ſalva ulteriori taxatione majoris, vel minoris numeri taxatos fuiſſe quindecim arietes pro qualibet die, præſtita priùs per Syndicum Capituli idonea cautione de ſcindendis, & ſcindere faciendis in dicto macello qualibet die dictos quindecim arietes pro ſuſtentatione dictarum perſonarum Eccleſiaſticarum. Et latè refertur in ſecundo capite ſententiæ, me referente latæ 21. Junii 1659. in favorem Syndici Civitatis Barcinonæ, contra Communitates Presbyterorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum Sancti Severi, & Eccleſiaſticarum perſonarum dictæ Civitatis. Scriba Fores, & Montagut. Quidquid involvat id factum fuiſſe ex cauſa mutuæ petitionis, Fontanella *deciſ.* 511. *à numero* 7. *parte* 2. 36

### *ARGUMENTUM.*

## An Capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum poſſit depaſci facere ſua pecora neceſſaria pro macello in paſcuis Univerſitatis, & privatorum.

### *SUMMARIUM.*

1 *Facultas ſcindendi carnes in macello Capituli Canonicorum vana redderetur ſi non haberet, ubi beſtiaria depaſci poſſent.*

2 *Paſcua dicuntur loca, in quibus animalia paſcuntur.*

3 *Paſcua ſunt in duplici differentia, publica, & privata.*

4 *Paſcua publica ſunt in duplici differentia, quædam propria ipſius Univerſitatis, alia communia omnibus civibus.*

5 *Univerſitates habent bona duplici generis, quædam propria, alia omnibus communia.*

6 *Paſcua communia quæ ſint.*

7 *Paſcua communia quæ ſint Univerſitatis, & non Baronis, n.7. 8. 9. & 10. intelligen.* 11.

12 *Paſcua privata quæ ſint,*

13 *Paſcua ſi ſunt Univerſitatis tanquam proprium patrimonium ipſius reputata, non poteſt Capitulum Canonicorum depaſci facere pecora pro macello Eccleſiaſticorum neceſſaria, n. 13. & quid in foro poli, n.14.*

15 *Paſcua Univerſitatis, ſi ſunt communia omnibus civibus, poteſt Capitulum Canonicorum deſpaci facere in eis pro macello Eccleſiaſticorum neceſſaria, n.15. limita, n. 33.*

16 *Clerici poſſunt facere depaſci ſua animalia in paſcuis communibus Univerſitatis, n. 16. limita, 1. n.33, limita, 2. n. 24.*

17 *Communitas Religioſorum poteſt ſua animalia immittere, & depaſci facere in paſcuis communibus Univerſitatis.*

18 *Epiſcopus poteſt facere depaſci ſua animalia in ſua Diœceſi.*

19 *Epiſcopus in ſua Diœceſi poſt adeptionem Epiſcopatus ipſo facto efficitur civis.*

20 *Capitulum Canonicorum eſt civis.*

21 *Clerici in favorabilibus ſunt cives.*

22 *Religioſi in favorabilibus ſunt cives.*

23 *Paſcuorum materia favorabilis eſt.*

24 *Cives poſſunt depaſci facere ſua animalia in paſcuis communibus Univerſitatis, n. 24. non ſolùm cives præſentes, ſed etiam futuri, n.25. nedum cives naturales, ſed etiam adoptivi, n.26. ſi verè habitant, edunt, dormiunt, & verè commorantur cum domo, & familia in oppido, n. 35. ſecus ſi alibi habitant, n. 36. etiam quod in oppido domum apertam teneant, n. 37.*

27 *Univerſitas, & quilibet alius etiam Baro non poteſt auferre, nec prohibere civibus uſum paſcuorum communium, nec præjudicium circa ea inferre, n. 27. niſi omnes cives in ſingulari conſentirent, n.28. intellige quoad cives conſentientes & ejus hæredes, non autem quoad non conſentientes, n. 29. neque quoad cives futuros, n. 31. Amplia, n. 31. limita, n.32.*

38 *Paſcua ratione viciniæ competunt.*

39 *Vicinus ut uti poſſit privilegiis, vicinis conceſſis requiritur vera habitatio intra limites oppidi.*

40 *Terras tenentes, licèt vicini non ſint, interim dum terras colunt, animalibus quibus id præſtant, poſſunt facere depaſci pecora in paſcuis communibus Univerſitatis.*

41 *Baro eſt caput civium & vicinorum, n.41. fruitur in civis paſcuis communibus Univerſitatis, n.42. ſi in ea Civitate, oppido, aut Villa habitet; ſecus ſi non habitet, paſcuis communibus Univerſitatis, ut civis uti non poteſt, n. 43. quod procedit 1. etiam ſi Baro habeat in loco Oeconomum, vel habeat Rectorem, ſeu alios officiales, ſi alibi habitat, frui non poteſt paſcuis communibus Univerſitatis, n.44. Procedit 2. etiam ſi in eo habeat domicilium, num.45. Procedit 3. etiam ſi Baro eſſet Eccleſia, vel Monaſterium ſitum extra locum juriſdictionis, n.46. limita, 1. niſi aliud eſſet de conſuetudine, n.47. limita, 2. niſi paſcua communia Univerſitatis abundent, n. 48. limita, 3. niſi populus dirutis ædificiis depopuletur, n.49.*

42 *Baro ſi in oppido habitat, ex uſu forenſi in Regno Caſtellæ propria animalia mittere poteſt in paſcuis communibus Univerſitatis, & eis frui uti duo incolæ, & habitatores, & de jure communi, quantum unus ex ſingularibus, ſed alii arbitrio judicis remittunt juxta territorii, & paſcuorum qualitatem.*

51 *Doctor conductus ad legendum, medicus conductus ad curandum, & advocatus pro tempore conductionis, & advocationis poſſunt uti paſcuis communibus Univerſitatis.*

52 *Officiales durante officio uti poſſunt paſcuis communibus Univerſitatis.*

53 *Nobiles ſi in oppido habitant, poſſunt uti paſcuis communibus Univerſitatis.*

54 *Habitare quis propriè dicatur.*

55 *Capitulum Canonicorum, ſicut poteſt depaſci facere ſua pecora in paſcuis communibus Univerſitatis, ita poteſt ea pecora aquare.*

56 *Uſus aquæ prohiberi nequit habenti jus paſcendi.*

57 *Jus paſcendi habens poteſt facere pernoctare animalia, n.57. & facere tugurium ad evitandam hiemem, n,58. & facere ligna ſcindere pro uſu cuſtodum animalium, n. 59.*

60 *Clerici non poſſunt uti rebus, & paſcuis alienis, invitis dominis, n. 60. benè tamen cum conſenſu dominorum, vel dominis prædiorum non prohibentibus, n. 65.*

61 *Domum alienam ingredi nemini licet invito domino.*

62 *Agrum alienum ingredi, & depaſcere nemini licet invito domino, n,62. & 63.*

64 *Herba, quæ naſcitur in meo fundo, mea eſt.*

67 *Domini agrorum prohibere poſſunt vicinis, ne propria animalia ad illorum agros immittant ad paſcendum poſt collectos fructus herbam illic naturaliter naſcentem, n. 66. fallit. 1. ſi Univerſitas non habeat paſcua publica, & communia ad depaſcenda pecora ſui macelli, numero 67. fallit 2, ſi ſervitus juris paſcendi herbam naturaliter naſcentem in agris alienis poſt fructus collectos acquiſita ſit ex pacto, vel communi loci conſuetudine. n.68. & 69. fallit 3. in viatore, n.72. & 75.*

70 *Jus paſcendi in agris alienis, an ſit reale, vel perſonale, & quanto tempore præſcribatur.*

71 *Jus paſcendi acquiſitum pacto, præſcriptione, aut alio titulo ceſſat, quando paſcua omnibus non ſufficiunt, & tunc præferuntur illi, in quorum territorio paſcua ſunt.*

73 *Viator an poſſit uvas comedere in agro alieno etiam extra neceſſitatem, n. 73. 74. & 75.*

76 *Taxatio pecorum pro macello Clericorum, ad depaſcendum paſcua communia Univerſitatis facienda eſt per Judicem ſæcularem.*

## DECISIO CCXII.

ANtequam deveniam ad principalem quæſtionem in argumento propoſitam. Præmitto 1. quod facultas ſcindendi carnes in macello Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum ad proprium uſum, & ſuſtentationem Eccleſiaſticorum vana videretur, ſi Capitulum, ſeu Communitas non haberet, ubi beſtiaria depaſci poſſent, ut dicunt Ripoll. *var. cap. 1. numer.* 153. Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 24. numero* 23. *de conſtitut.* cùm neceſſum ſit habere aliquem gregem pecorum continuum, qui abſque pabulo nihil eſſet, Decian. *conſil.* 49. *à numero* 22. *& conſil.* 54. *numer.* 4. *libr.* 1. Hermoſilla ad 1

Gre-

Greg. Lopez *l.*15. *gloſ.* 2. *numer.* 54. *fol.*82. *prag.*2. *tom.* 1. Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.*2. *tit.* 24. *c.* 4. *n.*5. *in fine*, cùm non poſſint vivere de vento, inquit Fontanella *dec.*513. *n.*1. *part.*2.

2 Præmitto 2. quod paſcua dicuntur loca, in quibus animalia paſcuntur, ſivè agri paſcui ſint, ſivè prata, ſivè montes, ſivè colles, *l.* 1. *Cod. de paſcuis, publ. lib.*11. *l. divortio*, *§. planè*, *ff. ſolut. matrim. l. ſylva cædua*, *§. fin. ff. de verbor. ſignific.* Novarius *in rubr. collect.*1. *n.*1. *de paſcuis*, Marta *de juriſd. part.* 4. *caſu* 8. *n.* 2. Ripoll. *var. c.*1. *n.* 155. Maſtrill. *dec.*46. *n.*1. *& à tom.* 1. Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanct. Mariæ*, *q.*24. *n.*24. *de conſt.*

3 Præmitto 3. quod paſcua in duplici differentia conſtituta ſunt, publica, ſcilicet, & privata, *toto titul. C. de paſcuis publicis*, *lib.*11. Novarius *in rubric. collect.*1. *n.*1. *de paſcuis*.

4 Præmitto 4. quod paſcua publica in duplici differentia conſtituuntur. Nam quædam ſunt propria ipſius Univerſitatis, & quodammodo publica, non tamen ſingulorum, ſed in peculio, & dominio ipſius Univerſitatis, ad particulares uſus, & neceſſitates ejus reſervata, quę propriè dicuntur *proprios del Conſejo*, ideſt, propria Conſilii, aut Univerſitatis. Alia vero quæ omnibus communia ſunt, & verè publica ad uſum, commoditatem communem omnium civium deſtinata, Balmaſeda *de coll. q.*120. *n.*2. Otero, & alii *locis citandis*, *n.*5.

5 Habent enim Univerſitates bona duplicis generis. Quædam propria, ut proprium patrimonium, non deſtinata ad uſum publicum, ſed ſunt ipſarum Univerſarum jure proprio, peculiari, & privato, quæ vocantur *proprios del Conſejo*, *de quibus in l. ſed & celſus*, *in princ. ff. de contrah. emp. l. qui in littore*, *ff. de acquir. rer. domin. & agitur in titulis de adminiſt. rer. ad Civit. pertinen. & de paſcuis publicis*, *& de locat. præd. Civit. & in aliis titulis trium poſteriorum librorum Codicis*. Alia autem communia, verè publica omnibus, & omnibus deſtinata ad uſum, & commoditatem omnium, *de quibus in l. in tantum*, *§. univerſitatis*, *ff. rer. diviſ. univerſitatis*, *inſtitut. eodem*, *l. inter ſtipulantem*, *§. ſacram. l. continuus*, *§. cum quis*, *ff. de verbor. obligat.* explicant, & declarant Avendanno *de exeq. mandat. part.* 2. *capit.* 10. alter Avendanno *de cenſib. cap.* 68. *numer.*1. *&* 2. Aviles *cap.* 30. *præter gloſ. verbo gratias*, *num.* 3. Azevedo *l.*1. *numer.*8. *&* 9. *tit.*7. *lib.*7. Roderic. *de annuis reddit. lib.*1. *cap.*14. *numer.* 67. Solis *de cenſib. tom.*1. *lib.* 2. *cap.*3. *num.* 2. Mantica *de tacit. lib.* 4. *tit.* 8. *num.* 1. Molina *de juſtit. & jure*, *diſput.* 340. Cabedo *dec.* 18. *part.*2. Anguian. *de legib. lib.*3. *controverſ.* 3. *numer.*5. Tondut. *reſol. civil. lib.*2. *cap.* 60. *num.*8. Reg. Leo *deciſ.*188. *num.*3. *tom.*2. Vela *diſſert.*36. *numer.*1. *tom.*2. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, *tom.*2. *fol.*79. *pragm.*2. *num.*1. 2. *&* 19. Otero *de paſcuis*, *cap.*2. 3. *&* 11. Reg. Vico *ad pragm. Reg. Sardin. tom.*2. *tit.*42. *cap.*3. *num.* 8. *& cap.* 4. *num.*1. *&* 2. Valeron. *de tranſact. tit.* 4. *q.* 3. *numer.* 1. Balmaſeda *de collect. cap.* 120. *n.* 2. ex noſtris Cancer *part.*3. *var. cap.*17. *num.* 198. *&* 199. Burat. *in ſpec. viſit. cap.* 23. *n.*40. *&* 41. Fontanella *dec.* 513. *n.*10. *part.*2.

6 Præmitto 5. quod paſcua communia ſunt terræ orbidę, & incultæ, quæ à nemine poſſidentur, Cancer *part.*5. *var. cap.*4. *num.* 57. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard.*1. *tom.*2. *tit.*42. *cap.*4. *n.*4.

7 Hæc paſcua communia ſunt Univerſitatis. Civitatis, Villæ, vel loci, ſi Univerſitas ſit in illorum poſſeſſione? ſi autem à nemine poſſidentur, præſumuntur eſſe Domini Civitatis, Villæ, aut loci, ſic Cancer *part.*3. *var. cap. n.*59. *&* 60. ex Peregrino *de jure Fiſci*, *lib.*4. *tit.*3. *n.* 29. Menochio *lib.* 3. *præſump.* 100. *ſub num.*8. ſequitur Hermoſilla ad Gregor. Lopez, *tom.*2. *fol.* 86. *n.*91.

8 Cæterum dubito de veritate hujus diſtinctionis Cancerii, Quia apud nos ſolùm in caſu dubii paſcua præſumuntur eſſe Univerſitatis, & habere dominium illorum, non vero domini Civitatis, Caſtri, vel Villæ, ut tradunt Avendanno *de exequen. mandat. cap.* 4. *numer.* 4. Surd. *conſ.* 65. *numer.* 17. Franchis *deciſ.* 197. *numer.* 12. Covar. *pract. cap.* 37. *in princip.* Valaſc. *de jur. emph. quæſt.*8. *numer.*42. Tuſchus *pract. concluſ. littera P*, *concl.* 112. *numer.* 4. Cancer *part.*3. *var. c.* 4. *num.* 57. *&* 58. Mierez *de major. part.*4. *c.*20. *num.* 114. Larrea *dec.*30. *num.*11. Hermoſilla ad Greg. Lopez, *tom.*2. *fol.*89. *col.*2. *num.*24. Otero *de paſcuis*, *c.* 2. *num.* 6. *& cap.* 3. *toto*, *cap.* 9. *numer.*13. *&* 16. Reg. Matthæu *de reg. Reg. Valent. capit.* 5. *§. primo*, *numer.* 10.

Sed etiam generaliter docent Doctores, quod Dominus juriſdictionis nullum jus habet in paſcuis, 9
ſed præſumuntur eſſe Univerſitatis, Antobol. reſpondit argumentis ab eo in contrarium traditis, quæ nihil obſtant *in tract. de munerib. part.* 3. *§.* 4. *à num.* 92. *tom.* 11. *tractat.* Gregor. Lopez *l.* 9. *gloſ.* 3. *verſic. Nec obſtat. tit.*28. *part.*3. Covar. *pract. cap.* 37. *numer.* 1. Burgos de Pas *in l.*3. *tauri*, *num.* 177. 178. *&* 486. Bertrand. *conſ.* 37. *lib.*1. *& conſ.* 1. *lib.*3. Tuſchus *pr. concluſ. litera P*, *concluſ.* 112. *numer.*4. Surd. *conſ.*65. *numer.*5. Avendanno *de cenſib. cap.* 58. *num.* 12. *verſic. Sine verò*, Pereyra *de empt. & vendit. cap.* 21. *numer.* 9. Ramirez *de lege Regia*, *§.* 26. *à numer.* 11. *ad* 15. *verſic. Quia licet*, Hermoſilla ad Gregor. Lopez, *tom.*2. *fol.* 85. *col.*2. *num.* 73. 74. *&* 75. Urſillis ad Afflict. *dec.* 290. *numer.* 12. Burat. *deciſ.* 312. *num.* 4. Otero *de paſcuis*, *cap.* 9. *numer.* 14. Rovit. *in rubric. de paſcuis*, *num.* 8. Capiblanc. *de Baronib. tom.* 2. *prag.* 8. *cap.* 41. *num.* 13. *& pragm.* 11. *capit.* 74. *numer.* 2. Spera *de paſcuis*, *num.* 267. Monfrella ad Cap. Latro, *deciſ.* 93. *à numer.* 8. Reg. Matthæu *de reg. Reg. Valent. cap.*4. *§.* 3. *numer.* 28. *& cap.* 5. *§.* 1. *numer.*10. *&* 21. *& §.* 2. *numer.* 5. Fagundez *de juſt. & jure*, *libr.* 2. *capit.*12. *numer.*7. Caſt. Palaus *de juſt. & jure*, *part.* 7. *tract.* 31. *punct.* 16. *num.*1. Ripoll. *variar. cap.* 1. *num.* 156. *in fine*, Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *quæſt.* 24. *numer.* 2. *de conſtitut.* Thomat. *deciſ.* 254. *numer.* 4. 7. *&* 13. *part.* 2. Reg. Vico *ad pragm. Reg. Sardin. tom.* 3. *tit.*42. *capit.* 4. Suelves *conſ.* 9. *numer.* 22. *lib.*1. *& conſ.* 33. *num.* 11. *lib.* 2. Novar. *gravam.* 32. *numer.* 4. ubi reprobatis contrariis inquit, hanc opinionem eſſe communi calculo receptam, & uti Reipublicæ favorabilem venire omnino amplectendam, pro ut ſecundùm illam à majoribus conſultum, & practicatum fuiſſe *tom.* 1. *& grav.* 141. *tom.* 2. *& in rubric. collect.*1. *numer.* 10. *de paſcuis*, ubi ita judicatum refert à Rota Romana ex Farinac. *deciſ.*433. *in poſthumis*.

Adeo quod ſi Domini juriſdictionis, & homines Univerſitatis ſimul reperiantur in poſſeſſione 10
alicujus nemoris, aut prati, reſpondit Cancerius præſumi Univerſitatis *var. reſol. lib.*3. *cap.*4. *n.*62. *verſic. Quod autem*, ſequitur Hermoſilla ad Greg. Lopez, *tom.* 2. *fol.* 85. *col.*2. *n.*75. *in fine*.

Prædicta Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.* 2. 11
*tit.* 42. *cap.* 4. *num.* 5. intelligit procedere, ubi Baro haberet tantùm juriſdictionem, & non ultra, ex Caſtrenſ. *conſ.* 56. *&* 576. *lib.* 1. *& in l.* 1. *in prin. ff. de acquir. poſſ.* ſecus ſi præter eandem juriſdictionem haberet Baro dominium totius territorii, quia tunc paſcua, nemora, & ſaltus præſumuntur eſſe Baronum, ſeu Dominorum illius loci, in cujus diſtrictu ſunt, & citat Honded. *conſ.* 84. *num.* 3. Riccium *collect.* 1072. *verſic. Animadvertendum ſecundo*, Fraochis *deciſ.* 381. Bobad. *in polit. lib.* 2. *capit.* 19. *numer.* 52. quibus addo Hermoſilla ad Gregor. Lopez, *l.*15. *gloſ.*2. *num.*2. *fol.* 89. *tom.* 2. latè Ludovicus Bellus *conſil.* 103. *à num.*1. ſic intelligendi Gizzius ad Capycium Latro, *deciſ.*93. *num.*7. Suelves *conſ.* 9. *num.* 18. *lib.* 1.

Præmitto 6. quod paſcua privata dicuntur illa, 12
quæ burgenſatica nuncupantur, ut ex Luca de Pena tradit Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.* 2. *tit.* 42. *c.* 4. *num.* 3.

His præmiſſis, ſit 1. Concluſio. Si paſcua ſunt 13
Univerſitatis tanquam proprium patrimonium ipſius reputata, in ejuſque peculio, & dominio, ad particulares uſus, & neceſſitates illius reſervata, non tamen uſibus communibus particularium deſtinata, quæ vulgo dicuntur *proprios del Conſejo*, ideſt, propria

pria Univerſitatis, aut Conſilii, non poteſt in illis
Capitulum Canonicorum , ſeu Communitas Cle-
ricorum depaſci facere pecora pro ſuo macello ne-
ceſſaria, ſicut non poſſunt in illis aliæ perſone Ec-
cleſiaſticæ , nec Barones , nec alii cives Univerſi-
tatis depaſci facere ſua pecora, ita Fontanella *dec.*
513. *numer.* 9. *part.* 2. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard.*
*tom.* 2. *tit.* 42. *capit.* 3. *numer.* 8. *capit.* 4. *numer.* 11. *&*
*titul.* 43. *cap.* 4. *numer.* 2. Thomat. *deciſ.* 234. *numer.*
9. *part.* 2. Franchis *deciſ.* 197. *ſub numer.* 21. Thoro
*in compend. deciſ. verbo Baro qui habet jus*, *fol.* 42.
*col.* 1. Novarius *grav.* 26. *numer.* 7. *&* 8. *tom.* 8. Bova-
dil. *in polit. lib.* 2. *capit.* 18. *numer.* 243. ſic fuit in Ca-
thalonia deciſum per Cancellarium Puigmari, Con-
ſultoribus Mijavila franqueſa , & Aguilò 22. Junii
1627. in favorem Univerſitatis Villæ da la Selva
Campi Tarraconæ , contra Communitatem Pres-
byterorum Eccleſiæ dictæ Villæ , occaſione pigno-
ramenti facti de tribus arietibus dictæ Communi-
tatis Presbyterorum, ex quo depaſcebant herbas di-
cti termini , quæ ſunt propriæ Univerſitatis , &
non communes ſingularium ejuſdem Ville.

14 In foro autem poli, ſi Capitulum Canonicorum,
vel Communitas Clericorum pecora pro uſu ſui
macelli depaſci faciat in paſcuis propriis Univerſi-
tatis , etſi pœnis per legem ſtatutis ſubjiciantur ,
non peccat pluſquam venialiter, nec ad reſtitutio-
nem tenetur , niſi fortè inde notabile damnum U-
niverſitati proveniat , ad Sotum , Leſſium , Tole-
tum, & Molinam, quos citat, & ſequitur Fagun-
dez *de juſtit. & jure*, *lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 15. alios ad-
dit Caſt. Palaus *de juſt. & jure, part.* 7. *tract.* 31. *punct.*
16. *num.* 2.

15 Sit 2. concluſio. Si paſcua Univerſitatis ſint om-
nibus communia ad uſum, & commoditatem com-
munem omnium civium deſtinata, poteſt capitulum
Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum in eis
depaſci facere pecora pro macello neceſſaria ad eo-
rum ſuſtentationem , notant Ripoll. *variar. capit.*
1. *ſub numer.* 256. Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ*
*Mariæ*, *quæſt.* 15. *numer.* 14. *in fine*, *& quæſt.* 24. *nu-*
26. *in fine*, *de conſtitut.* Fontanella *deciſ.* 213. *numer.*
8. ubi dicit ita intrepidè apud nos ſervari , & eſſe
de hoc quamplures in Sacro noſtro Senatu deci-
ſiones , quibus Univerſitates fuiſſe ad id condem-
natas , quarum multas pro exemplari legiſſe in ſæ-
pè citato proceſſu Civitatis Barcinonæ cum capi-
tulo , ubi reperi qualiter ſemper à Senatu Eccle-
ſiiis macella habentibus adjudicata fuiſſe etiam pa-
ſcua communia pro tot pecoribus, quot eis judicaſ-
ſet neceſſaria eſſe, & eam taxationem feciſſe Judi-
cem ſecularem, non Eccleſiaſticum, ex quo has
cauſas ordinariè duci, in quibus contra Univerſi-
tates laicas ſequenda earum forum agere , & Ec-
cleſias ad iſtud agere ſolvere *part.* 2. Et fuit decla-
ratum in Senatu Cathaloniæ in favorem Syndici
Capituli Eccleſiæ Barcinonæ contra Civitatem, ſen-
tentia lata, referente Egregio Senatore Don Petro
Soler die 27. Octobris 1615. quæ fuit in cauſa ſup-
plicationis confirmata, referente egregio totidem Se-
natore Hieronymo Senjuſt die 30. Januarii 1617.
Scriba Rives. Quæ ſententiæ leguntur in proceſſu
Syndici Communitatum Collegii Sancti Severi, &
Eccleſiarum Parochialium Barcinonæ contra Con-
ſiliarios , & Syndicum ejuſdem Civitatis . Scriba
Fores , & Montagut. Et fuit etiam declaratum ſen-
tentia lata, referente Magnifico Joanne Paulo Xam-
mar 18. Septembris 1651. infra referenda *numer.*
65. & fuit poſitum pro motivo in ſententia, me re-
ferente lata 21. Junii 1659. in illa cauſa Syndici
Communitatum Collegii Sancti Severi , & Eccle-
ſiarum Parochialium dictæ Civitatis Barcinonæ ,
contra Civitatem, Scriba Fores , & Montagut.

16 Siquidem Clerici poſſunt facere depaſci ſua ani-
malia in paſcuis communibus Univerſitatis, Chaſſa-
neus *ad conſuet. Burgund. rubr.* 13. §. 5. *num.* 1. *ver-*
*ſic. Sed numquid*, *fol. mihi* 371. *col.* 2. Boer. *deciſ.*
260. *num.* 31. Avendanno *de exequend. mandat. lib.*
1. *capit.* 4. *numer.* 24. *verſic. Et ſicut laici*, Surd.
*conſil.* 2. *numer.* 39. *& conſil.* 65. *numer.* 5. Vilar. *in*
*ſil. reſp.* 7. *part.* 5. *à numer.* 4. pluribus probat Paz
*in l. tauri*, *à numer.* 399. Camill. Larata *conſ.* 95. *à*
*numer.* 1. *tom.* 1. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, *tom.*
2. *l.* 15. *gloſ.* 2. *numer.* 57. *fol.* 83. Novarius *grav.* 32.
*numer.* 8. *tom.* 1. Luca ad Franchis, *deciſ.* 301. *numer.*
7. *verſic. Suffragatur*, ibi: *Et Clerici*, Salgado *de*
*reg. protect. part.* 1. *capit.* 1. *prælud.* 2. *numer.* 59. Car.
de Graſ. *de effect. Cleric. effectu* 2. *numer.* 422. *verſic.*
*Secus ſi* , latè Otero *de paſcuis*, *cap.* 8. Fermoſin.
*in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *quæſt.* 24. *à numer.*
23. *de conſtitut.* Reg. Matthæu *de reg. Reg. Valent.*
*cap.* 5. §. 3. *ſub numer.* 9. Rodoer ad Marinis, *reſol.*
*jur. capit.* 220. *numer.* 3. Tuſchus *practicar. concluſ.*
*litera C*, *concl.* 83. *numer.* 1. Narbona *l.* 20. *gloſ.* 2. *nu-*
*mer.* 215. *verſic. Illud ſolum*, *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* hanc-
que opinionem veriſſimam eſſe, & ſecundùm eam vi-
diſſe in Regno Aragonum judicatum fuiſſe, teſtatur
Portoles ad Molin. §. *ganatum*, *n.* 1. ex noſtris Marquil-
les *in uſat. ſtrata, verſic. Quæro* 23. *fol.* 111. *col.* 3. Ripol.
*var. cap.* 1. *à num.* 153. Fontanella *dec.* 513. *numer.* 1. 2.
3. *&* 4. *part.* 2.

Sic Communitas Religioſorum poteſt ſua ani- 17
malia immittere, tenere, & depaſci facere in pa-
ſcuis communibus Univerſitatis, Bertrand. *conſ.* 92.
*lib.* 3. Oldrad. *conſ.* 74. Surd. *conſ.* 65. *numer.* 6. Ma-
ſtrill. *deciſ.* 49. *numer.* 3. *tom.* 1. Reg. Matthæu *de reg.*
*Reg. Valent. cap.* 5. §. 3. *num.* 6. Novarius *grav.* 32. *n.*
8. *tom.* 1. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, *l.* 15. *gloſ.* 2. *n.*
90. *fol.* 86. *tom.* 2. Ripoll. *var. c.* 1. *n.* 152. *in fine*, Fer-
moſin. *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *q.* 24. *n.* 25. *in fine*
*de conſtit.*

Et Epiſcopus habet intentionem fundatam, ut poſſit 18
facere depaſci pecora in ſua Diœceſi, ita judicatum
fuiſſe in Regia Camera ſummariæ teſtatur Anna
*ſingul.* 365. Riccius *collect.* 1706. *verſic. Secundo no-*
*tandum*, Rodoer. ad Marinis, *reſol. jur. libr.* 1. *capit.*
120. *num.* 8. Novarius *in rubric. numer.* 4. *de paſcuis* ,
Alter Novarius *grav.* 32. *n.* 9. *verſic. Et quod*, *libr.* 1.
ubi citat videndum noviſſimè Randel. *de paſcuis, pag.*
115. *cum ſeqq.*

Siquidem Epiſcopus in ſua Diœceſi per adeptio- 19
nem Epiſcopatus ipſo facto efficitur civis, Cancer
*var. part.* 3. *cap.* 12. *numer.* 230. Rodoer ad Marinis,
*reſol. jur. lib.* 1. *cap.* 220. *numer.* 7. & alii citati *numer.*
18. Et Capitulum † Canonicorum, ſeu Communi- 20
tas Clericorum eſt civis, Chaſſanæus *in conſuet. Bur-*
*gund. rubric.* 13. §. 5. *num.* 12. Marinis *lib.* 1. *reſolut. jur.*
*cap.* 220. *num.* 8. Et Clerici in † favorabilibus ſunt 21
cives, non ſolùm illius Civitatis, in qua nati ſunt,
verùm etiam Civitatis, in qua poſſident beneficia,
& gaudent omnibus prerogativis, & commoditati-
bus ceteris civibus conceſſis , ut præter citatos *nu-*
*mer.* 16. Valaſc. *conſult.* 100. *à numer.* 2. Martha *de*
*juriſdict. part.* 4. *caſ.* 1. *à n.* 27. Petr. Barboſa *in l. exige-*
*re dotem*, 65. *numer.* 39. *in fine*, *ff. de judic.* Marinis
*lib.* 1. *reſolut. jur. cap.* 220. *à num.* 1. *ad* 10. ubi Rodoer.
*num.* 1. *&* 3. Tuſch. *pract. concl. littera, C. concl.* 383.
Daniel. *de Nobilibus*, *diſp.* 61. *num.* 12. Barboſa *voto*
36. *numer.* 52. *lib.* 2. Salgado plures cumulat *de reg.*
*protec. part.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 2. *numer.* 58. *&* 59. latiſſi-
mè Carol. de Graſ. *de effect. Cler. in prælud. à numer.*
366. *ad* 382. Et Religioſi in favorabilibus ſunt cives ,
non ſolùm illius Civitatis , in qua nati ſunt , ſed et-
iam ſunt cives Civitatis , in qua eſt ſitum Monaſte-
rium, ad quod ingrediuntur , Surd. *dec.* 129. ubi re-
miſſivè Hodierna *n.* 4. Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric.*
*in prælud. num.* 372. Burgos de Paz *in l.* 3. *tauri*, *à n.* 405.
Narbona *l.* 20. *gloſ.* 2. *num.* 216. *tom.* 1. *lib.* 4. *recopil.* Et
materia † paſcuorum publicorum maximè favorabilis 23
eſt, Hermoſilla ad Gregor. Lopez, *l.* 15. *gloſ.* 2. *numer.*
54. *fol.* 82. *pag.* 2. *tom.* 2.

Cives autem poſſunt depaſci facere ſua animalia 24
in paſcuis communibus Univerſitatis . Quia licèt
quoad dominium , & proprietatem ſint ipſius U-
niverſitatis, *ut dictum fuit num.* 8. *&* 9. nihilomi-
nus quoad commodum , & uſum ſunt omnium ci-
vium , & unuſquiſque poteſt ad ſui libitum uti
pro eorum animalibus depaſcendis *l.* 2. ubi Barth.

& alii, Cod. de paſcuis publicis, lib. 11. l. teſtatrix,
§. 1. ff. ſi ſervit. vindicetur, §. Univerſitatis, de rer.
diviſ. Borrell. conſ. 9. à numer. 9. & conſ. 26. numer. 54.
Bertrand. conſ. 293. Surd. conſ. 59. numer. 9. & 13. &
conſ. 65. numer. 7. 8. & 17. Maſtril. deciſ. 49. numer. 4.
verſic. Nihilominus, tom. 1. Covar. practic. capit. 37.
Valaſc. de jure emphyt. quæſt. 8. numer. 42. Pereyra de
empt. & vendit. cap. 41. num. 9. Ripoll. var. cap. 1. n.
159. Fermoſin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt.
24. num. 26. verſic. Nihilominus, de conſtitut. Avenda-
no de exequend. mandat. part. 1. cap. 4. numer. 3. verſic.
Et ex hoc ſequitur, & cap. 12. numer. 1. Burgos de Paz
in l. 3. tauri, à n. 463. Seſſe deciſ. 74. n. 7. & 15. Bardaxi
foro 1. n. 3. de paſcuis, Portoles ad Molin. §. ganatum,
numer. 29. Suelves conſ. 9. num. 22. lib. 1. & conſ. 33. n.
1. lib. 2. Larrea deciſ. 30. n. 11. Hermoſilla ad Gregor.
Lopez, l. 15. gloſ. 2. numer. 46. & ſub num. 48. & num.
54. verſic. Diximus, fol. 82. tom. 2. Otero de paſcuis,
cap. 3. & 9. Regens Matthæu de regim. Reg. Valen. c.
25 5. §. 1. numer. 11. & §. 2. numer. 9. Non ſolùm † cives
præſentes, ſed etiam futuri, ut dicit Reg. Seſſe dec.
74. numer. 15. & 25. Larrea dec. 30. numer. 13. in fine,
Hermoſilla ad Gregor. Lopez, lib. 15. gloſ. 2. numer. 46.
26 fol. 82. tom. 2. Et nedum † cives naturales, verùm et-
iam adoptivi, Bald. conſ. 409. l. 5. Surd. conſ. 437.
vol. 3. alios addit Novarius gravam. 32. num. 10. &
11. tom. 1.
27 Adeo quod Univerſitas, & quilibet alius etiam
Baro non poteſt auferre, nec prohibere civibus u-
ſum paſcuorum communium, nec præjudicium cir-
ça ea inferre, Navar. in pragm. 11. collect. 11. n. 1. & 2.
de Baronibus, & in rubr. collect. 1. n. 17. de paſcuis, &
grav. 32. num. 1. 2. & 3. tom. 1. Avendano de exequend.
mandat. lib. 1. cap. 4. num. 25. & cap. 12. numer. 30. &
31. Surd. conſ. 65. num. 11. 12. 13. & 14. Burgos de Paz
in libr. 3. tauri, numero 439. 461. 478. & 492. Marinis
reſol. jur. lib. 1. cap. 220. num. 4. & 5. Portoles ad Mo-
lin. §. Boalare, numer. 1. & 2. Larrea alleg. Fiſcal. 110.
& dec. 30. num. 12. & 13. Reg. Mattheu de reg. Reg.
Valent. cap. 5. §. 2. numer. 11. 12. & 13. Capiblanc. in
pragmat. 11. numer. 5. de Baronibus, Reg. Seſſe deciſ.
74. numer. 16. & 25. Otero de paſcuis, cap. 11. à nu-
mer. 4. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, l. 15. gloſs. 2.
numer. 48. 50. & 77. fol. 85. pagin. 2. tom. 2. Reg. Vi-
co ad pragm. Reg. Sard. tom. 2. tit. 42. cap. 8. numer. 5.
verſ. Quod ſecus eſſet, Balmaſeda de collect. quæſt. 120.
à numer. 5.
28 Niſi omnes cives in ſingulari conſentirent, nam
tunc in vim conſenſus, & pacti ſibi præjudicarent,
Portoles ad Molin. §. Boalare, numer. 2. Reg. Seſſe de-
ciſ. 74. numer. 20. Avendano de exequend. mandat. lib.
29 1. cap. 12. num. 30. verſic. Tamen omnes. Intellige †
quoad cives conſentientes, & ejus hæredes, non
autem quoad non conſentientes, Avendano de exe-
quend. mandat. part. 1. cap. 12. numer. 30. & 31. Reg.
30 Seſſe dec. 74. num. 24. tom. 1. Neque quoad † cives fu-
turos, Avendano de exequend. mandat. l. 1. cap. 4. nu-
mer. 3. verſic. Et ex hoc ſequitur, Paz in l. 3. tauri, nu-
mer. 479. Reg. Seſſe dec. 74. à n. 20. ad 24. tom. 1. Her-
moſilla ad Gregor. Lopez, l. 15. gloſ. 2. n. 49. & 50. fol.
82. tom. 2. Valeron. de tranſact. tit. 2. q. 3. n. 35. Balma-
ſeda de collect. q. 120. n. 9.
31 Et aliter debent omnes cives ſingulatim conſen-
tire, quod etſi major pars civium conſentiat, ſi
minor pars contradicat, non poteſt major pars mi-
nori præjudicare, quia iſta paſcua Univerſitatis
ſunt communia omnibus ut ſingulis, non autem
ut univerſis, & quod omnes, ut ſingulos tangit,
debet ab omnibus approbari, clement. 1. & 2. de cen-
ſibus, capit. ad hoc de offic. Archidiaconi, ita Capyc.
& ſi cogitandum relinquat deciſ. 152. Franchis de-
ciſ. 179. ubi Luca numer. 6. Ripa reſponſ. 2. part. 2.
Surd. conſ. 65. numer. 12. Martha de juriſdict. part. 4.
caſu 8. à numer. 5. Reg. Seſſe deciſ. 74. num. 8. tom. 1.
Coccinus deciſ. 140. numer. 4. verſic. Minus relevat,
Cavaller. dec. 143. à numer. 2. Coſta de portione, & ra-
ta, quæſt. 34. num. 3. & 4. Paz in l. tauri, numer. 353.
Balmaſeda de collect. quæſt. 120. à num. 10. ad 15. No-
var. in pragm. 11. collect. 11. numer. 5. de Baronibus, ita
audiviſſe practicatum in Supremo Conſilio, teſta-
tur Cævallos de cognit. per viam violen. part. 2. quæſt.
11. numer. 53. Portoles ad Molin. §. ganatum, à num.
30. Suelves conſ. 33. à numer. 11. lib. 2. Hermoſilla ad
Gregor. Lopez, l. 15. gloſs. 2. numer. 51. fol. 82. pag.
6. tom. 2. Reg. Matthæu de regim. Reg. Valent. capit. 5.
§. 2. num. 10. Niſi Univerſitas † convocato Conſilio 32
ad ſe redimendum ab ære alieno, pro ut Fiſcalium,
vel aliarum ſubjugationum venderet, vel locaret
paſcua ex deliberatione majoris partis Conſilii,
quod facere poteſt, & minori præjudicare, Jaſon.
conſ. 71. lib. 3. Marchus dec. 489. numer. 4. part. 1. Sur-
dus conſ. 65. numer. 3. Franchis dec. 2. num. 1. 24. &
25. & latius deciſ. 197. num. 9. & 15. per totam, quos
citat Maſtrill. dec. 49. numer. 7. & per totam, tom. 1.
Capiblanc. tom. 2. de Baronibus, cap. 81. num. 19. Co-
ſta de port. ratæ, quæſt. 159. numer. 11. Raurell. de pa-
ſcuis, part. 3. cap. 5. verſic. Utilem quæſtionem, & ver-
ſic. Item principale quæſitum, Ganaverro judicatum
teſtatur dec. 37. quos citat Luca ad Franchis, deciſ.
97. num. 4. quibus addo Riccium collect. 280. verſic.
Nam univerſitas, Thoro in compend. dec. part. 2. ver-
bo Baro tanquam primus civis, Coccinus dec. 140. n.
6. & 7. Novarius in pragm. 12. collect. 2. num. 5. de Ba-
ronibus, & grav. 30. à num. 5. & grav. 23. num. 3. tom.
1. Balmaſeda de collectis, quæſt. 120. num. 15. & 16. &
alii infra num. 33.
Limita 1. quando Univerſitas pro ſuis neceſſita- 33
tibus ex deliberatione majoris partis Conſilii ven-
dit paſcua quę erant omnibus civibus communia,
nam tunc Capitulum Canonicorum, ſeu Commu-
nitas Clericorum, & etiam perſonæ Eccleſiaſticæ
non poſſunt uti illis paſcuis; ſicut nec poſſunt uti
reliqui cives. Similiter quando Univerſitas publi-
cat præconium pro ſuis etiam neceſſitatibus, ne-
quis ingrediatur ad paſcua, quæ erant omnibus ci-
vibus communia, niſi ſoluta certa collecta, quo
etiam caſu Capitulum Canonicorum, ſeu Commu-
nitas Clericorum, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ non
poſſunt uti, & frui illis paſcuis abſque ſolutione
collectæ impoſitæ; ſicut nec poſſunt cæteri cives,
Abbas conſ. 6. verſic. Ad primum, libr. 1. Jaſon. in l.
placet in 1. lect. ſub num. 15. verſic. Adverte tamen,
& in 2. lect. n. 25. Cod. de Sacroſancta Eccleſiaſt. Ma-
ſtrill. dec. 49. tota tom. 1. Riccius collect. 165. verſic.
Nunc limita, Teſtay allegat. 6. num. 348. Novarius
grav. 32. num. 8. in fine, & num. 9. tom. 1. Aviles cap.
17. prætor. gloſs. 1. verbo buenas, num. 12. in princ. Ca-
rolus de Graſ. de effect. Cleric. effect. 2. numer. 422. Da-
niel de Nobilibus, diſput. 8. num. 6. Martha de juriſd.
part. 4. caſu 8. numer. 4. Cævallos de cognit. per viam
violen. part. 2. quæſt. 11. ſub num. 44. Anſaldus de juriſ-
dict. part. 3. tit. unico, cap. 18. à numer. 24. Fermoſin.
in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 40. num. 5. & 6.
q. 56. num. 7. 8. & 9. de conſt. Fontanell. dec. 513. num.
11. part. 2. Reg. Matthæu de reg. Reg. Valen. cap. 5. §.
2. ſub num. 9. Reg. Vico ad prag. Reg. Sard. tom. 2. tit.
41. c. 3. in gloſ.
Limita 2. illud, quod de Clericis dixi num. 16. 34
ſi Clerici electi in Prelatiam Eccleſiæ, ſivè Recto-
riam, vel habentes beneficium in oppido, in eo
habitent, quo caſu poſſunt facere depaſci ſua ani-
malia in paſcuis communibus Univerſitatis; ſecus
ſi in illo non habitant, Burgos de Paz in l. 3. tauri, nu-
mer. 398. & 403. Hermoſilla ad Gregorium Lopez,
leg. 13. gloſ. 2. numer. 7. fol. 83. tom. Nam tunc de-
mum Clerici cives, & vicini reputantur, ſi in eis
cætera requiſita concurrant, quæ in laicis ad ac-
quirendam civilitatem, & vicinitatem neceſſaria
ſunt, ut juribus, & Doctoribus probat Narbona l.
2. gloſ. 2. n. 243. tit. 1. l. 4. recop. Carol. de Graſ. de ef-
fect. Cler. in prælud. n. 379.
Cives enim ita demum poſſunt facere depaſci 35
ſua animalia in paſcuis communibus Univerſitatis,
ſi verè habitant cum domo, & familia in oppido,
& in ipſo edunt, dormiunt, & verè commoran-
tur, Paz in l. 3. tauri, d. 486. Hermoſilla ad Greg.
Lopez, libr. 15. gloſſ. 3. ſub numer. 46. ante finem,
fol. 82. tom. 2. Portoles ad Molin. §. ganatum, num.

9. 26.

9. 26. & 27. Gironda de privileg. numer. 30. Otero
de paſcuis, cap. 4. à numer. 22. Suelves conſ. 33. num.
36 13. lib. 1. Secus ſi alibi habitant † paſcuis commu-
nibus illius oppidi, in quo non habitant, uti non
poſſunt. Avendanno de exequend. mandat. part. 1.
capit. 4. numer. 24. Burgos de Paz in l. 3. tauri, nu-
mer. 387. & 388. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, l.
15. gloſ. 2. num. 35. fol. 82. pag. 2. tom. 2.

37 Adeo ut non ſufficiat, quod cives in oppido do-
mum apertam teneant, & prædia habeant, ſed re-
quiritur, quod ibi habitent, ut paſcuis communi-
bus Univerſitatis frui poſſint, Decius conſ. 550. nu-
mer. 5. verſic. Secundò non obſtat, Bertrand. conſ. 51.
Burſat. conſ. 245. numer. 23. lib. 3. Avendanno de exe-
quend. mandat. part. 1. cap. 5. numer. 5. & cap. 4. num.
24. Paz in libr. 3. tauri, numer. 388. 391. 464. 466. &
467. Maſcard. de gener. ſtat. interp. concluſ. 4. numer.
7. Portoles ad Molin. §. ganatum, numer. 9. in fine,
verſic. Ita quod, & numer. 26. & 27. Narbona lib. 20.
gloſs. 2. numer. 237. tit. 1. 4. recopil. Ex quo paſcua †
38 ratione viciniæ competunt, Otero de paſcuis, capit.
3. numer. 5. Portoles ad Molin. §. ganatum, numer.
29. Suelves conſ. 14. numer. 16. l. 3. Et vicinus † ut uti
39 poſſit privilegiis vicinis conceſſis, requiritur vera
habitatio intra limites oppidi, Natta conſ. 139. nu-
mer. 14. part. 1. Boer. deciſ. 272. numer. 2. Menoch.
libr. 6. præſump. 42. numer. 7. Hermoſilla ad Gregor.
Lopez, l. 15. gloſs. 2. numer. 47. fol. 82. tom. 2. Nar-
bona l. 20. gloſs. 22. numer. 158. & 159. titul. 1. l. 4.
recopil.

40 Excipitur caſus tempore culturæ, nam terras te-
nentes, licèt vicini non ſint, interim dum terras
colunt animalibus, quibus id præſtant, poſſunt fa-
cere depaſci pecora in paſcuis communibus Uni-
verſitatis, Avendanno de exeq. mand. part. 1. cap. 13.
Paz in l. 3. tauri, num. 391. & 392. Portoles ad Molin.
§. ganatum, num. 33. 34. & 35. Cancer. part. 3. var. c.
4. num. 64. Hermoſilla ad Greg. Lopez, lib. 15. gloſs. 2. n.
58. fol. 83. tom. 2. Reg. Matthæu de reg. Reg. Valen. c. 5.
§. 3. num. 6.

41 Ideoque quamvis Dux, Marchio, Comes, vel
alius quilibet ſit dominus alicujus Civitatis, Oppi-
di, vel Villæ, in eaque juriſdictionem obtineat,
ex eo non ſolùm civis, & vicinus, ſed etiam ca-
put civium, & vicinorum judicetur, licèt alibi
habitet, ut probat Narbona lib. 2. gloſs. 2. num. 224.
& 225. tit. 1. lib. 4. recopil. Luca ad Franchis, deciſ. 97.
42 numer. 1. & 2. Tamen paſcuis communibus Univer-
ſitatis fruitur, & potitur, ut civis, Novarius gravam.
26. numer. 1. & 2. tom. 1. & gravam. 141. numer. 4. &
5. tom. 2. Cancer part. 3. var. 4. numer. 63. Reg. Vi-
co ad pragm. Reg. Sardin. tom. 2. tit. 42. cap. 4. ſub nu-
mer. 2. Surd. conſ. 65. numer. 5. & alii allegandi nu-
43 mer. 43. Si in ea † Civitate oppido, aut Villa ha-
bitet; ſi vero non habitet, paſcuis communibus
Univerſitatis, ut civis uti non poteſt, ita Covar.
practic. cap. 37. numer. 1. verſic. Tametſi dominus, Ber-
trand. conſ. 1. & 37. lib. 7. & conſ. 75. numer. 25. lib. 2.
latè diſputat, contraria proponit, & illis reſpondet
Burgos de Paz in l. 3. tauri part. 1. concluſ. 3. à numer.
430. ad 511. Gregor. Lopez lib. 9. verbo como à los ri-
cos, tit. 28. part. 3. Avendanno de exequen. mandat.
part. 1. cap. 4. à numer. 25. Narbona l. 2. gloſs. 2. n. 226.
& 227. tit. 1. lib. 4. recopil. Portoles ad Molin. §. gana-
tum, numer. 28. Bobad. in polit. lib. 2. cap. 16. numer.
198. Otero de paſcuis, cap. 6. Rovit. in pragmat. 12.
numer. 5. de Baronib. Fontanella dec. 513. numer. 5. &
6. part. 2. quidquid dicant Cancer part. 3. var. cap. 4.
num. 63. verſ. & relati, Valaſc. de jur. emphyt. q. 8. n.
23. Luca ad Franchis, dec. 197. num. 1. & 2. Reg. Mat-
thæu de regim. Reg. Valent. cap. 5. §. 3. n. 6. Novarius
grav. 36. tom. 1. quia contra eos eſt verior ſententia,
ut docent Hermoſilla ad Gregor. Lopez, l. 15. gloſſ.
2. num. 80. in fine, & n. 81. Suelves conſ. 14. n. 17. verſ.
Si vero, lib. 3.

44 Quod procedit 1. etiam ſi dominus juriſdictionis
habeat in loco Oeconomum, vel alium, qui fru-
ctus colligat, vel habeat Prætorem, ſeu alios Of-
ficiales, ſi alibi habitat, non poteſt uti, & frui
paſcuis communibus Univerſitatis, Paz in l. 3. tau-
ri num. 487. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, lib. 5. gloſs.
2. numer. 82. fol. 86. tom. 2. procedit 2. † etiam ſi do- 45
minus juriſdictionis illius loci ſit civis, & in eo
habeat domicilium, quia non civibus, & domici-
liatiis, ſed habitantibus paſcua communia Univer-
ſitatis conceduntur, Paz in lib. 3. tauri, num. 489.
Hermoſilla ad Gregor. Lopez, lib. 15. gloſ. 2. numer.
82. fol. 86. tom. 2. Procedit 2. † etiam ſi dominium 46
juriſdictionis illius Civitatis, oppidi, vel Villæ eſ-
ſet Eccleſię, aut Monaſterii ſit, & conſtituti extra
locum juriſdictionis, & territorii illius Civitatis,
oppidi, aut Villæ, Paz in lib. 3. tauri, numer. 489. Bo-
bad. in polit. l. 2. cap. 16. numer. 198. verſic. Y eſto pro-
cede.

Limita 1. niſi aliud eſſet de conſuetudine, quod
dominus juriſdictionis frueretur paſcuis communi-
bus Univerſitatis, etiam alibi habitando, Paz in l.
3. tauri, numer. 493. Bobad. in polit. lib. 2. capit. 16.
numer. 201. Pereyra de empt. & vendit. cap. 21. numer.
10. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, l. 15. gloſ. 2. num.
84. fol. 86. numer. 2. Limita 2. niſi paſcua commu-
nia Univerſitatis abundent, & montes ſpatioſi ſint, 48
quia tunc domino juriſdictionis eis frui licebit ſi-
ne læſione habitantium, quamvis alibi habitet, Paz
in lib. 3. tauri, numer. 509. in fine, cum ſeqq. Bobad. in
polit. lib. 2. cap. 16. numer. 201. in fine, Hermoſilla
ad Gregor. Lopez, lib. 15. gloſs. 86. tom. 2. Limita
3. † niſi populus dirutis ædificiis depopuletur, & 49
vicini omnes ſe alio loco ſeparatim tranſtulerunt,
quo caſu paſcua ad habentem juriſdictionem ſpectant,
Avendanno de exeq. mandat. part. 1. cap. 4. numer.
24. verſic. Fallit tamen, Bobad. in polit. lib. 2. capit.
16. numer. 199. Pereyra de empt. & vendit. cap. 21. n.
11. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, lib. 15. gloſ. 2. nu-
mer. 78. fol. 85. pagin. 2. tom. 1. Reg. Seſſe deciſ. 74.
Suelves conſ. 9. num. 22. in fine, lib. 1. Ramirez de leg.
Regia, §. 16. numer. 13. Solorzanus de jure Indiarum,
tom. 2. lib. 1. capit. 23. à num. 60. Sed ſuper hoc viden-
di ſunt tres caſus diſtinguentes, & declarantes, Ote-
ro de paſcuis, cap. 23. Balmaſeda de collect. q. 64. à n.
5. qui à num. 14. tractat, an ſi locus iterum populetur,
paſcua recuperet? Et diſputato articulo, affirmativè re-
ſolvit n. 23. ex Otero de paſcuis, c. 23. n. 19. & aliis
per illum citatis.

Quod ſi dominus juriſdictionis in eo oppido habi- 50
tat, poteſt ex uſu forenſi in Regno Caſtellæ pro-
pria pecora, & animalia mittere in paſcuis com-
munibus Univerſitatis, & eis uti, & frui, quod
poſſunt duo incolæ, & habitatores. De jure tamen
communi tantum quantum unus ex ſingularibus,
ſed alii arbitrio judicis remittunt juxta territorii,
& paſcuorum qualitatem, de quibus omnibus Greg.
Lopez lib. 9. gloſ. 9. in fine, tit. 28. part. 3. Covar. pr.
4. cap. 37. numer. 1. verſic. Eſt denique, Avendanno
de exequend. mandat. part. 1. cap. 4. numer. 24. verſic.
Imo ſi dominus, Tuſch. practic. concluſ. littera P. con-
cluſ. 112. numer. 8. Paz in lib. 3. tauri, numer. 430. verſ.
Et primo, & numer. 462. 467. 488. & 492. & à num.
495. uſque ad numer. 510. Avilez cap. 3. prætor. gloſ.
juriſdiction. numer. 36. ad finem, verſic. Et in contribu-
tione, Bobad. in polit. lib. 2. cap. 16. numer. 200. Pe-
reyra de empt. & vend. cap. 21. num. 9. Surd. conſ. 14.
numer. 17. in princip. lib. 3. Capiblanc. de Baronib.
tom. 1. prag. 12. num. 38. & 39. Novarius in rubric. n.
2. C. de paſcuis, lib. 11. alter Novarius in pragm. 12.
collect. 12. à numer. 1. ad 9. de Baronibus, & gravam.
27. numer. 27. 28. & 29. tom. 1. Rovit. in prag. 12. n.
5. in fine, de Baronib. & in rub. numer. 7. de paſcuis,
Marinis lib. 1. reſol. jur. cap. 320. num. 12. Guido Pa-
pa dec. 231. Urſillis ad Afflict. dec. 388. Franchis dec.
301. numer. 10. ubi Luca numer. 8. verſic. Quinimo,
Anna ſigul. 80. Borrell. de magiſt. edit. lib. 4. capit. 6.
Ganaverro deciſ. 37. numer. 3. Hermoſilla ad Gregor.
Lopez, lib. 15. gloſ. 2. numer. 80. fol. 85. part. 2. tom.
2. Rendell. Thoro, Medicis, & Spera, quos citat
Manfrella ad Capyc. Latro, deciſ. 93. numer. 9. &
10. ex noſtris vide Cancer part. 3. variar. capit. 4.
num. 69.

51 Sic Doctor conductus ad legendum, & medicus conductus ad curandum, & Advocatus reputantur uti cives, & poſſunt uti, & frui paſcuis communibus Univerſitatis pro tempore conductionis, & advocationis, dum ibi habitant Paz *in l. 3. tauri, numer. 401. & 425.* etſi in advocato cogitandum relinquat, ita ſine dubio tenendum inquit Hermoſilla ad Gregor. Lopez, *lib. 15. gloſ. 2. numer. 56. fol. 87. pag. 2. tom. 2.* Rodoer ad Marinis, *reſol. jur. lib. 1. cap. 220. numer. 6.* Reg. Matthæu *de reg. Reg. Valent. cap. 5. §. 3. numer. 6.* de quibus latè Narbona *l. 20. gloſs. 2. à numer. 192. ad 198. & numer. 202. & 203. tit. 1. libr. 4. recop.*

52 Similiter Officiales durante officio dicuntur cives, & gaudent eiſdem privilegiis, & prærogativis, quibus cæteri cives, Carol. de Graſ. *de effect. Cler. in prælud. numer. 370.* & reprobato Seſſe *dec. 8. num. 6.* Narbona *l. 20. gloſ. 2. numer. 244. tit. 1. lib. 4. recopil.* ac uti, & frui paſcuis communibus Univerſitatis, ſi ibi habitant, & vivunt, Ann. *ſingul. 265.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 184. à numer. 54. verſic. Ex quibus*, Cancer *part. 3. variar. cap. 12. num. 228.* Thoro *in compend. deciſ. part. 3. ſect. 2. verbo Officialis quamvis dicatur, fol. 208.* alios plures addit Rodoer. ad Marinis, *reſolut. jur. lib. 1. cap. 22. numer. 4. & 5.*

53 Et Nobiles dicuntur cives, & gaudent omnibus privilegiis, & prærogativis quibus cæteri cives, nec poſſunt uti, frui paſcuis communibus Univerſitatis, ſi ibi habitant, & vivunt, Narbona *libr. 20. gloſs. 1. numer. 231. juncto numero 237. titul. 1. lib. quarto recopil.* Fontanella *deciſ. 513. numero 7. parte 2.*

54 Habitare propriè dicitur ille, qui cum domo, & ejus familia, ac bonis corporali actu degit in oppido, & facit ibi focum cum aliis, quæ ſolent facere habitatores, Caſtillo *controverſ. lib. 5. cap. 86. à numer. 36.* alios plures citavi *dec. 132. numer. 23. part. 3.* addo Honded. *conſ. 3. & 4. lib. 2.* Boer. *dec. 272. num. 2.* Gratian. *diſcept. forenſ. capit. 592. numer. 8. & 9.* remiſſivè Hermoſilla ad Gregor. Lopez, *lib. 15. gloſ. 2. numero 26. in fine, & ſub numer. 47. fol. 86. tom. 2.* Reg. Matthæu *de regim. Reg. Valent. capite 5. §. 3. numero 5.* Balmaſeda *de collect. quæſt. 90. numer. 9. in fine.*

55 Sit 3. concluſio. Quod Capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum ſicut poteſt depaſci facere ſua pecora in paſcuis communibus Univerſitatis pro macello ad diviſionem, & diſtributionem Eccleſiaſticorum, ita ſimiliter poteſt ſua pecora aquare. Eo quia qui habet jus paſcendi, habet etiam jus aquandi, ita additio ad Stayban. *conſ. 91. ex lib. 1.* ubi Bartol. *C. de municip. & colon. libr. 11.* Taſſon. *in pragm. de antefato, verſ. 4. obſerv. 2. fol. 279. col. 1. circa medium*, quidquid dicant Rovit. *in rubr. à numer. 9. de paſcuis*, Thoro *in compend. deciſ. part. 1. verbo Jus paſcendi debitum, fol. 303.* Viſcont *in ſuis concluſ. verbo uſum nemoris*, Reg. Matthæu *de regim. Reg. Valent. cap. 5. §. 2. numer. 9.* quia contra eos eſt verior ſententia, ut latè probat Novarius *quæſt. forenſ. 23. lib. 1. & gravam. 35. numer. 5. & gravam. 419. toto tomo 1. & in rubric. collect. 1. numer. 14. de paſcuis*, Riccius *collect. 2287. & 2288.* & ſequi videtur Capiblanc. *in pragmat. 11. cap. 81. à numer. 5. de Baronib. tomo 2.*

56 Uſus enim aquæ prohiberi nequit habenti jus paſcendi, cùm ſint indiviſibilia. Cùm & cibi appellatione veniat potus *l. diariis, l. legatis alimentis, gloſs. verbo cibario, ff. de aliment. & cibar. legat. l. in rebus, §. poſſunt, ff. commodati*, Surd. *de aliment. titul. 4. quæſt. 3. à num. 1.* Barboſa *appellat. 47. numer. 1.* Novarius *gravam. 419. numer. 7. tom. 1.* Quia licèt jus paſcendi ſit diverſum à jure aquandi, *l. pecoris, ff. de ſervitut. ruſticor. prædior.* Novar. *grav. 419. n. 3. tom. 1.* tamen poſt paſtum bibere neceſſarium eſt, & unum ſine alio ſtare non poteſt, non vi extenſionis, ſed comprehenſionis, nam unum jus comprehendere debet aliud, uti alterius conſecutivum, Novarius *gravam. 419. n. 5. tom. 1.*

Addunt prætitati Doctores, quod habens jus pa- 57
ſcendi poteſt facere pernoctare animalia, Taſſon *in pragmat. de antefato, verſic. 4. obſervat. 2.* Novarius *q. forenſ. 23. num. 1. tom. 1. & gravam. 420. num. 1. to. 1. & in rubric. collect. 1. num. 14. de paſcuis*. Et facere † 58
tugurium ad evitandam hiemem, Additio ad Stayban. *conſ. 81. ex l. veluti in fine, ff. de ſervit. ruſtic. prædior.* Novarius *gravam. 35. num. 6. & grav. 420. num. 2. tom. 1. & in rubr. collect. 1. ſub num. 14. de paſcuis*. Et face-
re † ligna ſcindere pro uſu cuſtodum animalium, pro- 59
bat Novarius *grav. 421. tom. 1. & in rubr. collect. 1. num. 14. in fine de paſcuis*.

Sit 4. concluſio, quod Capitulum Canonicorum, 60
ſeu Communitas Clericorum, invitis dominis, non poteſt depaſci facere pecora neceſſaria pro macello ad ſuſtentationem, & diviſionem Eccleſiaſticorum in fundis, agris, & prædiis alienis herbam naturaliter illic naſcentem poſt collectos fructus. Quia nullo jure, neque privilegio reperitur conceſſum, quod Clerici poſſint uti rebus, & paſcuis alienis, invitis Dominis, Lucas de Penna *in l. jubemus 1. Codic. de navib. non excuſand. libr. 11.* Cævallos *de cognit. per viam violent. parte ſecunda, quæſt. 11. numer. 46.* Martha *de juriſdict. part. 3. caſu 8. ſub numero 1.*

Nam ſicut domum alienam nemini licet ingredi 61
invito domino, *l. lex Cornelia, in princip. l. his qui in domum, ff. de injuriis*, Padilla *in l. per agrum, numer. 2. C. de ſervit. & aqua*, ubi *num. 3.* limitat in juſtitiæ Miniſtro, qui reum inquirentem poteſt domus privatorum adire, *l. 2. Cod. de ſervis fugitivis, l. 1. l. hoc autem, l. Divus Pius, ff. eodem*, Buccaron. *de differ. inter judic. civil. & crim. different. 67.* Ita alienum † 62
agrum ingredi, & depaſcere nemini licet invito domino, *l. quintus, ff. ad leg. Aquil. l. per agrum*, ubi Padilla *num. 1.* Barboſa *num. 1. & 2. Cod. de ſervitut. & aqua, l. fin. Cod. de paſcuis publicis, libr. 11. l. per fundum 11. l. Divus 16. ff. de ſervit. ruſticor. prædior. §. feræ, de rer. diviſ.* Reg. Mattheu *de regim. Reg. Valent. cap. 5. §. 1. num. 12. verſic. Sed cum*, Picard. *in §. cæterum, num. 23. de lege aquilia*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 80. numer. 1.* Tuſchus *practic. concl. littera P, concl. 113. num. 1.* Covar. *practic. cap. 37. numer. 1. verſic. Secundo*, Xammar. *defin. 94. num. 7.* alios addunt Surd. *deciſ. 346. numer. 5. verſic. Tamen, tom. 1.* Reg. Vico *ad pragm. Reg. Sard. tom. 2. tit. 43. capit. 3. numer. 4.*

Adeo quod quis tenetur lege Aquilia, ſi invito do- 63
mino propria animalia miſerit ad paſcendum in agrum alienum, *l. ſi ſervus ſervum, §. ſi oleum, ff. ad leg. Aquil. l. qui ſervandarum, ff. de præſcript. l. fin.* ubi Barboſa *à numer. 1. Cod. de lege Aquilia*, Surd. *dec. 236. ſub num. 5.* Xammar. *defin. 94. numer. 9.* Quia ut
notat † *gloſ. in l. pratum, ff. de verb. ſignific.* quidquid 64
naſcitur in meo fundo, meum eſt, & herba, & prata prædii mei ſunt mea, *l. non ſolum, §. 1. ff. de rei vendicat. l. adeo, §. fin. l. qua ratione, ff. de acquir. rer. dom.* Novarius *gravam. 37. num. 4. tom. 1.* Surd. *deciſ. 236. ſub numer. 5.*

Cum conſenſu tamen Dominorum benè poteſt 65
Capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum depaſci facere pecora pro macello neceſſaria ad diviſionem, & ſuſtentationem Eccleſiaſticorum in agris, prædiis, & fundis alienis poſt collectos fructus herbam naturaliter naſcentem, ſicut alii cives cum tali conſenſu id facere poſſunt, Reg. Vico *ad pragm. Reg. Sard. tom. 2. tit. 43. cap. 3. num. 13.* Novarius *gravam. 50. tom. 1.* vel dominis prædiorum non prohibentibus, ad Padillam *in l. agrum, numer. 10. Cod. de ſervat. & aqua*. Ita Senatus 18. Septembris 1658. ad relationem Magnifici Joannis Pauli Xammar Regii Senatoris, actuario Cortell, poſtea Flores, & Montagut in favorem Syndici Capituli Sedis Vicen. contra Syndicum Civitatis Vici: in qua fuit declaratum, licere Capitulo Sedis Vicen. tanquam civi paſcere pecora neceſſaria ad ſcindendas carnes ſui macelli in locis communibus Parochiæ, & territorii dictæ Civitatis Vici, quæ nullius in bonis ſunt, ſi quæ exiſtant. In terris au-

tem

tem ſingulorum poſt collectos fructus licere tantummodo dicto Capitulo uti civi prædicta pecora depaſcere, non prohibentibus prædiorum dominis.

66 Ex quibus ſequitur, quod domini agrorum prohibere poſſunt vicinis, ne propria animalia in illorum agris immittant ad paſcendum poſt collectos fructus herbam illic naturaliter naſcentem, Covarr. *pract. cap. 37. numer. 2. & 3.* Cancer *part. 3. cap. 4. à n. 71.* Cabedo *dec. 151. part. 1.* Padilla *in l. per agrum, num. 10.* ubi Barboſa *num. 4. Cod. de ſervit. & aqua*, Surd. *dec. 236. num. 5. in fine, & conſ. 616. in princip.* Hermoſilla ad Gregor. Lopez, *l. 15. gloſ. 3. numer. 23. verſic. Ubi agunt de quæſtione, fol. 89. tom. 2.* Novar. *quæſt. forenſ. 109. part. 1. & quæſt. 12. part. 2.* Reg. Vico *ad pragm. Reg. Sard. tom. 2. tit. 43. cap. 3. num. 4. in fine*, Xammar. *defin. 94. num. 6.* ſicque practicari in majori parte Cathaloniæ, ut multi impetrant ab ordinariis banna, ne quis ſub certa pœna in aliquem fundum animalia ad paſcendum immittat, etiam vacante fundo à ſemine, & fructibus; teſtatur Cancer *part. 3. var. cap. 4. n. 73.* & conſuluit in pulchro caſu idem Cancer *part. 3. var. cap. 12. à num. 226. ad 237. & cap. 13. numer. 173.* poſſe tamen impetrari hæc banna à Bajulo Generali Cathaloniæ, probat, & exemplaria refert Ripoll. *variar. cap. 1. à num. 533. ad 545.* & exemplar modernum refert Xammar. *defin. 94. numer. 1.*

67 Fallit 1. ſi Univerſitas non habet paſcua publica, & communia ad depaſcenda pecora ſui macelli, nam tunc pecora ſui macelli poteſt depaſcere uſque ad numerum neceſſarium ad opus ipſius in terris incultis ſingularium ſui termini, non obſtante prohibitione banni, ne quis depaſceret pecora in terris privatorum; binas deciſiones refert Xammar. unam noſtri Regii Senatus 7. Novembris 1600. referente Magnifico Hieronymo Aſtor inter Syndicum Villæ Sparagariæ ex una, & colonos, & incolas ejus termini ex altera, *in ipſa definitione 94.* alteram Regii Conſilii Bajuliæ Generalis Cathaloniæ in favorem Univerſitatis Oppidi de Sariano, contra N. Corts Archidiaconum Sedis Barcinonæ *dicta defin. 94. numer. 1.* & probat *numer. 2. 3. 4. & 5.* alium caſum tradit Ripoll. *variar. cap. 1. à n. 533. ad 545.*

68 Fallit 2. ubi ſervitus juris paſcendi herbam naturaliter naſcentem in agris alienis poſt collectos fructus acquiſita ſit ex pacto, aut communi loci conſuetudine, ita Cancer. *part. 3. var. cap. 4. numer. 75.* Hermoſilla ad Gregor. Lopez, *l. 15. gloſ. 3. ſub numer. 23. fol. 89. pag. 2. in princ. tom. 2.* & in terminis conſuetudinis Tuſchus *pract. concl. littera P. concl. 112. n. 7. & concluſ. 113. numer. 2.* Sicque ſervari in Regno Caſtellæ, Covar. *practic. cap. 37. numer. 2. & 3. verſic. Quidquid*, & in Regno Sardiniæ, Reg. Vico *tom. 2. titul. 43. cap. 3. numer. 7.* Et in Aragonia in fundis alterius non irriguis, fructibus exportatis, Portoles ad Molin. *§. ganatum, numer. 36. 37. & 38.* notat Cancer *part. 3. var. capit. 4. numer. 74.* Luca ad Franchis, *deciſ. 301. numer. 7. ſub verſic. Suffragatur*. Et in Regno Neapolis Novarius *gravam. 43. tom. 1.* & in terminis præſcriptionis, Surd. *deciſ. 236. numer. 1.* Covar. *practic. cap. 37. numer. 2.* Tuſchus *practic. concl. littera P, concl. 111. numer. 4.* Xammar. *defin. 94. numer. 6.* Reg. Vico *ad pragm. Reg. Sard. tom.*
69 *2. tit. 43. cap. 4. num. 2. & 6.* Et tunc † Domini agrorum non poſſunt immittere aratrum, vel aliquid aliud facere, per quod uſus juris paſcendi impediatur, Covarr. *lib. 1. variar. cap. 17. numer. 11. verſic. Sed, & quoties*, Morla *in empt. jur. part. 1. titul. 6. quæſt. 4. numer. 24. verſic. Illud tamen*, Hermoſilla ad Gregor. Lopez, *lib. 15. gloſs. 3. num. 23. fol. 89. tom. 2.* alios plures cumulat Reg. Vico *ad pragm. Reg. Sardin. tom. 2. tit. 43. cap. 3. numer. 18.* Thomat. *deciſ. 234. numer. 31. 32. & 35. part. 2.* Ludovic. Bellus *conſ. 104. toto*, & cenſuiſſe noſtrum Senatum 3. Decembris 1603. referente Don Salvatore Fontanet poſtea Regente in SS. R. C. Aragonum Conſilio in cauſa Baroniarum de Cantavieja, & Civitatis Dertuzæ teſtatur Cancer *part. 3. variar. capit. 4. numer. 75. & 76.* Portoles ad Molin. *§. ganatum, numer. 12.* qui *num. 13.* Secus dicit eſſe de Regno Aragonum, Novarius *gravam. 30. tom. 1.*

Jus paſcendi in pratis, & agris alienis, an ſit 70
reale, vel perſonale, & quanto tempore præſcribatur? Quidquid diſputent Doctores, veritas eſt, quod ſit ſervitus realis, & ſolùm præſcribitur per tempus immemoriale, Covar. *lib. 1. var. cap. 17. numero 11.* ubi Ybannez de Faria *à numer. 118. ad 124.* Minſyng. *cent. 4. obſerv. 54.* Gail. *lib. 2. obſervat. 66. ſignanter numero 7.* Padilla *in l. 2. à numer. 26. præcipuè num. 32. Codic. de ſervitut. & aqua*, Caſtillo *de uſufruct. c. 68. à numer. 7. ſingulariter numer. 18.* Riccius *collect. 1072. in princ.* Morla *in emp. jur. titul. part. 1. tit. 6. quæſt. 4. numer. 28.* Portoles ad Molin. *§. præſcriptio, numer. 8.* Reg. Vico *ad pragm. Reg. Sardin. tom. 2. titul. 43. cap. 3. num. 2.* Cancer *p. 3. var. cap. 4. à num. 46. præcipuè n. 49. 50. & 51.* ubi teſtatur ita viſum noſtro Senatui die 3. Decembris 1603. referente Don Salvatore Fontanet, poſtea Regente in SS. R. C. Aragonum Conſilio in cauſa Bajuliarum de Contavieja, & Civitatis Dertuzæ, actuario Palaus, Ludovic. Bellus *conſ. 103. num. 9.* Amendola ad Franchis. *deciſ. 197. numer. 15.* Hermoſilla ad Gregor. Lopez, *l. 15. gloſſ. 2. num. 100. fol. 87. tom. 2.* & reſpectu manutentionis, quod probandum ſit, Poſtius *de manutent. obſerv. 72. n. 13.*

Ceſſat verò jus paſcendi acquiſitum pacto, præ- 71
ſcriptione, vel alio titulo, quando paſcua omnibus non ſufficiunt, nam tunc præferuntur illi, in quorum territorio paſcua ſunt, Abbas *in cap. dilecti, numer. 7. de arbitriis*, Afflictis *deciſ. 290. à numer. 6.* ubi ita judicatum fuiſſe dicit, Thoro *in compend. deciſ. part. 1. verbo Paſcua ſolita, fol. 397.* Avendanno *de exeq. mandat. lib. 1. cap. 4. numer. 21.* Morla *in empor. jur. part. 1. tit. 6. quæſt. 4. numer. 29.* Gabriel. *de præſump. concl. 1. numer. 12.* Portoles ad Molin. *§. beſtia, numer. 27. & §. ganatum, num. 14. & 76.* Covar. *lib. 1. variar. cap. 17. numer. 11. verſic. His vero*, Azevedo *lib. 1. numer. 67. tit. 15. lib. 4. recopil.* Surd. *deciſ. 236. numer. 20. & 21. & de aliment. tit. 7. quæſt. 8. numer. 6. & 7.* Cancer *part. 5. variar. cap. 4. à numer. 51.* Reg. Vico *ad pragm. Reg. Sardin. tom. 2. tit. 43. cap. 3. numer. 16.* Novarius *quæſt. forenſ. 27. tom. 2. & gravam. 40. num. 3. & 4. tom. 1. & gravam. 175. à numer. 5. tom. 2.* Reg. Seſſe *dec. 74. numer. 27. tom. 1.* Hermoſilla ad Gregor. Lopez, *lib. 15. gloſſ. 2. numer. 34. part. 2.* Luca ad Franchis *dec. 164. num. 19. part. 1.* Reg. Matthæu *de regim. Reg. Valent. cap. 5. §. 30. numer. 22.* conducit Boſſius *de aliment. capite 10. numer. 643.*

Fallit 3. in viatore, qui equitat cum equo pro 72
aliquo negotio peragendo, poteſt licitè in agro alieno equum ſuum quaſi per tranſellum depaſci facere etiam extra neceſſitatem, Cepola *de ſervitut. juris paſcendi, numer. 7. & 8.* Ramon. *ſingul. 234.* Covar. *practic. cap. 37. numer. 2. verſic. Octavo*, Chaſſan. *ad conſuet. Burg. Rubr. fol. mihi 72. n. 16.* Tuſc. *pract. concl. littera P, concl. 111. n. 3.* Gratian. *diſcept. foren. cap. 80. n. 20.* Hermoſilla ad Greg. Lopez, *lib. 15. gloſ. 2. n. 65. fol. 83. prag. 2. tom. 2.* Stayb. *conſ. 91. à num. 8.* Novarius *grav. 152. tom. 2.* Carocius *de locato, part. 7. concl. 20. fol. 269. pag. 2.* Caſt. Palaus *de juſtit. & jure, part. 7. tract. 31. diſp. unica, punct. 16. n. 4. verſicul. Monendum*.

Prout poteſt viator hortos ingredi, fructus, & uvas 73
comedere, etiam extra neceſſitatem Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 80. numer. 16. 17. 18. & 19.* Novarius *grav. 150. n. 1. & 2. tom. 2.* Cavar. Tuſc. Carocius, Caſt. Palaus *locis citatis, n. 71.*

Imo ſtatutum prohibens viatori comedere uvas in 74
alieno agro non valeret, tanquam contra jus Divinum, tradunt Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 38. num. 8.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 80. num. 19.* Novarius *gravam. 150. num. 1. tom. 2.* Barboſa *in capit. 4. numer. 3. in fine, de injuriis*. Intellige dummodo intus prędia uvas comedat, non autem ut extra aſportet, Covar. *practic. cap. 37. numer. 3. verſic. Octavo, in fine*, Tuſch. *practic. concluſ. littera P. concluſ. 111. numer. 3.*

*mer.* 3. Caroeius *de locato, part.* 7. *conel.* 20. *numer.* 1. Caſt. Palaus *de juſt. & jure, part.* 7. *tract.* 31. *diſp. unic. punct.* 16. *num.* 4. *verſic. Monendum*, Novar. *grav.* 150. *n.* 3. *verſic. Sed mihi, tom.* 2.

75 Sed in his, tam reſpectu paſcuorum, quàm uvarum ſervandam eſſe conſuetudinem, neque enim habenas laxandas in proximorum præjudicium, ideoque non facilè hæc admitteret, dicit Caſt. Palaus *de juſt. & jure, part.* 7. *tract.* 31. *diſput. unic. punct.* 16. *numer.* 4. *verſic. Monendum, in fine*. Sed quod ita ſervetur de conſuetudine tradunt Cæpola *de ſervitute juris paſcendi, cap.* 20. *numer.* 3. Carocius *de locato, part.* 7. *concluſ.* 20. *numer.* 1. *verſic. Addo, in fine, fol.* 269. *pagin.* 2. Novar. *gravam.* 150. *num.* 1. *in fine, tom.* 2. Et quod tempore neceſſitatis licitum ſit viatori uvas aſportare, Gratian. *diſceptat. forenſ. capit.* 80. *num.* 16. Carocius *de locato, part.* 7. *concl.* 20. *n.* 2. Novar. *grav.* 150. *ſub n.* 1. *tom.* 2.

76 Pro coronide ex dictis *numer.* 15. collige unum notabile. Quod ſemper noſter Senatus Eccleſiis, quæ habent macella, adjudicat paſcua communia pro tot pecoribus, quot judicat eis neceſſaria, & eam taxationem facit Judex ſæcularis, non Eccleſiaſticus, ex Fontanella *deciſ.* 513. *numer.* 8. *part.* 2. & multo magis eam taxationem facere debet Judex ſæcularis, quando datur exceſſus in numero pecorum, ex traditis cum declarationibus Cancellariorum Cathalonię cum ſuis Conſultoribus per Ripoll. *variar. capit.* 1. *numer.* 369. 370. & 371. Fontanellam *deciſ.* 518. *numer.* 27. *part.* 2. de quibus infra *deciſ*... *numer*... Sicque recedendum venit à declaratione abſque Conſultoribus facta per Cancellarium Monſerrat die 28. Maji 1686. in favorem Communitatis Presbyterorum Eccleſię Parochialis Villæ Caſtellionis Empuriarum, contra Syndicum Univerſitatis ejuſdem Villæ. In qua non obſtante, quod per Univerſitatem probatum fuerat numerum pecorum Communitatis Presbyterorum eſſe exceſſivum, & eſſe in poſſeſſione prohibendi, & pignorandi contra facientes paſtores Communitatis Clericorum, fuit declaratum cauſam pertinere ad Judicem Eccleſiaſticum.

---

*ARGUMENTUM.*

## An cives poſſint depaſci facere ſua pecora, & animalia in terris Eccleſiæ, & Eccleſiaſticarum perſonarum.

*SUMMARIUM.*

1 *Cives poſſunt facere depaſci ſua pecora, & alia animalia in agris Clericorum poſt collectos fructus herbam naturaliter naſcentem cum conſenſu Clericorum, ſeu eis non prohibentibus, numer.* 1. *& quod ſi ſuper iis moveatur contentio, quis Judex ſit competens, numer.* 2. *&* 3. *& quod Eccleſiaſtici ſint Barones, numer.* 4. *&* 5.

6 *Teſtes Univerſitatis an probent, quando agitur de paſcuis. Diſtinguendi ſunt tres caſus, numer.* 6. *Primus caſus eſt, quod teſtes de Univerſitate admittuntur ſuper jure paſcendi pro ipſa Univerſitate, quando paſcua eam habent naturam, quam ſortiuntur cætera bona, quæ vocantur* proprios del Conſejo, *numer.* 7. *Secundus caſus eſt, quod teſtes Univerſitatis non admittuntur pro ipſa Univerſitate, quando agitur de paſcuis, in quibus ſinguli de Univerſitate oves, & alia animalia paſcenda reſpectu vicinitatis immittunt, numer.* 29. *Amplia* 1. *etiamſi teſtes ſint Nobiles, numer.* 31. *Amplia* 2. *etiam quod teſtes ſint Clerici, ibidem. Amplia* 3. *etiamſi ſint plures teſtes Univerſitatis, numer.* 32. *Limita* 1. *ſi Univerſitas venderet paſcua, numero* 33. *Limita* 2. *quando cives pro paſcendis animalibus mercedem Univerſitati ſolvunt, numero* 34. *Limita* 3. *ſi Univerſitas haberet propria animalia, numero* 35. *Limita* 4. *ſi teſtes Univerſitatis paſcerent animalia Univerſitatis, ſeu propria de ejus mandato, numer.* 36. *Limita* 5. *ubi cives alibi paſcua commodè habere non poſſunt, n.* 37. *Limita* 6. *quando cives ſunt valdè pauperes n.* 38. *Limita* 7. *quando Univerſitas eſſet magna, & utilitas paſcuorum eſſet modica, num.* 39. *Limita* 8. *quando alii teſtes concurrunt cum teſtibus Univerſitatis, n.* 43. *Tertius caſus eſt, quod teſtes Univerſitatis non admittuntur, quando prætendunt habere paſcua ſuper bonis Eccleſiæ, numero* 44.

8 *Teſtes Univerſitatis admittuntur in teſtes pro ipſa Univerſitate, num.* 8. *etiam quando aliter veritas haberi poteſt, num.* 9. *Limita* 1. *in Regno Aragonum, num.* 10. *Limita* 2. *ut iſti teſtes non ſint omni exceptione majores, numer.* 11. *etiam*
5 *quod eſſent de Univerſitate Eccleſiaſtica, numer.* 12. *Sublimita* 1. *quando teſtes deponerent de geſtis in Capitulo, numer.* 13. *intellige numer.* 14. 15. *&* 16. *Sublimita* 2. *ut eorum dictum ſuppleatur, vel ex fide aliorum teſtium forenſium, numer.* 17. *vel ex numero ipſorum teſtium Univerſitatis, numero* 18. *&* 19. *vel ex aliis circumſtantiis, quæ referuntur, num.* 20. 21. 22. 23. *&* 24. *Sublimita* 3. *quando alii teſtes non deponunt contrarium, numero* 25. *ſecus ſi adverſarius Univerſitatis aliis teſtibus contrarium probaſſet, num.* 27. *intellige duobus modis, num.* 27. *&* 28.

30 *Teſtes Univerſitatis admittuntur ad teſtificandum pro ipſa Univerſitate in iis, quæ reſpiciunt commodum, & utilitatem Univerſitatis, ſecus in iis, quæ ſingulorum utilitatem reſpiciunt, tunc ſinguli de Univerſitate ad teſtificandum pro ipſa Univerſitate admitti non poſſunt.*

45 *Teſtes Univerſitatis non admittuntur, quando cauſa civilis eſt ardua, & magna, n.* 45. *ſed hoc reſidet in judicis arbitrio, n.* 46.

47 *Paſcuorum cauſa ardua, & gravis eſt.*

48 *Teſtes Univerſitatis admittuntur ad teſtificandum pro ipſa Univerſitate, quando agitur de probatione confinium.*

49 *Teſtes de Univerſitate teſtificari poſſunt pro ipſa Univerſitate, quando cauſa eſt mixta, tàm nomine Univerſitatis, quàm ſingulorum intentata.*

50 *Teſtes Univerſitatis non admittuntur, nec ſunt idonei pro ipſa Univerſitate, quando cauſa eſt criminalis.*

## DECISIO CCXIII.

ACtum fuit in præcedenti deciſione de jure paſcendi activè per Clericos contra Univerſita- 1
tatem, & ejus cives. In hac agendum eſt de jure paſcendi paſſivè contra Clericos. Et ſicut Clerici poſſunt depaſci facere pecora ſua, & alia animalia in agris, & prædiis civium herbam naturaliter naſcentem poſt collectos fructus cum conſenſu Dominorum, ſeu non prohibentibus prædiorum dominis? ſecus eis invitis, ut probatum fuit *dec.* 212. *à numer.* 60. Ita ſimiliter, ut æqualitas ſervetur, cives, & vicini facere depaſci poſſunt ſua pecora, & alia animalia in terris, & agris Clericorum poſt collectos fructus herbam naturaliter naſcentem, cum conſenſu Clericorum, ſeu eis non prohibentibus, Chaſſanæus *in conſuetud. Burgund. num.* 13. §. 5. *numer.* 1. *verſic. Sed numquid*, Rovit. *in pragmat.* 1. *à numer.* 19. *de ſalar. eorum*, Luca ad Franchis, *deciſ.* 301. *numer.* 5. *ante finem, & numer.* 7. *verſic. Suffragatur*, ibi. *Et ita pariter*, Novarius *in pragmat.* 11. *collect.* 11. *numer.* 3. *de Baron. & gravam.* 33. *numer.* 2. *tom.* 1. ſecus Clericis dominis agrorum prohibentibus, juxta tradita per Xammar. *definit.* 94. *numer.* 1.

2 Ideoque in Cathalonia, ſi Clerici non ſunt in poſſeſſione juris paſcendi pecora, & bibendi aquas, ac prohibendi laicis ſua pecora depaſci in terris Clericorum, ſed ſunt in petitorio, poſſunt laici depaſci facere ſua pecora in agris, & in terris ipſorum Clericorum, & ſi ſuper iis moveatur competentia, declaratur per Cancellarium cauſam pertinere ad Judicem ſæcularem, ſic fuit declaratum per Cancellarium Caſſador, Conſultoribus Lofre, & Vilana 12. Octobris 1570. in favorem Syndici Univerſitatis de Alcarras, contra Decanum, & Capitulum Canonicorum Sedis Ilerdæ ſuper prætenſo jure paſcendi pecora dictæ Univerſitatis, & ſingularium Villæ de Alcarras in termino Villænovæ de Remolius proprio dicti Decani, & Capituli Ilerden. Et per Cancellarium Loris, Conſultoribus Cordeles, Fontpaſtor, Puig 27. Auguſti 1579. in favorem Univerſitatis loci de Belluis contra Capitulum Eccleſiæ Ilerden. ſuper jure paſcendi herbas, & bibendi aquas dicti termini de Belluis, proprii dicti Capituli Sedis Ilerdæ.

3 E contra verò ſi Clerici ſunt in poſſeſſione juris paſcendi pecora, & prohibendi laicis pecora ſua depaſci facere, ac etiam bibendi aquas in agris, & terris Clericorum, non poſſunt laici facere depaſci ſua pecora, neque aquas bibere in terris, & agris ipſorum Clericorum, & ſi contentio ſuper iis oriatur, declaratur per Cancellarium cauſæ cognitionem pertinere ad Judicem Eccleſiaſticum. Ita fuit declaratum pee Cancellarium Rovirola, Conſultoribus Fontanet, & Torner 18. Novrmb. 1603. in facto juris firmæ ſuæ in Curia ſæculari R. A. per Syndicum Univerſitatis Villæ de Llers procedimentis factis in Curia Eccleſiaſtica Vicen. in ſtante Michaele Partioles Præpoſito Eccleſiæ Beatę Marię de Rourer ſuper poſſeſſione utendi paſcuis, & herbis, & prohibendo aliis uti dictis paſcuis, & herbis in omnibus terris dictæ Præpoſituræ, & ſignanter in monte de Rourer: Et quia ex teſtibus receptis pro Curia Eccleſiaſtica conſtitit de dominio dicti montis, & poſſeſſione paſcendi in eo, & prohibendi pecora eorum depaſci herbas dictis montis: fuit declaratum firmæ juris per dictum Syndicum in Curia ſæculari factę locum non fuiſſe, nec eſſe.

4 At ſi Eccleſiaſtici ſint Barones, & exiſtant in poſſeſſione paſcendi, & adaquandi pecora, & prohibendi laicis pecora depaſci in illorum terris, & pignorant arietes alicujus laici in illorum terris depaſcentes, & ab hujuſmodi pignorationibus, & procedimentis per laicum appelletur ad ſuperiorem Baronis Eccleſiaſtici, & coram eo fiat mutua petitio, & reconventio per Baronem Eccleſiaſticum, & ſuper iis moveatur competentia, declaratur per Cancellarium, cognitionem cauſæ pertinere ad Judicem ſæcularem. Sic fuit declaratum per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Magarola, Carretes, & Garau 14. Decemb. 1629. in favorem Civitatis Balagarii, contra Capitulum Eccleſiæ Ilerden. Super ſervitutibus paſcendi, apletandi, & adaquandi pecora, & etiam venandi, & ſignandi in terminis de Vallfogura; la Zuyda, Timonal, & Panelles altes propriis dicti Capituli Sedis Ilerdæ, de qua lato calamo ſcripſit Fontanella *deciſ.* 340. 341. 342. & 343. *part.* 2.

5 Quinimo ſi Eccleſiaſtici ſint Barones, quamvis non detur mutua petitio, & reconventio, ſi pignorant exiſtentem in poſſeſſione pecora depaſcendi, & apletandi in terris Baronum Eccleſiaſticorum, & oriatur ſuper iis contentio, declaratur hujuſmodi cauſæ cognitionem pertinere ad judicem ſæcularem. Ita fuit declaratum in Cathalonia in fortioribus terminis per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Beſturs Carreres, & Guerau 25. Sept. 1629. in favorem Prioris Conventus Scalæ Dei, Ordinis Carthuſ. contra Abbatem, & Conventum Populeti Ordinis Ciſtercienſ. Ex quo per dictum Abbatem, & Conventum Populeti uti Dominum juriſdictionis locorum, & Univerſitatum de la Joconſa, Popula de Ciervobes, & aliorum, dictus Prior, & Conventus Scalæ Dei moleſtabantur in poſſeſſione liberè depaſcendi, & adaquandi ſua beſtiaria per loca ſolita intra limites adimprivorum caſtri de Ciurána, vulgo dicti los emprius de Ciurana, ſub quacumque ſint juriſdictione conſtituta, pignorando quendam equum dicti Conventus Scalæ Dei in termino de la Joncoſa, qui eſt intra limites dictorum ad impriviorum, & cum vi, & diſtrictu Curiæ ſæcularis Bajuli, ſeu Procuratoris Generalis Abbatis, & conventus Populeti diſtrahendo; videndus omnino Reg. Matthæu *de regim. Reg. Valentiæ*, *cap.* 5. §. 1, *à num.* 20.

Sed quæro. An teſtes Univerſitatis probent pro Univerſitate, quando agitur de paſcuis? Diſtinguendi ſunt tres caſus, 6

Primus eſt, quando paſcua de quibus contenditur, & ſuper quibus lis vertitur, cùm habeant naturam, quam ſortiuntur cætera bona, quæ vulgo vocantur proprios del Conſejo, & tam in proprietate, quàm in perceptione commoditatis, & redditus fuerint, vel futura ſint ipſius Conſilii, & oppidi, tunc teſtes Univerſitatis admittuntur ſuper jure paſcendi, ita Fermoſinus *in capite tertio loco*, 5. *quæſt.* 2. *numer.* 3. *de probat.* ubi ſic intelligit Riccium *collect.* 1859. 7

15 Damnum per pecora, & animalia illatum in meſſibus, & ſegetibus in herba exiſtentibus quomodo æſtimari debeat? Videndi ſunt Vivius *deciſ. 280. dub. 2.* Riccius *collect. 103. in fine, verſic. Item damnum datum*, Avendanno *de exequend. mandat. par.1. capit.13. num.2*. Portoles *ad Molin. §. damnum, num.4*. Urſill. *ad Afflict. deciſ.34. numer.4*. Gratian. *deciſ. Marchiæ 57*. ubi Scoppa *in obſervat. à num.1*. Chaſſanæus *ad conſuetud. Burgund. rub.1. fol. mihi 71. col.2. num.5*. Monter *deciſ.18*. Novarius *gravam.44. num.5. 6. & 7. tom. 1. Et in pragmat. 1. collect.2. numer.29. & 30. de officio Bajuli*, Urſellius *concluſ. 108. verbo Animalia, numero 52. cum ſeq*. Reg. Vico *ad pragmatic. Reg. Sard. tom.2. titul.44. cap.8. num. 9. & capit.14. numero 2. & 3*. Otero *de paſcuis, capit.13. à num.5*. Hermoſilla *l. 9. titul.2. part.5. gloſſ.2. & 3. num. 83. fol.172. pag. 2. tom. 1*. Barboſa *in remiſſ. ad ordinat. leg. Luſit. lib.5. titul.77. numero 46. & in cap. ſi læſerit.4. num.3. de injuriis*, Caroccius *de Locato, part.5. rub. de retentione pro noxa, num.3. fol. mihi 228. pag.2*. Marcel. de Vulpe *in praxi fori Eccleſ. cap. 18. num.6*. Cancer *part. 1. var. capit. 13. num. 14. verſicul. Similiter*, Scialoya *de foro compet. cap.26. numer.44*. Romaguera *in addit. ad Conciol. ad ſtatut. Eugubii, lib.6. rub. decima, numero 10.*

16 Quæro 3. An animalia damnum dantia in agro, & fundo alieno poſſint expelli per Dominum damnum paſſum? Reſp. quod ſic, *l. Quintus mutius, §.1. ff. de lege Aquilia*, Chaſſanæus *in conſuet. Burgund. rub. 1. fol.72. num.11. in fine*, Cæpola *de ſervit. ruſtic. prædior. cap.9. num.30*. Pichard. *in §. cæterùm 16. de lege Aquilia*, Hermoſilla *ad Gregor. Lopez, leg.9. gloſſ. 3. & 4. n.85. verſic. Quia, fol.172. pag.2. tom.1*. Conciol. *ad ſtat. Eugubii, lib.6. rub.10. n.1.*

17 Sed non percutere animalia, & offendere, ſed ea expellere, uti propria animalia, aliàs Dominus tenetur actione in factum pro damno, *l. Quintus Mutius, §. 1. ff. de lege Aquilia*, Chaſſanæus *ad conſuet. Burgund. rub.1. fol.72. num.12*. Cæpola *de ſervit. ruſt. præſt. cap. 9. num.30*. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.2. tit.43. cap.3. num.5. verſ. Sed tu*, Conciolus *ad ſtat. Eugubii, lib.6. rub.11. n.1.*

Multoque minus animalia occidere, ſed ſi illa do- 18
minus fundi occiderit, contra eum non poteſt proce-
di criminaliter, etſi aliter dicat Garcia *de expen. cap.*
*4. numero 29*. Sed agendum eſt pro damno dato ad eo-
rum ſatisfactionem; Navar. *in manuali, capit. 17. nu-*
*mero 120*. Farinac. *in prax. part. 1. quæſt. 42. nume-*
*ro 28*. Guazzin. *defen.30. capit.3. numero 5. verſicul.*
*Ego autem*, Hermoſilla *ad Gregor. Lopez, l.9. gloſſ.*
*2. & 3. num.85. fol.172. pag.2. tom.1*. Urſellius *concluſ.*
*118. num.60. verſicul. Aliàs animalia*, Conciolus *ad*
*ſtat. Eugubii, lib.6. rub.11. num.3*. plures citat Nova-
rius *gravam. 269. numer.4. & 5. tom.1*. alios addit Ro-
maguera *ad Conciol. ad ſtatut. Eugubii, lib.6. rub. 11.*
*numero 4*. Et tunc † Dominus animalium mortuorum 19
non tenetur recipere in computum carnes, & coria,
Queſada Pilo *contr. foren. cap.14. num. final*. Urſellius
*concl.108. num. 60. verſ. Aliàs animalia*, Romaguera
*in addit. ad Conciolum ad ſtat. Eugubii, lib.6. cap. 10.*
*num.5.*

Amplia 1. ad gallinas, & columbas campos devaſtantes, quas à Domino fundi non poſſe licito jure occidi, Novarius *de grav. vaſſal. grav. 368. num.6. & 7. tom.1*. ex Boer. *ad conſuetud. Bitur. fol.120. §. & meſſes*, ad quem ſe refert Chaſſanæus, *ad conſuet. Burgun. rub. 1. fol.72. n.11. in fine*. 20

Amplia 2. Etiamſi Dominus fundi animalia non tetigerit, ſed exagitaverit, ut ſe præcipitaſſent, vel cogeret ea tranſire per viam arctam, aut alio modo, ut illa rumperent collum, ſeu interitum patiantur, nam hoc probatur à Domino animalium, expellens tenetur actione in factum, ad emendam damni per hujuſmodi interitum paſſi, ad eorum ſatisfactionem, Chaſſanæus *ad conſuetud. Burgun. rub. 1. numero 12. verſicul. Maximè ſi animalia, fol.72*. Pichardus *in §. cæterum, numer. 32. de lege aquilia*, Hermoſilla *ad Gregor. Lopez, l.9. gloſſ.2. & 3. num.81. in fine, fol.172. pag.2. tom.1*. Urſellius *concluſ. 108. numero 60. verſicul. aliàs animalia*, Romaguera *in addition. ad Conciol. ad ſtatut. Eugubii, lib.6. rubr. 11. numero 4*. Cardoſo *in praxi jud. verbo animal. num.9.* 21

Limita, ſi extaret ſtatutum, vel vigeret legitima consuetudo in regione, vel loco interficiendi animalia reperta invitis Dominis in prædiis alienis, in utroque foro ſervandum, & ſervanda eſt, ut nec ad reſtitutionem animalium mortuorum teneantur Domini agrorum occidentes, Salicet. *in l. Graccus, verſ. Ex prædictis habes, C. ad leg. jul. de adulter*. Decius *conſ. 198. numero 4. poſt princ*. Navarrus *in Manuali, capit. 17. num. 120*. Parlador. *rer. quotid. tom.2. differ.9. §. numero 14. in fine*, quos citat Rovit. *in pragmat.1. numero 30. de offic. Bajuli*. Et ex eo Novarius *de gravamin. Vaſſal. grav. 368. numero 8. tom.1. addit*. Nattam *conſ. 600. numero 3. & ſeq. lib.3*. Barboſa *in leg. de pecoribus 5. numero 6. de lege Aquilia*, Cardoſo *in prax. judic. verbo animalia, numero 9. in fine*, Scialoyam *de foro compet. cap.26. numero 54*. Pichard. *in §. cæterum, numero 28. de lege Aquilia*, Urſellium *concluſ. 108. numero 60. verſic. Secus verò*, de Regno Sardiniæ, Regens Vico *ad prag. illius Regni, tom.2. tit. 43. cap. 9. 10. 11*. Et de Regno Aragonum, Portoles *§. boalare, n.7. 8. & 9. §. ganatum, n.1.* 22

Sublimita 1. hanc limitationem, quando animalia ſine culpa paſtoris aliena prædia intrarent, puta ſi metu luporum fugientes, vel motu aliquo impulſa contra voluntatem paſtoris in aliena prædia ſe contuliſſent, nam eo caſu occidi non poſſunt, *arg. leg. hujuſmodi, §. legatum, ff. de legat.1. l. quæritur, l. quoties, §. ſi Dominus, l. interdum, §. neceſſitatem*, & ibi Caſtren. *ff. de publicand. & vectigal*. Avendanno *de exequendo mandat. lib.1. cap.13. numer.2*. Portoles *ad Molinam, §. boalare, numero 10. 11. & 12*. Reg. Vico *ad pragmat. Regni Sardin. tom.2. tit.43. cap.3. numero 9*. Sed licèt † hæc ſublimitatio vera ſit, tenetur tamen Dominus animalium ad refectionem damni, & expenſarum, quamvis à pœna ingreſſus liberetur, *ad text. in l.2. de paſcuis publicis, lib.11. leg. hoc amplius, §. de his, ff. de damno infecto*, Reg. Vico *loco citato, num. 23.* 23

Subli-

25 Sublimitа 2. Quando animalia neceſſitate compulſa, ut ſi fluvius creviſſet, vel aliter aberrantia, quæ culpa carent, aut caſualiter aliena prædia intrarent, non poſſunt occidi per Dominos prædiorum, nec affliguntur pœna, *argumento l. illud*, *l. ſi qua pœna*, *ff. de verb. ſignif. leg. Sancimus*, *ff. de pœnis*, Lanar. *conſ.*98. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.* 2. *titul.* 43. *capite* 3. *num.*8. alios addit Novarius *de grav. vaſſall. grav.*49. *tom.*1. *& in prag.*1. *collect.*2. *numero* 11. *de of-*

26 *ficio Bajuli*. Et quamvis hæc ſublimitatio etiam vera ſit, tamen Domini animalium à noxa, & damni refectione non excuſantur, ex dicta *leg.*2. ubi Lucas de Penna *Cod. de paſcuis publicis*, *lib.* 11. *l. hoc amplius*, §. *de his*, *ff. de damno infecto*, Reg. Vico *loco citato*, *numero* 24.

27 Quæro 4. An animalia damnum dantia in agro, & fundo alieno poſſint capi, pignorari, & retineri per Dominum damnum paſſum? Reſp. quod plures reſolvunt, animalia damnum dantia in agro, & fundo alieno poſſunt capi, pignorari, & retineri per Dominum damnum paſſum ad effectum ſciendi cujus ſint, non autem donec damnum ſolvatur, ſic Cæpola *de ſervitut. ruſtic. prædior. capit.* 9. *numero* 30. Boſſius *in praxi crimin. titul. de damno dato*, *numero* 10. quos cum Ploto, Carpan. & Antonell. citat Conciolus *ad ſtatut. Eugubii*, *lib.*6. *rub.*10. *num.*2. Surd. *conſil.* 561. *num.*25. *& ſeq. & de aliment.*8. *privil.*62. *numer.*2. Molina *de juſtit. & jure*, *tom.*3. *diſputat.* 697. *numero* 23. Novarius *de gravam. vaſſall. grav.* 368. *numero* 1. *& quid in Regno Neapolis*, *numero* 2. Urſellius *concluſ.* 108. *verbo Animalia*, *numero* 41. Gratianus *diſceptat. forenſ. capit.* 80. *numero* 3. *& quatuor rationibus probat*, *numero* 4. *verſicul. Primo*, *& numero* 5. 6. *&* 7. Merlinus *de pignorib. lib.*1. *titul.*3. *quæſt.*14. *num.*12. *&* 13. Chaſſanæus *ad conſuetud. Burgund. rubr.*1. *verbo en meſuſage*, *in princ. & numero* 11. *fol.*71. *pag.*2. Caroccius *de locato*, *part.* 5. *rub. de retentione pro noxa*, *numero* 1. *fol.* 228. *pag.* 2. Garcia *de expen. capit.* 4. *numero* 23. Hermoſilla *ad Gregor. Lopez*, *lib.* 9. *gloſſ.* 3. *&* 4. *numero* 82. *fol.* 173. *tom.* 1. Barboſa *in leg. de pecoribus* 5. *numero* 2. *&* 3. *Codic. de lege Aquilia*.

28 Niſi Dominus agri animalibus alimenta præſtiterit, nam tunc poteſt retinere pro alimentis, nec illa tenetur reſtituere, donec de alimentis ſit ei ſatisfactum, pro quibus præfertur omnibus anterioribus creditoribus etiam expreſſam hypothecam habentibus, *leg. in ſumma*. *Et ibi Salicet*, *Cod. de pignorib. leg. interdum cum ſeq. ff. qui potior. in pignore*, Alciat. *Reg.* 1. *præſumpt.* 50. Caroccius *de locato*, *part.*5. *titul. de recent. pro noxa*, *num.* 2. ubi addit, quod alimentis ſolutis tenetur reſtituere, & agere ad damnum, Urſellius *concluſ.* 108. *numero* 31. *verſicul. Subextende*, Carleval. *de jud. lib.* 1. *diſputat.* 2. *num.*255. *verſicul. Accedit*, Garcia *de expen. cap.*4. *numero* 28. *verſicul. At vero*, Gratian. *diſcept. foren. cap.*80. *numero* 11. Surd. *de aliment. titul.* 8. *privil.*62. *à numero* 3. Pichard. *in* §. *cæterum*, *numero* 13. *de lege Aquilia*, Hermoſilla *ad Gregor. Lopez*, *l.*9. *gloſſ.*2. *&* 3. *num.* 82. *verſic. Subamplia*, *fol.* 173. *pag.*2. *tom.*1. Conciolus *ad ſtatut. Eugubii*, *lib.* 6. *rub.* 10. *n.*3. Et idem pro expenſis de ſtabulario, & pro cuſtodia, Molina *de juſt. & jure*, *tom.*3. *diſput.*697. *num.* 23. Barboſa *in l. pecoribus* 5. *num.*4. *C. de lege Aquilia*, Urſellius *concl.*108. *verbo animalia*, *numer.* 38. *&* 39. Conducunt Giurba *deciſ.*40. Salgado *in labyrint. cred. par.*1. *c.*11. *ſub n.*64. Amato multos citatis, *p.*1. *reſol.* 3. *n.*13. 14. *&* 15.

29 Quo in caſu alimenta præſumuntur præſtita animalibus à Domino agri, qui ea retinet, Menochius *lib.* 6. *præſump.*71. Novarius *grav.* 368. *num.*2. *tom.*1. Surd. *de aliment. tit.*1. *quæſt.*70. *num.*4. *& tit.* 8. *privileg.* 62. *num.*13. Pichard. *in* §. *cæterum*, *n.*31. *de lege Aquilia*, Gratian. *diſcep. foren. cap.*80. *n.*12. Garcia *de expen. c.* 4. *n.*27. Maſcardus *de probat. concl.* 715. *num.*4. Barboſa *in repertor. verbo animal. verſic. Animalis*, *fol.* 15. Hermoſilla *ad Gregor. Lopez*, *l.*9. *gloſſ.*2. *&* 3. *num.*87. *fol.*173. *pag.*2. *tom.*1.

30 Sed ſi animalia damnum dantia per dominum agri retenta perirent, periculo retinentis pereunt, *l. quemadmodum* 29. §. *magiſtratus*, *ff. de leg. Aquilia*, Pichard. §. *cæterum*, *num.*41. *ff. de lege Aquilia*, Surdus *de alimentat. titul.*1. *quæſt.*70. *numero* 2. Gregor. Lopez *l.*9. *gloſſ.*2. *& num.*86. *fol.*173. *pag.*2. *tom.*1. Remiſſivè Conciolus *ad ſtatut. Eugubii*, *lib.*6. *rub.*10. *numero* 4. Urſellius *concluſ.* 108. *verbo animalia*, *num.*41. *verſicul. Contrarium*, Cardoſo *in prax. jud. verbo animalia*, *n.* 9.

Notandum tamen eſt, quod ſi Dominus agri fecit 31
expenſas pro alimentis animalium damnum dantium, ea locaverit ad vecturam, tenetur imputare in alimenta, quidquid in eam cauſam exegit, Surdus *de alimentis*, *tit.*8. *privil.*62. *num.*14. Molina *de juſtit. & jure*, *tom.*3. *diſp.* 697. *num.*22. Barboſa *in leg. de pecoribus* 5. *n.*5. *C. de lege Aquilia*.

Animalia verò damnum dantia in alieno agro non 32
poſſunt per Dominum agri retineri, donec ſequatur damni ſatisfactio, ſi ſcitur, ſeu adeſt notitia cujus ſint, Gratian. *diſcep. foren. capit.* 80. *numer.*2. ubi Luca *num.*1. *&* 2. Otero *de paſcuis*, *cap.*13. *num.*21. alios addit Romaguera *in addit. ad Conciol. ad ſtat. Eugubii*, *lib.*6. *rub.*10. *n.*5.

Generali tamen conſuetudine aliud obſervatur, ut 33
Dominus agri poſſit animalia damnum dantia detinere, & recondere, donec, & quouſque damnum illatum reſarciatur, Boſſius *in praxi crim. titul. de damno dato*, *num.*10. *in fine*; Gratianus *diſceptat. forenſ. capit.*80. *num.*8. Pichard. *in* §. *cæterum*, *numero* 30. *de lege Aquilia*, Hermoſilla *ad Gregor. Lopez*, *l.*9. *gloſſ.*2. *&* 3. *numero* 8. *in fin. princip. fol.*153. *tom.*1. plures laudat Portoles *ad Molin.* §. *beſtia*, *numer.*15. *&* 17. modernos cumulat *in addition. ad Conciolum*, *ad ſtatut. Eugubii*, *lib.*6. *rub.*10. *numero* 6. *&* 7. Sic intelligendi Doctores quos citat Portoles *loco citato*. Et Reg. Vico *ad pragmatic. Reg. Sard. tom.*2. *titul.*43. *cap.* 3. *numero* 5. *& titul.*44. *capit.*8. *numer.*4. Barboſa *in repertor. verb. Animal. verſicul. Animalis*, *fol.* 5. Carol. de Graſſ. *de effect. Clericat. effectu* 2. *numero* 450.

Quod non ſolùm Dominus fundi facere poteſt, ſed 34
etiam uſufructuarius; nam appellatione Domini in iſta materia uſufructuarius continetur, & ideo uſufructuarius, ſicut ac Dominus proprietarius animalia damnum dantia in ſuo fundo retinere poteſt, donec ſequuta ſit ſatisfactio, Cavalcan. *de uſufruct. numero* 3. *&* 4. *fol.*134. Portoles *ad Molinam*, §. *beſtia*, *num.* 18. *&* 40. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.*2. *tit.* 44. *cap.*8. *numer.*4. *in fine*, Conducit Caſtillo *de uſufructu*, *cap.*32. *n.*16.

Adeò quod ſi Dominus animalium in pignoratione 35
ſupradicta violentiam commiſerit contra Dominum fundi animalia pignorantis, eique animalia retinere non permiſerit: ſed ab eo animalia pignorata vi abſtulerit, criminaliter per Dominum fundi accuſari poterit, ſic deciſum in Regia Audientia Regni Aragonum teſtatur Portoles *ad Molin.* §. *beſtia*, *numero* 16.

Hæcque facultas, quæ Domino prædii damnificati, 36
ſeu paſcui conceditur, competit etiam ſi ſint animalia Clericorum damnum dantia, quæ poteſt retinere pro refectione damni, vel pro ſolutione pretii paſcui, ut ex multis tradit Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.* 3. *tit.*43. *cap.*4. *numero* 2. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.*3. *c.*2. *dub.*20. *n.*8. *verſ. confirmatur quia*, Cutel. *in C. polit. nota* 35. *ad leg. Jacobi*, *col.*1. *verſicul. Nec refragatur*, *& de immun. Eccleſ. lib.*1. *quæſt.*81. *à num.*1. Parlador. *in ſeſquiſcent. rer. quotidian. differ.* 6. §.4. *numero* 14. *verſic. Quin*. Modernos refert Romaguera *in addit. ad Conciolum ad ſtatut. Eugubii*, *lib.* 6. *rub.*10. *num.*8. Et alii citati, *n.*3. *&* 11. Et infra citandi, *n.*48. *&* 49.

Sed quid ſi animalia, & pecora aufugiant, & receſ- 37
dant à paſcuo, vel fundo, antequam apprehendantur, an Dominus paſcui, vel fundi poſſit ea occidere, aut pignorare? Hæc quæſtio eſt controverſa, & multa pro utraque parte dici poterunt, videantur Alexand. *conſil.*216. *à numero* 1. *lib.*6. Hipolit. *in pract.* §. *ulterius*, *numero* 3. Portoles *ad Molin.* pluribus citatis, §. *beſtia*, *numero* 59. *&* 20. *&* §. *boalare*, *numero* 4.

*ro* 4. 5. *& 6. §. ganatum, numero* 43. *&* 44. Pichard. *in cæterum, numero* 28. *de lege Aquilia*, Reg. Vico *ad pragmatic. Reg. Sard. tom.*2. *titul.*4. *capit.*8. *num.*5. *&* 10. Chaſſanæus *in conſuet. Burgund. rub.* 1. *numero* 15. *fol.* 72. Ciarlin. *controv. forenſ. lib.*1. *capit.* 197. *numero* 4. Urſellius *concluſ.* 108. *numero* 60. *verſic. Amplia*, Romaguera *in addit. ad Conciol. ad ſtat. Eugubii, lib.* 6. *rub.*11. *n.*2.

38 Illud tamen certùm eſt, quod Dominus agri, aut paſcui poteſt iſto caſu agere ad refectionem damni, ac etiam ad pœnam, ſi ex ſtatuto forſan debeatur, Portoles *ad Molin.* §. *beſtia, numer.* 20. 21. *&* 22. *&* §. *boalare, numero* 6. Et plures cumulat, §. *ganatum, n.* 44. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.*2. *tit.* 44. *cap.*8. *num.*5. *verſ. Benè tamen, & numero* 10. *verſ. Quid tamen.*

39 Quamquam nonnulli affirment, damnum, & pœnam ſimul exigi non poſſe, ut Lucas de Penna, Belluga, & Avendanno, quos citat Regens Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.*2. *titul.*44. *cap.*8. *num.*5. *in fine*, idemque tradit Portoles *ad Molin.* §. *beſtia, numero* 23. Videndus Novarius *gravam.*44. *tom.*1. Urſellius *concluſ.* 108. *verbo Animalia, numer.* 49. Riccius *collect.* 103. *verſic. Item.*

40 Quæro 5. Quis judex ſit competens, Eccleſiaſticus, vel ſæcularis adverſus Clericos, eorumque pecora, & animalia damnum dantia in paſcuis vetitis, vel in fundis alienis, ut ipſos Clericos, ſeu eorum animalia, & pecora pignoret, & cogat ſolvere pœnas à ſtatutis impoſitas? Diſtinguendi ſunt duo caſus.

41 Primus eſt, quando pro ſupradictis agitur contra Clericos pecorum, & animalium Dominos, & tunc conveniendi ſunt coram ſuo judice Eccleſiaſtico, non verò coram judice ſæculari. Quia judex ſæcularis nullam in eos habet juriſdictionem, ita Caſtillo *in l.* 70. *tauri, numero* 18. Aviles *in capit.* 17. *prætor. gloſſ.* 1. *numero* 12. Reg. Vico *ad pragmatic. Reg. Sard. tom.* 2. *tit.*43. *capit.* 4. *numero* 4. *in princ.* Bobadill. *in politic. lib.*2. *capit.*18. *numero* 244. *verſicul. Otros Auctores tuvieron*, Fontanella *deciſ.*514. *numero* 2. *in princ. & numero* 10. *part.* 2. Azevedo *in lib.* 12. *numero* 2. *circa medium, verſicul. Clerici tamen, & verſicul. Id tamen verum, tit.*3. *libr. recop.* Ripoll. *variar. capit.* 1. *numero* 22. *&* 26. *verſicul. Si autem*, Marinis *lib.*1. *reſolut.* 220. *ſub numero* 11. Guttier. *practic. lib.*1. *quæſt.* 4. *numero* 1. *verſicul. Sed his, & numero* 3. *in fine, verſicul. In hoc enim, numero* 4. *verſic. Ex quibus*, ubi teſtatur ſic deciſum per Regalem Cancellariam Pintianam in cauſa quorundam Religioſorum delata per modum violentiæ, Cævallos *comm. contr. comm. libr.* 4. *quæſt.*1. *numero* 611. *& de cognit. per viam violent. libr.* 2. *quæſt.*11. *numero* 43. 47. 49. *&* 50. *& quæſt.* 23. *num.* 18. Bolannos *in Curia Philip. tom.*1. *part.*3. *cap.*3. *numero* 14. Barboſa *de jure Eccleſ. un. lib.*1. *cap.*39. §.2. *n.* 121. *in princ. &* §.5. *num.* 42. *verſic. Idque ſine dubio*, Cutel. *de immunitat. Eccleſ. lib.*2. *quæſt.*82. *numero* 10. Carleval. *de judic. lib.*1. *diſput.*2. *numer.* 157. *verſicul. Dum tamen advertamus*, Novarius *grav.* 72. *num.* 43. *tom.*3.

42 Secundus caſus eſt, quando pro prædictis agitur contra pecora, & animalia Clericorum damnum dantia in paſcuis vetitis, vel fundis alienis? In quo variæ ſunt hac in re Doctorum opiniones; alii negativæ, alii affirmativæ opinioni adhærent. Ut ait Tondut. *de prævent. judic. part.* 2. *capit.* 39. *numero* 44. Remiſſivè modernis citatis, Romaguera *in addition. ad Conciol. ad ſtatut. Eugubii, lib.*6. *rubr.* 10. *numero* 9. videndus Luca *ad Gratian. diſceptat. forenſ. cap.*80. *à n.*3.

43 Prima eſt opinio aliquorum Doctorum Conſulentium in hoc articulo uti magis firmum, & ſecurum ad evitandas cenſuras, ut procedatur contra paſtores, & cuſtodes pecorum, animalium Clericorum pro damnis datis, & pœnis, ad quæ pro ſua negligentia, & in Curia tenentur, ſic Anton. de Butrio, & alii *in capite gravam. de ſentent. excomm.* Salzedo *ad Bernard. Diaz, in prax. crimin. capit.* 55. *verſicul. Securius*, Gregor. Lopez, Humada, & alii, quos citat Bobadill. *in politic. lib.*2. *cap.*18. *num.* 244. *gloſſ. litera A.* Morla *in empor. jur. part.* 1. *tit. quæſt.* 16. *n.*20. *in fine, verſicul. Securius tamen eſt*, Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 2. *n.* 249. Vivius *deciſ.* 280. Novarius *in prag.* 1. *collect.*2. *n.*32. *in fine, de offic. Bajuli, & grav.* 72. *n.* 58. *in fine, tom.* 3. Riccius *collect.* 130. *verſic. Item cuſtodes laici*, Anſald. *de juriſdict. par.*3. *tit. unico, c.*18. *n.* 15. Fontanella *deciſ.* 514. *n.*9. *part.* 2. Sperell. *deciſ.* 24. *num.*24. *p.*1. Daniel de Nobilibus *in addit. ad diſp.* 8. plures addit. Thom. del Bene *de imm. Eccleſ. tom.*1. *cap.*5. *dub.*7. *ſect.*8. Sed non placet hæc opinio Bobad. & Fontanell. *hic citatis*, nec Azevedo *l.* 12. *ſub numer.*2. *tit.*3. *lib.*1. *recop.*

Secunda eſt opinio, quod pro prædictis ſolùm eſt permiſſum judici ſæculari jus pignorandi Clericos, ſeu ab eis animalia, & pecora in pignus capere ad ſolutionem, & ſecuritatem ſolutionis damni dati, reliquum judici Eccleſiaſtico, ſic Humadæ *ad Gregor, Lopez, l.*14. *num.* 20. *tit.* 6. *par.*1. relatus à Bobadilla *deciſ.* 514. *num.*7. *par.*2. Sed hæc opinio Humadæ tanquam Clerici intereſſati diſplicet Bobadillæ *hic citato*, & Fontan. *deciſ.* 514. *num.*8. *par.*2. & confutatur à Pereyra *de man. Reg. par.*12. *cap.*39. *num.*9. *verſ. Unde venit.* 44

Tertia eſt opinio, quæ in effectu cum præcedenti Humadæ concordat, quod judex ſæcularis contra pecora, & animalia Clericorum damnum dantia procedere poteſt, ſed executio, & diſtractio fiat cum interventione Curiæ Eccleſiaſticæ, ita Oliba *de Jure fiſci, cap.*14. *num.* 132. Ripoll. *var. cap.* 1. *numer.* 24. *&* 25. Quem referunt Fermoſinus *in cap. qualiter, & quando* 17. *quæſt.*7. *num.*8. *verſic. Et ſic intelligitur, de judic.* Marinis *reſol. jur. lib.*1. *cap.*220. *ſub num.* 11. Et tradit Fontanella *deciſ.* 514. *num.* 11. *part.*2. ſed reprobatur à Guttier. *practic. lib.*1. *quæſt.*4. *numero* 4. *in princip.* ubi tradit in individuo declaratum per Regalem Cancellariam Pintianam, dictam executionem, & diſtractionem pecorum, & animalium Clericorum errantium, & damnum dantium non pertinere ad Judicem Eccleſiaſticum, ſed omnia fienda per Judicem ſæcularem, ſequitur Fontanella *deciſ.* 514. *numero* 12. *part. ſecunda*, idemque pronuntiatum per Regalem Cancellariam Pintianam, ſeu Valliſoletanam, & per Regalem Cancellarium Granarenſem teſtantur Azevedo, Bolannos, Bobadilla, Cævallos, Carleval, & alii allegandi, *num.* 49. 45

Quarta eſt opinio Marthæ *de juriſdict. par.* 4. *caſu* 8. *à numer.* 3. ubi in materia tres caſus diverſos diſtinguit, ad quem ſe remittit Sperell. *deciſ.* 24. *numer.*24. *part.*1. quos per te videre poteris, & eos etiam referunt Cævallos *de cognit. per viam violent. par.*2. *quæſt.*11. *n.* 51. Fontanella *deciſ.*514. *num.*4. *par.*2. Verùm hanc diſtinctionem caſuum, ſalva pace, neque eſſe veram, neque tenendam, quia illa differentia, quæ conſtituitur in tertio caſu de magno, & modico damno, in hac materia non eſt juridica, ex quo illud, quod differt ſecundùm plus, vel minus, non differt in ſubſtantia, *l. fin. ff. de fundo inſtructo*, ita latius Cævallos, & Fontanella *hic citati*, ille *num.*52. iſte *n.*4. & 5. & notavi ſupra, *n.*8. 46

Quinta eſt opinio, quod pro prædictis, *n.*40. ſolus Judex Eccleſiaſticus eſt competens, & non Judex ſæcularis, ſic Gregor. Lopez, *l.* 24. *tit.* 5. *par.*7. Didac. Perez *l.*1. *gloſſ.*1. *tit.*3. *lib.* 5. *ordinum, verſic. Eſt & aliud privilegium*, Caſtillo *in l.*70. *tauri, num.*18. Palac. Rub. *in cap. per veſtras nos* 2. *incipien. ſed eſt pulchra dubitatio, num.*13. Aviles *cap.* 17. *prætor. gloſſ.*1. *num.*8. *cum ſeq. & num.*11. *&* 12. Carol. de Graſ. *de effect. Cler. effectu* 2. *num.*448. Martha *de juriſdict. par.*4. *caſu* 8. Barboſa *in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, numero* 6. *& in addition. numero* 4. *tom.*6. *de conſtitution. & voto* 26. *numero* 39. *juncto numero* 76. *lib.*2. *& de jure Eccleſ. un. libr.*1. *capit.* 39. §.2. *numero* 121. *&* 122. *&* §.3. *numero* 42. *verſicul. Numquam tamen*, Sanchez *in opuſcul. moral. tom.* 2. *libr.* 3. *capit. unico, dub.* 31. *numero ſecundo*, Squillante *de privileg. Cler. capit.* 7. *num.* 94. *verſicul. Sed dubitatur*, Portell. *de dub. regul. verbo conſervatores, numero* 9. Maſcard. *de general. ſtatut. interp. concluſ.*1. *numero* 204. *&* 240. Diana *re-* 47

*ſolut.*

ſolut. moral. part. 1. tractat. 2. reſol. 81. aliàs 80. & par. 3. ttract. 1. reſol. 20. in fine, & part. 4. tract. 1. reſolut. 72. & in coordinat. par. 9. tractat. 2. reſol. 102. 103. & 270. num. 5. Thom. del Bene de parlament. dub. 4. ſect. 14. num. 1. & 2. & de immunitat. Eccleſ. tom. 2. capit. 9. dub. 20. & 35. Lezana in ſumm. quæſt. regul. par. 4. verbo ſtatuta, num. 5. verſic. Octavo, Fermoſin. in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 24. à num. 18. ad 25. & latè quæſt. 40. à numer. 1. ad 15. de conſtitut. & in capit. 2. quæſt. 9. ad med. verſic. Sed an ſi animalia, & in c. quia 11. quæſt. 9. numer. 9. & 10. & in capit. qualiter, & quando 17. quæſt. 7. poſt med. ubi Vega numer. 13. de judic. Eſcanno in propugnaculo Sacræ Religion. Militar. Sancti Joannis, diſp. 7. c. 6. n. 7. juncto n. 17. Caſt. Palaus in oper. mor. par. 1. tract. 3. diſp. 1. punct. 24. §. 6. numer. 8. verſicul. Item ſi Clericus, & num. 9. in princ. Villalobos in ſumm. moral. tom. 1. tract. 2. diſ. 31. Urſellius concluſ. 108. verbo animalia, num. 51. ubi limitat, niſi ſtatutum ſit in ſpecie à Papa confirmatum, Novarius de gravam. vaſſall. gravam. 72. à num. 55. tom. 3. Pereyra de man. Reg. part. 2. capit. 39. à num. 4. Sic deciſum per Sacram Congregationem immunitatis in una Terracinen. referunt idem Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 123. & in l. fin. num. 6. Cod. de lege aquilia, & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reformat. capit. 20. num. 13. idem Thom. del Bene in immunit. Eccleſ. tom. 1. capit. 7. dub. 9. Novarius in pragmatic. 1. collect. 2. num. 31. 32. & 33. de officio Bajuli, Tondut. de prævent. judic. part. 2. capit. 291. num. 44.

48 Sexta eſt opinio, quod judex ſæcularis pro prædictis, num. 40. eſt judex competens, ſic Lucas de Penna in l. jubemus, num. 1. verſic. Hæc faciunt, & numer. 2. & 3. Cod. de navib. non excuſan. lib. 11. Benedict. in cap. Raynutius, verbo uxorem nomine Adelaſſam, deciſ. 2. à num. 36. de teſtament. Borell. ad Bellug. in ſpecul. princip. rub. 18. §. denuo, litera B, verſicul. Hinc eſt, Vulpel. de liber. Eccleſ. part. 3. num. 15. latè Anſaldus de juriſdict. par. 3. tit. unico, cap. 18. à num. 1. ad 24. Avendanno de exequend. mandat. par. 1. cap. 4. num. 30. verſic. Item in propoſito, & cap. 13. num. 7. & par. 2. c. 14. num. 13. Azevedo l. 12. numer. 2. tit. 3. lib. 1. Recop. Guttier. pract. lib. 1. quæſt. 4. num. 1. verſic. Si verò, cum ſeq. Bobadilla in politic. lib. 2. cap. 18. num. 243. & 244. Salzedo ad Bernard. Diaz, in prax. crim. cap. 55. verſic. Septimo his, Cævallo com. contr. cum quæſt. 142. n. 5. & quæſt. 897. à num. 620. & de cognit. per viam violent. par. 2. quæſt. 11. à num. 41. & quæſt. 23. num. 19. 20. & 21. Gironda de gabellis, part. 7. in princip. num. 51. Parlador. in ſexquicent. rer. quotid. differ. 9. §. 4. num. 14. Bolannos in curia Philip. tom. 1. part. 3. §. 13. numer. 14. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, l. 13. gloſſ. 1. numero 69. & 70. in fine, fol. 72. tom. 2. Oterus de paſcuis, cap. 8. num. 13. & 14. & cap. 13. num. 31. Parexa de inſtrum. edition. tom. 1. tit. 4. reſol. unica, num. 28. & tom. 2. tit. 6. reſol. 9. numer. 78. Ayllon Laynez ad Gomez, par. 3. var. cap. 10. num. 8. verſic. Item adden. Carleval. de Judic. lib. 1. diſp. 2. numero 155. 156. & 157. Balmaſeda de collect. quæſt. 19. num. 22. verſic. In cujus Doctrina, Portoles ad Molin. §. beſtia, num. 24. Morla in empor. jur. part. 1. titul. 1. quæſt. 16. num. 20. Rovit. in pragm. 1. num. 12. de officio Bajuli, Luca in obſervat. ad Gratian. diſceptat. forenſ. capit. 80. num. 6. Cutel. in Codic. ad leg. ſicul. cap. 28. Regis Jacobi, num. 35. ad finem, pag. 50. Et de immunitat. Eccleſ. lib. 2. quæſt. 81. tota, ſignanter numer. 10. verſicul. Nos vero, Fraſſo de Reg. patron. Indiar. tom. 2. capit. 61. num. 40. Reg. Vico ad prag. Reg. Sard. tom. 2. tit. 43. c. 4. n. 4. ubi addit, hæc fortiùs procedere, ubi Clerici non ad propriæ perſonæ ſuſtentationem, ſed augmentum ſui patrimonii hæc omnia, & ſimilia congregant, Rodriguez quæſt. Regul. tom. 1. quæſt. 85. artic. 14. Et quæſt. 66. artic. 2. verſ. Ex prædictis, Daniel de Nobilibus, diſput. 8. numer. 6. verſ. Nam ſecus, Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom. 1. cap. 5. dub. 7. ſect. 8. Fragoſo de Reg. reipub. par. 1. lib. 2. diſp. 4. §. 4. numer. 336. & ſeq. Et ſentit apertè, Caſtr. Palaus in oper. mor. part. 1. tract. 3. diſp. 1. punct. 24. §. 6. num. 9. verſicul. Verùm ſi pœna, Amoſtazo de cauſis piis, tom. 2. lib. 5. capit. 6. num. 91. in fine, Hermoſilla ad Gregor. Lopez, l. 3. gloſſ. 1. numer. 69. & 70. fol. 12. tom. 2. Luca ad Gratian. diſceptat. forenſ. capit. 80. à numer. 3. Ex noſtris Fontanella deciſ. 514. part. 2. Ego deciſ. 26. num. 51. par. 1. me citato Romaguera, etſi nihil firmet, in hanc inclinare videtur in addition. ad Conciolum ad ſtat. Eugub. lib. 6. rub. 10. n. 9.

Hæcque ſexta opinio eſt conſuetudine recepta in 49
Burgundia, ut teſtatur Chaſſanæus in conſuetud. Burgund. rub. 1. num. 16. verſic. Additio, fol. 72. Et refert Verſellius concluſ. 108. Verbo Animalia, ſub num. 51. Et in Regno Luſitaniæ tradit Pereyra de man. Regia, part. 2. capit. 39. num. 9. Et ita deciſum in Regali Cancellaria Pintiana, ſeu Valliſoletana refert Guttier. qui fuit Advocatus cauſæ pro Conſilio, & officialibus cujuſdam populi, practic. lib. 1. quæſt. 4. numer. 4. in princip. Et declaratum non ſolùm in dicta Regali Cancellaria Pintiana, ſed etiam in Cancellaria Granatenſi teſtatur Azevedo l. 12. num. 2. verſic. Et ſic in contingentia facti, tit. 3. lib. 1. recopil. Et ex illis referunt Barboſa, etſi non ſequatur voto 26. num. 39. lib. 2. Sequuntur verò Bobadilla in polit. lib. 2. capit. 18. numer. 244. col. 2. in princip. Bolannos in Curia Philip. tom. 1. p. 3. §. 3. num. 13. Cævallos com. cont. com. quæſt. 142. num. 5. & de cognit. per viam violent. par. 2. quæſt. 11. num. 47. 48. & 49. & quæſt. 23. num. 19. Parexa de inſtrum. edition. tom. 2. tit. 6. reſol. 9. numero 78. Morla in empor. Jur. p. 1. tit. 1. quæſt. 16. numero 20. Fontanella deciſ. 514. numer. 11. & 12. part. 2. Et ita obtinuiſſe in Granatenſi Cancellaria tradit Hermoſilla ad Gregor. Lopez, l. 3. gloſſ. 1. num. 69. fol. 11. tom. 2. Uſuque forenſi admiſſam apud Regiam Cancellariam Valliſoletanam, & vidiſſe pronuntiatum in Regia Cancellaria Granatenſi in quadam cauſa capti gregis ovium Collegii Jeſuitarum Baecenſis ob damnum datum in agris contra illius Civitatis ſtatuta, teſtatur Carleval. de Judiciis, lib. 1. diſp. 2. num. 157. Ita declaratum in contradictorio Judicio per Cancellarium Regni Sardiniæ 10. Junii 1624. Ad favorem Comitis de Caller contra Clericos Epiſcopatus Boſanen. in contentione ſuper his orta refert Regens Vico ad pragmatic. Reg. Sard. tom. 2. tit. 43. cap. 4. num. 4. in fine. Et in Cathalonia ſic deciſum per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Mijavila Franqueſa, & Aguilò 22. Junii 1617. in favorem Univerſitatis Villæ de la Selva Campi Tarraconæ, contra Communitatem Presbyterorum Eccleſiæ ejuſdem Villæ, tradit Fontanella deciſ. 514. numero 14. par. 2. de qua memini deciſ. 212. numero 13. hac par. 4. nec mirum cùm in his ſolitum ſit ſervandum, pro ut ſe remittit Novarius in pragmatic. 1. collect. 2. numero 33. verſic. Ego autem, de officio Bajuli. Et non eſſe recedendum in Hiſpania, aut alibi ab illa ſexta opinione relata, numero 48. ubi minoribus recepta ſit, inquit Carleval. de jud. lib. 1. diſp. 2. num. 157. in princip. & de praxi Regni Neapolis videatur Marinis lib. 1. reſol. jur. cap. 220. num. 11. verſic. In Regno autem.

Et quamvis in declaratione facta per Cancellarium 50
Cathaloniæ Puigmari 22. Junii 1627. ſolùm fuerit dictum de pignoramento trium arietum Communitatis Presbyterorum Eccleſiæ Villæ de la Selva, & nihil de executione, & diſtractione dictorum arietum. Sed omnia videntur in ea comprehenſa. Tum quia nihil fuit exceptum. Tum quia qui interfuerunt diſceptationi, & diſputationi negotii, viderunt judices fundatos in doctrina Doctorum Caſtellanorum, ſupracitatorum, numero 45. 48. & 49. qui tàm ad pignoramentum arietum, quàm ad eorum diſtractionem, & executionem Judici ſæculari tribuerunt juriſdictionem, & ſic per Judicem ſæcularem ſolùm fuit executum, teſtis eſt Fontanella deciſ. 514. num. 14. verſicul. Verum eſt per 2.

Ex qua practica refert Cævallos de cognit. per viam 51
violent. part. 2. quæſt. 23. num. 21. ortum habuiſſe factum cujuſdam Prætoris Civitatis Toletanæ, in quo mula cujuſdam Canonici pauperiem fecit, & cùm coram dicto Prætore adversùs Canonicum querela proponeretur, ipſe Prætor Nobilitate ductus famulum miſit ad dictum Canonicum, ut damnum factum per ſuam mulam ſatisfaceret, qui Prætori reſpondit, nullam

adver-

adverſùs eum juriſdictionem habere, ipſe autem Prætor tacuit, & miniſtrum juſtitiæ altera die miſit, ut mulam acciperet, & pro ſolutione damnorum in publica ſubhaſtatione venderet. Dicens quod licèt Canonicus ſuæ juriſdictioni non ſit ſubjectus, mula verò eam declinare non poterat, & concludit Cævallos, ſic damnum parti ſatisfactum fuiſſe.

52 Obſervandum tamen eſt, quod æſtimatio, refectio, & executio damni dati in herbis prætorum laicorum exiſtentium in termino juriſdictionis Eccleſiaſticæ pertinet ad Judicem ſæcularem, ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Manegat 10. Septembris 1585. in favorem Syndici, & ſuprapoſitorum *de la horta* Villæ Perpiniani, contra Michaelem Cellan Hortulanum dictæ Villæ ratione damni dati in herba cujuſdam prati ſiti intra terminum loci Sancti Cypriani omnimodæ juriſdictionis Epiſcopi, & Capituli Elnen.

---

## *ARGUMENTUM.*

### An capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum poſſit habere furnum ad coquendum panem Eccleſiaſticorum, ejuſque cognitio pertineat ad Judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem,

### *SUMMARIUM.*

1 *Capitulum Canonicorum, ſeu communitas Clericocorum poteſt habere furnum ad coquendum panem tantùm Eccleſiaſticorum, ejuſque cognitio pertinet ad judicem Eccleſiaſticum.*

2 *Furnarius furni Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum non poteſt coquere panem laicorum, & tunc cognitio pertinet ad Judicem ſæcularem.*

3 *Furnum conſtruere cuique licitum, & liberum eſt in ſuo, in eoque coquere pro ſuo proprio uſu, & famulorum, numer. 3. Etiam quod alteri noceat, dummodo non fiat animo nocendi, quod in dubio non præſumitur, num. 7. Sed non juxta domum vicini propter periculum ignis, n.8. Nec in pariete communi, quando ignis communi parieti adhæret, num.9.*

4 *Barones non poſſunt prohibere vaſſallis furnos conſtruere pro ſuo pane coquendo, n.4. Etiam quando habent jus prohibendi conſtruendi furnos, n.5. Intellige de furnis particularibus, ſecus de furnis publicis, num.6.*

10 *Princeps ut de regalibus poteſt prohibere, ne quis facultate naturali, & libera utatur, ne in ſuo novi furni conſtruantur, & quid in Cathalonia.*

11 *Clerici an frumentum in prædiis canonicalibus, ſeu ex titulis Beneficiorum, aut ex fructibus patrimonialibus collectum poſſint convertere in panem, eumque coctum ad minutum vendere, num. 11. Affirmativa opinio, numer. 12. Et vide de de Religioſis, num. 13. Negativa opinio, quæ verior eſt, n.14. Aliàs peccant mortaliter, nu. 15. Sed non tenentur ad reſtitutionem, n. 16. Et reſpondetur argumentis contrariis, numero 17. & 18. Limita 1. Opinionem negativam, quando Clerici ex oblationibus Parochianorum habent panem coctum, numero 19. Limita 2. Ut poſſint vendere panes, qui remanent poſt factam diviſionem inter eos, numero 20. & 21. Sublimita hanc 2. Limitationem, ſi vendant, ſeu vendi faciant per ſuos piſtores, furnarios, ſeu flaquerios cum notabili, publico, & notorio exceſſu, 22.*

25 *Exceſſus non eſt admittendus, nam fraudem præſumi facit, & continet injuſtitiam, & gravamen qualificatum, & in noxam Reipublicæ tendit.*

26 *Judex ſæcularis in caſu notabilis, publici, & notorii exceſſus venditionis panis canonicalis, non tenetur facere ſeparationem liciti ab illicito, ſed poteſt indiſtinctè exequi.*

27 *Utile per inutile regulariter non vitiatur, intellige quæ dividua, & ſeparabilia ſunt, ſecus in individuis, & inſeparabilibus.*

28 *Incertitudo omnem actum, & diſpoſitionem vitiat.*

29 *Sacerdos habens coram ſe undecim hoſtias intendens ſolùm conſecrare decem, & ſuper omnibus profert verba conſecrationis, nullam ex illis undecim remanere conſecratam.*

30 *Exceſſus non præſumitur, ſed probandus eſt ab eo qui eum allegat.*

31 *Exceſſus quibus mod s conſideretur, & committatur.*

32 *Exceſſus dicitur tot modis committi, quot poteſt aliquid dici plus, arbitrio Judicis.*

33 *Clerici publica urgente neceſſitate an poſſint compelli per Judices ſæculares ad vendendum pretio taxato frumentum, & alios fructus, ſibi ſuæque familiæ non neceſſarios, n.33. Opinio affirmativa, n. 34. Opinio negativa, n. 35. Quæ verior eſt, n.36. Excipe, ſi famis neceſſitas urgeret, n.37. Et ſi tamen eſſet neceſſitas, quod nec populi, nec vicini tantùm pecuniam haberent ad ſolvendum pretium juſtum, tunc poſſunt Domini habentes merces ad vitam neceſſarias compelli ad vendendum viliſſimo pretio, n.38.*

## DECISIO CCXVI.

NUllum dubium videtur continere quæſitum in 1
argumento hujus deciſionis. Nam ſicut Capitulum Canonicorum, ſeu communitas Clericorum poteſt tenere macellum ad uſum proprium, & propriam commoditatem, & ſuſtentationem tantùm Eccleſiaſticorum, ejuſque cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, *ut latè probavi, deciſ.211. à n. 13. & n.34. hac part.4.* Ita ſimiliter Capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum poteſt habere furnum ad coquendum panem tantùm Eccleſiaſticorum, ejuſque cognitio ad Judicem Eccleſiaſticum pertinet.

Dixi ad coquendum panem tantùm Eccleſiaſtico- 2
rum. Nam furnarius furni Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Eccleſiaſticorum non poteſt coquere panem laicorum, & ſi in hoc oriatur contentio inter judicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem, declaratur in favorem Judicis ſæcularis, ſic in Cathalonia per Cancellarium Puigmari 17. Septembris 1625. fuit declaratum in favorem Majoralium confraternitatis Sanctæ Luciæ furnariorum Civitatis Dertuzæ contra Capitulum, & Canonicos Sedis Dertuzæ, & Bartholomæum Pomer Piſtorem, ſive furnarium dicti Capituli, ex quo per Bajulum, & Procuratores dictæ Civitatis Dertuzæ fuit ad inſtantiam dictorum Majoralium condemnatus dictus Pomer laicus ad ſolvendum pœnam in quodam ſtatuto dictę confraternitatis contentam, & quod in aliquibus diebus feſtivis in eodem ſtatuto declaratis coqueret panes laicarum perſonarum, accipiendo ab eis jus coquendi, fuitque in bonis dicti Pomer pro dicta pęna decreta executio. His verbis: Firmæ Juris factę in Curia ſæculari per Majorales confraternitatis Sanctæ Luciæ furnariorum Dertuzæ quoad prohibitionem coquendi panem laicorum tantùm, locum fuiſſe, & eſſe. *Vide quæ tradidi, deciſ. 211. à n.22. hac par. 4.*

Nota obiter, quod furnum conſtruere cuilibet lici- 3
tum, & liberum eſt in ſuo, in eoque coquere pro ſuo proprio uſu, *l.51. ſervus, §. ſi furnum, ff. ad l. aquil. l. fluminum, cum ſeq. ff. de damno infecto*, Guido Papa *dec.* 298. Theſaurus *deciſ.16. num.1.* Reg. Seſſe *69. n.10. to.* 1. Oſaſcus *deciſ. 17. n.4.* Peguera *deciſ. 24. n.1. tom. 2.* Novarius *grav.60. num.3. tom.* Thoro *in compend. dec. par.3. ſect.1. verbo furnum conſtruit, in princ. fol. 487.* Romaguera *in addit. ad Conciolum ad ſtat. Eugub. l. 5.*

*rub.*

rubr. 14. n. 5. Et etiam pro uſu famulorum inſervien-
tium, & aſtantium ſervituti pro colendis agris, &
hujuſmodi ſimilibus faciendis, Novar. grav. 60. n. 4.
& 5. tom. 1. Suelves conſ. 14. n. 104. l. 3.
4 Addo quod Barones non poſſunt prohibere vaſſallis
furnos conſtruere pro ſuo pane coquendo Theſaurus
deciſ. 16. num. 2. Omnino videndus, quia concluſio-
nem iſtam multis ampliationibus, & limitationibus
valdè utilibus ornat, ſed etiam Borrell. de magiſtr.
ædit. lib. 4. cap. 7. Novarius gravam. 59. à n. 1. tom. 1.
Idemque docent Maſtril. de magiſtratibus, lib. 4. capit.
18. à num. 25. Peguera deciſ. 24. numer. 5. tom. 2. Lu-
ca ad Franchis, deciſ. 380. numer. 6. Et in obſervat. ad
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 89. num. 106. Romaguer.
in addit. ad Conciolum ad ſtat. Eugub. lib. 5. rubr. 14.
5 num. 6. Quamvis † habeant jus prohibendi conſtruen-
di furnos, nihilominus prohibere non poſſunt vaſ-
ſallis, ut quis pro ſuo uſu proprio faciat furnum,
Avendanno de exequend. mandat. cap. 4. num. 22. Can-
cer. part. 3. var. cap. 14. num. 122. Suelves conſ. 14. n.
103. verſic. Multoque minus, & num. 194. lib. 3. No-
varius gravam. 60. numer. 2. tom. 1. Intellige de fur-
nis particularibus, quos unuſquiſque facit ad uſum
6 ſuum proprium, & familiæ ſuæ; ſecus de furnis pu-
blicis, quos licitum non eſt conſtrui pro uſu alio-
rum concivium, Novarius grav. 60. num. 1. verſic. Si-
quidem, tom. 1. Suelves conſ. 14. n. 103. verſ. Multoque
minus, & n. 104. l. 3.
7 Prædicta intellige, quod quilibet poſſit furnum
conſtruere in fundo proprio, etiam quod alteri no-
ceat, dummodo tamen id non fiat animo nocen-
di, quod in dubio non præſumitur, & ita loquitur
Guido Papa deciſ. 298. Ut ait Urſellius concluſ. 62.
verbo ædificare, num. 106. & 107. Sed juxta domum
8 † vicini non licet vicino furnum conſtruere, pro-
pter periculum ignis, l. quidam hyberius, ff. de ſer-
vit. urban. prædior. Ita Marcus dec. 22. numer. 1. & 5.
part. 1. & dec. 482. part. 2. Guid. Papam ſequitur in-
diſtinctè, & Marcum impugnat Novarius in rubric.
collect. 1. num. 6. de ædificiis privatis, Marcum autem
ſequitur Urſellius concluſ. 62. verb. ædificare, n. 105.
& 107.
9 Addit verò Marcus deciſ. 22. num. 2. part. 1. Quod
in pariete communi non licet fornellum facere,
quando ignis communi parieti adhæreret, ſecus ſi
non adhæreret, ſequitur Urſellius concl. 62. verbo
ædificare, numer. 108. Maximè ſtante vicini contra-
dictione, videndus Thoro in compend. dec. part. 3. ſect.
1. fol. 487.
10 Illud autem certum eſt? quod Princeps ut de Re-
galibus, poteſt prohibere, ne quis facultate natura-
li, & libera utatur, ne in ſuo novi furni conſtruan-
tur, Larrea plures citat allegat. fiſcal. 69. numer. 19.
Alios modernos addit Romaguera in addit. ad Con-
ciolum ad ſtat. Eugub. lib. 5. rubric. 14. num. 9. Et in
Cathalonia Dominus Rex per ſuum Bajulum Gene-
ralem concedit facultatem conſtruendi, & habendi
furnum, & ſine Regia facultate nemo poteſt con-
ſtruere, & habere etiam in terris Baronum, ut in
molendino, rejecta opinione Pegueræ dec. 24. tom. 1.
tradit Xammar. defin. 90. n. 6.
11 Dubium grave eſt. An Clerici frumentum in præ-
diis Canonicalibus, ex titulis Beneficiorum, aut ex
fructibus patrimonialibus collectum convertere poſ-
ſint in panem, eumque coctum, & ad minutum
vendere.
12 Tractat Barboſa de jure Eccleſ. un. lib. 1. cap. 40. nu-
mer. 107. in fine, verſic. Poſſunt, ubi ita ſcribit: Poſ-
ſunt vendere Clerici panem coctum, & ad minutum
ex frumento collecto in prædiis Canonicalibus, ſine ſu-
ſpicione illicitæ negotiationis. Abbas conſ. 6. in fine,
lib. 1. Craveta conſ. 6. numer. 116. Sylveſter in ſumm.
Verbo excommunicatio 21. verſic. Secundò nota, num.
461. Carol. de Graſ. de effect. Cleric. effectu 6. numer.
33. etiam non obſtante prohibitione, Roland. conſ. 71.
numer. 9. lib. 4. hactenus Barboſa, quem abſque alia
indagatione, non viſis Doctoribus per eum citatis,
qui tale non dicunt, referunt, & ſequuntur Lezana
in ſumm. quæſt. regular. part. 4. verbo negotiatio, num.
7. verſic. Unde quamvis, Diana reſol. moral. part. 15.
tractat. 6. & miſcel. 9. reſol. 41. Et in coordinat. part. 6.
tract. 3. reſol. 188. n. 10. verſ. Et quidem.
Addit tamen Lezana in ſumm. quæſt. regular. part. 13
4. Verbo negotiatio, num. 7. verſic. Id tamen, ut iſtud
quod attinet ad Religioſos, admitti non debet, ita
ut id faciant in propriis Monaſteriis, ſecus ſi per
alios, & in dominiis ſæcularium refert, & ſequi-
tur Diana reſol. mor. part. 11. tract. 6. & miſcell. 9.
reſol. 41. Et in coordin. part. 6. tract. 3. reſol. 188. num.
10. in fine.
Cæterum contraria ſententia eſt veriſſima, quod 14
Clerici frumentum in prædiis Canonicalibus, ſeu
ex titulis Beneficiorum, aut ex fructibus patrimo-
nialibus collectum non poſſunt convertere in pa-
nem, eumque coctum, & ad minutum vendere.
Tum propter indecentiam ſtatus Eccleſiaſtici. Tum
quia officiunt bono publico. Tum quia uſurpant
officium alienum in re gravi. Tum quia converſio
frumenti in panem eſt genus negotiationis in tri-
tico. Per quas, & alias rationes, ſic Salon 2. 2. quæſt.
77. art. 1. controverſ. 25. latiſſimè probat. Omnino
videndus Daniel de Nobilibus, diſput. 62. à num. 60.
verſic. At ſi hac, cum multis ſeq. & notat. diſput. 64.
numer. 4. Fontanella deciſ. 511. à numer. 6. part. 2.
Et in terminis pragmaticarum Regnorum Caſtel-
læ, Guttier. practic. libr. 2. quæſt. 183. à princ. Villa-
lobos in ſumm. moral. part. 2. tractat. 21. diſ. 20. à nu-
mer. 1. Caſt. Palaus in oper. mor. part. 7. tract. 32. diſp.
5. punct. 9. à num. 1. Fermoſinus in cap. 1. q. 6. à n. 46.
de conſtit.
Adeo quod Clerici frumentum in prædiis Cano- 15
nicalibus, ſeu ex titulis Beneficiorum, aut ex bo-
nis patrimonialibus collectum, vel aliàs converten-
tes in panem coctum, eumque vendentes, etiam
pretio taxato, ſive per ſe, ſivè per interpoſitas per-
ſonas, nempè per famulos, furnerios, piſtores,
flaquerios, panificos, ſeu paſtiſſerios, peccant mor-
taliter, quia contraveniunt legi juſtæ ſuper re gra-
vi pro bono publico, & in rebus concernentibus
bonum regimen Reipublicæ, Guttier. pract. libr. 1.
quæſt. 183. à num. 1. Emanuel, & Ledeſma, quos ci-
tat Villalobos in ſumm. moral. part. 2. tract. 21. diſ. 10.
numer. 3. & 7. Salon. de juſt. & jure, 2. 2. quæſt. 77. con-
trov. 15. num. 8. Molina de juſt. & jure, tract. 2. diſp.
364. verſic. Si triticum, Sanchez conſ. moral. lib. 1. c.
7. dub. 8. numer. 3. Daniel de Nobilibus, diſput. 62. nu-
mer. 61. Caſt. Palaus in oper. moral. part. 7. tract. 32.
diſp. 5. punct. 9. num. 2. & 3. Fermoſinus in cap. 1. quæſt.
6. numer. 47. de Conſtitutionibus, Fontan. dec. 518. n.
11. part. 2.
Sed non tenentur ad reſtitutionem, & hujus ſen- 16
tentiæ fuerunt Magiſtri Profeſſores Theologiæ gra-
viſſimi Salmanticenſis Academiæ Ordinis Prædica-
rum conſulti per Guttierez, ut ipſe teſtatur pract.
lib. 1. quæſt. 183. num. 1. Villalobos in ſumm. mor. part.
tract. 21. diſ. 10. num. 3. & 7. Caſt. Palaus in oper. mor.
part. 7. tract. 32. diſp. 5. punct. 9. num. 5. Fermoſinus
in cap. 1. q. 6. n. 47. de Conſt.
Nec relevat, ſi Clerici dicant, poſſe vendere fru- 17
ctus ex propriis fundis abſque ſuſpicione illicitæ ne-
gotiationis, pro ut etiam vinum minutatim, ut la-
tè dixi, deciſ. 207. à numer. 14. hac part. 4. ergo, &
panem confectum ex proprio tritico. Nam reſpon-
detur, hæc differre, nam venditio fructuum nihil
præſefert lucri turpis, nihil inhoneſtæ cupiditatis,
nihil mali exempli, aut ſcandali, nihil contra le-
ges ſi juxta taxas, nec expectetur carior venditio;
ac venditio panis hæc omnia, ut dictum eſt numer.
50. meritò ergo reprobatur in individuo, & ven-
ditio fructuum approbatur, unde non videtur de u-
na, & alia idem arguendum, ita verbis formalibus,
Daniel de Nobilib. diſp. 62. n. 68. ubi concludit, ca-
veant ergo Eccleſiaſtici, nec ſibi blandientes, lu-
crum temporale quærentes, damnum perpetuum ſibi
comparent.
Minus relevat, ſi Eccleſiaſtici dicerent, id face- 18
re poſſe ob damnum, quod percipiunt, vel ob taxatio-
nem pretii, vel quia difficilè reperiuntur emptores fru-

menti. Nam ipſe Daniel de *Nobilibus*, reſpondet tribus modis, *diſp.62. n.66. verſic. Et ſi, cum ſeq.*

19 Limita 1. quando Clerici ex oblationibus Parochianorum habent panem coctum vulgo *bodigos*, nam tali caſu poſſunt illum vendere, non obſtante edicto, nec ſtatuto aliquo panem coctum vendere prohibente, ut tenent Guttier. *pract. lib. 2. q. 183. n. 14.* Emmanuel, & Ledeſma, quos refert, & ſequitur Villalobos *in ſum. moral. part.2. tr.21. dif.10.n.4.* Fermoſinus *in c.1. q.6. n. 51. de conſtit.* & ita video obſervari quolibet anno in hac Civitate Barcinonæ in die commemorationis omnium fidelium defunctorum, & diebus ſequentibus.

20 Limita 2. ut Capitulum Canonicorum per ſuos piſtores, furnerios, paſtiſſerios, panificos, ſeu flaquerios poſſit vendere panes, qui remanent, & ſuperſunt poſt factam diſtributionem inter Canonicos, & Clericos, quia portiones iſtæ non poſſunt, tam juſtè fieri, quàm aliquid ſemper remaneat, & æquum non eſt, ut perdat panes qui remanent, ita Fontan. *dec.* 518. *n.* 3. *& 4. part.* 2. Ripoll. *var. c.* 11. *n.* 503. & latè probavi *dec.* 206. *à n.6. hac part.4.* Et ſi ſuper iis moveatur competentia inter Curias Eccleſiaſticam, & ſæcularem, declaratur in favorem Curiç Eccleſiaſticæ. Sic fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Caſſador 24. Decembris 1571. in favorem Capituli Sedis Gerundæ, contra Civitatem ipſam, in qua fuit declaratum, licuiſſe paſtiſſerio Capituli vendere laicis panes, quos faciebat ex ſecunda farina portionum Canonicalium, quos panes roſſos dicebant, & etiam vendere ipſas portiones Canonicales, quæ poſt factam diſtributionem inter Canonicos remanebant, ex prædicta ratione, quia non poterant tàm juſtè fieri portiones ipſæ, quin aliquid remaneret ſemper. Et per Cancellarium Rovirola anno 1601. in favorem Monaſterii Sancti Cucuphatis Valen. Ordinis Divi Benedicti, cum ſua Villa, teſtatur Fontanella *dec.518. numer.5. part.2.* & per Cancellarium Monſerrat 4. Junii 1681. *de qua infra, num.22. in fine*, adde dicta *dec.* 206. *à numer.6. cum intelligentiis, & modificationis ibidem traditis, n.20. 21. & 22.*

21 Plus vidi infinitis vicibus in Civitate Ilerdæ, quod Canonici, & portionarii per ſuos famulos, & famulas vendere faciebant panes Canonicales ſuarum portionum in ſuis domibus, etiam in foro publico. Quibus confert quod ex Corduba tradit Guttier. *pract.lib.2. q.183. n.16.* quod habens triticum ex ſuis redditibus, vel ex propria cultura ultra victum domus ſuę poteſt aliud viliùs emere, & quod ſuum eſt, abſque peccato vendere.

22 Sublimita iſtam ſecundam limitationem, ut procedat, quando panes, qui remanent, & ſuperſunt, factis portionibus Canonicalibus, ſunt valdè modici, nam tunc Capitulum Canonicorum per ſuos furnerios, piſtores, flaquerios, paſtiſſerios, ſeu panificos poteſt vendere, ſeu vendi facere panes, qui ſuperſunt, & remanent; ſecus verò ſi Capitulum Canonicorum vendat, ſeu vendi faciat per ſuos piſtores, furnerios, panificos, paſtiſſerios, ſeu flaquerios panes Canonicales cum notabili, publico, & notorio exceſſu, quo caſu id fieri non poteſt, Ripoll. *var. cap.* 11. *n.* 504. *&* 505. & ſi ſuper iis moveatur competentia inter Curias Eccleſiaſticam, & ſæcularem, declaratur in favorem Curiæ ſęcularis. Et
23 tunc Judex † ſæcularis hoc in caſu procedit non ſolùm contra laicos panes ementes à furneriis, piſtoribus, flaqueriis, panificis, ſeu paſtiſſeriis Capituli Canonicorum, & Communitatis Clericorum, ut fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Carreres, Aguilò, & Roca 19. Martii 1624. in favorem Syndici, Ædilis, Bajuli, & Virgariorum Civitatis Gerundæ, contra Syndicum Capituli, & Canonicorum Sedis Gerundæ, ob pignoramenta, & apprehenſiones per dictos officiales reſpectivè facta, & factas contra Salvatorem Serra, & alios ementes, contra præconia Civitatis panes, tam albos, quàm roſſos à Michaele Comelles piſtore dicti Capituli, & Canonicorum in dicta venditione notabilem publicum, & notorium exceſſum committente, à die quo ſuſcepit exercere officium piſtoris dicti Capituli, & toto tempore quo illud exercuit: his verbis: Firmæ juris per dictum Syndicum, Ædilem, Bajulum, & Virgarios dictæ Civitatis Gerundę in Curia ſæculari factæ, ad effectum, at non impediatur dicta Curia ſæcularis, quo minus procedere poſſit contra dictos laicos ementes panes venditos à dicto Comelles piſtore, cum dicto notabili exceſſu, publico, & notorio, rebus ut nunc locum fuiſſe, & eſſe. Refert Fontanella *dec.* 518. *n.27. part.* 2. Sed etiam † contra 24
Piſtores, furnerios, flaquerios, paſtiſſerios, ſeu panificos Capituli Canonicorum, aut Communitatis Clericorum vendentes panes laicis cum notabili, publico, & notorio exceſſu. Sic fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Manegat, Conſultoribus Tamarit, Amell, Sabater, Guardiola, Sunyer, & Oliba 19. Januarii 1587. in favorem Syndici Civitatis Gerundæ contra Syndicum Capituli Sedis Gerundæ, & Michaelem Antiſt piſtorem dicti Capituli. Refert Fontanella *deciſ.* 518. *n.* 27. *verſic. Sequutus fuit, part.* 2. Et per Cancellarium Monſerrat 4. Junii 1681. in favorem Capituli Sedis Vic. contra Conſiliarios, & Ædiles Civitatis Vici fuit declaratum, poſſe Capitulum vendere reliquatum panis, quod ſupereſt, ſolutis portionibus Canonicis, Portionariis, & cæteris Eccleſiaſticis, dummodo ſit abſque aliquo exceſſu.

Siquidem exceſſus non eſt admittendus, Salgado 25
*de Reg. protect. part.4. cap.* 3. *n.* 66. nam fraudem præſumi facit, Urſellius *concl.* 128. *verbo appellatio, n.* 73. continet enim injuſtitiam, & gravamen qualificatum, Salgad. *de Reg. protect. part.4. cap.3. n.76. &* 77. & tendit in noxam rei publicæ, idem Salgado *hìc citatus, num.* 85.

Neque in iſto caſu, notabilis, publici, & noto- 26
rii exceſſus tenetur Judex ſæcularis facere diſtinctionem, & ſeparationem liciti ab illicito, ſed poteſt indiſtinctè exequi, quia licitum non poteſt ſeparari ab illicito, & prohibito, atque ideò cum iſta ſeparatio ſit impoſſibilis, utile per inutile vitiatur, ita Fontanella *dec.*518. *n. verſic. Neque in hoc caſu, part.* 2. ex ſequentibus.

Primò, quia utile licèt regulariter non vitietur 27
per inutile, *cap. utile* 32. *de regul. juris in* 6. Caſtillo *controv. tom.4. cap.* 13. *numer.* 13. *& cap.* 62. *à numer.* 24. Barboſa *axiomat.*231. *num.*1. procedit in his, quæ dividua, & ſeparabilia ſunt, & quæ commodam diviſionem, & ſeparationem recipere poſſunt, Caſtillo *controv. lib.* 2. *cap.* 7. *à num.* 27. *& lib.* 4. *capite* 64. *numer.* 26. *& latiùs, lib.* 5. *cap.* 100. *à num.* 6. Fontan. *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 22. *part.* 1. *à numer.* 29. Barboſa *axiomat.* 231. *numer.* 2. Secus in individuis, & inſeparabilibus, in quibus utile per inutile vitiatur, *l.* 1. *§. idem quæritur, l.* 3. *§. trebatius, ff. de aqua quotid. & æſtiva, l.* 3. *græce*, *§. illud, ff. de fidejuſſ.* Caſtillo latè *controverſ. lib.* 5. *capit.*100. *à numer.* 13. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 21. *part.* 1. *à num.* 71. Ciarlin. *controverſ. forenſ. lib.* 1. *cap.* 105. *numer.*130. Mantica *de tacit. lib.* 5. *titul.* 5. *numer.* 20. *&* 21. Burat. *deciſ.* 468. *numer.* 7. *&* 8. Salgado *de ſuppl. ad Sanctiſſim. part.2. cap.14. numer.* 27. *&* 28. Ferentill. ad Burat. *dec.* 368. *numer.* 8. Barboſa *in capit. utile* 32. *numer.* 1. *de Regul. jur. in* 6. *& axiomate* 231. *numero* 3. Boſſius *in moralibus, tom. tertio* 6. *numero* 301. *verſicul. Limitatur etiam*. Et hìc ſumus in rebus individuis, & inſeparabilibus, cùm non ſit poſſibile Judici ſæculari ſcire, & diſtinguere, quando incipiunt excedere, vel non, ut concludit Fontanella *deciſ.* 518. *num.* 13. *part.* 2.

Secundò propter incertitudinem, quæ omnem 28
actum, ſeu diſpoſitionem vitiat, Cirrochus *diſcept.* 37. *numer.* 24. Menochius *lib.* 4. *præſumpt.* 25. *numer.* 102. Cuenca *de comand. clauſ.* 7. *numer.* 1. ubi Ninno *numer.* 1. idem Ninno *de albaran.* §. 1. *numer.*3. *&* 4. etiam in favorabilibus, Tuſchus *practicar. concluſ. litera I, concl.* 65. Xammar noſter *defin.* 19. *numer.* 5.

Barbo-

Barboſa *axiomate* 119. *à numer.* 1. *ad* 4. bonum ſimi-
29 le † eſt in Sacerdote, qui coram ſe habens undecim hoſtias, & ex illis intendit conſecrare decem tantùm, & ſuper omnibus profert verba conſecrationis, non determinando ſaltem per intentionem illas decem, quas conſecrare vult, nullam ex illis undecim remanere conſecratam propter incertitudinem, quales eſſent illæ decem, Surd. & Gratianus quos citat Fontanella *dec.* 518. *numer.* 25. quibus addendi ſunt Enriquez, Sylveſter, & Toletus quos refert Fagundez *de præcept. Eccleſiaſt. præcept.* 3. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 9. *verſic. Hinc ſequitur*, Villalobos *in ſumm. moral. part.* 1. *tract.*7. *dif.* 8. *num.*1. *verſic. De lo qual ſe ſigue*, Leandet *quæſt. moral. part.*2. *tract.* 7. *de Eucha- riſtia, diſp.*8.*quæſt.* 69. quia incertitudo removet conſenſum à toto, & à parte, *l. decem*, *ff. locati*, quæ optimè caſui noſtro applicantur, in qua non poteſt eſſe major incertitudo, quàm quæ ex commixtione panis reſultat, & ſic non poteſt fieri diſtinctio, & ſeparatio aliqua, maximè quia in his rebus ſemper reliquiæ valdè modicæ eſſe ſolent, & vix à reliquo diſtinguibiles, quod ſolet eſſe nimis exceſſivum, ſic Fontanella *dec.*518. *n.*24.25. *&* 26. *part.*2.

30 Sed advertat Judex ſæcularis, quod exceſſus non præſumitur, niſi probetur, & probandus eſt ab eo qui eum allegat, Gigas *de penſionibus*, *quæſt.* 9. *numer.* 9. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. concluſ.*696. *num.* 11. Carocius *except.* 44. *num.* 87. Gratian. *diſcept. forenſ. capit.* 334. *numer.* 33. *in fine*, Salgado *de Reg. protect. part.* 4. *cap.* 3. *numer.* 163. 164. *&* 165. plures deciſiones Rotæ citant Ferentil. ad Burat. *deciſ.*368. *num.* 10. Urſellius *concluſ.* 17. *verbo acceptatio*, *numer.* 75.

31 Quibus tamen modis conſideretur, & committatur exceſſus, remiſſivè plures citat Barboſa *in capit. quoad Conſultationem* 15. *numer.* 10. *verſic. In gloſs. excedatur*, *de ſentent. & re Jud.* Qui inter alia ponunt exemplum ratione rei, quando modus exceditur de re ad rem, ad Carocium, & Salgado multis citatis, *ille excep.* 44. *num.* 90. *iſte de Regia protect. part.* 4. *cap. à numer.*71.

32 Diciturque exceſſus tot modis committi, quot poteſt aliquid dici plus, juxta Doctrinam Barthol. Scaccie, & Carocii, quos citat Salgado *de Reg. protect. part.*4. *cap.* 3. *numer.* 75. Et an ſit magnus, vel modicus in tanto, & quanto, arbitrio judicis relinquitur, ad Menochium *de arbitr. judic. quæſt.* 71. *numer.* 15. *&* 16. Maſcard. *de probat. concluſ.* 696. *num.* 7. Sed ſi per judicem ſæcularem probetur, quod Capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum per ſuos piſtores, furnerios, paniſicos, flaquerios, ſeu paſtilerios vendat panes indiſtinctè omni venienti tam ſæcularibus, quàm Eccleſiaſticis, abſque dubio remanebit probatus exceſſus, ad Fontanella *deciſ.*518. *n.*7. *part.*2.

33 Sed quæro obiter, An Clerici, & Religioſi publica urgente neceſſitate poſſint compelli per judices ſæculares ad vendendum, pretio taxato, frumentum, vinum, oleum, & alios fructus tam ex redditibus beneficiorum, quàm ex bonis patrimonialibus collectos, ſibi, ſuæque familiæ non neceſſariis, etiam ſi dictas res venales non expoſuerint, nec publicæ venditioni obtulerint. Quæſtio eſt controverſa.

34 Affirmativam ſequuntur Menochius *conſ.* 137. *à numer.* 9. *lib.* 2. *& conſ.* 1000. *à num.* 22. *lib.* 10. Franchis *deciſ.* 9. Bolannos *in cur. Philip. tom.*1. *part.* 3. §. 5. *numer.*10. Maſtrill. *dec.* 17. *numer.* 2. 3. *&* 35. *tom. tom.*1. *Et de Magiſtrat. libr.*3. *cap.* 4. *à numer.* 76. Azevedo *l.* 1. *numer.* 21. *verſic. Eccleſiam*, *tit.* 25. *libr.* 1. *recop.* Pereyra *de man. Regia*, *part.* 1. *cap.* 39. *numer.* 16. *in princip.* Guttier. *pract. lib.*1. *quæſt.*13. Aylon Laynez ad Gomez, *lib.*2. *variar. cap.*2. *numer.*52. *verſic. Ratione publica*, Cutel. *de immun. Eccleſ. libr.* 2. *quæſt.* 9. Fragoſo *de Regim. Reipubl. part.* 1. *libr.* 7. *diſp.* 19. *numer.* 52. 53. *&* 54. Daniel *de Nobilibus*, *in addit. ad diſp.* 62. *num.* 3. Morla *in emp. jur.part.*1. *titul.* 9. *quæſt.*1. *num.* 6. *in princ.* Anſaldus *de juriſdict. part.*3. *tit. unico*, *cap.* 19. Caſtr. Palaus *in oper. Moral. part.* 7. *tract.* 32. *diſp.* 5. *punct.*5. *num.* 6. *in princ.* Caſtillo *de tertiis*, *tom.* 7. *cap.* 41. *num.* 161. Bobadilla *in polit. tom.* 2. *libr.*3. *cap.* 3. *num.* 13. Fermoſinus *in cap.* 2. *quæſt.* 13. *num.*4. *de judiciis*, Et alii plures quos citant Hermoſilla ad Gregor. Lopez, *l.*3. *gloſ.*1. *num.*62. *&* 71. *fol.* 11. *tom.*2. Ybannez de Faria ad Covar. *var. lib.*2. *cap.*3. *num.* 44.

Negativam docent Cabal. *reſol. crimin. caſu* 9. *numero* 10. Bellet. *diſquiſ. Cleric. part.* 1. *tit.* 5. §. 2. *num.* 9. Ripoll. *var. c.* 11. *num.* 91. Marta *de juriſd. part.* 4. *caſu* 2. *numer.* 8. *&* 9. Pignatel. *conſult.* 478. Urſellius *concluſ.* 111. *verbo annona*, *numer.* 5. plures alios citant Diana *reſol. Moral. part.*1. *tract.* 2. *reſol.* 9. *aliàs* 8. *& part.*3. *tract.*1. *reſol.* 87. *& part.* 6. *tract.* 8. *& Miſcel.* 3. *reſol.* 4. *Et in coordinat. part.*9. *tract.*2. *reſol.*88. 89. *&* 214. *num.*6. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 8. *dub.*14. *ſect.* 2. *num.*1. *& tom.*2. *capit.* 9. *dub.* 14. *tota*, Fermoſin. *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ*, *q.* 6. *à num.*4. *ad* 9. *de conſtitut.* Ybannez de Faria ad Covar. *lib.* 1. *var. cap.*3. *num.*45. Amoſtazo *de cauſis piis*, *lib.* 7. *cap.*1. *à num.*15. *tom.* 2. 35

Hecque opinio negativa eſt tutior, quod Clerici, & Religioſi ad prædictam venditionem per judices ſæculares non cogantur, ſed quod iſti recurrant ad Judices Eccleſiaſticos proprium Clericorum, & Religioſorum, ut eos compellant frumentum, & aliàs merces Ipſius non neceſſarias exhibere, tenentur tamen Judices Eccleſiaſtici auxilium impendere pro ſequeſtrandis, & capiendis frumentis, & aliis rebus pro ſuccurſu publicæ neceſſitatis, ut dicunt ex contrariis Doctoribus citatis *n.*34. Morla *n.*6. *verſ. Securius tamen*, Caſt. Palaus *ſub num.* 6. Azevedo *numer.* 25. aliàs Judices ſæculares ſe exponunt magno periculo cenſurarum videantur Guttier. *pract. libr.*1. *quæſt.* 13. *num.* 5. Bobad. *in polit. tom.*2. *lib.*3. *cap.*3. *num.*14. Hermoſilla ad Gregor. Lopez, *l.*3. *gloſ.*1. *num.*73. *fol.* 12. *pag.* 2. *tom.* 2. Daniel *de Nobilibus*, *diſp.* 62. *numer.* 17. 18. *&* 19. Ciarlin. *contr. forenſ. lib.* 1. *cap.* 31. *num.* 29. *verſicul. Concludendum*. 36

Excipe, ſi famis neceſſitas urgeret, & Judices Eccleſiaſtici requiſiti impiè non providendo inſordeſcerent, vel ſi Judices Eccleſiaſtici adiri non poſſent, & interim magnum periculum eſſet in mora, in his enim caſibus Judices ſæculares licitè poſſunt frumentum Clericorum, & Religioſorum ſequeſtrare, & illud ab eorum horreis extrahere, & juſto pretio vendi curare, non per viam juriſdictionis, ſed per viam naturalis, & juſtæ defenſionis, ad evitandum inſtans periculum, quod ex tanta fame populo immineret, ſic Thomas del Bene *de immunitat. Eccleſiaſt. tom.* 1. *cap.* 8. *dub.* 14. *ſect.*1. *num.* 1. *& tom.*4. *capit.*9. *dub.* 14. *num.*2. *&* 3. Diana *reſ. mor. part.*6. *tract.*8. *& Miſcel.* 3. *reſol.* 4. *Et in coordinat. part.*9. *tract.* 2. *reſolut.* 214. *n.* 6. Daniel *de Nobilib. diſput.*62. *num.*20. Morla *in emp. jur. part.* 1. *tit.* 9. *quæſt.* 1. *num.* 6. *ante finem*, Hermoſilla ad Gregor. Lopez, *l.*3. *gloſ.*1. *numer.*62. *in fine*, *fol.* 11. *tom.*2. Ybannez de Faria ad Covar. *lib.* 2. *var. cap.*3. *num.* 45. *verſic. In qua controverſia*, Amoſtazo *de cauſis piis*, *lib.*2. *capit.* 1. *num.* 15. *&* 19. *tomo* 2. Sic intelligendi Guttier. *pract. lib.*1. *quæſt.* 13. Parlador. *in ſexquicent. tom.*3. *cap.* 9. §.4. *num.* 17. Ferm. *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ*. *q.*38. *à num.*16. *de conſt. & in cap.*2. *q.*13. *n.*1. *&* 2. *de judiciis*. 37

Quinimo ſi tanta eſſet neceſſitas, quod nec populi, nec vicini tantùm pecuniam haberent ad ſolvendum pretium juſtum, tunc poſſunt Domini habentes merces ad vitam neceſſarias compelli ad vendendum viliſſimo pretio, Bobad. *in polit. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *numer.*66. *verſic. J aunque*, Menochius *conſ.*137. *n.*12. *&* 18. *lib.*2. Covar. *lib.*2. *var. cap.* 3. *num.*5. ubi Ybannez de Faria *num.*43. *&* 56. idem Covar. *lib.* 3. *var. c.* 14. *num.*3. Maſtril. *dec.* 17. *num.*11. *tom.* 1. Cabal. *reſ. crim. caſu* 9. *num.*5. Cabedo *dec. numer.* 5. *&* 6. *part.*2. Fontanella *de pact. nup. tom.*1. *clauſ.*4. *gloſ.* 12. *numer.* 28. alios plures cumulat Hermoſilla ad Gregor. Lopez, *l.*3. *gloſ.*4. *à n.*9. *ad* 14. *fol.*15. *pag. tom.*2. 38

### *ARGUMENTUM.*

## An Capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum poſſit tenere Domum ad vendendum nivem perſonis Eccleſiaſticis, ejuſque cognitio pertineat ad Judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem.

### *SUMMARIUM.*

1 *Capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum poteſt tenere domum ad vendendum nivem ad uſum proprium Eccleſiaſticorum, & ſuæ familiæ, & ejus cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, ſed proviſor nivis non poteſt vendere nivem laicis, niſi facta diviſione nivis inter Eccleſiaſticos, niſi aliquid ſuperſit, quo caſu poteſt nivem, quæ ſuperſit, vendere laicis, dummodo non ſit cum notabili, magno, & notorio exceſſu, & de eo conſtet in proceſſu, aliàs ſecus.*

2 *Nives ad refrigerandam aquam quis fuit inventor.*

3 *Nivis uſus an ſit damnoſus, vel ſalubris, & proficiat corporibus humanis, n. 3. & 4.*

5 *Nix omnibus patet, & unicuique licet eam recolligere, & coacervare hyemali tempore ad æſtatem, n. 6. 7. & 9. ſed non poſſunt vendere, n. 10.*

8 *Salinæ ſunt de regalibus.*

11 *Nix de Cœlo cadens eſt in fructu, & auget fructus feudi.*

22 *Manna, quæ de Cœlo cadit, eſt in fructu, & auget fructus feudi, num. 12. & idem de manna, quæ vocatur de corpore, n. 13.*

14 *De manna corporis, & de ea quæ de Cœlo cadit, an debeatur decima.*

15 *Remedium, l. 2. C. de reſcind. vendit. poteſt intentari ex venditione mannæ colligendæ.*

16 *Manna Sancti Nicolai, & Sancti Andreæ, & ſimilium non eſt deferendum cum luminibus, & cocta ad infirmos.*

17 *Nivem vendentes, ſi pro venditione fructuum debeatur gabella, debent ſolvere gabellam.*

18 *Aquatores non tenentur ſolvere gabellam ex aqua, num. 18. fallit in partibus ubi aqua venalis eſt, num. 19.*

20 *Laudemium debetur ex aqua venali.*

21 *Aqua eſt in fructu, num. 21. & ubi venalis eſt, alimentorum appellatione continetur, num. 22. aqua unde dicatur, n. 23.*

24 *Gabella debetur ex venditione aquæ mulſæ, quam dicimus aloja.*

25 *Baptiſmus cum nive, glacie, aut gelu fieri non poteſt, num. 25. fallit in extrema neceſſitate, num. 28. bonum tamen eſt, quod in extrema neceſſitate fiat ſub conditione, n. 29. & poſtea reiteretur ſub conditione, ſi baptizatus fuerit ſuperſtes, num. 30.*

26 *Baptiſmus requirit aquam naturalem, ſeu elementarem pro materia remota baptiſmi, numer. 26. apta ad abluendum pro materia proxima, numer. 27.*

31 *Baptizari poteſt cum aqua reſoluta ex nive, glacie, aut gelu.*

## DECISIO CCXVII.

1 RESpond. quod Capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum poteſt tenere domum ad vendendum nivem ad proprium uſum Eccleſiaſticorum, & ſuæ familiæ, & ejus cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum: ſed proviſor nivis non poteſt vendere nivem laicis, niſi aliquid ſuperſit, facta diviſione nivis, inter Eccleſiaſticos, quo caſu nivem, quæ ſuperſit, poteſt vendere laicis, dummodo non ſit cum notabili, magno, & notorio exceſſu, & de eo conſtet in proceſſu, aliàs ſecùs, vide tradita de macello, *deciſ.* 112. *à numer.* 13. & tradita de furno *deciſ.* 215. *hac part.* 4. quæ hìc applicanda ſunt, & in terminis nivis, vide declarationem Cancellarii Sunyer, Conſultoribus Balaguer, Roca, & Julià, & Pinnana 10. Maji 1663. quam tradidi *dec.* 211. *n.* 30.

Sed quæro 1. quo tempore, & à quo inventus fuit uſus refrigerandi potum; Tradunt Doctores, quos citat Randel. *in tract. de vinea, fol.* 88. & 89. ad quem ſe refert Mele ad Gizarel. *deciſ.* 34. *numer.* 9. *verſic. Verum.* Tamen Larrea *allegat. Fiſcal.* 55. *numer.* 15. ait, nivis uſum ad refrigerandam aquam antiquitus apud Romanos uſitatum, & antiquiſſimum uſum nivium potatorum ex Atheneo, & Atheneus ex Dexicrate, Eutiere, & Xenophonte eſſe, & Græcos uſitaſſe, citatque Martialem, Mercurialem, Alexandrum ab Alexandro, & alios. Et de uſu nivis in Grecia, & apud Romanos, Bovad. *in polit. lib.* 3. *cap.* 9. *ſub num.* 9. citantes Larrea, & Bobadilla *textum in l. argento* 11. ibi: *Colum nivarium*, ubi ſcolium exponit, *id eſt, vas quo aqua ex nive colari ſolebat, ff. de auro, & argento legato*, & fortè de iſta aqua ſenſit *gloſ. in l. damni* 18. §. *ſi is qui unas, verbo augeri, ff. de damno infecto.* 2

Quæro 2. An uſus nivis ſit damnoſus, vel ſalubris, proficiatque corporibus humanis; Proponit remiſſivè Mele ad Gizarel. *deciſ.* 34. *num.* 95. *verſicul. An uſus.* Et quod ſit ſalutaris, proficiatque corporibus humanis, & ad ſalutem neceſſarius, & multas infirmitates evitet, ex Galeno, qui vixit de tempore Chriſti Domini Noſtri, & aliis medicis probat Bobadilla *in polit. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 9. & ex Guttier. *de gabel. quæſt.* 78. *numer.* 33. *in fine*, & notat Guſm. *de evict. quæſt.* 21. *num.* 48. *verſic. Imo ad ſalutem*, intellige, ſi uſus nivis ſit moderatus, ut ait Bobad. *hìc citatus*; ſecus ſi immoderatus, nam tunc eſt cauſa infirmitatis, & interficit, Gizarel. *deciſ.* 34. *numer.* 49. ubi Melle *n.* 45. 3

Unde exiſtimo dixiſſe Bonacinam, quod illi, qui adhibent nivem ad tollendum aquæ, vel vini calorem, non peccant mortaliter, etiam ſi inde prævideant fore, ut citiùs pereant, quia hæc videtur levis, & indirecta cooperatio ad mortem *tom.* 2. *de controverſ. diſp.* 2. *quæſt. ult. ſeſs.* 1. *punct.* 7. *num.* 9. & reſpondiſſe Dianam, quod quis non tenetur ſub mortali non bibere aquam, vel vinum nive refrigeratum, etiamſi exinde medici prævideant, quod citiùs morietur, *reſ. jur. part.* 5. *tract.* 4. *reſol.* 27. & *in coordinat. part.* 8. *tr.* 5. *reſolut.* 54. 4

Quæro 3. an nix pateat omnibus, & licitum ſit illam reponere, recolligere, congregare, & coacervare hyemali tempore ad æſtatem; Reſpond. quod ſic; ita Parlador. *rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 4. §. 2. *ſub num.* 15. Lazarte *de decima vendit. cap.* 2. *numer.* 10. *verſic. Et hìc eſt*, Gironda *de gabell. part.* 7. §. 2. *numer.* 13. Guttier. *de gabel. quæſt.* 35. *numer.* 34. Rota coram Celſo in cauſa Toletana nivis 13. Februarii 1651. quam refert Diana *in coordinat. poſt part.* 8. *reſol. moral. deciſ.* 112. *in princ.* Etiam Eccleſiaſticis, & Religioſis, qui nivem, & gelu recolligere, & congregare poſſunt in ea quantitate, quæ pro uſu proprio neceſſaria eſt, ut in favorem Fratrum, & Monaſterii Sanctæ Mariæ de Atochia declaravit Rota coram Celſo in dicta cauſa Toletana nivis 13. Februarii 1651. refert Diana *in coordinat. poſt parte* 8. *reſolut. moral. dec.* 112. *in princip.* 5 6

Et quamvis hodiè nix non poſſit coacervari, & colligi in puteis ſine permiſſione Principis, & in ea ſint redditus maximi ejuſdem Principis, ſcilicet, vectigalis, & quintæ partis nivis coacervatæ in puteis, ut dici poſſit jam nivem eſſe de patrimonio Principis, ut inquit Guſman *de evict. quæſt.* 21. *numer.* 48. *verſic. Sic tandem.* Qui addit, ſicut † de ſalicis dicitur, quæ ex aqua veniunt, & in aquam convertuntur, & inter patrimonia Principis computantur. Et idem reſpectu ſalinarum, tam exiſtentium in prædiis Fiſcalibus, quàm in privatis, docent Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 11. *à numer.* 305. Ramirez *de lege Regia*, §. 26. *numer.* 8. *littera O*, Alfarus *de offic. Fiſcal. gloſſ.* 20. §. 4. & alii quos citat Caſtillo *de tertiis, tom.* 7. *capit.* 41. *numer.* 116. quibus addendi ſunt 7 8

ſunt Aponte *de poteſt. Proreg. tit.*4. *de regal. impoſit.*
§.8. *num.* 36. Petr. Barboſa *in l. divortio*, §. *ſi vir*, *nu-
mer.* 27. *verſic. Juxta hac*, *cum ſeqq. ff. ſolut. matr.*
Roſenthal. *de feudis*, *part.*1. *concluſ.* 89. Montanus *de
regal. verbo piſcationum redditus*, *& ſalinarum*, *nu-
mer.*2. *&* 3. *fol.* 293. Solorzanus *de jure Indiar. tom.* 2.
*lib.* 5. *capite unico*, *numer.* 34. *& in politic. lib.* 6. *c.*
3. *verſic. Jel fer*, *fol.* 944. *in fine*, Larrea *allegat. Fi-
ſcal.* 87. *numer.* 7. *& allegat.* 80. *numer.* 15. Balmaſeda
*de collectis*, *quaſt.* 123. *à numer.* 2. *ad* 8. Mele ad Gi-
zarell. *deciſ.* 34. *numer.* 66. *cum tribus ſeqq.* Rovitus *in
rud. numer.* 1. ubi Novarius *collect.* 1. *numer.* 2. *de ſale
vendendo*, idem Novarius *collect.* 2. *numer.* 3. *de ſale
vendendo*, Fajardus *alleg. Fiſcal.* 33. *numer.* 2449. Lu-
ca *in theatro veritatis*, *tom.* 2. *tit. de regalibus*, *con-
cluſ.* 105. *num.* 14. *&* 15. Fragoſo *de regim. Reipublic.
part.* 1. *lib.*3. *diſput.* 5. *num.* 18. Meli *obſervat. forenſ.*
111. *tota*, Conciolus *ad ſtatut. Eugubii*, *lib.* 1. *rubric.*
46. *num.* 2. *verſic. Licèt hodie*, ubi remiſſivè Romag.
9 *n.* 5. Tamen quod † ad nivem attinet, prohibitio
colligendi, & conſervandi in puteis ſine permiſſio-
ne Principis ſolùm in Hiſpania video vigere in Regnis
Caſtellæ, ſed adhuc non comprehendit Eccleſiaſticos
pro uſu proprio, ut declaravit Rota coram Celſo in
cauſa Toletana nivis fratrum, & Monaſterii Sanctæ
Mariæ de Atochia 13. Februarii 1651. teſtatur Diana
*in coordinat. poſt* 8. *part. reſolut. moral. dec.* 121. *verſ.
Non obſtat*.

10 Verùm Eccleſiaſtici nivem recolligentes, recon-
dentes, & conſervantes pro uſu proprio non poſſunt
illam vendere, quia eſſet negotiatio, ita Rota co-
ram Celſo in dicta Toletana nivis 13. Februarii 1651.
apud Dianam *in coordinat. poſt part.* 8. *reſol. moral. de-
ciſ.* 112. *verſ. Quantum vero*.

11 Quæro 4. An nix de Cœlo cadens ſit in fructu, &
augeat fructus feudi, & redditus provenientes ex ni-
ve computandi ſint inter redditus feudi, Reſp. quod
ſic. Tum quia ex venditione nivis ſolvitur gabella,
*ut infra*, *num.* 17. Tum quia quod ex re, & propter
rem ad nos pertinet, fructus dicitur, *l. item ſi fundi*
10. *l. uſufructu legato*, *l. uxori meæ* 37. *ff. de uſufruct.*
Tum quia nix colligitur, quæritur, & conſervatur,
pro ut quæruntur, & conſervantur fructus, *l. ſi à pa-
tre*, §. *fructus*, *ff. de petit. hæred.* Tum quia nix coa-
gulata, & coacervata in Puteis, rectè nuncupari
poteſt fructus induſtrialis, cùm induſtria hominis
conſervetur, & portetur de uno loco ad alium ad
delectationem, & guſtum. Ita Gizarel. deciſum te-
ſtatur *deciſ.* 34. ubi Addentes Baldaxar de Angelis *n.*
1. Mele *num.*1. & ex illo referunt, & ſequuntur Tho-
ro *in compend. deciſ. part.* 2. *verbo nix an dicatur*, *fol.*
371. Guſman. *de evict. quæſt.* 21. *numer.* 48. Fontanel.
*dec.* 519. *num.*2. *part.*2. Novarius *in rubr. collect.*1. *n.*2.
*de manna colligenda*, & ſi in ornatum plura videre vo-
lueris, conſule Gizarell. *dicta deciſ.*34. ubi Baldaxar de
Angelis *à n.*5. Mele *à n.*1.

12 Sic Manna, quæ de Cœlo cadit, & in medicamen-
tis utimur, eſt in fructu, & auget fructus feudi, per eaſ-
dem rationes adductas in nive *n.* 11. quæ militant in
manna, ita Mele ad Gizarel. *deciſ.* 34. *num.* 3. Et et-
13 iam in manna † quæ vocatur de corpore, quæ ex ar-
borum inciſione naſcitur, eſt in fructu, & auget fru-
ctus feudi, quia eſt magis certa, quàm illa, quæ de
Cœlo cadit, idem Mele ad Gizarell. *dec.*34. *numer.* 4.
Novarius *rub. collect.* 1. *n.*2. *verſ. Namque manna*, *de
manna colligenda*.

14 Qui *num.* 3. addit, quod decima debetur de manna
corporis ex inciſione arborum, & ex ea, quæ de Cę-
lo cadit, ut dicebatur ad favorem cujuſdam Illuſtriſ-
ſimi Præſulis, ea de ratione, quam refert *numer.* 4.
quia decimæ prędiales, & perſonales debentur de ju-
re communi de omnibus fructibus ex prædio, vel ho-
minis miniſterio productis *cap. nuntios* 6. ubi Barboſa
*per tot. cap. non eſt* 22. ubi Barboſa *per tot. de decimis*,
Fagund. *de præcept. Eccleſ. præcep.* 5. *lib.*1. *c.*2. *n.* 2. *&
c.*4. *à n.*1. Caſtillo *de tertiis*, *tom.*7. *c.*2. *n.* 16. Trullenc.
*in decal. lib.*2. *cap.*3. *dub.*2. *à princ.* idem Barboſ. *de ju-
re Eccleſ. un. lib.*3. *c.*16. §.1. *de offic. Paroch. part.*3. *c.*
28. *num.*1.

Idem Novarius *n.* 6. ait quod remedium *l.* 2. *Cod.* 15
*de reſcind. vendit.* poteſt intentari in venditione man-
næ colligendæ, conducunt pluribus citatis Barboſa
*in l.* 2. *numer.* 43. *&* 44. ubi Padilla *num.* 15. *&* 25.
*Codic. de reſcindend. vendit.* Scaccia *de commerciis*,
§. 1. *quæſt.* 2. *ampliat.* 10. *numer.* 5. *in princ. & verſic.
Secundò*.

Et *numer.* 10. addit idem Novarius, quod manna 16
ſancti Nicolai, & manna ſancti Andrææ, & ſimilium
non eſſe deferendum cum luminibus, & cocta ad in-
firmos, & ita declaraſſe Sacram Congregationem Ri-
tuum in una Barenſi 28. Januarii 1600. & tradit Bar-
boſa *deciſ. Apoſtol.* 461. de eo agit Maranta *tomo* 2.
*reſponſ.* 39.

Quæro 5. an nivem vendentes, ſi pro venditione 17
fructuum debeatur gabella, debeant ſolvere gabel-
lam, Reſp. quod ſic. Parlador *rer. quotid. lib.* 1. *cap.*3.
§.2. *num.*14. *&* 15. Lazarte *de decimæ vendit. cap.* 2. *n.*
30. Bobad. *in polit. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 10. Gironda *de
gabel. part.* 7. §. 2. *num.* 15. Guſman *de evictíon. q.* 21.
*numer.* 48. *poſt princ.* Guttier. *de gabell. q.*35. *num.* 34.
*& quæſt.* 78. *num.*33. Mele ad Gizarel. *dec.* 34. *numer.*
2. Larrea *alleg. numer. Fiſcal.* 55. *numer.* 14. *in fine*,
*verſic. Inde*, *numer.* 35. Balmaſeda *de collect. quæſt.*
87. *num.* 6.

Nam quamvis ex aqua, in regionibus ubi non eſt 18
venalis, pro ut apud nos, gabella non ſolvatur, quia
aquatores non tam aquam vendere, quàm aſportan-
tandi operam locare videntur, Humada ad Gregor.
*l.* 1. *gloſs.* 3. *numer.*8. *titul.* 13. *part.* 1. Gironda *de ga-
bel. part.* 7. §.2. *numer.* 12. Parlador. *rerum quotid.
lib.* 1. *cap.* 3. §. 2. *numer.* 13. Guttierez *de gabell. q.*
35. *numer.* 31. *&* 32. Lazarte *de decimæ vendit. ca-
pite* 2. *numer.* 33. Larrea *allegat. Fiſcal.* 55. *numer.*
1. 2. 6. *&* 14. Balmaſeda *de collect. quæſt.* 87. *nu-
mer.* 4.

Tam in illis regionibus quibus aqua vendi ſolet, 19
ut in Africa, & Ægypto, *lib.*1. *in fine*, ibi: *Si in ea
regione fuerint legata*, *ubi venundari aqua ſolet*, *ubi
gloſ. inquit*, *ut in Africa*, *vel Aegypto*, *l. mala* 14.
§. *quidam libertatis* 3. ibi, *Cùm in ea regione Africæ*,
*vel fortè Aegypti res agi proponebatur*, *ubi aqua ve-
nalis eſt*, *ff. de aliment. & cibar. legat.* Atque Raven-
næ, juxta illud Martialis *lib.* 3. *epigram.*56. *Sit ciſter-
na mihi: quàm vinea malo Ravennæ. Cum paſſim mul-
to vendere pluris aquam*, Tradunt Parlador. *rerum
quotid. lib.*1. *cap.* 3. §.2. *numer.* 1. Larrea *alleg. Fiſcal.*
55. *numer.* 17. Et etiam Romæ, Venetiis, Genuæ, &
Ferrariæ, ut dicunt Simon de Prætis *de interp. ultim.
volunt. tit.*4. *q.*3. *num.*2. Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 157.
*num.*25. Boſſius *de aliment. cap.* 2. *num.* 48. Ac etiam,
quando aqua quæ naſcitur in fundo feudali, vel em-
phyteuticario, venditur vicino, aut inferiori prædio
ad rigandum, gabella debetur, Lazarte *de decimæ ven-
dit. capit.* 2. *numer.* 30. Gironda *de gabel. part.*7. §. 2.
*numer.* 13. Guttier. *de gabell. quæſt.* 35. *numer.*33. Lar-
rea *alleg. Fiſcal.* 55. *numer.* 14. *&* 17. *verſ. Quaſi*, *&
numer.*18.

Sicut ex aqua, ubi venalis eſt, debetur laudemium, 20
Oldrad. *conſ.* 30. *in fine*, Socarrats *in conſuetud. Cath.
cap. cautum*, *n.*50. *in fine*, *verſ. Quæro*, *fol.*558. Deſpu-
jol ad Mieres, *verbo laudemium*, *verſ. Pariter debetur*,
*fol.* 110. Peguera *in repet. cap. item ne ſuper laudemio*,
*verſ.* 1. *num.* 84. Guttier. *de gabel. quæſt.*35. *numer.*33.
*in fine*.

Quia aqua eſt in fructu, *l. mela*, §. *fin. ff. de ali-* 21
*ment. & cibar. legat.* Mele ad Gizarel. *deciſ.* 34. *num.*
23. Et aqua † ubi venalis eſt, appellatione alimen- 22
torum continetur, *l.* 1. *ff. de aliment. & cibar. legat.*
Decius *in l. de alimentis*, *ſub num.*1. *Cod. de tranſact.*
Rolandus *conſ.* 22. *numer.* 7. *lib.* 1. Tuſchus *practic.
concluſ. littera A*, *concluſ.* 282. *numer.* 10. Simon de
Prętis *de interp. ultim. volunt. lib.*4. *dub.*11. *numer.*39.
Menochius *lib.* 4. *præſump.* 157. *num.* 25. *&* 26. Mar-
tha *de ſucceſſion. part.*4. *quæſt.* 18. *art.*7. *numer.*7. *&* 8.
Mele ad Gizarel. *deciſ.* 34. *numer.* 24. alios plures ad-
dunt Surd. *de aliment. tit.*4. *quæſt.*3. *numer.* 3. Barboſa
*appellat.* 25. *ſub numer.* 2. *& appellat.* 211. *numer.*2.
Boſſius *de aliment. cap.*2. *num.* 48. 49. *&* 50. Conciol.

ſe intelligendus *ad ſtat. Eugubii, lib. 5. rubr. 29. num. 1. in ſine*, Quia aqua eſt ad vitam hominis neceſſaria, Ripa *de peſte, tit. de remed. præſervat. numero 6.* Conciolus *ad ſtat. Eugubii, lib. 5. rubr. 22. num. 1. in princip.* Boſſius *de aliment. cap. 2. n. 48. verſic. Et ratio eſt*. Ideoque aqua † dicitur à qua juvamur, vel à
23 qua, ideſt, ſine qua vivere non poſſumus, ſecundùm Feſtum, quem citant Mele ad Gizarel, *dec. 36. num. 25.* Urſellius *concl. 132. verbo aqua, n. 2.*

24 Ex quibus Larrea probat, quod ex venditione aquæ mulſæ hydromelis, quam dicimus aloxa, debetur gabella, *alleg. Fiſcal. 55. tota*, Balmaſeda *de collect. q. 87. n. 3. 4. & 5.*

25 Quero 6. an baptiſmus fieri rectè poſſit cum nive, glacie, aut gelu, Reſp. quod non, ita Divus Thomas *part. 3. quæſt. 66. art. 4.* Coninch, Suarez, Bonacina, & Layman, quos citat Caſt. Palaus *in oper. mor. part. 4. tractat. 19. diſput. unic. punct. 3. num. 3.* Diana *reſol. moral. part. 5. tract. 3. reſol. 3. & in coordinat. part. 1. tractat. 1. reſol. 54.* & ita omnes communiter, Sanctus Thomas, Sotus, Sylveſter, Archangelus, Victoria, Angelus, Vivaldus, Filliucius, Petrus de Ledeſma, Reginaldus, Ægidius, Enriques, Diana, Bonacina, Chamerota, Molfeſius, Nugnus, & Rodriquez, docet Leander *de Sacramentis par. 1. tract. 2. diſp. 2. quæſt. 7.* & inter omnes conſtare teſtatur Parlador. *rer. quotid. l. 1. c. 3. §. 2. n. 15.*

26 Ratio eſt, quia ad baptiſmum requiritur aqua, & ſola aqua naturalis eſt materia remota baptiſmi, *Conc. Trid. ſeſſ. 7. de baptiſmo, can. 2.* Caſt. Palaus *in oper. moral. part. 4. tract. 19. diſp. unica, punct. 3. n. 1.* Villalobos *in ſumm. moral. part. 1. tract. 5. reſol. 3. num. 1.* & ita tenere omnes Catholicos, ſivè aqua ſit fluminis,
27 fontis, putei, paludis, maris, pluviæ etiam impuræ, aut etiam balnei etiam ſulfurei, ſivè aqua calida ſit, ſivè frigida, ſivè tincta colore, ſivè denſa, ſic Sanct. Thomas *part. 3. quæſt. 66. art. 4.* Victoria, Sotus, Nugnus, Suarez, Henriquez, Petrus de Ledeſma, Vaſquez, Molfeſius, Vega, Vivaldus, Bonacina, Granado, Candidus, Torreblanca, Reginaldus, Bauny, Trullench, Dicaſtillo, & Geſvaldus, quos laudat Leander *de Sacramentis, part. 1. tractat. 2. diſp. 2. quæſt. 1.* Villalobos *in ſumm. moral. part. 1. tractat. 5. diff. 3. numer. 2.* Caſt. Palaus *in oper. mor. part. 4. tr. 19. diſt. unica, punct. 3. numer. 4.* multos alios addunt Barboſa *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 7. de baptiſmo, can. 2. & in cap. 1. numer. 19. de ſumma Trinitate, & in cap. non ut apponeres, numer. 2. de baptiſmo, & de offic. Parochi, part. 2. cap. 18. num. 43.* Diana *reſ. moral. part. 5. tract. 3. reſol. 2. & in coordin. part. 1. tr. 1. reſol. 53. numer. 1.* addo Lezanam *in ſumm. quæſt. re-*
28 *gular. part. 3. verbo Baptiſmus, num. 11. in princ.* Apta ad abluendum † cùm materia proxima baptiſmi ſit ablutio per aquam, Bonacina, & Layman, quos laudat Barboſa *de offic. Parochi, part. 2. cap. 18. numer. 44.* Caſtr. Palaus *in oper. moral. part. 4. tract. 19. diſputat. unic. punct. 4. num. 1.* Villalobos *in ſumm. moral. part. 1. tract. 5. dif. 4. num. 1.* Diana *reſol. moral. part. 5. tr. 3. reſol. 3. & in coordinat. part. 1. tract. 1. reſol. 54. num. 4.* Sed nix, glacies, aut gelu non ſunt apta ad abluendum, donec liquefiant: ergo, &c. Ita omnes citati *num. 25.*

29 Limita in caſu extremæ neceſſitatis, nam tunc poteſt aliquis nive, glacie, aut gelu baptizari; ut docent Puteanus, Præpoſitus, & Hurtadus quos citat Diana *reſol. moral. part. 5. tract. 3. reſol. 3. & in coordinat. part. 1. tract. 1. reſol. 54. numer. 2.* Leander *de Sacrament. part. 1. tract. 2. diſput. 2. quæſt. 7. verſic. Nihilominus tamen*, ibi: *Propter has ergo rationes*, Lezana *in ſumm. quæſt. regul. part. 3. verbo Baptiſmus,*
30 *numer. 11.* Saltem ſub † conditione, quia melius eſt ſic baptizare, quàm non baptizare, Poſſevinus *de offic. Curati, cap. 6. de baptiſmo, numer. 5.* forma tradita per Bauny *tract. 2. de baptiſ. quæſt. 4.* hoc modo, *ſi aqua, qua utor eſt materia baptiſmi, ſufficiens. Ego te baptizo, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Si non eſt, non te baptizo*. Crederem tamen ſufficere, hoc facere ſub conditione, ſivè exterius, ſivè tantum mentaliter expreſſa, ut dicunt Lezana *in ſumm. quæſt. regul. part. 3. verbo Baptiſmus, ſub num. 11.* Hurtad. quem laudant Leander *de Sacrament. part. 1. tract. 2. diſput. 2. quæſt. 7. in fine*, Diana *reſol. moral. part. 5. tract. 3. reſol. 3. & in coordinat. part. 1. tract. 1. reſol. 54. num. 2. in fine*, & licèt hæc impugnet Leander *de Sacramentis, part. 1. tractat. 2. diſput. 2. quæſt. 15.* tu non recedas à prædicta limitatione in caſu extremæ neceſſitatis, quia extrema neceſſitas temperat uſum hujus Sacramenti materiæ ita dubiæ, Caſtrus Palaus *in oper. moral. part. 4. tract. 19. diſput. unica, punct. 4. numer. 2. in fine*, & excuſat irreverentiam, quæ aliàs fieret, conficiendo hoc Sacramentum cum materia dubia, & ſub conditione, ut docent Hurtadus *de Sacrament. tract. de baptiſmo, diſput. 1. dif. 2.* Diana, Leander, & Lezana *citati numer. 28.* Verùm exiſtimo, quod ſi baptizatus ſupervixerit, iterum ſub conditione baptizetur, ita Granadus, Chapeavilla. Kelliſionius, Bonacina, Marcantius, Hurtadus, Ludovicus de San Ivan, Mercerius, Poſſevinus, Henriquez, Cabrera, quos refert, & ſequitur Diana *reſol. moral. part. 5. tractat. 3. reſol. 1. & in coordinat. part. 1. tract. 1. reſol. 52.* Aſtrenſis, Coninch, Layman, Sancius, Sanchez, & Vaſquez, quos laudat Boſſius *in moral. part. 1. tit. 1. §. 25. num. 359.* quibus addo Lezanam *in ſumm. quæſt. 3. part. 3. verbo Baptiſmus, ſub n. 11.*

Cum aqua enim reſoluta ex nive, aut gelu, aut rore 31
Cœli Baptiſmus rectè fieri poteſt, Sanctus Thomas, Gabriel, Victoria, Henriq. Sotus, Bonacina, Filiuccius, Vivaldus, Vega, Yribarne, Ludovicus de San Juan, Samuel Lubainus, Borthalomeus Ledeſma, Petrus Ledeſma, Hurtadus, Archangel. Valentia, Ochogavia, Diana, Candidus, Summa Theologica, Molfeſius, Reginaldus, Paſqualigus, Trullench, & Dicaſtillo, quos refert, & ſequitur Leander *de Sacram. part. 1. tr. 2. diſp. 2. q. 6.* addo Poſſevinum *de offic. Curati, cap. 6. de baptiſmo, num. 2.* Dianam *in coordinat. part. 1. tract. 1. reſol. 50. num. 4. & reſol. 54. n. 3.* Bauny *tract. 2. de Baptiſmo, reſol. 2.* Barboſa pluribus laudatis *in cap. 2. n. 19. de ſumm. Trinit. & de offic. Parochi, part. 2. c. 18. n. 43.*

---

## *ARGUMENTUM.*

### An Capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum poſſit habere piſcariam, ſive cætoriam, vulgò *paſcaderia* ad vendendum piſces perſonis Eccleſiaſticis, ejuſque cognitio pertineat ad Judicem Eccleſiaſticum, vel Sæcularem.

## *SUMMARIUM.*

1 *Capitulum Canonicorum, ſeu Communitas Clericorum poteſt habere piſcariam, ſive cætoriam ad vendendum piſces perſonis Eccleſiaſticis, eoſque immittere in Civitate, ſeu Villa ad proprium uſum, & diſtributionem tantum Eccleſiaſticorum, & ſi ſuper his oritur competentia inter Judicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem, pertinet cognitio ad Judicem Eccleſiaſticum.*

2 *Piſcarius Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum ſi vendat piſces Eccleſiaſticis perſonis pro earum diſtributione, & diviſione, utaturque falſis ponderibus, & menſuris, quamvis non ſignatis, non poteſt puniri ab Aedili, ſeu alio Judice ſæculari, & ſi ſuper his oritur contentio inter Judicem ſæcularem, & Eccleſiaſticum cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum.*

3 *Piſcarius Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum non poteſt vendere piſces laicis.*

4 *Piſcatio Clericorum eſt permiſſa, num. 4. fallit in majoribus ſolemnitatibus, numer. 5. fallit 2. ſi ſit aſſidua, ſeu continua, n. 6. fallit 3. ſi Cle-*

rici

*rici piſcationem exerceant, ut piſces venderent, n. 7.*

8 *Monaſteria regularium poſſunt habere pharmacopolium, in quo medicamenta pro ipſis neceſſaria reſerventur, & ne corrumpantur, poſſunt vendere, & emere per aliquem ſecularem ibi aſſiſtentem, num.8. ſed pro Urbe Romæ, & ejus diſtrictu, vide decretum Sacræ Congregationis Viſitationis Apoſtolicæ, num. 9. & 10. & pro Pharmacopolis Civitatis Barcinonæ, vide n. 11. & 12.*

13 *Pharmacopolæ petentes ſolutionem medicinarum à Clericis, ubi debent eos convenire.*

## DECISIO CCXVIII.

1 CApitulum Canonicorum, ſeu Communitatis; Clericorum poteſt habere piſcariam, ſivè cætoriam vulgò *peſcaderia* ad vendendum piſces perſonis Eccleſiaſticis, eoſque immitti facere in Civitate, ſeu Villa ad proprium uſum, diviſionem, diſtributionem tantùm Eccleſiaſticorum, & ſi ſuper his oritur competentia inter Judicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem, cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum. Sic fuit in Cathalonia declaratum per Cancellarium Puigmari, Conſultoribus Aſtor, Senjuſt. Roca, & Aguilò 16. Decembrii 1625. in favorem Communitatis Presbyterorum Eccleſiæ Sancti Joannis Villæ Perpiniani contra Conſules Univerſitatis ejuſdem Villæ, ſuper immiſſione intus dictam Villam, & diſtributione piſcium ad proprium uſum Clericorum, his verbis, Quoad firmam juris in Curia Eccleſiaſtica factum ad effectum ut Communitas Presbyterorum Sancti Joannis Villæ Perpiniani, & perſonæ Eccleſiaſticæ dictæ Communitatis poſſint intus eandem Villam piſces immittere, & intrare, ſeu intrari facere, & inter Eccleſiaſticas perſonas tantùm eos diſtribuere, & dividere, ſententiat, pronuntiat, & declarat firmæ juris in dicta Curia Eccleſiaſtica factæ per Syndicum Communitatis Sancti Joannis locum fuiſſe & eſſe. *Memini de hac declaratione, deciſ. 211, numer. 20. hac part. 4.*

2 Adeo quod ſi piſcarius, ſivè ictypola vulgo *peſcater* Capituli Canonicorum, ſeu communitatis Presbyterorum vendat piſces Eccleſiaſticis perſonis pro eorum proprio uſu, diſtributione, & diviſione, utaturque falſis ponderibus, & menſuris, quamvis non ſignatis, non poteſt puniri ab Ædili, vel alio Judice ſæculari, & ſi ſuper his inter Judicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem oritur contentio, pertinet cognitio ad Judicem Eccleſiaſticum. Ita fuit in Cathalonia deciſum per Cancellarium Agullana, Conſultoribus Dalmau, Ferret, Senjuſt, Mijavilla franqueſa 19. Octobris 1612. in favorem Capituli Canonicorum Eccleſiæ Gerunden. contra Baptiſtam Perpinna Mercatorem, Ædilem dictæ Civitatis, ratione pignorationis per dictum Ædilem factæ contra Matthæum Rodes piſcatorium Villæ Sancti Fœlicis de Guixols, in Hoſpitio navis ejuſdem Civitatis de quodam mulo dicti Rodes in dicto Hoſpitio reperto, pro pœna trium librarum per dictum Rodes incurſa, ut per dictum Ædilem prætendebatur propter contraventionem proclamarum per dictum Ædilem factorum id dicta Civitate Gerundæ, quod nullus auderet in dicta Civitate vendere in pondus, niſi cum ſtateris, & ponderibus ejus ſigno ſignatis, quibus dictus Rodes contraveniſſe prætendebat; vendendo ad pondus piſcatoria, ſivè peſcateria Capituli Canonicorum Civitatis Gærundæ, cum ponderibus ſigno dicti Ædilis non ſignatis. Refert hanc declarationem, etſi non tam extensè Fontanella, *deciſ. 515. numero 18. quam ſic intelligit, nu. 20. verſic. Ad quod, p. 2.* & dixi *deciſ. 11. numero 68. poſt med. p. 1. & ego memini deciſ. 207. numero 43. deciſ. 211. numero 21. hac p. 4.*

3 Sed non poteſt piſcarius, ſivè peſcater Capituli Canonicorum, ſeu Communitatis Clericorum vendere piſces laicis, Fontanella *deciſ. 151. numero 20. par. 2.* & ſi ſuper his contentio oritur inter Judicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem, declaratur per Cancellarium cognitionem pertinere ad Judicem ſæcularem, ſicut dixi de carnibus venditis laicis in macello Capituli Canonicoram, ſeu Communitatis Clericorum *dec. 211. à nu. 22. cum ſeq. uſque ad finem, hac par. 4.* ubi invenies ampliationes, & ſublimitationes ad propoſitum facientes, quæ hìc tranſcribendæ ſunt.

Nota obiter, quod piſcatio Clericis eſt permiſſa, 4 *can. Eſau 11. gloſſ. verbo piſcatores 86. diſtinct.* Tum quia in piſcatione ceſſant comnes rationes, quibus venatio interdicitur. Tum quia adſunt exempla Apoſtolorum, quos Salvator noſter ad converſionem Orbis ad ſe piſcatores vocavit, & in officio manere permiſit, *Matthæi 4. Marci 1. & Lucæ 5.* ita Marcus *deciſ. 530. numer. 10. part. 1.* Salzedo ad Bernard. Diaz, *cap. 70. litera A, verſic. piſcatio,* Menochius *de arb. jud. caſu 413. numer. 20.* Azevedo *l. 1. numer. 3. verſic. Secus verò in piſcatore, tit. 8. lib. 7. recop,* Martha *de juriſdict. part. 4. caſu 57. numer. 22.* Bellet. *diſquiſit. Cler. tit. de diſciplina Clericali, §. 19. numer. 8.* Cenedo *collect. ad decretum, 56. numer. 12.* Carolus de Graſſ. *de effect. Cler. effectu 33. numer. 19.* Urſellius *concluſ. 166. verbo Aucupium, num. 55. 60. & 61.* Villalobos *in ſum. moral. part. 2. tract. 10. diff. 16. numer. 1. in fine, verſic. X. no les eſt à,* Caſtr. Palaus ita compertum eſſe apud omnes teſtatur in Clericis, & Religioſis *in oper. mor. part. 7. de juſt. & jure, tr. 31. diſp. unica, punct. 14. numero 1. verſic. Quæ dicta ſunt, in fine,* ibi: *Piſcationem autem,* Barboſa *in can. Eſau 11. numer. 5. de Clerico venatore, & de jure Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 40. numer. 82.* Daniel *de Nobilibus, diſp. 61. numero 59. verſic. Permittitur,* Fermoſinus *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 23. ſub n. 47. de conſtit.* Fagundez *de juſtit. & jure, lib. 2. cap. 10. numer. 7.* ubi in fine inquit, quod non omnes piſcatores vocavit Dominus ad converſionem Orbis, ſed piſcatores retium, non piſcatores hamorum, quia retia ſunt inſtrumenta pietatis, & manſuetudinis, ſeu lenitatis; capiunt enim piſces vivos, & non feriunt, ut feriunt hami, nec occidunt.

Fallit. 1. in majoribus ſolemnitatibus, id eſt in ſolem- 5 nioribus feſtis, in quibus piſcatio Clericis eſt interdicta, quia Clericis diebus officiis Eccleſiaſticis intereſſe, & inſervire debent, *pro ut habetur in c. licet, de feriis.* Menochius *de arb. jud. caſu 413. numer. 21.* Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effectu 37. numero 10.* Sperell. *deciſ. 124. numero 35.* Daniel *de Nobilibus, diſp. 61. numer. 50. verſic. Permittitur,* Fermoſin. *in capite Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 23. ſub numer. 47. de conſtitut.* Bellet. *diſquſi. Cler. part. 1. tit. de diſcipl. Cler. §. 19. num. 80.* Barboſa, *in cap. 1. numer. 5. in fine de Clerico venatore, & de jure Eccleſ. univ. libr. 1. capite 40. numero 82. verſic. Primo modo.* In Dominicis verò, aut aliis feſtivitatibus inferioribus ſolùm Clericis piſcari licet urgenti de cauſa, adhibita tamen licentia, & pauperibus portione facta, *juxta dictum text. in cap. licet, de feriis,* Menochius, Daniel de Nobilibus, & Fermoſinus *hìc citati.*

Fallit 2. dummodo Clerici non ſemper, & aſſiduè 6 piſcationem exerceant; piſcatio enim continua, ut ex cauſa voluptatis Clericis prohibita eſt, quia Apoſtoli poſtquam gratiam Dei meruerunt, non aſſiduè, & ſemper piſcationibus operam dabant, ſed relictis retibus ſequuti ſunt Chriſtum Dominum, Bellet. *diſquiſit. Cleric. part. 1. titul. de diſcip. Clericali, §. 19. numero 8.* Azevedo *l. 1. numer. 3. verſic. Niſi & piſcatio, tit. 8. lib. 7. recopil.* Daniel de Nobilibus, *diſp. 61. numer. 50. ſub verſic. Permittitur,* Urſellius *concluſ. 166. verbo Aucupium, ſub num. 55.* Barboſa *de jure Eccleſ. univ. libr. 1. capit. 46. numer. 82. in fine,* Fermoſin. *in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæſt. 23. numer. 47. de conſtitut.*

Fallit 3. ſi Clerici animo negotiandi piſcationem 7 exercent, ut piſces venderent, nam tunc piſcatio eſt ipſis prohibita, quia eſſent negotiatores, Alber. & Medic. quos refert, & ſequitur Sperell. *deciſ. 124. numer. 35. libr. 2.* Bellet. *diſq. Cler. par. 1. tit. de diſcipl. Cleric. §. 19. n. 8.* Barboſa *in cap. 1. num. 5. in fine de Clerico venatore.*

Nota etiam, quod Monaſteria regularium pro uti- 8 litate ipſorum habere poſſunt aliquam apothecam in qua emantur, & vendantur per ſæculares aliqua, quæ

ipſis

ipſis neceſſaria ſunt, ut ſi Monaſteria habeant aliquod Pharmacopolium, in quo medicamenta pro ipſis neceſſaria reſervantur, & ne corrumpantur, venduntur, & emuntur per aliquem ſæcularem ibi aſſiſtentem, quia hæc non eſt propria negotiatio, ſed videtur artificium honeſtum, nec attenditur ad lucrum, ſed ſolùm quod res ſibi neceſſariæ tempore infirmitatis meliùs conſerventur, præſertim cùm id non fiat per ipſoſmet Religioſos, ſed per ſæculares ad id munus deſtinatos, ſic Lezana *in ſum. quæſt. regul.* 1. *c.* 9. *num.* 39. *verſ. Monaſteriis autem, & par.* 4, *verbo negotiatio quoad regulares, num.* 6 *in prin.*

9 Sed pro Urbe Romæ, & ejus diſtrictu exiit decretum Sacræ Congregat. Viſitationis Apoſtolicæ die 19. Auguſti 1637. in Typographia Rev. Cam. Apoſtolicæ impreſſum, & in Urbe publicatum, in quo præter alia hæc ad intentum; Statuit, decrevit, atque inhibendo mandavit omnibus, tam Superioribus quorumcumque Ordinum, vel Congregationum, Monaſteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, ac Locorum Regularium in Urbe, ejuſque diſtrictu exiſtentium, quàm particularibus Religioſis, & Eccleſiaſticis quibuſcumque, ne in poſterum, ſivè Religionis nomine, ſive particulari audeant & præſumant per ſe, vel alios exercere in ſuis Conventibus, aut alibi in quocumque loco ullam venalem artem, ſive aromatariam, piſtoriam, lanificium, textrinum, vel aliam quamlibet, præterquam pro ſuis Religioſorum, aut alumnorum uſibus, nec ullo modo ſæcularibus, aut aliis Religioſis, & Eccleſiaſticis Pharmaca, panem, carnes, aut alia quælibet opificia, quomodocumque elaborata, & ornata vendere, etiam prætextu amicitiæ, familiaritatis, abſque ſpeciali licentia in ſcriptis obtinenda, etiam ab iis Religioſis inſtituto id quibus ex particulari ſuæ Religionis aliàs liceret. Si quis verò ipſorum aliquid hoc decretum quoquo modo facere, vel moliri præſumpſerit, ipſo facto pœnam ſuſpenſionis à Divinis, privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac propterea inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vociſque activæ, & paſſivæ abſque alia declaratione incurrat. Et nihilominus contra eos Generalis Theſaurarius procedat tanquam contra illicitos negotiatores, confiſcando omnia lucra, & capitale ad dictas artes, & opificia ſpectantia, Non obſtantibus, &c. Refert ita extensè Lezana *in ſum.q.reg.p.*4. *verbo negotiatio quo ad regulares, n.*6. *verſic. Nihilominus.*

10 Hoc tamen decretum intelligit Lezana ſolùm eſſe pro Roma, & ejus diſtrictu, ſed in aliis partibus ſtandum eſſe juri communi, abſtinendum verò ſemper, præſertim Religioſis ab aliis, quæ in aliis ſcandalum, vel avaritiæ, ſeu cupiditatis notam generare poſſunt, imo ab iis, quæ ipſarum ſtatutum non deceant, *quæſt. regul. part.* 4. *verbo negotiatio quo ad regulares, numer.* 7.

11 Verùm cùm eſſet controverſia juriſdictionalis inter Collegium Pharmacopolarum Civitatis Barcinonæ, & Monaſteria Sancti Dominici, & Sancti Franciſci ejuſdem Civitatis, Sacta Congregatio Cardinalium, auditis partibus declaravit 20. Novembris 1635. poſſe dicta Monaſteria habere Pharmacopolium pro uſu proprio, & benefactorum, pauperum, gratis? non verò ad effectum vendendi pro lucro, & mercantia. Refert hujuſmodi decretum Ripol. *in pract. Vicarii Barcinonæ, rub.* 5. *in fine.*

12 In vim hujuſmodi decreti Collegium Pharmacopolarum Civitatis Barcinonæ obtinuit ſententiam in ejus favorem latam die 5. Maji 1648. per Vicarium Generalem, & Officialem Epiſcopi Barcinonæ contra Religioſos Dominicanos, Franciſcanos, Minimos, declarando non licere prædictis Religioſis medelas, nec potiones facere, niſi pro ipſis, & eorum benefactoribus pro amore Dei gratias, ſine pretio. Cujus ſententiæ facta fuit proviſio decreti executionis die 21. Julii 1648. in & cum qua fuit mandatum prædictis ſub pœna quinquaginta librarum, & in ſubſidium excommunicationis majoris ſe abſtineant à confectione medelarum, & potionum, niſi ad ipſorum ſervitium, & ſuorum benefactorum gratis, & pro amore Dei ſine ſolutione, Refert idem Ripoll. *in pract. Vicarii Barcinonæ, rub.* 5. *ante finem, verſic. Obtinuit etiam.*

Parmacopolæ autem petentes ſolutionem medicinarum à clericis ubi debent eos conveniri? Reſp. quod aut agitur de taxatione medelarum, aut de conventione Clericorum ad earum ſolutionem, in primo caſu; ſi agitur de taxatione medelarum, poſſunt Pharmacopolæ expediri facere cartellum à Curia Vicarii Barcinonæ forma tradita per Ripoll. *in prax. Vicarii Barcin. rub.* 5. *numer.* 1. & 3. ut Clerici accedant ad Domum Comitum, Conſulum, ſeu Procerum Collegii Pharmacopolarum ad videndum taxare medelas. Quia hujuſmodi cartellum non importat citationem, ſed eſt interpellatio extrajudicialis adverſus Clericos. In ſecundo verò caſu facta ſcilicet interpellatione, & poſtea taxatione per dictos Conſules, ſeu Proceres Collegii Pharmacopolarum, Clerici, qui medelas ſolvere debent, conveniendi, ſeu exequendi ſunt pro earum ſolutione coram ſuo Judice Eccleſiaſtico, ita Ripoll. *in pract. Vicar. Barcin. rub.* 5. *n.* 5. 13

---

## *ARGUMENTUM.*

**An Clerici teneantur ſolvere gabellam, ſeu ſiſam impoſitam, ob communem Reipublicæ neceſſitatem, quo ad bona inſeparabilia, quæ ſunt pœnes venditores venalia, & in eorum Dominio, ſuper frumento, pane, carne, piſcibus, vino, oleo, pannis, & aliis ad id genus ad victum, & veſtitum ſpectantibus, ejuſque cognitio pertineat ad Judicem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem.**

### *SUMMARIUM.*

1 *Materia deciſionis proponitur.*

2 *Gabella ſuper carne, & aliis rebus ad victum, & veſtitum ſpectantibus, quomodo vocetur in Cathalonia, & aliis Regnis.*

3 *Siſæ ethimologia.*

4 *Siſa quid ſit.*

5 *Siſa, ſeu gabella ſuper carne, vino, & aliis ad proprium, & familiæ uſum quotidianum ſpectantibus an ſint juſta, vel injuſta.*

6 *Clerici an teneantur ſolvere gabellam, ſeu ſiſam impoſitam ob communem Reipublicæ neceſſitatem, quoad bona inſeparabilia, & indiviſibilia, quæ ſunt pœnes venditores venalia, & in eorum dominio, nempe ſuper carne, piſcibus, vino, & aliis ad victum, & veſtitum ſpectantibus, vide n.* 6.7.8. & 9. *Et quid extante conſuetudine longiſſimi, & immemorialis temporis ſolvendi iſtam ſiſam, ſeu gabellam, num.* 12.13. 14. & 15.

10 *Cognitio an Clerici teneantur ſolvere gabellam, ſeu ſiſam impoſitam ob communem Reipublicæ neceſſitatem, quoad bona inſeparabilia, & indiviſibilia, quæ ſunt pœnes venditores venalia, & in eorum dominio, nempe ſuper carne, piſcibus, vino, & aliis ad victum, & veſtitum ſpectantibus, pertineat ad Judicem Eccleſiaſticum, n.* 10. & 11.

16 *Exactio à Clericis gabellæ, ſeu ſiſæ impoſitæ ob communem Reipublicæ neceſſitatem ſuper carne, piſcibus, vino, & aliis ad victum, & veſtitum ſpectantibus, cum animo reſtituendi in fine anni, an ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam, vide num.* 16. 17. 18. & 19. & *quid ſit uſu receptum in multis locis, & pluribus Civitatibus, numero* 20. *cum intelligentiis, numero* 21.22.23. 24.25. 26.& 27. *Et an procedat iſte uſus in illis Civitatibus, & locis, in quibus Clerici habent ſpeciale macellum ad ſcindendas carnes, aut ſpecialem tabernam pro vino, oleo, & ſimilibus ad eorum, & familiæ ſuſtentationem, num.* 28. 29. & 30.

31 *Clerici an teneantur ſolvere gabellam, ſeu datium*

*tium ſuper chocolatico, & tabaco impoſitum.*
32 *Chocolaticum an frangat jejunium Eccleſiaſticum, n.32. & 33.*
34 *Tabaci ſumptio an ſolvat jejunium naturale, & impediat celebrationem Miſſæ, & communionem,*
35 *Tabacum ſumere in Eccleſia, atrio & porticu an ſit peccatum mortale,*

## DECISIO CCXIX.

1 TRactavi, *deciſ.* 201, *cum plurib. ſeq.* de immuni-
tate, libertate, & exemptione Clericorum à ga-
bellis per Principes laicos, & Univerſitates impoſitis,
quoad bona diviſibilia, & ſeparabilia, quæ apud ip-
ſos extant, & caſu quo teneantur hujuſmodi gabellam
ſolvere, & cognitio pertineat ad Judicem Eccleſiaſti-
cum. In hac tamen tractandum eſt de libertate, exem-
ptione, & immunitate Clericorum, & gabellis, ſeu
ſiſis impoſitis, ob communem Reipublicæ neceſſita-
tem, quoad bona inſeparabilia, & indiviſibilia, quæ
ſunt pænès venditores venalia, & in eorum dominio,
nempe ſuper frumento, carne, pane, piſcibus, vino,
oleo, & pannis, & aliis ad id genus ad victum & veſti-
tum ſpectantibus, ejuſque cognitio pertineat ad Judi-
cem Eccleſiaſticum, vel ſæcularem,

2 Hæc gabella in Regnis Caſtellæ, vulgo vocatur *ſi-
ſa*, Guttier. *de gabellis*, *q.3.ſub numer.* 45, Villalobos
*in ſum.moral.p.2.tract.8.diſ.*13. *n.* 6. Lezana *in ſum.qu.
regul.par.3.verbo gabella*, *num.*33.*in prin.*Caſtr.Palaus
*in oper.moral.par.2.tract.12.diſp.unica*, *punct.9.numer.*
10.Fermoſin.*in cap.Eccleſia ſanctæ Mariæ*, *quæſt.* 60.
*ſub n.* 4, 21. *&* 60. *de conſtitut*, Balmaſeda *de collect. qu.*
70.*n.*2.Amoſtazo *de cauſis piis*, *tom.2.lib.7.c.9.nu.* 25.
In Regno Portugaliæ etiam vocatur *ſiſa*, ut cum A-
zor. Portell. & Rodriguez tradita Barboſa de jure *Ec-
cleſ. univ.lib.*1.*cap.*39. §. 5. *n.* 12. alios addit idem Bar-
boſa *in l.omnibus Militibus 2.num.5.Cod. de vectigalib.*
In Cathalonia nuncupatur impoſitio, Ferrer, *par.* 3.
*obſervand. c.*235, In Valentiæ Regno, impoſitio, &
ſiſa, Regens Leo *dec.* 82.*n.*10.*&* 11.*lib.*1. In Italia Di-
citur gabella, Sperell.*deciſ.* 37.*num.* 84. *lib.*1. & alii al-
legandi, *num.*6.7. 8. *&* 9. Verum eſt quod à Daniele de
Nobilibus vocatur *ſiſa*, *in addit. ad diſp.*8.*n.* 1. Lati-
nè nuncupatur aſſiſia, Lezana *hic citatus*.

3 De ethimologia hujus nominis ſiſa, unde deducta
fuerit, non ſatis compertum eſt; mihi arridet quod
fuit ſic nuncupata, quaſi pecunia data pro re empta
ſciſſa maneat, ut illa pars Principi, ſeu Univerſitati
applicetur, in quo datur quædam ſciſſio, tradit Perey-
ra *de man. Reg. p.2.cap.*38. *ſub n.*5.

4 Quid autem ſit ſiſa, Alphonſus de Caſtro *de leg.pœ-
nal.lib.*1.*cap.* 5.*verſ.Sed quia*, inquit, quod eſt aliquod
certum additum ultra pretium taxatum pro libra car-
nis, aut piſcis, &c.Refert Fermoſin.*in capit. Eccleſia
ſanctæ Mariæ*, *quæſt.* 60,*num.*21. *de conſt.* & conſtat ex
traditis per Novarium *gravam.*32. *n.* 10. *&* 11.*tom.* 2.
Danielem *de Nobilibus in addit.ad diſp.8.n.*1.exemplo
declaro, quando Principes laici, ſeu Civitates, Vil-
læ, & oppida non habent propria pecora, ſe concor-
dant cum pecuariis, ſeu armentariis vulgò *ganaders*,
ut ſcindant carnes in macellis, certa ſumma, nempe
quatuor ſolidis pro una quaque libra carnis, ſed ipſis
Principes laici, Civitates, Villæ, & Oppida ob com-
munem Reipublicæ utilitatem imponunt pro qualibet
libra ſex denarios, & ſic venduntur carnes ad ratio-
nem quatuor ſolidorum & ſex denariorum pro libra, il-
li ſex denarii, qui imponuntur, dicitur ſiſa.

5 Sed utrum gabella, ſeu ſiſa impoſita ſupra frumen-
to, pane, carne, vino, oleo, nive, piſcibus, & a-
liis rebus, quæ ad proprium, & familiæ uſum neceſ-
ſarium emuntur, ducuntur, & advehuntur, ſit juſta,
aut injuſta? Controverſum eſt inter Doctores. Viden-
di ſunt Villalobos *in ſum.moral.part.2.tract.8. diff.*13.
*à n.*6.Suarez *de legib.lib.5.c.26.*Diana *reſol. moral. p.*1.
*tract.*11.*reſol.*38.*& par.2.tract.*17.*& miſcel.3.reſol.* 60.
*& in coordin.par.4.tract.3.reſol.60.& par.8. tract.7.re-
ſol.*60.Amoſtazo, *de cauſis piis*, *tom.2.lib.7.capit.* 9. *à
num.*25.*cum ſeq.* Thom. del Bene *de immun.Eccleſ.tom.*
1.*cap.5.dub.30.ſect.*2. Sanchez *conſ.moral.tom.*1.*libr.* 2.
*c.4.dub.*55. Lezana *in ſum.quæſt. regul. par.* 3. *verbo ga-
bella*, *num.*13.*verſ.an verò*, Fermoſin. *in cap.Eccleſia
ſanctæ Mariæ*, *q.*14. *à n.*1. *ad* 5.*& q.*51. *à n.* 1. *ad* 9. *de
conſtit.* Sed prævaluit opinio, quod eſt juſta, Balmaſeda
multis citatis *de collect.q.*70.*num.*2. *& q.* 97. & in praxi
ita in plurimum videmus ait Fermoſin. *hic citatus*, *q.*
51, *num.* 6, & de facto ſæpe videmus, teſtatur Guttier.
*de gabel. q.* 3,*num.* 45. & in carnibus jam hodie imponi
inquit idem Balmaſeda, *de collect. quæſt.* 123. *n.* 18.

His præhabitis, Ad primam quæſtionis partem in 6
argumento propoſitam, An Clerici teneantur ſolvere
gabellam, ſeu ſiſam impoſitam ob communem Rei-
publicæ neceſſitatem, quo ad bona inſeparabilia, &
indiviſibilia, quæ ſunt pænès venditores venialia, &
in eorum dominio, nempè ſuper frumento, pane,
carne, piſcibus, vino, oleo, pannis, & aliis ad id
genus ad victum, & veſtitum ſpectantibus? Duæ ſunt
opiniones contrariæ,

Prima negativa, quod Clerici non teneantur ſol- 7
vere hanc gabellam ſeu ſiſam. Tum quia Clerici
coguntur prædicta, carnem ſcilicet, vinum, &c. ca-
riùs emere, vel aliundè emere, & utrumque eſt con-
tra ipſorum immunitatem. Tum quia Clerici morali-
ter loquendo ſine emptione illarum rerum vivere non
poſſunt, & ſic abſolutè dicuntur cogi illas emere,
conſequenterque moraliter coguntur gabellam iſtam,
& ſiſam ſolvere, ſicut & coguntur laici. Tum deni-
que quia Clerici ſunt liberi, exempti, & immunes à
ſolutione gabellarum, non ſolùm directè, ſed etiam
indirectè, & hoc caſu ſi tenerentur hanc gabellam, &
ſiſam ſolvere, ſine dubio eſſet illos gravare. Sic do-
cent Azor.*Inſtit.mor.tom.2.lib.9.cap.*11.§.*in dubium vo-
catur*, Magala *part.2.lib.2.cap.17.quæſt.6.numer.* 107.
Portell.*in addit.ad dub.regul.verbo tributum*, *numer.* 8.
Alterius *de cenſur.tom.1.diſp.19.lib.5.cap.3.* & 6. *col.* 2.
Rodriguez *in ſum.quæſt.regul.tom.2. quæſt.* 75.*num.* 14.
*verſ.Verdad es*, *& in compend. quæſt.regul.reſol.*63.*nu.*
32.Henriquez, *lib.5.cap.15.num.5. in margine litera P*,
Gratian.*diſcept.forenſ.c.*390.*n.*16.Caſtr. Palaus *in oper.
moral. part.2.tract.12.diſp.unica, punct.9.nu.* 10. Duar-
dus *in Bulla cœnæ, lib.2.can.18.q.15.num.* 3. Guttier.*de
gabel.q.91.n.6.juncto, num.*23.*in fine*, *verſ.Et quod Re-
ctores Populi*, *& num.36.verſ. Sed in dubium*, *& verſ.
Et quod peccent*, *et num.*60.Navar.*in manuali*, *cap.*17.
*nu.* 102, Vivaldus *in candel.aureo ad Bullam cœnæ,caſu*
18.*num.*10.Barboſa *de jure Eccleſ.univ.lib.1.c.39.§.5.n.*
12.Lezana *in ſum.quæſt.regul.part.3.verbo gabella*, *n.*3.
Diana *reſol.mor.part.1.tract.2.reſol.* 46. *aliàs* 45. *& re-
ſol.*83. *aliàs* 82,*& p.4.tract.4.& miſcel.reſol.* 174. *& in
coordinat.p.9.tract.reſol.*240.241. *&* 244. Sperell. *deciſ.*
37.*n.*84.*l.* 1. Fagundez *de juſt.& jure*, *l.* 5.*c.*20.*n.*25.*&*
26.Remig.de Gonis *de Charit.ſubſid.q.*60. *n.* 4. Fermo-
ſin.*in cap.Eccleſia S.Mariæ*, *q.*14. *à n.* 2. *ad* 7. *et q.*47.
*à num.*38. *uſque ad finem*, *et q.*58. *à n.*10.*ad* 17. *et q.*49.
*n.*13.14. *et* 15. *et q.*60. *de conſtitut*, Caſtillo *deciſ.*105. *n.*
55. *juncto*, *n.*57. 62. *et* 63.*l.*1.Thom.del Bene *de parla-
ment.dub.30.ſect.1.num.* 5. *et* 6. *et ſect.* 12.*numer.* 1. *Et
de immun.Eccleſ.tom.1.cap.5. dub.7. à num.*15. *uſque ad
finem*, *et ſect.*10. *et ſect.* 12. *num.* 1. Qui plures alios
citant. Novarius conducit in fortioribus terminis *de
gravam.vaſſal. tom.2.gravam.32.n.*10. *et* 11.

Secunda affirmativa, quod Clerici tenentur hujuſ- 8
modi gabellam, & ſiſam ſolvere. Tum quia Clerici
læduntur in re valdè modica, per accidens, præter
intentionem Principis Laici, ſeu Civitatum, Villa-
rum, & Oppidorum, Tum quia iniquum eſt, ut Prin-
ceps, ſeu Civitates, Villæ & Oppida perdant ſuas ga-
bellas, & ſiſas, quas juſtè pro ſuis neceſſitatibus
exigere poſſunt, ne Clerici in re modica lædantur,
Cùm, & denique quia Clerici non coguntur emere ea
victualia, in quibus gabella, & ſiſa eſt impoſita, nam
illis liberum eſt, ut ea ſibi aliunde ſine eo augmento
quærant, ſibique eo modo provideant, quo voluerint,
Ita Angel. *in ſum.verbo Immunitas*, 1.*q.*6. *verſic. quar-
to*, *poſito quod*, Sylveſter *in ſum.verbo. Immunitas*, 1.
*q.6.n.*22.Paul.de Caſtro *conſ.* 423. Vulpell. *de liber. Ec-
cleſ.par.2.n.*51.Bobad. *in polit.lib.2.c.18.n.*270.*gloſſ. li-
tera G*, Molina *de juſt. et jure*, *c.5.tract.2.diſp.*663. *n.*

9. San-

BIBLIOTECA GRANADA

9. Sanchez *in opuſculo, tom.*1*.lib.*2*.cap.*4*.dub.* 55. Laym. *lib.*3*.tr.*3*.c.*3*.n.*4. Malderus 2.2*.tr.*5*.cap.*6. Coriolan. *in Bulla cœnæ excom.*18. *fol.* 949. Gloritius *conſ.*6. Larrea *alleg. fiſcal.*77*.n.* 18. & 19. Nec diſſentit Balmaſeda *de collect.qu.*123*.numero* 13. Thoro *voto dec.* 18. *à num.* 4. Noguerol, *alleg.*38. *numero* 13. & 14. Azevedo *l.*8. *à n.* 5*.tit.*18*.lib.*9*.recop.* Rodriquez, *tom.*4*.ſum.c.*166*.numer.* 2. & *tom.*3*.q.reg.*74*.art.*7. Lazarte, *de decim.vend. c.*19*.à numer,* 10. Enriquez *in ſum.lib.*10*. c.* 15*. numero* 6*. gloſſ. litera U*, Cutel. *de immun.Eccleſ.lib.*2*. q.* 46. Latiſſimè Daniel de Nobilibus, *diſp.* 8*, à n.* 1*. ad* 18*, & à nu.* 28*, & in additionib. à n.*1.

9 Ita ſe habent hujuſmodi opiniones, utraque eſt probabilis, ſed probabilior videtur prima negativa, de qua *n.* 7. ut teſtatur Fagundez *de juſt. & jure, libr.* 5*.c.* 10*.n.* 26*. in fine*, Et ita eſſe conſulendum, & ſequendum propter rationes, & authoritates canonum, & Pontificum, inquit Th.del Bene *de immun. Eccleſ. tom.* 1*.c.*5*.dub.*7*.ſect.* 1*. in fine, & de parlament.dub.*30*.ſect.* 1*. in fine*. Et ſecundùm eam judicavit Rota coram Coccino Decano in Barcinonen. Exemptionis 20. Junii 1636. apud Dianam, *reſol.moral.in coordinat.poſt part.*8*.deciſ.* 1*, Verſ. Quantum verò*, Et apud Rubeum *deciſ.*159*.part.* 7*. recent.* Et iterum Rota coram Corrado in cauſa Barcinonen. Exemptionis 13. Junii 1646. apud Dianam *reſol.mor.in coordinat. poſt, part,* 8*, dec.* 52*. verſ. Præterea non obſtat, cum ſeq.* Et in eadem Barcinonen. Exemptionis Rota coram Bichio 20. Maji 1647. apud Dianam *reſ.mor. poſt, p.*8*. in coordinat, dec.* 59*. verſ. Et abſonum.*

10 Retenta prima opinione negativa. Ad ſecundam partem quæſtionis in argumento propoſitam. An cognitio, ſi Clerici teneantur ſolvere gabellam, ſeu ſiſam impoſitam ob communem Reipublicæ neceſſitatem, quoad bona inſeparabilia, & indiviſibilia quæ ſunt penes venditores venalia, & in eorum Dominio, nempe ſuper frumento, pane, carne, piſcibus, vino, oleo, pannis, & aliis ad id genus ad victum, & veſtitum ſpectantibus, pertineat ad Judicem Eccleſiaſticum, vel Secularem? Reſp. Quod pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, & ſi ſuper iis oriatur competentia juriſdictionis declaratur in favorem Judicis Eccleſiaſtici, ex traditis ſupra *dec. c.*201*.num.*7*.&* 8*.dec.*203*.numer.*17*.&* 18. *hac, part.* 4. Et in terminis ſic fuit declaratum per Cancellarium Cathaloniæ die 7. Octobris 1560. Refert extensè Ferrer. *part.*3*.obſer. c.* 235. Et per Cancellarium Rovirola, conſultoribus ſex Doctoribus Regiæ Audientiæ 20. Auguſti 1803. Contra Syndicum, & alios Officiales Civitatis Barcinonæ. Et per Cancellarium Agullana, Conſultoribus ſex Doctoribus Regiæ Audientiæ 22. Januarii 1608. In favorem œconomi Eccleſiarum Parochialium, & Communitatem Presbyterorum Barcinonæ contra Conſiliarios ejuſdem Civitatis. Et per eundem Cancellarium Agullana, Conſultoribus Magarola. Ferruz, & Rubicoll, 13. Aprilis 1609. In favorem communitatis Presbyterorum Eccleſiæ Villæ de Alforja contra Juratos ejuſdem Villæ, & per noſtram Regiam Audientiam me referente 21. Junii 1659. In favorem Communitatum Presbyterorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum Collegii Sancti Severi, & Eccleſiarum Parochialium Civitatis Barcinonæ contra Conſiliarios, & Syndicum ejuſdem Civitatis. Scriba Fores, & Montagut.

11 Verum tamen eſt, quod ſi Clerici non ſunt in poſſeſſione immunitatis, & libertatis gabellarum, ſiſarum, & impoſitionum, quoad bona inſeparabilia, & in diviſionibus, quæ ſunt penes venditores venalia, nempe ſuper carne, vino &c. Non poſſunt procedere coram Judice Eccleſiaſtico, contra Conſiliarios, Juratos, ſeu Conſules Civitatum, Villarum, & Oppidorum in vim ſacrarum conſtitutionum Tarracone ad ceſſationem à Divinis, ſed tantùm judicio Ordinarii, ita fuit declaratum per Senatum Luſitaniæ teſtatur Pereyra, *de man. Reg. par.*1*. cap.* 10*, n.* 2. Et in Cathalonia per noſtrum Cancellarium die 7. Octobris 1560. Refert Ferrer. *par.* 3*, obſerv. cap.* 235.

12 Sed utrum Clerici teneantur ſolvere gabellam, ſeu ſiſam impoſitam ob communem Reipublicæ neceſſitatem, quoad bona indiviſibilia, & inſeparabilia, quæ ſunt pænes venditores venialia, & in eorum dominio, nempe ſuper frumento, pane, carne, piſcibus, vino, oleo, & aliis ad id genus ad victum, & veſtitum ſpectantibus, ſtante conſuetudine longiſſimi, & immemorialis temporis hujuſmodi gabellam, ſive ſiſam ſolvendi; Pariter ſunt opiniones contrariæ.

Prima negativa, quod Clerici non tenentur ſolvere 13
hanc gabellam, ſeu ſiſam, etiam ſtante conſuetudine longiſſimi, & immemorialis temporis eam ſolvendi. Quia talis conſuetudo in hac materia tanquam iniqua, & irrationabilis expreſsè reprobata eſt, *cap.quamquam*, 4. §. *cùm igitur, verſic. Volentes ibi: contraria conſuetudine quorumcumque, quæ dicenda eſt corruptela veriùs, non obſtante, de cenſibus in* 6*. cap. noverint, de ſenten. excom.* Quorum canonum diſpoſitio repetita fuit *in Bulla cœnæ Domini*, §. 15. 18. & 25. Sic docent Azor. *inſtit. mor. par.* 2*. lib.* 5*. c.* 12. §. *ſed dubitari poteſt, verſic. Cæterum, & §. quod vero*, Guttier. *de gabel. q.*92*.n.*3*. juncto num.* 55. & 56. Latè pluribus citatis Carolus de Graſſ. *de effect. Clericat.effectu.*3*. à numer.* 110*. ad* 119. Quamplures allegat Cenedo *canonic. q.* 4. Maſcard. *de gener. ſtatut. interpret. concluſ.* 1*. à num.* 129. Surd. *conſ.* 301*. num.* 1*. verſ. Conſuetudo verò, & ſeq.* Ugolin. *de cenſur. par.* 2*. c.* 18. §. 1*.num.* 1*. verſ. Poſtremo*, Ciarlin. *contr.foren. lib.* 1*. c.* 22*. num.* 2. Duard. *ad Bullam cœnæ Domini, lib.*2*.can.* 18*. q.* 5*. n.* 6*. verſ. Hoc adeo verum eſt, & q.* 10*. n.* 5*. verſ. Undecimo ampliatur, & can.*19*.q.*8*.n.* 20*. verſ. Ad quartum*, Fontanella, *deciſ.*301*.n.*15*.*16*. &* 22*.dec.*304*.num.* 1*.* 7*. &* 8*. part.* 2. Fermoſin, *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, q.* 13*.num.*43*. de conſt.* Balmaſeda *de collect.q.*19*.n.*10. Bobad. *in polit.lib.*2*.cap.*19*. n.* 281. Barboſa *de jure Eccleſ. univ.lib.*1*.c.*39*.§.*5*.num.*39*.verſic. Septimo quæro, & in auth. caſſa, & irrita, n.*6*.C.de Sacroſanct.Eccleſ.* Diana *reſ.moral.p.*1*.tract.*2*.reſol.*97*.aliàs* 90*. & p.* 4*. tract.* 1*.reſol.*101*.& in coordinat.p.*9*.tract.*1*. reſ.* 138*. &* 139. Thom. del Bene *de immun.Eccleſ.tom.*1*.cap.* 5*. dub.* 14. *ſect.* 1*. cum ſeq.* Latiſſimè Sperell, *deciſ.* 37*. l.*1*, & dec.* 181*. l.* 2.

Secunda affirmativa quod Clerici iſtam gabellam, 14
ſeu ſiſam ſolvere teneantur, ſtante conſuetudine longiſſimi, & immemorialis temporis, docent Riminald. Junior. *conſ.*4*.num.*22*.lib.*1. Pereyra, *de man. Regia, p.* 1*.cap.*10*.num.*2. Magala, *part.*2*.inſtruct. confeſſor. lib.*1*. q.*17*.q.*6*.n.*113. Curellus *de immun.Eccleſ. lib.*2*. qu.* 97. Latiſſimè Daniel de Nobilibus, *diſp.*8*. à num.*20*.ad* 28. Fermoſinus *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, q.*48*.num.*13*. de conſtit.* Anſaldas *de juriſdict.part.*7*.tit.* 3*.c.*3*. à n.* 67*. ad* 181.

Verùm prima opinio negativa eſt probabilior, & ſe- 15
cundùm eam judicavit Rota in Valentin. gabellarum coram Orano. verſic. Nec magis ſuffragatur Juratis articulata immemoralis conſuetudo. Et in Barcinonen. Exemptionis coram Coccino Decano 20. Junii 1636. apud Dianam *reſ.mor.in coordinat.poſt, p.*8*.dec.*1*. verſ. Et prædicta veriſſima ſunt*. Et iterum in eadem cauſa Barcinonen. Exemptionis coram Corrado 13. Junii 1646. apud Dianam, *poſt p.*8*.reſ. mor. in coord.deciſ.*52*. verſi. Denique procedit.*

An autem exactio per Principes laicos, Civitates, 16
Villas, & oppida à Clericis gabellam, ſeu ſiſam impoſitam ob communem Reipublicæ neceſſitatem, quoad bona inſeparabilia, & indiviſibilia, quæ ſunt pœnès venditores venalia, & in eorum dominio, nempe ſuper carne, vino, & aliis ad id genus ad victum, & veſtitum ſpectantibus, cum animo reſtituendi in fine anni, vel in fine dimidii anni, aut in fine quatuor menſium, ſeu alio breviori tempore, ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam? Duæ ſunt contrariæ opiniones.

Prima affirmativa. Tum quia coguntur Clerici an- 17
tea ad ſolvendum, quod eis eſt magnum onus, & incommodum. Tum quia Clerici ratione talis gabellæ obligantur de præſenti cariùs emere, Per quas, & alias rationes ſic docent Alterius, *de cenſur, tom.* 1*, diſp.* 19*. lib.* 5*. cap.* 3*. fol.* 734*. verſ. Tertiò notandum*, Duardus *in Bulla cœnæ, lib.*2*.can.*17*.q.*15*.n.*3. Bonacina *ad Bullam, q.*16*.ſect.*1*.par.*3*.n.*11. Novarius, *gravam.*177*.n.*9*. tom.*2. Thom.del Bene *de immun.Eccleſ.tom.*1*.c.* 5*. dub.* 7*. ſect.*

*7.ſect.13.n.1.& 2. Et de parlament.dub.30.ſect. 13.n.1.* Daniel de Nobilibus,*diſp.14.tota, ſignanter ſub n.2. 6. 7. et 8. Et in addit.numer.* 7. Rota coram Coccino Decano Barcinonen. Exemptionis 20. Junii 1636. Apud Dianam *poſt, p.8.reſol.mor.in coordinat.deciſ.* 1. *In fine princ.verſ.Neque ſuffragatur.*

18 Quamvis in exactione gabellæ, ſeu ſiſæ à Clericis animo reſtituendi in fine anni profiteatur hujuſmodi modum ſervari cauſa evitandi fraudes publicanorum exigentium gabellam, ut dicunt Alterius, Thom. del Bene Daniel. de Nobilibus, & alii citati, *n.* 17.

19 Secunda negativa, quod hujuſmodi exactio gabellæ, ſeu ſiſæ à Clericis animo raſtituendi in fine anni, ſeu alii brevioris temporis non ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam. Quia iſto caſu Principes Laici, Civitates, Villæ, & oppida non intendunt extorquere gabellam à Clericis, ſed ſolùm intendunt collectare ſubditos Laicos, & quod non ſe introducant cum famulis Clericorum euntibus carnem emere, & petant plus aliquas libras non neceſſarias propriis domibus Clericorum, & hoc modo defraudetur gabella. Ita Caſtr. Palaus *in oper. mor. par. 2. tract.* 12. *diſp. unica, punct. 9. n. 10. verſ. Niſi ſimul*, Cutel. *de imm. Eccl. lib. 2. q. 45.* Latiſſimè Fermoſinus *in cap.Eccleſia Sanctæ Mariæ, q. 13. à n. 8. cum plurib. ſeq. ſignanter nu. 45. verſ. Interim,de conſtit.*

20 Hæc ſecunda opinio negativa in multis locis, & pluribus Civitatibus uſu recepta eſt, ut Clericis ſolventibus gabellam, ſeu ſiſam carnis, vini, panis, & ſimilium reſarciatur damnum pecuniaria compenſatione ad exitum, & finem anni, vel alii brevioris temporis, ſic Azor. *inſtit. mor. par. 2. lib. 9. c.11.§. in dubium vocatur, verſ. Item uſu receptum eſt*, Portell.*in addit. ad dub.regul. verbo tributum,ſub n.*8. Rodriguez *in compen. q.reg.regul.62.n.*32.Lezana *in ſum.q.regul.part. 1. verbo Gabella, num. 13. verſ. Merito ergo*, Diana *reſol.mor. par.1.tract.2.reſol. 45. aliàs 44. et in coordinat. part. 9. tract.2.reſol.243.n.*2. Novarius *gravam. 177. et 9.tom.* 2. Caſtillo *deciſ. 105. n. 57. lib.* 1. Daniel.de Nobilibus *in addit.ad diſp.8.n.1.verſ.Uſu receptum eſt, et in addit. ad diſp.14.num.7.8. et 9.* Sperell.*dec.37.n.82. verſ. Secundo ex uſu lib.*1.diffusè Fermoſinus *in capite Eccleſia Sanctæ Mariæ, q.13. à num.11.cum plurib.ſeq.de conſtit.* Barboſa *de Jure Eccleſ.univ.lib.1.c.39.§.5.n. 12. verſic. Quapropter*, Rota in Barcinon. Exemptionis coram Coccino Decano 20. Junii 1636. Apud Dianam *reſol. mor.poſt, part.8.in coordinatis, deciſ.1.in fine, verſic. Quo ad bona*, Et apud Rubeum *deciſ.159.n.8.par.7. recentior*, Et iterum in eadem cauſa Barcinonen. Exemptionis coram Corrado 13. Junii 1646. Apud Dianam *poſt part.8.reſol. mor. in coordinat. deciſ. 52. ante finem, verſic. Verum quia*. Et in prædicta cauſa Barcinonen. Exemptionis coram Bichio 20. Maji 1645. Apud Dianam *poſt, part.8.reſol.mor. in coordinat. deciſ. 51. ante finem,verſic. Verum quia.*Et in prædicta cauſa Barcinonen. Exemptionis coram Bichio 20. Maji 1647. Apud Dianam *reſol.moral.in coordinat. poſt, par. 8. deciſ. 59. verſ. Conditio autem illa*. Sicque ſervari in Civitate Dertuzæ, conſtat ex regia Sententia, quam refert Fontanella *dec.306. n. 24.p.2.*

21 Intellige 1. Hanc ſecundam opinionem negativam uſu receptam in pluribus Civitatibus, & multis locis, ſi concurrat conſenſus Cleri, quo concurrente, exactio gabellæ, ſeu ſiſæ carnis, vini, & ſimilium à Clericis cum animo reſtituendi eam in fine anni, ſeu alterius brevioris temporis non eſt contra immunitatem Eccleſiaſticam. Tum quia Clerici non renuntiant privilegio, quo gaudent immunitatis à gabellis, ſed tantùm ſuſtinent differri ejus effectum in tempus,quod proximè ſit eis magis opportunum ſine ullo onere, & intereſſe. Tum quia ſi Clerici poſſunt ſuum donare, poſſunt quoque concedere tempus ad ſibi illud ſolvendum, Diana teſtatur hanc conſuetudinem obſervari in Senatu Panormitano, ſicque concordatum Epiſcopis conſentientibus, & volentibus ipſis Clericis, *reſolut.moral.par.1.tract.2.reſ.45.alias 14. Et in coordinat.par.9.tract.2.reſol.243. num.* 2.Et in Civitate Neapolis, Novarius *gravam. 177. n. 8. et 9. tom.* 2. Et ita Lucæ actitatum refert Daniel de Nobilibus *in additionib. ad diſp.14.n.8.et 9.*Sic etiam concordatum Genuæ tradit Sperell.*deciſ.37.n. 84. in fine lib.* 1. Et ita ſervari in praxi in multis locis, præcipuè Regno Siciliæ dicit Tho.del Bene *de parlament.dub.36.ſect. 13. n. 1.in fine, et de immun.Eccleſ.tom.1.cap.5.dub.7.ſect.13.n. 3. in fine*, Et in Regnis Caſtellæ latè tradit Fermoſin. *in c.Eccleſia Sanctæ Mariæ,q.13. à n.* 11. Et judicatum refert in prima, & ſecunda inſtantia, *n. 19. et 20. de conſtit.* Rota Barcinonen. Exemptionis coram Coccino Decano 20. Junii 1630. Et coram Bichio 20. Maji 1647. Apud Dianam, *loc.cit.n.20.in fin.*

Intellige 2. Si concurrat conſenſus Cleri, & præcedat beneplacitum ſedis Apoſtolicæ, nam tunc exactio hujus gabellæ cum animo reſtituendi in fine anni non eſt contra immunitatem Eccleſiaſticam. Sic Rota in Barcin. Exemptionis, in illis tribus deciſionibus apud Dianam, *relatis, n. 20. in fine, et n.21. in fine*, Thom. del Bene *de parlament.dub.30.ſect.13.n. 1. in fine, et de immun.Eccleſ.tom.1.c.5.dub.7.ſect.13.n.* 3. & referendo Fermoſin.*in cap.Eccleſia Sanctæ Mariæ, q.13.n. 10. in fine, de conſtit.* 22

Sed ſalva pace, & cum bona venia, beneplacitum Sedis Apoſtolicæ, non eſt neceſſarium, nec requiritur, quod præcedat in iſto caſu, imo quod nec ſubſequatur; ſed ſufficit conſenſus Epiſcopi, & Cleri, Quia licèt omnis conventio cum Clericis, Summo Pontifice inconſulto ſit nulla, Daniel *de Nobilibus, diſp. 14. n.* 3. hoc eſt intelligendum, quando agitur de onerum impoſitione, non autem de dilatione ad reſtituendum, & ſolvendum, ut in caſu noſtro, ſic ex Doctrina Dianæ,*reſol.moral.p.1.tract.2. reſol. 45. aliàs 44. et in coordinat.part.9.tract.2.reſol.243.n.*3. Daniel *de Nobilibus in addit.ad diſp.14.n.9. in fine, verſ. Circa quam*, Doctè, & benè Fermoſinus *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, q.13.n.28.de conſtit.* 23

Intellige 3. cum Duardo *in Bullam Cœnæ, lib.2.can.* 18.*q.14.n.*3.ubi dicit, quod ſi ſupradicto animo ſcilicet reſtituendi quotannis gabellas, hæc onera à Clericis exigunt, ſi volunt effugere cenſuræ vinculum, in fine anni curent ipſis Clericis reſtituere aliquid plus, ſuprà id, quod exegerunt in recompenſationem dicti incommodi, & intereſſe, ſequitur Fermoſinus *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ,q.13.n. 21. et 22.et 54. n. 19. et 20. de conſtit.* 24

Cæterum Duardo relato, inquit Diana Panormi ſervari, quod in fine anni reſtituatur, & ſic concordatum cum Epiſcopo, conſentiente Clero, abſque nullo verbo quod reſtituatur aliquod plus, *reſol. moral. par. 1. tract. 2. reſol. 45. alias 2. et in coordinat. par. 9. tract.2.reſol.* 243. ita etiam Duardo relato loquitur Daniel. *de Nobilibus in addit. ad diſp.14.n.8.verſ. Dicit tamen*, & pariter citato Duardo ait Thomas del Bene, ſecus dicendum erit, ſi quod exigitur ad finem boni communis, ut ſcilicet evitentur fraudes publicanorum gabellas exigentium, exigatur, ipſis volentibus, & conſentientibus, & conſentiente Summo Pontifice, *de imm. Eccleſ. to. 1. c.4. dub.7.ſect.13.n.3. et antea, de parlamentis, dub.30.ſect.13.n.1.in fine*, & refert Fermoſin. *in c.Eccleſia Sanctæ Mariæ,q.13.n.10. in fine, de conſt.* Sed reſpectu conſenſus Summi Pontificis, ut dicit Thom. del Bene, vide dicta *n.*23. 25

Sed qualiter ſit practicanda reſtitutio facienda Clericis hujuſmodi gabellæ, ſeu ſiſæ? Dico tibi, quod quilibet ex Clericis debet præſtare ſchedulam, ſeu atteſtationem in fine anni de conſumptis in illo anno pro ſuſtentatione propriæ domus, & ſi ſuper iſta reſtitutione, ſeu defalco oriatur aliqua controverſia, debent ſinguli Clerici atteſtationes, ſeu ſchedulas juramento firmare & roborare, ut declaravit Rota *in Barcinon. exemptionis, deciſionibus relatis per Dianam loco citato, n.20. in fine, & n. 21. in fin.* & docet Fermoſin. *in c.Eccleſia Sanctæ Mariæ, q.13. ſub n.20.de conſt.* 26

Datis verò per Clericos ſchedulis, ſeu atteſtationibus juramento firmatis, reddenda eſt illis pecunia de promptu, abſque ſententia, dilatione, ac dolo, Fermoſin.*in cap.Eccleſia Sanctæ Mariæ, q. 13. n. 20. in fine de conſtitut.* Atque ita cavendum eſt, ut quando Eccleſiaſticis in fine anni ſit ſolutio, nullam moleſtiam, nullum incommodum, nullumque intereſſe ſentiant 27

in ea

in ea conſequenda, alioquin in idem reincideretur, ut ſcilicet propter onus, gravamen, & incommodum, quod hìc Eccleſiaſtici ſentiunt, lædatur ſimiliter immunitas, & libertas Eccleſiaſtica, ſic Thom. del Bene *de parlament. dub.* 30. *ſect.* 13. *n.* 2. *& de immun. Eccl. tom.* 1. *c.* 5. *dub.* 7. *ſect.* 13. *n.* 4. Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *q.* 13. *n.* 23. *in fine*, *& q.* 54. *ſub n.* 20. *de conſ.*

28 Supradicta in hac deciſione procedunt in illis Civitatibus, & locis, in quibus Clerici non habent ſpeciale, & proprium macellum ad ſcindendas carnes, ac ſpecialem, & propriam tabernam ad emendum vinum, panem, oleum, & ſimilia pro ſuſtentatione eorum, & familiæ; ſecus autem ſi Clerici habent proprium, & ſpecialem macellum ad ſcindendas carnes, ac ſpecialem, & propriam tabernam pro vino, pane, oleo, & ſimilibus, ad eorum & familiæ ſuſtentationem, quo caſu Clerici conqueri non poſſunt eundo ad macellum publicum, ſeu tabernam Civitatis pro carne, pane, vino, oleo, & ſimilibus, & ibi ſolvant gabellam, ſeu ſiſam impoſitam, cùm ſit illis liberum non ire, ſed mittere famulos ad emendum carnem, panem, vinum, oleum, & ſimilia victualia ad macella, tabernas & officinas particulariter pro eis deputatas abſque aliqua gabella, ſic Rodrig. *in ſum. tom.* 2. *c.* 75. *n.* 14. Diana *reſol. mor. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 83. *aliàs* 82. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 140. *num.* 3. Fermoſin. *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *q.* 13. *n.* 24. *&* 25. *de conſt.*

29 Plus dicit Henriquez *lib.* 10. *cap.* 15. *n.* 5. *gloſſ. litera P*, quod laici poſſunt aperire tabernas, in quibus ſine onere vectigalis poſſunt confluere Clerici, & emere, quæ neceſſaria habent, Ledeſma, *tom.* 2. *tract.* 7. *c.* 2. *concl.* 27. Cutel. *de immun. Eccleſiaſt. lib.* 2. *q.* 46. *n.* 9. *verſic. Princeps autem.*

30 Et quamvis hoc non careat difficultate, ex quo Clerici ſunt liberi, ut poſſint emere victualia in omnibus locis abſque, onere alicujus gabellæ, atque ita non ſint coarctandi emere in tali loco, ut dicunt Diana, *reſol. mor. par.* 1. *tr.* 2. *reſol.* 46. *aliàs* 45. *& reſol.* 83. *aliàs* 82. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 240. *n.* 3. *verſic. Sed an dicto caſu*, *& reſol.* 244. *numer.* 3. *verſ. Hinc ipſemet*, Thom. del Bene *de parlament. dub.* 30. *ſect.* 12. *num.* 2. *&* 3. *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *c.* 5. *dub.* 7. *ſect.* 12. *num.* 2. Fermoſin. *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *q.* 15. *n.* 15. *de conſtit.* Fagundez *de juſt. & jure*, *lib.* 5. *c.* 11. *n.* 25. *verſ. Prima*, ibi: *Et ideo*; his benè reſpondet Cutellus, *de immun. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 46. *num.* 10. *&* 11.

31 An verò Clerici teneantur ſolvere gabellam, datium, ſeu vectigal ſuper chocolatico, & tabaco impoſitum? Reſp. quod ſic, quia chocolaticum, & tabacum non eſt de illis rebus multùm neceſſariis vitæ humanæ, ex quorum emptione Clerici poſſunt ſe ſubſtrahere, & abſtinere, ita Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *q.* 56. *n.* 10. 23. 37. *&* 51. *de conſtitut.* & quod chocolaticum, & tabacum non ſit præcisè neceſſarium vitæ humanæ, Solorzano *in polit. lib.* 2. *c.* 10. *verſ. Porque Tambien*, *& verſ. Pero conſiderado*, *fol.* 118. *&* 119. intellige ſi gabella ſuper chocolatico, & tabaco ſit moderata, non inquam ſi ſit immoderata, & exceſſiva ultra intrinſecum valorem iſtarum ſpecierum, quia tunc, & ſi ſpecies illæ non ſint multùm neceſſariæ ad vitam, tamen taxatio immoderata aufert nihilominus uſum earum Eccleſiaſticis, quarum habent actionem uti ad libitum, ut cives Reipublicæ ſine gravamine, & incommodo, ita intelligit, & declarat idem Fermoſinus *hìc citatus*, *num.* 25. *&* 38.

32 Sed quia de chocolatico, & tabaco, mentionem feci; quæro obiter. An potio chocolatica ex ſe frangat jejunium? En quæſtio multùm controverſa inter Doctores, nam alii affirmant, alii negant, alii diſtinguunt inter magnam, aut parvam quantitatem, alii ad uſum, & conſuetudinem, & alii tandem ad conceſſionem Apoſtolicam recurrunt, de quibus opinionibus videndi ſunt Hurtado, *diſp. unica, de chocolate, per totam, ſignanter membro*, 3. 4. *&* 5. Paſqualigus, *tract. de jejunio*, *q.* 141. Eſcobar *in examine Confeſſorum*, *tr.* 3. 5. Anton. de Leone *in quæſt. de chocolate*, *par.* 3. Machado *de perfeto Confeſſor*, *tom.* 1. *lib.* 2. *par.* 4. *tract.* 3. *documen.* 1. *n.* 8. Lezana *in ſum. q. regul. par.* 3. *verbo Jejunium n.* 2. *verſ. Idem videtur*, *& conſultat.* 47. Trullench. *in decalogo, lib.* 3. *c.* 2. *dub.* 2. *nu.* 15. Remigius *in pract. Confeſſor. tract.* 3. *par.* 3. §. 1. Boſſius *in moralibus*, *par.* 3. *tit.* 21. *n.* 207. Caſtr. Palaus *de juſt. & jure*, *par.* 7. *tract.* 30. *diſp.* 3. *punc.* 2. §. 2. *n.* 3. Solorzano *in politica*, *lib.* 2. *cap.* 10. *verſi. Y en quanto*, *fol.* 119. latiſſimè pluribus aliis citatis Diana, *reſol. mor. par.* 4. *tract.* 4. *& miſcel. reſol.* 194. *et par.* 5. *tract.* 5. *reſol.* 11. *verſ. Notandum eſt*, *& p.* 8. *tr.* 7. *et miſcel. reſ.* 54. *et p.* 11. *tr.* 6. *et miſcel.* 6. *reſ.* 54. *aliàs* 53. *et in coordinat. par.* 4. *tract.* 6. *reſ.* 90. *n.* 2. *et reſ.* 91. 92. *et* 93. Leander. *par.* 3. *de obſerv. jejunior. tract.* 5. *diſp.* 5. *q.* 5. *cum*, §. 1. 2. *et* 3. Sed prævaluit opinio, quod potio chocolatica ex ſe non frangit jejunium Eccleſiaſticum, quia non eſt cibus, ſed potus uſualis ex ſua primaria inſtitutione.

Sumptio autem chocolatici ſi fiat in miga, paſta, 33
ò paſtilla, apud omnes eſt certum, quod frangit jejunium Eccleſiaſticum, ſi ſumatur in magna quantitate, ſic Leander. *par.* 3. *de obſervat. jejunior. trac.* 5. *diſp.* 6 *quæſt.* 5. *verſicul. Sed ego, ut quod ſentio dicam.*

Et an ſumptio tabachi ſolvat jejunium naturale, & 34
impediat celebrationem Miſſæ, & communionem? Diſcordant Doctores, alii diſtinguunt, de quibus opinionibus videndi ſunt Antonius de Leone, *in quæſt. mor. de chocolate*, *par.* 2. §. 4. *num.* 10. Alphonſ. de Leone *de offic. Capel. quæſt.* 8. *ſec.* 17. *caſu.* 2. *num.* 134. Lezana, *in ſumm. quæſt. regul. p.* 3. *verbo Euchariſtia quoad regulares*, *n.* 19. *verſic. De tabachi ſumptione.* Paſqualigus, *dec.* 333. *et* 334. Solorzano *in polit. lib.* 2. *c.* 10. *verſ. Y ſiempre he tenido*, ibi: *Pero en particular*, *fol.* 118. latè Diana *reſol. moral. p.* 5. *tr.* 13. *et miſcell. reſ.* 1. *et p.* 8. *tract.* 7. *et miſcel.* 6. *reſ.* 24. *alias* 23. *et in coordinat. par.* 2. *tract.* 1. *reſ.* 120. 121. *et* 122. *n.* 3. Leander. *p.* 2. *de Euchariſtia*, *tract.* 7. *diſp.* 5. *q.* 10. Boſſius *in moral. p.* 3. *tit.* 22. *n.* 16. *et* 17. remiſſivè Barboſa *dec. Apoſtol.* 695. *num.* 1. *in fine*, prævaluit tamen opinio, quod ſumptio tabachi in folio, pulvere, aut fumo, ſive per os, ſive per nares non ſolvit jejunium naturale, nec impedit celebrationem Miſſæ, & communionem, quia non ſumitur per modum cibi, vel potus, ſed per modum ſalivæ. Conſulo verò, ut à ſumptione tabachi abſtineatur ob reverentiam debitam Sacramento, maximè in folio per os propter periculum illud trajiciendi in ſtomachum.

Sumere tabachum in Eccleſia, & ejus atriis, an ſit 35
peccatum mortale? diſputant etiam Doctores, alii affirmant, alii negant, videndi ſunt Paſqualigus *in q. Canonic. cent.* 2. *q.* 175. Lugo *reſpon. mor. lib.* 1. *dub.* 9. Diana *reſol. mor. par.* 10. *tr.* 16. *et miſcel.* 6. *reſol.* 24. *alias* 23. *Et in coordinat. par.* 2. *tract.* 1. *reſol.* 122. *n.* 1. *et* 2. Barboſa, *deciſ. Apoſt.* 695. *num.* 1. prævaluit verò opinio, quod non eſt peccatum mortale ſumere tabachum in Eccleſia, ejuſque atrio, & ambitu, moneo tamen, ne in Eccleſia ſumatur propter reverentiam illius. Cæterum excipio, ſi ſumatur Romæ in Eccleſia Sancti Petri, & in Hiſpania ſi ſumatur in Civitate, & diœceſi Hiſpalenſi in Eccleſiis, & earum atriis, & porticis, prohibentibus conſtitutionibus Urbani VIII, & Innocentii X.

FINIS;

[illegible]nſcer

txa